# Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

# ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ
# ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ
## ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
## ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

# LVCIANI
# SAMOSATENSIS
## PHILOSOPHI OPERA
OMNIA QVÆ EXTANT.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*Cum Latina doctiss. virorum interpretatione.*

I. BOVRDELOTIVS cum Regijs Codd. aliisque Mss. contulit, emendauit, suppleuit.

*Adiecta sunt eiusdem* BOVRDELOTII, THEODORI MARCILII *eloquentiæ Professoris Regij,* GILBERTI GOGNATI *Notæ*

Cum indice locupletissimo, in quo omnia in hoc opere notatu digna deprehenduntur.




X.1.1.

LVTETIÆ PARISIORVM,
Apud P. LVDOVICVM FEBVRIER, in monte
D. Hilarij, ad insigne Iustitiæ
M. DC. XV.
CVM PRIVILEGIO REGIS

# NOBILISSIMIS ORNATISSIMIS, &c.

## PETRO GOBELINO,

## ET

## BALTAZARO PHELIPÆO,

*IO. BOVRDELOTIVS S.*



*MENDATVM à me cura duplici Lucianum cur vobis offeram (Nobiliſsimi) dicere paucis decreui, ne ſolùm cauſæ inter nos dictæ videantur, quibus multis nominibus vobis obligatum ſoluere conatus ſim: has tamen cauſas vt exequar, animus hæret anxius, nec priorem audet eligere, ne poſterior maior appareat, nec poſteriorem probare, ne prior anteponenda ſit. Primum enim ſuperficiem ſolo cedere, & ita Lucianum in veſtro ſolo rediuiuum vobis deberi, cauſa præcipua cenſeretur, ni potior videretur muneris mei ratio, Clariſsimorum virorum, patrum veſtrorum innumera in me beneficia. Nec inter cauſas ſilebitur veſtra beneuolentia, qua nihil gratius nihil acceptabilius vſquam mihi fore credibile eſt. Potuit inter eas non leuior cauſa numerari Herculeus veſter in litteras Græcas labor, quo cuncta volumina vobis peruia incredibili celeritate feciſtis, & inter illa Lucianum amplexi eſtis, tum ob floridiorem prato ſcripturam, tum ob profundiorem humanitatis litterariæ fundum, tum ob perfectè Atticam ſcribendi facultatem, ob prouerbia pene omnia in eo comprehenſa, incredibile ac pene diuinum in aptandis perſonarum nominibus ingenium, & rerum omnium variegatam ſcripturam. Quis enim attigit ita ſingula, vt ille omnia compleuit? Quis ad illius ſales & venuſtam ſcribendi licentiam vſquam accedere auſus eſt?*

*Transeo mirum illud in attexendis operi suo poëtarum & oratorum veterum gemmis, vt centones sui aliena Tyria longè fulgeant splendidiores. Vidi vidi ipse cùm vna in eo legendo versaremur quanta facilitate autoris mentem præcurreretis, & sæpe cum aliorum stupore etiam meo miratus sum, qua naturæ dote atque industria, Homerum, Hesiodum, Euripidem, & innumeros alios deprehenderetis inter miranda furta Luciani. Sed inter muneris mei rationes virtus vestra non tam sibi locum quærit, quàm adepto gloriatur. Cùm enim raram faciat virtus cum scientia mixturam (ex paucis enim eruditis paucissimi boni sunt) incredibile est virtutes in vestrum pectus cum scientiis agminatim concurrere, ducibus pietate & vigilantia. Hæc omnia dum inter causas offerendi vobis Lucianum numerare pergo, pergat ætas ventura, & infractus ordo fatorum peragat, vos inter primos & florentissimos Galliæ proceres felici omnium voto constituere,*

Talia secla suis dixerunt currite fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

*His proceribus vt quàm primùm annumeremini Deum Optim. Max. veneror, vt ardorem vestrum suis auspiciis secundet, eúmque voti reum faciat, qui pro virtutum & studiorum vestrorum fœdere votum suscipit,*

Vobis addictissimus I. Bovrdelotivs.

AD LVCIANI

# SAMOSATENSIS PHILOSOPHI OPERA,

IOANNIS BOVRDELOTII

## PRÆFATIO.

DRiscis & rudibus philoſophiæ ſeculis, cùm liberalis ſinceriſque candoris amor mentes omnium ad deſiderium ſui pelliceret, vigebant artes ingenuę, creſcebant vt in fertili ſolo rerum bonarum ſemina, ſolúmque certamen inter mortales erat, ne quid ad emendationem vitæ profuturum diu lateret. Omnes huius temporis heroës ad vitam dirigendam pari deſiderio & voluntate concinebant. Tum naturaliũ germinum ferax propago paulatim cum ętate deficiens, & ad parien-dum annis tardata, ex iſto naſcentis veri deſiderij lumine vitam ſumebat beatiorem, & conualeſcebat: omnia ſibi perfectionis gradum poſcebant. Tum ſtudioſi ſapientię inter experimẽta ſeneſcebant, & vt ad inuentionem poſſent ſufficere, ter ſuccis purgantibus animos detergebant. Quidquid inexploratúmque, inter ipſas naturæ delicias deliteſcebat, hi intemeratum virtutis & vtilitatis publicæ ſoliciti, audaci ſed fortunata cupiditate ſcrutabantur. Itaque tẽporis breuiſſimo ſpatio certum fuit ad virtutem, vt ingenium, ita voluntatem plurimùm poſſe. At verò tenues illi & potionum remediis defecati ſpiritus, qui vbi ſunt ibi non ſunt, vbi non ſunt ibi eſt eorum animus, nullam aliam ſibi proponebant horum omnium laborum mercedem, quàm ex multis artibus à ſe inuentis, & humano generi profuturis, plura inſuper cumulatiùs addere, & parturientem naturam ſedula ſagacitate iuuare. Inde naſcebatur communis ſed non vulgaris perfectionis compoſitio, cui variis diuiniſque modis Deus videbatur occurrere, fauebátque diuino illi concentui, quem naturæ bonitas & ingeniorum ſimplex delineatio, cum philoſophia & virtute componebant. Et quoniam his quatuor cohærentibus & concatenatis, alterum alterius auxilio vigebat, ideo perpetuus eorum tenor manebat, qui fracta non frangebatur ſenectute, non caſibus corruebat, non molleſcebat vitiis, ſed, vt erat recti regula, creſcebat & ſuſtinebatur: Nulla ibi diſcordia niſi ex qua philoſophica hæc harmonia & perfectior fieret & diuinior: Imo quo plures in vnum voces concinebant, eo propiùs cœlorum & beatorum ſpirituum concentum æmulari videbantur. Durauítque tandiu ſeculum illud amœnitatis philoſophicæ, quandiu norma concentus obtinuit, qui videbatur non niſi cum

ipsa natura ipsisque sideribus, quorum aspectu fouebatur, desiturus. Tum reges ipsi depositis majestatis insignibus, vt philosophi fruebantur nomine, ita gloriabantur: magis philosophicis gaudebãt conatibus, quàm bellicis stratagematis superbiebant, magísque auditorium conuenientium philosophorum quàm palatium parasitis & scurris sordidatum colebant. Nullos purpura fasces comitabatur, nisi qui ad philosophicæ huius venerationis templum ducerent. Inter ipsos admirantiũ virtutem duces & professores, ipsi orbis principes, de ciuili philosophia, de virtutibus rerum & personarum, de recta viuendi ratione differebant. Cæteri qui fortuna & conditione regali potestati submittebantur, sua insuper commoda philosophiæ submittebant. Omnium huc recidebat conditio, quòd videri volebant fastus & fortunæ vultum alacrem spernere, ne virtutum semina spernerent. Qui quoquo modo virtutem fecerat illustriorem, continuò currebat ad opes illas ingenij quæ arbitrio virtutis & industriæ consistebant, ex paupere solus diues, Imperator vnicus. Hæc tum sola perfectæ regiæque vitæ notatio, amori virtutis addictum esse. Quid enim aliud erat sub talibus votis philosophia, quàm virtutum omnium cumulata perfectio? Cætera mortis erant: hæc sola diis immortalibus in cœlis assidebat, in terris imperabat potentioribus. Non enim sincerus ille rerum bonarum effectus circa infelicia vocabula, nõ circa futiles interrogationes, verborúmque portenta versabatur, sed orbicularis illa virtutis perfectio, his artibus solùm gaudebat quibus humana societas & rerum bonarum exemplar emendatius fieret & sanctius. Sed aliquis fortè an quæreret quibus conditionibus, quibúsque periculis, iretur ad eam quam reges ipsi ambiebant disciplinam: eorum voluntatem sibi placere, qui bona ac mala iuxta existimant: non defeciſſe in eo virtutis studium, si cõditio proponatur. Quiqui es qui desiderio virtutis accenderis, accipe statuta, quæ non æreis tabulis inscribebantur, sed æterna nec deletili memoria mandabantur. Salutato Lycæi limine, delibatóque auditorij atrio mellitæ illæ vocalæ occinebant auditoribus, quæ quondam Cupidinis dominæ famulari dicebantur, recitabántque Deorum monita, hymnos Naturę, atque diuina illa carmina quę mentes etiam vacuas tenuissent. Deinde paululum vltro procedentibus, syderalis illa cœlorum moles, veluti quodam ingenio & machina patebat, vbi omnis citra inuidiam rerum bonarum cumulus, hilaris Deorum aspectus, rerum omnium ad satietatem expletio, & cætera quæ illis dicenda relinquo qui pridem sideribus viam affectarunt. Nec tamen ad illa sidera & cœlestem illam metam multi ascendendi gradus, sed aliquo modo difficiliora ea videbantur, quæ in vnoquoque graduum deprehẽdebantur: his tamen difficultatibus occurrebant præcones philosophiæ, virtutísque mystagogi, qui ardua illa & aspera mellitis verborum globulis stomacho conciliabant auerso. Quæ autem difficilia vocaui, erant eiusmodi: Parentibus quidpiam imperantibus obediſſe, aliquid meditatione sua reperiſſe, vel alterius demonstratione didiciſſe, attẽtè laudationes heroum, naturæ miracula, & præcepta virtutis audire. hic primus ad deos ascensus, hi primi philosophi characteres. His pręceptis initiatorum animus primùm frugalitate firmatus vires exercebat, sine huius laboris exercitatione torpore languen-

tes. His ita per triennium ordinatis, & ingeniis harum herbarum ſucco adoleſcentibus, & primis laborum victoribus, alia ponebat virtus præmia. Sanata ſimultate, reconciliata gratia, aliquos ex inimicis & infenſis amicos & familiares reddere, alterius conſcientiam ſuámque vitio quodam maculatam luſtraſſe, nihílque vſquam tale commiſſurum aſſeueraſſe virtuti, ſcalæ philoſophicæ gradus ſecundus erat; in quo materies firmádi pectoris per aliud triennium, illos deorum alumnos ſonoris voculis nutriebat. Iam robuſtioribus, & firmato inter hęc experimenta pectore, ad tertiũ gradum aſcenſus erat, qui quoniam paulo altior, ità quadriennium ponebat jn mora, quo ſequentia præcepta audiri, diſci, & vſu cõſequi poſſent. Igitur opem miſeriis, ſolatium calamitatibus, laboribus leuamentum adferre: plura inſuper virtutis munera, fortunę bona calcare, dignitates reſpuere, voluptates deſpuere, ſummá rerum in virtute ſtatuere. Quibus addebatur perfectionis cumulus, illum ſcilicet Deũm vitam accepturum, qui finem adimpleſſet, in quo reperiebatur diuinitatis origo, Amare quod expedit. Hęc onia cœleſtium vocũ erant prȩcepta, quę quoniam parua & pauca numero, eo faciliùs & alacriùs ad tramitis finem deducebant. Deinde non paruam omnibus addebant occaſionem virtutis ambiendę reges ipſi & principes, qui expanſis brachiis obuios quoſque & ignotos, ſine delectu ętatis, ſexus, conditionis, ad concentum illum vocabant, vel vt affectatę dominationis inuidiam declinarent, vel vt cum tenuioribus ſibi faciliorem methodum inſtituendę vitę proponerent. Quis ita tum ignauię perditę reus maluiſſet inter infelices voluptatum nequitias, inter mollia inertis & languẽtis ignauię brachia, inter profundam ſocordię voraginem, vitam ſilentio tranſdere, quàm ſe principibus permixtũm agnoſcere? Quis ita torpore languidus & galeatorum leporum pater, hoc prȩlium mellitę militiæ recuſaſſet, in quo mulieres non minimam palmarum adoream referebant? Omnes eodem cogebantur, ſtudebántque ſua ſponte potiùs rectè facere quàm alieno metu. Atque vt omnes illi ex variis membris coniuncti iuxta naturæ legem coaleſcerent, ea vtebantur præceptorum regula, vt partes ęquis ſedibus ſubiacerent. In capite velut in arce conſtituti erant oculi, illi ſcilicet quorum virtus exhibebat ſolidum decus, & quibus inerat emuſſitata ſua ſibi indoles, qui fallacis auræ neſcij, ſolius deſiderio publicæ ſocietatis propagandæ flagrabant: hi quos Muſarum chorus & conſtans rationis propoſitum ſecernebant populo, vitam ad exemplum tanquam in ſpeculo proponebant: hi Socraticis madentes ſermonibus, officium ſuum in duo partiebantur, vt acquiſitione noua multorum ad hæc ſtudia cõuolántium fruerentur, atque partos diligenti cura tuerentur. Nam initiatos quos virtutis radiis accendere ſumma ope nitebantur, commonebant, vt à ſe ſocordiam omnem reiicerent, ſegnitiem amouerent, voluptates amolirẽtur, & ſe ad ingenium bonum frugémque meliorem reciperent. Nihil eſſe quod clariorem & diuiniorem vitam reddere poſſet, quàm præceptis illis ſe præbere morigerum, quæ manu prodiga omnia largiter profundunt, & quibus ſpes fallax ſolatio rediuiuo non blanditur. At perfectè inſtitutis obiiciebant, peccare nefas, aut pretium mori, peccantibus inſuper (qui in Oceano illo pauci apparebant) nudam virtutis imaginem, cuius contem-

platio quantum ſubtrahitur deſertorum oculis, tantum pectori ac pene intimis ſapientum ſenſibus implicatur. O incredibilem ac penitus diuinam audiendi cœleſtis concentus regulam! ô ſtupendum & omni miraculo longè maius virtutis effectum! his artibus mentes omnium velut vna manu & faſciculo comprehendebant ſupradicta quatuor concentus magiſteria, atque his artibus perfectam & cumulatam viuendi regulam complectentibus naſcentium animorum deſiderium ad amorem ſui ſolicitabant. Hoc fonte manauit Arceſilæ, hoc Pittaci, Cleobuli, Epimenidis, Pherecydis, nec multo pòſt Pythagoreorum omnium philoſophiæ complexa perfectio, ad quam ſectæ præpoſteræ quodammodo videbantur accedere. Sed equidem non multùm humanis conſiliis credendum eſt, & licèt humana ratio diuinitatis igniculis illuſtretur, fortuna tamen ſæpius ſuperat, ſuámque promouet rationem: Atque, ſi bene calculum ponas, ipſa in omni re dominatur. Cùm enim firmiora videbantur concentus vincula, nihílque vbicunque terrarum compareret, quòd commiſſuras & ruinas huic iuncturæ poſſet infligere; tacita quædam fortunæ prauitas veluti tabes intimis medullis conglutinata, paulatim animis inſidebat, & miniſtris ſocordiæ & ambitioni præcipiebat, vt corpus illud philoſophicum intactũ & illęſum, nulliſque fortunæ ludibriis agitatum aggrederentur, veneno fallerent, occultum ignem inſpirarent. Hæ famulæ mandata dominæ alacres præuertebant. Quid fuit tum potentius, & ad euertendam illam philoſophiæ ſimplicitatem validius quàm ea deſertoribus exponere quæ coniuratis Catilina ſubiiciebat? Nouas tabulas, ſummas opes, infinitam luxuriam, opima ſpolia. Interea etiam feruor ille principiorum philoſophicorum paulatim vt cætera quibus ineſt violentum deferuebat, paulatímque cupidinis illius puri caſtíque ſtudium detumeſcebat. Iam pro labore deſidia, pro continentia & æquitate libido atque ſuperbia inuadebant, omnia in peius ac retro ſublapſa referebantur. In templis, vicis, cuneis, vbi pridem philoſophiæ parentabatur, deſidia, gula, auaritia & voluptatum vultus aſpici nimiùm lubricus inſidebant. In porticibus, in atriis, in omnibus aliis locis qui pridem philoſophiæ ſoli patebant, vt omnia vitium eſſet, huic ſoli claudebantur. Nulla ampliùs vaganti fræna licentiæ, omnia mollis inertia & teterrimus rerum bonarum odor occuparant, atque fœcundiùs nequiora proueniebãt ſerpentibus in dies perditis moribus, ipſáque errantium turba mutua ſibi patrocinia præſtabat. Iámque animi iuuenum ſocordiæ gelu conſtiterant acuto, iam vndique mores mali quaſi herba irrigua ſuccreſcebat. Atque, quod deterius eſt, in omni hac imperitiæ vulgaris cæcitate, qui aliquando diuinis præceptis imbutià vera virtutis linea defecerant, hi erant digniſſimi in quos cateruatim omnia vitia confluerent. Apud eos licentia, qua deteriores omnes ſumus, erat præcipua religio, his vẽter Deus, philoſophiæ odium templum erat, vbi luxuriæ atque ignauiæ litabatur, apud eos conſpiratis factionum partibus, omnes quos in lucem ſiniſtra protulit natura, qui conſilij rationem effugerant, vt ſibi nociuum periculum concitarent, luxu perditi & proprij fundi calamitas, ſcelere collecti & immanitatis ſuæ terrore muniti, omnes quos furor cæcus, quos rapiebat vis acrior vel naturalis quidam & ingenitus prauitatis amor, omnes denique perditi pudoris & pro-

fligatæ famæ ad eos confugiebant, & veluti aſylo facto conueniebant, ita ſucceſſus perditorum alliciebat quamplurimos. Confluebant inſuper apud eoſdem quicunque ſe falſis exornabant laudibus, qui vitam in otio, in conuiuiis tranſegerant, &, vt vno verbo cæteros complectar, omnis victima nil miſerantis orci. En quo luxuria & enerui corporis greſſus miſeros ciues perducebat! Inter quos reliquias virtutis & philoſophiæ ſemina mittere quid fuiſſet aliud quæſo, quàm

*——floribus Auſtrum*
*Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros.*

Ne tamen viderentur omnino virtutes vitiorum iniuria victę, quidam philoſophiam antiquam adeptos eſſe ſimulabant, ſed iſti longè plus periculi quàm timoris ſuperſtitibus veris philoſophis efficiebant, hi ſimulati & ambitionis fuco pullati, meo quidem penicillo videntur ſic poſſe depingi. Spiritus erant corruptores iuuenilium ætatũ, viduarum, orborum, ſenum, huc illuc vagantes, bonorum extortores, legum contortores, ſacrilegi, ganeones, paraſiti, venefici, homicidę, adulteri, & ſemper aduerſus ſua vitia facundi, qui quotieſcunque in conuiuio vel in aliis locis de vſu vitiorum facta mentio erat, tam vehementer excandebant, tam ſeuera triſtitia violari aures ſuas obſcœno ſermone nolebant, vt priuatim vitio perditi, præſtantiſſimi philoſophi cognomine gauderent. Et quoniam ſeſe olim in veram philoſophiæ diſciplinam tradiderant, ſibi ridiculam eius imitationem aſſimilabant, & priſcorum virorum inceſſum mentiendo, iuniores ad admirationem ſui prouocabant. Iam enim vt exteriora priùs delineem, & curioſorum oculis ſubiiciam: coma vt plurimùm detonſa, frontes plurimis ſulcis obliterati,

*Hirſutumq́, ſupercilium, prolixáque barba*
*Et crurum tenus à mento palearia pendent:*

Oculi perpetua ſeueritate condîti, vultus exercitati atque rigidi, labia liuore ſuffecta, rubiginoſi dentes, & in ore plurimæ virtutum diffinitiones, quòd habitus differret ab habitione, quòd duæ negationes vnam facerent affirmationem: omnia, vel eſſe ſubſtantiam vel accidens: plura inſuper verbula vocis aſperitate contorta: ſed ſanè omnia

*Pergula pictorum, veri nihil, omnia falſa.*

Iam verò habitus totam & integram frugalitatem præ ſe ferens, centones miſeri totíſque ventorum concurſibus peruij, lacera & ſutilis pera, nodoſus baculus, nudi & laceri pedes, quis non negaſſet præ iſtis paupertinis nõ Irum Crœſo locupletiorem? At interiora, dij boni! quænam monſtra, quę-nam portenta! Si cui vnquam Ægyptiorum templa videre contigit, tales proculdubio agyrtas iſtos, mendaces aretalogos, & efferatos bipedes eſſe deprehendet. Ægyptiorum templa nihil habere videbantur quod à cæteris templis ea faceret aliena. Eadem enim porticus & atrij diſpoſitio, eadem marmoris applicatio, ordo ſimilis columnarũ, paris eleuationis faſtigium, idem quoquo verſus ambitus, ſed & eadem adytorum contabulatio. At interiora hæc, pro Ioue pithecus, pro Minerua crocodilus, pro Venere porrum, pro Iunone cepe, pro Magnis Diis, terræ incrementa & ſurculi, pro cæteris, prodigia, nihílque monſtrorum vbicunque eſt quod ibi non ſit.

Eadem eſt proculdubio philoſophorum iſtorum notatio. Nam exteriora non multùm à ciuilibus moribus philoſophorum priſcorũ, & à maioribus traditâ diſciplinâ indumentotum diſcrepabant. At interiora, proh Iupiter! quis non monſtrorum talium congreſſum horruiſſet: Homines biſulci lingua quaſi proſerpens beſtia, vitiorum & periuriorum fontes, quorum fallax imago veri moros & moroſos homines reddebat, venenatę dipſades totam Africanam monſtrorum maliciem pectori claudentes. Iſti omnium & præcipuè ſui ſimilium inimici nèſcio qua tamen fiducia mendaciis ſuis invicem credebant, & meritum inane vniuerſim iactantes imprudentibus, verboſis & mẽdacibus ſtrophis gloriam ſibi famámque poſcebant. Et quoniam animi vitia occolebant ſapientiæ fuco, ignotùm atque incredibile eſt, quantam feneſtram ad nequitiem & prauos mores patefaciebant: occultè interim rerum bonarum merita & ſtudium virtutis ſupprimentes, imperium vitiorum & morum corruptelam ſupponentes. Et quoniam, vt diximus, verorum philoſophorum officium in duo partitum erat: ita peſſimæ iſtæ ſimiæ, mimíque paſtoritiâ fiſtulâ exſibilandi, officium ſuæ prauitatis in duo partiebãtur. Nam primùm ventum textilem atque operas aranearum fumúmque & cætera longè leuiora ventilabant, & ita ad ſe iuuenes verborum inanium ſtrepitu compellebant. Et poſt quædam fucatæ ſimulatæque virtutis argumenta obſcuriſſima, poſt vana & vacua ſomniorum interpretamenta, in adytis & reconditis execrandæ diſciplinæ fornicibus, malitiem & mollitiem profitebantur. Illius ſchola per media odia ſæuire, omnibus infenſum eſſe, reconciliatis inimicis nuſquam fidendum, auaritiem ſenioribus, prodigalitatem iunioribus, inter ſecreta philoſophiæ ſuæ præcepta tradebat. Scholæ huius primum & præcipuum ſtudium erat & profeſſio, perfectam & conſummatam voluptatem auditoribus præcipere, bonum & beatum in vitę fine deponere. Illos inter infelices Cornuti, Crocodiliti, Soritis, & mille ſimilium nugamentorum fabulas, & verborũ futilium ſonos inanes longa ſenectus ſeráque pœnitentia conficiebat, Hos audax ignorantia æterno damnabat faſtu: hic Herculeam & Cynicam temeritatem profitendo impune conuitiis vrbes ſecabat & incolas: ille veteribus philoſophis aſſimilatus inceſſu atque habitu, præ ſe virtutes & homines odiſſe gloriabatur. Tantæ molis erat venerandam illam veritatis imaginẽ pedibus calcare. At verò ex iſtius oui peſſimi feturâ mox aliud ex alio malum naſcebatur, eóque longè omniũ peſſimum quòd videbatur ſucceſſione naſcentium diutiùs duraturum. Nam peſſimæ iſtæ & ſceleratiſſimæ harpyæ ad flagitia & ſtupra inter ſe coniunctę, nihil volebant inter mortales meliùs credi quàm quod ipſi putabant. Itaque iuuenes his prauis opinionibus ſuffarti, quíque lac auium iſtarum mulgebant, eodem cibo paſti, pari creſcebãt ambitione, ſimilíque faſtu ſuperbiebant. Sed licèt tetra illa & fœda ingeniorum calamitas, velut repentinum incendium animos hominum occupauiſſet: ſupererant tamen tanquam in Deucalionis arculâ quædam ignis diuini ſemina, quibus nec miſcebatur typho ille ambitionis & ſocordiæ, nec ingentia vagantis licentiæ maria hauſerant. Viuebant adhuc inter pauciſſimas languentis philoſophiæ reliquias, naturæ perituræ lumina, quæ potiùs exemplo virtutis inuidiam ſui prouocabant, quàm cæ-

cos ad exitium præcipites in viam reducerent, vel errantibus iter monstrarent, inter illas minutias Epictetus, Fauorinus, Musonius, Demonax, Nigrinus, & alij quidam boni, quibus tamen scientia potiùs quàm sapientia cordi erat, qui non à virtute vsquam defecerant, sed quoniam videbant omnia secus agi, atque ingenij duri & inexorabilis naturâ ad ruinam præcipitari, elephantorum exemplo taciti seruitutem deplorabant, & sapientiam, quam palam profiteri non audebant, scientiæ nomine proponere conabantur. Verùm parua hæc & ad restituendam philosophiam, inualida & senilia corpora, quibus melior sanguis defecerat. Laudabatur eorum conatus, & à sapientibus ad cœlum laudibus efferebatur, sed tamen inanis impetus vanescebat. Donec vnicum exemplum cõtinentiæ LVCIANVS, vitiorum omnium inimicus, vnius virtutis & philosophiæ completæ sectator, cui

*Nec viget quicquam simile aut secundum,*

vbi rectum iter vitæ cœpit inspicere, voluit cum ipsis ingeniis, ipso fato, & ipsis, quod aiunt, Diis conflictari. Incitabant ficti illi, quorum characteres expositi superiùs, philosophi, qui materies omnium malorum extiterant. Primùm enim in eorum disciplinam sese tradiderat, vt à poëtis, historicis, & oratoribus, toties decantatam veram virtutis viam per eos ingrederetur, & hac inuentâ illis frueretur commodis, quæ sola vitam variis inuolutam amfractibus, variisque rerum lenociniis occupatam, ad limam & lineam diregunt. Sed cùm per ipsos videret fortunam vitiorum vincere, ab ementito eorum habitu statim deficere decreuit. Quid enim, dicebat ille renascentis amor philosophiæ, turpius censendum est, quàm illis miscerì qui dignis moribus non possunt approbari? In hos igitur, quoniam erant prima mali labes, vt omnia in integrum restitueret, præcipuam scribendi aciem & arguendi vitij stilum conferebat: atque vt omnia faceret, hunc sibi primum nouus Hercules non fictus Cynicus laborem proposuit, collectas illas vitiorum caligines fugare, solem reducere, scilicet Astræam illam philosophicam, mores detergere, medicorum ritu saniem exsugere, corpus rediuiuum reddere: Denique tot veruecum capita nodoso clauæ robore conterere. Impellebant insuper ad ea summâ ope & diligentiâ prosequenda corrupti totius orbis mores, & ciuitatis præcipuæ, quam diuersa, genuina tamen inter se mala, luxuria atque auaritia, vexabant: rerum omnium ordo turbatus atque ob nimiam vitiorum licentiam profligatus etiam festinanti calcar addebant. In hos igitur omnino illius liberrima procedebat indignatio; illos mordaci vero radebat: nihil intentatum relinquens, quo peruersam illam malorum naturã vel vinceret, vel sanè succumberet. Nam quæ suo tempore hominum corruptelę fiebant, dij vestram fidem! ad euertendam diuinæ rationis rempublicam peiora coniurauerant, quæ vt omnia vegeti corpore ingenio vegetiore impugnaret, lingua illi nusquã excidit. Quid enim aliud per hos dialogos quæritur quàm corrigatur error vt mortalium, acuátque sese diligens industria? Quid dixit aut quid tacuit, vt ingenia mortalium ad acumen suscitaret? vt turpem vitiorum labem elueret? Duritiem cordis incusabat, accusabat fœdas in vitiis volutationes, dicebátque veluti nebulam ob oculos hominum offusam, nec cernere se nisi intra iactum lapidis valere: animos ita imo demersos gurgite, vt in aquæ

ſummitate rurſum non ebullirent: perditionem humani generis omnium mentes occupauiſſe, ac ita præpediſſe ſomniculoſas, vt ſi quædam reſtarent in mortalibus ingeniis conſilia, ea tot variis errorum inuolucris obnubilata, vt proculdubio diuina quadam neceſſitate eſſe ſuperata viderentur. Illos verò blandis ſolabatur alloquiis quos dura fati miſeria videbatur proſequi, precabaturque vt ſolùm ſarta tecta haberent philoſophiæ præcepta, diuitiarum & ambitionum gloriam fluxam atque fragilem eſſe, claram æternámque virtutem haberi, eam vnicam eſſe paſſionum humanarum medicinam: Mirandum imo potiùs demirandum omnes philoſophiæ imaginem temere aſſimilare, hanc in lacernis & inanibus verborum ſonis locare, diſciplinam regalem potiùs ad bene viuendum quàm bene dicendum repertam, malè dicendo & peius viuendo contaminare, quodque longè omnium peſſimum eſt, illâ ad opes & vanæ gloriæ tumorem abuti: diuitias velut onus tergoris, oneri magis eſſe quàm vſui, ad viuendum velut ad natandum eum eſſe meliorem, qui onere liberior, diuitum faſtum ſimilem eſſe bullis in aqua tumeſcentibus, quibus quo inflatiores eo plus ventorum ineſt: limina ſuperba potentiorum ciuium coloſſis illis aſſimilari, qui magnitudine & mole ſua conſpicui ſunt, verùm intus claui trabales, poſtes transfixi, machinæ, tormenta: multis additis inſuper exemplis quaſi remediis & fomentis ægrotantium, nec ſatis mente firmorum dolorem euellebat. Sed aliis validioribus cogebat eos animos, qui non legibus magis quam naturâ valebant, vt ſua quiſq; exempla æqua ſorte pateretur, facilem eſſe bonorum iacturam, ſed & facilem virtutis in ſe omnia cumulatè poſſidentis acquiſitionem. Satis ad bene beatéque viuendum illi fore in quo quædam virtutis vmbra, ſed magnum philoſophiæ deſiderium ſuperaret. Sed quoniam exemplum vitæ ciuitati ſoli vel cuidã parti ſolùm prodeſt, ſcripta longè latiùs diuagantur, ſtatuit eam virtutis imaginem delineare, quam vniuerſo humani generis conſortio profuturam credebat, niſi Vlyſſis exemplo mortalium aures cera fuiſſent obturatæ. Hanc omnibus ſuis partibus & extremitatibus abſolutam veluti virtutem ipſam ſcripta illius ſæpiſſimè propoſuerunt, ex quibus ſi eam mutuare voluerimus, facilis erit, poſt conſequutum & impletum deſiderium, coniectura vitæ perfectioníſque Luciani, qui nudam virtutem effigiarit, cuius imago vix concipi ac ne conſpici quidem poteſt. Nec enim aliter fieri potuit, vt virtus niſi à perfectiſſimo & penitus diuino ingenio pingeretur, acies illius, Solis acies eſt, quam ſi contempleris propius, hebetatur, ſi diutius intuearis, omnis viſus prorſus extinguitur. Neceſſe igitur eſt vt qui ſimilem delineauerit, exemplo Menippi, qui vt ad cœlos euolaret ſibi pẽnas aquilinas aptauerat, oculos aquilinos ſibi ſumpſerit, quibus diuini luminis fulgorem diutius poſſet ſuſtinere. Igitur ſi cui deſiderium pruriat diuinam illam imaginem intueri, per eum vnicum licet, qui perfectè illam effigiauit, vt videre eſt in diuinis & doctiſſimis illis dialogis quorum titulus IMAGINES, in quibus dum Pantheam Abradatę coniugem effingit, virtutem præbet abſolutam. Sed non ſolùm virtutẽ efformandã decreuerat, verùm omnia inſuper quibus coniungi dea, & à quibus diſiungi ſolet. Ne igitur incomitata procederet, eximios viros vnicum ornamẽtum decuſq; ſeculi, addidit comites & aſ-

ſeſſores

ſeſſores NIGRINVM & DEMONACTEM, qui poſt virtutem decus omne temporis exiſtebant, & in quibus abſens virtus reperiri poterat. Et quoniam, vt diximus, nihil æquè regnum vitiorum adauxiſſe ac peſſima illa ganeo num colluuies videbatur, qui ſe philoſophos iactãtes, animos ad vitia ſolicitabant, virtutem abradebant, vitia ſupponebant, illorum exemplum imitati, qui ex inimicorum ſtatuis caput obtruncant, ſuam vel aliam ſuppingunt: vt virtutem ſuam æternâ & conſpicuâ ſede locaret Lucianus, voluit primùm à talibus monſtris vrbes eſſe vacuas, mentes quietas, libera ingenia, vt exemplo Domitiani edicto depellerentur. Vt autem facilè dignoſci poſſent, nec in poſterum cuiquam imponerent contrariorũ exemplo quales eſſent, declarauit. Igitur qui veros philoſophos, quales erant illi quos paulo antè nominaui, à fictis & ſimulatis ſecernere decreuerit, exẽplum vtriuſque rei perfectiſſimũ habet in dialogis, VITARVM AVCTIO, PISCATORES, NIGRINVS. Quantum enim virtutis comites laudibus extulit, & æmulatione perſequutus eſt, tantum peſſimas illas & execrandas aues in his dialogis inſectatus eſt, vanos & fucatos eos clamitans, qui falſo ſe nomine iactarent, cùm non modò veram philoſophiam ignoratẽt, verumetiam planè diuerſa docerent. Nuſquam veris diſciplinis labia admouiſſe, ob quædam verbula virtutis nomine & ambitu intexta, continuò in Heliconem veniſſe, ſeſe Lycæi prẽſides iactaſſe, & tamen omnia ficta & ſimulata prędicaſſe. Nec ſolùm circa res humanas ſuſpenſa, incerta ac ſtulta docere, verumetiam de rebus ſublimibus, de mundo, de Deo, de ſyderibus, de prouidentia diuina, & id genus aliis, falſa, ementita & impia iactare, quæ neque viderint ipſi neq; aliunde cognouerint. Quę omnia diligenter exequitur ſublimis ille ICAROMENIPPVS. Veros philoſophos qualem Nigrinum, Demonactem & CYNICVM exhibet, nuſquam ſcientia tumuiſſe, Socratis exemplo, ſe nihil ſcire profeſſos, cùm Imperitiæ confeſſæ ſumma prudentia ſit. Simias verò & mimos ſuos ob quædam ventoſa & obſcura argumenta, & falſas rerum definitiones, ita ferre ſupercilium & elatos incedere vt vix ſalutatione quemquam dignarentur. Veros philoſophos amicitiæ ſymbolum ſumma conſeruaſſe diligentia. Vt probat eximiis decem exemplis TOXARIS ſiue Amicitia. Simulatos ne quidem aliorum beneuolentiam expetiiſſe, occultè mortalium odium ſeuiſſe, omnino inter ſe diſſentire, ſibi ipſis non conſtare, omnia bona ac mala miſcere, iura legéſque confundere, & ad exemplum trahere perniciem veniẽs in æuum, iniuriis & contumeliis coæquales & eiuſdem ſectę participes laceſſere, aliorum ſectas & opiniones lacerare. Nullum eſſe pretium operæ ſi verbis virtutem laudemus, diſciplinas omnes perdiſcamus, omnium artium in vnum comprehenſam multitudinẽ fuerimus adepti, niſi ſimul vitæ ſocietatem, qua nihil maius nihil diuinius à diuis humano generi quicquam largitum eſt, profiteamur. Quæ omnia diligenter in LAPITHIS, in EVNVCHO & DE SECTIS amplexus eſt. Virtutis aſſeſſores modeſtia & frugalitate cenſeri, nihil in vitam, nihil in mores peccare. Elatos illos & tumidos torrenti ambitione vanæque gloriæ appetitu torqueri, gloriam nimis auidè captare, in ſummam interim temeritatem & infamiam præcipitari, nihil intentatum relinquere, nec ſibi nec alteri parcere, vt vel poſt mortem

ſuperſtitem nominis gloriam & poſtumam vitam relinquant, Empedoclis duri ſenſuum damnatoris, ſed ſimulati & inanis gloriolę petitoris exemplo, vt patet tractatu DE MORTE PEREGRINI. Illos ſimplices & frugi, quibus victus qualiſcunque ſufficiens, qualecunque conuiuium vultus hilaritate penſatum, hanc vitæ normam ac viuendi profeſſionem inſtituiſſe, hos ampullatos & faſtoſos diuitum & cœnarum opipararum perpetuos eſſe comites, nec ſanitati nec ſaluti parcere, dummodo cibis non parcant, ſe in conuiuiis vino cibóque ingurgitare, ſcurras eſſe, aſſentatores, ſycophantas, fumi venditores, aliorum cõemptores, laudatores ſui, ludibriis & ſuperbiloquentia effeciſſe vt bonarum artium deſideria marceſcerent, iactarentur literarum amatores, quoquo modo extruderentur, & viderentur longè infra pecuniam poſiti, quæ omnia proponit GALLVS BIS-ACCVSATVS. Illos fortuna ſua & qualibet ſorte contentos nihil vltra ad ſatietatem appetitus expetere, ſolam virtutem & amicorum incomparabilem ſuppellectilem ſibi ad bene beatéque viuendum ſatis eſſe. Hos mercede propoſita philoſophiam diuites edocere, nec præuidere quænam ſunt aulicæ & ſuperbæ vitæ moleſtiæ, quænam ſequantur & comitentur incommoda, quàm indigna & exprobrãda cuique mortalium præſertímque docto & liberalibus ſcientiis inſtituto, ſolam ſpem voluptatis momentaneæ hanc nutriſſe voluntariam ſeruitutem. Quæ omnia velut tabellâ quadam & imagine propoſitâ eleganti picturâ depingit DE MERCEDE CONDVCTIS. Denique veros philoſophos animam ipſam in labiis geſtare, taléſque circa interiora eſſe quales mortales poſcebat Deûm atque hominum irriſor Momus, domos Druſi Deæque Syriæ imagines eſſe. Nam verè philoſophus Druſus cùm domum ędificaret in palatio, promitterétque ei architectus, vt libera ab aſpectu, immunis ab omnibus hominibus eſſet: Tu verò ſi quid in te artis eſt, inquit, ita compone domum meam vt quidquid agam, ab omnibus perſpici poſſit. Atque talem Iunonem Syri voluerunt quæ cæca & lapidea oculeos totos & ſpirituales cõſpiceret. Nam ſi Iunonis in latus obtutum contorqueas, hàc te lumen cœleſtis imaginis ſequitur: dum poſteriora Deæ videnda meditaris, interim imago Deę vertitur, vt oculos inſpiciẽdos præbeat: quoquò vultum deflectas, Syrię vultum deprehendis, ita cæca tota oculea eſt. Falſos verò quorum ſimulatio non poteſt eſſe diuturna, omnia fingendo, conturbando, mentiendo, obliquas virtutis vias blaterando & labyrinthos (quo nomine permulti gloriabantur) effutiendo, effuſo quodam ſepiæ attramento vaneſcere. Hippolytum & Dionyſum mendaciis & periuriis ſuperare, aliud in ore, aliud in pectore clauſum habuiſſe: illos non tam videri voluiſſe opes contemnere, quàm ipſa veritate contempſiſſe, & omnia fortunæ munera meritò ſpreuiſſe, quæ, tanquam aconita, miſeros legentes decipiunt. Illos re, exemplo, & verbis docuiſſe quis verus diuitiarũ vſus ſit, quibus potiſſimùm obueniant, quales reddant poſſeſſores, quàm vanum & elatum ſit eorum ſupercilium quibus immenſum & ignotum argenti pondus & auri Deus eſt: hanc illos demum extremam putaſſe fœlicitatem quę arbitrio ſuo conſiſteret, exemplar humanarum fœlicitatum eſſe tractatum, cui titulus, CYNICVS. Hos in diuitias perpetuò inhiaſſe, hoc TIMONEM multoties exprobraſſe, ſigna, vaſa, toreumata ſæpiſſime fura-

tos in LAPITHIS. Illos omnia reiecisse vt virtuti obuiam irent, hos diuitum domos præpedisse vt virtutis desertores dicerétur. Virtutem igitur illos perfectam quatenus à mortalibus potest, acquisiisse, hos veram reiecisse, fucatam præmonstrasse, & si qua eos habuisset virtutis cura, diligentiùs mortales durum & agreste genus ad verum virtutis tramitem deduxisse, quàm leuibus & inanibus ludibriis effecisse, vt philosophiæ totum corpus eneruaretur & caderet. Omnia duabus artibus ignorantia & arrogátia miscuisse, virtutémq; cum fastu confudisse. Haud cétesimam partem dixi, atque otium nũc si sit, vix possum expromere. Omnia enim quæ expetisse diuites & factiosi solent, hoc fonte promanabãt. Sed neque in ipsos homines hæc pernicies grassabatur solummodo, verum etiam in Deos manus extendebat, eos supponebat, fingebat, mouebat: plurimos ex peregrinis & barbaris, cœlis beasse, vltimum eorum desiderium erat. Dum enim fieri volũt alieni erroris accessio, dum poëtarum carmina & vaniloquam Theologiam prædicant, non solũ homines in densissimas tenebras inicere, verùm Deos Deorúmque principem Iouem: vt patet in DEORVM CONCILIO, PROMETHEO, in IOVE TRAGOEDO, IOVE CONFVTATO, DISSERTATIONE CVM HESIODO. Ineptam etiam & nugacem esse de fato persuasionem, quale scilicet plebecula poëtarũ fabulis decepta effingit sibi, Deos etiã, quos vano delusa gentilitas adorat, huic fato subiici, vt testatur Iuppiter Confutatus. Sed non solùm hos Deos auferre de medio cogitauit, etiam Magiam penitus abolendam decreuit, cùm videret plurimos hoc infando & execrãdo vinculo irretitos. In hos loquitur LVCIVS, PHILOPSEVDES, GALLVS. Hæc sunt quibus insanorum philosophorum dementiam coartabat. Et quoniam pessima ista & insociabilis societas omnium animos fœdauerat, nunquid vt vitium penitus euelleret, necesse habuit cum omnibus vitio fœdatis manus cõserere? Hoc igitur præstat CHARON, hoc ICAROMENIPPVS, hoc SATVRNALIA. Si quis regnãdi desiderio teneatur, videat miseros tyrannorum casus, domesticos luctus, insidias omnium, seruilem metum, & cætera cum antithesi vitæ paupertinę amplificata, hæc exhibent CATAPLVS, TYRANNICIDA: priuatorum vitam præstantissimã & tutissimam esse, præceptorum omnium philosophorum illud esse præcipuum, vitam occultãdam, tacitè secum sed beatè viuendum. Nam diuitias, Imperia, regna, magistratus & cętera prima mortalium, ad quę mundus auidissimè suspirat, quę ficti philosophi totis viribus quærunt, & concupiscũt, vana, fluxa, caduca. Eorum omnium qui huic Pythagoræ præcepto nõ obtemperarunt, vitam tragicis assimilari, in quorũ personas, quo elatiores & digniores sunt, eo celeriùs & alacriùs nefandi & miseri exitus cõfluunt: probant Necyomantia, Charon. Eorum corpora supplicijs æterníque ignibus reseruari, animos interim in pecudes & præcipuè asinos transire, quoniam anteacta vita inerti pigritia languescebat: in LVCIO. Omnium vitã eorundem iudicum sententiæ subiici, nullam æstimationem cuiuscunq; fortunę futuram, nullam personarum rationem, nullam potẽtiæ, diuitiarum, famæ, dignitatũ: omnes, quod ad statum & cõditionem attinet, eadem lance ponderari, quemquam manes suos pati, pro virtute, pro vitiis, præmia, & supplicia parari: DE MORTVIS. Vana esse perditorũ sacrificia, nisi vitam virtuti

ſacrificent, Iouem non placari donis hoſtiis eorum, qui periuris linguis minùs audientem fatigant. Litabilem eſſe hoſtiam, animum purum, rectam mentem, & ſinceram conſcientiam, quę omnia propoſuerũt VOTA & tractus DE SACRIFICIIS. Atque hæc ſunt quę ad veræ philoſophiæ reſtaurationem plurimùm valere poſſe dicebat, hi ſunt rationum modi, quibus mortalium animos ſolicitabat ad virtutẽ. Quibus omnibus ſi fucati, mendaces, & pallio tenus philoſophi, parêre ſciſſent, nõ ea cõmiſiſſent flagitia, propter quæ odio publico in poſterum flagrarunt. Sed non poterant cæci illi & hebetes animi, hãc ſibi virtutis ſpeciem propoſuiſſe, quam ſola perfectio nouerat, philoſophiam, Deorum munus eximium, non omnibus eſſe poſſe cõmunem, eam facili & dedolato ingenio egere, in BIS-ACCVSATO. In gradibus, quos paulo antè numerauimus, multas occurſare difficultates, quæ vel audaciores, ad metum prouocare poſſent: quid nõ leporinis & meticuloſis ingeniis timoris incuterent? Ad eam purgatâ & defæcatâ cõſcientiâ opus eſſe. Nunquid igitur ſtudium inutile tentare illos qui mille criminum rei templum illius venerandum ingrederentur? Deinde philoſophiã illi ſoli peruiam, qui flumine ingenti literarum eſſet inundatus, eos ne minimum ſciẽtiarum appetitum habere: Itaque nihil mirum ſi philoſophiam deducerent ad lacernas, & pro purâ illâ & ſine labe diſciplinâ, ſordidam & & manticulatam ſycophantarum & calumniatorum licentiam traderent. At LVCIANVS, vt ſuperiùs elaboratam virtutis imaginem procrearet, omni ſcientiarum ſuppellectile fuit inſtructus, nec ſolùm vnius ſcientiæ ferulæ manum ſubduxit, ſed omnes omnino ab eo perfectè diſci poſſe ſcriptis profeſſus eſt. Quis enim eſt qui negare audeat eum diligentiſſimum Grammaticum, Rhetorem, Aduocatum, Medicum, Hiſtoricum, Philoſophum, Poëtam, & (vt omnia vno verbo complectar, quemadmodum in eo cumulatè complexa ſunt) Politicum? Sed Lectori fortaſſe videor imponere, dum ea quæ vix ſeparatim in vnoquoque mortalium deprehenduntur, Luciano coniunctim aſſigno. Non abſurdum erit de illius doctrina iudicium expoſuiſſe, vt elargitæ nimiæ laudis ſuſpicio declinetur. Summũ fuiſſe Grammaticum nemo inficiabitur, qui veterem Atticorum Criticam diligenter examinarit. LEXIPHANES, obſoletarum dictionum perquiſitor, teſtis domeſticus eſſe poteſt, à quo non longè aberit PSEVDOLOGISTA: nec minorem Grammatici laudem illi parabit IVDICIVM VOCALIVM, & tractatus PROLAPSV INTER SALVTANDVM. Ipſã quæ tradidit de Arte Rhetorica præcepta, qualis Rhetor fuerit ſatis demonſtrarẽt, niſi volumen ingens & perfectiſſima verborum iunctura declararet. Quis non mirabitur illius laudationes, ENCOMIVM MVSCÆ, BALNEI HIPPIAE, DOMVS, PATRIAE, PANTHEAE? vituperia, ALEXANDRVM ſcilicet & paſſim omnes PHILOSOPHOS? De patrocinio ſileo, ipſe pro ſe patronus eſt, qui damnatos PHALARIDEM, PARASITVM, ABDICATVM & multos alios defenderit, vt ad Medicinã tranſeam in qua plurimum nominis obtinuiſſe teſtatur TRAGOPODAGRA, OCYPVS, DIPSADES, ABDICATVS. Quàm accuratè temporum hiſtoriam ſit adeptus, ex omnibus ſcriptorum partibus facilis eſſet coniectura, niſi MACROBII omnium Chronologorum vicẽ ſubirent. Potuit inſuper non leuiorem huius rei fidẽ

facere liber ille doctiſſimus DE CONSCRIBENDA HISTORIA, & VERARVM HISTORIARVM LIBRI DVO. Nihil de philoſophia reſtat dicendum, iam monui. Quamquam ſi quædam reſtaret, breuiarium ſuæ doctrinæ præberent PARASITVS, PSEVDOSOPHISTA. Inter hæc omnia virtutum & ſcientiarum experimenta, quî aliter fieri potuit quin poëta ſummus euaderet; cũ his dotibus inſuper adderet omnes fabulas, in DIALOGIS MORTVORVM & DE SALTATIONE comprehenſas? Quin & idipſum ſatis declarant Epigrammata, poëmata, & multi verſus operũ longiorum ſuperſtites. Atque his ommibus addidiſſe condendarum legum diſciplinam teſtatur dialogus DE GYMNASIIS. Hæc parua heroi incomparabili videbãtur, niſi ea fuiſſet amplexus, quæ virum liberalem potiſſimùm decent. Nam pictorem excellentiſſimum fuiſſe IMAGINES, HERCVLES GALLICVS, CALVMNIÆ NON TEMERÈ CRÉDENDVM, DE DEA SYRIA, BACCHVS & innumera alia patefaciunt, ex quibus Philoſtratum Lemnium ſuas imagines delineaſſe certum habeo. Geometram inſignem perhibet non tam principium Icaromenippi quàm longæ ſuæ peregrinationes. Hæc omnia ſuſpicione omni longè vehementiora ſunt, vt quæ veritatem cum doctrina præ ſe ferant, & ſequentium ætatum inuitos vel inuidos ad ſtupẽdam & incredibilem admirationem ſui pertrahant. Poſtquã enim hæc ſcripta ingenioſorum hominum manibus teri cœperunt, creuit ſcientiarum & virtutis amor, qui vſque in hodiernum diem quorundã pectoribus inſidet. Et ex hac pingui ſegete philoſophicum illud ſemen concretum eſt, cuius progenies & ſurculi Philoſtratum, Eunapium, & alios occuparunt. Tantúmque potuit æmulatio, vt Syri antea prædæ intenti, & latrociniis accincti, quibuſcum odium virtutis & literarum innatum erat, relictâ ferarum & prædonum natura, philoſophiam ſummo deſiderio ſint proſequuti. Nam ab antiquiſſimis Pherecyde & Iſæo pauciſſimiſque aliis Syris, quibus philoſophia cordi fuerat, vſque ad Luciani tempora vix vllum Syrum inter tot philoſophantium ſectas poteris numerare, licèt Laertium, Philoſtratum, & alios euolueris. Atqui poſt Lucianum, mirandáque Luciani ſcripta, cætera ſunt philoſophorum Syrorum maria. Hæc poſterior ætas vno ſæculo Lucianum attingens, auis longè melior, tulit Iamblichum, Epiphanium, Libanium, Magnum, innumeroſque alios Syros, qui ſi cum coętaneis, qui Iuliani Cæſaris tempora illuſtrabant, conferãtur, longè à primis erunt ſecundi. Attamen licèt, vt diximus, innumeri ſint qui ſe vitã nomẽque Luciano deberi fateantur, quorum decus immortale poſt mundum & ſydera vitam adhuc habiturum eſt: In contrarium tamẽ innumeri ſunt qui aurea illa & diuina ſcripta diſtringãt, homines malo aſtro aborti, & aduerſante natura coacti, peſtes in hoc natæ vt nihil quicquam poſſint niſi meliores carpere, vnguibus circunſcalpere, vera lineamẽta deflectere, quę quoniam nec ſibi prodeſſe, nec alteri quicquam poſſunt, inuidiæ liuore præoctæ aliena meliùs carpere & diſtrahere contendunt, quàm emendatis arbitris ſua proponere. Harum igitur peſtium (excipio quoſdã ſimplices) quibus nec mens ſibi nec color certa ſede manẽt, harum, inquam, noctuarum ſanie venenóque perlitarum ſcopus vnicus eſt Lucianus. Primùm obiiciũt, cæteros philoſophos, aliam oſtendiſſe viam qua iretur ad virtutem. Quòd

Christum rerum omnium dominum insectatus sit, hoc datur vitio. Denique quòd dialogis amatoriis adolescentulos flagitiis nobilitet. Quorum omnium conuitiorum amarissimam labem verborum veracium flumine diluere conatus, necesse est in paratos incidam laqueos, nec possim etiam damno meo Lucianum damnis eripere, nisi pro se patronus causam suscipiat, respondeátque purgatis quibusdam & medicatis scriptoribus, qui plus vident quàm quod vident, præligata eorum fuisse pectora, cùm calumniam aggressi, parum attentè parúmque verè accusationem instituerunt. Et quoniam meritò Statius Cæcilius in poëmatibus suis dixit, *Innocentem eloquentiam esse*, ostendet profectò non solùm simplicia esse quæ dicta sunt, sed etiam vana, inepta, falsa, & in hoc solùm crimina quòd obiecta sunt. Egregia sanè est prima obiectio, nisi à principiis Lucianum ad risum prouocasset. Fateor aliud proposuisse philosophos, nec quicquam simile proposuisse. Nam si à philosophiæ restauratione talem viam fuissent ingressi, qualem postea sibi & postumis Lucianus effigiauit, non tamdiu, Andabatarum more, de vero virtutis tramite digladiassent. Longè acriùs pungit quod sequitur, Christum contumelioſis verbis læsisse. Impium, sceleratum, damnandum fateor, nisi superstitionum erroribus etiamtum irretito parcatur: pœnam in se reposcere, quam Tacitus, Suetonius & alij Christianorum hostes acriores passi sunt. Nam eum nusquam Christianum fuisse alibi docuimus. Restant amores meretricij, (Dialogum amorum non esse Luciani probabimus) in quibus quid aliud describitur, nisi pessima & sceleratissima meretricum vita, nefanda vitia, corruptelæ iuuenum, auaritia, gula, scelera in vnum collecta? Vt enim in cæteris dialogis solus Lucianus interiora virorũ examinat, qui boni qui mali nota distinguente declarat: ita quarundam fœminarum vaferimum & prauissimum ingenium explorat. In hæc facinora quære supplicium

*Tu qui, nasute, scripta distringis sua.*

Sed quoniam inutile est absentem & mutum criminari, nisi ipse qui criminatur, pro se causam dicat, inutiliter, fateor, causæ defensionẽ susceperi: ipse enim venit & iamdudũ pro se loqui gestiebat, narrabátque rationem qua Sophocles & euitauerat iudicium & laudem à iudicibus meruerat. Arguebat filius Sophoclis patrem dementiæ, ille vt crimen protelaret, protulit Oedipum Coloneum peregregiam suarum tragœdiarum, quam fortè tum eo tempore conscribebat, eúmque iudicibus legit, nec quicquam pro suâ defensione addidit, nisi vt audacter dementiæ condemnarent, si carmina senis displicerent. Talis Apologeticus Luciani sermo est. Superciliosis istis hominibus qui pileo metallum addunt, & soleis plumbum suppingunt, videatur vstulandus: diuorum patrum Gregorij Nazianzeni & Basilij magni pertusum calculum patiatur, si scripta pati possint.

## ΛΟΓΙΩΤΑΤΩ ΚΥΡΙΩ ΙΩΑΝΝΗ ΤΩ Βυρδελωτίῳ τὰ τῦ ἠδίος Λουκιανοῦ διορθώσαντι.

Λουκιανοῦ ὅδ' ἰχάμμια Σύρου, τριαντῶν δὲ νόημα
Τῶν Χαρίτων, Πειθοῦς θ' ἡ Φαίσις ἡδυλόγου.
Ταῦτα θ' ἑρμήνευσεν Βουρδλώτιος, εἷς ἀρέσωσι
Λουκιανόν, Πιθώ, καὶ Χαρίτων τριάδα.

*Idem Latinè.*

LVCIANI liber iſte Syri eſt; inuentio, trigæ
Eſt CHARITVM: SVADÆ dictio ſuauiloquæ.
Reddidit exterſis vitam his BOVRDLOTIVS vnus,
LVCIANO, SVADELÆ, & CHARITVM triadi.

THEODORVS MARCILIVS
Profeſſor eloquentiæ regius.

## ΕΙΣ ΕΚΔΟΣΙΝ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΥΠΟ λογιωτάτου κυρίου τῦ Βουρδελοτῦ ἐπίγραμμα.

Τραυμαστίας καὶ ἑλκώδης μάλα τυγὸς ἀλᾶτο
Εὐτραπέλος δόξας ὡρίν ποτε Λουκιανός·
Καὶ φάτο ταῦτα παθῶν ὑπ' ἀπείρων πολλάκι νυχθὶς
Ἑρμιωθυτῷ, ἡ πάχα χαλκογράφων.
Οὐκ ἔτλη ποσσὶν ἑρῳ κακακωμύων ὧδε νοήσας
Βουρδελοτὸς, μελέων ἄλλα κάθηρεν ἰόν·
Καὶ χαίεντ' ἀπέδωξε πάλιν, χαιέστερος αὐτὸς
Κείνῳ τῷ ἰδίων πῶς μεταδοὺς χαρίτων.

NIKOΛΕΩΣ Ο ΒΟΡΒΟΝΙΟΣ.

## ΤΩ ΝΕΑΝΙΣΚΩ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΕΛΛΗνικὴν σπουδάζοντι Φιλοσοφίαν, χαίρειν.

Εἴαρος ἀρχομένου, ζεφύρου ὅτε ὑγρὸν ἄημα
Ἠρέμα λιμνήας πνείῃ ἐπ' ὠκεανίους,
Ἀνθεσιν εἰαρινοῖς εἰ τηλεθόωσιν ἄρουραι
Εἶδες θ', ἡδὲ ῥόδου θελξινόου χάριν·
Λουκιανὲ σὺ σελίδεσιν ἔχῃς χαρίτας πολὺ πλείους,
Ἃς σοι ποσφορέως τ' ἄρχιον ἐκτελέσῃ
Εὐφορσυνίων, καὶ σωφορσυνίων τόμος τ' ἀπὸ χρόων
Μελιχίης σοφίης ἡδύπατος ταμίης,
Ἠχὶ καὶ αἰθερόῃς ἀμβρόσιαι αἴθουσι λιμῶν
Κόσμον ἀμοιβὸς βιότου, φθέγματος ἡδὺ μέλος.
Ὁππόθι γηραλέος τε, νέος, νηΐς, πολυΐδρις,

Θέλκτρον ὀπιζήμιος, ἤμεθον ἠδὲ λάβοι.
Τοῦ, χαρίτων εἰδὼς, καμόων ἀρετῇ τε νίκητε
Βουρδελοπος, κῦδος Πιερίδων κεκαπεών,
Πᾶσάν τ' ἰδιοσυρίην μεμυημένος, ὅππότ' ὀλέσσας
Τοῦ κλέος, ἐκ Μουσῶν πάντη ἀφδόμενον,
Ἐς φάος ἐξαγαγὼν μέλος καὶ εἰς χρῆσιν ἀπάντων
Λουκιανὸν κεν εἴη φέρτερος, ἢ ὅ πάρος.
Ἤδη σὺ δυκέως κυίζῃ τε μέλιασα ἄωτον
Αὐτὸς πανσοφίης αὖθα σῆ ἰδιοσυρίης.

ΚΛ. ΒΕΛΟΥΡΓΕΡΙΟΣ.

---

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΔΙΟΡΘΩ-

θέντος καὶ πεφωτισμένου ὡδὲ τῷ ἐλλογιμωτάτῳ
τῷ Ιω. Βουρδελώπου,

### Ιαμβος Κειπικός.

Παλιμφυὴς ὢν Λουκιανὸς δύσεται
Ἀφ' αὑτὸς ἔμολε βύεπείας Ἀτλικῆς,
Καὶ τῦτο κῦδος ἀσφαλίζετ' ὀξύχρω
Τῇ τ' ἐπιτεχείᾳ καὶ μόχῳ πανδοξίου
Τοῦ Βουρδελώπου. ὃς γὰ εἰδὼς ἐν λύχνῳ
Κεῖσθαι νεφώδη Λουκιανοῦ βιβλία,
Διὰ πλημμέλειαν φαυλοτεκτόνων χερῶν,
Καὶ πλεῖ παλαιᾶ βύπρέπειαν ἀπολέσσας,
Καὶ πρέπον αὖθις φαιδρότητος συμφύτου,
Ἀπάντα κείνων βύθυνεν τὰ σφάλματα
Καὶ ὥσπερ ἡλίου σέλας κεκαθαρὼν ἑῷον·
Σκοτεινὰ πάντα φωτὶ καινῷ ἤυγασε.
Διὸ νεῶ γέμοντες τῆς πάλαι βύμοιρίας
Χαρίτων τε πασῶν Λουκιανοῦ οἱ λόγοι,
Πάλιν ἀρέσσουσιν βύπρεπῶν Μουσῶν χορῷ
Λαλοῦσι γλώσσῃ Αἴσσουσιν καὶ Ἀτλικήν·
Ἐπίσαεις ὡς μαθημάτων πανσπερμία.

I. L. D. R. I. V. L.

LVCIANI

# SAMOSATENSIS

## PHILOSOPHI VITA.

### *IO. BOVRDELOTIO*

*Autore.*

LVCIANI Samosatensis Philosophi vitam scripturum, ope summa niti decet, ne temere voluntati & opinioni eorum videatur assentire, qui aggressi hactenus falsa veris miscuerunt, & ex tribus vel pluribus huius nominis vel rhetoribus vel sophistis, longo inter se interuallo viuentibus, Luciani nostri vitam texuerunt. Suidas qui ex antiquis βιογράφοις solus Lucianum nobis tradidit, proh Iupiter! quæ mendacia blaterauit? Satis ad eum refutandum quæ nos in contrarium scribimus. Volateranus non Suidæ contentus nugis alias insuper de suo liberalis adiunxit. Cæteri aut non viderunt viam qua iretur ad illam, aut visam similibus aliisque mendaciis refarserunt. Igitur ne simili coinquiner audacia, Lucianum de se narrantem exscribo, vt verus ad oculos legentis accedat. LVCIANVS natione Syrus fuit, vrbe Samosata, quæ iuxta Euphratis cõfluenta sita est: circa Traiani tempora videtur natus, cùm Epictetus, illud virtutis exemplar, velle esse desineret. Patris ignoratur conditio, sed tamen vt appareat eum ex hoc genere hominum fuisse, qui in extrema paupertate morientes non multùm heredẽ adiuuant. Nam cùm deliberandum esset de futura Luciani filij conditione, viderétque patrem suum & vxoris fratrem eximios audiri statuarios, ne deliberauit quidem vt videretur contatus, sed statim fortunæ statuariæ filium addixit: qui nescio an ingenij bona indole, an fato quodam, artis statuariæ desertor efficitur, & ad meliorem frugem se recipit, atque statim vt sibi reliquam ætatem à statuaria procul habendam decreuit, meliora pollicitus, rei familiaris inopiâ, relictâ Samosatâ, vbi leuioribus studiis instructus fuerat, Antiochiam petiit, vt causis dicendis operam daret: sed cùm non illi ad mentem succederet causidicinæ conditio, videretúrque nominis illustrior gloria futura, si Rhetoricam, quâ plurimùm pollebat, profiteretur: vt illâ notescceret, varias animo concepit peregrinationes, & suscepit: Iuuenis in Galliam profectus, auditorum frequenti coronâ, & laudem meruit & retulit: ex Galliâ Macedoniam petiit, vbi variis dissertationibus perfectissimum dicendi robur exponebat: quales sunt, Herodotus, Scytha, Harmonides. Sed cùm videret, Rhetores inductioni-

bus & fallaciis, diuitias & cætera quæ prima mortales putant, potius ſibi quærere, quàm veræ virtutis mercedem, eâ relictâ philoſophiam aggreſſus eſt: in qua quid profecerit, eſt incredibile memoratu. Sed tamen ipſi etiam philoſophi plus diuitiis quàm philoſophiæ parentabant, auditores inuicem ſibi aut vellebant aut vellicabant: & ciuitates, quibus fucatam illam oſtentabant philoſophiam, factionibus infeſtabant. At Lucianus non fuco cum fucatis, non factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat, ſemper ingenio vt conditione liber, tandem ſub Diuo Marco Ægypti procurationi præpoſitus, & ſuo & amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis ſuis inuicem credunt Chriſtianum fuiſſe arbitrantur, ſuppoſitiorum prauitate decepti. Ipſa de Morte Peregrini narratio ſatis euincit errorem. Nec ſanior eorum opinio qui à canibus laceratum aſſeuerarunt. Nam ſenio, vel, quod verius eſt, podagra nonagenarius obiit: ſuperſtite vnico filio, qui ſummus ſophiſta Iuliani tempore, & ad quem huius Imperatoris extat epiſtola.

# ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΤΟΥ Λουκιανοῦ. LVCIANI OPERVM Index.

Numerus paginam notat.


Περὶ τοῦ Ενυπνίου, ἢτοι, Βίος Λυκιανοῦ — DE somnio, seu, vita Luciani p. 1
Πρὸς τὸν εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις — Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis 8
Νιγρῖνος, ἢ περὶ φιλοσόφων ἤθους — Nigrinus, siue de morib. philosophorũ 14
Δίκη φωνήεντων — Iudicium Vocalium 27
Τίμων, ἢ μισάνθρωπος — Timon, siue Misanthropos 31
Ἀλκυών, ἢ περὶ μεταμορφώσεως — Alcyon, siue de Transformatione 52
Προμηθεὺς ἢ Καύκασος. — Prometheus, siue Caucasus. 55


## ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. DEORVM DIALOGI.


Προμηθέως καὶ Διός — Promethei & Iouis 64
Ἔρωτος καὶ Διός — Cupidinis & Iouis 65
Διὸς καὶ Ἑρμοῦ — Iouis & Mercurij 66
Διὸς καὶ Γανυμήδους — Iouis & Ganymedis ibid.
Ἥρας καὶ Διός — Iunonis & Iouis 68
Ἥρας καὶ Διός — Iunonis & Iouis 70
Ἀπόλλωνος καὶ Ἡφαίστου — Apollinis & Vulcani 72
Ἡφαίστου καὶ Διός — Vulcani & Iouis 73
Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμοῦ — Neptuni & Mercurij 74
Ἑρμοῦ καὶ Ἡλίου — Mercurij & Solis 75
Ἀφροδίτης καὶ Σελήνης — Veneris & Lunæ 76
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος — Veneris & Cupidinis 77
Διός, Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἡρακλέους — Iouis, Æsculapij & Herculis 78
Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος — Mercurij & Apollinis 79
Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος — Mercurij & Apollinis 80
Ἥρας καὶ Λητοῦς — Junonis & Latonæ 81
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ — Apollinis & Mercurij 82
Ἥρας καὶ Διός — Iunonis & Iouis 83
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος — Veneris & Cupidinis 84
Θεῶν κρίσις — Dearum iudicium 85
Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ — Martis & Mercurij 91
Πανὸς καὶ Ἑρμοῦ — Panis & Mercurij 92
Ἀπόλλωνος καὶ Διονύσου — Apollinis & Bacchi 94
Ἑρμοῦ καὶ Μαίας — Mercurij & Maiæ 95
Διὸς καὶ Ἡλίου — Iouis & Solis 96
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ. — Apollinis & Mercurij. 97

MARINI DIALOGI. ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

| | | |
|---|---|---|
| *Doridis & Galateæ* | 98 | Δωρίδος καὶ Γαλατείας |
| *Cyclopis & Neptuni* | 100 | Κύκλωπος καὶ Ποσειδῶνος |
| *Alphei & Neptuni* | 101 | Ἀλφειοῦ καὶ Ποσειδῶνος |
| *Menelai & Protei* | 102 | Μενελάου καὶ Πρωτέως |
| *Panopes & Galenes* | 103 | Πανόπης καὶ Γαλήνης |
| *Tritonis, Amymones & Neptuni* | 103 | Τρίτωνος, Ἀμυμώνης καὶ Ποσειδῶνος |
| *Noti & Zephyri* | 105 | Νότου καὶ Ζεφύρου |
| *Neptuni & Delphinum* | 105 | Ποσειδῶνος καὶ Δελφίνων |
| *Neptuni & Nereidum* | 106 | Ποσειδῶνος καὶ Νηρηίδων |
| *Iridis & Neptuni* | 107 | Ἰριδος καὶ Ποσειδῶνος |
| *Xanthi & Martis* | 108 | Ξάνθου καὶ Θαλάττης |
| *Doridis & Thetidis* | 108 | Δωρίδος καὶ Θέτιδος |
| *Neptuni & Enipei* | 109 | Ποσειδῶνος καὶ Ἐνιπέως |
| *Tritonis & Nereidum* | 110 | Τρίτωνος καὶ Νηρηίδων |
| *Zephyri & Noti.* | 111 | Ζεφύρου καὶ Νότου. |

MORTVORVM DIAL. ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

| | | |
|---|---|---|
| *Diogenis & Pollucis* | | Διογένους καὶ Πολυδεύκους |
| *Pluto seu contra Menippum* | | Πλούτων ἢ πρὸς Μένιππον |
| *Menippi, Amphilochi & Trophonij* | 116 | Μενίππου, Ἀμφιλόχου καὶ Τροφωνίου |
| *Mercurij & Charontis* | 117 | Ἑρμοῦ καὶ Χάρωνος |
| *Plutonis & Mercurij* | 118 | Πλούτωνος καὶ Ἑρμοῦ |
| *Terpsionis & Plutonis* | 119 | Τερψίωνος καὶ Πλούτωνος |
| *Zenophantæ & Callidemidæ* | 120 | Ξενοφάντου καὶ Καλλιδημίδου |
| *Cnemonis & Damnippi* | 121 | Κνήμωνος καὶ Δαμίππου |
| *Simyli & Polystrati* | 122 | Σιμύλου καὶ Πολυστράτου |
| *Charontis & Mercurij* | 123 | Χάρωνος καὶ Ἑρμοῦ |
| *Cratetis & Diogenis* | 127 | Κράτητος καὶ Διογένους |
| *Alexandri, Annibalis, Minois, Scipionis* | 129 | Ἀλεξάνδρου, Ἀννίβου, Μίνωος καὶ Σκιπίωνος |
| *Diogenis & Alexandri* | 132 | Διογένους καὶ Ἀλεξάνδρου |
| *Alexandri & Philippi* | 134 | Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου |
| *Achillis & Antilochi* | 136 | Ἀχιλλέως καὶ Ἀντιλόχου |
| *Diogenis & Herculis* | 137 | Διογένους καὶ Ἡρακλέους |
| *Menippi & Tantali* | 139 | Μενίππου καὶ Ταντάλου |
| *Menippi & Mercurij* | 140 | Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ |
| *Æaci, Protesilai, Menelai, & Paridis* | 140 | Αἰάκου, Πρωτεσιλάου, Μενελάου καὶ Πάριδος |
| *Menippi & Æaci* | 141 | Μενίππου καὶ Αἰάκου |
| *Menippi & Cerberi* | 143 | Μενίππου καὶ Κερβέρου |
| *Charontis Menippi & Mercurij* | 144 | Χάρωνος, Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ |
| *Plutonis & Protesilai* | 145 | Πλούτωνος καὶ Πρωτεσιλάου |

| | | |
|---|---|---|
| Διογένους καὶ Μαυσώλου | *Diogenis & Mauſoli* | 146 |
| Νιρέως, Θερσίτου καὶ Μενίππου | *Nirei, Therſitæ & Menippi* | 147 |
| Μενίππου καὶ Χείρωνος | *Menippi & Chironis* | 148 |
| Διογένους, Ἀντισθένους καὶ Κράτητος | *Diogenis, Antiſthenis & Cratetis* | 149 |
| Μενίππου καὶ Τειρεσίου | *Menippi & Tireſiæ* | 152 |
| Αἴακος καὶ Ἀγαμέμνονος | *Aiacis & Agamemnonis* | 153 |
| Μίνωος καὶ Σωστράτου | *Minois & Soſtrati* | 154 |
| Μενίππου, ἢ Νεκυομαντία | *Menippus, ſiue Necyomantia* | 155 |
| Χάρων ἢ Ἐπισκοποῦντες | *Charon ſiue Contemplantes* | 167 |
| Περὶ θυσιῶν | *De ſacrificiis* | 181 |
| Βίων πρᾶσις | *Vitarum auctio* | 187 |
| Ἁλιεὺς ἢ Ἀναβιοῦντες | *Piſcator ſeu Reuiuiſcentes* | 199 |
| Κατάπλους ἢ Τύραννος | *Cataplus ſiue Tyrannus* | 221 |
| Περὶ τῶν ὅτι μισθῷ συνόντων | *De iis qui mercede conducti in diuitum familiis viuunt* | 235 |
| Ἀπολογία περὶ τῶν ὅτι μισθῷ συνόντων | *Apol. pro iis qui merc. cond. ſeruiunt.* | 260 |
| Ὑπὲρ τοῦ εἰ τῇ προσαγορεύσει πταίσματος | *Pro eo quòd inter ſalutandum, verbo lapſus fuerat* | 268 |
| Ἑρμότιμος ἢ περὶ αἱρέσεων | *Hermotimus, ſiue de ſectis* | 274 |
| Ἡρόδοτος ἢ Αετίων | *Herodotus vel Aëtio* | 326 |
| Ζεῦξις ἢ Ἀντίοχος | *Zeuxis vel Antiochus* | 330 |
| Ἁρμονίδης | *Harmonides* | 336 |
| Σκύθης ἢ Πρόξενος | *Scytha, ſeu, Hoſpes* | 339 |
| Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν | *Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit* | 346 |
| Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος | *Hiſtoriæ veræ liber primus* | 373 |
| Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος δεύτερος | *Hiſtoriæ veræ liber ſecundus* | 391 |
| Τυραννοκτόνος | *Tyrannicida* | 413 |
| Ἀποκηρυττόμενος | *Abdicatus* | 445 |
| Φάλαρις πρῶτος | *Phalaris primus* | 461 |
| Φάλαρις δεύτερος | *Phalaris ſecundus* | 469 |
| Ἀλέξανδρος ἢ Ψευδόμαντις | *Alexander ſeu Pſeudomantis* | 473 |
| Περὶ ὀρχήσεως | *De ſaltatione* | 498 |
| Λεξιφάνης | *Lexiphanes* | 523 |
| Εὐνοῦχος | *Eunuchus ſeu Pamphilus* | 534 |
| Περὶ ἀστρολογίας | *De aſtrologia* | 539 |
| Δημώνακτος βίος | *Demonactis vita* | 545 |
| Ἔρωτες | *Amores* | 557 |
| Εἰκόνες | *Imagines* | 586 |
| Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων | *Pro imaginibus* | 598 |
| Τόξαρις ἢ Φιλία | *Toxaris ſiue Amicitia* | 611 |
| Λούκιος, ἢ Ὄνος | *Lucius ſiue Aſinus* | 643 |
| Ζεὺς ἐλεγχόμενος | *Jupiter confutatus* | 670 |
| Ζεὺς τραγῳδός | *Iupiter Tragœdus* | 679 |
| Ὄνειρος ἢ Ἀλεκτρυών | *Somnium ſeu Gallus* | 704 |
| Ἰκαρομένιππος ἢ Ὑπερνέφελος | *Icaromenippus ſiue Hypernephelus* | 724 |

| | | |
|---|---|---|
| *Bis accuſatus, ſeu Fora* | 741 | Δὶς κατηγορούμενος ἢ Δικαστήρια |
| *De paraſito, ſiue, Quòd ars ſit paraſitica* | 762 | Περὶ τοῦ παρασίτου, ὅτι ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική |
| *Anacharſis ſeu de Gymnaſiis* | 785 | Ἀνάχαρσις ἢ περὶ γυμνασίων |
| *De luctu* | 807 | Περὶ πένθους |
| *Rhetorum præceptor* | 813 | Ῥητόρων διδάσκαλος |
| *Philopſeudes ſeu Incredulus* | 825 | Φιλοψευδὴς ἢ ἀπιστῶν |
| *Hippias ſiue balneum* | 845 | Ἱππίας ἢ βαλανεῖον |
| *Allocutio ſiue Bacchus* | 849 | Προσλαλιὰ ἢ Διόνυσος |
| *Allocutio ſiue Hercules Gallicus* | 853 | Προσλαλιὰ ἢ Ἡρακλῆς |
| *De Electro ſeu Cycnis* | 856 | Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου ἢ Κύκνων |
| *Muſcæ encomium* | 859 | Μυίας ἐγκώμιον |
| *Aduerſus Indoctum, librorum longa ſuppellectile tumentem* | 863 | Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον |
| *De non temere credendo calumniæ* | 875 | Περὶ τοῦ μὴ ῥαδίως πιστεύειν διαβολῇ |
| *Pſeudologiſta ſiue de Apophrade* | 886 | Ψευδολογιστὴς ἢ περὶ τῆς Ἀποφράδος |
| *De domo* | 900 | Περὶ τοῦ οἴκου |
| *Macrobij* | 911 | Μακρόβιοι |
| *Patriæ encomium* | 919 | Πατρίδος ἐγκώμιον |
| *De dipſadibus* | 923 | Περὶ τῶν διψάδων |
| *Diſſertatio cum Heſiodo* | 926 | Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον |
| *Nauigium ſeu vota* | 930 | Πλοῖον ἢ Εὐχαί |
| *Tragopodagra* | 949 | Τραγοποδάγρα |
| *Ocypus.* | | Ὠκύπους. |

## DIALOGI MERETR. ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

| | | |
|---|---|---|
| *Glycera & Thais* | 963 | Γλυκέρα καὶ Θαΐς |
| *Myrtium, Pamphilis & Doris* | 964 | Μυρτίον, Πάμφιλος & Δωρὶς |
| *Mater & Philinna* | 966 | Μήτηρ & Φίλιννα |
| *Meliſſa & Bacchis* | 967 | Μέλιττα & Βάκχις |
| *Clonarium & Leæna* | 969 | Κλωνάριον & Λέαινα |
| *Crobyle & Corinna* | 971 | Κρωβύλη & Κόρινα |
| *Mater & Muſarium* | 973 | Μήτηρ καὶ Μυσάριον |
| *Ampelis & Chryſis* | 975 | Ἀμπελὶς & Χρυσῆς |
| *Dorcas, Pannychis, Philoſtratus, Polemon* | 977 | Δορκὰς, Παννυχὶς, Φιλόστρατος, Πολέμων |
| *Chelidonium & Droſe* | 979 | Χελιδόνιον & Δρόση |
| *Tryphæna & Charmides* | 981 | Τρύφαινα καὶ Χαρμίδης |
| *Ioeſſa, Pythias & Lyſias* | 983 | Ἰόεσσα, Πυθιὰς καὶ Λυσίας |
| *Leontichus, Chenidas & Hymnis* | 986 | Λεόντιχος, Χηνίδας & Ὕμνις |
| *Dorio & Myrtale* | 989 | Δωρεῖον & Μυρτάλη |
| *Cochlis & Parthenis* | 991 | Κοχλὶς & Παρθενὶς |
| *De morte Peregrini* | 992 | Περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς |
| *Fugitiui* | 1008 | Δραπέται |

ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ. SATVRNALIA.

Ιερεὺς ἢ Κρόνος — *Sacerdos & Saturnus* 1019
Κρονοσόλων. — *Cronosolon, id est, Saturnalium legumlator.* 1025

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ. EPISTOLÆ SATVRN.

Ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν — *Ego Saturno salutem* 1029
Κρόνος ἐμοὶ τῷ τιμιωτάτῳ χαίρειν — *Saturnus mihi charissimo salutem* 1032
Κρόνος τοῖς πλουσίοις χαίρειν — *Saturnus diuitibus salutem* 1034
Οἱ πλούσιοι τῷ Κρόνῳ χαίρειν — *Diuites Saturno salutem* 1037
Συμπόσιον ἢ Λαπίθαι — *Symposium vel Lapithæ* 1038
Περὶ τῆς Συρίας θεοῦ — *De Syria Dea* 1056
Δημοσθένους ἐγκώμιον — *Demosthenis encomium* 1077
Θεῶν ἐκκλησία — *Deorum concilium* 1094
Ψήφισμα — *Decretum* 1100
Κυνικὸς — *Cynicus* 1101
Ψευδοσοφιστὴς ἢ Σολοικιστὴς — *Pseudosophista seu Solœcista* 1110
Φιλόπατρις ἢ Διδασκόμενος — *Philopatris, seu, qui docetur* 1116
Χαρίδημος — *Charidemus* 1129
Νέρων ἢ περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ. — *Nero siue de fossione Isthmi.* 1142

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

# ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

LVCIANI

# SAMOSATENSIS DIALOGI.

Περὶ τοῦ Ἐνυπνίου, ἤτοι, βίος Λουκιανοῦ.

De Somnio, seu, vita Luciani.

*IACOBO MICYLLO INTERPRETE.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

## ARGVMENTVM.

*Occasio huius narrationis videtur sumpta esse ex secundo Xenophontis de dictis Socratis, vbi Prodicus sophista eodem modo Herculi, pueritiam egresso, narrat, Virtutem ac Voluptatem apparuisse, & vtramque illum ad se pertrahere contendisse. Consilium autem & scopus in fine ab ipso Luciano explicatur. Nam vt adolescentes præ inopia deficientes, & ad deteriora animum applicantes, reuocaret, & ad literarum studia conuerteret, sermonem hunc ait à se institutum esse.*

ΑΠΤΙ μοὶ ἐπιπαύμην εἰς τὰ διδασκάλια φοιτῶν, ἤδη τοῦ ἡλικίαν προέπων ὤν. ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων, ὅ,τι νὺ διδάξαιτό με. τοῖς πλείοις οὖν ἔδοξε παιδεία μοὶ, καὶ πόνου πολλοῦ, καὶ χρόνου μακροῦ, καὶ δαπάνης ὐ σμικρᾶς, καὶ τύχης δέοθαι λαμπρᾶς. τὰ δὲ ἡμέτερα, μικρά τε εἶ), καὶ ταχείαι τινα τοῦ ὠφελεῖσθαι ἀπαιτεῖν. εἰ δέ τινα τέχνὶν τῶν βαναύσων τούτων ἐκμαθοίμι, ὃ μοὶ πρῶτον βύθυς αἰ αὐτὸς ἔχοι

DESIERAM nuper in ludum ire, factus iã ętate adolescens, cùm pater vnà cum amicis cõsilium capiebat, quámnam artem potissimùm discẽdam mihi proponeret. Plerisque igitur videbatur humanitas seu literarum studium & labore multo, & tempore longo, & sumptu non exiguo, denique & fortuna quadam opus habere: nostras autem res cùm paruas esse & modicas, tum verò celere quoddam auxilium postulare. Quòd si igitur artem aliquam mechanicam didicissem, fore vt principio statim ab ipsa arte necessaria vi-

tæ cõparare possem, neq; necesse habe-
rem, adeò ætate iam prouectus, domi,
déque paterna mensa viuere: sed non
multo pòst etiam ipsum patrem exhila-
raturum esse me, referendo domum
semper aliquid ab arte quæsitum. Al-
terius itaq; consultationis caput propo-
situm inde est, quænam ars & optima,
& ad discendum facillima, & homine
libero maximè digna foret, deinde &
minori sumptu atque instrumento ege-
ret, multum autem & sufficientem quæ-
stum suppeditaret. Proinde alio aliam
laudante, prout quisque animo affectus,
aut vsu expertus erat, pater ad auunculũ
aspiciẽs (aderat enim is quoq; statuarius
tum habitus optimus, & poliendo mar-
more inter præcipuos laudatus) Minimè
fas, inquit, est aliam artem hîc vincere, te
præsente: sed hunc acceptum (meq; de-
monstrabat) abduc tecum, & doce lapi-
dum artificem probum, & eorundem cõ-
positorem ac statuarium nobis esse. Pote-
rit enim & hoc, natura, vt scis, præditus
felici ac dextera. Fecerat autem hanc
de me coniecturam pater ex ludicris à
me aliquando è cera confictis. Quan-
do enim à præceptoribus domum di-
mittebar, abradens ceram, nunc bo-
ues, nunc equos, interdum per Io-
uem & homines fingebam, non omni-
no ineptè, vt tum videbar patri: ob
quæ tum à præceptoribus quidem pla-
gas accipere solebam: hîc autem ad
probandam ingenij dexteritatem hæc
quoque in parte laudis ducebantur. At-
que adeò bonam ex eo spem de me o-
mnes concipiebant, vt qui breui adeò
artem hanc, secundùm fingendi illam
facilitatem, perdiscere possem. Simul
igitur & idonea dies videbatur ea es-
se auspicandæ arti, & ipse tradebar
auunculo, non admodum, per Iouem,
iniquè aut grauiter ferens: sed mihi
etiam lusum quendam non insuauem
ipsa res videbatur habere: & apud æqua-
les ad ostentationem & laudem factu-
rum esse, si & deos sculpere, & parua
quædam simulachra, cùm mihi, tum il-
lis quibus vellem, adornare possem. Ac
tum primùm quidem illud, & incipien-
tibus solitum, fiebat. celtem enim quen-
dam auunculus mihi tradens, pau-
latim tabulam lapideam, quæ in me-
dio posita erat, contingere, atque ar-
tem auspicari iubet, tritum illud admonens: Dimidium facti, qui cœpit, habet.

A τὰ ἀρχοιῶτα ὧδέ τῆς τέχνης, καὶ μη-
κέτι οἰκόσιτος εἴη, τηλικόυτος ὢν. ὃν εἰς
μακρὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ὑφέξειν, ἀπο-
φέρων ἀεὶ ὅ γιγνόμενον. δευτέρας οὖν σκέ-
ψεως ἀρχὴ τοιαύτη ἦν, τίς ἀρίστη τῶν
τεχνῶν, καὶ ῥᾴστη συμμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευ-
θέρῳ πρέπουσα, καὶ τοιαύτην ἔχουσα τὴν
χορηγίαν, καὶ δαψιλῆ τὴν ὑπουργ. ἄλλου δέ-
ουν ἄλλῳ ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος γνώμης
ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὸν θεῖον,
ἀπιδών, (πρόσω γὰρ ὁ τοιοῦτος μηδὲς θεῖος
ἀφίκοιτο ἑρμογλύφος εἶναι) δοκοῦν, καὶ λιθο-
B ξόος σὺν τοῖς μάλιστα δοκιμοις, οὐ θέμις
εἶπεν ἄλλην τέχνην ὑπερβατεῖν, σοῦ πα-
ρόντος. ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, δείξας ἐμέ, καὶ
δίδασκε τοιαῦτα λίθων ἐργάτην ἀγα-
θὸν εἶναι, καὶ συναρμοστὴν καὶ ἑρμογλυ-
φέα· δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε
ὡς οἶδα ἔχων δεξιῶς. ἐτεκμήρετο δὲ ταῖς
ἐκ τοῦ κηροῦ παιδιαῖς. ὁπότε γὰρ ἀφε-
θείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων αὖ
τὸν κηρὸν, ἢ βοᾶς ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί'
ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδό-
κουν τῷ πατρί. ἐφ' οἷς τοιγὰρ μὴν τῶν δι-
C δασκάλων, πληγὰς ἐλάμβανον. τότε δὲ
ἔπαινος εἰς τὴν φύσιν καὶ ταῦτα ἦν. καὶ
χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ὃ
βραχεῖ μαθήσομαι τὴν τέχνην, ἀπ' ἐκεί-
νης γε τῆς πλαστικῆς. ἅμα τε οὖν ὑπιτή-
διος ἐδόκει ἡμέρα τέχνης ἐναρχεσθαι· καί-
γὼ προσεδόμην τῷ θείῳ, μετὰ τὸν Δί' ὃ
σφόδρα τῷ τοιούτῳ ἀχθόμενος. ἀλ-
λά μοι καὶ παιδιά τινα οὐκ ἀτερπῆ ἐδό-
κει ἔχειν, καὶ τοῖς ἡλικιώταις ὑπόδειξιν, εἰ
φαινοίμην θεούς τε γλύφων, καὶ ἀγαλματιά
τινα μικρὰ κατασκευάζων ἐμαυτῷ τε, καὶ
ἐκείνοις, οἷς τοιοῦτον ἦν. καὶ τὸ γε τοιοῦτον
D σχῆμα ἐσκευωρήθη τοῖς ἀρχομένοις ἐλίγνετο.
ἐξοπίσω γὰρ τινά μοι δοὺς ὁ θεῖος, ἐκέλευσέ
μοι πρέμα καθικέσθαι, πλακὸς ἐν μέσῳ κει-
μένης, ἐπειπὼν ὃ κοινόν, Ἀρχὴ δέ τοι ἥμι-
συ παντός. σκληρότερον δὲ κατενεχθέν-
τος ὑπ' ἀπειρίας, κατάγη μὲν ἡ πλάξ.

Cæterùm duriùs impingente me, præ imperitia, vt fit, tabula rumpitur.

ὁ δὲ ἀγανακτήσας, σκυτάλιόν τινα χει- A
μήλιον πλησίον λαβών, ὃ τοῦτο, οὐδὲ
τοτὲ ἐπιχῶς μου κατήρξατο· ὥστε δάκρυά
μοι τὰ τοῦτο ἴμα τῆς τέχνης. ἀποδρὰς οὖν
ἐκεῖθεν, ὅτι τὴν οἰκίαν ἀφικνοῦμην, σκυ-
θρὸς αὐτολούζων, καὶ δακρύων τοῖς ὀφθαλ-
μοῖς ἐπόπλεως· καὶ διηγούμην τὸν σκυ-
τάλιον, καὶ τοῖς μώλωπας ἐδείκνυον· καὶ κα-
τηγόρουν πολλὴν τινα ὠμότητα, τοῦτο θεὶς
ὅτι ἐπὶ φθόνου ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸν
ὑποβάλωμαι τῇ τέχνῃ. ἀγανα-
κτησαμένης δὲ τῆς μητρὸς, καὶ πολλὰ τῷ
ἀδελφῷ λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλ- B
θε, κατέδαρθον ἔτι ἔνδακρυς, καὶ τὴν νύχθ'
ὅλην ἐννοῶν. Μέχρι μὲν δὴ τούτων, γε-
λοῖα, καὶ μειρακιώδη τὰ εἰρημένα. τὰ
μετὰ ταῦτα δὲ, οὐκέτι βιαιοπαθήσετε ὦ
ἄνδρες ἀκούσεσθε, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλη-
κόων ἀκροατῶν δεόμενα. ἵνα γὰρ καθ'
Ὅμηρον εἴπω, Θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν
ὄνειρος, Ἀμβροσίην διὰ νύκτα, σαφὴς οὕ-
τως, ὥστε μηδὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ἀλη-
θείας. ἔτι γοῦν καὶ νῦν τοσοῦτον χρόνον, C
πάντα ῥήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς
ὀφθαλμοῖς ἐναργῆ, καὶ ἡ φωνὴ τῶν
ἀκουσθέντων ἔναυλος. οὕτω σαφῆ πάντα
ἦν. Δύο γυναῖκες λαβόμεναι τῶν χειρῶν,
εἷλκόν με πρὸς ἑαυτὴν ἑκατέρα μάλα
βιαίως, καὶ καρτερῶς. μικροῦ γοῦν με
διεσπάσαντο πρὸς ἀλλήλας φιλοτιμού-
μεναι. καὶ γὰρ αὖτη μὲν αὖ, ἡ ἑτέρα ἐπε-
κράτει, καὶ σχεδὸν μικρὸν ὅλον εἶχέ με.
αὖτη δὲ αὖ, αὖθις ἀπὸ τῆς ἑτέρας εἵλ-
κυεν. ἐβόων δὲ πρὸς ἀλλήλας ἑκατέρα. D
ἡ μὲν, ὡς αὐτῆς ὄντα με κεκτῆσθαι βού-
λοιτο· ἡ δὲ, ὡς μάτην τῶν ἀλλοτρίων
ἀντιποιοῖτο. ἦν δὲ ἡ μὲν, ἐργατικὴ, καὶ
ἀνδρικὴ, καὶ ἀνυμένη τὴν κόμην, τὼ
χεῖρε τύλων ἀναπλεως, διεζωσμένη τὴν
ἐσθῆτα, πτάνου καταγέμουσα, οἷος ἦν ὁ
θεῖος ὁπότε ξέοι τοὺς λίθους. ἡ ἑτέρα δὲ,
μάλα εὐπρόσωπος, καὶ τὸ σχῆμα εὐπρε-
πὴς, καὶ κόσμιος τὴν ἀναβολήν. τέλος
δ' οὖν, ἔφασάν μοι δικάζειν ὁποτέραν βου-
λοίμην συνεῖναι αὐτῶν. πρεσβυτέρα δὲ ἡ
σκληρὰ ἐκείνη καὶ ἀνδρώδης, ἔλεξεν·

Auunculus autem indignatus, & ſcuti-
cam quandam propè iacentem corri-
piens, nequaquam manſuetè, aut vti
docentem conueniebat, excepit atque
initiauit me, ita vt mox in lacrymas pro-
œmium artis mihi verteretur. Aufu-
giens igitur inde, domum redeo, con-
tinuéque vlulando, & lacrymis oculos
opplendo, commemorabam ſcuticam,
demonſtrabam vibices, nimiámque il-
lius crudelitatem accuſabam, hoc quo-
que addens, quòd inuidia quadam
iſta feciſſet auunculus, videlicet me-
tuens ne ſe in arte ſuperarem. Iraſcente
itaque matre, & multa fratri conuitia
faciente, poſteaquam nox ſuperuenit,
dormiui, plenus adhuc lacrymarum,
totámque noctem cogitabundus iacens.
Atque hactenus quidem quæ diximus,
ridicula pueriliáque ſunt: quæ verò
deinceps audietis, nequaquam contem-
nenda ſunt, ô viri, ſed quæ admodũ au-
ſcultandi cupidos auditores quoque re-
quirant. Nam, vt iuxta Homerum di-
cam: Venêre mihi diuino ſomnia nu-
tu, Almam per noctem, ita clara &
manifeſta, vt nihil ab ipſa veritate di-
ſtarent. Adhuc igitur etiam poſt tantum
temporis interuallum, & habitus eo-
rum quæ mihi tum apparuere, in ocu-
lis hærent, & ipſa vox auribus quaſi in-
ſonat: adeò tum plana fuerunt omnia.
Duæ mulieres manibus corripientes tra- *Somnium ſeu viſio Luciani.*
hebant me in diuerſum, vtraque ad ſe
videlicet, violentè admodum & validè.
Parum itaque abfuit quin me diſcerpe-
rent, dum inter ſe ambitioſe adeò con-
tendunt. Nam modò hæc ſuperabat,
& propemodum totum tenebat me:
modò altera, eadémque me ad ſe re-
trahebat. Clamabant autem ambæ,
accuſabántque mutuò ſeſe: hæc, quòd
me ſuum videlicet illa poſſidere vellet:
illa verò, quòd hæc fruſtra aliena ſibi
vſurparet. Erat autem altera quidem
operaria, & virili aſpectu, ſqualida co-
ma, manus callo paſſim obductas ha-
bens, ſuccincta veſte, & marmoreo pul-
uere oppleta, qualis & ipſe auunculus
eſſe ſolebat tunc cùm lapides poliebat.
Altera verò facie admodum honeſta,
habitum decentem præ ſe ferens, &
veſtes ornatas ac mundas induta. Po-
ſtremò autem permittunt meo iudicio,
vt vtri earum conuerſandum mihi pu-
tem, ſententiam ipſe feram. Ac prior *Statuaria verba.*
quidem dura atque virilis illa ſic cœpit:

Ego, chare puer, Statuaria ſum, ea quam tu heri diſcere cœpiſti, familiaris adeò tibi & cognata à parentibus. Nam & auus tuus (addens nomen aui materni) marmorarius fuit, & auunculus pariter & patruus tuus eandem artem exercuêre, & per nos inter præcipuos celebrati ſunt. Quòd ſi igitur voles deliriis ac nugis circa quas iſta verſatur (indicans alteram) abſtinere, ac mecum degere, principio generosè educaberis, humeróſque habebis validos, & ab omni inuidia alienus eris, neque vnquam in terras alienas atque externas hinc abibis relicta patria, atque domeſticis tuis: neque etiam ob verba & orationem modò laudabunt te omnes. Neque verò auerſeris corporis hanc fragilitatem, aut veſtium ſorditiem. Nam ab his initiis profectus etiam Phidias ille, Iouem ſpectandum exhibuit, & Polycletus Iunonem fabricauit: præterea Myron laudibus vectus eſt, & Praxiteles in magna admiratione fuit. Adorantur itaque nunc illi cum ipſis illis Diis quos ſculpſere. Quòd ſi igitur horum vnus tu quoque fores, quomodo non celebris & ipſe apud omnes homines fieres? Patrem certè beatum efficeres, & patriam tuam omnibus ſpectabilem redderes. Hæc, atque etiam plura his, balbutiendo, & pleraque barbarè pronuntiando, dixit Statuaria, valde ſanè ſtudiosè omnia connectens, & me in ſuam ſententiam adducere cupiens: ſed non vltrà memini. plurima enim memoriam iam effugerunt. Cæterùm vbi tandem finem fecit, tum altera illa in hunc fermè modum orditur: Ego verò, ô fili, Humanitas ſum, iam nunc conſueta ac nota tibi: tametſi ad finem aut plenum nondum periculum mei feceris. Quãta igitur bona Statuaria iſta tibi præſtatura ſit, ſi eam artem didiceris, ipſa modò enumerauit. Nihil enim aliud niſi operarius eris, corpore laborans, & in eo totam ſpem vitæ poſitam habens, obſcurus ipſe degens, modicum & minimè generoſum quæſtum faciens, deiectus animo, tenuis ac pauper reditibus. Denique neque amicis expetibilis, neque inimicis formidabilis, neque etiam inter ciues beatus habitus: ſed hoc ſolũ, opifex videlicet quiſpiam, & ex multa atque promiſcua plebe vnus, præſtantiorem te ſemper formidãs, & dicendo valentem præ oculis habẽs ac palpans, & in ſumma, léporis quandam vitam agẽs, potentioriſq; lucrum exiſtẽs.

*Statuarij inſignes.*

*Verba humanitatis.*

A Ἐγὼ, φίλε παῖ, Ἑρμογλυφικὴ τέχνη εἰμί, ἣν ἤδη ἤρξω μανθάνειν, οἰκεία τέ σοι καὶ συγγενὴς οἰκόθεν. ὅ,τε γὰρ πάππος σου, εἰπόντα τοὔνομα τῦ μητροπάτορος, λιθοξόος ἦν, καὶ τὼ θείω ἀμφοτέρω. καὶ μάλα εὐδοκιμεῖτον δι' ἡμᾶς. Εἰ δὲ θέλοις λήρων μὲν καὶ φλυαρίων τῶν τοιῶνδε τούτων ἀπέχεσθαι, δείξασα τὼ ἑτέρᾳ, ἕπεσθαι δὲ καὶ σωφρονεῖν ἐμοὶ, πρῶτα μὲν ἀρέψῃ γυμνικῶς, καὶ ἕξεις ὤμους ἐξὸς καρτερούς, φόνου δὲ πάντος ἀλλότριος ἔσῃ, καὶ ὅπο-

B τε ἄπει ὅτι τὼ ἀλλοδαπὴν, τὼ πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπών· οὐδὲ ὅτι λόγοις ἐπαινέσονταί σε πάντες. μὴ μυσαχθῆς δὲ τῦ σώματος τὸ βύτελες, μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν. ἀπὸ γὰρ τῶν τοιούτων ὁρμώμενος καὶ Φειδίας ἔπλασε, ἔδειξε τὸν Δία, καὶ Πολύκλειτος τὼ Ἥραν εἰργάσατο, καὶ Μύρων ἐπῃνέθη, καὶ Πραξιτέλης ἐθαυμάσθη. προσκυνοῦνται γοῦν οὗτοι μετὰ τῶν θεῶν. εἰ δὴ τούτων εἷς ἦν, πῶς μὴ οὐ κλεινὸς αὐτὸς τοῖσδε πᾶσιν ἀνθρώποις ἦν; ζηλωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέ-

C ρα ἀποδείξῃς, προβλεπτὸν δὲ ἀποφανεῖς καὶ τὼ πατρίδα. Ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπταίουσα, καὶ βαρβαρίζουσα, πάμπολλα εἶπεν ἡ Τέχνη, μάλα δὲ σπουδῇ σωρεύουσα, καὶ πείθειν με πειρωμένη· ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι· τὰ πλεῖστα γὰρ ἤδη μου τὼ μνήμω διέφυγε. ἐπεὶ δ' οὖν ἐπαύσατο, ἄρχεται ἡ ἑτέρα ὧδέ πως, Ἐγὼ δὲ, ὦ τέκνον, Παιδεία εἰμὶ ἤδη σοὶ, καὶ γνωρίμη, εἰ καὶ μηδέπω εἰς τέλος μου πεπείρασαι. ἡλίκα μὲν οὖν τὰ ἀγαθὰ ποιεῖ λιθοξόος γενόμενος, αὐτὴ προείρηκεν· οὐδὲν

D γὰρ ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, τῷ σώματι πονῶν, καὶ οὕτω τὼ ἅπασιν ἐλπίδα τῦ βίου τεθειμένος, ἀφανὴς μὲν αὐτὸς ὢν, ὀλίγα καὶ ἀθλιωτάτῃ λαμβάνων, ταπεινὸς τὼ γνώμω, βύτελὴς δὲ τὼ προσόδω. οὔτε φίλοις ὑποδιπλάσιος, οὔτε ἐχθροῖς φοβερὸς, οὔτε τοῖς πολίταις ζηλωτός· ἀλλ' αὐτὸ μόνον, ἐργάτης, καὶ τῶν ἐκ τῦ πολλοῦ δήμου εἷς, ἀεὶ τὸν προσιόντα ὑποπτήσσων, καὶ τὸν λέγειν δυνάμενον θεραπεύων, λαγὼ βίον ζῶν, καὶ τῦ κρείττονος ἑρμηνέως ὤν.

Εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος ἦσθα, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξειργάσω, τιλὼ μὲν τέχνῃ ἅπαντες ἐπαινέσονται, ὀλίγοι δὲ ὅστις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι, ἀξιώσαι ἂν σοι ὅμοιος γενέσθαι. οἷος γὰρ αὐτὸς εἶ, βάναυσος, καὶ χειροτέχνης, καὶ ἀποχρεωσίωτος νομισθήσῃ. ἐγὼ δέ μοι πείθῃ, πρῶτον μὲν σοι πολλὰ ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα, καὶ προσέξῃς θαυμαστά, καὶ λόγους αὐτῶν ἀπαγγέλωσε, καὶ πρώτων, ὡς εἰπεῖν, ἐμπειρον ἀποφανῶ σε· καὶ τιλὼ ψυχῇ, ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, κατακοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ, πραότητι, ἐπιεικείᾳ, σωφροσύνῃ, καρτερίᾳ, τῷ τῶν καλῶν ἔρωτι, τῇ πρὸς τὰ σεμνότατα ὁρμῇ. ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ τῆς ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κόσμος. λήσει δέ σε οὔτε παλαιὸν ὄντα, οὔτε νῦν γενέσθαι δέον, ἀλλὰ καὶ τὰ δέοντα πρόσθεν μετ' ἐμοῦ. καὶ ὅλως, ἅπαντα ὁπόσα ἐστὶ πάντα θεῖα, πάντα αἰδέσιμα, οὐκ εἰς μακρὰν σε διδάξομεν. καὶ ὁ νῦν πένης ὁ τοῦ δεῖνος, ὁ βλαισόμηλος τὰ περὶ ἀγνοιῶν ὅτου τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλωτὸς, καὶ ἐπιφθονος ἔσῃ, τιμώμενος, καὶ ἐπαινούμενος. καὶ ὅτι τοῖς ἀρίστοις δοκιμάσῃ, καὶ ὑπὸ τῶν γνωρίμων καὶ πλούτων προσιόντων ἀποβλεπόμενος, ἐάθητα μὲν τοιούτοις ἀμπεχόμενος, (δείξασα τιλὼ ἑαυτῆς, πολὺ δὲ λαμπρὸν ἐφορᾷ,) ἀρχῆς δὲ καὶ πρεσβείας ἀξιούμενος. κἄν που ἀποδημῇς, ὑσὶ ὅτι τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς ὑσὶ ἀφανὴς ἔσῃ. τοιαῦτά σοι προεθήσω τὰ γυμνάσματα, ὥστε τῶν ὁρώντων ἕκαστος, τὸν πλησίον κινήσας, δείξῃ σε τῷ δακτύλῳ, ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ λέγων. μὲν δὴ παυδὸς ἄξιον ἦ, καὶ τοῖς φίλοις ἢ καὶ τιλὼ πόλιν ὅλιν καταλαμβάνῃ, εἰς σὲ πάντες ἀποβλέψονται. κἄν που τι λέγων τύχῃς, κεχηνότες οἱ πολλοὶ ἀκούσονται, θαυμάζοντες, καὶ ὑδαμονίζοντές σε τῶν λόγων τῆς δυνάμεως, καὶ τὸν πατέρα τῆς εὐτυχίας. ὃ δὲ λέγουσιν ὡς ἄρα ἀθάνατοι γίγνονταί τινες ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτό σοι προσποιήσω.

A Quòd si etiã Phidias vel Polycletus fias, præclaraq; & admiratione digna multa opere præstiteris, artem quidem laudabunt omnes: at qui ex aspicientibus tibi similis esse optarit, nemo erit, qui modò mẽtem habebit. Qualis qualis enim fueris, nihil nisi rudis quispiam opifex, manibus laborans, & iisdem victum quæritans, censeberis. Contrà autem si mihi obsequêris, principio tibi ostendam multa veterum virorum præclara opera, & res admiratione dignas. Deinde & orationes illorum tibi renunciando, & omnium (vt sic dicam) expertum te reddendo, animum (quod præcipuum in te

B est) exornabo tibi multis ac præclaris ornamentis: modestia scilicet, iustitia, pietate, mansuetudine, æquitate, prudentia, fortitudine, amore honesti, & pulcherrimarum quarumcũque rerum desiderio. Hæc enim animi ornamenta sunt, verè syncera atque perpetua. Neq; autem latebit te neque veterum quicquam, neq; eorum quæ in præsens geri debent: sed ea quæ agi conueniet, quæq; decent, me duce longè antè prospicies. Et in summa, omnia quæcunq; seu diuina seu humana sunt, paruo tempore docebo te: & qui

C nunc pauper atque inops es, istius nescio cuius filius, qui de arte adeò illiberali nescio quid consultas, haud ita multo pòst nimium felix, nimiumq; beatus omnibus videberis, dum & honoribus afficieris, & laudibus effereris, & pulcherrimarũ quarumcunq; rerũ gloria celebraberis, illorum etiam qui diuitiis ac genere cæteris antestant, in te animis atque oculis conuersis: ac vestitum quidẽ talem geres (demonstrans suum: gerebat autem admodum splendidum) Magistratibus verò, & primo in consessu honore ante alios dignus existimaberis. Et si quando aliquò

D peregre abiẽs proficiscêris, etiam in aliena terra non ignotus aut obscurus eris. Talibus scilicet ornamentis ego te insignem atque conspicuum reddam, vt eorum quoque qui te aspicient, quisque proximè astantem leuiter impellens & commouens, digito te demõstret, atque, HIC est ille, dicat. Iam si quid studio dignum accidet quod vel ad amicos, vel etiam ad ipsam ciuitatem pertinebit, omnes in te oculos atque ora cõuertent. Atque si tum aliquid fortè dixeris, plerique hiantes auscultabunt, admirantes & prædicantes tum te ob dicendi vim, & orationis potestatem, tum etiam patrem tuum ob felicitatem prolis. Et quod dici vulgo solet, quòd ex hominibus quidam immortales redduntur, id quoque tibi dabo.

Nam postquam ipse ex hac vita decesseris, nunquam desines conuersari doctis, & consuetudinem habere cum optimis. Demosthenem illum certè vides, cuius filius fuerit, & quantum ego eundem reddiderim. Vides & Æschinem, qui tympanistriæ cuiusdam filius erat, & tamen propter me etiam Philippus rex illum palpauit. Socrates autem, qui & ipse inter statuariam hanc artem enutritus fuit, & simul atque primùm intelligere cœpit meliora, relicta illa transfugit, ad me nimirum, audis vt nunc ab omnibus decantetur? Igitur relinquens tantos ac tales hosce viros, res adeò splendidas, orationes tam graues ac illustres, vestium ornamenta, honorem, famam, laudem, primos assessus, potentiam, imperia, denique & illam quam ex dicendo consequêris gloriam, & quate omnes ob prudentiam prædicabunt, felicitatem, tuniculam aliquam indues sordidam, habitúmque assumes seruilem: vectes præterea & celtes, & id genus cætera sculpendi cædendique instrumenta in manibus habebis, deorsum inclinatus in opus, humi repens, demissus, denique modis omnibus abiectus & contemptus, nunquam autem neque expergiscens, neque virile aut libero homine dignum quicquam cogitans, sed in opera intentus, vt illa videlicet proportionibus suis consona & bene formata tibi reddantur: de te ipso autem, vt & concinnus & ornatus incedas, minimè curam gerens, sed te ipsis istis saxis contemptiorem reddens. Adhuc igitur dicente hæc illa, non expectato orationis fine, surgens sententiam tuli, & relicta deformi & operatrice illa, transiui ad Humanitatem, admodum gaudens, præcipuè postquam mihi etiam in mentem venit scuticæ, & quòd plagas itatim non paucas incipienti mihi pridie illa inflixisset. Porrò relicta illa, principio quidem indignè ferebat, complodebátque manus, & dentibus infremebat: postremò autem, quemadmodum Nioben audiimus, ita hæc quoque diriguit, & in saxum mutata est. Quòd si igitur incredibilia passa esse videtur, ne miremini: somnia enim mirifica sunt, & mira operari solent. Altera autem ad me respiciens, Proinde, inquit, ego tibi hanc iustitiam rependam, quoniam causam hanc bene & rectè iudicasti.

A ἢ γὰρ ἰὼν αὐτὸς ἐκ τοῦ βίου ἀπέλθῃς, οὔποτε παύσῃ σεαυτὸν τοῖς πεπαιδευμένοις, τοῖς ὁμιλοῦσι τοῖς ἀρίστοις. ὁρᾷς τὸν Δημοσθένην ὁποῖον, τίνος υἱὸν ὄντα, ἐγὼ ἡλίκον ἐποίησα; ὁρᾷς τὸν Αἰσχίνην, ὃς τυμπανίστριας υἱὸς ἦν, ἀλλ' ὅμως αὐτὸν δι' ἐμὲ Φίλιππος ἐθεράπευσεν; ὁ δὲ Σωκράτης, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἑρμογλυφικῇ ταύτῃ τραφείς, ὅπου τάχιστα σεαυτὸν ἐκώλυσε τοῦ χείρονος, καὶ ἀποστὰς ἀπ' αὐτῆς, ἠτιμάλησεν ὡς ἐμέ, ἀκούεις ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται; ἀφεὶς δὲ αὖ τοιούτους τηλικούτους, καὶ τοιούτους ἄνδρας, καὶ τοσαῦτα λαμπρὰ, καὶ λόγους σεμνοὺς, καὶ ῥῆμα βύρσαις B πρεπές, καὶ ὑμνῶ, καὶ δόξαν, καὶ ἔπαινον, καὶ προεδρίας, καὶ δυνάμεις, καὶ ἀρχάς, καὶ τὸ ὅτι λόγοις βιώσιμεν, καὶ τὸ ὅτι σεμνοὶ βιβαιμονίζεσθαι, χιτωνίσκον τε παχὺν ἐνδύσῃ, καὶ ῥῆμα δουλοπρεπὲς ἀναλήψῃ, καὶ μοχλία, καὶ γλυφίδα, καὶ κοπίδας, καὶ κολαστῆρας ἐν ταῖν χεροῖν ἕξῃς, κάτω νενευκὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς, καὶ χαμαίζηλος, καὶ πάντα τύπον ταπεινὸς· διακωλύων δὲ σοῦ ποτε, οὐδὲ ἀνδρώδες, οὐ- C δὲ ἐλευθέριον οὐδὲν ὑπονοῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα ὅπως ῥυθμὸν καὶ σχῆμα ἕξαι σοι προσῇδε, ὅπως δὲ αὐτὸς ῥυθμός τε, καὶ κόσμος ἔσῃ, ἥκιστα περιττικῶς, ἀλλ' ἀτιμότερον ποιῶν σεαυτὸν λίθων. ταῦτα ἔτι λεγούσης αὐτῆς οὐ περιμείνας ἐγὼ τὸ τέλος τῶν λόγων, αἰσχυνόμενος ἀπεφηνάμην. καὶ τὴν μὲν ἄμορφον ἐκείνην, καὶ ἐργατικὴν ἀποδυσάμενος, μετέβαινον πρὸς τὴν Παιδείαν μάλα γεγηθώς· καὶ μάλιστα ἐπεί μοι καὶ εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη, καὶ ὅτι πλη- D γὰς ἐμοῦ οὐκ ὀλίγας ἀρχομένῳ μοι πρώην ἐνετρίψατο. ἡ δὲ, ἀποληφθεῖσα, τὸ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει, καὶ τῇ χειρὶ συνεκρότει, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐνέπριε· τέλος δὲ, ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀκούομεν, ἐπετάγη, καὶ εἰς λίθον μετεβέβλητο. Εἰ δὲ παράδοξα ἔπαθε, μὴ ἀπιστήσητε· θαυματοποιοὶ γὰρ οἱ ὄνειροι. Ἡ ἑτέρα δὲ πρός με ἀποβλέψασα, ποιναιρεσιῶ ἀμείψομαί σε, ἔφη, τῆς δὲ τῆς δικαιοσύνης, ὅτι καλῶς τὴν δίκην ἐδίκασας.

καὶ ἐλθὲ ἤδη, ὅπίσω τοῦτου τῦ ὀχήμα- A
τος, (δείξασά τι ὄχημα ἱπποπλέρων ἵπ-
πων τινῶν, τῷ Πηγάσῳ ἐοικότων,) ὅπως
ἴδῃς οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας ἐμοὶ
ἀγνοήσῃν ἔμελλες. ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν
ἤλαυνε, καὶ ὑφηνιόχει. ἀρθεὶς δὲ εἰς ὕψος
ἐγὼ, ἐπεσκόπουν ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμε-
νος ἄχρι τοῖς ἑσπέρου, πόλεις, καὶ ἔθνη,
καὶ δήμους, καθάπερ ὁ Τριπτόλεμος ἀπο-
σπείρων τι ἐς τὴν γῆν. σχεδὸν μέν τοι μέ-
μνημαι ὅ,τι ὁ σπειρόμενον ἐκεῖνο ἦν· πλὴν
τῦτο μόνον, ὅτι κάτωθεν ἀφορῶντες οἱ ἀν-
θρωποι, ἐπῄνουν, καὶ μετ' ὀλίγον B
καθ' οὓς ἠρίστα τῇ πτήσει, προὔπεμ-
πον. δείξασά δέ μοι τὰ τοσαῦτα, κἀμὲ
τοῖς ἐπαινοῦσιν ἐκείνοις, ἐπιδείξασθαι αὖ-
θις, σχεδὸν τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα ἐκείνην
ἐνδεδυκότα, ἣν εἶχον ἀφιπτάμενος. ἀλλ'
ἐμοὶ ἐδόκουν ὑπόπυρρός τις ἐπιφαίνειν. καὶ
καλέσασα οὕτω καὶ τὸν πατέρα ἑστῶτα, C
προσειπόντα, ἐδείκνυεν αὐτῷ ἐκείνην τὴν
ἐσθῆτα, κἀμὲ, οἷος ἥκοιμι. καί τι ἐνέ-
μνησεν οἷα μικροῦ δεῖν περὶ ἐμοῦ ἐβουλεύ-
σατο. ταῦτα μέμνημαι ἰδὼν, αὐτίκα
ἔτι ὢν, ἐμοὶ δοκεῖ, ἐκπεφοβημένος περὶ τὸν
τῶν πληγῶν φόβον. μεταξὺ δὲ λέγοντος,
Ἡράκλεις, ἔφη τις, ὡς μακρὸν ὃ ἐνύ-
πνιον, καὶ δικανικόν. εἶτ' ἄλλος ἐπέ-
κρουσε, χμεεινὸς ὄνειρος, ὅτι μήκισταί εἰ-
σιν αἱ νύκτες· ἢ τάχα που τελέστερος, ὥσ-
περ ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτὸς ἴσῃ. τί δ' οὖν
ἐπῆλθεν αὐτῷ ληρῆσαι ταῦτα πρὸς ἡμᾶς,
καὶ μνησθῆναι παιδικῆς νυκτὸς, καὶ ὀνεί-
ρων παλαιῶν, καὶ ἤδη γεγηρακότων; ἔοι-
κεν γὰρ ἡ ψυχολογία. μὴ ὀνείρων τινῶν D
ἡμᾶς ἐπικαιρός τινας ἐπείληφεν; οὐκ
ὦ γαθέ. οὐδὲ γὰρ ὁ Ξενοφῶν ποτε διηγού-
μενος ὃ ἐνύπνιον, ὡς ἐδόκει αὐτῷ ἐν τῇ
πατρῴᾳ οἰκίᾳ, καὶ τἄλλα. ἴσθι γὰρ ὀκ ἐπό-
κριναν τὸν ὄψιν, οὐδὲ ὡς φλυαρῶν ἐγνωκώς
αὐτὰ διεξῄει. ἦν δὲ ταῦτα ὁτὲ τῷ πολέμῳ, καὶ
ἀπογνώσει πραγμάτων, περιεστώτων πο-
λεμίων, ἀλλά τι ἦν χρήσιμον εἶχεν ἡ διήγησις.

Veni igitur, & aſcende vehiculum hoc, (commonſtrato quodam vehiculo, quod alatis equis quibuſdam Pegaſo ſimilibus vehebatur) vt videas qualia ac quanta ignoraturus fuiſſes, ſi me non ſecutus eſſes. Cæterùm poſtquam aſcendi, illa quidem agitare atque aurigari cœpit: Ego verò vbi iam in ſublime ſublatus fui, obſeruabam & contemplabar, ab oriente incipiens, vſque ad occidentem, vrbes videlicet & populos, non aliter quàm Triptolemus olim, ſpargens quiddam in terram: quanquam non amplius memini quidnam illud fuerit quod tum ſpargebam, niſi hoc ſolum, quòd ſurſum aſpicientes homines laudabant me, & ad quoſcunque volando peruèneram, cum multa prædicatione & gratulatione me proſequebantur, & quaſi deducebant. Porrò vbi illa hæc tanta mihi, & meipſũ collaudantibus illis demonſtraſſet, reduxit rurſum, non amplius eadem veſte illa indutum, quam habueram ab initio auolans, ſed videbar mihi tum admodum delicatus & ſplendidus redire. Deprehendens igitur & patrem aſtantem, atque expectantem me, commonſtrauit ei veſtem illam, & meipſum qualis redirem: ſubmonuitq; eum quàm parum abfuerit quin minimè digna de me ille cum amicis ſuis ſtatuiſſet. Atque hęc quidem memini videre me, cùm primùm è pueritia egreſſus eſſem, plagarum metu, ceu mihi videor, tum exturbatus. Sed interea dum hæc dicuntur, ô Hercules, inquit quiſpiam, quàm longum hoc ſomnium, & iudiciale eſt? Deinde alius quidam hoc eludens, Hyemale, dixit, ſomnium eſt, quando noctes ſunt longiſſimæ: aut fortaſſis etiam ctinoctiale, qualis & ipſe Hercules eſt. Quid igitur in mentem venit illi, nugari talia nobiſcum, mentionemq; facere puerilis iſtius noctis, ſomniorumq; veterum & ætate iam obſoletorum? Frigida enim & ingrata eſt omnis inepta ac futilis oratio. An fortè ſomniorum quorundam quaſi quoſdam interpretes eſſe nos credidit? Nequaquã, ô bone: quoniam neq; Xenophon quondam exponens ſomnium illud, quo pacto ipſi viſum fuerat in domo paterna, & de incops. Noſtis enim vt non coniectationem quandam proponens, viſionem ſuam, aut quòd ita nugari ſtatuiſſet, narrauit, præſertim in bello & ſummarum deſperatione conſtitutus, circunſtantibus vndiq; hoſtibus, ſed quòd vtilitatem quandam ſecum habebat illa narratio.

*Lib. 3. Anabaſeos.*

Proinde & ego somnium hoc vobis exposui, ea videlicet gratia, vt adolescentes ad meliora studia conuerterentur, & humanitatem amplecterentur, & maximè si quis eorum præ inopia & paupertate peius de seipso statuit, animúmque ad deteriora declinat, ingenium non illiberale, illiberaliter perdendo. Confirmabitur enim talis aliquis, sat scio, & quasi conualescet, vbi sermonem hunc audierit, idoneum atque sufficiens exemplum me sibi proponens, vbi videlicet ipse secum cogitabit, qualis ego ab initio existens, ad optima prouectus fuerim, humanitatémque appetiuerim, minimè deiectus aut fractus animo ob eam paupertatem in qua tunc fui: deinde qualis & huc ad vos ascenderim, qui certè vt nihil aliud, aut amplius, nullo tamen statuariorum istorum inferior aut obscurior euasi.

A καὶ πάνυ καλῶ τοῦτον ὑφηγοῦμαι ὑμῖν διηγησάμενος ἐκεῖνα ἕνεκα, ὅπως οἱ νέοι πρὸς τὰ βελτίω τρέπωνται, καὶ παιδείας ἔχωνται. ἐμὲ μάλιστα εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας ἐθελοκακεῖ, καὶ πρὸς τὰ ἥττω ἀποκλίνῃ, φύσιν οὐκ ἀγεννῆ ἀμφιβαλόμενος. ὑπερῥωσθήσεται δὴ οἶδ' ὅτι κἀκεῖνος, ἀκούσας τοῦ μύθου, ἰσχυρὸν ἑαυτῷ τὸ δόγμα ἐμὲ παραστήσας, σὺν οἷς μόνοις ἦν, πρὸς τὰ κάλλιστα ὥρμησα, καὶ παιδείας ἐπεθύμησα, μηδὲν ἀποδειλιάσας πρὸς τὴν πενίαν τὴν τότε, οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπεμελήλυθα, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, σοφιστῶν γοῦν τῶν λιθογλύφων ἀδοξότερος.

B

---

## ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΙΠΟΝΤΑ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΕΙ ΕΝ ΛΟΓΟΙΣ.

## CONTRA EVM QVI DIXERAT, PROMETHEVS ES IN VERBIS.

### IACOBO MICYLLO Interprete.

### ARGVMENTVM.

*Apologia quædam est contra eum à quo Prometheus in verbis appellatus fuerat, qua quantum hanc collationem in se admittat, & quantum non, cum acerba quadam regestione respondet. Vt autem in superiore narratione, somnij, generis, educationis, ac studiorum suorum rationes exposuit: ita hîc videtur dictionem & dicendi genus suum, quale, & ad quod exemplum comparatum esset, indicare voluisse, nempe quod ad materiam & res attinet, comœdiam: quod autem ad compositionem, & ipsam orationis figuram spectat, dialogos, quales scilicet Platonis sunt, sese imitari.*

PRometheum igitur me esse ais? si quidem ea ratione, ô optime, quasi & mea opera lutea sint, agnosco collationem, ac fateor me similem illi esse: neque recuso luti figulus etiam ipse dici: tametsi lutum mihi vilius sit, quale scilicet ex triuiis colligitur cœnum propemodum ac fœtulentum quoddam. Quòd si verò adeò extollens orationem meam, perinde vt artificiosam & fabrefactam, doctissimi illius Titanum nomine eam cohonestas & laudas: vide ne quis ironiam dixerit, & quasi quandam Atticam subsannationem subesse huic laudi. aut vnde enim adeò fabrefactum est quod ego facio? Quæ verò ista nimia & Promethea sapientia in scriptis meis?

C Υχοῦν Προμηθέα με εἶναί φῄς; εἰ μὲν κατὰ τοῦτο, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων κἀμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημὶ ὅμοιος εἶναι αὐτῷ. τὸ δὲ αἰσχύνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν, εἰ καὶ φαυλότερος ἐμοὶ ὁ πηλός, οἷος ἐκ τριόδου, βορβορώδης τις ὢν καὶ μικρόν. εἰ δὲ ὑποφειδόμενον τοῖς λόγοις ὡς δῆθεν δημηγόρους ὄντας, τὸν D σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπευφημίζεις αὐτοῖς, ὅρα μή τις εἰρωνείαν φῇ, καὶ μυκτῆρα, οἷς τὸν Ἀττικὸν, ὑποσείναι τῷ ἐπαίνῳ. ἢ πόθεν γὰρ δημήγορον τοὐμόν; τίς δ' ἡ θαυμαστὴ σοφία καὶ προμήθεια ἐν τοῖς γράμμασιν;

ὡς ἔμοιγε ἱκανὸν, εἰ μὴ πάνυ σοι γήϊνα A
ἔδοξε, μηδὲ κωμῳδῆ ἄξια τῦ Καυκάσου.
καίτοι πόσῳ δικαιότερον ὑμεῖς ἂν εἰκάζοι-
σθε τῷ Προμηθεῖ, ὁπόσοι ἐν δίκαις διδα-
σκομεῖτε, ξυὼ ἀληθείᾳ ποιούμενοι τοὺς ἀγῶ-
νας; ζῶντα οὖν ὡς ἀληθῶς, καὶ ἔμψυχα
ὑμῖν τὰ ἔργα. καὶ νὴ Δία, καὶ ὁ θερμὸν αὐ-
τῶν ὅτι ἅψαιτο. καὶ τοῦτο ἐκ τῦ Προ-
μηθέως ἂν εἴη, πλὴν εἰ μὴ ἅμα λάττοιτε
ὅτι μηδ' ἐκ πηλοῦ πλάττεται, ἀλλὰ χρυ-
σᾶ ὑμῖν τις πολλοῖς τὰ πλάσματα. ἡμεῖς
δὲ οἱ ἐς τὰ πλήθη παιόντες, καὶ τοὺς τοιού-
τους τῶν ἀκροατῶν ἐπαγγέλλοντες, εἴδωλα B
ἄττα ὑποδυκνύμεθα. καὶ ὁ μὲν ὅλον, ἐν πη-
λῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ἡ
πλαστικὴ καὶ ταῦτα τοῖς χορηγλάθοις. τὰ
δ' ἄλλα, οὔτε κίνησις ὁμοία προσέστιν, οὔ-
τε ψυχῆς δεῖγμά τι ἀλλὰ τέρψις ἄλλως,
καὶ παραπλὴξ ὁ προσχήμα. ὥστε με συγ-
γνῶναι ἔπεισι, μὴ ἄρα οὕτω με Προ-
μηθέα λέγοις εἶναι; ὡς ὁ κωμικὸς τὸν Κλέω-
να φησὶν· οἶσθα προσὶ αὐτόν. Κλέων Προ-
μηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πρόγματα. καὶ αὖ-
τοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς κυτρέας, καὶ ἱπνο- C
ποιούς, καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοί, Προ-
μηθέας ἀπεκάλουν, ὑποσκώπτοντες ἐς
τὸν πηλὸν, καὶ πλὴν ὡς οἶμαι τῶν σκευῶν ὄψησιν. καὶ εἶπά σοι τοῦτο βούλεται
καὶ ὁ Προμηθεύς, πάνυ δυσχόλως ἀποτε-
τύχθαι, καὶ ἐς πλὴν Ἀττικὴν δριμύτητα
τῶν σκωμμάτων, ἐπεὶ καὶ δύῤῥυτα ἡμῖν
τὰ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ κυτρίδια. καὶ
μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν, συντρίψειεν
ἅπαντα. καίτοι φαίη τις ἂν ἀδαμαντούμε-
νος, οὐ ταῦτα εἰκάσας τῷ Προμηθεῖ, ἀλ- D
λὰ δ καινουργὸν τοῦτο ἐπαινῶν, καὶ μή τοῦ
τι ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον· ὥσπερ
ἐκεῖνος οὐκ ὄντων ἀνθρώπων, τέως συ-
νοήσας αὐτοὺς ἀνέπλασε. τοιαῦτα ζῶα μορ-
φώσας, καὶ διακοσμήσας, ὡς δυκίνητά
τε εἴη, καὶ ὀφθῆναι χαρίεντα. καὶ ὁ μὲν
ὅλον, ἀρχιτεκτων αὐτὸς ἦν. συνεργάζε-
το δέ τοι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πη-
λὸν, καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα καὶ τὰ πλάσματα.

Nam mihi certè illud satis fuerit, si non omnino terrena atque fictilia tibi videantur, aut digna adeo Caucaso. At verò quanto iustiùs vos comparari Prometheo poteratis, quicunque in iudiciis & causis agendis celebres estis, cum veritate certamen instituentes? Viua enim reuera atque animata vobis opera sunt, & per Iouem etiam calor illorum ignitus est. Quod ipsum quoque ex Promethei rebus sumptum videri possit, nisi si sic decidatis hîc, quòd minimè ex luto fingatis vos, sed quòd aurea vobis plerisque figmenta sua sint: nos autem qui ad vulgus prodimus, atque ibi tales nostras auscultationes iactamus, nihil aliud quàm simulachra quædam rerum spectanda exhibemus. Et in summa, circa lutum quidem, quemadmodum paulo antè dixi, ipsa hæc figulina versatur, perinde vt & aliorum figulorum: præterea autem neque motus similis inest, neque animæ seu vitæ aliqua significatio, sed delectatio quædam inanis, & quasi quidam lusus totum illud negotium est. Vt interim etiam cogitare incipiam, num ita me Prometheum dicere volueris, vt Comicus ille Cleonem: nosti siquidem. Cleon, inquit, Prometheus ille post negotia est. Cæterùm etiam ipsi Athenienses figulos ollarum, & furnorum constructores, & quicunque circa lutum versantur, Prometheos vocabant olim, alludentes ad lutum, opinor, & ad illam quæ fit in igne, vasorum assaturam. Quòd si etiam hoc sibi vult Prometheus iste tuus, admodum directè ac certò iaculatus es, & omnino secundùm Atticam illam mordendi acerbitatem dixisti: quoniam & nostra opera fragilia sunt, perinde vt illorum ollulę: & modicum quispiam lapillum iniiciens, facilè contriuerit omnia. Atqui dixerit aliquis, consolando nos, nequaquam ista assimilasse Prometheo, sed nouitatem hanc, & ea quæ nullo alio exemplo facta, aut ad imitationem comparata sunt, laudare voluisse te: quemadmodum & ille nondum existentibus hominibus excogitatos, atque de nouo inuentos illos tum finxit, talibus animalibus effigiatis & exornatis, quæ & mouerentur facilè, & aspectu gratiosa forent; & in summa, architectus ipse erat, sed cooperabatur tamen etiam Minerua illi, quæ & lutum inspirabat, & figmenta illa animata reddebat.

heque facilè communionem & societatem aliquam ſuſtinent. Vereor itaque ne denuo ſimile aliquid Prometheo iſti tuo feciſſe videar, vt qui fœmininum cum maſculino commiſcuerim, & ob idipſum nunc reus agar. Imò etiam ne quid aliud tale videar, decepiſſe fortaſſe auditores, atque oſſa appoſuiſſe ipſis pinguedine obducta ac tecta, riſum ſcilicet Comicum ſub philoſophica grauitate. Hoc enim furti fuerat. Abſit hoc vnũ modò, vt ne in noſtris ineſſe dici poſſit. Aut vnde enim furaremur tale aliquid? niſi verò quiſpiam nos latet, qui eiuſmodi pinuum incuruatores & hircoceruos & ipſe compoſuerit. Veruntamen quid facerem? Perſiſtendum enim eſt in iis quæ ſemel cœperis: quandoquidem mutare conſilium, Epimethei opus, non Promethei eſt.

A οὐδὲ ἀνθρώπῳ ἀνεχόμενα τὴν κοινωνίαν. δέδοικα τοίνυν μὴ αὖθις ὅμοιόν τι τῷ Προμηθεῖ τῷ σῷ πεποιηκὼς φαίνωμαι, ὃ θῆλυ τῷ ἄρρενι ἐγκαταμίξας, καὶ δι' αὐτὸ δίκην ὑπόσχω. μᾶλλον δὲ μὴ καὶ ἄλλό τι τοιοῦτο φαίνωμαι, ἐξαπατῶν ἴσως τοὺς ἀκούοντας, καὶ ὀστᾶ μὲν δοκοῦντα εἶναι κεκαλυμμένα τῇ σιμελῇ, γέλωτα κωμικὸν ὑπὸ σεμνότητι φιλοσόφῳ· ὃ γὰρ τῆς κλεπτικῆς. καὶ γὰρ κλεπτικῆς, ὦθεος, ἅπαγε τοῦτο μόνον, οὐκ ἂν εἴποις σύφαν τοῖς ἡμετέροις. ἢ μὲν δὴ τὰ γοῦν ἂν ἐκλεπτόμην, εἰ μή ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε τοιούτους πυπτοκόμους, καὶ τραγελάφους ἑαυτοὺς στωπτόμενος; πλὴν ἀλλά τί μοι πάθοιμι; ἐμμενετέον γὰρ οἷς ἅπαξ προσέβαλόμην· ἐπεὶ τόγε μεταβαλλόμενον, Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ὄν.

---

## ΝΙΓΡΙΝΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΗΘΟΥΣ.

## NIGRINVS, ſiue DE MORIBVS PHILOSOPHORVM.

### IACOBO MICYLLO Interprete.

### ARGVMENTVM.

*Hoc dialogo vitam ac mores Philoſophorum deſcribit, conferendo inter ſe verè Philoſophos & ſimulatos: & quòd iis qui ſeriò philoſophari cupiunt, vrbis Romæ conſuetudo & luxus nequaquam conueniant, oſtendendo. Cuius rei exemplum, Nigrinum, Platonicum philoſophum, & turbas iſtius adulatorum, cœnas & lucrum ſectantium, inter ſe componit. Quanquam haud ſcias, an etiam veræ Philoſophiæ ſectatores hîc laudando, pro more ſuo ironia vtatur. Valde autem quadrat hic dialogus in noſtræ quoque ætatis homines eos, qui ornatu & habitu, veterum iſtorum quaſi ſucceſſores quidam ſunt.*

### AD NIGRINVM Epiſtola.

Lucianus Nigrino Salutem.

*Noctuas Athenas.* NOctuas Athenas, inquit prouerbium, quaſi ridiculum ſit ſi quis eò noctuas apportet, quoniam illis ibi abundent. Ego verò ſi quidem poteſtatem ac vim verborum exhibere velim, atque ita Nigrino ſcribens, librum mitterem, obnoxius equidem huic ridiculo forem. Nunc autem quando ſolùm ſententiam meam declarare tibi volo, quomodo videlicet nunc animatus ſum, & quòd non obiter ac leuiter oratione tua correptus atque affectus fui, effugero ſanè meritò etiã Thucydidis illud, quo dicitur

### C ΠΡΟΣ ΝΙΓΡΙΝΟΝ ἐπιστολή.

Λυκιανὸς Νιγείνῳ τῷ φιλτάτῳ.

ΗΜὲν παροιμία φησὶ, Γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, ὡς γελοῖον ὂν εἴ τις εἰς χοιρίδα γλαῦκας, ὅτι πολλαὶ παρ' αὐτῆς εἰσίν. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν δυναμιν λόγων ἐπιδείξασθαι βουλόμενος, ἔπειτα Νιγείνῳ γράψας, βιβλίον ἔπεμπον, εἰχόμην ἂν τοῦ γελοίου, D γλαῦκας ὡς ἀληθῶς ἐμπορευόμενος. ἐπεὶ δὲ μόνον σοι δηλῶσαι τὸν ἐμὸν γνώμην ἐθέλω, ὅπως τε νῦν ἔχω, καὶ ὅτι μὴ πρόχειρος εἰλημμαι πρὸς τοὺς σοὺς λόγους, ἀποφεύξομαι ἂν εἰκότως καὶ ὁ τοῦ Θουκυδίδου λέγοντος ὅτι ἡ ἀληθὴς

ἀμαθία μοὶ, φράσεις, ὀκνηρεὶς ἢ δὲ λεγομένον ἀφράζεται. δῆλον γὰρ ὡς οὐχ ἡ ἀμαθία μοι μόνη τῆς τοιαύτης τόλμης, ἀλλὰ καὶ ὁ πρὸς τοὺς λόγους ἔρως αἴτιος. ἔρρωσο.

A imperitia audaces, tes autem cogitata atque considerata timidos efficere. Manifestum enim est quòd non imperitia solùm, verùm etiam amor ac studium orationis, huiusmodi audaciæ causa est. Vale.

## ΛΟΥΚ. ΦΙΛ.

Admodum igitur benignè & comiter me amplexatus ille, interrogat quidnam agerem. Quibus omnibus illi expositis, & ego quoque per vices ex eo scire postulabam, & quid ipse ageret, & nunquid apud se statuisset in Græciam denuò nauigare. Ibi verò ille, ô amice, posteaquam cœpisset de hisce rebus mecum colloqui, suamq; sententiam explicare, tantam quandam verborum ambrosiam mihi affudit, vt mihi planè videretur Sirenes illas, si quæ vnquam fuerunt, & Aëdonas, & Loron illam Homeri antiquam referre: adeò diuina quædam loquebatur. Eò enim verbis euasit, vt & philosophiam laudaret, illámque quæ ex hac proficiscitur, libertatem: & contrà ista quæ vulgo pro bonis habentur, irrideret, vtpote diuitias, gloriam, regna, honores: præterea aurum quoque, & purpuram, & cætera quæ admodum spectabilia plerisque, antea verò etiam mihi videbantur. Quæ quidem animo ipse intento atque aperto accipiens, continuò equidem ita affectus fui, vt cui, quod mihi tum acciderat, comparare possem, nõ haberem: sed omnino varius reddebar, atque in omnes partes rapiebar. Ac nunc quidem dolebam, quòd confutari atque refelli videbam ea quæ mihi charissima fuerant, diuitias videlicet, argentum, & gloriam: ac tantumnon lacrymabar damnatis atque reiectis illis: nunc verò eadem ipsi mihi videbantur vilia atque ridicula esse: gaudebamq; rursum tãquam ex tenebroso quodam aëre prioris vitæ ad serenitatem & magnam aliquam lucem respiciens. Quare sanè & oculorum (quod tum absurdissimum erat) & eorum infirmitatis obliuiscebar, animo autem acutus & perspicax paulatim magis magisq; fiebam. Nam ad id tempus minimè animaduertens, cæcutientem atque obtusam illam circumtuleram: progressus autem inde, ad id tandem adductus sum, cuius nomine tu paulo antè me criminabaris. Nam & elatus oratione illius, & tãquam in sublime euectus sum, & omnino paruum atque humile nihil quicquam cogito. Videtur enim simile quiddã mihi accidisse circa philosophiam, quale Indis circa vinũ accidisse fertur. Nam cùm primùm illi vinũ bibissent, nẽpe natura calidiores, accedente potu adeo forti, cõtinuò admodum in furorẽ versi sunt, ac duplo quàm cæteri magis ex mero insanire cœperunt. Eodẽ pacto & ipse tibi quasi quodã furore captus, ac verbis ebrius, obãbulo.

*Indi primùm vino gustato in furorem versi.*

A σφόδρα οὖν με φιλοφρόνως ἀσπασάμενος, ἠρώτα ὅτι χ᾽ ποιοίμι. κἀγὼ πάντα διηγησάμενος αὐτῷ· καὶ δῆτα ὧν μέρη καὶ αὐτὸς ἠξίουν εἰδέναι ὅ,τι τε ποιοῖτο, καὶ εἰ αὖθις αὐτῷ ἐγνωσμένον εἴη ἐλθεῖν πάλιν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδος. ὁ δὲ, ἀπορρήξαμενος, ὦ ἑταῖρε, περὶ τούτων λέγειν, καὶ πάλιν ἑαυτῷ γνώμην διηγεῖσθαι, τοσαύτην ῥυάδα μου λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς Σειρῆνας ἐκείνας, εἴ τινες ἄρα ἐκεῖνοι, καὶ τὰς ἀηδόνας, καὶ τὸν Ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδείξαι· ὅτω θειότερα ἐφθέγξατο. περιῆν γὰρ αὐτῷ

B τε φιλοσοφίαν ἐπαινέσαι, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης ἐλευθερίαν, καὶ τὴν δημοσίᾳ νομιζομένων ἀγαθῶν καταγελάσαι, πλοῦτον καὶ δόξης, καὶ βασιλείας, καὶ τιμῆς, ἔτι τε χρυσοῦ, καὶ πορφύρας, καὶ τῶν πάνυ περιβλέπτων τοῖς πολλοῖς, τέως δὲ κἀμοὶ δοκούντων. ἀτὰρ ἔγωγε ἀτενὲς καὶ ἀναπεπταμένῃ τῇ ψυχῇ δεξάμενος, αὐτίκα μὲν οὐδὲ εἶχον εἰκάσαι ὅπερ ἐπεπόνθειν, ἀλλὰ παντοίως ἐγνώμην. καὶ ἄρτι μὲν, ἐλυπούμην ἐλεγχομένων μοι τῶν φιλτάτων, πλούτου τε,

C καὶ ἀργυρίου, καὶ δόξης. καὶ μόνον οὐκ ἐδάκρυον ἐπ᾽ αὐτοῖς καθηρημένοις· ἄρτι δὲ, αὐτὰ μὲν ἐδόκει μοι ταπεινὰ, καὶ καταγέλαστα· ἔχαιρον δ᾽ αὖ ὥσπερ ὀκ ζοφεροῦ τινος ἀέρος τὸν βίον τὸν πρόσθεν, ἐς αἰθρίαν τε καὶ μέγα φῶς ἀναβλέπων. ὥστε δὴ (ὃ κωμῳδούμενον) τὴν ὀφθαλμίαν μὲν, καὶ τῆς περὶ αὐτῶν ἀφυείας ἐπελανθανόμην· τὸν δὲ ψυχικὸν, ὀξυδερκέστερος καὶ μικρὸν ἐγιγνόμην. ἐλελήθειν γὰρ τέως αὐτὸν τυφλούμενος περιφέρων.

D περιῶν δὲ, ἐς τόδε περιήχθην, ὥστε ἀρτίως ἡμῖν ἐπεκάλεις. μαθεῖν τε γὰρ τοῦ λόγου σὲ μετέωρός εἰμι, καὶ ὅλως μικρὸν ὀκέτι σοῦδὲν ὄντινοσοῦν. δοκῶ γάρ μοι ὅμοιόν τι πεπονθέναι περὶς φιλοσοφίαν, οἷόν φασι καὶ οἱ Ἰνδοὶ περὶς τὸν οἶνον λέγονται παθεῖν, ὅτε πρῶτον ἔπιον αὐτόν. θερμότεροι γὰρ ὄντες φύσει, πιόντες ἰσχυρὸν ὅτω ποτὸν, αὐτίκα μάλα ἐξεβακχεύθησαν, καὶ διπλασίως τοῦ ἀκράτου ἐξεμάνησαν. ὕττω σοι καὶ αὐτὸς ἔνθεος καὶ μεθύων τοῦ τ᾽ λόγου, περιέρχομαι.

καὶ μὰν τοῦτό γε, ὦ μεθύειν, ἀλλὰ νήφειν τε καὶ σωφρονεῖν ἐστιν. ΛΟΥ. ἐγὼ γὰρ βουλοίμην ἂν εἰ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ φίλος καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη. ΦΙΛ. θαῤῥεῖ ὦ γαθέ. τοῦτο γάρ τοι ὃ τοῦ Ὁμήρου, αὐτοσχεδιάζοντα καὶ αὐτὸν προκαλεῖ. καὶ εἰ μὴ ἔφθης, αὐτὸς ἂν ἐδεήθην ἀκοῦσαί μου διηγουμένου. μάρτυρα γάρ σε παρασήσασθαι τοῖς πολλοὺς ἐθέλω, ὅτι οὐκ ἀλόγως μαίνομαι· ἄλλως τε, καὶ ἡδύ μοι ὃ μεμνῆσθαι αὐτῶν πολλάκις, καὶ οὕτω ἤδη μελέτην ἐποιησάμην. ἐπεὶ κἂν τις μὴ παρῶν τύχῃ, καὶ ὅτῳ δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας ἀνακυκλῶ παρ' ἐμαυτὸν τὰ εἰρημένα. καὶ ὥσπερ οἱ ἐρασταί, τῶν παιδικῶν ὑ παρόντων, ἔργ' ἄττα καὶ λόγους εἰρημένους αὐτοῖς διαμνημονεύουσι, καὶ τούτοις ἐνδιατρίβοντες διαπαύουσι τὸν νόσον, ὡς παρόντων σφίσι τῶν ἀγαπωμένων, ἔνιοι γοῦν αὐτοῖς καὶ προσλαλεῖν οἴονται, καὶ ὡς ἄρτι λεγομένων προσιέναι, ὧν τότε ἤκουσαν, ἥδονται, καὶ προσαφέντες τὸν ψυχὸν τῇ μνήμῃ τῶν παρεληλυθότων σχολὴν οὐκ ἀφαιροῦσιν ἐν τοῖς ἐν ποσὶν αἰπάλλειν· ὅτῳ δὴ καὶ αὐτὸς φιλοσοφίας ὑ παρούσης, τοῖς λόγοις οἷς τότε ἤκουσα στωμυλείρων, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἀναπολίπων, ὑ μικρὸν ἔχω παραμυθίαν. καὶ ὅλως, καθάπερ ἐν πελάγει καὶ νυκτὶ πολλῇ φερόμενος, ἐς πυρσόν τινα τοῦτον ἀποβλέπω, πᾶσι μὲν πρᾶγμαι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πραττομένοις τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον οἰόμενος· ἀεὶ δὲ ὥσπερ ἀκούων αὐτοῦ τὰ αὐτὰ πρός με λέγοντος, ἐνίοτε δὲ; καὶ μάλιστα ὅταν ἐνερείσω τῷ ψυχῷ, καὶ ὃ προσωπον αὐτοῦ μοι φαίνεται, καὶ τῆς φωνῆς ὁ ἦχος ἐν ταῖς ἀκοαῖς παραμένει. καὶ γάρ τοι κἀν τῷ κωμικῷ ὡς ἀληθῶς, ἐξηκατέλιπέ τι κέντρον τοῖς ἀκούουσι. ΛΟΥ. παῦε ὦ θαυμάσιε μικρὸν ἀναχρησάμενος, καὶ λέγε ἐξ ἀρχῆς ἀπαλαβὼν ἤδη τὰ εἰρημένα, ὡς ὑ μετρίως με ἀποκναίεις προάγων. ΦΙΛ. ἆ λέγεις, ὦ ὅτῳ χρὴ ποιεῖν. ἀλλ' ἐκεῖνο ὦ ἑταῖρε, ἤδη πραγικοὺς, ἢ καὶ νὴ Δία κωμικοὺς φαύλους ἐώρακας ὑποκριτάς, τῶν συνεισπολούντων λέγω τούτων, καὶ διαφθειρόντων τὰ ποιήματα,

Quanquam hoc quidem nō est, ebrium sed sobrium atque temperantem esse. LVC. Ego verò optarim, si fieri possit, ipsam illam audire orationem. Neque enim contemnere ipsum; opinor, fas est, præsertim si ille qui audire cupit, & amicus est, & circa similia studium atque operam aliquando posuit. PHIL. Confide ô bone: nam iuxta Homericum illud, Festinantem per se ipsum hortaris. Ac nisi præuortisses, iam vltrà rogassem, me narrantem audires. Testem enim te relinquere apud plerosq; volo, quòd non præter rem insanio, præcipuè cùm & ipsum illius crebrò meminisse, volupe mihi sit, & hanc iam quasi quandam exercitationē apud me instituo. Nam etiamsi nemo mihi adsit, tamen sic quoque bis vel per diem reuoluo mecum ipse dicta illa. Et quemadmodum amatores puerorum, absentibus illis, opera aliqua & sermones ab ipsis habitos, memoria repetunt, in iisque immorando morbum fallunt; perinde ac si illi ipsi amati adsint: quidam verò etiam colloqui secum illos putant; atque iis quæ tum sibi audire videntur, quasi paulo antè reuera dictis, gaudent, animúmque memoriæ præteritorum applicantes, neque quiescere possunt, ob ea quæ pro pedibus & in mora sunt, sese angendo: eodem igitur pacto etiam ipse, philosophia non præsente, verba quæ tum audiui, recolligens, & mecum ipse crebrò repetens, non paruum capio solatium. Et in summa, perinde ac si in pelago, & per noctem alicubi ferar, ad hunc quasi quandam facem aspicio, omnibus illis rebus quæ à me geruntur, virum illum coràm adesse existimans, semper autem velut audiens ipsum eadem illa sua ad me dicentem. Interdum verò, & maximè quando animum erigo, & in illum quasi infigo, etiam vultum illius videre mihi videor, & vocis ipsius sonus in auribus mihi relinquitur. Etenim iuxta Comicum, Reuera aculeum quendam in auditoribus reliquit. LVC. Desine, ô admirande, parumper præludere, ac dic ab initio repetens iam tandē dicta illa: quoniā nō mediocriter me expectatione ista excrucias, dū verbis ita suspēdis & circūducis. PHIL. Rectè dicis, atq; ita facto opus est: sed illud quęso, Vidistine aliquādo siue Tragicos, siue etiā, per Iouē, Comicos histriones, malos istos dico, qui sibilo excipiunt, quiq; poëmata agēdo corrūpunt,

*Quod de Pericle testatur Euripides.*

ac postremò theatris eiiciuntur; tametsi ipsæ fabulę sæpenumero bene se habeãt, ac palmã etiam reportent? I. V C. Multos noui tales. sed quorsum hoc? PHIL. Vereor ne interim & ipse illos imitari videar, alia quidem inordinatè connectens, interdum autem etiam ipsam sententiam præ imbecillitate ingenij corrumpens, atque ita progressus, paulatim etiam ipsam damnem fabulam. Ac quãtum quidem ad me ipsum attinet, non admodum ægrè id feram. Cæterùm argumentum illud non mediocri dolore me affecturum esse videtur, si mecum vnà reiiciatur, meásque partes dehonestet. Proinde hoc per totam memineris mihi orationem, quòd Poëta quidem ipse talium peccatorum vobis innocens sit, ac procul à scena seiunctus alicubi sedeat, neque quicquam ea curet quæ in theatro aguntur. Ego verò mei ipsius periculum tibi faciã, qualis scilicet histrio sim, quantumq; memoria valeam, quod ad cætera attinet, nihil à nuncio Tragico distans. Quare si quid etiam minùs aut parciùs iusto videbor dicere, vulgare illud tibi, & quod vbique in promptu est, occurrat, quòd scilicet melius hoc fuerat, & quòd ipse poëta aliter fortassis idem dixerat. Me verò si exibilaueris etiã non admodum quicquam molestè ferã. I. V C. Vt bene sanè, ita me Mercurius amet, atque adeò iuxta Rhetorum leges exordium hoc tibi peractum est. Videris igitur etiam illa additurus fuisse, quòd non ita diu inter vos mutuò conuersati estis, & quòd neque ipse venis ad dicendum paratus, & quòd satius fuerit ipsum illum dicentem audire. te enim pauca quædam, &, quantum possibile tum erat, memoria collecta & quasi comportata habere. An non hæc quoque dicturus eras? Nihil igitur opus illis ampliùs tibi est apud me: existimes autem huius rei gratia, quod ad procœmium atque præfationem attinet, omnia te verbis complexum atq; consecutum esse: quoniam ego iam & vociferari & applaudere paratus sum. Quòd si verò longiùs etiam differes, malignitatis eius inter ipsum certamen meminero, ac tum acutissimè sibilabo. PHIL. Equidem & hæc quæ tu modò commemorasti, dicta mihi velim: & illa quoque, quòd neque ordine, neque vt ille, iusta quadam & continua oratione de omnibus dicturus sum: omnino enim hoc nobis impossibile est: neque rursum illius personæ attribuendo sermonem, ne alio ac nouo etiam modo histrionibus illis similis fiam, qui sæpenumero aut Agamemnonis,

A καὶ ὁ τελευταῖον ἐκβαλλομένων· καίτοι τῶν δραμάτων πολλάκις ἂν ἐχόντων τε, καὶ νενικηκότων; ΛΟΥ. πολλοὺς οἶδα τοιούτους. ἀλλὰ τί τοῦτο; ΦΙΛ. δέδοικα μή σοι μεταξὺ δόξω γελοίως αὐτὰ μιμεῖσθαι· τὰ μὲν, ἀπάκτως σωιείρων, σίοτε δὲ καὶ αὐτὸν ὑπ' ἀσθενείας τὸν νοῦν διαφθείρων· κἄπα παραληρεῖς ἤρεμα καὶ αὐτὸ καταγνῶναι τὰ δράματος. καὶ ὁ μὲν ἐμὸν, οὐ πάνυ ἀξιόμαχον. ἡ δ' ὑποθεσις, ἃ μετείως με λυπήσειν ἔοικε σωιεκπίπτουσα, καὶ ὁ ἐμὸν μέρος ἀκρωμοιρίαν. τοῦτ' οὖν πρὸ

B ὅλων μέμνησό μοι τὸν λόγον, ὡς ὁ μὲν ποιητὴς ὑμῖν, τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων ἀναίτιος, καὶ τῆς σκηνῆς πόρρω που κάθηται, ὁσονοῦν αὐτῷ μέλον τῶν ἐν θεάτρῳ παρατρεχομένων. ἐγὼ δὲ ἐμαυτὸν σοι πειρῶν παρέχω, ὁποῖός τίς εἰμι τὴν μνήμην ὑποδοχεύς, ὁσονοῦν ἀγγέλου τἆλλα τραγικοῦ διαφέρων. ὥστε κἂν ὑποδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν, σκῆπτρον μὲν ἔστω παρεῖσθαι, ὡς ἄμεινον ἦν· καὶ ἄλλος ὁ ποιητὴς ἴσως διεξίοι· ἐμὲ δ' οὖν κἂν ὑποσυρίττης, ἃ πάνυ τι λυπήσομαι. ΛΟΥ. ὡς δίκαιε νὴ τὸν Ἑρμῆν καὶ

C τὸν τῶν ῥητόρων νόμον πεπαροιμιάσαί σοι. ἔοικας γοῦν κἀκεῖνα παραθήσειν, ὡς δι' ὀλίγου τε ὑμῖν ἡ συνουσία ἐγένετο, καὶ ὡς αὐτὸς ἥκεις πρὸς τὸν λόγον παρεσκευασμένος, καὶ ὡς ἄμεινον εἶχεν αὐτὰ ταῦτα λέγοντος ἀκοῦσαι. σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συνεχομισμένος. οὐ ταῦτ' ἐρεῖν ἔμελλες; ἀδὲν ἀν οὖν αὐτῷ ἔτι σοι δεῖ πρὸς ἐμέ· νόμισον γὰ τούτου γε ἕνεκα πάνυ σοι παρῆσθαι, ὡς ἐγὼ καὶ βοᾶν

D καὶ κροτεῖν ἕτοιμός εἰμι. ἰὼ γὰ Δημέλης, μυησικακήσω γε τοῦδε τὸν ἀγῶνα, καὶ ὀξύτατα συρίξομαι. ΦΙΛ. καὶ ταῦτα μὲν, ἃ σὺ δίκαιος, ἐβουλόμην ἂν εἰρῆσθαί μοι. κἀκεῖνα δέ, ὅτι γε οὐκ ἐξῆς, οὐδὲ ὡς σκῆπτρος ἔλεγε, ῥῆσίν τινα παρὲκ πάντων ἐρῶ. πάνυ γὰ τοῦθ' ἡμῖν ἀδιάφορον. ἀδ' αὖ ἐκείνῳ παρεῖμεν τοὺς λόγους, μὴ ἐξ κατ' ἄλλό τι γλίσχραμεν τοῖς ὑποκριταῖς ἐκείνοις ὅμοιος, οἳ πολλάκις ἢ Ἀγαμέμνονος,

ἢ Κρέοντος, ἢ ϗ Ηρακλέης αὐτὸς προσωπον A aut Creontis, aut etiam ipſius Herculis
ἀνδληφότες, χρισίδας ἠμφιεσμένοι, ϗ δψὸν perſona aſſumpta, ac veſtibus auro con-
βλέποντες, ϗ μέγα κεχηνότες, μικρὸν φθέγ- textis induti, & graue quiddam tuentes;
γονται, ϗ ἰχνὸν, ϗ γυναικῶδες, ϗ τῆς Ἑκά- mox ore in immenſum diducto, exiguum
βης ἢ Πολυξένης πολὺ ταπεινότερον. ἵν' οὖν & gracile, adeoq; muliebre quiddam lo-
μὴ ϗ αὐτὸς ἐλέγχωμαι, πολὺ μεῖζον τῆς quuntur; ipſa etiam Hecuba aut Poly-
ἐμαυτοῦ κεφαλῆς προσωπεῖον προσκείμενος, xena multo demiſſiùs. Ne igitur & ipſe
ϗ τὸν σκελετὸν καθαιμῶν, ἀπὸ γυμνοῦ σοι eodem modo conuincar maiorem omni-
βούλομαι τοῦμοῦ προσώπου προσλαλεῖν; no quàm pro capite meo perſonam in-
ἵνα μὴ συγκατασπάσω που πεσὼν τὸν ἥρωα duiſſe, ipſumq; ornatum dehoneſtare, ex
ὃν ὑποκρίνομαι. ΛΟΥ. οὗτος ἀνὴρ ὁ παύ- nuda tibi volo meáque propria perſona
σεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ colloqui, ne cadens alicubi, ipſum illum
τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος; ΦΙΛ. καὶ μὴν B Heroëm quem ago, mecum vnà conuel-
παύσομαί γε. πρὸς σκῆνα δὲ ἤδη τρέπο- lam ac lacerem. Lvc. Homo hic nun-
μαι. Η μὲν ἀρχὴ τῶν λόγων, ἔπαινος ἦν quam ceſſabit hodie contra me crebra
Ἑλλάδος, ϗ τῶν Ἀθήνησιν ἀνδρῶν, οἳ illa ſcena atque tragœdia vti? Phil. At
φιλοσοφίᾳ ϗ πενίᾳ συνέφοροι εἰσι. καὶ οὔτε verò ceſſo quidem: ad illa autem de qui-
τῶν ἀστῶν, οὔτε τῶν ξένων οὐδένα τέρπονται bus cœperam, me nunc cõuertam. Prin-
ὁρῶντες, ὃς αὐ τρυφὴν εἰσάγειν εἰς αὐτοὺς διά- cipium igitur orationis illius, commen-
ζηται· ἀλλ' εἴ τις ἀφίκηται πρὸς αὐτοὺς οὕ- datio quædã fuit Græciæ, & eorum ho-
τω διαφθείρων, ἡρέμα τε μεθαρμόττοισι, minum qui Athenis cõmorantur, quòd *Athenarũ encomium*
ϗ δι' παιδαγωγοῦσι, καὶ πρὸς ὃ καθαρὸν τῆς διαίτης μεθιᾶσιν. ἐμέμνητο γοῦν cum philoſophia ſcilicet & paupertate
τινος τῶν πολυχρύσων, ὃς ἐλθὼν Ἀθήναζε C vnà educarentur, & neque ciuium ne-
μάλα ὀπίσημος, ϗ φορτικὸς ἀκολούθων que peregrinorum quenquam oblecta-
ὄχλῳ, ϗ ποικίλῃ ἐσθῆτι, καὶ χρυσῷ, αὐ- rentur aſpicientes, qui voluptatem im-
τὸς μὲν ὡς ὑπερ ζηλωτὸς εἶη πᾶσι τοῖς Ἀθη- portando ad illos, antiquam illorum ho-
ναίοις, ϗ ὡς αὐ θύδαιμων ἀποβλέπεσθαι. neſtatem violaret: ſed ſi quis etiam ve-
τοῖς δ' ἄρα δυσχεῖν ἐδόκει ὁ ἀνθρώπιον· ϗ niret ad illos ita affectus, paulatim &
παιδεύειν ἐπεχείρουν αὐτὸν, ὡς πικρῶς, οὐδ' transformarent ipſum, & veteres mores
αὐτηρὰς ἀπαγορεύοντες τὸ ἐλευθέρα τῇ πό- atque animos dedocerent, ac ad purita-
λει καθ' ὃν τινα τρόπον βούλοιτο βιοῦν. ἀλλ' tem ſobrietatémque vitæ transferrent.
ἐπεὶ καὶ τοῖς γυμνασίοις καὶ λουτροῖς ὀχλη- Memorabat itaque quendam ex purpu-
ρὸς ἦν, θλίβων τοῖς οἰκέταις, ϗ ξενοχωρῶν ratis iſtis, & multo auro fulgentibus, qui
τοῖς ἀπαντῶσιν, ἠσύχη τις αὖ προσέφθεγ- D cùm veniſſet Athenas admodum inſi-
ξατο, προσποιούμενος λανθάνειν, ὥσπερ ὁ gnis & conſpicuus, magna comitantium
πρὸς αὐτὸν σκῆνον ἀποτείνων, Δέδοικα μὴ turba ſtipatus, auro variaq; veſte exor-
προσαπόλυται μεταξὺ λουόμενος. ϗ μὴν natus, ipſe quidem Athenienſibus om-
εἰρήνη γε μακρὰ κατέχει τὸ βαλανεῖον· οὐ- nibus exiſtimabatur valdè beatus eſſe,
δὲν οὖν δεῖ σπουδῆς. ὁ δ', ἀκούων ἃ ἐβόα, & perinde ac deus quiſpiam ſuſpicien-
μεταξὺ ἐπαιδεύετο. τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποι- dus: iſtis autem miſer atque infelix quiſ-
κίλην, ϗ τὰς πορφυρίδας ἐκείνας ἀπέ- piam videbatur homuncio ille: ſtatimq;
δυσεν αὐτὸν, ἀστεῖος πάνυ ὁ αἰθηρὸν ὑπο- erudire illũ aggrediebantur, non acerbè,
σκώπτοντες τὸν χρωμὸν, ἔαρ ἤδη λέγοντες, neq; etiã apertè interdicentes ne in libe-
ra ciuitate quocũq; ipſe pacto viuere vel-
let: ſed poſtquã & in gymnaſiis, & in bal-
neis quoq; moleſtus erat, obterens ſeruos
ſuos, & in anguſtum cogẽs obuios, ex oc-
culto quidã ſubmiſſa voce, quaſi lateret,
neq; tamẽ illum perſtringere vellet, ſub-
iecit: Metui, inquiens, ne ille inter lauan-
dum periret. Atqui pax certè longa bal-
neum iam tenet: proinde nihil opus erat
iſto exercitu. Ille autem audiens quæ res
erat, interea erudiebatur. Rurſum au-
tem vbi veſtem illam variam atque pur-
puream exuebat ſeſe, vrbanè admodum
floriditatem atque nitorem iſtum colorum irridentes, Iam ver adeſt, dicebant.

&, Vnde nobis pauo hic? &, Fortassis matris ipsius hæc est: & id genus similia. atque eodem pacto etiam cætera illius cum risu carpebant, nunc annulorum multitudinem, nunc comę superuacaneã curam, nunc victus intemperantiam atq; luxuriam notantes. Quare paulatim ad sobrietatem atque modestiam reuocatus est, & longè melior publicè ita emendatus ac doctus inde abiit. Quòd autem nõ puderet eos etiam paupertatẽ confiteri, referebat mihi vocem quandã, quam aiebat publicè ab omnibus emissam audisse se in ludis Panathenaicis. Deprehensum enim quendã ex ciuibus fuisse, & ad præsidem ludorum adductũ, eo quòd investe tincta ad spectaculũ venerat: cæteros autem qui hominem videbant, misertos illius, ac veniam precatos esse. Atque vbi præco iam proclamaret quòd in leges cõmisisset, quia tali cũ veste ludos spectaret: omnes vna voce, quasi antea super hoc deliberassent, exclamare cœpisse, vt venia daretur talibus induto: neque enim aliam vestem habere illum. Hæc igitur prædicabat ille mihi, & præterea libertatem quoque eam quæ illic esset, ac victus frugalitatem, nec non & otium, & quòd homines minimè curiosi atque auidi rerum essent: cuius generis virtutes infinitæ apud illos sunt. Ac pro certo indicabat mihi, conuersationem eorum hominum, philosophię ipsi consonam esse, moresque puros ac sobrios conseruare posse: studioso videlicet homini, & qui diuitias contemnere didicisset: & qui secundùm ea quæ natura honesta sunt, viuere secum ipse statuisset: ei illorum hominum vitam quàm maximè aptam atque accommodam esse. At qui diuitias amaret, auróque delectaretur, præterea purpura atque potentia felicitatem metiretur, qui & libertatem nunquam gustasset, & cum seruitute enutritus esset, aut qui voluptati toto animo incumbens, huic vni inseruire atque obsequi statuisset, amans epularum ac mensæ opiparè instructæ, indulgens vino ac rebus venereis, plenus præstigiarum, deceptionis atque mendacij: aut rursum qui delectaretur audiendo citharam sonitus, aliorúmque instrumentorum lasciuos crepitus, gauderétque cantilenis perditis & eneruatis: talibus videlicet hominibus conuenire loci huius consuetudinem. Ibi enim rerum charissimarum ipsis, omnes plateas, omniáque fora referta esse: ac licere ipsis omnibus quasi portis voluptatem recipere,

*Continentia ac paupertatis commendatio.*

*Intemperantia reprehensio.*

A καὶ πόθεν ὁ ταὼς οὗτος; καὶ πάλα τῆς μητρὸς ὅστις αὐτῷ· καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τἆλλα δὲ οὕτως ἀπεσκωπτόμεν, ἢ τῶν δακτυλίων τὸ πλῆθος, ἢ τῆς κόμης τὸ περιεργον, ἢ τῆς δίαίτης τὸ ἀνόητον. ὥστε τῷ μακρῷ ἐσωφρονίσθη, καὶ πολὺ βελτίων ἀπῆλθε, δημοσίᾳ πεπαιδευμένος. Οτι δ' οὐκ αἰσχυνόμενοι πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο περὶ μέν φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ περιόντων ἐν τοῖς ἀγῶσι τῶν Παναθηναίων. ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν, ἄγεσθαι πρὸς τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαθεῖον, B ἔχων ἱμάτιον, εἰσῆλθε. τοὺς δὲ, ἰδόντας, ἐλεῆσαί τε, καὶ παραιτεῖσθαι, καὶ τὸν κήρυκος ἀφέντος ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε, τοιαύτῃ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας ὥσπερ ἐσκεμμένους συγχωρεῖν ἀποδύεσθαι αὐτῷ, τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ· μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. Ταῦτά τε οὖν ἐπῄνει, καὶ προσέτι, τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἐκεῖ, καὶ τῆς διαίτης τὸ ἀνεπίφθονον, ἡσυχίαν τε καὶ ἀπραγμοσύνην, ἃ δὴ ἄφθονα παρ' αὐτοῖς ἐστι. ἀπεφαίνετό τε φιλοσοφίᾳ σωφρόνι τὴν C τοῖς τοιούτοις διατεῖναι, καὶ καθαρὸν ἦθος φυλάξαι διαμένειν, ἀπαυδᾶν τε αὐτῇ ἢν πλοῦτον καταφρονῆν πεπαιδευμένῳ, καὶ τὴν πρὸς τὰ φύσει καλὰ ζῆν παρεσκευασμένῳ, τὸν ἐκεῖ βίον ὡς μάλιστα ἁρμοσόμενον. ὅστις δὲ πλούτου ἐρᾷ, καὶ χρυσῷ κεκήληται, καὶ πορφύρᾳ, & δυναστείᾳ μέχρι τοῦ δύνασθαι, ἄγλυκος μὲν ἐλευθερίας, ἀπείρατος δὲ παῤῥησίας, ἀθέατος δὲ ἀληθείας, χαλεπὸς τὰ πολλὰ καὶ δουλείᾳ συνέφθος· ἢ ὅστις ἡδονῇ πᾶσιν τοῖς ψυχικοῖς ὑπηρέτας, D τούτῃ μόνῃ λατρεύειν διέγνωκε, φίλος μὲν περιέργων τραπεζῶν, φίλος δὲ πότων, καὶ ἀφροδισίων, ἀνάπλεως γοητείας, καὶ ἀπάτης, καὶ ψευδολογίας, ἢ ὅστις ἀκοῦσαι τέρπεται κρουμάτων τε, καὶ τερπισμάτων, καὶ διεφθορότων ἀσμάτων, τοῖς δὴ τοιούτοις πρέπειν τοῖς ἐκεῖσε διατρίβειν. μεσαὶ γὰρ αὐτοῖς τῶν φιλτάτων πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δὲ ἀγοραί. πρέπει δὲ πάσαις πύλαις τοῖς ἡδονῇ καταδέχεσθαι.

τῦτο μὲν, δι' ὀφθαλμῶν· τῦτο δὲ, δι' ὤτων τε, καὶ ῥινῶν· τῦτο δὲ, καὶ διὰ λαιμοῦ, καὶ δι' ἀφροδισίων. ὑφ' ἧς δὴ ῥεύσης ἀενάου τε καὶ θολεροῦ ῥεύματος, πάσας μὲν αὐθυμιώντας ὁρᾶν ἔφη. συῤῥεῖ γὰρ μισχεία, καὶ φιλαργυρία, καὶ ἀπορκία, καὶ ὅ τι οὗτος φῦλον τῶν ἡδονῶν. παρασύρεται δὲ τῆς ψυχῆς ὑποκλυζομένης πανταχόθεν, αἰδὼς, καὶ ἀρετὴ, καὶ δικαιοσύνη· τῶν δὲ ἔρημος ὁ χῶρος γιγνόμενος, δίψης ἀεὶ πιμπλάμενος, αὐλεῖ πολλαῖς τε καὶ ἀγελείαις ἐπιθυμίαις. τοιαύτην ἀπέφαινε τὴν πόλιν, καὶ τοσούτων διδάσκαλον ἀγαθῶν. ἔγωγ' οὖν ἔφη ὅτε τὸ πρῶτον ἐπανῆλθον ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, πλησίον που γιγνόμενος, ὑπεστόμην ἐμαυτὸν, λόγον ἀπαιτῶν τῆς δεῦρο ἀφίξεως, σχεδία δὴ τὰ τοῦ Ὁμήρου λέγων,

Τίπτ' αὖ ὦ δύστηνε λιπὼν φάος ἠελίοιο

(Τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὴν εὐτυχίαν ἐκείνην, καὶ τὴν ἐλευθερίαν,) ἦλυθες ὄφρα ἴδῃς τὸν ἐνταῦθα θόρυβον, συκοφάντας, καὶ προσαγορεύσεις ὑπερηφάνους, καὶ δεῖπνα, καὶ κόλακας, καὶ μιαιφονίας, καὶ ἀλαζονικὴν πρόσοδον, καὶ φιλίας ὑποπλάστους; ἢ τί καὶ πρᾶξαι διέγνωκας, μήτ' ἀπαλλάττεσθαι, μήτε χρῆσθαι τοῖς καθεστῶσι δυναμένῳ; οὕτω δὴ βουλευσάμενος, καὶ καθάπερ ὁ Ζεὺς τὸν Ἕκτορα, ὑποεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων, φασὶν, ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκθ' αἵματος, ἕκτε κυδοιμοῦ, λοιπὸν οἰκουρεῖν εἰλόμην, καὶ βίον τινὰ τῶν γυναικώδη, καὶ ἄπολμον τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα πρεπῆ εἶναι, αὐτὴ φιλοσοφίᾳ, καὶ Πλάτωνι, καὶ ἀληθείᾳ προσλαλῶ. καὶ καθίσας ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐν θεάτρῳ μεγαλύδρῳ, σφόδρα που μετέωρος ὑποσκοπῶ τὰ γιγνόμενα· τῶν μὲν, πολλῶν ψυχαγωγίαν καὶ γέλωτα παρέχειν δυναμένων· τῶν δὲ, πεῖραν αὐτὸς ὡς ἀληθῶς βεβαίου λαβεῖν. εἰ γὰρ χρὴ καὶ κακῶν ἔπαινον εἰπεῖν, μὴ ὑπολείπεσθαι μεῖζόν τι γυμνάσιον ἀρετῆς, ἢ τῆς ψυχῆς δοκιμασίαν ἀληθεστέραν τῆς δὲ τῆς πόλεως, καὶ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς. οὐ γὰρ μικρὸν ἀντισχεῖν τοσαύταις μὲν ἐπιθυμίαις, τοσούτοις δὲ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι πανταχόθεν ἕλκουσι, καὶ ἀντιλαμβανομένοις.

partim quidem per oculos, partim autem per aures & naſum, partim etiam per gulam, & per venerea: qua præterea fluente perenni ac turbulento quodam flumine, omnes, inquit, viæ complanantur. Siquidem in vnum conueniunt & adulterium & auaritia, & periurium, & id genus reliquum voluptatum. Relaxatur autem atque auertitur, animo ſubmerſo atque obruto vndique, omnis verecundia, & virtus, & iuſtitia: quibus locus ille deſertus & vacuus redditus, ſiti autem ſemper impletus, ſuppullulat multis ac feris cupiditatibus. Ac talem quidem deſcribebat mihi vrbem, taliúmque magiſtram bonorum. Ego itaque, inquit, quando primùm ex Græcia reuerſus fueram, atque iſta iam propius aſpiciebam, reuocans me ipſum, & quaſi verbis compellans, rationem poſcebam aduentus huc mei, Homerica illa videlicet mecum ipſe dictans: *Odyſſ. κ.*

*Cur autem infelix, deſerto lumine Phœbi*

(Græcia nempe, & felicitate illa atque etiam libertate) Veniſti? vt videas loci huius tumultus, ſycophantas videlicet, ſalutationes ſuperbas, cœnas, adulatores, homicidia, teſtamentorum expectationes, & amicitias ſimulatas? Aut quid tandem facere decreuiſti, cùm neque diſcedere hinc, neque conſuetis & inueteratis hiſce vti poſſis? Hoc igitur pacto mecum ipſe conſultans, & quemadmodum Iupiter Hectorem illum, ita meipſum è telis, vt dicitur, ſubducens, éque hominum cęde, atque tumultibus, éque cruore, de cætero domi continere me ſtatui: atque hanc muliebrem quandam vitam & timidam pleriſque viſam, proponens mihi, cum ipſa philoſophia, Platone, & veritate colloquium habeo. Ac meipſum quaſi in quodam amplo ac populoſo theatro collocans, ex ſublimi admodum inſpicio atque contempler ea quæ geruntur: quæ partim ciuſmodi ſunt, vt multum delectationis ac riſum exhibere poſſint: partim etiam vt virum verè conſtantem ac firmum tentare ac labefactare aliquo modo queant. Nam ſi malorum quoque encomium aliquod dicere conuenit, ne credas maiorem vllam virtutis palæſtram eſſe, aut veriora vſquam animorum experimenta fieri, quàm in hac ciuitate, & in ea qua hîc viuitur conſuetudine. Neque enim parum eſt reſiſtere tot quidem cupiditatibus, tantis autem ſpectaculis atq; aurium illecebris vndiq; attrahentibus ac detinentibus:

*Qua animum sapientia labefactare possint.*

sed oportet omnino Vlyssis exemplo præternauigare illa, non quidem ligatis manibus, vt ille, (nam hoc formidolosum foret) neque etiam auribus cera obturatis, sed audientem atque liberum, & verè animum supra hæc elatum habentem. Licet autem & philosophiam mirari, conferendo cum illa tantam hominum amentiam atque stultitiam: bonaq; ista fortunę contemnere, vbi aspexeris, velut in quadam scena, ac multiplici, pro personarum varietate, fabula, alium quidem ex seruo dominum prodire, alium autem ex diuite pauperem fieri: contrà alium ex paupere satrapam, aut regem: rursus alium amicum huius, alium inimicum: alium etiam exulem esse. Nam hoc certè vel grauissimum est, quòd licèt fortuna ipsa testetur sese in humanis rebus ludere, fateaturq; nihil illarum certum ac stabile esse, nihilominus tamen quotidie ista aspiciētes, & diuitias expetunt, & potentiam: ac pleni obambulant omnes earum rerum spe, quarum euentus nunquam sequatur. Quod autem videlicet dixi, quòd ei ridere ad hæc quæ alibi geruntur, licet, atque animum oblectare, illud tibi iam exponam. Quomodo enim non ridiculi sint diuites ipsi, qui

*Hypotyposis diuitũ fastuosorũ*

& purpuras suas spectandas exhibent, & digitorum annulos ostentāt, & omnino multas præ se ferunt ineptias? Quod autem omnium absurdissimum est, etiā obuios aliena voce salutant, & hoc quasi magno aliquo contentos esse volunt, si solùm ipsos aspexerint. Quidam verò fastuosiores adorari etiam cupiunt, non à longè, neque vt Persis mos est, sed necesse est propius accedentem, & sese incuruantem, animo à longè demisso & humiliato, illiúsque affectu etiam corporis similitudine declarato, pectus aut dexterā deosculari: quod sanè beatum atque spectabile videtur etiam iis qui honorem hunc nunquam assequuntur. Ille verò stat in longum tempus seipsum præbens decipiendum. Vbi & hanc illorum laudo inhumanitatem, quòd neque ore nos approbant, aut compellant. Cæterùm his multo ridiculi magis sunt ipsi sectantes atque obseruantes, qui de media nocte surgentes circuncursant totam ciuitatē, & à seruis exclusi foribus, canes, & adulatores, & id genus alia audire sustinent. Prima verò huius tam acerbæ circuitionis, ipsis onerosa illa, atque multorum malorum causa, cœna est: in qua quidem

A ἀλλ' ἀτεχνῶς δεῖ τὸν Ὀδυσσέα μιμησαμένον, μὴ δεδεμένον αὐτὰ, μὴ δεδεμένοις τὼ χεῖρε. δεινὸν γάρ. μηδὲ τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενον, ἀλλ' ἀκούοντα, καὶ λελυμένον, καὶ ἀληθῶς ὑπερφανῆ. ἔνεστι δὲ καὶ φιλοσοφίαν θαυμάσαι, καὶ διαπορῆσαι πρὸς τὴν τοσαύτην ἀνοιαν, καὶ τὴν τῆς τύχης ἀγαθὴν καταφρονῆσαι, ὁρῶντα ὥσπερ ἐν σκηνῇ καὶ πολυπροσώπῳ δράματι, τὸν μὲν, ἐξ οἰκέτου δεσπότην προϊόντα, τὸν δ' αὖτε πλούσιον, πένητα· τὸν δὲ, σατράπην ἐκ πένητος, ἢ βασιλέα· τὸν δὲ, φίλον τούτου· τὸν δὲ, ἐχθρόν· τὸν δὲ, φυ-

B γάδα. τοῦτο γάρ τοι καὶ ὃ δυνάτατόν ἐστιν, ὅτι καίτοι μαρτυρουμένης τῆς τύχης παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ὁμολογούσης μηδὲν αὐτῶν εἶναι βέβαιον, ὅμως τοῦτ' ὀσημέραι βλέποντες, ὀρέγονται καὶ πλούτου, καὶ δυναστείας· καὶ μεσταὶ πᾶσαι πόλεις ὑπὲρ γιγνομένων ἐλπίδων. ὃ δὲ δὴ ἔφλω, ὅτι καὶ γελᾶν ἔνεστι τοῖς γιγνομένοις ἔνεστι, καὶ ψυχαγωγεῖσθαι, τοῦτό ἤδη σοι φράσω. πῶς γὰρ οὐ γελοῖοι μὲν πλουτοῦντες αὐλοὶ, καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες, καὶ τοῖς δακτύλοις προτείνοντες, καὶ πολλὴν κατηγορίαν ἀπειρικαλίας; ὃ δὲ καίτοπον, τοῖς ἐντυγχάνουσι, ἀλλοτρίᾳ φωνῇ προσαγορεύοντες, ἀγαπᾶν ἀξιοῦντες, ὅτι μόνον αὐτοῖς προσέβλεψαν. οἱ δὲ σεμνότεροι, καὶ προσκυνεῖσθαι θέλουσιν, ὑπ' ὀρρωδίαν, οὐχ ὡς Πέρσαις νόμος, ἀλλὰ δεῖ προσελθόντα, καὶ ἐπικύψαντα, καὶ ὀρρώδην τῷ ψυχῷ ταπεινώσαντα, καὶ ὃ πάθος αὐτῆς ἐμφανίσαντα τῇ τοῦ σώματος ὁμοιότητι, ὃ σχῆμα, ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν, ζηλωτὸν καὶ προσκυνητὸν τοῖς

D μηδὲ τούτου τυγχάνουσιν. ὃς γ' ἔσχε πρέσχον ἑαυτὸν εἰς πλείω χρόνον ἐξαπατώμενον. ἐπαινῶ δέ γε τούτης αὐτοῖς τῆς ἀπονοσφίας, ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται. πολὺ γὰρ τούτων οἱ προσιόντες αὐτοὶ καὶ θεραπεύοντες γελοιότεροι· νυκτὸς μὲν ἐξανιστάμενοι μέσης, περιέρχονται γὰρ ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, καὶ προσὸς τῶν οἰκετῶν ἀποκλῄομενοι, κύνες, καὶ κόλακες, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ὑπομένοντες. ὥρας δὲ τῆς πικρᾶς ταύτης αὐτοῖς προόδου, τὸ φορτικὸν συμφνὲς δεῖπνον, καὶ πολλῶν αἴτιον συμφορῶν· ἐν ᾧ

πόσα μὲν ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, πόσα δὲ ὧν οὐκ ἐχρῆν ἀπολελήσθητες, ἢ μεμφόμενοι τὸ τελευταῖον, ἢ δυσφορηθέντες, ἀπίασιν, ἢ ἀφαβάλλοντες τὸ δεῖπνον, ἢ ὕβρεις, ἢ μικρολογίαν ἐγκαλοῦντες; πλήρης ὁ, αὐτῶν ἐμοιώτων, οἱ γεννοποὶ, καὶ παρὰ τοῖς χαμαιτυπείοις μαχομένων. καὶ μὲν ἡμέραν οἱ πλείονες αὐτῶν κατακλιθέντες, ἰατροῖς παρέχουσιν ἀφορμὰς παρόδων. ἔνιοι μὲν γὰρ, ὃ καινότατον, οὐδὲ νοσεῖν σχολάζουσιν. ἐγὼ μὲν οἶμαι πολὺ τῶν κολακευομένων ἀξωλεστέρους τοὺς κόλακας ὑποπεπλῆφθαι· καὶ σχεδὸν αἰτίους ἐκείνους καθίστασθαι τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν. ὅταν γὰρ αὐτῶν τὴν εὐπορίαν θαυμάσωσι, καὶ τὸν χρυσὸν ἐπαινέσωσι, καὶ τοὺς πολλῶνας ἕωθεν ἐμπλήσωσι, καὶ παρελθόντες, ὥσπερ δεσπότας παρείπωσι, τί καὶ φρονήσῃ ἐκείνους εἰκὸς ἔστιν; εἰ δέ γε κοινῷ δόγματι καὶ παρὰ ὀλίγον ἀπέχοντο τῆσδε τῆς ἐθελοδουλείας, οὐκ ἂν οἶμαι τοιοῦτον αὐτοὺς ἐλθεῖν ὅπως τὰς θύρας τῶν πλουσίων δεομένους τοὺς πλουσίους, μὴ ἀθέατον αὐτῶν μηδ' ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλιπεῖν, μηδ' αἰσθητὸν τε καὶ ἄγνωστον τὴν τραπέζαν τὸ κάλλος, καὶ τῶν οἴκων τὸ μέγεθος; ἃ γὰρ οὕτω τὸ πλουτεῖν ἐρῶσιν, ὡς τὸ μὴ τὸ πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι· καὶ ὅτῳ ὃ ἔχει μηδὲν ὄφελος εἶναι παρὰ καλλὺς οἰκίας τῷ οἰκοῦντι, μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, εἰ μήτις αὐτὰ θαυμάζοι. ἐχρῆν οὖν ταύτῃ πῃ καθαιρεῖν αὐτούς, καὶ ἀποδυσπετίζειν τὴν δυναστείαν, ὑποτιθέντα τὰ τοῦ πλούτου τὴν ὑπερφυΐαν. νῦν δ', λαμπρυνόντες, εἰς ὑπόνοιαν ἄγουσι. καὶ τὸ μὲν ἄνδρας ἰδιώτας, καὶ αἰσχυνόμενον τὴν ἀπαιδευσίαν ὁμολογοῦντας, τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, μετριώτερον μὲν εἰκότως νομισθείη. ὃ δ', καὶ τῶν φιλοσοφεῖν προσποιουμένων, πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν, τοῦτ' ἤδη ὃ δυνάμενον ἔστι. πῶς γὰρ οἴεσθαι τὴν ψυχὴν ἀφατρεῖσθαί μοι, ὅταν ἴδω τούτων τινὰ μάλιστα τῶν προσεοικότων αἰσχυμενόμενον κολάκων ὄχλῳ, καὶ τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφορούντων, καὶ τοῖς ὅτι τὰ δεῖπνα παραγγέλλουσι κοινολο-

illi, quàm multa ingurgitantes, quàm multa autem potantes, quàm multa etiã quæ proloqui non decet, reprehendentes poſtremò, aut ęgrè ferentes diſcedũt: & vel ipſam criminantur cœnam, vel cõtumeliam aut ſorditiem accuſant? Pleni autem & angiportus ſunt vomentibus ipſis & circa viliſſima quæque proſtibula depugnantibus. Et complures ipſorum in multum diem decumbentes, circumeundi cauſam medicis prębent. Quidam enim (id quod abſurdiſſimum eſt) neque ęgrotando quieſcunt, aut otium ducunt. Ego verò multo adulatores ipſos magis perditos eſſe, quàm quibus adulantur, existimo, & propemodum authores illis exiſtere ſuperbiæ ac faſtus iſtius. Nam cùm illorum opulentiam & rerum omnium abundantiam admirãtur, aurum laudibus extollunt, veſtibula mane complent, & accedentes ipſos quaſi dominos appellant: quid quæſo etiam cogitare illos conſentaneum eſt? Quòd ſi verò cõmuni decreto vel paululum modò abſtinerent ab hac voluntaria ſeruitute, an non putas è diuerſo ipſos diuites ad fores pauperum atque mendicorum venturos eſſe, vltro rogantes ne ignobilem atque obſcuram, & quaſi abſque teſte latentem ipſorum felicitatem relinquerent, néve paterentur vt inutilem, & ab omni vſu remotam & menſarum pulchritudinem, & domorum magnitudinem perire? Neque enim ſic ipſas diuitias amant, vt propter diuitias beatos atq; felices ſeſe exiſtimari. Atque ita ſanè res habet, vt nulla ſit vtilitas poſſidenti, neque pulchrarũ ædium, neque auri, neque eboris, niſi ſit qui illa admiretur. Oportebat igitur tali aliqua via diminuere ipſorum exiſtimationem, & extenuare potentiam, obiiciendo, & quaſi propugnaculum aliquod opponendo diuitiis, deſpicientiam iſtam atque contemptum: nunc verò colendo contrà & obſeruando, ad ſtultitiam atq; amentiam illos adducunt: atque homines quidem indoctos, & ignorantiam manifeſtè confitentes, huiuſmodi factitare, tolerabilius meritò exiſtimetur: at verò eos qui philoſophari quoque ſe ſimulant, multo etiam ineptiora his, magiſq; ridicula facere, illud tandẽ omnium grauiſſimum eſt. Quomodo enim me putas animo affectum eſſe, quoties video iſtorum aliquem, maximè eorum qui ætate prouecti ſunt, adulatorũ turbis immiſceri: & illorũ aliquem, qui honores gerunt, ſatellitũ modo deducere atq. ſectari: deinde & cum iis qui ad cœnã vocare ſolent, col-

*Diuitiæ cur diuitias amẽt.*

BIBLIOTECA N.1 ROMA VITTORIO EMANUELE

loquia ferere, insigniorem autem magísque conspicuum cæteris ob ornatum & habitum esse? Quod vel maximè indignari soleo, quòd non itidem personam ac habitum mutant, cùm vtique quod ad cætera attinet, eodem modo fabulam agant. Nam quæ in conuiuiis operantur, cui quæso adulatorum illa comparabimus? An non replentur cibo, multo quàm cæteri minore modestia? An non inebriantur magis quàm alij manifestè: à conuiuio autem surgunt omnium vltimi: deinde & plura aliis auferre secũ volunt: si qui verò ipsorum vrbaniores paulo sunt, sæpenumero etiam cantare incipiunt? Atque hæc quidem pro ridiculis ille censebat. Præcipuè verò etiam eorum mentionem faciebat, qui pacta mercede philosophantur, virtutemq; ipsam venalem tanquam de foro proponunt. Ergastula igitur & cauponas illorũ scholas vocabat. Cẽsebat enim, eum qui diuitias contemnere alios docere vellet, principio seipsum lucris & quæstu superiorem gerere debere: quoniam & ipse reuera talia agebat, non solùm gratis cõuersando ac disserendo cum volentibus, sed & indigentibus necessaria submini-
A γεύμενον, ὅτι σημότερον δὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ σχήματος ὄντα, καὶ φανερώτερον; καὶ ὁ μάλιστα ἀγανακτῶ, ὅτι μὴ καὶ τὸν σκευὸν μεταλαμβάνουσι, τἀλλά γε ὁμοίως ὑποκεινόμενοι τῷ δράματος. ἀ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάζονται, τίνι τῶν κολάκων εἰκάσομεν; οὐκ ἐμφορεῖται μὲν ἀπειρηκαλώτερον, μεθύσκονται δὲ φανερώτερον, ἐξανίστανται δὲ πρώτων ὕστατοι, πλείω δ' ἀποφέρει τῶν ἄλλων ἀξιοῦσιν· οἱ δ' ἀστειότεροι, πολλάκις αὐτῶν καὶ ἆσαι παρήγγειλαν; καὶ ταῦτα μὲν οὖν γελοῖα ἡγεῖτο. μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ὑπὸ μισθῷ φιλοσοφούντων, καὶ τὸν ἀρετὴν ὠνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς παρατιθέντων. ἐργαστήρια γοῦν ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων διατριβάς. ἠξίου γὰρ τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάσκοντα, πρῶτον ἑαυτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων. Ἀμέλει καὶ παρῆν ταῦτα διετέλει· ὃ μόνον παρῆκε τοῖς ἀξιοῦσι συνδιατρίβων, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἐπῄρκει, καὶ πᾶσι παρουσίαν παρεῖχεν· τοσοῦτον δεῖν ὠρέγεσθαι τῶν ὄντων παρόντων· ὥστε μηδὲ τῶν ἑαυτοῦ φθειρομένων ποιεῖσθαι πρόνοιαν· ὅς γε καὶ ἀγρὸν ὃν πόρρω τῆς πόλεως κεκτημένος, οὐδὲ ἐπεβλῶπεν αὐτῷ πολλῶν ἐτῶν ἠξίωσεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἀρχὴν αὐτοῦ εἶδεν διωμολόγει. ταῦτ' οἶμαι διέληφως, ὅτι τούτων μὲ φύσει οὐδενός ἐσμεν κύριοι, νόμῳ δὲ καὶ διαδοχῇ τὸν χρῆσιν αὐτῶν εἰς ἀόριστον παραλαμβάνοντες, ὀλιγοχρόνιοι δεσπόται νομιζόμεθα, κἀπειδὰν ἡ προθεσμία πρόελθη, τὸν κεκτημένον παραλαβὼν ἄλλος, ἀπολαύει τῶν ὀνόματος. ὃ μὲν δὲ σκῆνα πρὸς τοῖς ζηλοῦν ἐθέλουσι, παραδείγματα, τῆς ἕξεως τὸ ἀπέριττον, καὶ τῶν γυμνασίων τὸ σύμμετρον, καὶ τοῦ προσώπου τὸ αἰδέσιμον, καὶ τῆς ἐσθῆτος τὸ μέτριον· ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, τῆς διανοίας τὸ ἡρμοσμένον, καὶ τὸ ἥμερον τοῦ ἤθους. προῆκε δὲ τοῖς συνοῦσι μήτ' ἀναβάλλεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὥσπερ τοῖς πολλοῖς ποιοῦν, προθεσμίας θεμένους ἑορτάς, ἢ πανηγύρεις, ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους

*Non cunctandum esse bene agere.*

strando, omnemq; omnino diuitiarum abundantiam contemnendo. Ac tantùm aberat ab expetendo ea quæ ad ipsum nihil spectabant, vt ne suarum quidem rerum, quæ illi interim corrumpebãtur, curam aliquam gereret, vt qui & agrum quem non procul ab vrbe habebat, multis iam annis ne inuisere quidem dignatus fuerit. Quin & principiò neque suum esse illum constituebat, illud, opinor, distinguens ac disputans, quòd natura quidem istarum rerum nullius domini sumus, lege autem & per successionem vsũ earum in tempus incertum acquirentes, temporanei seu momentanei possessores habemur: ac posteaquam terminus ille constitutus præterierit, tunc rursum alius easdem à nobis accipiens, nomine illo fruitur. Non parua autem etiam illa præbent imitari volentibus exempla, victus scilicet frugalitas, exercitiorum iustus modus, personæ ipsius venerabilitas, & vestitus mediocritas, & super omnia hæc aptum ad omnia mentis attemperamentum, morumq; facilitas. Monebat autem eos qui cum eo versabantur, ne cunctarentur aut in certos dies extraherent bene aliquid facere, id quod multi solerẽt, præfiniẽtes sibi velut diem aliquam constitutam, aut festiuitates sacrorum, aut solennes conuentus, tanquam ab illis auspicaturi
B
C
D

τῶ μὴ ψεύσασθαι, καὶ τῶ τὰ δέοντα ποιήσειν. ἠξίου γὰρ ἀμέλλητον εἶναι τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμήν. δῆλος ἦν καὶ τῶν τοιούτων κατεγνωκὼς φιλοσόφων, οἱ ταύτην ἄσκησιν ἀρετῆς ὑπολαμβάνουσιν, εἰ πολλαῖς ἀνάγκαις, καὶ πόνοις, τοὺς νέους ἀντέχειν καταγυμνάσουσι· τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες, ἄλλοι δὲ, μαστιγοῦντες· οἱ δὲ χαριέστεροι, καὶ σιδήρῳ τὰς ὑποφαινείας αὐτῶν καταξύοντες. ἡγεῖτο γὰρ χρῆναι πολὺ πρότερον ἐν ταῖς ψυχαῖς τὸ στερρὸν τοῦτο καὶ ἀπαθὲς κατασκευάσαι, καὶ τὸν ἄκρατα παιδεύειν ἀνεφκτοις προαιρούμενον, τοῦτο μὲν, ψυχῆς, τοῦτο δὲ, σώματος, τοῦτο δ', ἡλικίας τε καὶ τῆς πρότερον ἀγωγῆς ἐσομένου, ἵνα μὴ τὰ πρὸς δύναμιν ὑπερτάττων ἐλέγχῃ. πολλοὺς γοῦν καὶ τελευτᾶν ἔφασκεν ἄτοπα ἀλόγως ὑπομένοντας· ἕνα δὲ καὶ αὐτὸς εἶδεν, ὃς ἐκ μελετήματος τῶν πρὸ ἐκείνου κακῶν, ὅπου πάγχυ λόγων ἀληθῶν ἐπήκουσεν, ἀμεταστρεπτὶ φεύγων, ὡς αὐτὸν ἀφίκετο· καὶ δῆλος ἦν ῥᾴον ἀφαιρούμενος. ἤδη δὲ τούτων ἀπόντας, τῶν ἄλλων αὖθις ἀνεφκτων ἐμέμνητο, καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει παραχὰς διεξῄει, καὶ τὸν ὠθισμὸν αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὸν ἱππόδρομον, καὶ τὰς τῶν ἱππέων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων ἀφηλόγους. πολλὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ ἱππομανία· καὶ πολλῶν ἤδη σπουδαίων εἰς δοκιμώτατον ἐπείληπται. μεθ' ἃ ταῦτα, ἑτέρου δράματος ἤρξατο τῶν ἀμφὶ τὴν νεκρὰν καὶ τὰ διαθήκας καλινδουμένων, παρεστιθεὶς ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ρωμαίων παῖδες ἀληθῆ πρὸ ὅλου τοῦ βίου παρίενται, τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας. ἃ δὴ καὶ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ γελᾶν παρῆλθεν, ὅτι καὶ συνκατορύττῃ ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι τὰς ἁμαρτίας, καὶ τὴν ἀπαλγησίαν ἐξέφερον ὁμολογοῦσιν· οἱ μὲν, ἐθέλοντας ἑαυτοῖς κελεύοντες συνκαταφλέγεσθαι τῶν περὶ τὸν βίον τιμίων. οἱ δὲ, καὶ τῶν θεραπόντων τινὰς οἰκείους τοῖς τάφοις. ἔνιοι δὲ, καὶ στέφειν τὰς στήλας αὐτῶν, δι' ἧς ἔτι καὶ τῶν περὶ τὴν τελευτὴν διαμενόντες.

mendacia vitare, & conuenientia facere. Volebat enim liberum, & ab omni cunctatione remotum esse illum ad honesta impulsum, ac mentis impetum. Manifestò autem apparebat quòd & tales philosophos damnabat, qui virtutis meditationem eam putabant, si multis necessitatibus atque laboribus adolescentes resistere, exercitatione ac vsu assuefecissent. Atque ob id multi ligare atque vincire se iubebant, alij cutem flagellis verberabant. Qui verò elegantiores paulò erāt, etiā ferro superficiem corporis radebāt. Putabat enim ille multo priùs in animis duritiē istam & firmitatem cōtra dolores ac perturbationes parandam esse. Et qui optimè instituere atq; erudire homines vellet, partim animi, partim corporis, partim etiam ætatis, & prioris educationis rationem atque obseruationem quandā habere debere, vt ne ea quæ vires excederent, imponendo, reprehensionem incurreret. Multos itaque & mortuos ex eo esse dicebat, dum præter rationem ita supra vires intenderentur. Vnum autem etiam ipse vidi, qui cùm iam ea apud illos mala degustasset, quāprimum veros sermones veramq; doctrinam audiuit, irreuocabili cursu ausugiens inde, ad ipsum peruenit, videbaturq; multo quàm antea quietiore animo esse. Iam verò digrediēs ab istis, aliorum rursus hominum mētionem faciebat, persequendo verbis & eos qui in vrbe fiunt tumultus, & quo pacto alij ab aliis impelluntur: præterea & theatra, & circum, & equestres statuas, & equorum ipsorum nomina, déq; iis ipsis in angiportis colloquia. Multa enim reuera equorum passim ibi insania est. Iam & multos eorum qui pro studiosis ac grauibus habentur, reprehendebat. Post hæc autem quasi alteram fabulæ partem attingebat, notando ea quæ circa funera mortuorum & testamenta agitantur, hoc addens, quòd vnam hanc vocem, Romanorum pueri per omnem ætatem veram emittant, eam intelligens quæ in testamentis vsurpatur, quæ petunt ne à sua veritate depellantur. Illa verò etiam interea cùm ab eo dicerentur, risu prosequi coactus sum, quòd & secum sepeliri ignorantiam suam velle eos aiebat, & stultitiam suam apertè scripto etiam testari, dum alij vestes quibus in vita pretiosioribus vsi sunt, comburere eodem rogo secum mandant: alij autem & seruos certos ad sepulchra adstare. Rursum alij cippos siue columnas quoque coronari sertis præcipiunt, stolidi videlicet etiam in ipsa morte manentes.

*Contra apathiam.*

*De frugalitate, & vita modestia.*

*De stultitia circa testamēta.*

*In voluptuarios.*

Coniecturam igitur inde fieri volebant, inquit, quid in vita ab illis actum sit, quãdo talia de iis quæ post mortem secutura sint, testamentis mandant. Hos enim illos esse, qui pretiosa ac chara obsonia emere solent, vinumq; in conuiuiis cum plausu & odoribus effundunt: qui media etiam hyeme opplentur rosis, raritatémque illarum & intempestiuum amant: illud autem quod suo tempore & secundùm naturam fit, pro vili & abiecto fastidiunt. Hos illos esse, qui & vnguenta bibunt: quo nomine vel maximè eos carpebat, quòd nevti quidem cupiditatibus scirent, sed & in hisce peccarent, finésq; earum confunderent, vndiq; permittentes voluptatibus animum proterendum & conculcandum, & hoc quod in Tragœdiis atque Comœdiis dicitur, Iam & præter casam incitati. Solœcismum igitur vocabat hoc genus voluptatum. Cæterùm ex eadem sententia etiam illa dicebat, prorsus Monii illius verba imitatus. Vt enim ille reprehendebat tauri artificem deum, qui non præposuisset oculis cornua: ita scilicet & ipse accusabat eos qui coronas gestabant, quòd loeum vbi eas adhibere deberent, nescirent. Nã si afflatu atque odore, inquit, violarum rosarumq; delectantur, sub nasum eos potissimùm coronari oportebat, iuxta ipsã, quàm proximè fieri potest, respirationẽ, vt quamplurimum inde voluptatis attrahérent. Eodem modo & illos irridebat, qui miram quandam diligentiam in apparandis cœnis adhibẽt, dum liquamentorum varietatem & bellariorum curiosam atq; immodicam compositionem sectantur. Nam rursum & hos dicebat breuis ac modico tempore duraturæ voluptatis amore multa negotia sustinere. Indicabat autem, quatuor illos digitorum caussa totum hunc susçipere laborem solere. Tot enim digitorum mensurã æquat vel longissimum hominis guttur. Nã neque antea quàm eorum quæ tam charo emuntur, quicquam ederunt, vllam voluptatem eos capere: nec rursum posteaquam illa deuorata atq; absumpta sunt, suauiorem cæteris illã quę fit ex tam pretiosis & charis istis, repletionẽ reddi. Restare igitur vt illã quæ velut in transcursu percipitur, voluptatem, tã grãdi pecunia mercentur. Consentanea autẽ ipsis dicebat accidere ob inertiam atq; imperitiã istã, quòd veriores illas voluptates ignorarẽt, quas omnes Philosophia suppeditat & quasi subministrat iis qui laborare volũt.

*Sic Eras. in proner. Ita fuge, ne præter casam.*

*In gulosos.*

*Quatuor digitorum voluptas.*

A εἰκάζειν οὖν ἠξίουν τι πέπρακται τούτοις τῶν δὲ τὸν βίον, εἰ τοιαῦτα τοῖς μὴ τὸν βίον ὑπισχνοῦνται. τούτους γὰρ εἶναι τοὺς πολυτελεῖς ὄψον ὠνουμένους, καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετὰ κρότων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας, τοὺς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ δὲ σαθρίον αὐτῶν καὶ δὲ τῶν ἐν θέρει ἀγαπῶντας, δὲ ἢ ἐν καιρῷ, καὶ κατὰ φύσιν, ὡς δυτελεῖς ὑποφαινούσας. τούτους γοῦν τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας· ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν, ὅτι μηδὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ καὶ ταύτας τῶν δαιμονίων B σι, καὶ τοῖς ὄρεσι συγχέουσι, πρώτιστον τῇ τρυφῇ τῶν δόντες αὐτῶν τὰς ψυχὰς πατεῖν. καὶ τοῦτο δὲ δὲ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ τῶν δὲ θύραν εἰσιὸν ἐξάλλεσθαι. Σολοικισμὸν οὖν ἐκάλει δὲ τοιοῦτο τῶν ἡδονῶν. ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς γνώμης κἀκεῖνα ἔλεγεν, ἀτεχνῶς τὸν Μώμου τὸν λόγον μιμησάμενος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐμέμφετο τὸν ταύρου τὸν δημιουργὸν θεόν, ὅτι προσθέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὰ κέρατα· οὕτω δὴ καὶ οὗτος ἠτιᾶτο τῶν στεφανουμένων, ὅτι μὴ ἴσασι τὸν τόπον. εἰ γάρ τοι ἔφη τὴν ῥῖνα τῶν ἰῶν τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ἐκεῖ τὴν ῥῖνα μάλιστα ἐχρῆν C αὐτοῖς στέφεσθαι, περὶ αὐτὴν ὡς οἷόν τε τὴν ἀναπνοήν, ἵν' ὡς πλεῖστον αἰσθάνοιντο τῆς ἡδονῆς. καὶ μὴν κἀκεῖνος διεγέλα, τοὺς θαυμασίως τινα τὴν σπουδὴν περὶ τὰ δεῖπνα ποιουμένους, χυμῶν τε ποικιλίας καὶ πεμμάτων πεπειρίας. καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτους ἔφασκεν ὀλιγοχρονίου τε καὶ βραχείας ἡδονῆς ἕρωτι, πολλὰς περιμαχείας ὑπομένειν. ὑπὲρ ἑπτὰ γοῦν τεττάρων δακτύλων αὐτοῖς εἶναι πρὸς πᾶσαν D πεῖραν τὸν πόνον, ἐφ' ὅσους ὁ μήκιστος ἀνθρώπου λαιμός ἐστιν. ὅτε γὰρ πρὶν ἐμφαγεῖν ἀπολαύειν τι τῶν ἐσθιομένων, ὅτε βρωθέντων, ἡδέως γεύεσθαι τοῦ ἀπὸ τῶν πολυτελεστέρων πλησμονῆς. λοιπὸν οὖν ἐπὶ τῷ παρόδῳ γιγνομένῃ ἡδονῇ τοσούτων ὠνεῖσθαι χρημάτων. εἰκότα δὲ πάσχειν ἔλεγεν αὐτούς, ὑπὸ ἀπραγμοσύνης τὰς ἀληθεστέρας ἡδονὰς ἀγνοοῦντας, ὧν ἁπασῶν, φιλοσοφία χορηγός ἐστι τοῖς πονεῖν προαιρουμένοις.

περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις θρωμένων, πολλὰ μὲν διεξῆλθ', ὁ πλῆθος τῶν ἐπομένων, καὶ ὕβρεις, τοῖς ὑπηκόοις τοῖς οἰκέταις, καὶ μικροῦ δεῖν ἐκφερομένους. ἓν δέ τι καὶ μάλιστα μισεῖν ἐφάνη, (πολὺ δ' ἐν τῇ πόλει τοῦτο καὶ τοῖς βαλανείοις ὑπάρχει.) προῖόν τε γάρ τινας τῶν οἰκετῶν, δεῖ βοᾶν, καὶ προσαγγέλλειν προσορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἵνα ὑγιαίνον τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑποβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν ἀλλοις (ὃ κομψότατον,) ὅτι καθ' ἕξιν δεινὸν οὖν ἐποίησε, εἰ σώματος μὲν ἀλλοτρίου δύνανται μὴ δέονται, μηδὲ χερῶν, μηδὲ τῶν ὤτων, ἀκούοντες, ὀφθαλμῶν δὲ ὑγιαίνοντες ἀλλοτρίων δέονται προσορωμένων, καὶ ἀνέχονται, φωνὰς ἀκούοντες δυσχεῖσιν αὐθρώποις πρεπούσας, καὶ πεπηρωμένοις. ταῦτα γὰρ αὐτὰ πάσχοισιν ἐν ταῖς ἀγορᾶις ἡμέρας μέσης, καὶ οἱ τῆς πόλεως ὑπερτερημένοι. ταῦτά τε καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα διελθὼν, κατέπαυσε τὸν λόγον. ἐγὼ δὲ τέως μὲν ἤκουον αὐτοῦ θαμβῶς, μὴ σιωπήσῃ πεφοβημένος. ὅπῃ δ' ἐπαύσατο, τῦτο δὴ τὸ τῶν Φαιάκων πάθος ἐπεπόνθην. πολλοῦ γὰρ δεῖν ἐς αὐτὸν ἀπέβλεπον κεκηλημένος· εἶτα πολλῇ συγχύσει καὶ ἐκλύσει καταπεπλημένος, τῦτο μὲν, ἱδρῶτι κατερρεόμην, τῦτο δὲ, φθέγξασθαι βουλόμενος, ἐξεπιπτόν τε καὶ ἀνακοπτόμην· καὶ οὔτε φωνὴ ἐξέλιπε, καὶ ἡ γλῶττα διημύρτανε· καὶ τέλος, ἐδάκρυον ἀπορούμενος. ἤδη γὰρ ἐξεπεπλήγμην, ὅλῃ ὡς ἔτυχεν ἡμῖν ὁ λόγος καθίκετο, βαθεῖα δὲ καὶ κατὰ μικρὸν ἡ πληγὴ ἐγένετο· καὶ μάλα δυσχερὴς εἰσέρρει ὁ λόγος, αὐτίκα εἴ τοῖόν τε εἰπεῖν, διέκνησε τὸν ψυχήν. εἰ γάρ τι δεῖ καὶ ἐμὲ ἤδη φιλοσόφων προσάπτεσθαι λόγων, ὧδε περὶ τούτων ὑπειλήφα. δοκεῖ μοι ἀνδρὸς εὐφυοῦς ψυχὴ, μάλα σκοπῷ τινι ἀπαλῷ προσοικείως. τοξόται δὲ, πολλοὶ μὲν καὶ τὸν βίον, καὶ μεσοὶ τὰς φαρέτρας ποικίλων τε καὶ παντοδαπῶν λόγων, οἱ μὲν πάντες δυσχερῆ τοξεύσεσιν· ἀλλ' οἱ μὲν, οὐδὲν σφόδρα τὰς νευρὰς ὑπιέντες, ὑπονωτέρω τοῦ δέοντος ἁφιᾶσι. καὶ ἀπίονται μὲν καὶ ὅτοι τὴν ὁδὸν, τὰ γὰρ βέλη αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τῷ σκοπῷ,

A Cæterùm de iis quæ in balneis aguntur, multa sanè cõmemorabat, & de multitudine prosequentiũ, & de contumeliis, & de iis qui seruis impositi gestarentur, ac tantumnon efferrentur. Vnum autẽ maximè ac præter cætera odisse verbum visus est (frequẽs autem in ciuitate hoc est, & in balneis propemodum familiare ac patrium.) Prætereũtes enim quosdam ex seruis clamare oportet & admonere vt pedibus prospiciãt, si quid extantius pauiò, aut cauum subituri sint, atque ita cõmonefacere eos, (id quod absurdissimum est) quo scilicet meminerint ire sese. Graue igitur atq; intolerandum putabat esse,

B si cùm ederent, alieno ore non indigerent, aut manibus: neque cùm audirent, aliorum auribus vterentur: oculis autem aliorum, valentes ac sani, ad prospiciendum opus haberent, ac sustinerent voces audire, quæ miseris hominibus & excæcatis conuenirent. Hæc enim ipsa accidere illis in foro, & medio die, & hoc, ciuitatem atque remp. ipsis velut humeris suis sustinentibus. Hæc atque huiusmodi multa alia verbis persecutus, dicendi finem fecit. Ego verò hucusque cum admiratione ac veluti stupefactus

C auscultabam illum, metuens ne conticesceret. Vbi verò hic loqui desiit, illud nimirum quod Phæacibus olim accidit, ego quoque passus sum. Longo enim tempore ad ipsum aspiciens quasi delinitus atque permulsus, deinde multa confusione atq; vertigine correptus, partim sudore manabam, partim loqui volens, destituebar viribus, ac retro inhibebar: ipsaq; vox deficiebat me, neq; lingua iam ampliùs officio seruiebat suo: postremò præ dubio atq; inopia agendi, lacrymabar. Neque enim summam duntaxat curem perstrinxerat, aut fortuito aliquo

D ictuq; ictu oratio illa tetigerat me, sed altiùs, & omnino ad viuum vsq; plaga hæc peruenerat: ac certò admodum scitéque librato iactu emissa oratio, ipsum, si ita dicẽdum est, animum intercidit. Si enim decet nonnihil & me iam philosophicos attingere sermones, ita equidem de hisce existimo: Videtur mihi animus hominis solertis & ingenioſi admodum similis esse scopo alicui tenero ac molli. Sagittarij autẽ in hac vita multi, qui plenas quidem pharetras variis atque omnis

*Animus hominis ingenioſi scopo sagittariorum ſimilis.*

generis orationibus habent: cæterùm non omnes certò iaculãtur, ac destinata feriunt, sed alij ipsorum neruo nimiũ intento, vehementiori impetu quàm satis est, telũ emittũt: & apprehẽdunt quidem etiam isti viã, sagittæ autem ipsorũ in scopo non manent,

ſed præ vehementia ictus penetrantes ac
transſuolantes, pertuſum modò atq; hiantem vulnere animum relinquere ſolent.
Rurſum aliis diuerſo huic pacto euenit.
Nam præ imbecillitate virium, & quòd
laxiore neruo iaculantur, ſagittæ ipſis ad
ſcopum vſque nõ perueniunt, ſed ſoluto
impetu, ſæpenumero in medio curſu deficiunt ac decidunt. Quòd ſi verò interdum etiam ſcopum cõtingunt, ſummum
illum quidem & in ſuperficie tãtùm perſtringũt, altiorem autem plagam nequaquam infligunt. neq; enim valido impulſu atque impetu emiſſæ fuerunt. At qui
bonus iaculator eſt, atq; huic noſtro ſimilis, principio quidem diligenter circunſpiciet ſcopum, ne nimis mollis, néve nimis ſolidus, & tranſmittendo telo durior
ſit. Sunt enim & ſcopi quidam qui omnino ne vulnerari quidem poſſunt. Vbi autem hæc omnia perſpecta habet, tum demum tincta atq; infecta ſagitta, non veneno, quemadmodum Scytharum ſagittę tinguntur, neq; reſina, perinde vt Curetum, ſed ſenſim mordicante pariter & dulci pharmaco inuncta verè iaculari ſolet. Illud autem quod iactum eſt, benè adeo & pro modo ſuo ſatis fortiter impulſum, coq; penetrans vt iam tranſiturum
eſſe videatur, citrà tamen deſinat, & manet paritet, & multum medicamenti illius de ſe emittit, quod videlicet diſperſum, totũ circumquaq; animum ambit & complectitur: atque hoc illud eſt, quo & oblectantur, & cur lacrymas inter audiendum emittũt. Quod & mihi accidit, paulatim ac tacitè medicamento illo animum mihi obeunte. Succurrebat igitur mihi Homericum illud ad ipſum dicere:

*Sic iace, ſiqua viris per te noua lux oriatur.*

Quemadmodum enim qui Phrygiam tibiam audiunt, non omnes inſaniunt, ſed
quotquot ipſorum à Rhea corripiuntur, atque ii audito carmine, prioris affectus
ac perturbationis reminiſcũtur: ita & qui philoſophos audiunt, non omnes attoniti ac ſaucii abeunt: ſed illi ſolùm, quibus
quaſi fomes aliquis philoſophiæ cognatus, iam antea natura inſitus atque innatus fuit. LVC. Quàm grauia & admiratione digna, atque adeò diuina, ô amice, verbis commemoraſti! multáque reuera ambroſia & loto ſaturatus, me nõ aduertente fuiſti! Quare & interim dum tu iſta dicis, neſcio quid animo meo accidit, & nunc deſinente atq; tacente te, mœrore afficior. Ac vt tuo videlicet exemplo dicam quoque, ſaucius ſum. Neque verò mireris. noſti enim quòd & illi qui à canibus rabioſis mordẽtur, nõ ipſi ſolũ rabie corripiũtur,

A ἀλλ' ὑπὸ τῆς σφοδρότητος διελθόντα καὶ παρεδύσαντα κεχλωυῆμν μόνον τὰ πεπόμματα τὴν ψυχὴν ἀπέλιπεν. ἄλλοι δὲ, πάλιν τοὐναντίον ἀπεναντίως. ὑπὸ γὰρ ἀσθενείας τε καὶ ἀτονείας, οὐδὲ ἀφικνεῖται τὰ βέλη αὐτοῖς ἄχρι πρὸς τὸν σκοπόν· ἀλλ' ἐκλυθέντα, καταπίπτει πολλάκις ἐν μέσῃ τῇ ὁδῷ. ἐὰν δέ ποτε καὶ ἀφίκηται, ἄκρον μὲν ὀπτίλην δίων ἀπέσεται, βαθεῖαν δὲ οὐκ ἐργάζεται πληγήν· οὐ γὰρ ἐπ' ἰσχυρᾶς ἐμβολῆς ἀπεστέλλετο. ὁστὶς δὲ ἀγαθὸς τοξότης, καὶ τούτῳ ὅμοιος, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς ὄψεται τὸν σκοπὸν, εἰ μὴ
B σφόδρα μαλακὸς, εἰ μὴ στερρότερος τῶν βελῶν γίγνονται γὰρ δὴ καὶ ἄτρωτοι σκοποί. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα ἴδῃ, τὴν καλὴν χρίσας ὁ βέλος, ὅτε μὲν καθαρῷ τὰ Σκυθῶν χρίεται, ὅτε δὲ οἷῳ καθαρῷ τὰ Κουρήτων, ἀλλ' ῥέμμα δηκτικῷ τε καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ τοῦτο χρίσας, ἀτεχνῶς ἐπόξευσε. ὃ δὲ, ἐπειδὴ ἂν μάλα βιαίως, καὶ διαπρύσιον ἄχει τὸν διελθεῖν, μόλις τε, καὶ πολὺ τοῦ φαρμάκου ἀφίησιν. ὃ δὴ σκιδνάμενον, ὅλην ἐν κύκλῳ τὴν ψυχὴν περιέρχεται. τοῦτό τοι καὶ ἥδονται καὶ δακρύουσι μεταξὺ ἀκούοντες, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἔπαθον, ἡσυχῇ ἄρα τοῦ φαρμάκου τὴν ψυχὴν περιθέοντος. ἐπήλθέ μοι οὖν αὐτὸν τὸ ἔπος ἐκεῖνο λέγειν,

Βάλλ' ὅτως, αἴ κέν τι φόως αὐδρεσσι γένηαι.

Ὡσπερ γὰρ οἱ τοῦ Φρυγίου αὐλοῦ ἀκούοντες, οὐ πάντες μαίνονται, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτοῦ τῆς Ρέας λαμβάνονται, οὗτοι δὲ πρὸς τὸ μέλος ἐκπεπλημμελήκασι τοῦ πάθους, ὅταν δὲ καὶ φιλοσόφων ἀκούοντες, οὐ πάντες ἔνθεοι καὶ πεπληγμένοι ἀπίασιν, ἀλλ' οἷς ἐκεῖθέν τι ἐν τῇ φύσει φι-
D λοσοφίας συγγενές. ΛΟΥΚ. ὡς σεμνὰ, καὶ θαυμάσια, ὦ θεῖέ γε ὦ ἑταῖρε διελήλυθας· ἐλελήθεις τέ με πολλῆς ὡς ἀληθῶς τῆς ἀμβροσίας, καὶ τοῦ λωτοῦ κεκορεσμένος. ὥστε καὶ μεταξὺ σοῦ λέγοντος, ἔπαθόν τι ἐν τῇ ψυχῇ· καὶ παυσαμένου, ἀχθομαι. καὶ ἵνα δὴ καὶ σοὶ εἴπω, πέπεωμαι· καὶ μὴ θαυμάσῃς. οἶδα γὰρ ὅτι καὶ οἱ πρὸς τῶν κυνῶν τῶν λυσσώντων δηχθέντες, οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυσσῶσιν,

ἀλλὰ καὶ τινας ἑτέρους καὶ αὐτοὺς ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθεῖν, καὶ αὐτοὺς ἐκφέρεσθαι γίγνονται. συμμεταβαίνει γάρ πῃ τοῦ πάθους ἅμα τοῦ δήγματι, καὶ πολυγονεῖται ἡ νόσος, καὶ πολλὴ γίγνεται τῆς μανίας διαδοχή. ΦΙΛ. ὁπόσου οὖν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾷν ὁμολογεῖς; ΛΟΥ. πάνυ μὲν οὖν, καὶ παρεσόμαι γέ σοι καὶ ἄλλο τινὰ τῶν θεραπείαν ἐπινοῆσαι. ΦΙΛ. Ὅτι τοῦ ἄρα Τηλέφου αἰτίαν ποιεῖ. ΛΟΥΚ. ποῖον αὖ λέγεις; ΦΙΛ. ὅτι τὸν πρώτεμπτα ἐλθόντας, ἰᾶσθαι παθόντας.

A sed & si quos alios ipsi in ea insania eodẽ illo modo afficiunt ac lædunt, etiam illos mente deiici, atque in furorem verti solere. Nam simul cum morsu etiam affectionis istius quiddam in alium transfertur, ac morbus ille fœcunditate quadam subinde alios atque alios de se procreat, fitq; insaniæ istius omninò multiplex successio. PHIL. Itaque etiam ipse nobis iam amare confiteris? LVC. Prorsus igitur: teq; iam etiam oro, vt communem aliquam medicinam nobis excogites atque inuenias. PHIL. Ergo Telephi illud necesse erit facere. LVC. Quodnam illud dicis? PHIL. Vt ad eum à quo vulnerati sumus, redeamus, & ab illo medicinam petamus.

---

# ΔΙΚΗ ΦΩΝΗΕΝΤΩΝ.

# IVDICIVM VOCALIVM.

## MARTINO BOLEKO interprete.

## ARGVMENTVM.

*Est autem lusus valde festiuus atque elegans, ad exemplum iudicialis actionis cõpositus. Queritur enim σῖγμα de vi & iniuria τοῦ, quòd ab eo pluribus dictionibus spolietur, & quasi de sua possessione deiiciatur. Exordio beneuolentiam captat simulatione modestiæ, & excusando necessitatem suam. Deinde per translationem ad ῥῆσιν venit, nullam literarum suo loco & ordine mouendam esse. Hinc iudicibus admonitis vt pro officio suo agant, & cæterarum ordinem atque dignitatem cuiusque conseruent: narratiunculam subiungit, quæ confirmationem causæ continet. Hanc postea lõga primùm enumeratione aliorum damnorum eidem sibi illatorum amplificat: deinde etiam collatione modestiæ suæ, & illius petulantia tum erga se, tum erga cæteros etiam homines, quàm idem etiam hominibus inuisum ac detestabile sit, docet.*

Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως, Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου, γραφὴν ἔλαχε τὸ Σίγμα τοῦς τὸ Ταῦ ὅτι τῶν ἑπτὰ Φωνηέντων, βίας ἐπάρχοντων καὶ ἁρπαγῆς, ἀφῃρῆσθαι λέγων πάντων τῶν ἐν διπλῷ τοῦ ἐκφερομένων.

B Imperante Aristarcho Phalereo, septima Octobris actionem instituit σῖγμα aduersus τοῦ, constitutis iudicibus septem Vocalibus, de vi & rapina, spoliari se dicens omnibus illis vocibus quæ duplici τοῦ proferri solent.

ΜΕΧΡΙ μὲν ὦ Φωνήεντα δικασταί, ὀλίγα ἠδικούμην ὑπὸ τούτου τοῦ, καταχρωμένου τοῖς ἐμοῖς, καὶ καταίροντος ἔνθα μὴ δεῖ, οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην. καὶ παρῆκουον ἔνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος, ὡς ἴστε με φυλάσσοντα τοῦς τε ὑμᾶς, καὶ τὰς ἄλλας συλλαβάς.

C HACTENVS quidem, ô iudices Vocales, non admodum graui iniuria affectus ab hoc τοῦ, quòd meis rebus abutebatur, & inde auferebat vnde minimè conueniebat: quod quidem damnum non grauiter tuli: nonnulla etiam quæ dicebantur, audiuisse me dissimulabam, propter modestiam, quam vos ipsi nostis me seruare cùm erga vos, tum erga alias syllabas.

postquam verò ad tantam auaritiam & amentiam peruenit, vt non modò non sit contentum iis quę ego sępè dissimulaui, verùm iam maiorem vim inferat, ipsa me necessitas cogit vt accusem ipsum apud vos, qui vtrunq; nostrum nouistis. Nõ autem exiguus metus propter istam miseriã me inuasit. Nam cùm prioribus iniuriis maiores semper addat, prorsus me è domestica sede expellet, ita vt parũ iam absit, dũ ego ista dissimulo, quin ne inter literas quidẽ amplius numerer, & in simili quodam verser metu. Est itaq; æquum, non modò vos iudices, sed omnes etiam reliquas literas huius doli curam gerere. Nam si vt libet vnicuiq; licebit è suo ordine in alium violẽter irrũpere, idq; vos, sine quibus nihil omnino scribitur, permiseritis, nõ video quomodo sua quique ordines iura, iuxta quę à principio cõstituti sũt, tuebuntur. Sed nõ existimo vos vnquam ad tantã incuriam vel negligentiam peruenturos, vt ea feratis, quæ cum æquo & iure pugnant. Et vt vos certamẽ omiseritis, tamẽ mihi, qui iniuria affectus sum, negligendum non erit. Atq; vtinam aliarum quoq; literarum audacia ab initio statim cùm cœperunt cõtra leges delinquere, esset repressa: neq; enim litigaret ad hunc vsq; diem λάμβδα cum ῥῶ, disceptans de voce ψιλωσεις & περισπωμενη. Neq; etiam τῷ γάμμα esset cum κάππα certamen: neque tam sæpe ad manus propè veniss̃et in fullonia, de dictionibus γναφεύς & κναφεύς disceptantes. Quin cessasset etiam hoc γάμμα cum λάμβδα contendere, dictionem μώκις illi surripiens, imò suffurans. Adeoq; reliquæ item literæ quieuissent seditiones mouere contra leges. Est enim pulchrum, vnãquamq; literam in eo ordine quem primùm sortita est, manere: trãscendere verò eo quò nõ oportet, eius est qui ius & æquum soluit. Et qui primus vobis has leges finxit & formauit, siue Cadmus fuerit ille insularis, siue Palamedes Nauplij filius (quanquã nonnulli hãc prudentiam Simoni tribuant) nõ ordinẽ tantùm, per quẽ sua quibusq; literis præsidentię dignitas firmiter permanet, definierunt, videlicet quę debeat esse prima, quę secũda: sed qualitates etiã & virtutes quas habẽt singulæ nostrũ, cõstituerunt. Et vos quidem, ô iudices, honore affecerunt præcipuo, propterea q̃ vestro Marte potestis sonum efficere. Semiuocales verò secundo loco dignati sunt, eo quòd sine vestro accessu exaudiri nequeunt.

*Locus communis.*

A ἐπεὶ δὲ ἐς τοσοῦτον ἦκει πλεονεξίας, καὶ αἰσχύνης, ὥστε ἐφ' οἷς ἡσύχασα πολλάκις, σὲ ἀγαπῶν, ἤδη καὶ πλείω προσδιάζεται, ἀναγκάζων αὐτὸ δηλοῦν νῦν πρὸς τοῖς ἀμφοτέροις εἰδόσιν ὑμῖν. δέος δέ μ' ὀλίγον μὲν ὅτι τῆς ἀποβλίψεως ἐπέρχεται τῆς ἐμαυτοῦ· τοῖς γὰρ προπεπραγμένοις ἀεί τι μεῖζον προστίθη, ἀρδίως με τῆς οἰκείας ἀποβλίψει χώρας, ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα, μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τῷ φόβου. δίκαιον οὖν ὑφ' ὑμᾶς, οἱ δικάζετε νῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείB ρας ἔχειν τινὰ φυλακήν; εἰ γὰρ ἐξέσται τοῖς βουλομένοις ἀπὸ τῆς καθ' αὑτὰ τάξεως εἰς ἀνομίαν διάξεσθαι, καὶ τοῦτο ὑπερέψεται ὑμεῖς, ὧν χωρὶς οὐδὲν καθόλου τι γράφεται, οὐχ ὁρῶ τίνα τρόπον αἱ συντάξεις τὰ νόμιμα, ἐφ' οἷς ἐτάχθη τὰ κατ' ἀρχάς, ἕξουσιν. ἀλλ' ὅτε ὑμᾶς οἴμην ποτὲ εἰς τοσοῦτον ἀμελείας τε καὶ παρρησίας ἥξειν, ὥστε ὑπερέψαι τινὰ μὴ δίκαια. οὔτε εἰ καθυφήσετε τὸν ἀγῶνα ὑμεῖς, ἐμοὶ προσηκτέον ἐστὶν ἀδικουμένῳ. ὡς εἴθε καὶ τῶν ἄλλων ἀνεκόπτομεν πάντε αὐC τόλμημ', ὅθεν ἀρξαμένων προνομεῖν· καὶ οὐκ ἂν ἐπολέμει μέχρι νῦν τὸ λάμβδα τῷ ῥῶ, διαμφισβητοῦν περὶ τῆς χυσπρέως, καὶ κεφαλαλγίας· οὔτε τὸ γάμμα τῷ κάππα διηγωνίζετο, καὶ εἰς χεῖρας μικροῦ δεῖν ἦρχεν πολλάκις ἐν τῷ γναφείῳ ὑπὲρ γναφάλων· ἐπέπαυτο δ' ἂν καὶ πρὸς τὸ λάμβδα μαχόμενον τὸ μῶκος, ἀφαιρούμενον αὐτό, καὶ μᾶλλον προσκλέπτον, ἢ τὰ λοιπὰ σὺν ἂν ἠρέμει συγχύσεως ἄρχεσθαι προνόμου. καλὸν γὰρ ἕκαστον μένειν ἐφ' οἷς τετύχηκε τάξεως. τὸ δὲ ὑπερβαίνειν εἰς ἃ μὴ χρή, λύοντός ἐστι τὸ δίD καιον. ὅ γε προῆτος ἡμῖν τοὺς νόμους τούτους διατυπώσας, εἴτε Κάδμος ὁ νησιώτης, εἴτε Παλαμήδης ὁ Ναυπλίου, (ὃν Σιμωνίδῃ δέ ἔνιοι προσάπτουσι τὴν προμήθειαν ταύτην,) οὐ τῇ τάξει μόνον, καθ' ἣν αἱ προέδραι βεβαιοῦν) διώρισεν, τί πρῶτον ἔσται, τί δεύτερον, ἀλλὰ καὶ ποιότητας, ἃς ἕκαστον ἡμῶν ἔχει, καὶ δυνάμεις συνῴδον. καὶ ὑμῖν μὲν ὦ δικασταί, τῷ μείζω δεδωκέναι τιμὴν, ὅτι καθ' αὑτὰ δυνατὸν φθέγγεσθαι· ἡμιφώνοις δ', τῷ ἐφεξῆς, ὅτι προσθήκης εἰς ὃ ἀκουσθῆναι δέῃται.

πασῶν δὲ ἐσχάτιν ἐνόμισθν ἔχειν μοῖραν A ἔνια τῶν πρώτων, οἷς οὐδὲ φωνὴ πρόσεστι. καὶ ἀυτὰ μὲν οὕτω τὰ φωνήεντα φυλάττειν ἔοικε τοῖς νόμοις τούτοις. Τὸ δὲ (τ) τοῦτο, ὃ γὰρ ἔχω αὐτὸ χείρονι ὀνομάσαι ῥήματι, ἢ ᾧ καλοῦσι, ὁ μὲν τοῖς θεοῖς, εἰ μὴ ἐξ ὑμῶν δύο σιωπηλὼ ἀγαθοὶ, καὶ καθήκοντες ὀρθοῖσθαι, τὸ, τε ἄλφα, καὶ τὸ (υ) οὐκ ἂν ἠκούσθη μόνον. τοῦτο οὖν ἐπόλμησεν ἀδικεῖν με πλείω τῶν πώποτε βιασάμενον, ὀνομάτων με καὶ ῥημάτων ἀπελάσας πατρῴων, ἐκδιῶξαι δὲ ὁμοῦ σὺν δέσμιον ἀμφὶ καὶ προθέτων, ὡς μηκέτι φέρειν τὸν ἔκτοπον πλεονεξίαν. ὅθεν δὲ καὶ ἀπό τινων ἀρξάμενον, ὥρα λέγειν. Ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ (τὸ δὲ ὅτι πολίχνιον οὐκ ἀνδὲς ἄποικον, ὡς ἐπέχει λόγος, Ἀθηναίων,) ἐπηγόμην δὲ καὶ ὃ κρεῖττον ῥῶ γειτόνων τὸ βέλτιστον. κατηγόμην δὲ παρά τινα κωμῳδιῶν τινι ποιητῇ, Λυσίμαχος ἐκαλεῖτο, Βοιώτιος μὲν ὡς ἐφαίνετο τὸ γένος ἀνέκαθεν, ἀπὸ μέσης δὲ ἀξιοῦντι λέγεσθαι τῆς Ἀττικῆς. παρὰ τούτῳ δὴ τῆς ξένης τὴν τοῦ τούτου πλεονεξίαν ἐφώρασα. μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγης C ἐπεχείρησε τεθραμμένον λέγειν, ἀποστερῶν με τῶν συγγενικῶν μοι, σιωπᾶν ὤμην στοιχείων γραμμάτων· ἔτι δὲ τἄμερον καὶ τὰ ὅμοια ὑπεστορνύμενον, ἴδιά τινα λέγειν, καὶ οἷσον ἐμοὶ τὸ ἄκουσμα, καὶ ὑπόνου τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς. ὁπότε δὲ καὶ ἐκ τούτων ἀρξάμενον ἐπόλμησε καπίτερον εἰπεῖν, καὶ κάπυμα, καὶ πίπαν, εἶτα ἀποδυσάμενον, καὶ βασίλιπαν ὀνομάζειν, ὑπ μετρίως ὑπὸ τούτοις ἀγανακτῶ. ἐπίμοχθος μοι, δεδιὼς μὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὰ D οὖκα τοῦκα τῆς ὀνομάσῃ. καί μοι πρὸς Διὸς ἀθυμοῦντι, καὶ μεμονωμένῳ τῶν βοηθησόντων, σύγγνωτε τῆς δικαίας ὀργῆς. ὑ γὰρ πρὸς τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὁ κίνδυνος, ἀφαιρουμένῳ τῶν σιωπῶν καὶ συνεφολκόντων μοι γραμμάτων, κίσσαν μου λάλον ὄρνεον, ἐκ μέσων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν χηλῶν ἁρπάσαν, κίτταν ὠνόμασεν. ἀφείλετο δέ μου φάσσαν ἅμα νήσσαις τε, καὶ κοσσύφοις, ἀπαγορεύοντος Ἀριστάρχου. παρείλκυσε δὲ καὶ μελισσῶν οὐκ ὀλίγας.

Ex omnibus etiam literis, quibusdam omnium poſtremum locum decreuerunt, mutis ſcilicet & voce carentibus. Has itaque leges per vos Vocales conſeruari decet. Hoc verò τοῦτο, (neque enim poſſum ipſum turpiori nomine appellare quàm quo nominari ſolet) per Deos, niſi duæ quædam bonæ ex vobis & aſpectu decenti, ἄλφα ſcilicet & ὖψιλόν, ſe illi coniunxiſſent, ne audiretur quidem ſolùm. Hoc inquam mihi maiorem vim quàm vllæ vnquam literæ, inferre auſum eſt. Nam nominibus & verbis patriis me extrudere, præterea ex ipſis etiam coniunctionibus & præpoſitionibus expellere tentat, adeo vt iſtam immodicam auaritiam porrò ferre nequeam. Verùm iam tempus eſt dicere vnde & à quibus res initium ſumpſerit. Peregrinabar aliquãdo in Cybelo. (id oppidulum eſt non inſucundum, colonia, ſicuti fertur, Athenienſium) adducebam verò mecum fortiſſimum ῥῶ, ex vicinis meis optimũ. Diuertebam verò ad comicum quendam poëtam, huic nomen erat Lyſimacho: & à maioribus, quantum apparebat, genere erat Bœotius, ſed tamen de ſe dici volebat quòd in media Attica natus eſſet. Apud hunc hoſpitem [illegible]o huius τοῦ auaritiam deprehendi. Equidem cùm hactenus paucis quibuſdã manus intuliſſet, dicendo πίτταν, priuans me meis cognatis, exiſtimabam eam eſſe conſuetudinem literarum quæ vnà mecum eſſent educatæ. Præterea cùm τἄμερον & ſimiles quaſdam voces mihi detraxiſſet, dicerétque eas eſſe ſuas, audiebam patienter, nec vehementer admodum me ea res mordebat: verùm cùm ab eis initium ſumpſiſſet, atque poſtea auſum eſſet etiã dicere καπίτερον & κάπυμα, & πίπαν, deinceps abiecto omni pudore βασίλιπαν quoq; nominare: haud leuiter ſum commotus, & ira accenſus, timẽs ne quis temporis ſucceſſu etiam οὖκα, τοῦκα appellet. Oro autem vos per Iouem, vt mihi indignanti, & iuſta ira commoto, præterea omni ope & auxilio deſtituto, ignoſcatis. Neq; enim paruum hoc aut leue eſt periculũ in quo verſor, cùm præterquam quòd aſſuetis & familiaribus literis me ſpoliauit, etiã κίσσαν, id eſt, picam, auem meam loquaciſſimã, ex medio ſinu, vt dici ſolet, abreptã, κίτταν appellauit. Quin & φάσσαν, id eſt, palumbũ vnà cum νήσσαις, id eſt, anatibus, & κοσσύφοις, id eſt, merulis, abſtulerat, interdicẽte Ariſtarcho. Eripuit etiã nõ paucas apes.

In Atticam verò veniens, ex media illa regione ὑμηττὸν præter ius rapuit, idq; vobis ipsis & aliis quibusdam syllabis videntibus. Verùm quid ego ista commemoro, cùm me tota Thessalia expulerit, velitq; eam Thettaliam dicere? Toto insuper mari sum exclusus. Neque à betis hortensibus sibi temperat, vt iam, quod dici solet, ne paxillus quidem mihi reliquus sit. Quod verò litera sim quæ nulli nocere studeam, vos ipsi mihi testes estis. neque enim vnquam accusaui literam ζῆτα, quæ mihi σμαραγδον abstulit, & totam σμύρναν surripuit. Nec ipsi etiam ξῦ omnia fœdera & pacta rumpenti, litem intendi, ipso etiam Thucydide opẽ illi ferente. Etenim vicino meo ῥῶ venia danda, quòd morbo affectum sit, & meas apud se μυρρίνας, id est, myrtus, plantarit, & quòd melancholiæ malo laborans me in faciem percusserit. Et talis quidem litera sum ego. Hoc verò ταῦ quàm sit natura violentum aduersus reliquas omnes literas, & quàm à nullis omnino abstinuerit, consideremus: Sed & δῆλτα & θῆτα & ζῆτα; & propè omnia literarum elementa iniuria affecit. Accersé mihi læsas literas. Auditis. Vocales iudices, ipsũ δῆλτα dicere: Surripuit mihi meam ὠδελίχειαν, pro qua vult vt dicatur ὠφελίχεια: quod sanè contrarium est omnibus legibus. Auditis vociferari θῆτα, & capiti capillos euellere, eo quòd priuatum est cucurbita. Auditis ipsum etiam ζῆτα suis vocibus συείζειν & σαλπίζειν spoliatum esse, adeò vt ne ψύζειν quidem, id est mutire, illi porrò liceat. Quis ista quæso ferat? aut quæ pœna satis magna erit tam scelesto? Verùm hoc non tantùm cognatum sibi elementorum genus lædit, sed iam ad homines etiam iisdem moribus se contulit Neque enim permittit vt rectà ferantur linguis: Imo verò Iudices. interim enim res humanæ rursus me admonuerunt γλώσσης, id est, linguæ: nam expulsum me hac quoque parte, γλῶσσαν facit γλῶτταν. O reúera linguæ pernicioſus morbus ταῦ. Verùm rursum me conferam ad illud quod cœperam, atque homines defendam in iis in quibus aduersus eos delinquit. Nam conatur illorum voces quibusdam vinculis constringere & discerpere, ita vt si quis pulchrum quidpiam videns, id καλὸν appellare velit, hoc ταῦ statim irruens ταλὸν ipsum dicere cogit: adeo cupit in omnibus præsidentiã obtinere. Rursum alius quispiã dicit, περὶ κλήματος, id est, de palmite:

*Alludit ad dictiones θαλασσα, στῦλον, πτίττακες.*

*Alludit ad νόσον & ῥόῤῥω.*

*Alludit ad vocem κολοκύνθη, seu κολοκύντη.*

*Pro quo συείζειν, & σαλπίζειν Dores dicunt.*

ἐπ' Ἀτθικὴν ὃ ἦλθε, τὴ ἐκ μέσης αὐτῆς αἱρέσεως αὐόμενος Ὑμηττὸν, ὁρώντων ὑμῶν, τὴ τῶν ἀλλων συλλαβῶν. Ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίας με ὁ ξένος ὅλης, Θετταλίαν ἀξιοῦν λέγειν, τὴ πᾶσαν ἀποκεκλῃσμένον τ' θαλάσσης, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φυτάλλων σύτλων. ὡς ὃ δὴ λεγόμενον, μηδὲ πάσσαλόν μοι καταλιπεῖν. ὅτι ὃ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμμα, μάρτυρές μοι τὴ αὐλοὶ μηδέποτε ἐκκαλέσωμαι τῶν ζῆτα, σμαράγδου ἀποσπάσαντι, τὴ πᾶσαν ἀφελόμενῳ τιμὴν σμύρνας. μήτε τῷ ξῦ, πᾶσαν συνθήκην καταλύοντι συνθήκην, τὸν συγγραφέα τῶν τοιούτων ἔγωγε Θουκυδίδην συμμαχον. τῷ μὲν γὰρ γείτονί μου ῥῶ νοσοῦντι, συγγνώμη, τὴ τῷ αὐτῷ φυτεύσαντι μυρσίνας, τὸν παίσαντι με ποτὲ ὑπὸ μελαγχολίας ὀπὶ κόῤῥης. κἀγὼ μὲν τοιοῦτον. ὃ δ' ὦν ταῦτο, σκοπῶμεν ὡς φύσει βίαιον τὴ πρὸς τὰ λοιπά. ὅτι ὃ οὐδὲ τῶν ἀλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, ἀλλὰ τὸ δέλτα, τὸ θῆτα, τὸ ζῆτα, μικροῦ δεῖν πάντα ἠδίκησε τὰ στοιχεῖα, αὐτά μοι καλῶ τὰ ἀδικηθέντα γράμματα. Ἀκούετε φωνήεντα δικαστά, τ' μὲν (δ)λέγοντος, ἀφείλετό μου τὴν ὠδελέχειαν, ὠφελέχειαν ἀξιοῦν λέγειν πρὸς τοὺς νόμους; τ' θῆτα κρούοντος, τὴ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλλοντος ὅτι τῶν τῆς κολοκύνθης ἑστερῆσ; τ' ζῆτα, τὸ συρίζειν, καὶ σαλπίζειν, ὡς μηκέτ' αὐτῷ ἐξῆναι μηδὲ ψεύσαι; τίς δὴ τούτων ἀνάξιος; ἢ τίς ἐξαρκέσαι δίκη πρὸς τὸ πονηρότατον τοῦτο ταῦ; ὃ δ' ἆρα ἢ ὁμόφυλον τῶν στοιχείων μόνον ἀδικεῖ γλῶς, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον μεταβέβηκε, τουτονὶ τὸν τρόπον. ἡ γὰρ ὀπίσω τε αὐτοὺς καὶ δυσφόρους τοῖς γλώσσαις· μᾶλλον ὦ δικασταί. μεταξὺ γάρ με πάλιν τὰ τῶν ἀνθρώπων πρόγματα ἀνέμνησε περὶ τ γλώσσης, ὅτι τὴ ταύτης με τὸ μέρος ἀπήλασε, τὴ γλῶτταν ποιεῖ τ γλῶσσαν. ὦ γλώσσης ἀληθῶς νόσημα, ταῦ. Ἀλλὰ μεταβώμεθα πάλιν ἐπ' ἐκεῖνο, τὴ τοῖς ἀνθρώποις συναγρυπνοῦσα ὑπὲρ ὧν εἰς αὐλοὺς πλημμελεῖ. δεσμοῖς γάρ τισι τρεπλῶν τὸ ἀπεργάζηται αὐτῶν τ φωνήν ὀπτικῆς. τὸ μὲν τι καλὸν ἰδὼν, καλὸν εἰπεῖν θέλει· ὃ δ', πρόσωπον, καλὸν εἰπεῖν αὐτοὺς ἀναγκάζει, τὸ ἅπασι πρωτεῖα ἔχειν ἀξιῶν. πάλιν ἕτερος περὶ κλήματος διαλέγει·

Ὃ δ' (πλῆμυν γάρ ἐστιν ἀληθῶς) πλῆμα πεποίηκε ὃ κλῆμα. καὶ οὐ μόνον τε τοὺς τυχόντας ἀδικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως, ᾧ καὶ γῆν καὶ θάλασσαν εἶξαι φασὶ, καὶ τῆς αὐτῶν φύσεως ἐκχωρῆσαι, ὃ δὲ καὶ τούτοις ἐπιβουλεύει· καὶ Κύρον αὐτὸν ὄντα, Τυφῶνά τινα ἀπέφηνεν. ὅτῳ μὲν οὖν ὅσον ἐς φωνὴν ἀνθρώποις ἀδικεῖ· ἔργῳ δὲ πῶς; κλαίουσιν ἄνθρωποι, καὶ πολὺ αὐτοῖς τύχῃ ὀδύρονται, καὶ Κάδμῳ κεκαρῶνται πολλάκις, ὅτι ὃ τῶν ἐς ὃ τῶν στοιχείων γένος προήγαγε. τοῦ γὰρ τούτου σώματι φασὶ τοὺς τυράννους ἀκριβωσάμενοι, καὶ μιμησάμενοι αὐτοῦ ὃ πλάσμα, ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τεκτήνασθαι, ἀνθρώποις ἀνασχολοπίζειν ἐπ' αὐτά. ἀπὸ δὴ τούτου, καὶ τοῦ τεχνήματι τοῦ πονηρῷ τῷ πονηρὸν ἐπωνυμίαν συνελθεῖν. τούτων οὖν ἀπάντων ἕνεκα, πόσων θανάτων ὃ τῶν ἄξιον εἶ) νομίζετε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δικαίως τοῦτο μόνον ἐς τὸν τῶν τιμωρίαν ὑπολείπεσθαι, ὃ τοῦ σχήματι τοῦ αὐτοῦ τῷ δίκῃ ὑποσχεῖν· ὃ δὴ σαφὲς εἶ), ὑπὸ τούτου μὲν ἐδημιουργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται.

A hoc verò (est enim reuera πλῆμυν, id est, miserum) πλῆμα facit, quod erat κλῆμα. Et quidem non plebeios tantùm homines iniuria afficit, sed iam etiam magno illi regi cui fama est ipsam terram & mare cessisse, atque naturas suas reliquisse, insidias tendit, & ex ipso, cùm κῦρος sit, πῦρον quendam efficit. Atque in hūc modum vocem hominum lædit. Quomodo verò re ipsa & opere eosdem lædat, audite. Plorant homines, atque suæ fortunæ vices deflent, atque ipsum sæpe Cadmū execrantur, quòd τῶ in literarum genus induxerit. aiunt enim tyrannos eius literæ corpus secutos, atque figuram imitatos, postea simili figura ligna fabricasse, in quibus homines suspendant: atque ex hoc huic tam pernicioſæ fabricæ pessimum nomen obueniſſe. Propter ista omnia quot mortibus ipsum τῶ dignum esse iudicatis? Ego quidem existimo meritò hoc solùm ad supplicium ipsius τῶ, relinqui, vt pœnam in sua illa figura sustineat, propterea quòd crux ab ipso fabricata est & ab eo nomen illi homines imposuerunt.

B

Crucis supplicium.

---

# ΤΙΜΩΝ, Η ΜΙΣΑΝΘΡΩΠΟΣ.

# TIMON, SIVE MISANTHROPOS.

ERASMO ROTERODAMŌ interprete.

## ORNATISSIMO IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI THOMÆ RVTHALLO SECRETARIO REGIO, POST Episcopo Dunelmensi, Erasmus Roterodamus S. P. D.

*VIde quantum audaciæ mihi suppeditet singularis quædam ingenij tui morumq; facilitas, humanissime Ruthalle: qui cùm neutiquam ignorem te inter Aulicos primores, vel auctoritate, vel gratia, vel splendore, vel eruditione præcipuum esse, tamen non verear meas nugas rudes adhuc, vixque è prima scheda repurgatas, ad tuam Excellentiam mittere. Sed quid facerem? Iam vrgebat nauita, ventos & æstum nulli seruire clamitans. Itaque ne nihil mei apud hominem tam nostri studiosum relinquerem, id quod tum fortè erat in manibus, Misanthropum misi, nimirum ad virum vnū omnium Philanthropotaton. Is est Luciani dialogus, quo vix alius lectu vel vtilior, vel iucundior: versus quidem ille iampridem ab alio nescio quo: sed ita versus, vt interpres hoc modo demonstrare voluisse videatur, sese neque Græcè scire, neque Latinè: nec temere adeo quis suspicetur eum interpretem subornatum esse ab iis qui Luciano*

*malè volunt. Tu noſtram hanc audaciam boni conſules, & Eraſmum in eorum numero pones, qui tui ſunt amantiſſimi. Vale, Londini. An. M. D. IIII.*

## ARGVMENTVM.

*Hoc dialogo de diuitiis tractatur, quis ſcilicet verus diuitiarum vſus ſit, & quomodo retineantur, quibus potiſſimùm obueniant, & quales reddant poſſeſſores. Occaſio dialogi à perſona Timonis ſumpta eſt, quem Athenienſes, quòd inhumanus planè eſſet, hominúmque congreſſus ac ſocietatem vitaret, imò etiam publicis malis gauderet, μισάνθρωπον appellarunt: cuius mortui quoque ſepulchrum (vt ſcribit Suidas) inacceſſum & inuium factum fuit, cùm mare, tanquam ipſum quoque peroſum illius inhumanitatem, inundatione eam terræ partem vbi ſepultus erat, à reliqua abſtractam ſeclusiſſet. In quo & tale epitaphium inſcriptum fuiſſe fertur,*

Hîc iaceo, vita miſeráque inopíque ſolutus,
Nomen ne quæras, ſed malè tute peri.

*Huic igitur Timoni ſimiles reddi & diuites, videtur intelligere velle Lucianus, vtpote, quos diuitiæ & faſtuoſos & inſolentes & planè barbaros efficere conſueuerunt. Fingit autem ab initio diuitem fuiſſe, ſed ob liberalitatem, & quòd abſque iudicio in quoſuis benignus eſſet, ad paupertatem redactum eſſe. Quam rem cùm Iupiter ex ipſius querela, qua cum illo expoſtulando, in hominum malitiam & ingratitudinem à principio inuehitur, cognouiſſet, miſertus illius, eò quòd & in deos pius fuerat, & multa illis ſacra peregerat, diuitem denuo facere ſtatuit, ac Plutum cum theſauro ad ipſum mittit. Qui principio ire detrectat, oſtendens illum ſua culpa pauperem factum eſſe, & cum talibus hominibus minimè perdurare ſe poſſe, atque æquè odiſſe eos, vt ſordidos atque auaros illos qui nunquam omnino ſe vtantur. Mediocritate enim vtendi ſe gaudere. Atque hic locus vſum diuitiarum, & quomodo conſeruari eædem debeant, docet. Deinde cùm Iupiter in ſententia perſiſteret, atque ita Plutus ducente Mercurio ad Timonem proficiſceretur, inter eundum fingitur claudicare. ibi, interrogante Mercurio, cauſam eius rei reddit, quòd quoties à Ioue mittatur: tardè incedat, neque videat quorſum eat, neque norit ad quos eat. quoties autem à Dite mittatur, etiam alatum eſſe. Quo figmento ſignificare videtur, improbos ac malos ſemper melioribus ſucceſſibus frui: probos autem, & à Ioue dilectos, aut nunquam, aut tardè in hac vita felices ac diuites fieri. Poſtremò interrogatus à Mercurio, cur deformis ac pallidus, tantopere ametur ab hominibus, reſpondet, inſcitia ac cæcitate illorum hoc fieri. Atquè ibi cùm hos, tum alios effectus ſuos exponit, quæ omnia poſtremò actione & quaſi ipſa re comprobantur, dum Timonem ab initio Plutum reijcere atque auerſari fingit, vtpote ex paupertate modeſtum ac temperantem iam factum, & agnoſcentem ſuperiora mala, in quæ ex diuitiarum copia inciderat: Mox eundem acceptum cum ſumma cura aſſeruare, tumidúmque & inſolentem omnes alios homines vitare atque contemnere: Additis ad finem etiam adulatoribus, ſcurris, aſſentatoribus, ſycophantis, fumi venditoribus, & id genus alijs, qui vt corpus vmbra, ſic ipſi diuitias atque fortunam comitantur.*

A IVPITER Philie, hoſpitalis, ſodalitie, domeſtice, fulgurator, iuſiurandice, nubicoge, grandiſtrepe, & ſi quod aliud tibi cognomen attoniti Poëtæ tribuunt, maximè quum hærent in verſu: nam tum illis tu multinominis factus, carminis ruinam fulcis, metriq; exples hiatum. Vbi tibi nunc magnicrepum fulgur, grauifremum tonitru? Vbi ardens, candens, ac terrificum fulmen? Nam hæc omnia iam palàm apparet nugas eſſe, fumumq; poëticum, nec omnino quicquam præter nominum ſtrepitũ. Sed decantata illa tua arma eminus ferientia expromptaq;, neſcio quomodo

Ζεῦ Φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταιρεῖε, καὶ ἐφέσιε, καὶ ἀστεροπητά, καὶ ὅρκιε, καὶ νεφεληγερέτα, καὶ ἐριβόμπα, καὶ εἴ τι ἄλλο οἱ ἐμβεβρυχημένοι ποιηταὶ καλοῦσι, καὶ μάλιστα ὅταν ἐπορθῶσι τοὺς μέτρα· τότε γὰρ αὐλοῖς πολυώνυμος γινόμενος, ὑποφειδεὶς μὲν τοῦ πίστους τῷ μέτρῳ, καὶ ἀναπληρῶν δὲ τὸν χάσμον τοῦ ῥυθμοῦ. ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀστραπὴ, καὶ ὁ βαρύβρεμος βροντὴ, καὶ ὁ αἰθαλόφλ, καὶ ἀργῆτ, καὶ σμερδαλέος κεραυνός; ἄπνυτα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη καὶ παίφηνε, καὶ καινὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς, ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. Ὁ δὲ ἀοίδιμός σου, καὶ ἐκηβόλον ὅπλον, καὶ τοξάρχεον, οὐκ οἶδ' ὅπως

τελέως ἀπέσβη, καὶ ψυχρόν ἐστι, μηδὲ ὀλίγον ἀπ' ἐκείνης ὀργῆς καὶ τῶν ἀδικουμένων διαφυλάττον. θᾶττον γοῦν τῶν ὀρκεῖν τις ὀρκιζομένων ἕωλον ἡφαιστίδα φοβηθείη ἂν, ἢ τινὰ τῶν πυρδαμάτορος κεραυνοῦ φλόγα· οὕτω δαλόν τινα ἐπιφατεύεσθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὴ ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι· μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ πεύματος, ὅτι αἰσθήσονται τῆς ἀσβόλου. ὥστε ἤδη καὶ σοὶ ταῦτά σοι καὶ ὁ Σαλμωνεὺς ἀντιβροντᾶν ἐτόλμα, ὃ πάνυ τοι ἀπίθανος ὢν, ὡς ὅτου ψυχρὸν τὸν ὀργὸν Διός, θερμουργὸς αἰθὴρ, καὶ μεγαλαυχούμενος. πῶς γάρ, ὅπου γε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρα καθεύδῃς; ὃς οὔτε τῶν ὀμορκούντων ἀκούῃς, οὔτε τοὺς ἀδικουμένους ὁρᾷς; λημᾷς δὲ, καὶ ἀμβλυώττῃς ὡς τὰ γιγνόμενα· καὶ τὰ ὦτα ἐπικεκώφωσαι, καθάπερ οἱ πρεσβύται· ἐπεὶ νέος γε ἔτι, καὶ ὀξύθυμος ὢν, καὶ ἀκμαῖος τὸν ὀργὸν, πολλὰ καὶ τῶν ἀδίκων καὶ βιαίων ἐπῄδης, καὶ οὐδέποτε ἦγες τότε πρὸς αὐτοὺς ἐπιεικείας, ἀλλ' ἀεὶ ἐνεργὸς πάντως ὁ κεραυνὸς ἦν, καὶ ἡ αἰγὶς ἐπεσείετο· καὶ ἡ βροντὴ ἐπαπειλεῖτο, καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχὴς ὡσπερεὶς ἀκροβολισμὸν, προσηκοντίζετο. οἱ σεισμοὶ δὲ, κοσκινηδὸν, καὶ ἡ χιὼν σωρηδὸν, καὶ ἡ χάλαζα, πετρηδόν. καὶ ἵνα σοι φορτικῶς διαλέγωμαι, ὑετοί τε ῥαγδαῖοι, καὶ βίαιοι, ποταμὸς ἑκάστη ταγών. ὥστε τηλικαύτη ἐπικρεῖ χρόνου ναυαγία ὅση τῶν Δευκαλίωνος ἐγένετο, ὡς ὑποβρυχίων ἀπάντων καταδεδυκότων, μόγις ἔν τι κιβώτιον περισωθῆναι προσοκεῖλαι τοῦ Λυκωρέως, ζωπυρόν τι τῆς ἀνθρωπίνου σπέρματος διαφυλάττον εἰς ὀπίσω κακίας μείζονος. τιγάρτοι ἀκόλουθα τῆς ῥᾳθυμίας τὰ πίστεα κομίζῃ παρ' αὐτῶν, ὥστε θύοντος ἔτι σοι τινὸς ὥστε στεφανοῦντος, εἰ μή τις ἄρα πρόθυμον Ολυμπίων· καὶ οὗτος, οὐ πάνυ ἀναγκαῖα ποιεῖν δοκῶν, ἀλλ' εἴς ἔθος τι ἀρχαῖον στρωτελῶν. καὶ κατ' ὀλίγον κρόνον σε ὦ θεῶν γηραιότατε, ἀποφαίνουσι, πρεσβύτην τῆς τιμῆς. ἐῶ λέγειν ὁπόσακις ἤδη σου τὸν νεὼν συλήσασιν· οἱ δὲ, καὶ αὐτῷ σοι ταῖς χεῖρας Ολυμπιάσιν ὑπεβεβλήκασι. καὶ σὺ

A penitus extincta ſunt, frigentq; adeò, vt ne minimam quidem ſcintillam iracundiæ aduerſus nocentes reliquam obtineant. Itaque citiùs quiuis ex his qui peieraturi ſunt, extinctum ellychnium metuerit, quàm flammam fulminis cuncta necantis: vſque adeò titionem quempiam in ſeſe vibrare te putant, vt incendium aut fumũ ab illo proficiſcentẽ, nihil quicquam formident, verùm hoc ſolùm vulneris inferri poſſe iudicent, vt fuligine compleantur. Quibus rebus factum eſt vt iam Salmoneus tibi ſit auſus etiam obtonare: neque id admodum ab re, quippe aduerſus Iouẽ vſque adeo ita B frigidum, vir ad facinora feruidus, audaciáque tumidus. Quidni enim faciat, vbi tu perinde ac ſub mandragora ſtertis, qui neq; peierantes exaudias, neque eorum qui flagitia committunt, reſpectum agas? Cæcutis autem lippitudine, & hallucinarisad ea quæ fiunt, auréſque iam tibi obſurduerunt inſtar horum qui ætate defecti ſunt: quandoquidem quum iuuenis adhuc eſſes, acríque animo, vehemenſq; ad iracundiam, permulta in homines maleficos ac violentos faciebas: neque tum vnquam tibi cum illis erant C induciæ: ſed perpetuò fulmen erat in negotio, perpetuò obuibrabatur ægis, obſtridebat tonitru: fulgur continenter iaculorum in morem denſiſſimè ex edito loco deuolantium torquebatur: terræ quaſſationes cribri inſtar frequentes: ad hæc nix cumulatim, neque non grando ſaxorum in morem: atque vt tecum grandius loquar, imbréſque rapidi & violenti, ac flumen quotidie exundans. Hinc tantum repentè Deucalionis ætate naufragium ortum eſt, vt omnibus ſub aqua demerſis, vix vnica ſcaphula ſeruaretur, quæ in montem Ly- D corem appulit, humani generis quaſi ſcintillulas quaſdam ſeruans, vnde ſceleratius etiam genus in poſterum propagaretur. Nimirum igitur dignum ſocordia præmium ab illis reportas, quum iam nec ſacra faciat tibi quiſquam, nec coronas offerat, niſi ſi quis obiter in Olympicis: ac ita ne is quidem rem admodum frugiferam facere videatur, ſed priſcum quendam ritum magis referre: ac penè Saturnum, ô deorum generoſiſſime, te reddunt, magiſtratu abdicantes. Omitto loqui, quoties iam tẽplum tuum ſacrilegio compilarint, quum tibi etiam ipſi in Olympiacis manus admoliti ſunt. Atque

intereà tu altifremus ille pigitabaris vel excitare canes, vel vicinos aduocare, vt auxilio accurrentes illos comprehenderent, quum etiamdum ad fugam adornarentur. Sed egregius ille Gigantúmque extinctor, & Titanum victor, sedebas, quum tibi cæsaries ab illis circumtonderetur, decemcubitale fulmen dextera tenens. Horum igitur, ô præclare, quis tandem erit finis, quæ tu adeò securè despicis? Aut quando de tantis maleficiis pœnas sumes? Quot Phaëthontes aut Deucaliones satis idonei sint ad expiandum tam inexhaustam morum iniquitatem? Etenim vt de communibus fileam, de iis quæ mihi acciderunt, dicã: quum tam multos Athenienses in sublime euexerim, ex pauperrimis diuites reddiderim, cunctisq; quotquot opus haberent, suppeditarim, imò semel vniuersas opes in amicos iuuandos effuderim: simulatq; his rebus ad inopiam deueni, iam ne agnoscor quidem ab illis, nec aspicere dignantur me, qui dudum reuerebantur, adorabant, meoq; de nutu pẽdebant. Quòd si quando per viam ingrediens, fortè fortuna in eorum quempiam incidero, perinde vt euersam hominis iã olim defuncti statuam, ac temporis longitudine collapsam, prætereunt, quasi ne norint quidem. Porrò alij procul conspecto me, aliò sese detorquent, existimantes sese inauspicatum abominandumq; visuros spectaculum, quem non ita pridem seruatorem & adiutorem suum esse prædicabant. Itaque prementibus malis ad extrema redactus consilia, rhenone arrepto terram exerceo, quaternis conductus obolis, atque hîc cum solitudine cumq; ligone philosophor. Hoc interim lucri mihi videor facturus, quòd posthac non intuebor plerosque præter meritum secundis fortunæ successibus vtentes: nam illud vel maximè vrit. Iam igitur tandem aliquando Saturni Rheæq; proles excusso profundo isto grauiq; somno (nam Epimenidem quoq; dormiendo vicisti) denuo iactato fulmine, aut ex Oeta redaccenso, ingenti reddita flamma iram aliquam strenui illius ac iuuenilis Iouis ostende, nisi vera sint quæ à Cretensibus de te tuaq; sepultura feruntur. IVP. Quis hic est Mercuri, quẽ audio sic vociferantem ex Attica, ad radicẽ montis Hymetti? horridus totus ac squalidus, pelleq; hircina amictus. fodit autẽ, vt arbitror: nã pronus incũbit, homo loquax & cõfidẽs.

A καὶ σὺ ὁ ὑψιβρεμέτης ὤκηκοας, ἢ ἀναζῆσαι τοὺς κύνας, ἢ τοὺς γείτονας ἐπικαλέσασθαι, ὡς βοηδρομήσαντες, αὐθις συλλάβοιεν, ἔτι συσκευαζομένους πρὸς τὸν Φυγλίω. ἀλλ' ὁ γλυκαῖος, ὁ Γιγαντολέτωρ, καὶ Τιτηνοκράτωρ, ἐκάθησο, τοῖς πλοκάμοις περικειρόμενος ὑπ' αὐτῶν, δεκάπηχυ κεραυνὸν ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ. τοῦτα τίνυο ὦ θαυμάσιε, πηνίκα παύσεται ὕτως ἀμέτρως προπετόμενα; ἢ πότε κολάσῃς τὴν τοσαύτην ἀδικίαν; πόσοι Φαέθοντες, ἢ Δευκαλίωνες, ἱκανοὶ πρὸς οὕτως ὑπερφυᾶ ἔκπλεων τὸν βίον; ἵνα γὰρ τὰ κοινὰ εἴπω, τοσούτους Ἀθηναίων εἰς ὕψος ἀρᾶς, καὶ πλουσίους ἐκ πενεστάτων ἀποφήνας, καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπιχορηγήσας, μᾶλλον δ' ἀθρόον ἐς ἀνέρεσίαν τῶν φίλων ἐκχέας τὸν πλοῦτον, ὅλην σχεδὸν πένης ἐξ αὐτοῦ ἐλήλυθα, οὐκ ἔτι οὐδὲ γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν; ὅτε προσβλέποντες οἱ τέως ὑποπτήσσοντες καὶ προσκυνοῦντες, κἀκ τοῦ ἐμοῦ νεύματος ἀνηρτημένοι. ἀλλ' ἰὼ πού καὶ ὁδῷ βαδίζων ἐντύχω τινὶ αὐτῶν, ὥσπερ τινὰ ξηλίαν παλαιᾶς νεκροῦ ὑπάλιαν, ὑπὸ τοῦ χρόνου διατετραμμένην, παρέρχονται, μηδὲ ἀναγνόντες, οἱ δὲ καὶ πόρρωθεν ἰδόντες, ἑτέραν ὑπεξέπορται, δυσσώτινον, καὶ ἀποφράδα ἡμέραν ὀφθαι ὑπολαμβάνοντες, τὸν ὑπὸ πολλῶν σωτῆρα, καὶ εὐεργέτην αὐτῶν μεμνημένον. ὥστε ὑπὸ τοῦ κακοῦ ὅτι τοιούτου τινὸς ἐσχατιὰν τραπόμενος, σκαφάνιον διφθέραν, ἐργάζομαι τὸν γεώ, ὑπομισθὸς ὀβολοῖν τεττάρων, τῇ ἐρημίᾳ καὶ τῇ διαλλήλῳ πρὸς φιλοσοφίαν σχολῇ. τοῦτο γοῦν μοι δοκῶ κερδανῦν, μηκέτι ὀφθαλμοῖς πολλοὺς τῶνδε τὰ ἀξίων εὖ πράττοντας. αἰαιάζειν γὰρ τοῦτό γε. ἤδη ποτὲ ὤν, ὦ Κρόνου καὶ Ῥέας υἱέ, τὸν βαθὺν τοῦτον ὕπνον ἀποσφάλμενος, καὶ νήδυμον, (ὑπὸ τὸν Ἐπιμενίδην γὰρ κεκοίμησαι,) καὶ ἀναρριπίσας τὸν κεραυνόν, ἢ ἐκ τῆς Οἴτης ἐναυσάμενος, μεγάλην ποιήσας τὴν φλόγα, ὁπόσην δείξαιό τινα χολήν, ἀνδρώδους καὶ νεανικῆς Διός, εἰ μὴ δόκησις ὅστις τὰ ἐκ Κρήτης πρὸς σοῦ, καὶ τὰ σῆς ταφῆς μυθολογούμενα. ΖΕΥΣ. τίς δ' ὅτος ἐστὶν ὦ Ἑρμῆ, ὁ κεκραγὼς ἐκ τῆς Ἀττικῆς πρὸς τὸν Ὑμηττὸν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ; πίναρὸς ἄλως, καὶ αὐχμηρὸς, καὶ ὑποδιφθέρως. σκάφιον δὲ οἶμαι ὑπὸ κενοφωνίας λάλος δῆθεν πος, ὁ θρασύς.

ἥπου φιλόσοφός ἐστιν. ἢ γὰρ αὖ ὕτως ἀσεβεῖς τοὺς λόγους διεξῄει καθ' ἡμῶν. EP. τί φῄς ὦ πάτερ; ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ἐχεκρατίδου, τὸν Κολυττέα; οὗτός ἐστιν ὁ πολλάκις ἡμᾶς καθ' ἱερὰν τελείων ἑστιάσας, ὁ νεόπλουτος, ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας· παρ' ᾧ λαμπρῶς εἰώθαμεν ἑορτάζειν τὰ Διάσια. ZEYΣ. φεῦ τῆς ἀλλαγῆς! ὁ καλὸς ἐκεῖνος, ὁ πλούσιος, περὶ ὃν οἱ τοσοῦτοι φίλοι; τί παθὼν οὕτω τοιοῦτός ἐστιν; αὐχμηρός, ἄθλιος, καὶ σκαπανικός, καὶ μαθητός, ὡς ἔοικεν, οὕτω βαρέως καταφέρων τὴν δίκελλαν. EP. ὕτω μὲν εἰπεῖν, χρηστότης ἐπέτεινεν αὐτὸν, καὶ φιλανθρωπία, καὶ ὁ περὶ τοὺς δεομένους ἁπλοῦς οἶκος. ὡς δὲ ἀληθῆ λόγῳ, ἀΐδιά, καὶ ἀΐδηλα, καὶ ἀχρεῖα τὰ περὶ τοὺς φίλους· ὃς δ' οὐκ ἐξ ἀρχῆς καὶ λύκοις χρεωφειλόμενος. ἀλλ' ἐπεὶ γὰρ τῶν τοσούτων ὁ κακοδαίμων κυρεῖ μόνος ὢν ἤδη, φίλοις εἰ μὴ αὐτοῖς, καὶ ἑταίροις φέρεται ἐπὶ δυσνοίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν, χαίρουσι τῇ βορᾷ. οἱ δὲ, τὰ ὀστᾶ γυμνώσαντες ἀκριβῶς, καὶ δεῖπνα μεγάλα, εἴ τις καὶ μικρὸς ὀφλῶν, ἐκμυζήσαντες καὶ τὸν μυελὸν ὑπεμελῶς, ᾤχοντο, αὖον αὐτὸν, καὶ τὰς ῥίζας ἐπὶ τετμημένον ἀπολιπόντες, οὐδὲ γνωρίζοντες ἔτι, οὐδὲ προσβλέποντες, (πόθεν γάρ;) ἢ ὑπουργοῦντες, ἢ ὑπομιμνήσκοντες τῆς μέρμηκος ἀπολλύμενος, καὶ διφθείας ὡς ὁρᾷς, ἀπολιπὼν ἐπ' αἰθρίου ὁ ἄθλιος μεθοδεύει γεωργεῖν, μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς· ὅτι οἱ πλουτοῦντες παρ' αὐτῷ, μάλα ἐπιφορτικῶς προσέρχονται, οὐδὲ τοὔνομα εἰ Τίμωνα καλοῦτο εἰδότες. ZEYΣ. καὶ μὴν ὑπερφυὴς ἀνὴρ, οὐδὲ ἀμελητέος, εἰκότα γὰρ ἠγανάκτει δυσχεραίνων. ἐπεὶ καὶ ὁμοίαν ποιήσομαι τοῖς καταφεύγουσι κόλαξιν ἐκείνοις, ὑπιλελυμένοις ἀνδρὸς, τοσαῦτα ταύρων τε, καὶ αἰγῶν πιόπαρα καύσιμος ἡμῖν ὑπὲρ τὴν βωμιὰν ἐπὶ γοῦν σὺ ταῖς ῥισὶ τὴν κνίσαν αὐτὴν ἔχω. πλὴν ἐπ' ἀσχολίας τε, καὶ θορύβου πολλοῦ τῶν ὑπορχουμένων, καὶ βιαζομένων, καὶ ἁρπαζόντων, ἔτι δὲ καὶ φόβου τοῦ παρὰ τὴν ἱερουσυλοῦντων, πολλοὶ γὰρ ἦσαν, καὶ δυσφύλακτοι, καὶ οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον καταμῦσαι ἡμῖν ἐφίασι, πολὺ ἂν χεῖρον αὖθις ἀπόλεμα εἰς τὴν Ἀττικήν·

A mirum ni philosophus est: neque enim alioqui adeò impia nefariáq; in nos fuerat dicturus. MERC. Quid ais pater? an non nosti Timonem Echecratidis filium Colyttensem? Hic nimirum est qui nos sæpenumero in sacris legitimis conuiuio accepit, ille repentè diues factus, ille qui totas hecatombas: apud quem splendidè Iouialia festa consueuimus agitare. IVPIT. Hem, quænam ista rerũ commutatio? hiccine honestus ille? ille diues, quem tam frequentes cingebant amici? Quid igitur accidit vt hoc sit habitu? squalidus, ærumnosus, fossor cõductitius, vti coniicio, quum tam grauem ligonem

B gerat? MERC. Ad hunc modum illum quodãmodo probitas euertit atque humanitas, & in omnes quicunque egerẽt, misericordia: at reuera vecordia potiùs facilitásque, nullúsque in suscipiendis amicis delectus, quippe qui neutiquã intellexerit sese coruis lupísque largiri. Quin magis quum à vulturibus tam multis misero iecur eroderetur, ob id amicos eos necessarióque iudicabat, quasi benevolentia erga sese afficerentur, quum illos epulæ magis caperent. Ergo posteaquam ossa penitus nudassent, circumrosíssentque, deinde si qua medulla suberat,

C hanc quoque admodum diligenter exuxíssent, aufugerunt, exsuccum & radicitus defectum destituẽtes, adeò vt postea ne agnoscant quidem aut aspiciant: tantum abest vt sint qui suppeditent, impartiántque. Has ob res fossor, & sago, vt vides, opertus pelliceo, vrbem præ pudore fugiens, mercede terram exercet, aduersus ingratos atra bile stomachatur, qui quidem sua benignitate ditati, admodum fastuosè nunc prætereant, ac ne nomen quidem an Timon vocetur, nouerint.

D IVP. Atqui profectò vir neutiquã fastidiendus, neq; negligẽdus: & iure optimo indignatur, qui iis tantis in malis agat. Quare sceleratos istos adulatores ipsi quoq; fuerimus imitati, si eũ virũ neglexerimus, qui tantũ taurorũ, & caprarũ pinguissimas quasq; nobis in aris adoleuerit, quarũ nidor etiamnũ mihi in naribus resídet: tametsi propter negotia, maximáq; turbam peierantium, tũ vi nõ iure agentiũ, neq; nõ aliena rapientiũ, præterea ob formidinẽ quã mihi pariũt sacrilegi, qui quidẽ tum multi sunt, tum obseruatu difficiles, adeò vt ne minimum quidem nos conniuere sinant: iampridem profectò ad Atticam regionem oculos detorsissem:

maximè posteaquam philosophia & de verbis digladiationes apud istos increbuerunt, ita vt pugnantibus inter se istis vociferantibúsque, ne exaudire quidem mortaliũ vota liceat: vnde mihi necessũ est aut auribus obturatis sedere, aut dirũpi ab eis, conficique, qui virtutem quandam, & incorporea quædam, meráque nugas ingenti vociferatione cõnectunt. Hæc in causa fuerunt vt hũc quoque neglexerim, quum haud mediocriter de nobis sit meritus. Quod reliquum est Mercuri, tu Plutum adducens, quantum potes ad istum abeas. Porrò Plutus vnà secum ducat & Thesaurum: & vtrique apud Timonem perseuerent, neque vsquam adeo facilè demigrẽt, etiamsi quãmaximè rursum illos per bonitatem ex ędibus exegerit. Cęterùm de palponibus illis, atque ingratitudine qua in hũc sunt vsi, in posterum consultabo: pœnáque daturi sunt simul atque fulmen instauravero. Nam fracti sunt in eo retusa cuspide duo è radiis maximi, quum nuper auidiùs in sophistam Anaxagoram iacularer, qui suis familiaribus suadebat, nullo pacto esse vllos nos, qui dii vocaremur. Ac illum quidem errore non feriebam, propterea quòd Pericles obtenta manu eum protexerit: cæterùm fulmen in Castoris ac Pollucis templum detortum, tum illud exussit, tum ipsum parum abfuit quin ad saxum cõminueretur. Quãquam interim vel id supplicii satis magnum in istos fuerit, si Timonem conspexerint egregiè locupletẽ factũ. MERC. Quantum habet momenti, altum vociferari, & obstreperum audacémque esse? Idque non iis modò qui causas agunt, verùm etiam qui vota faciunt, conducibile. En vt mox è paupertimo dives euaserit Timon, qui se in precando clamosum & improbum præstiterit, Iouémque reddiderit attentum? Quòd si silentio fodisset incurius, etiam nunc foderet negletus. PLVTVS. At ego, Iupiter, haudquaquam ad istum rediturus sum. IVPIT. Quid ita non rediturus optime Plute, præsertim à me iussus? PLV. Quoniam per Iouem iniuria me affecit, eiiciens, & in multa fragmenta dissecans: idque quũ illi paternus essem amicus: ac me, penè dixerim, fuscinis ex ædibus extrusit, nec aliter quàm ii qui è manibus ignem abiiciunt. Nũ rursus ad istũ ibo, parasitis, adulatoribus & scortis donandus? Ad eos me mitte ô Iupiter,

A καὶ μάλιστα ὅτι ἡ φιλοσοφία, καὶ λόγων ἐρίδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς· μαχομένων γὰρ πρὸς ἀλλήλους, καὶ κεκραγότων, οὐδὲ ἐπακοῦσαι ῥᾴδιον τῶν εὐχῶν. ὥστε ἢ βεβυσμένοις χρὴ τὰ ὦτα καθῆσθαι, ἢ διαῤῥηγῆναι τοὺς αὐτῶν, ἐρεθιζόντων τινα, καὶ ἀσώματα, καὶ λήρους μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυμφερόντων. διὸ ταῦτά τοι καὶ τοῦτον ἀμελησθῆναι συνέβη πρὸς ἡμᾶς, ὑφαῦλον ὄντα. ὅμως γε τὸν Πλοῦτον ὦ Ἑρμῆ παράλαβε, ἀπιὼν πρὸς αὐτόν· καὶ τὸν ταμίαν. ἀγέτω δὲ ὁ Πλοῦτος καὶ τὸν Θησαυρόν· μετ' αὐτοῦ, καὶ μηδέτερον αὐτῶν παρὰ τῷ Τίμωνι, μηδὲ ἀπαλλαγείησαν ὅτου ῥᾳδίως, καὶ ὅτι μάλιστα
B ἂν χρήσιμος αὐτοῖς ἐκδιώκῃ αὐτοὺς τῆς οἰκίας. παρὰ γὰρ τῶν κολάκων ἐκείνων, καὶ τῆς ἀχαριστίας, ὧν ἐπεδείξαντο πρὸς αὐτόν, καὶ αὖθις μνησικακήσω, καὶ δίκην δώσουσιν, ἐπειδὴ τὸν κεραυνὸν ὑπεκβυάσω. κατεαγμέναι γὰρ αὐτοῦ, καὶ ἀποκεκμηκυῖαι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἱ μέγισται, ὁπότε φιλοσοφώτερον ἠκόντισα πρώην ὅτι τὸν σοφιστὴν Ἀναξαγόραν· ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν διήμαρτον· ὑπερέσχε
C γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς. ὁ δὲ κεραυνὸς, εἰς τὸ τοῦ Διοσκούρων ἱερὸν ἐκδυόμενος, τό τε κατέφλεξε, καὶ αὐτὸς ὀλίγου δεῖν, συνετρίβη πρὸς τὸν πέτρον. πλὴν ἰκανὴ γε τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔσται αὐτοῖς, εἰ ἐπιπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν. ΕΡ. οὐκοῦν τὸ μέγα κεκραγέναι, καὶ ὀχληρὸν εἶναι, καὶ θρασύ, καὶ τοῖς δικαιολογουμένοις μόνοις ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον; ἰδοὺ γὰρ αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐκ πενεστάτου καθεστὼς ὁ Τίμων, βοήσας, καὶ παῤῥησιασάμενος τῇ εὐχῇ, καὶ
D διεγρέψας τὸν Δία. εἰ δὲ σιωπῇ ἔσπατο, ἐπὶ αὐτῷ ἔσπαπτεν ἀμελούμενος. ΠΛΟΥ. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι ὦ Ζεῦ πρὸς αὐτόν. ΖΕΥΣ. Ἀλλὰ ὦ ἄριστε Πλοῦτε, καὶ ταῦτα, ἐμοῦ κελεύσαντος; ΠΛ. ὅτι νὴ Δία ὕβρισεν εἰς ἐμὲ, καὶ ἀξιοφόρᾳ, καὶ εἰς πολλὰ κατεμέρισε, καὶ ταῦτα, πατρῷον αὐτῷ φίλον ὄντα. καὶ μόνον οὐχὶ δικαίνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χειρῶν ἀποῤῥιπτοῦντες. αὖθις οὖν ἀπέλθω παρασίτοις καὶ κόλαξι, καὶ ἑταίραις παραδοθησόμενος; ἐπ' ἐκείνους ὦ Ζεῦ,

πέμπε

πέμπε με, τοὺς ἀλλοπροσαλλοὺς τῆς δωρεᾶς, τοὺς
τοιούτους, οἷς τίμιος ἐγὼ, καὶ ποθεινός. ὅτι
οἱ λάσιοι, τῇ πενίᾳ ζωννύμενοι, μᾶλλον προτι-
μῶσιν ἡμῶν, ἢ διαφέρειν περὶ αὐτῆς λακωνίσειν
καὶ διχελλαν, ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι, τέτταρας
ὀβολοὺς ἀποφερόμενοι, οἱ δεκατάλαντοι δωρεὰς
ἀμνηστὶ προιέμενοι. ΖΕΥΣ. οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον
ὁ Τίμων ἐργάσεται τοίνυν σε πάνυ μὲν αὐτὸν ἡ δι-
χελλα πεπαιδαγώγηκεν, εἰ μὴ πάντα πάσιν
ἀνήγνωτος ὀδύναις τὸ ὀστοῦν, ὡς χρῆν σε αὐτὶ τῆς πε-
νίας προαιρεῖσθαι. σὺ μὴν πάνυ μεμψίμοιρος
εἶναί μοι δοκεῖς, ὃς νῦν μὲν τὸν Τίμωνα αἰτιᾷ, ὅτι
σοι τὰς θύρας οὐκ ἀπέπασας, ἢ φίλοις ἐνοχεῖν
ἐλευθέρως, ὅτε ἀποκλείων, ὅτε ζηλοτυπῶν,
ἄλλοτε δὲ τοὐναντίον ἡμᾶς ἀνέκτεις καὶ τὴν πλη-
σίον, καὶ κατεκέκλαες λέγων ὡς αὐτὴν ὑπὸ
μοχλοῖς, καὶ κλωσὶ, καὶ σημείοις ἐπιβολαῖς· ὡς
μηδὲ τὴν ἀκτῖνα σοὶ ἐς τὸ φῶς δυνατὸν εἴη.
ταῦτα γοῦν ἀπωδύρου πρός με, ἀποπνιγεὶς
λέγων ὑπὸ πολλῷ τῷ σκότῳ· καὶ δῆλος ἦσθα τὸ ὠχρὸς
ἡμῖν ἐφαίνου, καὶ φθιντίδος αἰὰ πλέως, σπανι-
ακοῖς τοῖς δακτύλοις πρὸς τὸ ἕλος τὸ συλ-
λογισμῶν, καὶ ἀποδράσασι ἀπειλῶν εἰ χαιρὸν
λάβοιο πρὸς αὐτῶν. καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγμα ὑπερ-
δεινὸν ἐδόκει σοι, ἐν χαλκῷ, ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ,
καθάπερ τὴν Δανάλην, πρὸ γενέσθαι ὑπὸ
ἀκριβέσι καὶ παμπονήροις παιδαγωγοῖς αἰσ-
χροφόρμυον τὸν τόκον, καὶ τὸν λογισμόν. ἀπορα-
δοὺν ποιεῖν ἔφασκες αὐτοὺς, ἐρῶντας μὲν εἰς ὑ-
περβολὴν, ἔξον δὲ ἀπολαύειν, καὶ τολμῶντας, καὶ
δὲ ἐπ' ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι, κυρίους τε
ὄντας, ἀλλὰ φυλακῆς ἐγκρατεῖς, ἐς τὸ ση-
μεῖον καὶ τὸν μοχλὸν ἀσπαρδαμυκτὶ βλέπον-
τας, ἰσχνοὺς ἀπολαύσεσιν οἰομένους, καὶ τὸ αὐτοῖς
ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι
τῆς ἀπολαύσεως, καθάπερ τοὺς ἐν τῇ φάτνῃ
κύνας, μήτε αὐτὴν ἐσθίοντας τὴν κριθῶν, μήτε
τῷ ἵππῳ πεινῶντι ἐπιτρέπουσαν. καὶ τοιγα-
ροῦν τε καὶ κατεγέλας αὐτῶν φθονουμένων, καὶ φυ-
λακιζόντων, καὶ τὸ κεντρότατον, αὐτοὺς ζηλοτυ-
πουμένων· ἀγνοούντων δὲ ὡς καταφανὴς οἰκέ-
της, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδοτρίβης ὑποφοινὰ λα-
θραίως, ἐμπροσθίνησι τὸν κακοδαίμονα, καὶ ἀ-
νέφαστον δεσπότην, πρὸς ἀμφορέα τι καὶ μικρό-
στομον λυχνίδιον, καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον, ἐπα-
γρυπνοῦντα ἐάσας τοῖς τυχοῦσι. πῶς ἂν οὖν ἄδικον,

qui munus intellecturi ſint, qui amplexuri: quibus equidem in pretio ſim, & maiorem in modum exoptatus. At hi ſtupidi cum inopia commercium habeant, quam nobis anteponunt, vt ab ea accepto ſago pelliceo, ligonéque, ſat habeant quum quatuor lucrantur obolos, decem talenta cõtemptim dono dare ſoliti. IVP. Nihil iſtiuſmodi poſthac in te facturus eſt Timon, quippe quẽ ligo abũdè ſatis corripuerit: niſi prorſus nullum dolorem ſentiũt illius ilia, te videlicet potiùs quàm inopiã, eſſe præoptandam. At tu mihi querulus admodum videris eſſe, qui nunc Timonem incuſes, quòd tibi patefactis foribus liberè permiſerit vagari, neque includens, neque zelotypus in te. Porrò aliàs diuerſa de cauſa in diuites ſtomachabare, cùm diceres te ab illis, repagulis, clauibus, ac ſignorum obiectaculis impreſſis ita fuiſſe concluſum, vt ne proſpicere quidem in lucem tibi liceret. Id igitur apud me deplorabas, affirmans præfocari te nimiis tenebris: eóque pallidus nobis occurrebas, & curis confectus, digitis etiamnum ex aſſiduo colligendi coaceruandiq; vſu contractis, contortiſq;. Quòd ſi quando daretur opportunitas, aufugiturum quoque ab illis te minitabare. In ſumma, rem ſupra modum acerbam iudicabas, in æreo ferreóve thalamo, Danaës exemplo, virginem aſſeruari; atq; à ſceleſtiſſimis educari pædagogis, fœnore, & computo. Proindè abſurdè facere aiebas hos, quòd te præter modum adamarent: neq; quum liceret, frui auderent: neq; quum ipſis eſſet in manu, amore ſuo ſecurè vterentur, ſed vigiles obſeruarent, ad ſignum ac ſeram oculis nunquam conniuentibus, neq; vſquam dimotis, ſemper intuentes: abundè magnum fructum arbitrantes, non quòd ipſis fruẽdi facultas adeſſet, ſed quòd nemini fruendi copiam facerent: non aliter quàm in præſepi canis, nec ipſe veſcens hordeis, nec equum famelicum id facere ſinens. Quin etiam ridebas iſtos, qui parcerẽt, aſſeruarentq; & (quod eſſet abſurdiſſimũ) ipſi quidem ſibi ſubtraherẽt, vererenturq; cõtingere, non intelligerent autem, fore vt aut ſceleratiſſimus famulus, aut diſpenſator, aut liberorum pædagogus furtim ſubiret, ludibrio habiturus infelicẽ & inamabilem herum, quem poſtea ſinat ad fuliginoſam, & oris anguſti lucernulã, ac ſiticuloſum ſcirpulum vſuris inuigilare. Quid itaque? an nõ iniquũ,

quum hæc quondam incusaueris, nunc in Timone diuersa his criminari? PLV. Atqui si rem verè perpenderis, vtrunque me iure facere iudicabis. Nam & Timonis ista nimia lenitas, negligentia potiùs, haud beneuolentia studiumq; quod ad me pertinet, meritò videatur. At è diuerso qui me ostiis ac tenebris inclusum seruabant, id agentes quò scilicet crassior saginatiórq; ac vehementer corpulentia onustus euaderem: quum interim neq; ipsi contingerent, neq; in lucẽ producerent, ne vel aspicerer à quopiã: hos dementes & cõtumelioſos in me iudicabam, quippe qui me nihil cõmeritum tot in vinculis cogerent situ carieq; putrescere, haud intelligẽtes, quò mox demigrent, me alij cuipiã, cui fortuna fauerit, relicturi. Nec hos igitur probo, sed ne illos quidẽ qui nimiùm facilè mihi manus admouent: sed qui (quod est optimũ) mediocritate vtantur, vti nec prorsus abstineant, neq; penitus profundant. Etenim illud per Iouem cõsidera Iupiter: Si quis vbi puellulam & formosam lege duxisset vxorẽ, postea neq; obseruet, nec vlla omnino zelotypia prosequatur, videlicet sinens illam noctu atq; interdiu quocunq; libitum sit ire, & quicunque voluissent cum ea habere rem, vel producat potiùs vltrò vt adulteretur, fores aperiens, prostituturuſq; & quoslibet ad illã inuitans, num hic amare videbitur? Profectò hoc tu nequaquã dices Iupiter, qui sæpenumero amorem senseris. Rursum si ingenuam lege domum deducat, vti liberos legitimos progeneret, cæterùm nec ipse contingat florentem ætate decorámque virginem, nec alium sinat aspicere, sed inclusam, orbam, sterilemq; in perpetua virginitate contineat, idq; præ amore se facere prædicet, & hunc quidẽ præferat, pallore, corpore exhausto, oculis refugis, num fieri pote est vt huiusmodi non desipere videatur? quippe qui quum liberis oportuerit operam dare, fruiq; coniugio, puellam adeò formosam atq; amabilem sinat emarcescere, per omnem vitam tanquam Cereri sacerdotem alens. Huiusmodi & ipse indignè fero quum à nonnullis ignominiosè cædor calcibus, lanioráq; atque exhaurior, à nonnullis contrà perinde vt stigmaticus fugitiuus compedibus vincior. IVP. Quid est autem quòd aduersus illos indigneris, quandoquidem vtrique pœnas egregias luunt? Alteri quidẽ dum Tantali in morẽ

*Mediocritas in diuitiis seruãda.*

per Idam montem sursum ac deorsum oberrat, ipsa quidem Attis amore eiulãs: cæterùm Corybantum alius suum ipse penem ense desecat, alius demissa coma per mõtes fertur insanus, alius cornu canit, alius tympano tonat, alius cymbalo perstrepit: breuiter, omnis vndequaque Ida tumultus atque insaniæ plena est. Proinde cuncta timeo: metuo ne tale quid accidat, quandoquidem te produxi, vt si quando resipiscat Rhea, vel potiùs si pergat insanire, Corybantibus imperet, vt te correptum discerpant, aut leonibus obiiciant. Hic me solicitat metus, quòd videam tibi periculum imminere. CVP. Otioso animo esto mater: si quidem leonibus etiam ipsis iam familiaris sum factus, ita vt sæpenúmero conscẽsis eorum tergis, prehensaq; iuba, equitis ritu insidens illos agitem. At verò illi interim mihi caudis abblandiuntur, ac manum ori insertam receptant, lambúntque, deinde mihi reddunt innocuã. Porro Rheæ ipsi quando tandem vacauerit vt me vlciscatur, quum in Atte sit tota? Postremò quid ego pecco, quum res pulchras vt sunt offero ac demonstro? Vos ne appetite res pulchras, quare his de rebus ne in me crimen conferte. Num vis ipsa tu mater vti neque tu posthac Martem ames, neq; ille te. VEN. Vt es peruicax, & nulla in re non superas? Attamen horum quæ dixi, aliquando memineris.

A ἄνω τε κάτω τὸν Ἴδην πᾶσαν περιπολοῦσιν· ἡ μέν, ὀλολύξασα ὅτι τὸν Ἄττην· οἱ Κορύβαντες δέ, ὁ μὲν αὐτῶν, τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν, ὁ δέ, αἰωρεῖς τὴν κόμην, ἵεται μεμηνὼς διὰ τῶν ὀρῶν· ὁ δέ, αὐλεῖ τὸν κέρατι· ὁ δέ, ὑπορομβεῖ τὸν τυμπάνῳ, ἢ ὑπηχεῖ τὸν κυμβάλῳ, καὶ ὅλως, θόρυβος καὶ μανία πᾶσα ἐν τῇ Ἴδῃ ἄπεστιν ὅτι. δέδοικα οὖν ἄπαντα, δέδοικα δὲ τοιοῦτο, ἢ δὲ μέγα σε κακὸν τεκμήρασα, μὴ ἀπομανῇσά ποτε ἡ Ῥέα, ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι ἐν αὐτῇ οὖσα, κελεύσῃ τοῖς Κορύβασιν συλλαβόντας σε, διασπάσασθαι, ἢ τοῖς λέουσι παραβαλεῖν, ταῦτα δέδοικα κινδυνεύοντά σε ὁρῶσα.
B ΕΡ. θαῤῥεῖ μῆτερ, ἐπεὶ καὶ τοῖς λέουσιν αὐτοῖς ἤδη ξυνήθης εἰμί. καὶ πολλάκις ἐπιβᾶσα ὅτι τὰ νῶτα, καὶ τῆς κόμης λαβόμενος, ἱππεύω ἀΐδιος, οἱ δ', σαίνουσί με, καὶ τὴν χεῖρα δεχόμενοι, ἐς τὸ στόμα παρελιχμησάμενοι, ἀποδιδόασί μοι. αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα, πότε ἂν σχολὴν ἄγοι ἐπ' ἐμέ, ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ; καίτοι τί ἐγὼ ἀδικῶ, δεικνὺς τὰ καλὰ οἷά ἐστιν; ὑμεῖς δὲ μὴ ἐφίεσθε τῶν καλῶν· μὴ οὖν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων. ἢ θέλεις σύ, ὦ μῆτερ, αὐτὴ μηκέτι ἐρᾷν, μήτε σὲ τοῦ Ἄρεως, μήτ' ἐκεῖνον σέ; ΑΦΡΟ.
C ὡς δεινός εἶ, καὶ κρατεῖς ἀπόρων· ἀλλὰ μεμνήσῃ μου ποτὲ τῶν λόγων.

## ΔΙΟΣ, ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ, ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

## IOVIS, ÆSCVLAPII, ET HERCVLIS, Iacobo Micyllo interprete.

*IVPITER.* DESINITE ô Æsculapi & tu Hercules contendere inter vos iurgiis perinde vt homines. Indecora enim hęc, & à cõuiuio deorum aliena. HERC. At vis, ô Iupiter, medicamentarium istum priore loco accumbere, quàm me? ÆS. Quid ni, per Iouem? melior quoq; enim sum. HERC. In quo igitur ô attonite? an quòd te Iupiter fulmine aliquãdo percussit, eo quòd quæ nefas erat, feceras: nunc autem ex misericordia iterum immortalitatis particeps factus es? ÆS. Oblitus verò etiam tu es Hercules, quòd in Oeta conflagrasti, quandoquidem mihi ignem obiicis. HER. Nequaquam æqualia atq; similia sunt quæ vterq; in vita egimus, vt qui ipse quidem Iouis filius sim, tãtos autem labores sustinuerim, expurgata vita,

*Æsculapius & Hercules de cessione contendũt.*

D ΠΑύσασθε, ὦ Ἀσκληπιὲ καὶ Ἡράκλεις, ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἄνθρωποι. ἀπρεπῆ γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλότρια τῆς συμποσίου τῶν θεῶν. ΗΡΑ. ἀλλὰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, τουτονὶ τὸν φαρμακέα πρόκλινέσθαι μου. ΑΣΚ. νὴ Δία, καὶ ἀμείνων γὰρ εἰμι. ΗΡΑ. τί, ὦ ἐμβρόντητε; ἢ δέδοικέ σε ὁ Ζεὺς σκεδάννυσιν, ἃ μὴ θέμις ποιοῦντα, νεῳ ὄντ' ἔλεον αὖθις ἀθανασίας μετείληφας; ΑΣΚΛΗ. δεδίληκε γὰρ καὶ σύ, ὦ Ἡράκλες, ἐν τῇ Οἴτῃ καταφλεγείς, ὅτε μοι ὀφθείς ὁ πῦρ; ΗΡΑ. οὐκοῦν ἴσα καὶ ὅμοια βεβίωται ἡμῖν· ὃς Διὸς μὲν υἱός εἰμι, τοσαῦτα δὲ πεπόνηκα, σκαθαίρων τὸν βίον,

θηεία καταγωνιζόμενος, καὶ αὐθεφπους ὑβρι-
σθεὶς τιμωρούμενος. σὺ δὲ ῥιζοτόμος εἶ, καὶ
ἀγύρτης, νοσοῦσι μὲν ἴσως αὐθεφποις χρήσι-
μος ὀπιθήσειν τῶν φαρμάκων, αὐθρώδες δὲ
οὐδὲν ὀπισθεδυκμένος. ΑΣΚ. Οὐ λέγεις, ὅτι
σε τὰ εἰκαύματα ἰασάμενον, ὅτε πρῶτον
ἀνῆλθες ἡμίφλεκτος ὑπ' ἀμφοῖν διεφθαρ-
μένος τὰ σώματα, τοῦ χιτῶνος, καὶ μετὰ τοῦ-
το, τοῦ πυρός. ἐγὼ δὲ εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὔτε
ἐδούλευσα ὥσπερ σύ, οὔτε ἔξαινον ἔρια ἐν
Λυδίᾳ, πορφυρίδα ἐνδεδυκὼς, καὶ παιόμε-
νος ὑπὸ τῆς Ομφάλης χρυσῷ σφυδάλῳ,
ἀλλ' οὐδὲ μελαγχολήσας, ἀπέκτεινα τὰ τέ-
κνα, καὶ τὴν γυναῖκα. ΗΡΑ. εἰ μὴ παύ-
σῃ λοιδορούμενός μοι, αὐτίκα μάλα εἴσῃ, ὡς
οὐ πολύ σε ὀνήσει ἡ ἀθανασία, ἐπεὶ ἀράμενός
σε, ῥίψω ὀπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε
μηδὲ τὸν Παιήονα ἰάσασθαί σε, ὃ χρανίον
συντριβέντα. ΖΕΥΣ. παύσασθε, φημὶ,
καὶ μὴ ὀπιταράττετε ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, ἢ
ἀμφοτέρους ἀποπέμψομεν ὑμᾶς τοῦ συμ-
ποσίου· καίτοι δίκαιόν, ὦ Ηρακλεις, πρῶτον
κατακλίνεσθαί σε τὸν Ασκληπιὸν, ἅτε καὶ πρότερον ἀποθανόντα.

deuictis beſtiis, & hominibus contumelioſis vindicta ac pœna affectis. Tu verò radicum inciſor es, & circulator, ægrotãtibus fortaſſis hominibus vtilis, medicamenta adhibendo: virile autẽ nihil quicquam opere præſtitiſti. ÆS. Rectè dicis, quoniam & inuſtiones tuas curaui, quando paulo antè aſcendiſti ad nos ſemiuſtulatus, corpore vtrinque corrupto ac perdito, & à tunica iſta, & poſt illam etiã à flamma. Ego verò quid? ſi nihil aliud, tamen neq; ſeruiui quemadmodum tu, neq; lanificium exercui in Lydia indutus purpura, & ab Omphale verberatus ſandalio aureo: neque verò etiam inſaniens occidi liberos & vxorem. HER. Niſi deſinas conuitiari, ſtatim admodum ſenties quòd non multum tibi profutura ſit immortalitas: quoniam ſublatũ hinc è cœlo præcipitem dabo te, vt ne ipſe quidem Pæon curauerit te, diminuto atque effracto tibi cerebro. IVP. Deſinite, inquam, & ne perturbate nobis conuerſationem hanc: aut ambos hinc ablegabo vos è cõuiuio. Quanquam etiam æquum eſt ô Hercules, priore loco accumbere Æſculapium, quippe qui & prior mortuus eſt.

## ΕΡΜΟΥ, ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

## MERCVRII ET APOLLINIS, Eodem interprete.

ΤΙ σκυθρωπὸς εἶ, ὦ Απολλον; ΑΠ. ὅτι, ὦ Ερμῆ, δυσχεραίνω ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. ΕΡ. ἄξιον μὲν λύπης τὸ πρᾶγμα· σὺ δὲ πῶς δυσχεραίνεις; ἢ τὸ κατὰ τὴν Δάφνην σε λυπεῖ ἔτι; ΑΠ. οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐρώμενον πεπόθω τὸν Λάκωνα τὸν Οἰβάλου. ΕΡ. τέθνηκε γάρ, εἰπέ μοι, ὁ Υάκινθος; ΑΠΟΛ. καὶ μάλα. ΕΡ. πρὸς τίνος, ὦ Απολλον; ἢ τίς οὕτως ἀνέρασος ἦν, ὡς ἀποκτεῖναι τὸ καλὸν παιδίον μειράκιον; ΑΠ. αὐτὸ ἐμοῦ τὸ ἔργον. ΕΡ. πῶς λέγεις ἐμαυτῆς, ὦ Απολλον; ΑΠ. οὐκ, ἀλλὰ δυσχερές τι ἀκούσιον ἐγένετο. ΕΡ. πῶς; ἐθέλω γὰρ ἀκοῦσαι τὸν λόγον. ΑΠ. δισκεύειν ἐμανθάνομεν, κἀγὼ συνεδίσκευον αὐτῷ· ὁ δὲ κἀκεῖνος ἀνέμων ἀπολαύομενος Ζέφυρος, ἤρα μὲν οὐ πολλοῦ ὅ γε αὐτὸς, ἀμελούμενος δὲ, καὶ μὴ φέρων τὴν ὑπερφίαν,

QVid verò triſtis es Apollo? APOL. Quoniam, ô Mercuri, miſer atque infelix circa amores ſum. MERC. Dignum quidem mœrore hoc: ſed tu quo pacto miſer atq; infelix es? An adhuc dolore afficit te id quod cum Daphne accidit? APOLL. Nequaquam: ſed amaſium doleo Laconem illum Oebali filiũ. MER. An mortuus eſt Hyacinthus? dic mihi. APOL. Atque admodum. MER. Vnde Apollo? aut quis ita ab omni amore alienus fuit, vt occiderit formoſum illum puerum? APOL. Meum ipſius factũ hoc eſt. MER. Quid igitur? inſaniuiſtin' Apollo? APOL. Non: ſed infortunium quoddã inuito mihi accidit. MER. Quomodo? cupio enim audire rationem hanc. APOL. Diſco ludere diſcebat, atque ego vnà cum illo ludebam. Cæterùm ventorum omnium peſſimè perditus Zephyrus amabat quidem longo iam tempore etiam ipſe illum. Verùm neglecto eo, & contemptum iſtum non ferente,

MERCVRIVS.

ego quidem, quemadmodum consueueramus, discum in altum sursum versus iaculabar, ille autem deorsum à Taygeto spirans, ablatum hunc in caput puero inflixit, ita vt ex ea plaga & cruor manaret affatim, & ipse puer statim moreretur. Verùm ego è vestigio Zephyrum vlciscebar, cortis in eum sagittis, fugientemq; ad montem vsque persequendo. Puero autem & tumulum extruxi in Amyclis, quo loco discus eum prostrauit: & florem ex cruore illius tetram induere feci, suauissimum illum quidem Mercuri, atque omnium fragrantissimum, præterea & literas quasdam habentem, quæ mortuũ ipsum quasi deplorant. Num tibi igitur præter rationem mœstus fuisse videor? MERC. Sanè verò, Apollo. Noras enim mortalem te comparasse amasium tibi: quare dolere non debes mortuo iam illo.

*Hyacinthus cum Apolline disco ludens interficitur.*

A ἐγὼ μὲν ἀνέρριπτα, ὡς εἰώθαμεν, τὸν δίσκον ἐς ὅ ἄνω. ὁ δὲ ἀπὸ Ταύγετον καταπνεύσας ὅτι κεφαλὴν τῷ παιδὶ ἐνέσεισε, φέρων αὐτὸν, ὥστε ἀπὸ τῆς πληγῆς αἷμά τε ῥυῶδες πολὺ, καὶ τὸν παῖδα θᾶττον ἀποθανεῖν. ἀλλ' ἐγὼ τὸν μὲν Ζέφυρον αὐτίκα ἠμυνάμην καταξύσας, φεύγοντι ὀπισσόμβολος ἀγρεὺς τῶν ὀιστῶν· τῷ παιδὶ δὲ καὶ τάφον ἐχωσάμην ἐν Ἀμύκλαις, ὅπου ὁ δίσκος αὐτὸν κατέβαλε. καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἄνθος ἀναδῦναι τὴν γῆν ἐποίησα, ἥδιστον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ βαθυζώτατον ἀνθέων ἁπάντων, ἔτι καὶ γράμματα ἔχον, ἐπιμαίζοντα τῷ νεκρῷ. ἆρά σοι ἀλόγως λελυπῆσθαι δοκῶ; ΕΡ. καὶ, ὦ Ἀπολλον· ἤδη γὰρ θνητὸν πεποιημένος τὸν ἐρώμενον· ὥστε μὴ ἄχθου ἀποθανόντος.

## ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

## MERCVRII ET APOLLINIS. Eodem interprete.

*MERCVRIVS.*

ITAN' autem Vulcanum, cùm & claudus ipse sit, & artem adeò fabrilem & contemptam exerceat, Apollo, pulcherrimas duas vxores duxisse, Venerem, atque Gratiam? APOL. Felicitas quædam hæc, Mercuri. Verumtamen illud equidem miror, quòd cũ illo rem habere sustinent, & maximè quando vident sudore fluentem, in fornacẽ demittere atque incuruare sese, multa adeo fuligine facie illius oppleta. Et tamen talis ipse cùm sit, amplectuntur ipsum, & osculãtur, & vnà dormiũt. MERC. Hoc & ipse indignor, & Vulcano inuideo. At tu comam nutri Apollo, ac citharam personam, animum ob pulchritudinem elatum atq; superbum præ te ferens: ego autem etiam ob habitudinem corporis, & lyram: cæterùm vbi cubitum eũdum fuerit, soli dormiemus. APOL. Ego verò aliàs quoque habeo Venerem minùs propitiam ad resamatorias: quippe etiam quos duos maximè præter cæteros amaui, Daphnẽ & Hyacinthum, illa quidem aufugit, atque odit me, adeò vt in lignum conuerti maluerit, quàm mecum rem habere: hic autem à disco interfectus est, & nũc pro illis coronas habeo. MER. At ego iam aliquando Venerem, sed non oportet gloriari. APOL. Noui, atq; etiam Hermaphroditum istum ex te aiunt peperisse ipsam. Veruntamen illud mihi dic, si nosti:

*Deo quòd Vulcanus duas vxores formosissimas haberet, Venerem, & Gratiam.*

C ΤΟ δὲ καὶ χωλὸν αὐτὸν ὄντα Ἥφαιστον, καὶ τέχνην ἔχοντα βαναυσον, ὦ Ἀπολλον, ταῖς καλλίσταις γεγαμηκέναι, τήν τε Ἀφροδίτην, καὶ τὴν Χάριν; ΑΠΟΛ. βδοτμία τις, ὦ Ἑρμῆ· πλὴν ἐκεῖνό γε ἐγὼ θαυμάζω, ὅ, αἰσχυνομένας αὐτὰς, καὶ μάλιστα ὅταν ὁρῶσιν ἱδρῶτι ῥεόμενον εἰς τὴν κάμινον, ὑπεκκυφότα, πολλὴν αἰθάλην ὅτι τοῦ προσώπου ἔχοντα. καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν, προσκαλλῶσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκαθεύδουσι. ΕΡ. τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ, καὶ τὸν Ἥφαιστον φθονῶ, σὺ δὲ κόμα, ὦ Ἀπολλον, καὶ κιθαρίζεις, καὶ μέγα ὅτι τοῦ κάλλους φρονεῖς, κἀγὼ ὅτι τῇ εὐεξίᾳ, καὶ τῇ λύρᾳ· εἶτα ἐπειδὴν κοιμᾶσθαι δέοι, μόνοι καθευδήσομεν. ΑΠΟΛ. ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως δύσφροδίτος εἰμὶ εἰς τὰ ἐρωτικὰ, καὶ δύο γοῦν, οὓς μάλιστα ἐφιλησάμην, τὸν Δάφνιν, καὶ τὸν Ὑάκινθον, ἡ μὲν ἀποδιδράσκει με, καὶ μισεῖ, ὥστε εἵλετο ξύλον γενέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐμοὶ συνεῖναι· ὁ δὲ, ἐπεὶ τοῦ δίσκου ἀπώλετο, καὶ νῦν μοι ἐκείνων τεθαμένοις ἔχω. ΕΡ. ἐγὼ δ' ἤδη ποτὲ τὴν Ἀφροδίτην, ἀλλ' οὐ χρὴ αὐχεῖν. ΑΠΟΛ. οἶδα, καὶ τὸν Ἑρμαφρόδιτον ἐκ σοῦ λέγεται τετοκέναι, πλὴν ἐκεῖνό μοι εἰπὲ, εἴ τι οἶσθα,

πῶς ἂ ζηλοτυπεῖ ἡ Ἀφροδίτη τὴν Χάριν, ἢ ἡ Χάρις ταύτην; ΕΡ. ὅτι, ὦ Ἀπολλον, ἐκείνη μὲν αὐτῷ ἐν τῇ Λήμνῳ συνέσεσιν, ἡ δὲ Ἀφροδίτη, ἐν τῷ οὐρανῷ· ἄλλως τε, καὶ τὸν Ἄρη ἔχει παρὰ πολλά, καὶ ἐκεῖνος ἐκείνης, ὥστε ὀλίγον αὐτῇ τοῦ χαλκέως τούτου μέλει. ΑΠΟΛ. καὶ ταῦτα οἴει τὸν Ἡφαιστον εἰδέναι; ΕΡ. οἶδεν· ἀλλὰ τί ἂν δράσαι δύναιτο, γυναῖον ὁρῶν νεανίαν, καὶ στρατιώτην αὐτόν; ὥστε τοῦ ἡσυχίαν ἄγει, πλὴν ἀπειλεῖ γε δεσμά τινα ἐπιμηχανήσασθαι αὐτοῖς, καὶ συλλήψεσθαι, σαγηνεύσας ὅτι τῆς θύρας. ΑΠ. οὐκ οἶδα, θέλοιμι δ' ἂν αὐτὸς ὁ ξυλληφθησόμενος εἶναι.

A quomodo nō æmulatur Venus Gratiam, aut cōtrà illa Venerem? MER. Quoniā, Apollo, illa in Lemno cum ipso consuetudinem habet: Venus autem in cœlo: præsertim autem hæc cum Marte plerūque versatur, atque illum amat: quapropter non ita multùm fabrū istum curat. APOL. Atque hæc putas ipsum Vulcanum scire? MER. Scit: sed quid agat, cùm generosum adeo adolescentem, & præterea militarem ipsum esse videat? Quare silentium agit; nisi quòd minatur quidem vincula quędam excogitasse cōtra illos sese, iisq; ipsos comprehensurum esse, circūdato veluti retibus quibusdam lecto. APOL. Nescio sanè: optarim verò ipse ille qui sic comprehenderetur, esse.

## ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΛΗΤΟΥΣ.

## IVNONIS ET LATONÆ. Iacobo Micyllo interprete.

Καλὰ μὲν γὰρ, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτεκες τοῦ Διί. ΛΗ. ἁπάσαις, ὦ Ἥρα, τοιούτους τίκτειν δυνατόν, οἷος ὁ Ἡφαιστός ἐστιν. ΗΡ. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὁ χωλὸς, ὅμως χρήσιμός τε ἐστὶ, τεχνίτης ὢν ἄριστος, καὶ κατακεκόσμηκεν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἔγημε, καὶ σπουδάζεται παρ' αὐτῆς· οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν ἄῤῥενικὴ, πρὸς τῷ μέθυ, καὶ ὄρφος, καὶ ὃ τελευταῖον, ἐς τὴν Σκυθίαν ἀπελθοῦσα, πάντες ἴσασιν οἷα ἐσθίει ξενοκτονοῦσα, καὶ μιμουμένη τοὺς Σκύθας αὐτούς, ἀνθρωποφάγους ὄντας· ὁ δὲ Ἀπόλλων, πρόσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι, καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι, καὶ μαντεύεσθαι, καὶ καθημένους ἐργαστήρια τῆς μαντικῆς, ὃ μὲν, ἐν Δελφοῖς, τοτὲ δ' ἐν Κλάρῳ, καὶ ἐν Διδύμοις, ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λοξὰ δὲ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. πλανᾶται μὲν ἀπὸ τοιούτου, πολλοὶ γὰρ οἱ αὐόητοι, καὶ πρέχοντες αὑτοὺς καταγελᾶσθαι· πλὴν οὐκ ἀγνοεῖται γε ὑπὸ τῶν συνετωτέρων, τὰ πολλὰ τερατευόμενος· αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει, ὅτι φονεύσων μὲν τὸν ἐρώμενον τοῦ δίσκου, ἐμαντεύσατο δὲ, ὡς φεύξεται αὐτὸν ἡ Δάφνη, καὶ ταῦτα, οὕτω καλὸν καὶ κομήτην ὄντα, ὥστε οὐχ ὁρῶ καθότι καλλιτεκνοτέρα τῆς Νιόβης ἔδοξας.

C PVlchros enimuero Latona & liberos procreasti Ioui! LATO. Non enim omnes, ô Iuno, tales parere possumus; qualis Vulcanus est. IVN. At hic claudus quidem, vtilis certè tamen est, artifex optimus existens, ac cœlum nobis exornauit quoque, Venerémque vxorem duxit, à qua & studiosè obseruatur. Contrà autem tuorum liberorum altera quidem virilis vltra modum, & montivaga est; & postremò in Scythiam quoque profecta, omnes sciūt qualia comedat, hospites mactando, at Scythas ipsos imitando, qui humana carne vescuntur. Apollo autem simulat quidem omnia scire sese, & iaculari, & cithara canere, & medicum esse, & vaticinari: & erectis vaticinandi tabernis, hîc in Delphis, illic in Claro & Didymis, decipit consulentes se, obliqua, & in vtramque partem quæstionis propositæ inclinantia respondendo, ne videlicet erroris possit damnari: atque ita ex hoc quæstum facit, & ditescit. Multi enim amentes sunt, séque ipsos exhibent præstigiis deludendos. Verùm non ignoratur vtique à prudentioribus, quòd pleraque falsa ac ficta dictitet: quippe ille ipse vates ignorabat quòd interfecturus amasium suum esset disconeque prædixerat ipse sibi quòd fugitura ipsum esset Daphne, idq; adeo formosum atque comatum. Quare non video qua causa pulchriores liberos te quàm Nioben illam procreasse putaris. IVNO.

LAT. At verò liberi hi, hospitum matactatrix ista videlicet, & mendax vaticinator ille, scio quo pacto mordeant te dum conspiciũtur inter deos, & maximè quãdo hæc quidem ob pulchritudinem laudatur, ille autem citharam personat in conuiuio, omnibus ipsum admiratione prosequentibus. IVN. Nequeo risum continere, Latona. illúmne admirantur? quem Marsyas, si iustè modò iudicare Musæ voluissent, excoriasset meritò, vt qui ipse in Musica vicerat? nunc autem circumuentus miser ille periit, iniustè sanè damnatus. Hæc autem formosa tua virgo, ita formosa nimirũ est, vt posteaquam animaduerit sese conspectam ab Actæone fuisse, verita ne adolescens ille turpitudinem ipsius euulgaret, immiserit illi canes: vt interim non dicam quòd neque parturientibus obstetricatura fuisset, si virgo vtique & ipsa foret. LAT. Valde animo elato es Iuno, eo quòd cum Ioue concumbis, & vnà cum eo regnas: & propterea absque metu contumelios es. Veruntamen videbo te non ita multo pòst rursum lacrymantem, quando te relicta in terram descenderit ille, in taurum aut cygnum conuersus.

ΑΛΗ. Τῶν παίδων τὰ τέκνα, ἢ ξενοκτόνος; καὶ ὁ ψευδόμαντις, οἶδα, ὅπως λυπεῖσε, ὁρώμενα ἐν τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα ὅταν ἡ μὲν, ἐπαινῆται ἐς ὃ κάλλος, ὁ δὲ, κιθαρίζῃ ἐν τῷ συμποσίῳ θαυμαζόμενος ὑφ' ἁπάντων. ΗΡ. ἐγέλασα, ὦ Λητοῖ· ἐκφυὲς θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἄν, αὐτὸς κρατήσας τῇ μουσικῇ; νῦν ᾧ κατασοφισθεὶς ἄθλιος ἀπόλωλεν, ἀδίκως ἀλοὺς. ἡ δὲ καλή σε παρθένος, ὅτω καλή ἐστιν, ὥστε ἐπεὶ ἔμαθεν ὀφθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ακταίωνος, φοβηθεῖσα μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ ὃ αἶσχος αὐτῆς, ἐπαφῆκεν αὐτῷ τοὺς κύνας. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὐδὲ τὰς τεκούσας ἐμέμφετο, παρθένος γε ἡ αὐτὴ οὖσα. ΛΗ. μέγα, ὦ Ἥρα, φρονῇς, ὅτι ξυνῇ τῷ Διΐ, καὶ συμβασιλεύῃς αὐτῷ, καὶ ἀφ' ὑψηλοῦ τοῦτο ὑβρίζῃς ἀδεῶς· πλὴν ἀλλ' ὀψομαί σε μετ' ὀλίγον αὖθις δακρύουσαν, ὁπότ' ἂν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατίῃ, ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος.

Ι. Quid rides Mercuri? MERC. Quoniam maximè ridicula, Apollo, vidi. APOL. Dic igitur, vt & ipse auditis illis tecum ridere possim. MER. Venus cum Marte concumbens deprehensa est, ac Vulcanus cõprehensos illos vinculis cõstrinxit. APOL. Quomodo? suaue enim quiddam dicere videris. MER. Longo iam tẽpore, opinor, cognitis his quę agebãtur, expiscatus est illos, & lecto occultis quibusdam vinculis circundato, abiens ad fornacem opus faciebat. Post hęc Mars ingreditur secretò, vt quidẽ ipse putabat. Videt autẽ ipsum ex alto Sol, & rem ad Vulcanum defert. Vbi igitur lectum conscendissent, & in opere esset, & iam intra retia tenerentur, circũuoluuntur ipsis quidẽ vincula, astat autem Vulcanus. Illa igitur (nam & fortè tũ nuda erat) pudore affecta, non habebat quo se tegeret. Mars verò ab initio fugere tentabat, sperabatq; se vincula illa disrupturum esse: cæterùm posteaquam intellexit se vndiq; captũ teneri, neque effugere quoquam posse, supplicare cœpit.

*APOLLO.*

*Deprehensi Mars cũ Venere, à Vulcano vinculis colligãtur.*

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

## APOLLINIS ET MERCVRII. Eodem interprete.

ΕΡ. Τί γλᾷς, ὦ Ἑρμῆ; ΕΡ. ὅτι γελοιότατα, ὦ Απολλον, εἶδον. ΑΠ. εἰπὲ οὖν, ὡς καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἔχω ξυνγελᾶν. ΕΡ. ἡ Αφροδίτη ξιωοῦσα τῷ Αρῃ, κατείληπται, καὶ ὁ Ηφαιστος ἔδησεν αὐτοὺς ξυλλαβών. ΑΠ. πῶς; ἡδύ γάρ τι ἔρᾳν ἔοικας. ΕΡ. οὐ πολλοῦ οἶμαι τούτων εἰδὼς ἐθήρευεν αὐτούς· καὶ περὶ τὴν εὐνὴν ἀφανῆ δεσμὰ περιθεὶς, εἰργάζετο ἀπελθὼν ὅπῃ τὴν κάμινον. εἶτα ὁ μὲν Αρης εἰσέρχεται λαθών, ὡς ᾤετο, καθορᾷ δὲ αὐτὸν ὁ Ηλιος, καὶ λέγει πρὸς τὸν Ηφαιστον. ἐπὶ δὲ ἐπέβησαν τῇ λέχους, καὶ οὐκ ἔρῳ ἤδη, καὶ οὗτος ἐγεγήνητο τῷ ἀρκύων, περιπλέκεται μὲν αὐτοῖς τὰ δεσμὰ, ἐφίσταται δὲ αὐτοῖς ὁ Ηφαιστος. ἐκεῖνα μὲν οὖν, καὶ γὰρ ἔτυχε γυμνὴ οὖσα, οὐκ εἶχεν ὅπως ἐγκαλύψαιτο αἰδουμένη, ὁ δὲ Ἄρης τὰ μὲν πρῶτα διαφυγεῖν ἐπιεᾶτο, καὶ ἤλπιζε ῥήξειν τὰ δεσμὰ, ἔπειτα δὲ συνεὶς οὐ ἀφύκτῳ ἐγεγένητο ἑαυτὸν, ἱκέτευε.

ΑΠΟΛ. τί οὖν; ἀπέλυσεν αὐτοὺς ὁ Ἥφαιστος; ΕΡ. οὐδέπω, ἀλλὰ ξυγκαλέσας τοὺς θεοὺς, ἐπιδείκνυται τὴν μοιχείαν αὐτοῖς. οἱ δὲ γυμνοὶ ἀμφότεροι κάτω νενευκότες, ξυνδεδεμένοι ἐρυθριῶσι, καὶ ὁ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον ὃ ἔργον. ΑΠΟΛ. ὁ δὲ χαλκεὺς οὗτος, οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ἐπιδεικνύμενος τὴν αἰσχύνην τῆς γάμου; ΕΡ. μὰ Δί', ὅς γε καὶ ἐπιγελᾷ αὐτοῖς ἑστώς. ἐγὼ μέν τοι, εἰ χρὴ τἀληθῆ εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοιχεύοντι τὴν καλλίστην θεὸν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. ΑΠΟΛ. οὐκοῦν σὲ δεδέσθαι αὖ χρὴ ἐμοῦ ἕνεκα ταύτῃ; ΕΡ. σὺ δ' οὐκ αὖ, ὦ Ἀπολλον; ἴδε μόνον ἐπελθών, ἐπαινέσομαί γάρ σε, ἐὰν μὴ τὰ ὅμοια καὶ αὐτὸς δόξῃ ἰδών.

ΑΠΟΛ. Quid igitur? soluitne ipsos Vulcanus? MER. Nondum: sed conuocatis diis spectandum ipsis exhibuit adulterium. Illi autem nudi ambo, & colligati mutuò, inclinatis deorsum capitibus erubescebant. Atque adeo spectaculum hoc dulcissimũ mihi visum est, cùm tantùm non ipsum opus exhiberent. APOL. At faber ille an non pudore afficitur etiam ipse cùm spectandam ita exhibet coniugij sui turpitudinem? MER. Non per Iouem, quippe qui etiam arrideat ipsis astans. Ego verò, si opus est verum dicere, inuidebam Marti, non solùm quòd cum formosissima dea adulterium exercuisset, sed etiam quòd colligatus cũ ipsa vnà esset. APOL. Proinde & tu ligari hoc pacto sustineres? MER. Tu verò non, Apollo? Aspice modò & accedens (collaudabo enim te) si non eadem ipse quoque optabis vbi videris.

## ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

## IVNONIS ET IOVIS. Iacobo Micyllo interprete.

ΕΓὼ μὲν ἠσχυνόμην ἄν, ὦ Ζεῦ, εἰ μοι τοιοῦτος ὑὸς γένοιτο, θῆλυς οὕτω καὶ διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς μέθης, μίτρᾳ μὲν ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, τὰ πολλὰ δὲ μετὰ μοιχάδων γυναιξὶ συὼν, ἀβρότερος αὐτῶν ἐκείνων ὑπὸ τυμπάνοις καὶ αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις χορεύων· καὶ ὅλως παντὶ μᾶλλον ἔοικεν, ἢ σοὶ τῷ πατρί. Ζ. καὶ μὲν οὗτός γε ὁ θηλυμίτης, ὁ ἀβρότερος τῶν γυναικῶν, οὐ μόνον, ὦ Ἥρα, τὴν Λυδίαν ἐχειρώσατο, καὶ τοὺς καπιχηνῶντας τὸν Τμῶλον ἔλαβε, καὶ τοὺς Θρᾷκας ὑπηγάγετο, ἀλλὰ καὶ ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλάσας τῷ γυναικείῳ τούτῳ στρατιωτικῷ, τούς τε ἐλέφαντας εἶλε, καὶ τῆς χώρας ἐκράτησε, καὶ τὸν βασιλέα τῶν ὀλίγον ἀντισχόντα κολούσαντα, αἰχμάλωτον ἀπήγαγε· καὶ τοῦτα ἅπαντα ἔπραξεν, ὀρχούμενος ἅμα, καὶ χορεύων, θύρσοις χρώμενος κιττίνοις, μεθύων ὡς φής, καὶ σαθρὸς ὤν. εἰ δέ τις ἐπεχείρησε λοιδορήσασθαι αὐτῷ, ὑβρίσας ἐς τὴν τελετὴν, καὶ τῶν ἐπιμορήσατο, ἢ καταδήσας τοῖς κλήμασιν, ἢ ἀφαπαθῶν ποιήσας ὑπὸ τῆς μέθης ὥσπερ νεβρόν· ὁρᾷς ὡς ἀνδρεῖα τοῦτα, καὶ οὐκ ἀνάξια τῆς παιδός; εἰ δὲ παιδιᾷ καὶ τρυφῇ πρέπειν αὐτοῖς, οὐδεὶς φθόνος·

ΕQuidem erubescerem ô Iupiter, si mihi talis esset filius, effœminatus adeo, & perditus ebrietate, mitra quidem religata coma incedens, vt plurimum autem cum insanis mulieribus consuetudinem habens, mollior illis, ad tympana & tibias & cymbala choreas agens: & in summa cuiuis magis quàm patri tibi similis. IVP. At verò hic mitratus & mulierosus, non solùm, ô Iuno, Lydiam subiugauit, & eos qui ad Tmolum habitant, cepit, præterea & Thraces sub se redegit, verumetiam contra Indos profectus cum muliebri isto exercitu, & elephantos cepit, & terra potitus est, ipsúmque regem, qui aliquantulum resistere ausus fuerat, captiuum abduxit. Atque hæc omnia fecit saliens pariter & choream ducens, hastis vtendo hederaceis, ebrius interea, vt ais, atque furore correptus. Quòd si verò quispiam illum conuiciari aggressus sit, contumeliosè de sacris illius loquendo: etiam hunc vlcisci solet, vel palmitibus ipsum implicando, vel à matre, perinde vt hinnulum, lacerari faciendo. Vides quàm virilia hæc, & me patre minimè indigna? Si verò lusibus quoque & deliciis inter hæc indulget, non est quòd inuideas:

*IVNO. Calũniatur Iunoni Bacchum vini inuentorem.*

& maximè ſi quis cogitet qualis hic ſobrius futurus erat, quando etiam ebrius hæc facit. IVN. Tu mihi videris etiam laudare inuẽtum ipſius, vitem videlicet, & vinum: & hoc cùm videas qualia inebriati iſti factitent, titubantes, & ad contumeliam prolabentes, & in ſumma, inſanientes præ vino. Itaque & Icarium illum, cui primo donauit palmitem, ipſi compotores interfecere, ligonibus cæſum. IVP. Nihil hoc dicis. Non enim vinum hæc, neque ipſe Dionyſius efficit: ſed immoderatus potus, & vltra quàm decet & ſatis eſt, repleri mero. Cæterùm ſi quis moderatè bibat, hilarior ille quidem & ſuauior fieri ſolet. Qualia verò Icarius paſſus eſt, tale nihil vlli compotorum facilè fecerit. Sed tu adhuc zelotypia affici videris, ac Semeles reminiſci, Iuno: ſiquidem eas res Dionyſij calumniaris, quæ ſunt omnium pulcherrimæ.

*Vinum mala non deſignat, ſed nimius eius potus.*

Α ἢ μάλιστα εἰ λογίσαιτό τις οἷος ἂν νήφων ἐσθ' οὗτος ἦν, ὅπου ταῦτα μεθύων ποιεῖ. ΗΡ. σύ μοι δοκεῖς ἐπαινεῖν ἢ τὸ εὕρημα αὐτοῦ, τὴν ἄμπελον, ἢ τὸν οἶνον, ἐπειδὰν ταῦτα, ὁρῶν οἷα οἱ μεθυόντες ποιοῦσι σφαλλόμενοι, καὶ πρὸς ὕβριν παπαίνοντες, καὶ ὅλως μεμηνότες ὑπὸ τοῦ πότου· τὸν γοῦν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται αὐλοῖς διέφθειραν, παίοντες τῇ δικέλλαις. Ζ. ὥστε τοῦτο φῂς, ἡ γὰρ οἶνος ταῦτα, ὥστε ὁ Διόνυσος ποιεῖ, ὃ δὲ ἀμέτρου τοῦ πόσεως, ἢ τὸ πρὸς τὸ καλῶς ἔχοντος, ἐμφορεῖσθαι τοῦ ἀκράτου. ὃς δ' ἂν ἔμμετρα πίνῃ, ἱλαρώτερος μέν, καὶ ἡδίων γίγνοιτ' ἄν. οἷ δὲ ὁ Ἰκάριος ἔπαθεν, ὥστε ἂν ἐργάσαιτο τοιοῦτόν τι τῶν ξυμποτῶν· ἀλλὰ σὺ ὑποζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ Ἥρα, καὶ τῆς Σεμέλης μνημονεύειν, εἴγε δηλαδὴ τὰ Διονύσου τὰ κάλλιστα.

## ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

## VENERIS ET CVPIDINIS. Eraſmo Roterod. interprete.

*VENVS.*

QVid tandem in cauſa eſt, Cupido, vt quum reliquos Deos omneis adortus expugnaris, Iouem ipſum, Neptunũ, Apollinem, Iunonem, me denique matrem; ab vna Minerua temperes; vtq; aduerſus hanc nec vllum habeat incẽdium tua fax, & iaculis vacua ſit pharetra, tum & ipſe arcu careas, neque iaculari noris? CVP. Equidem hanc metuo, mater: eſt enim formidabilis, truculentoq; aſpectu, ac ferocitate quadam ſupra modum virili: proinde ſi quando tenſo arcu petam illam, galeæ criſtam quatiens expauefacit me, moxq; formidine tremere occipio, ſic vt arma mihi è manibus excidant. VEN. Atqui Mars an non erat hac formidabilior: & hunc tamen ſuperatum exarmaſti? CVP. Imò ille cupidè me recipit, atque vltrò etiam inuitat: verùm Minerua ſemper adductis ſuperciliis obſeruat. quin aliquando temere ad illam aduolaui, facem propius admouens: at illa, Si quidem ad me acceſſeris, inquit, per parentem Iouem, quouis modo te confecero, aut lancea te transfigam, aut pedibus arreptum in Tartara dabo præcipitem, aut ipſa te diſcerpam. Plurima item id genus comminabatur. Ad hæc acribus obtuetur oculis: poſtremò & in pectore faciem quandam geſtat horrendam, viperis capillorum vice comatam: hanc nimirum magnopere formido: territat enim me, fugioq; quoties eam aſpicio.

*Cupido omnes deos ſuperat, exceptis Minerua, Muſis, & quibuſdam aliis, &c.*

Β Τί δήποτε, ὦ Ἔρως, τοὺς μὲν ἄλλους θεοὺς κατηγωνίσω ἁπάντας, τὸν Δία, τὸν Ποσειδῶ, τὸν Ἀπόλλω, τὴν Ἥραν, ἐμὲ τὴν μητέρα· μόνης δ' ἀπέχῃ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ ἐπ' ἐκείνης ἄπυρος μέν σοι ἡ δᾷς, κενὴ δ' οἰστῶν ἡ φαρέτρα, σὺ δὲ ἄτοξος εἶ, καὶ ἄσχολος; ΕΡ. δέδοικα, ὦ μῆτερ, αὐτήν· φοβερὰ γάρ ἐστι, καὶ χαροπὴ, καὶ δεινῶς ἀνδρική. ὁπότε μοι οὖν ἐντείνα-μενος τὸ τόξον ἴω ἐπ' αὐτὴν ὑποσείουσα τὸ λόφον, ὑπεπλήσθη με, καὶ τὸ δεῖμος γίνομαι, καὶ ἀπορρῴγασί μου τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν. ΑΦ. ὁ Ἄρης γὰρ ἦν φοβερώτερος ἐκεῖνος; καὶ ὅμως ἀφώπλισας αὐτὸν, καὶ νενίκηκας. ΕΡ. ἀλλ' ἐκεῖνος ἐκὼν παρίσταταί με, καὶ παρακαλεῖ. ἡ Ἀθηνᾶ δὲ, ὑφορᾶταί μοι ἀεὶ, καὶ ποτε, ἐγὼ μὲν ἄλλως προσέπτην, πλησίον ἔχων τὴν λαμπάδα, ἡ δὲ, εἴ μοι προσέσῃ, φησὶ, νὴ τὸν πατέρα, τῷ δορατίῳ σε διαπερῶσα, ἢ τῇ ποδὸς λαβομένη, καὶ ἐς τὸν Τάρταρον ἐμβαλοῦσα, ἢ αὐτὴ διασπασαμένη, διαφθερῶ. πολλὰ τοιαῦτα ἠπείλησε, καὶ ὀργὴ δὲ δριμύ, καὶ ὑπὸ τῷ σήθους ἔχει πρόσωπόν τι φοβερὸν, ἐχίδναις κατάκομον, ὅσπερ ἐγὼ μάλιστα δέδοικα· μορμολύττεταί γάρ με, καὶ φεύγω ὅτανπερ ἴδω αὐτό.

Hanc nimirum magnopere formido: territat enim me, fugioq; quoties eam aſpicio.

ΑΦΡΟ.

ΑΦΡ. Ἀλλὰ τἰω μὴν Ἀθηναῖ δέδοιγας, ὡς φῄς, ϗ τἰω Γοργόνα· ϗ τοῦτα, μὴ φοβηθεὶς τὸν κεραυνὸν τῦ Διός. αἱ δὲ Μοῦσαι, ὄζε τί σοι ἀτρῶτοι, καὶ ἔξω βελῶν εἰσιν; ἢ κἀκεῖναι λόφοις ὑπτοιεῖσι, καὶ Γοργόνας προφαίνουσιν;

ΕΡ. αἰδοῦμαι αὐτάς, ὦ μῆτερ, σεμναὶ γάρ εἰσι, καὶ ἀεί τι φροντίζουσι, καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι; καὶ ἐγὼ παείσαμαι πολλάκις αὐτᾶις, κηλούμενος ὑπὸ τῦ μέλους.

ΑΦΡ. ἔα ϗ τοῦτας, ὅτι σεμναὶ τἰω ἢ Ἀρτεμιν τίνος ἕνεκα οὐ πτερώσῃς;

ΕΡ. Ὁ μὴν ὅλον, οὐδὲ καταλαβεῖν αὐτἰω οἷόντε, φεύγουσαν ἀεὶ ὄζε τ' ὀρῶν· εἶτα ϗ ἴδοιμί τινα ἔρωτα ἤδη ἐμοῦ. ΑΦΡ. τίνος, ὦ τέκνον; ΕΡ. Θήρας, καὶ ἐλάφων, καὶ νεβρῶν, αἱρῆν τε διώκουσα, ϗ καταρᾳθύμῃν, καὶ ὅλως περὶ ταῦτ' ἐστίν. ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς, καίτοι τοξότην αὐτὸν ὄντα, καὶ ἐκνικόλον. ΑΦΡ. οἶδα, ὦ τέκνον, πολλὰ ἐκείνου ἐτόξευσας.

AVEN. Esto sanè, Mineruam metuis, vt ais, atque huius gestamen Gorgona reformidas, idque quum Iouis ipsius fulmen non formidaueris: cæterùm Musæ quam ob causam abs te non feriuntur, atque à tuis iaculis tutæ agunt? num & hæ cristas quatiunt, aut Gorgonas prætendunt? CVP. Has quidem reuereor mater: sunt enim vultu pudico ac reuerendo: præterea semper aliquo tenentur studio, semper cantionibus animum intentum gerunt: quin ipse etiam non rarò illis assisto, carminis suauitate delinitus. B VEN. Esto; nec has adoriris, propterea quòd sint reuerẽdæ: at Dianam qua tandem gratia non vulneras? CVP. Vt breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidem vsquam sum potis, quippe perpetuò per montes fugitantem. ad hæc alterius cuiusdam sui Cupidinis illa tenetur cupidine. VEN. Cuius ô gnate? CVP. Nẽpe venatu ceruorum & hinnulorum quos insectatur vt capiat, ac iaculo figat. Ac prorsum tota rerum huiusmodi studio tenetur. tametsi fratrem eius, qui nimirum arcu valet & ipse, feritque eminus. VEN. Teneo gnate, eum sæpenumero sagitta vulnerasti.

## ΘΕΩΝ ΚΡΙΣΙΣ.

## DEARVM IVDICIVM. Iacobo Micyllo interprete.

ΕΡμῆ, λαβὼν τυτὶ τὸ μῆλον, ἄπιθι ἐς τὴν Φρυγίαν πρὸς τὸν Πριάμου παῖδα τὸν βουκόλον, (νέμει δὲ τὴν Ἰδης ἐν τῷ Γαργάρῳ,) ϗ λέγε πρὸς αὐτὸν, ὅτι σε, ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεὺς, ὅπως καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, δικάσαι ταῖς θεαῖς, ἥ τις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί· τῦ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον ἡ νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον. ὥρα δὲ ἤδη καὶ ὑμῖν αὐταῖς ἀπιέναι πρὸς τὸν δικαστήν· ἐγὼ δὲ ἀποδοῦμαι τἰω διαττὰν, ὅπως τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, ϗ εἴ γε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας νενικηκυίας εἶδον· ἄλλως τε, ϗ ἀνάγκη, μιᾷ τὸ κάλλιστον ἀποδόντα, πάντως ἀπεχθάνεσθαι ταῖς πλείοσι. ὄζε τοῦτα μὲν αὐτὸς οὐκ ὀπτὸς ὑμῖν δικάσῃς. ὁ γὰρ νεανίας αὐτὸς ὁ Φρὺξ ἐφ' ὃν ἄπιτε, βασιλικὸς μὲν ὄζι, ϗ Γανυμήδους τούτου ξυγγενὴς, πάλλα δὲ, ἀφελὴς, ϗ ὄρθος, κοὐκ ἂν τις αὐτὸν ἀπαξιώσαι τοιαύτης θέας. ΑΦΡΟ. ἐγὼ μὲν, ὦ Ζεῦ, εἰ καὶ τὸν Μῶμον αὐτὸν ὀπτήσοντας ἡμῖν δικαστὴν, θαῤῥοῦσα βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ὀπτόψιν.

C MErcuri, accepto hoc pomo abi in Phrygiam ad Priami filiũ, pastorem armẽti (pascit autem in Ida monte, qua parte Gargarũ vocant) ac dic illi: Iupiter, inquiẽs, ô Pari, iubet te, posteaquã & ipse formosus es, & rerum amatoriarum doctus, sentẽtiam ferre inter deas, quęnam illarum omnium formosissima sit. Certaminis autem præmium, ea quæ vicerit, pomum accipiat. Porrò tempus iam est vt & ipsę vos abeatis ad Iudicem. Ego verò ablego à me arbitrium, vt qui ex æquo omnes vos amem, ac, si modò possibile foret, libenter omnes vos victrices videre D vellem, præsertim quando & necesse est, qui vni pulchritudinis summam adiudicabit, eum omnino in odium cæterarum plurium incurrere. Quare equidem ipse vobis idoneus iudex non sum: adolescens autẽ ille Phrygius, ad quẽ hinc abitis, regio quidẽ genere prognatus est, & Ganymedis huius cognatus: cæterũ simplex & mõtanus: neq; quisquam illũ cognitione hac indignũ meritò putauerit. VEN. Ego verò, Iupiter, etiam si Momum ipsũ prẽstituas nobis iudicẽ, præsenti animo itura sum ad documentum mei præbendum.

IVPITER. De iudicio Paridis.

Quid enim adeò reprehenderet ille in me? Sed oportet etiam hisce placere hominem. IVN. Neque nos, Venus, timemus quicquam, etiamsi Mars iste tuus electus sit arbiter: sed recipimus & hunc Parin, quisquis etiam fuerit. IVP. Num igitur & tibi eadem hæc, filia, placent? quid respondes? auertis te, & erubescis? Est quidem peculiare hoc virginibus vobis, verecundia affici erga talia; sed tamen annuis. Abite igitur: ac videte ne infensiores fiatis iudici, quæcunque victæ fueritis, néve malum aliquod inferatis ipsi adolescentulo. Neque enim fieri potest vt æqualiter omnes formosæ sitis. MER. Procedamus ergo rectà versus Phrygiã. Ac ego quidem præibo, vos autem non lentè & sequimini me, & bono animo este. Noui ego Paridem hunc: adolescens est formosus, & quod ad cætera attinet, amori deditus, & ad talia disceptanda maximè idoneus: neque ille facilè iudicauerit malè. VEN. Hoc quidem totum bene, adeóque pro me narras, iustum videlicet esse nobis iudicem. Vtrùm autem & vxore adhuc caret hic, an & mulier quæpiam ipsi cohabitat? MER. Non omnino absque vxore est, Venus. VEN. Quomodo hoc dicis? MER. Videtur quædam cum eo habitare mulier Idæa, sic satis formosa, cæterùm rustica, atque inter montes malè consueta: sed non admodum adhibere animum ipsi videtur. Cuius igitur gratia hęc interrogas? VEN. Nullius sanè rei, sed ita temerè in mentem venit. MINERVA. Malè legationem obis, heus tu, qui priuatim cum hac consilia confers. MER. Nihil mali, Minerua, hoc: neque etiam contra vos: sed interrogabat me an vxore adhuc careret Paris. MIN. Quamobrem igitur hoc superstitiosè adeò illa curat? MER. Nescio. Aiebat igitur quòd temerè ita in mentem venisset hoc, neque ex composito interrogasset me. MIN. Quid ergo? carét ne vxore adhuc? MERC. Non videtur. MIN. Quid autem? bellicæ ne rei studio aliquo tenetur, atque amans gloriæ est, an nihil aliud quàm bubulcus est? MERC. Verum quidem non possum dicere: coniecturam autem facere licet, iuuenis cùm sit, etiam has res consequi illum cupere, ac velle præcipuum in præliis esse se. VEN. Vides? nihil ego nunc conqueror, neque crimini verto tibi, quòd cum hac seorsim nunc loqueris. Queruloru enim hoc, non Veneris.

Α τί γὰρ αὖ καὶ μωμήσαιτό μου; χρὴ δ' καὶ τούτοις ἀρέσκειν τὸν ἄνδρα. ΗΡΑ. οὐδ' ἡμεῖς ὦ Ἀφροδίτη δεδίαμεν, οὐδ' αὖ ὁ Ἄρης ὁ σὸς ὁπότερα πρὸ διαιτήσῃ, ἀλλὰ δεχόμεθα καὶ τοῦτον, ὅστις αὖ ἦ, τὸν Πάριν. ΖΕΥΣ. ἦ καὶ σοὶ ταῦτα, ὦ θύγατερ, συνδοκεῖ; τί φῄς; ἀποστρέφῃ, καὶ ἐρυθριᾷς; ἔστι μὲν ἴδιον Β τε παρθένων ὁπωδύφις δὲ ὅμως. ἀπιτε οὖν, καὶ ὅπως μὴ χαλεπήνητε τῇ δικαστῇ αἱ νενικημέναι, μηδὲ κακὸν συμβήσεσθε τῷ νεανίσκῳ. οὐ γὰρ οἷόν τε ὁπάσας εἶναι καλὰς πάσας. ΕΡ. προέσομαι δ' ἐγὼ τῆς Φρυγίας· ἐγὼ μὲν ἡγήσομαι· ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι· καὶ θαρρεῖτε, οἶδα ἐγὼ τὸν Πάριν, νεανίας ὅστι καλὸς, καὶ πάλλα ἐρωτικὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα κρίνειν ἱκανώτατος, οὐκ ἂν C ἐκεῖνος δικάσαι κακῶς. ΑΦΡΟ. τοῦτο μὲν ἄπαν ἀγαθὸν, καὶ πρὸς ἐμοῦ λέγῃς, ὃ δίκαιον ἡμῖν εἶναι τὸν δικαστήν· πότερα δ', ἄγαμός ἐστιν οὗτος, ἢ καὶ γυνή τις αὐτῷ σύνεστιν; ΕΡ. οὐ πάντελῶς ἄγαμός ἐστιν, ὦ Ἀφροδίτη. ΑΦΡΟ. πῶς λέγῃς; ΕΡ. δοκεῖ τις αὐτῷ συνοικεῖν Ἰδαία γυνὴ, ἱκανὴ μὲν, ἀγροικος δὲ, καὶ δεινῶς ὄρεσι, ἀλλ' οὐ σφόδρα προσέχειν αὐτῇ ἔοικε. τίνος δ' οὖν ἕνεκα ταῦτα ἐρωτᾷς; ΑΦΡΟ. ἄλλως ἠρόμην. ΑΘΗ. D ἀλλὰ προσοδύφις, ὦ οὗτος, ἰδίᾳ ταύτῃ κοινολογούμενος. ΕΡ. οὐδὲν, ὦ Ἀθηνᾶ, δῆνον, οὐδὲ καθ' ὑμῶν. ἀλλ' εἴρετό με, εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ἐστίν; ΑΘΗ. ὡς δὴ τί τοῦτο πολυπραγμονοῦσα; ΕΡ. οὐκ οἶδα. φησὶ δ' οὖν ὅτι ἄλλως ἐπέλθοι, οὐκ ἐξεπίτηδες, ἤρετό με. ΑΘΗ. τί οὖν ἄγαμός ἐστιν; ΕΡ. ᾧ δοκεῖ. ΑΘΗ. τί δ' τῷ πολεμικῷ ἐστιν αὐτῷ ὁπλομία, καὶ φιλόδοξός τις, ἢ ὃ πρῶ βουκόλος; ΕΡ. ὃ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω λέγειν, εἰκάζειν δ' χρὴ νέον ὄντα, καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν, καὶ βούλεσθαι αὐτὸν πρῶτον εἶναι καὶ ἐν ταῖς μάχαις. ΑΦΡ. ὁρᾷς; οὐδὲν ἐγὼ μεμφομαι, οὐδὲ προσεγκαλῶ σοι, ὃ πρὸς ταύτην ἰδίᾳ λαλῇς. μεμφομένων γὰρ, καὶ οὐκ Ἀφροδίτης τὰ τοιαῦτα.

ΕΡ. ἦ αὖτη ἡδὺν τὰ αὐτὰ μὲ ἤρετο, δῆθ μὴ A
χαλεπῶς ἔχε, μηδ' οἴου μειονεκτεῖν, εἴ τι καὶ
ταύτῃ τῷ ἁπλοῦν ἀπεκρινάμην. ἀλλὰ
μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προϊόντες, ἀπε-
κατοπτεύσαμεν τὰ ἄστρα, καὶ ἡδὺν γε τῆς
Φρυγίας ἐσμέν. ἐγὼ γὰρ καὶ τὴν Ἴδην ὁρῶ, καὶ τὸ
Γάργαρον ὅλον ἀκριβῶς, εἰ γὴ μὴ ἐξαπατῶ-
μαι, καὶ αὐτὸν ὑμῶν τὸν δικαστὴν τὸν Πάριν.
ΗΡΑ. ὅπου δέ ἐστιν; ἐγὼ γὰρ οὐδαμοῦ φαίνεται.
ΕΡ. ταύτῃ, ὦ Ἥρα, πρὸς τὰ λαιὰ σκόπει,
μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρει, πρὸς δὲ γὴ τὸ πλάγιον;
ἦ τὸ αἴγειον τὶ τὴν ἀγέλην ὁρᾷς. ΗΡΑ. ἀλλ'
οὐκ ὁρῶ τὴν ἀγέλην. ΕΡ. τί φῄς; οὐκ ὁρᾷς B
βοίδια καὶ τὸν ἐμὸν δάκτυλον ἐκ μέ-
σων τῶν πετρῶν προερχόμενα, καί τινα ἐκ τῆ
σκοπέλου καταβαίνοντα, καὶ λαύροπα ἔχοντα, καὶ
ἀείροντα μὴ πρόσω διασπείρεσθαι τὴν
ἀγέλην; ΗΡ. ὁρῶ νῦν, εἴ τε σκῆνός ἐστιν.
ΕΡ. ἀλλ' σκῆνος. ὅπῃ γὴ πλησίον ἐσμὲν ὅτι
τῆς γῆς, εἰ δοκεῖ, καταβάντες, βαδίζωμεν, ἵνα
μὴ διαπερόξωμεν αὐτὸν αὖθις ἐξ ἀφανοῦς
καθιππάμενοι. ΗΡ. οὕτω λέγῃς, καὶ ἅτω ποιῶ-
μεν. ἐπεὶ γὴ καλέσεκήκαμεν, ὥρα σοι, ὦ Ἀφρο-
δίτη, προϊέναι, καὶ ἡγεῖσθαι ἡμῖν τῆς ὁδοῦ· σὺ γὰρ
ὡς τὸ εἰκὸς, ἔμπειρος εἶ τῶν χωρίων, πολλάκις ὡς
λόγῳ κατελθοῦσα πρὸς Ἀγχίσην. ΑΦΡ.
ἁ σφόδρα, ὦ Ἥρα, τούτοις ἀηδομαι τοῖς σκώμ-
μασιν. ΕΡ. ἀλλ' οὖν ἐγὼ ὑμῖν ἡγήσομαι· καὶ
γὰρ αὐτὸς διατέτριφα τῇ Ἰδῃ, ὁπότε ὁ Ζεὺς
ἤρα τοῦ μειρακίου τοῦ Φρυγὸς, καὶ πολλάκις δεῦρο
ἦλθον ὑπ' ἐκείνου καταπεμφθεὶς εἰς ἐπισκο-
πὴν τοῦ παιδός. καὶ ὁπότε ἤδη ἐν τῇ αἰετῷ ἴοι,
συμπαρεπάμην αὐτῷ, καὶ συνεκύφιζον τὸν
καλὸν. καὶ εἴ τε μέμνημαι, ἀπὸ ταυτησὶ τῆ πέ-
τρας αὐτὸν ἁρπάσαν. ὁ μὲν γὰρ τότε ἔτυχε συ-
ρίζων πρὸς τὸ ποίμνιον· καταπάμενος δὲ ὅπι- D
σθεν αὐτῷ ὁ Ζεὺς, κούφως μάλα τοῖς ὄνυξι πε-
ριβαλὼν, καὶ τῷ σώματι τῷ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσαν δακὼν, ἀνέφερε τὸν παῖδα τεταραγμένον, καὶ τῇ χλαμύδι ἀπεσταλμένῳ ἐς αὐτὸν
ἀποβλέποντα. τότε οὖν ἐγὼ τὸν σύριγγα ἔλαβον· ἀποδεδίληκε γὰρ αὐτίκα τὸν δέους.
ἀλλὰ γὰρ ὁ διαιτητὴς ἅτοσὶ, πλησίον, ὥστε
προσείπωμεν αὐτόν· χαῖρε, ὦ βουκόλε. ΠΑ.
νὴ γὰ σύ τε, ὦ νεμέσιε. τίς ἦ ὢν δεῦρο ἀφῖξαι
πρὸς ἡμᾶς; ἢ τίνας ταύτας ἄγῃς τὰς γυναῖκας;

MERC. Etiam hæc fermè eadem interrogauit me: quamobrem grauiter ne feras, néve putes eo minùs consecuturam esse te, quòd huic quoque simpliciter & absque dolo respondi. Verùm interea dũ sermones cedimus, iam multùm progressi, reliquimus post nos stellas, & propemodum Phrygiam contingimus. Ego verò etiam Idam video, adeoq; totum Gargarum exactè: &, si non fallor, ipsum quoque iudicem vestrum Paridem. IVNO. Vbi autem is est? neque enim ipsa etiam video illum. MER. Hac versum, Iuno, ad siniſtram respice, non ad summũ montem, sed secundùm latus, vbi antrum illud & armentum vides. IVN. At non video armentum. MER. Quid ais? an non vides buculas secundùm meum hũc digitum ex mediis rupibus progredientes, & quendam à scopulo deorsum currentem, pedum manu tenentem, & prohibentem ne longiùs dispergatur armentum? IVN Video nunc tandem, si modò ille est. MER. Ille verò. Sed quia propè iam sumus, in terrã, si videtur, demissi, pedibus faciamus iter, ne cõtur bemus illum supernè ex improuiso deuolãdo. IVN. Rectè dicis, atque ita faciamus. Cæterùm posteaquam descendimus, tuũ iam est Venus, vt præeas, ac viam nobis ducendo commõstres. Tu enim, vt consentaneum est, locorum perita es: quippe quæ sæpius, vt fertur fama, huc ad Anchisen descenderis. VEN. Non admodũ Iuno, ne tua ista mouet dicacitas. MER. At igitur ego vos ducam: nam & ipse frequenter in Ida versatus sum, quando Iupiter amabat adolescentulum istũ Phrygium; ac sæpius huc veni ab illo missus, vt quid ageret puer, obseruarem: & cùm iam in aquilam conuersus esset, vnà quoque cum ipso aderam, & vnà formosum illum subleuabam. Et, si modò satis memini, ab hac ipsa rupe illum in sublime abripuit. Nam hic quidem fortè tum fistula canebat ad ouile, Iupiter autem à tergo ipsi deuolãs, leuiter admodum vnguibus circumiectis, & ore in tiarã, quam super caput habebat, impresso, in altum sustulit puerũ, perturbatũ, & ceruice reflexa in ipsum intuẽtem. Tum igitur ego fistulam sustuli: abiecerat enim illam præ timore. At enim arbiter hic propè est, quare compellemus ipsum: Salue Bubulce. PARIS. Et tu certè adolescens. Quis autem ipse es qui huc ad nos aduèneris: aut quasnam has adducis mulieres?

Non enim eiuſmodi apparent, quæ in montibus verſari commodè queant, formoſæ adeò cùm ſint. MERC. Ac non ſunt mulieres. Iunonẽ verò, Pari, & Mineruam, & Venerem vides, & me Mercurium videlicet Iupiter ad te miſit. Sed quid tremis & expalleſcis? ne metue. nihil enim periculi hîc. Iubet autem te iudicem eſſe pulchritudinis ipſarum. Quãdoquidem enim, inquit, & formoſus ipſe es, & doctus rerum amatoriarum, cognitionem hanc tibi commendo: certaminis autem præmium ſcies lecto hoc pomo. PAR. Cedo, vt videã quid ſibi etiã velit. PVLCHRA, inquit, CAPIAT. Quo pacto igitur, ô here Mercuri, potero ego, mortalis cùm ſim ipſe ac ruſticus, iudex eſſe tam inopinati ſpectaculi, & maioris adeò quàm pro bubulci captu? Nam huiuſmodi cauſſas diſceptare, delicatorum atque vrbanorum magis eſt. Quod autem ad me attinet, vtra capella formoſior altera ſit, & iuuẽca num alia aliã ſuperet, fortaſſis ex arte diiudicare poſſim. Hæ verò & formoſæ pariter omnes ſunt, & non video quo pacto aliquis ab vna ad aliã transferẽdo aſpectum auellere queat. Non enim facilè abſiſterevult, ſed cuicunq; ſe primò applicat, ei inhæret, & quod præſens eſt, laudat. Inde ſi ad aliud tranſierit, etiam illud formoſum videt, & immoratur: & ſemper ab iis quæ propiora ſunt, ceu per ſucceſſionem excipitur. Et in ſumma, circũfuſa mihi eſt pulchritudo ipſarum, & totũ me complexa tenet. Ac doleo quòd non & ipſe, quemadmodũ Argus ille, toto corpore videre poſſum. Videor autem mihi bene tum iudicaſſe, ſi omnibus pomum hoc reddidero. Nã & rurſum illud quoq; accedit, quòd hæc quidẽ Iouis ſoror & cõiunx eſt: illæ verò filiæ. Quomodo igitur non periculoſum etiã hoc pacto iudicium hoc fuerit? MER. Neſcio, niſi quòd non licet detrectare Iouis imperiũ. PAR. Vnũ igitur hoc Mercuri perſuade ipſis, ne ſuccenſeãt mihi duæ illæ reliquæ quęcunq; victę fuerint: ſed quicquid peccatum videbitur, id ſolis oculis imputent. MER. Ita facturas ſe aiunt. Tempus autem iam tibi eſt vt peragas iudiciũ. PAR. Faciemus periculum. Quid enim agat quiſpiam? Cæterùm illud primùm ſcire volo, vtrũ ſatis erit ſpectare ipſas, vt nunc ſunt, veſtitas: an verò etiam exuere ſeſe neceſſe erit, vt diligentiùs inſpici atque examinari eo poſſint. MERC. Hoc tuũ officium erit videre, vtpote iudicis: ac imperes ipſis licet, quomodocunq; etiã voles.

A ὁ γὰρ ὀπτανδέα ὀρεοπολῆν, ὕτω γε ὔσαι καλαί. ΕΡ. ἀλλ' ὁ γυναῖκες εἰσίν. Ηρην ἦ, ὦ Παΐει, καὶ Ἀθηναῖη, καὶ Ἀφροδίτην ὁρᾷς, καμὲ τὸν Ερμῆν ἀπέςαλεν ὁ Ζεύς. ἀλλὰ τί τρέμεις, & ὠχριᾷς; καὶ μὴ δέδιθι· χαλεπὸν γὰρ οὐδέν· κελεύει δέ σε δικαςὴν γενέσθαι τῆς καλλους αὐτῶν. ὅτῳ γὰρ, φησι, καλός τε αὐτὸς εἶ, & σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, σοὶ τὴν γνῶσιν ὀπιτρέπω τῆς σ' ἀγῶνος τὸν ἆθλον εἴσῃ διαγνοὺς ὃ μῆλον. ΠΑ. φέρ', ἴδω τί & βούλεται. Η ΚΑΛΗ, φησι, ΛΑΒΕΤΩ. πῶς δῆτα οἷόν, ὦ δέσποτα Ερμῆ, δικαςὴν ἐγὼ γενήσομαι τούτων αὐτῶν, & ἄγροικος ὤν, δικαςὴς γενέσθαι παρεκδέξομαι θεὰς, & μείζονος, ἢ κατὰ βουκόλου; τὰ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν, τῶν ἀςρῶν μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπων. ὃ δ' ἐμὸν, αἶγα μόνην, αἰγὸς ὁποτέρα ἡ καλλίων, ἢ δάμαλις δήμης δαμάλεως, τάχ' ἂν διακόσαιμι κατὰ τὸν τέχνην. αἵδε γὰρ πᾶσαί τε ὁμοίως καλαὶ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεταγάγοι τὸν ὄμμα ἀποπαύσας. ἐγὼ γὰρ ἐθέλω ἀφίσασθαι ῥᾳδίως, ἀλλ' ἔνθα ἂν ἀπορείσῃ τοῦτον, τούτου ἔχεται, & ὃ παρὸν ἐπαινῶ, κἂν ἐπ' ἄλλο μεταβῇ, κἀκεῖνο καλὸν ὁρᾷ, καὶ προσμένει, & οὐκ ἀπὸ τοῦ πλησίον προσλαμβάνεται, καὶ ὅλως προσέχυταί μοι ὃ κάλλος αὐτῶν, καὶ ὅλον προσείληφέ με, καὶ ἀθυμῶ, ὅτι μὴ & αὐτὸς ὡς πρὸς ὁ Αργος ὅλῳ βλέπειν δύναμαι τῷ σώματι. δοκῶ δ' ἂν μοι καλῶς δικάσαι, πάσαις ἀποδοὺς ὃ μῆλον. καὶ γὰρ αὖ & τόδε· ταυτὶ μοὶ τῇ (εἰ) συμβέβηκε τῆ Διὸς ἀδελφῇ, & γυναῖκι. ταύτας γ', ἀδελφὰς πῶς οἷόν τε χαλεπὴ & οὕτως ἡ κρίσις; ΕΡ. οὐκ οἶδα· πλὴν οὐχ οἷόν τε ἀναδῦναι τοῦ τ' Διὸς κεκελευσμένου. ΠΑ. ἐν τῷτο ὦ Ερμῆ, πεῖσαι αὐτὰς, μὴ χαλεπῶς ἔχειν μοι τὰς δύο τὰς νενικημένας, ἀλλὰ μόνων τῶν ὀφθαλμῶν ἡγεῖσθαι τὴν ἁμαρτίαν. ΕΡ. οὕτω φασὶ ποιήσειν, ὥςε δέ σοι ἤδη φαίνειν τὴν κρίσιν. ΠΑ. πειρασόμεθα. τί γὰρ αὖ & πάθοι τις; ἐκεῖνο δὲ πρῶτον εἰδέναι βούλομαι, πότερα ἐξαρκέσει σχεῖν αὐτὰς ὡς ἔχουσιν, ἢ καὶ ἀποδύσας δεήσει πρὸς τὸ ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως; ΕΡ. ἔτω μὲν οὖν αὐτὰ εἶναι δικαςοῦ· καὶ πρόσταττε ὅπῃ καὶ θέλεις.

Π Α. ὅπη καὶ θέλω; γυμνὰς ἰδεῖν βάλομαι. ΕΡ. ἀπόδυτε, ὦ αὖται· σὺ δ' ὑπίσχνεῖ ἐγὼ δ' ἀπεστράφην. Α Φ. καλῶς, ὦ Πάρι, καὶ σοφῶς γε ἀποδύσομαι, ὅπως μάθῃς ὅτι μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς, μηδὲ τὰ βλέφαρα εἰμὶ, μέγα φρονῶ, ὑπίσχνεῖ δὲ εἰμὶ πᾶσα καὶ ὁμοίως καλή. Α ΘΗ. μὴ πρότερον αὐτὴν ἀποδύσῃ, ὦ Πάρι, πρὶν ἂν τὸν ἱμάντα ἀποθῆται (φαρμακὶς γάρ ἐστι) μή σε καταγοητεύσῃ δι' αὐτοῦ. καίτοι γε ἐγὼ μηδ' ὅτου κεκαλλωπισμένην πρόσωπα, μηδὲ τοσαῦτα συντεθειμένην χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίρην τινα, ἀλλὰ γυμνὴν τὸ κάλλος ὑπιδέσθαι. Π Α. ὀρθῶς λέγουσι τὸ περὶ τοῦ ἱμάντος καὶ ἀποθοῦ. Α Φ Ρ. τί οὖν ἔχει καὶ σὺ Ἀθηνᾶ τὴν κόρυν ἀφελοῦσα, φιλεῖ τὴν κεφαλὴν ὑπιδέσθαι, ἀλλ' ὑπισείῃ τὸν λόφον, καὶ τὸν δικαστὴν φοβεῖς; ἢ δέδοικας μή σοι ἐλέγξῃ τὸ γλαυκὸν τοῦ ὄμματος αὐθις τὸ φοβερὸν βλέπόμενον. Α ΘΗ. ἰδοὺ σοι ἡ κόρυς αὕτη ἀφῄρηται. Α Φ Ρ. ἰδοὺ σοι καὶ ὁ κεστός. ΗΡ. ἀλλ' ἀποδυσώμεθα. Π Α. ὦ Ζεῦ τερπίστε, τῆς θέας, τῆς κάλλους, τῆς ἡδονῆς· οἵα μὲν ἡ παρθένος· ὡς δὲ βασιλικὴν αὐτὴ καὶ σεμνὴν ἀπολάμπει, καὶ ἀληθῶς ἄξιον τοῦ Διός· ἔρως δὲ ἡδέως, καὶ γλαφυρόν τι καὶ προσαγωγὸν ἐμειδίασεν. ἀλλ' ἤδη μοὶ ἄλις ἔχω τῆς εὐδαιμονίας· εἰ δοκεῖ δὲ, καὶ ἰδίᾳ καθ' ἑκάστην ὑπιδεῖν βούλομαι, ὡς νεῶν γε ἀμφίβολός εἰμι, καὶ οὐκ οἶδα πρὸς ὅ,τι καὶ ἀποκλέψω, πρώτη τὰς ὄψεις προσαποβλήσας. Α Φ Ρ. οὕτω ποιῶμεν. Π Α. ἄπιτε οὖν αἱ δύο. σὺ δὲ, ὦ Ἥρα, πρόσμενε. ΗΡ. προσμενῶ. καίπειδὴ μὲ ἀκριβῶς ἴδῃς, ὥρα σοι καὶ πάλιν ἥδη σκοπεῖν, εἰ καλά σοι τὰ δῶρα τῆς νίκης τῆς ἐμῆς. ἐγὼ γὰρ μέ, ὦ Πάρι, δικάσῃς εἰ) καλὴν, ἁπάσης ἔσῃ τῆς Ἀσίας δεσπότης. Π Α. οὐκ ὀκνῶ δώσεις μοὶ τὰ ἡμέτερα· πλὴν ἀλλ' ἄπιθι, πρόσεξεται γὰρ ἄφνω αὐ δοκῇ· σὺ δὲ πρόσθι Ἀθηνᾶ. Α ΘΗ. πρόσεμι καί σοι. κἄπα ἦν με, ὦ Πάρι, δικάσῃς καλὴν, ὅποτε ἥκῃς ἄπειρ οὐ μάχης, ἀλλ' ἀεὶ κρατῶν πολεμιστὴν γάρ σε, καὶ νικηφόρον ἀφῆσομαι. Π Α. σοὶ μὲν Ἀθηνᾶ δεῖ μοι πολέμου καὶ μάχης· εἰρήνη γὰρ, ὡς ὁρᾷς, πάντῃ ἐπέχει τὴν Φρυγίαν τε καὶ Λυδίαν, καὶ ἀπολέμητος ἡμῖν ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχή.

A PAR. Quomodocunq; etiam volo? Nudas igitur videre volo. MER. Exuite heus vos: tu verò inspice eas: ego interim auertam me. VEN. Rectè ô Paris. Atq; prima certè exuã me, vt noris quòd nõ solùm lacertos habeam candidos, neque etiã magnos & augustos oculos, præ me ferendo superbiam. Æqualiter verò sunt tota & vniformiter pulchra. MIN. Ne priùs ipsam exueris, ô Paris, quàm cestum à se deposuerit (incantatrix enim est) ne te præstigiis circumueniat per illum. Et certè quidem oportebat neque etiam studiosè ita exornatam hîc adesse, neque tot coloribus fucatam, perinde ac B verè meretricem aliquam, sed ipsam formam nudam exhibere spectandã. PAR. Rectè sanè admonent illud de cesto: atque etiam depone illum. VEN. Cur nõ igitur & tu Minerua galea deposita nudum caput spectandum exhibes, sed concutis conum, & perterres iudicem? An vereris ne tibi obiiciat & reprehendat cæruleum istud oculorum si dempto terribili isto aspiciatur? MIN. Ecce tibi galea hæc ablata. VEN. Ecce tibi & cestus hic. IVN. Sed exuamur tandem. PAR. O Iupiter monstrifice, quod spectaculũ! C quæ pulchritudo! quæ voluptas! quàlis virgo hæc! vt verò regalis illa & venerabilis effulget, adeoq; verè digna Ioue! Tuetur autẽ suaue quiddam & iucundũ, ac blandũ & illecebrosum etiam arrisit. Sed iã satis habeo felicitatis huius. Si videtur autem, etiã seorsim vnamquamq; inspicere volo: quoniam nunc certè ambiguus sum, neq; satis scio ad quid etiam me referã, visu in omnes partes distracto. VEN. Ita faciamus. PAR. Abscedite igitur vos duæ: tu verò Iuno hîc mane. IVN. Maneo. Ac posteaquam me diligenter inspexeris, tempus tibi erit & cæ- D tera iam spectare, num pulchra victoriæ meæ dona proposita tibi. Nã si me, Pari, formosiorem esse iudicaueris, vniuersæ eris Asiæ dominus. PAR. At non donis nostra hęc geruntur: sed tamen abi: mox enim agetur quicquid æquũ visum erit. Tu verò accede Minerua. MIN. Adsum tibi. Quòd si igitur me ô Pari, formosam esse iudicio declaraueris, haud vnquam ex pugna victus abibis: bellatorem enim te, & victoriarum compotem efficiam. PAR. Nihil, Minerua, opus mihi est bello, & pugnis. Pax enim, vt vides, in præsentia tenet Phrygiam ac Lydiam, & ab hostibus quietũ est patris imperium.

Sed tamen cõside: neque enim eo minùs feres: tametsi ob munera nequaquam iudicium feramus. Sed indue te tandem, & impone galeam: satisenim te inspexi: ac nunc Venerem adesse tempus est. VEN. Eccam me ipsam tibi. Ac contemplare singillatim vnumquodque diligenter, nihil cursu præteruehendo, sed immorando singulis etiam membris. Quòd si verò placet, ô formose, etiã hæc mea dicta accipe. Ego enim iamdudum aspiciẽs te iuuenem adeo, & formosum, qualem nescio an vllũ aliũ nutriat Phrygia, beatum quidẽ te puto ob pulchritudinem: reprehendo autẽ, quòd non relictis hisce rupibus & saxis, in vrbe alicubi vitam degis, sed corrũpi pulchritudinem istã finis in solitudine. Quid enim te montes isti iuuãt? aut quid proficiunt pulchritudine ista tua boues? Decebat autem te iam & vxorem duxisse, non tamen rusticam aliquam & indigenã, quales per Idã passim mulieres sunt, sed ex Gręcia aliquam, vel Argiuã, vel Corinthiam, vel Lacęnã, cuiusmodi Helena illa est, adolescentula & formosa, & nulla parte me ipsa inferior, & q̃ maximũ est, amori quoq; dedita. Nã illa si solùm etiã aspiciat te, satis scio, relictis omnib. scq; ipsa ccu in deditionẽ tradita, sequetur & cohabitabit tecũ. Prorsũ autẽ & tu audisti iam aliquando de ipsa. PAR. Nihil etiam, ô Venus. Nũc autem lubens audiero omne quicquid est de illa te narrantem. VEN. Est hęc filia quidem Ledæ formosæ illius, ad quam Iupiter è cœlo deuolauit in Cygnum conuersus. PAR. Qualis autẽ aspectu est? VEN. Cãdida quidem, qualẽ consentaneũ est esse è Cygno prognatam: tenera autẽ, vt quæ in ouo enutrita fuerit: nuda plerunq; exercẽs sese, & palæstricæ rei dedita. Adeo igitur magnopere ab omnibus passim expetitur, vt & bellũ ipsius caussa susceptũ fuerit, cũ Theseus nondũ nubilẽ illam rapuisset. Postea verò cũ iam ad florẽ ętatis peruenisset, optimi quiq; Achiuorum ad petendas illius nuptias sese obtulerũt. Antepositus autem reliquis tũ Menelaus fuit, ex genere Pelopidarũ natus. Quòd si autem voles, ego tibi cõficiam has nuptias. PAR. Quid narras? eiúsne quæ iam nupsit alteri? VEN. Iuuenis adhuc es, & rusticus. Ego verò noui quo pacto talia perficere conueniat. PAR. Quomodo? cupio enim & ipse scire. VEN. Tu quidem proficiscẽris ad perlustrandam Gręciam, atq; vbi Lacedæmona peruenẽris,

A θαῤῥῇ δὲ, ὦ μειονεκτήσῃς γὸ, κἂν μὴ ὅτι δώροις δικάζωμεν· ἀλλ' ἔνδυθι ἤδη, καὶ ὅπλισαι τὸν κόρυν, ἱκανῶς γὸ εἶδον· τὸν Ἀφροδίτην παρεῖναι καιρός. ΑΦΡ. αὐτή σοι ἐγὼ πλησίον, καὶ σκόπει καθ' ἓν ἀκριβῶς, μηδὲν παραπτέχων· ἀλλ' ἐπιμελῶν ἑκάστῳ τῶν μελῶν· εἰ δὲ θέλῃς, ὦ καλὲ, καὶ τά δε μου ἄκουσον· ἐγὼ γὰρ πάλαι ὁρῶσά σε νέον ὄντα, καὶ καλὸν, ὁποῖον οὐκ οἶδα εἴ τινα ἕτερον ἡ Φρυγία τρέφει, μακαρίζω μὲν τῷ κάλλει, αἰτιῶμαι δὲ ὅ μὴ ἀπολιπόντα τοὺς σκοπέλους, καὶ ταυτασὶ τὰς πέτρας, κατ' ἄστυ ζῆν, ἀλλὰ διαφθείρειν τὸ κάλλος ἐν ἐρημίᾳ. τί μὲν γὸ σὺ ἀπολαύσας τῶν ὀρῶν; τί δ' ἂν ὠφέλησο τῷ σοὶ κάλλει αἱ βόες; ἔπρεπε δὲ ἤδη σοι γεγαμηκέναι, μὴ μέν τοι ἀγροικόν τινα καὶ χωρίτιν, οἵαις κῦ τὴν Ἰδαίαν αἱ γυναῖκες, ἀλλά τινα ἐκ τῆς Ἑλλάδος, ἢ Ἀργῶθεν, ἢ ἐκ Κορίνθου, ἢ Λάκαιναν, οἵα ὥρ ἡ Ἑλένη ὅδε, νέα, καὶ καλὴ, καὶ κατ' οὐδὲν ἐλάττων ἐμοῦ, καὶ ὃ δὴ μέγιστον, ἐρωτική· ἐκείνη γὸ εἰ καὶ μόνον θεάσαιτό σε, οἶδ' ἐγὼ, πάντα ἀπολιποῦσα, καὶ παθοῦσα B ἑαυτὴν ἔκδοτον, ἕψεται, καὶ συνοικήσει. πάντως δὲ καὶ σὺ ἀκήκοάς τι περὶ αὐτῆς. ΠΑ. οὐδὲν, ὦ Ἀφροδίτη, νῦν δὲ ἡδέως ἂν ἀκούσαιμί σου, τὰ πάντα διηγουμένης. ΑΦΡ. αὕτη θυγάτηρ μὲν ὅδε Λήδας, ἐκείνης τῆς καλῆς, ἐφ' ἣν ὁ Ζεὺς κατέπτη, κύκνος γενόμενος. ΠΑ. ποία δέ τις τὴν ὄψιν; ΑΦΡ. λευκὴ μὲν, οἵαν εἰκὸς ἐκ κύκνου γενομένην· ἁπαλὴ δὲ, ὡς ἐν ὠῷ τραφεῖσα, γυμνὰς τὰ πολλὰ, καὶ παλαιστικὴ· καὶ οὕτω δή τι περιττοῦδας, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι, τῷ Θησέως ἄρασθαι ἔτι ἁρπάσαντος. οὐ μέν, ἀλλ' ἐπειδὴ περ εἰς ἀκμὴν κατέστη, πάντες οἱ ἄριστοι τῶν Ἀχαιῶν ὅτε τὸν μνηστείαν ἀπήντησαν, παρεκλήθη δὲ Μενέλαος τῷ Πελοπιδῶν γένους· εἰ δὲ θέλῃς, ἐγώ σοι καταπράξομαι τὸν γάμον. ΠΑ. πῶς φῄς; τὸν τῆς γεγαμημένης; ΑΦ. νέος εἶ σὺ, καὶ ἄγροικος, ἐγὼ δὲ οἶδα ὡς χρὴ τὰ τοιαῦτα δρᾶν. ΠΑ. πῶς; ἐθέλω γὰρ καὶ αὐτὸς εἰδέναι. ΑΦΡΟ. σὺ μὲν ἀποδημήσῃς ὅτι τάχα δὴ τῆς Ἑλλάδος, κἀπειδὰν ἀφίκῃ ἐς τὸν Λακεδαίμονα,

ὄψεταί σε ἡ Ἑλένη· τοιοῦτεύθεν δὲ, ἐμὸν αὖ εἴη A
ὃ ἔργον, ὅπως ἐραθήσεταί σου, καὶ ἀκολου-
θήσῃ. ΠΑ. τοῦτ' αὐτὸ καὶ ἄπιστον εἶναί μοι
δοκεῖ, ὦ, ἀπολιπούσην τὸν ἄνδρα, ἐλευθέρῳ
βαρβάρῳ καὶ ξένῳ συνεκπλεῦσαι. ΑΦΡ.
θαῤῥεῖ τούτου γε ἕνεκα. παῖδε γάρ μοι ἐστὸν
δύω καλὼ, Ἵμερος καὶ Ἔρως· τούτω σοι πα-
ραδώσω ἡγεμόνε τῆς ὁδοῦ χρησομένω. καὶ ὁ
μὲν Ἔρως, ὅλως προελθὼν ἐς αὐτὸ, ἀνα-
γκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν· ὁ δ' Ἵμερος, αὐτὰ
σοι παρεσκευασμένα, τὰ ὅσα ἐστὶν, ἱμερτόν τε
ποιήσει, καὶ ἐραστόν, καὶ αὐτὴ δὲ συμπροθοῦσα, B
δεήσομαι καὶ τῶν Χαρίτων ἀκολουθεῖν· ἅπαν-
τες αὐτὸ αὐαπείσομεν. ΠΑ. ὅπως μὲν
τάχα χωρήσει, ἄδηλον, ὦ Ἀφροδίτη· πλὴν
ἐρᾶν γε ἤδη τῆς Ἑλένης, καὶ σὰν οἶδ' ὅπως καὶ
ὁρᾶν αὐτὸ οἴομαι. καὶ πλέω δὴ τῆς Ἑλλά-
δος, καὶ τῇ Σπάρτῃ ἀπεδήμηκα, καὶ ἐπανήκω ἔχων
τὴν γυναῖκα, καὶ ἄλγομαι, ὅτι μὴ πάντα
ταῦτα ἤδη ποιῶ. ΑΦΡ. μὴ προτέρου ἐρα-
θῇς, ὦ Παῖ, πρὶν ἐμὲ τὴν προμνήστριαν,
καὶ νυμφαγωγὸν, ἀμείψασαν τῇ κρίσει. πρέ-
πει γὰρ καὶμὲ νικηφόρον ὑμῖν συμπρᾶξαι, καὶ
ἑορτάσαι ἅμα καὶ τοὺς γάμους καὶ τὰ ἐπινίκια.
πάντα γὰρ ἔνεστί σοι, τὸν ἔρωτα, ὁ κάλλος, τὸν
γάμον τοῦτου τοῦ μήλου πρίασθαι. ΠΑ. δέ-
δοικα μή μου ἀμελήσῃς μετὰ τὴν κρίσιν.
ΑΦΡ. βούλῃ ἐπομόσομαι; ΠΑ. μηδαμῶς, ἀλλ' ἐπάσχου πάλιν. ΑΦΡ. ἐπι-
σχήσομαι δή σοι τὴν Ἑλένην προδώσειν γυ-
ναῖκα, καὶ ἀκολουθήσειν γε ἐπ' αὐτὸ, καὶ ἀφί-
ξεσθαι πρὸς ὑμᾶς εἰς τὴν Ἰλιον, καὶ αὐτὴ πρέ-
σομαι, καὶ συμπροθύξω τὰ πάντα. ΠΑ. καὶ
τὸν Ἔρωτα, καὶ τὸν Ἵμερον, καὶ τὰς Χάριτας
ἄξεις; ΑΦΡ. θαῤῥεῖ, καὶ τὸν Πόθον καὶ τὸν Υμέ-
ναιον προς τούτοις προσλήψομαι. ΠΑ.
σκοπῶ ὅτι τούτοις δίδωμι τὸ μῆλον, ὅτι τού-
τοις λάμβανε.

videbit te Helena. Post illa verò meum iam opus erit efficere quò illa amore tui capiatur, teq; sectetur. PAR. Hoc ipsum etiam incredibile mihi videtur, vt illa relicto coniuge, cum homine barbaro atq; hospite è patria nauigare in animum inducat. VEN. Bono animo esto. Nam huius certè rei gratia liberos duos habeo pulchros, Amabilitatem & Cupidinem videlicet, quos tibi tradam, qui tibi duces itineris futuri sint. Ac Cupido quidem totus subingrediens illam, vi coget amare mulierem. Amabilitas autem tibi ipsi circumfusa, id quod ipsa est, & expetibilem te reddet & amabilem. Deinde autē & ego vnà præsens rogabo Gratias, quò & illę comites se præbeāt: atq; ita omnes ipsā ad hoc quod volumus, impellemus. PAR. Quomodo fortassis hoc procedet, incertum adhuc, Venus est: veruntamen amo iā Helenā, & nescio quo pacto etiā videre ipsam mihi videor, & nauigo rectà versus Græciam, & in Sparta peregrè absum, & redeo vnà cum vxore: & doleo quòd non omnia hæc iam nunc facio. VEN. Ne priùs amaueris Pari, quā pronubam me & sponsæ conciliatricem iudicio hoc remuneratus fueris. Decet enim & me victoriæ compotem factam adesse vobis, & celebritatem peragere nuptiarum pariter & victoriæ. Omnia enim licet tibi hæc, & amorem, & formam, & nuptias pomo isto mercari. PAR. At metuo ne me post latum iudicium negligas & contemnas. VEN. Vis igitur vt iurem tibi? PAR. Nequaquam, sed tantùm promitte denuo. VEN. Promitto igitur, Helenam traditurā me esse vxorem tibi, & futuram comitem proficiscenti ad ipsam: deinde & Ilium venturam esse ad vos. Atque adeo ipsa præsens adero, & ad omnia opitulabor. PAR. Etiam Cupidinem & Amabilitatem & Gratias tecum adduces? VEN. Bonum animum habe: quin & Desiderium & Hymenæū præterea comites assumam. PAR. Ob hæc igitur do tibi pomū, ob hęc accipe.

## ΑΡΕΩΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

## MARTIS ET MERCVRII. Erasmo Roterod. interprete.

ΗΚουσας, ὦ Ἑρμῆ, οἷα ἠπείλησεν ἡμῖν ὁ D
Ζεύς, ὡς ὑπερόπλικα καὶ ἀπίθανα; ἢν ἐ-
θέλῃσω, φησὶν, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ αἰθέρος σφᾶς κα-
θήσω, ὑμεῖς δ' ἢν ἀποκρεμασθέντες, καθασασᾶν

AVdistin' Mercuri cuiusmodi nobis minatus sit Iupiter? quàm superba, quámque dictu absurda? Ego, inquit, si voluero, catenam ex æthere demittam, vnde si vos suspensi me vi detrahere co-

*MARS.*

*Iouis iactātia irridetur.*

nemini, luseritis operam: nunquam enim me deorsum trahetis. Contrà ego vos si velim in altum attrahere, non vos modò, verumetiam tum terram ipsam, tum mare pariter subuectum in sublime sustulero. Ad hæc alia permulta, quę tu quoque audisti. At ego, si quidem cum vno quolibet singulatim conferatur, ita præstantiorem eum esse, viribúsque superiorem, haudquaquam negauerim: verùm vnum tam multis pariter in tantum antecellere, vt eum ne pondere quidem vincere queamus, etiam si terram ac mare nobis adiunxerimus, id neutiquã crediderim. MERC. Bona verba, Mars. Neque enim fat tutum est ista loqui, ne quid fortè mali nobis hæc petulantia conciliet. MARS. An verò credis apud quemlibet hæc dicturũ me? imò apud te solum id audeo, quem linguæ continentis esse sciebam. Sed quod mihi maximè ridiculum videbatur tum quum hæc minitantem audirẽ, haud queam apud te reticere. Etenim memineram quum non ita multo antè Neptunus, Iuno ac Pallas, mota aduersus eum seditione, machinarentur comprehensum illum in vincula coniicere, quãtopere formidarit, vtq; in omnem speciem sese verterit, idque cùm tres duntaxat essent dij. Quòd ni Thetis misericordia commota, Briareum Centimanũ, illi auxilium accersiuisset, ipso pariter cũ fulmine ac tonitru vinctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat eius magniloquentiam iactantiamq;. MER. Tace, bona verba. neque enim tutum est ista vel tibi dicere, vel audire mihi.

A βιάζεσθέ με, μάτην πονήσετε· ὑ γὰρ δὴ καθελκύσετε. εἰ δὲ ἐγὼ θελήσαιμι ἀνελκύσαι, ὑ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅμα, καὶ τὴν θάλασσαν σὺν αὐτῇσιν μετεωρίσω. καὶ πάλλα ὅσα καὶ σὺ ἀκήκοας. ἐγὼ δὲ ὅτι μὴ καθ' ἓν ἅπαντων, ἁμείνων καὶ ἰσχυρότερός ἐστιν, οὐκ ἂν ἀρνηθείην· ὁμοῦ δὲ τῶν τοσούτων ὑπερφέρειν ὡς μὴ καταβαρῆσθαι αὐτὸν, καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν προσλαβόντας, οὐκ ἂν πεισθείην. EP. εὐφήμει, ὦ Ἄρες. ὑ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μή τί σε κακὸν ἐπιλάβωμαι τῆς φλυαρίας. AP. οἴει γάρ με προὸς πάντας ἂν ταῦτα εἰπεῖν, οὐχὶ δὲ προὸς μόνον σέ, ὃν ἐγὼ μυθεῖν ἠπιστάμην; ὃ γοῦν μάλιστα γελοῖόν ἐδόξε μοι ἀκούοντι μεταξὺ τῆς ἀπειλῆς, οὐκ ἂν δυναίμην σιωπῆσαι προὸς σέ. μέμνημαι γὰρ ὑ προὸ πολλοῦ, ὁπότε ὁ Ποσειδῶν, καὶ ἡ Ἥρα, καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐπιβουλεύσαντες, ἐπιβάλλεσθαι ξυνδῆσαι αὐτὸν λαβόντες, ὡς πάντοῖος ὢν δεινός· καὶ ταῦτα τῆς ὄντας. καὶ εἰ μή γε ἡ Θέτις κατελεήσασα οὐκ ἐάσειεν αὐτοῖς συμμαχεῖν Βριάρεων ἑκατόγχειρα ὄντα, καὶ ἐδέδετο αὐτῷ κεραυνῷ, καὶ βροντῇ. ταῦτα λογιζομένῳ, ἐπῄει μοι γελᾶν ὅτι τῇ καλλιρημοσύνῃ αὐτοῦ. EP. σιώπα βὐφήμει. ὑ γὰρ ἀσφαλὲς ὔτε σοὶ λέγειν, ὔτε ἐμοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα.

## ΠΑΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

## PANIS ET MERCVRII. Iacobo Micyllo interprete.

*PAN.* *Pan deus Arcadiæ pastorum, musicus, soeius Bacchi, filius Mercurij.*

SAlue pater Mercuri. MERC. Salue D vtique & tu. Sed quomodo ego pater tuus sum? PAN. An non Cyllenius ille Mercurius es tu? MERC. Atque admodum. Quo pacto igitur filius meus es? PAN. Adulterinus sum, ex amore tibi natus. MERC. Per Iouem, hirci fortasse cuiusdam, qui capram per adulterium cognouit. Nam meus quomodo fueris, qui & cornua habes, & nasum talem, & barbam hirtam, & pedes bifidos, hircinosq; præterea & caudam super natibus? PAN. Quæcunque in me conuiciando dicis, iis tuum ipsius filium, pater, probrosum ac turpem declaras: imò potiùs teipsum, qui eiusmodi generas, &

Χαῖρε ὦ πάτερ Ἑρμῆ. EP. νὴ καὶ σύ γε. ἀλλὰ πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ; ΠΑΝ. οὐχ ὁ Κυλλήνιος Ἑρμῆς ὢν τυγχάνεις; EPM. καὶ μάλα. πῶς οὖν υἱὸς ἐμὸς εἶ; ΠΑΝ. μοιχίδιός εἰμι, ὃς ἔρωτός σοι γεγόμενος. EPM. νὴ Δία, τράγου ἴσως τινὸς μοιχεύσαντος αἶγα. ἐμὸς γὰρ πῶς, κέρατα ἔχων, καὶ ῥῖνα τοιαύτην, καὶ πώγωνα λάσιον, καὶ σκέλη δίχηλα, καὶ τραγικὰ, καὶ οὐρὰν ὑπὲρ τὰς πυγάς; ΠΑΝ. ὅσα ἂν λοιδορῇς εἰς ἐμὲ, τὸν σεαυτοῦ υἱὸν, ὦ πάτερ, ἐπονείδιστον ἀποφαίνῃ· μᾶλλον δὲ σεαυτὸν, ὃς τοιαῦτα γεννᾷς, καὶ

παιδοποιὸς ἐγὼ ἀναίτιος. ΕΡ. τίνα δὲ καὶ φὴς σὴ μητέρα; ἢ που ἔλαθόν σε μοιχεύσας ἔγωγε; ΠΑΝ. οὐκ αἶγα ἐμοίχευσας, ἀλλ' ἀνάμνησον σεαυτὸν εἴποτε ἐν Ἀρκαδίᾳ παῖδα ἐλευθέραν ἐβιάσω. τί δακὼν τὸν δάκτυλον ζητεῖς, καὶ διπλοῦν ἀπορεῖς; τὴν Ἰκαρίου λέγω Πηνελόπην. ΕΡ. εἶτα τί παθοῦσα ἐκείνη αὐτ' ἐμοῦ τράγου σε ὅμοιον ἔτεκεν; ΠΑΝ. αὐτῆς ἐκείνης λόγον σοι ἐρῶ· ὅτε γάρ με ἐξέπεμπεν ὅτι τὴν Ἀρκαδίαν, ὦ παῖ, μήτηρ μέν σου, ἔφη, ἐγώ εἰμι, Πηνελόπη ἡ Σπαρτιάτις· τὸν πατέρα δὲ γίνωσκε, θεὸν ἔχων Ἑρμῆν τὸν Μαίας καὶ Διός. εἰ δὲ κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυπείτω σε· ὁπότε γάρ μοι συνῆν ὁ πατήρ ὁ σός, τράγῳ ἑαυτὸν ἀπεικασεν ὡς λάθοι· καὶ δι' ἃ τοῦτο ὅμοιος ἀπέβης τῷ τράγῳ. ΕΡ. νὴ Δία, μέμνημαι ποιήσας τι τοιοῦτον. ἐγὼ οὖν ὁ ὅτι καλὸς μέγα φρονῶν, ἔτι ἀγλύφους αὐτὸς ὤν, οὓς πατὴρ κεκλήσομαι, καὶ γλῶτται ὀφλήσω τοιαῦτα πᾶσιν ὅτι τῇ βιπαιδίᾳ; ΠΑΝ. καὶ μάλα γε καταγελῶ σου ὦ πάτερ· μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καμπρῶς· καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνευ ποιεῖν δύναται, ἀλλὰ ἑταῖρον καὶ διαπαντὸς πεποίηκέ με· καὶ ἡδύμην αὐτῷ τὸν χορόν. καὶ τὰ ποίμνια δέ εἰ θεάσαιό μου ὁπόσα περὶ Τέγεαν καὶ ἀνὰ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἡσθήσῃ. ἄρχω γὰρ καὶ τῆς Ἀρκαδίας ἁπάσης· ᾠκείωμαι γὰρ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχήσας, οὕτως ἠλίτευσα ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον ἤρεθή μοι, δι' ὃ καὶ τὴν ἀκροπόλεως ἀπήλαιον. καὶ νῦν ἥκω εἰς Ἀθήνας ἔλθοις, εἴσῃ ὅσον ἐκεῖ τὸ Πανὸς ὄνομα. ΕΡ. εἰπὲ δέ μοι, γεγάμηκας ὦ Παῖ ἤδη; ἢ τοῦτο γὰρ οἴμαι καλοῦσί σε. ΠΑΝ. μὰ δαιμόνας, ὦ πάτερ· ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἐθέλω ἀγαπήσαι μιᾷ. ΕΡ. ταῖς αἰξὶ δηλαδὴ διπλόαις. ΠΑΝ. σὺ μὲν σκώπτεις· ἐγὼ δέ, τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ συνῴδημι, καὶ ἁπάσαις ταῖς τοῦ Διονύσου Μαινάσι, καὶ πάνυ σπουδάζομαι παρ' αὐτῶν. ΕΡ. οἶδα οὖν ὅ, τι χαρίσῃ ὦ τέκνον παρασχὼν αὐτῶν μοι; ΠΑΝ. παράστητε ὦ πάτερ, ἡμεῖς δέ, ἴδωμεν ταῦτα. ΕΡ. καὶ παράσχοι μοι, καὶ φιλοφρονοῦ· πάτερα δὲ ὄψει μὴ καλέσῃς με, ἀκούοντός γε τινός.

tales liberos procreas: ego verò extra culpam sum. MER. Quam autem etiam matrem tuam ais esse? Num ignorans alicubi cum capra adulterium exercui ego? PAN. Non cum capra, sed tibi ipse in memoriam reuoca, num in Arcadia quãdoque puellam liberam per vim stupraris. Quid mordendo digitum, quæris, ac diu dubitas? Icarij filiam dico Penelopen. MERC. Quid igitur illi accidit, quòd pro me, hirco similem te peperit? PAN. Dicam tibi, quæ ex illa ipsa audiui. Quãdo enim me in Arcadiam ablegabat, O puer, inquit, mater quidem tua ego sum, Penelope, ex Sparta nata: cæterùm patrem noris habere te deum, Mercurium illum Maiæ ac Iouis filium. Quòd si igitur cornutus ipse es, ac pedes hircinos habes, ne id ægrè feras. Quando enim mecum rẽ habebat pater tuus, hirco seipsum assimilauerat, quò faciliùs lateret: & ob id similis hirco tu quoque euasisti. MERC. Per Iouem, memini me tale quiddã facere. Ego igitur formosus ille, qui ob formã ac pulchritudinem animum elatum præ me fero, qui adhuc imberbis ipse sũ, pater tuus vocabor? & ab omnibus risu accipiar ob præclaram liberorum procreationem? PAN. At verò dedecori tibi pater nõ sũ. Nã & musicus sum, & fistula cano, admodũ pleno spiritu: & Bacchus ille nihil absq; me facere quicquã potest: sed & sociũ & consultatorẽ fecit me, & duco ipsi chorum. Iam & ouilia mea si videas, quot & per Tegeã & per Partheniũ habeo, admodũ delectaret te. Impero autẽ & Arcadiæ toti. Nuper verò etiã Atheniẽsibus auxilium ferens, ita præclarè rẽ gessi in Marathone, vt ceu donũ militare quoddã retulerim, antrũ illud quod est subarce. Quòd si igitur Athenas veneris, cognosces quãtum ibi sit nomẽ Panos. MERC. Ac die mihi, duxistíne vxorem iam? Hoc enim, opinor, dictitant te. PAN. Nequaquam, pater: amator enim sum, neque cum vna aliqua rem habere cõtentus forẽ. MER. Capras videlicet conscendis. PAN. Tu quidem irrides me, at ego tamen & cum Echo & cum Pyti rem habeo, præterea & cum omnibus Bacchi Mænadibus, atque admodũ studiosè ab illis obseruor. MER. Scis igitur quid te gratificari mihi, fili, primum omnium velim? PAN. Impera pater, nos autem videbimus hæc vti fiant. MERC. Et accedas ad me, & prehenses licet: patrem autem vide ne me appellaris quoquam audiente.

*Pityspitys est, tametsi Gaza Latinam vertat hac de cã Pan coronari solebat.*

## ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ.

## APOLLINIS ET BACCHI. Iacobo Micyllo interprete.

*APOLLO. De Cupidine, Hermaphrodito & Priapo, fratribus scilicet diuersorũ studiorũ.*

QVid igitur? dicẽdúm ne eſt, Bacche, fratres eſſe Cupidinẽ, Hermaphroditum, & Priapum, adeò diſſimiles forma & ſtudiis cùm ſint? Nam hic quidẽ formoſus omnino & iaculator eſt, & poteſtate non parua comparata ſibi, omnibus imperat: Ille autem mulieroſus ac ſemiuir, ambiguam quoque faciem præ ſe ferens, vt non facilè dignoſcas adoleſcéns ne ſit, an virgo: Tertius verò etiam ſupra modum virilis eſt, Priapus videlicet. BAC. Ne mireris Apollo: non enim ipſa Venus in cauſa eſt, ſed patres, qui diuerſi fuere: quãdoquidem & ij qui eodem patre eadeḿq; matre naſcũtur, ſæpenumero alius vir, alius fœmina, quemadmodũ & vos naſcuntur. APOL. Ita ſanè eſt vt dicis: ſed nos tamen ſimiles ſumus, & circa eadem ſtudia verſamur: ſagittarij enim ambo ſumus. BAC. Quantum quidem ad arcum & ſagittas attinet, eadem ambo exercetis, Apollo: illa verò ſimilia nequaquam ſunt, quòd Diana quidem hoſpites mactat apud Scythas, tu autem vaticinaris, & medicaris ægrotantibus. APOL. An tu putas ſororem delectari Scythis? quæ quidem etiam adornauit, ſi quis Græcus aliquando in Tauricam aduenerit, vt cũ eo inde enauiget, iam olim peroſa mactationes illas? BAC. Rectè ſanè illa. Sed hic Priapus? Ridiculum enim quiddam narrabo tibi, quod cùm Lampſaci nuper eſſem, mihi accidit. Ego quidem ad vrbem acceſſeram, ille autem me recepit, hoſpitio apud ſe præbito. Poſteaquam igitur quieti nos dedimus, in conuiuio affatim madefacti, circa mediam propè noctem exurgens generoſus ille: ſed pudet dicere. APOL. Sollicitauítne te? BAC. Huiuſmodi quippiam eſt. APOL. Quid tu autem porrò ad hæc? BAC. Quid enim aliud, quàm riſi? APOL. Rectè ſanè, quòd neque acerbè neque ruſticè quicquam. Venia enim dignus eſt, ſi te formoſum adeo ſollicitauit. BAC. Huius gratia etiam te Apollo ſollicitatũ meritò venerit. Formoſus enim & tu, & præterea comatus, vt vel ſobrius Priapus ille aggredi te queat. APOL. Sed non aggredietur, Bacche, me facilè: nam præter comam etiam arcum gero.

A Τί αὖ; λέγοιμεν ὁμομητρίους ὦ Διόνυσε ἀδελφοὺς εἶ) Ἔρωτα, καὶ Ἑρμαφρόδιτον, καὶ Πρίαπον, ἀνομοίους ὄντας τὰς μορφὰς, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα; ὁ μὲν γὰρ, πάγκαλος, καὶ τοξότης, καὶ δυνάμιν οὐ μικρὰν περιβεβλημένος, ἀπάντων ἄρχων· ὁ δὲ, θῆλυς, καὶ ἡμίανδρος, καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. οὐκ ἂν ῥᾳδίως διακρίναις εἴτ' ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ παρθένος· ὁ δὲ, καὶ πρὸς τὸ ὑπερφυὲς ἀνδρικὸς ὁ Πρίαπος.

ΔΙΟ. μηδὲν θαυμάσῃς ὦ Ἀπολλον. οὐ γὰρ B ἡ Ἀφροδίτη αἰτία τούτου, ἀλλ' οἱ πατέρες, διάφοροι γεγενημένοι· ὅπου γε καὶ ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν, ἄρσην, ἡ δὲ, θῆλυ, ὥσπερ ὑμεῖς, γίνονται. ΑΠ. ναὶ· ἀλλ' ἡμεῖς ὅμοιοι ἐσμὲν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύομεν· τοξόται γὰρ ἀμφω. ΔΙΟ. μέχρι μὲν τόξου, τὰ αὐτὰ, ὦ Ἀπολλον· σκέψαι δὲ, οὐχ ὅμοια, ὅτι ἡ μὲν Ἄρτεμις ξενοκτονεῖ ἐν Σκύθαις· σὺ δὲ, μαντεύῃ, καὶ ἰᾷ τοὺς κάμνοντας. ΑΠ. οἶμαι γὰρ τὴν ἀδελφὴν χαίρειν τοῖς Σκύ- C θαις, ἥτις καὶ προσκοσμεῖται, ὥστε τις Ἕλλην ἀφίκηται ποτὲ ἐς τὴν Ταυρικὴν, συνεκπλεῦσαι μετ' αὐτῆς, μυσαττομένη τὰς σφαγάς; ΔΙΟ. ἆρα σκέπτει ποιοῦσα· ὁ μὲν γάρ τοι Πρίαπος (γελοῖον γάρ τι σοι διηγήσομαι) παρ' ἐμοὶ ἐν Λαμψάκῳ ἐξεμάνη· ἐγὼ μὲν γὰρ προῆλθον τὴν πόλιν· ὁ δὲ, ξενοδοκήσας με, καὶ ξενίσας παρ' αὑτῷ, ὅπερ ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς κατακεκραιμένοι, καὶ αὐτὰς πως μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γηραιὸς· αἰδοῦμαι δὲ λέγειν. ΑΠ. ἐπείρασέ σε; ΔΙΟ. D ποιοῦντόν γε. ΑΠ. σὺ δὲ τί πρὸς ταῦτα; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; ΑΠ. ἄγε, ὦ μὴ χαλεπῶς, μηδὲ ἀγεννῶς συγγνώσῃ γὰρ εἰ καλόν σε οὕτως ὄντα ἐπείρασε. ΔΙΟ. τούτου μὲν οὕνεκα καὶ ὅτι σὲ αὖ ὦ Ἀπολλον ἀγάλλει τὴν πεῖραν· καλὸς γὰρ σὺ, καὶ κομήτης, ὡς ἐγὼ νήφοντα αὐτὸν σοὶ τὸν Πρίαπον διαχρήσαιμι. ΑΠ. ἀλλ' οὐκ διαχρήσῃ γε ὦ Διόνυσε· ἔχω γὰρ μοῦ τῆς κόμης καὶ τόξα.

## ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΙΑΣ.

## MERCVRII ET MAIÆ. Eraſmo Roterod. interprete.

ΕΣτι γάρ τις ὦ μῆτερ ἐν θεοῖς θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; ΜΑΙ. μὴ λέγε ὦ Ἑρμῆ τοιοῦτον μηδέν. ΕΡ. τί μὴ λέγω, ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω, μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας ἀφαυτόμολος; ἔωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα, σαίρειν δεῖ συμπόσιον· καὶ ἀφαιρώσασθαι τὴν ἐκκλησίαν, εἶτα διατησόμενα ἑκάστα, πρεσβεύειν τῷ Διΐ, καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς πρὸς ἀλλήλους καὶ κάτω καὶ ἄνω ἡμερόδρομον ὄντα. καὶ ἐπὶ μὲν ἐλθόντα ἔτι κεκονιμένον, ἀμβροσίαν τίθεναι τὴν ἀμβροσίαν. πρὶν δὲ τὸν νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ ὁ νέκταρ ἐγὼ διέχεον. ὃ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς καθεύδω μόνος τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ πρεσβεύειν τῷ δικαστηρίῳ. ἀγὼ ἱκανά μοι τὰ τῆς ἡμέρας ἔργα, ἢν παλαίστρας εἴσω, κἂν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττειν, καὶ ῥήτορας διδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συνδιατοπάζειν μεμελετημένον. καίτοι τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα, τὴν ἡμέραν ἑκάτερος ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἅδου εἰσίν ἐμοὶ δ', καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιεῖν ἀναγκαῖον. καὶ ὁ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱὸς, ἐκ γυναικῶν δυσὶν ἀνδράσιν γεγονότε, διαιτῶνται ἀφειμένοι· ὁ δὲ Μαίας τῆς Ἀτλαντος, διαπεπονημένῃ αὐτῆς· καὶ νεῶν ἀρτίως ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος παρὰ τῆς Κάδμου θυγατρὸς, ἐφ' ᾧ πέπομφέ με ὁ πάππος ὅ, τι ποιεῖ ἡ παῖς, μηδὲ ἀναπνεύσαντα, πέπομφεν αὖθις ἐς Ἄργος ἐπισκεψόμενον τὴν Δανάην. εἶτ' ἐκεῖθεν, ἐς Βοιωτίαν φησὶν ἐλθὼν, ἐν παρόδῳ τὴν Ἀντιόπην ἰδέ. καὶ ὅλως, ἀπηώρημαι ἤδη. εἰ γοῦν μοι δυνατὸν ἦν, ἡδέως ἂν ἠξίουν πεποιῆσθαι, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντες. ΜΑΙ. ἐᾷ ταῦτα ὦ τέκνον. χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ, νεανίαν ὄντα. καὶ νῦν ὥσπερ ἐπέμφθης, οὕτω ἐς Ἄργος, εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πλαγὰς βεκδυῶν λάβοις· ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

ESt verò, mater, deus quiſquam in cœlo me miſerior? MA. Caue ne quid iſtiuſmodi dixeris Mercuri. MER. Quid non dicam? qui quidem tantum negotiorum ſolus ſuſtineam; quibus delaſſor, in tã multa miniſteria diſtractus? Nam mane protinus ſurgendum eſt mihi, ſtatimq; verrendum cœnaculum vbi dij compotant. Tum vbi curiam in qua conſultant, vndique ſtrauero, ac ſingula ita vt oportet compoſuero, Ioui neceſſum eſt aſſiſtere, ac perferendis illius mandatis toto die ſurſũ ac deorſum curſitare. inſuper quum redeo, puluerulentus adhuc ambroſiam apponere cogor. Porrò priuſquam nouitius iſte pocillator aduenisſet, ego nectar etiam miniſtrabã. quódque eſt omnium indigniſſimum, ſoli omnium ne noctu quidem agere quietem licet, verùm id quoque tempotis neceſſe habeo defunctorum animas ad Plutonem deducere, maniumq; gregi me ducem præbere, tum autem & tribunalibus aſſiſtere. Neque enim mihi ſufficiebant ſcilicet diurna negotia, dum verſor in palæſtris, dum in cõcionibus præconis vices ago, dum oratores inſtruo: ni hæc quoq; prouincia accedat, vt ſimul etiam vmbrarum res diſponam. Atqui Ledæ filij alternis inter ipſos vicibus apud ſuperos atq; inferos agitant: mihi neceſſe eſt quotidie tum hoc, tum illud pariter agere. deinde duo illi Alcmena ac Semele miſeris prognati mulieribus, otioſi in cõuiuiis accumbũt: at ego Maia Atlantide progenitus, illis miniſtro ſcilicet. Quin nunc quum recẽs Sidone à Cadmi filia reuerſus eſſem (nam ad hanc me legarat viſum quid ageret puella) priuſquã reſpiraſſem, & adhuc anhelũ de via, rurſum ad Argos amãdauit, viſurum quid cum Danaë ageretur. Rurſum inde in Bœotiam profectus, inquit, obiter Antiopam viſito: adeo vt planè iam pariturum me negarim. quod ſi mihi licuiſſet, lubẽs profectò feciſsem id quod ſolẽt ij qui in terris durã ſeruiunt ſeruitutẽ. MA. Miſſa fac iſta gnate: decet enim per omnia morem gerere patri, quũ ſis iuuenis: ac nunc, quò iuſſus es, Argos cõtende, deinde in Bœotiã: ne ſi ceſſaris, fueriſq; lentior, plagas etiam auferas: nã iracundi ſunt qui amãt.

MERCVRIVS.

Cõqueritur miſeriã & labores ſuos immenſos.

*Hi duo Dialogi qui sequuntur, in alijs circa finem posterioris tomi ponuntur: quos nos, quia & ipsi Deorum superiorum sunt, cum superioribus coniungendos putauimus.*

## ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

## IOVIS ET SOLIS, Iacobo Micyllo interprete.

*IVPITER.* QValia feciſti autem, Titanum peſſime? qui quæ in terris ſunt, perdidiſti omnia, adoleſcentulo fatuo ac ſtulto commiſſo curru, qui alia quidem exuſſit, nimis prope terram curſu delatus: alia verò præ frigore corrumpi fecit, longiùs ab ipſis abſtracto igne: & in ſumma, nihil nõ conturbauit & commiſcuit: ac niſi ego animaduerſis iis quæ gerebantur, deturbaſſem ipſum fulmine, nullæ ne reliquiæ quidem hominum mãſiſſent. Talem nobis pulchrum iſtum aurigam atq; rectorẽ currus emiſiſti. SOL. Peccaui, Iupiter, ſed ne offenſior eo fias, ſi credidi puero multa ſupplicanti. Nam vnde vel ſperare potui hoc tantum futurum eſſe malum? IVPIT. An non noras quàm multa opus habebat diligentia negotium hoc, & vt ſi quis etiam modicum excidat à via, pereant protinus omnia? Ignorabas autem etiã equorum vehementiam, vt oporteat vi quadam continere frenum? Si quis enim permittat illis, arrepto eo continuò diuerſi abeunt, quemadmodum videlicet & iſtum tranſuersè abripuerunt, nunc quidem ad læuam, paulo autem pòſt ad dexteram, interdum etiam in contrarium eius quem cœperant curſus, & in ſumma ſurſum ac deorſum, quocũque ipſis libitum fuiſſet. Ille autem ignarus neſciebat quomodo vtendum ipſis eſſet. SOL. Equidem omnia hæc ſciebam, & propterea reſiſtebam quoque aliquandiu, neque illi aurigationem committere volebam. Poſtquam autem impenſiùs obſecrabat lacrymando quoque, & mater Clymene vnà cum ipſo: in currum impoſitum ſubmonui quo pacto oporteret inſiſtere viæ ipſum, quãtum in ſublime agitantem ſurſum ferri, deinde rurſum per decliue deorſum vergere, & vti habenas regere, neque impetum permittere equis deberet. Dixi autem etiam quantum periculum foret ſi non recta via ageret. At ille (puer enim erat) conſcenſo tanto igne, & vaſtæ adeo profunditati ſupernè incumbens, vt conſentaneum eſt, obſtupuit. Equi verò vt ſenſerunt non me eſſe eum qui conſcendiſſet, contempto adoleſcentulo, è via diuerterunt, & hæc tanta mala perpetrarũt.

*De eo quòd Phaëthon currũ Solis perperã ducẽs, punitus ſit.*

A Οἷα πεποίηκας, ὦ Τιτάνων κάκιστε; ἀπολώλεκας τὰ ἐν τῇ γῇ ἅπαντα, μειρακίῳ αἰσθητῷ πίστας θοῦσα ὃ ἅρμα, ὃς τὰ μὲν κατέφλεξε, πρόσγλος ἐνεχθείς, τὰ δὲ ὑπὸ κρύους ἀφεψαρώσα ἐποίησε, πολὺ αὐτῶν ἀποστάσας ὃ πῦρ, καὶ ὅλως οὐδὲν ὅ, τι μὴ ξυνεταράξε, καὶ ξυνέχεε. καὶ εἰ μὴ ἐγὼ ξυνεὶς ὃ γιγνόμενον, κατέβαλον αὐτὸν τῷ κεραυνῷ, οὐδὲ λείψανον ἂν ἀνθρώπων ἐπέμεινεν ἄν, τοιοῦτον ἡμῖν τὸν καλὸν ἡνίοχον καὶ διφρηλάτην σκηπτόμορφας. ΗΛ. ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ, ἀλλὰ μὴ χαλέπαινε, εἰ ἐπείσθην ἁβρῷ πολ-
B λὰ ἱκετεύοντι. πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἠλπίσα τηλικοῦτον γενήσεσθαι κακόν; Ζ. οὐκ ἤδεις, ὅσης ἐδεῖτο ἀκριβείας ὃ τροχός, καὶ ὡς εἰ βραχύ τις σκολιὸν τῆς ὁδοῦ, οἴχεται πάντα; ἠγνόεις δὲ καὶ τὴν ἵππων τὸν θυμόν, ὡς δεῖ στενοχωρεῖν αὐλίσκῃ τὸν χαλινόν; εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἁρπαλίζοισιν ὁδοὺς; ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῦτον ἐξήνεγκαν, ἄρτι μὲν ὅτι τὰ λαιὰ, μετ' ὀλίγον δὲ ὅτι τὰ δεξιὰ, καὶ ἐς ὃ ἐναντίον τοῦ δρόμου, ἐνίοτε καὶ ἄνω ἐς κάτω, ὅλως ἔνθα ἐβούλοντο αὐτοί. ὁ δ' οὐκ εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο αὐτοῖς. ΗΛ.
C ταῦτα μὲν πάντα ἠπιστάμην, καὶ διὰ τοῦτο αὐτεῖχον ὑπὸ πολύ, ἐς οὐκ ὑπέσχετο αὐτῷ τιμὴν ἕλασιν· ἐπεὶ δ' κατελιπαρήσει δακρύων, καὶ ἡ μήτηρ Κλυμένη μετ' αὐτοῦ, ἀναβιβασάμενος ὅτι ὃ ἅρμα, ἐνουθέτουν, ὅπως μὲν χρὴ εὐσκεπέως αὐτὸν, ἐφ' ὁπόσον δ' ἐς ὃ ἄνω ἀφέρτα ἐνέγκειν ἐθέλοιμι, εἶπα ἐς ὃ κατόψει αὐτὸς ὑπανύσῃ, ἐς ὡς ἔχεται τῆς ἡνίας τῷ ἡνίοχον, καὶ μὴ ἐφιέναι τοῦ θυμοῦ τῶν ἵππων. εἶπον δὲ ἐς ἡλίσκος ὁ κίνδυνος, εἰ μὴ ὀρθὸν ἐλαύνοι. ὁ δ' (παῖς γὰρ ἦν) ὑπεδὰς τοσοῦτον πυρὸς, ἐς ὑπερύφας
D ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐξεπλάγη, ὡς ἐικός. οἱ δὲ ἵπποι, ὡς ἠσθάνοντο οὐκ ὄντα ἐμὲ τὸν ὑπεύθυνον, καταφρονήσαντες τοῦ μειρακίου, ἐξετράποντο τῆς ὁδοῦ, καὶ τὰ δεινὰ ταῦτα ἐποίησαν.

ὁ δὲ

ὁ δὲ τὰς ἡνίας ἀφεὶς, οἶμαι, δεδιὼς μὴ ἐκπέσῃ, αὐτὸς εἶχετο τῆς αἴτυγος. ἀλλὰ ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει τὴν δίκην, καὶμοὶ, ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν ὁ πένθος. Ζ. ἱκανὸν λέγεις, οἷαῦτα τολμήσας; νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἔχουσί σοι· ἐς δὲ τὸ λοιπὸν, ἢν τι ὅμοιον ἐργάσῃ, ἢ τινὰ τοιοῦτον σαυτῷ διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα εἴσῃ, ὁπόσον τῷ σῷ πυρὸς ὁ ἐκείνου πυρωδέστερος. ὡς ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ὀπτὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἵνα περ ἔπεσεν ἐκδιφρευθείς, ἠλέκτρην ἐπ' αὐτῷ δακρύσασαι, καὶ αἴγειροι γενέσθωσαν ὀπτὶ τῷ πάθει. σὺ δὲ συμπηξάμενος τὸ ἅρμα (κατέαγε γὰρ καὶ ὁ ῥυμὸς αὐτῷ, καὶ ἄτερος τῶν τροχῶν συντέτριπται) ἔλαυνε, καταλαβὼν τοὺς ἵππους· ἀλλὰ μέμνησο τούτων ἀπάντων.

A Ille autem dimissis habenis, metuens opinor ne excideret ipse, iugum currus apprehendit ac tenuit. Sed & ille iam pœnas suas dedit: & mihi, Iupiter, satis supplicij luctus hic est. IVP. Satis autem, qui talia ausus sis? At nunc quidē veniam tibi tribuo, de cætero autem si quid simile deliqueris, aut talem aliquem successorem tibi emiseris, statim senties quanto igne tuo fulmen nostrum plus ignis habeat. Quare illum quidem sorores ipsius sepulchro tradant iuxta Eridanum, quo loco etiam decidit curru excussus, electrum ipsi illacrymantes, deinde & in B populos conuertantur præ dolore: tu verò compacto curru (fractus enim temo ipsius est, & altera rotarum comminuta) aurigare iunctis denuo equis; ac vide vt memineris horum omnium.

## ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

## APOLLINIS ET MERCVRII. Iacobo Micyllo interprete.

ΕΧῆς μοι εἰπεῖν, ὦ Ἑρμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ ὅστις τούτων, ἢ πότερος ὁ Πολυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διακρίναιμι αὐτούς. ΕΡΜ. ὁ μὲν δὴ ἡμῖν ξυγγενόμενος, ἐκεῖνος Κάστωρ ἐστίν, οὗτος δὲ Πολυδεύκης. ΑΠ. πῶς διαγιγνώσκεις; ὅμοιοι γάρ. ΕΡ. ὅτι οὗτος μέν, ὦ Ἀπολλον, ἔχει ὅτι τῷ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀπαγωνιστῶν πυκτεύων, καὶ μάλιστα, ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Ἀμύκου ἐπλήγη, τοῦ Ἰάσονι συμπλέων· ἄτερος δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφαίνει, ἀλλὰ καθαρός ἐστι, καὶ ἀπαθὴς ὁ πρόσωπον. ΑΠ. ὠνησας, διδάξας τὰ γνωρίσματα· ὅτι τἄλλα πάντα ἴσα, τό τε ὠὸν ὁ ἡμίτομον, καὶ ἀστὴρ ὑπερφαίνω, καὶ ἀκόντιον ἐν τῇ χειρὶ, καὶ ἵππος ἑκατέρῳ λευκός· ὥστε πολλάκις ἐγὼ τὸν μὲν πρόσθεν Κάστορα, Πολυδεύκην ὄντα· τὸν δὲ τοῦ τοῦ Πολυδεύκους ὀνόματι. ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε τι δήποτε οὐκ ἄμφω ξυνίασιν ἡμῖν, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας ἄρτι μὲν νεκρὸς, ἄρτι δὲ θεός ἐστιν ἄτερος αὐτοῖν; ΕΡΜ. ὑπὸ φιλαδελφίας τοῦτο ποιοῦσιν. ἐπεὶ γὰρ ἔδει ἕνα μὲν τεθνάναι τῶν Λήδας υἱέων, ἕνα δὲ ἀθάνατον εἶναι, ἐνείμαντο οὕτως ἀλλήλοις τὴν ἀθανασίαν.

C POtésne mihi dicere, Mercuri, vter APOLLO istorum Castor est, aut vter Pollux? Nam ego quidem non facilè discreuero ipsos. MERC. Ille qui heri conuersatus nobis est, Castor erat: hic autem Pollux est. APOL. Quomodo dignoscis? similes enim sunt. MERC. Quòd hic quidem, Apollo, habet in facie vestigia vulnerum quæ aliquando ab iis accepit quibuscum pugillatu certauit, & maximè quibus à Bebryce Amyci filio vulneratus fuit, quando cum Iasone in Colchum nauigabat. Alter autem nihil tale præ se fert, sed purus est atq; integer facie totus. APOL. D Operæpretium feciſti, qui discrimina quibus internosci queant, docueris me. Nam cætera certè omnia æqualia sunt, oui pars dimidia, & stella supernè imminens, & iaculum in manu, & equus vtrique candidus. Quare sæpe equidem appellaui hunc Castorem, qui Pollux erat: & rursus Castorem, Pollucis nomine. Sed & illud mihi dic, cur non ambo pariter nobiscum versantur, sed ex diuiso, nunc quidem mortuus, nunc autem Deus est alteruter ipsorum? MERC. Fraterno amore hoc faciunt. Nam cùm oporteret alterum ex Ledę filiis mortem obire, alterum autem immortalem esse, diuiserunt ita inter se ipsi immortalitatē.

APOL. Non ſanè prudenti, Mercuri, diuiſione. Siquidem nec aſpicient ſeſe mutuò hoc pacto, quod vel maximè opinor deſiderabant. Aut quomodo enim, cùm alter apud deos, alter apud manes exiſtat? Veruntamen, quemadmodum ego vaticinor, Æſculapius medetur, tu palæſtricã doces, puerorum exercitator optimus, Diana autem obſtetricatur: atque aliorum ſuam quiſque artem habet, vel Diis vel hominibus vtilem: hi verò quid agent nobis? an inertes atque otioſi conuiuabuntur nobiſcum, tam grandes cùm ſint? MER. Haud quaquã: ſed iniunctũ illis eſt, Neptuno vt miniſtrẽt & ſubſeruiãt, & obequitare ipſos oportet pelagus: & ſicubi nautas tẽpeſtate periclitantes aſpexerint, inſidentes nauigio, præſtare incolumes nauigantes. APOL. Bonam Mercuri, & ſalutarem narras artem.

Α ΑΠ. ὑ ξωετλὼ, ὦ Ερμῆ, τλὼ νομίω, εἴτε ὑδὲ ὄ ὄφονται οὕτως ἀλλήλους, ὅπερ ἐπόθουν, οἶμαι, μάλιστα. πῶς γὸ ὁ μὲν παρὰ θεοῖς, ὁ δὲ παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; πλὼ ἀλλὰ, ὥσπερ ἐγὼ μαντεύομαι, ὁ μὲν Ασκληπιὸς ἰᾶται, σὺ δὲ παλαίφν διδάσκφς, παιδοτρίβης ἄριστος ὤν, ἡ δὲ Αρτεμις μαιεύεται, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος ἔχῃ τίνα τέχνω, ἢ θεοῖς ἢ ἀνθρώποις χρησίμω. οὗτοι ὃ τί ποιήσουσιν ἡμῖν, ἢ ἀργοὶ διωχήσονται, τηλικοῦτοι ὄντες; ΕΡ. οὐδαμῶς, ἀλλὰ παρεσκεύασται αὐτοῖν ὑπηρέτφν τῷ Ποσειδῶνι, καὶ καθιππεύφν δεῖ τὸ πέλαγος, καὶ αἴ που ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ὑπερθέντας ὑπὲρ τὸ πλοῖον, σώζφν τοὺς ἐμπλέοντας. ΑΠ. ἀγαθὼ, ὦ Ερμῆ, καὶ σωτήριον λέγῃς τλὼ τέχνω.

Β

---

## ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

## DIALOGI MARINI.

### ARGVMENTVM IN EOSDEM.

*Neque horum dialogorum diuerſa aut alia ratio eſt, quod ad occaſiones & argumenta pertinet, quàm ſuperiorum. Nam & ipſi ex Homericis ac Tragicis fabulis deſumpti ſunt, & eadem elegantia ac feſtiuitate nitent: niſi quòd omnes (quod idem tamen & in ſuperioribus propè ſit) de rebus amatoriis tractant. Vnde illud quoque veriſimile eſt, Lucianum oſtendere voluiſſe, quòd quæcunque ſub hac tota mundi machina mouentur & viuunt, inter cæteros affectus præcipuè Amori obnoxia ſint, ac voluptatem appetant: illúmque adeò generalem quendam omnium tam deorum quàm hominum domitorem eſſe. Quòd autem Deos maximè ex amore deſipere atque inſanire, deinde & voluptatibus deditos eſſe fingit, ex profeſſione ſua facere videtur. Fuit enim, quãquam omnibus Philoſophorum factionibus ex æquo propè infeſtus, ad Epicuream tamen magis quam cæteras inclinatus, qui & voluptatem finem bonorum aſſerebant, & Deorum prouidentiam negabãt. Id quod cùm alibi paſſim, tum in Demonacte, & in Concilio Deorum animaduertere licet.*

### ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΓΑΛΑΤΕΙΑΣ.

### DORIDIS ET GALATEÆ. Eraſmo Roterod. interprete.

DORIS. *De eo quòd Polyphemus animi ſit deformis & fœtidus adamauerit Galateam, & amatus ſit ab ea.*

FORMOSVM amantem, Galatea, nempe Siculum iſtum paſtorem, aiunt amore tui deperire. GAL. A. Ne ride Doris: etenim qualis qualis eſt, Neptuno patre prognatus eſt. DOR. Quid tũ poſtea, ſi vel Ioue ipſo ſit progenitus, quum vſque adeò agreſtis atque hiſpidus appareat, quódque eſt omnium deformiſſimus, vnoculus? An verò credis genus illi quicquã profuturum ad formam?

C ΚΑλὸν ἐραῖ τὼ ὦ Γαλάτεια φαῖ, τὸν Σικελὸν τῦτον ποιμένα ὑπομεμενέναι σοί. ΓΑ. μὴ σκῶπτε Δωρεί· Ποσειδῶνος γὸ υἱός ἐστιν, ὁποῖος αὐτὸς ἦ. ΔΩ. τί οὖν, εἰ καὶ τῦ Διὸς αὐτὸς παῖς ὤν, ἄγριος ὕτω καὶ λάσιος ἐφαίνετο, καὶ ὃ πάντων ἀμορφώτατον, μονόφθαλμος; οἷ δ' ὄφος ὀνῆσαι ἄν τι αὐτὸν πρὸς τλὼ μορφήν;

Γ Α. ἀδὲ ὅλοσον αὐτὸ, καὶ ὡς φὴς ἄγριον, ἀμορφόν ἐστιν. ἀνδρώδες γάρ· ὅ, τε ὀφθαλμὸς ὑπερπίπτει τὸ μετώπου, ὀδὲν ἐνδεέστερον ὀρῶν, ἢ εἰ δύ' ἦσαν. Δ Ω. ἔοικας ὦ Γαλάτεια οὐκ ἐρᾶν, ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον, οἷα ἐπαινῆς αὐτόν. Γ Α. οὐκ ἐρώμενον· ἀγαθὸ πρὸς ὑγίειαν τοῦτο δ' ἔγωγε ὑμῖν. καί μοι δοκεῖτε ὑπὸ φθόνου αὐτὰ ποιεῖν ὅτι ποιμαίνων ποτὲ, ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς παίζουσας ἡμᾶς ἰδὼν ὑπὲρ τὴν ἠϊόνος ἐν τοῖς πρόποσι τῆ Αἴτνης, καθὸ μεταξὺ τῆ ὄρους καὶ τῆ θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνεται, ὑμᾶς μὲν, οὐδὲ προσεβλεψεν· ἐγὼ δ' ἐξ ἀπασῶν ἡ καλλίστη ἔδοξα· ἢ καὶ μόνη ἐμοὶ ἐπέσχε τὸ ὀφθαλμόν. ταῦτα ὑμᾶς αἰτιᾶται. δῆγμα γὰρ ὡς ἀμείνων εἰμὶ, καὶ ἀξιέρασος· ὑμεῖς δ' οὐ πρώφθητε. Δ Ω. εἰ ποιμένι δὲ ἐνδεὴς καλὴ τὶ δοκεῖ ὄψις ἔδοξας, ὅτι φθονος οἵᾳ τετύχηκας; καίτοι τί ἄλλο σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν, ἢ ὃ λευκὸν μόνον; καὶ τοῦτο οἶμαι, ὅτι ξυνήθης ἐστὶ τυρῷ καὶ γάλακτι. πρώτα δὲ τὰ ὅμοια τούτοις ἠγάπας καλά. ἐπεὶ τάχα ἄλλα ὁπότ' ἂν ἐθελήσῃς μαθεῖν, οἷα τυγχάνεις ὄντα τὴ ὄψιν, ἀπὸ πέτρας τινὸς εἰ ποτε γαλήνην εἴη, ὑπερκύψασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἴδε σεαυτὴν οὐδὲν ἄμεινον ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς· οὐκ ἐπαινέσῃ δ' τοῦτο, ἵνα μὴ ὑπερπέπτη αὐτὰ τὸ ἐρύθημα. Γ Α. τὸ μὲν ἐγὼ μηδ' ἢ ἀκρήτως λευκὴ, ὅμως ἐρᾶν καὶ τοῦτον ἔχω· ὑμῶν δ' οὐκ ἔστιν ἥν τινα, ἢ ποιμένα, ἢ ναύτην, ἢ πορθμέα ἐπαινῆς. ὁ δὲ Πολύφημος, πάνυ ἀγαθὸς καὶ μουσικός ἐστι. Δ Ω. σιώπα ὦ Γαλάτεια, ἀκούσας μου αὐτὰ ἄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρῴην ὅτι σε, Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον δή τις οἴεσθαι ἔδοξε. τὸ αὐτὸν δὲ καὶ πικτὶς, οἷα κεραίνιον ἐλάφου γυμνὸν τῆ φρικῶδες τὰ μὲν κέρατα, πήχεις ὡσεὶ ἦσαν. ξυγώσας δ' αὐτὰ, καὶ ἐναλλὰξ τὰ νεῦρα, ὀδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμιγνύετ' ἄμουσόν τι, καὶ ἀπρεπὲς. ἄλλο μὲν αὐτὸς βοᾷν, ἄλλο δ' ἡ λύρα ὑπῆχε. ὥστε οὐδὲ κατέχειν τὸν γέλωτα ἐδυνάμεθα, ὅτι δὴ ἐρωτικῷ ἐκείνῳ ἄσματι. ἡ μὲν γὰρ Ἠχὼ οὐδὲ ἀποκρίνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, ὅτω λάλος οὖσα, συγχόμενον. ἀγανακτοῦντος, εἰ φανείη μιμνυμένη τραχεῖαν ᾠδὴν, καὶ καταγέλαστον. ἔφερε δ' ὁ ἐπέρασος ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀμυριστὸν, ἄρκτου σκύλακα, καὶ ὅλοσον αὐτῷ προσεοικότα.

GAL. Ne isthuc quidem ipsum, quòd hispidus est atq; agrestis, vt tu vocas, illum deformat: quin virile magis est. Porrò oculus media in frõte, decet etiã, quo quidem nihilo segniùs cernit, quã si duo forent. D O R. Videris Galatea nõ amantem habere Polyphemũ, sed illum potiùs adamare: sic eum prædicas. GAL. Equidem haud adamo: sed tamẽ insignem istã vestram insultandi opprobrandiq; petulantiam ferre non queo. Ac mihi nimirũ inuidentia quadam isthuc facere videmini, propterea quòd ille quum fortè aliquando gregẽ pasceret suum, nosq; è littorali specula in littore ludẽtes cerneret in prominentibus Ætnę pedibus, quà videlicet inter montẽ & mare littus sese in longum porrigit, vos ne aspexerit quidẽ: at ego omniũ vna visa sim formosissima, eoq; in vnam me coniecerit oculum. Ea res vos malè habet: nam argumẽtum est me forma præstantiorem esse, ac digniorem quæ amer: vos contrà fastiditas esse. DOR. An istud tibi putas inuidendum videri, si primũ pastori, deinde luscо formosa visa sis? quanquam quid aliud ille potuit in te probare, prẽter candorem? Is illi placet opinor, quòd caseo & lacti assueuerit: proinde quicquid his sit simile, id protinus pulchrũ iudicat. Alioqui vbi libebit scire qua sis facie, de scopulo quopiam in aquã, si quando trãquilla steterit, despectãs, temetipsã contẽplare: videbis aliud nihil nisi perpetuum candorẽ: verũ is quidem nõ probatur, nisi rubor admixtus illi, decus illi iunxerit. GAL. Atqui ego illa immodicè cãdida, tamẽ eiusmodi habeo amantẽ: quum interim è vobis nulla sit, quã vel pastor, vel nauta, vel portitor aliquis miretur: cæterũ Polyphemus (vt alia ne dicã) etiã canendi peritus est. DOR. Tace ô Galatea: audiuimus illum canentẽ, quum nuper pruriret in te: sed ô sancta Venus, asinũ rudere dixisses: nã lyrę corpus simillimũ erat ceruino capiti ossibus renudato: tũ cornua perinde quasi cubiti prominebãt: iis iunctis inductisq; fidibus, quas ne collope quidẽ circũtorquebat, agreste quiddã & absonum cantillabat, quũ aliud interim ipse voce caneret, aliud lyra succineret: ita vt tẽperare nobis nequiuerimus quin rideremus amatoriam illam cantionem. Nam Echo ne respondere quidem illi voluit balanti, quum sit adeò garrula: imò puduisset si visa fuisset stridulum illius & ridiculum cantum imitari. Ad hæc gestabat in vlnis amasius iste delicias suas, vrsi catulum pilis hirtum, ipsi non dissimilem.

Quis autem non inuideat tibi amicum istum Galatea? GAL. Quin tu igitur Dori tuum ipsius amicum nobis commõstra, qui meo sit formosior, quíque doctiùs ac meliùs vel voce canat, vel cithara. DOR. Mihi quidem nullus est amator, neque me hoc nomine iacto, quasi sim vehementer amabilis: veruntamen istiusmodi amicum, qualis est Polyphemus, nempe totus hircum olens, tum crudis victitans carnibus, & hospites, si qui appulerint, deuorans, tibi habeas, eúmque tu mutuum ames.

A τίς οὐκ ἂν φθονήσαι σοι ὦ Γαλάτεια τοιούτου ἐραστοῦ; ΓΑΛ. οὐκοῦν σὺ Δωρὶ δεῖξον ἡμῖν τὸν σεαυτῆς, καλλίω δηλονότι ὄντα, καὶ ᾠδικώτερον, καὶ κιθαρίζειν ἄμεινον ὑπισάμενον. ΔΩ. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς ἔστι μοι, οὐδὲ συμπλάσομαι ἐφ' ᾧ ἐραστὸς εἶναι. τοιοῦτος δὲ, οἷος ὁ Κύκλωψ ὅδε, κινάβρας ἀπόζων ὡσπερ ὁ τράγος, ὠμοφάγος, ὡς φασι, καὶ σιτούμενος τοὺς ὑποδημοῦντας τῶν ξένων, σοὶ γένοιτο, καὶ σὺ αὐτερῶς αὐτόν.

## ΚΥΚΛΩΠΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

## CYCLOPIS ET NEPTVNI. Iac. Micyl. interprete.

CYCLOPS. O Pater, qualia passus sum ab execrabili isto hospite, qui me inebriatum excæcauit, somno grauatũ aggressus. NEP. Quis verò est qui isthęc facere ausus fuit, Polypheme? CYC. Principiò quidem seipsum Neminem vocabat: postquam autem effugit, atque extra tela, vt dicitur, fuit, Vlyssem nominari se aiebat. NEP. Noui quem dicis, Ithacensem illum: ex Ilio autem nauigabat. Sed quo pacto hæc peregit, cùm alioquin non ita audax atque animosus sit? CYC. Deprehendi in antro, è pascuis domum reuersus, multos quosdam, insidiantes videlicet pecuariis. Posteaquam autem apposui foribus operculum, (saxum autem quoddam mihi est perquam magnum) atque ignem resuscitaui, accensa arbore quam de monte mecum ferebam, visi sunt abscondere sese parare. Ego verò comprehensis ipsorum quibusdam, vt par erat, deuoraui, vt qui prædones essent. Hîc igitur versutissimus ille, siue Nemo, siue Vlysses fuit, dat mihi bibere, infuso quodam veneno, dulci illo quidem, & fragranti, cæterùm ad insidias struẽdas præsentissimo, & maximè turbulento: nam statim omnia videbantur mihi posteaquam bibissem, circumagitari, & antrum ipsum inuertebatur, & prorsum apud me ampliùs ipse non eram: postremò autẽ somno correptus iacui. Ille verò ex acuto veste, eodemq; igne succenso insuper, etiam excæcauit me dormientem: & ex eo iam tempore cæcus tibi sum Neptune. NEP. Vt altè nimis dormiisti, fili, qui non interea exilueris, cùm excæcareris! Vlysses igitur ille quo pacto effugit? Non enim, sat scio, potuit dimouere saxum à foribus.

Vlysses Polyphemum excæcauit.

B Ὦ πάτερ, οἷα πέπονθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ξένου· ὃς μεθύσας, ἐξετύφλωσέ με, κοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας. ΠΟ. τίς δὲ ὁ ταῦτα τολμήσας ὦ Πολύφημε; ΚΥ. Ὁ μὲν πρῶτον, Οὖτιν ἑαυτὸν ἀπεκάλει. ἐπεὶ δὲ διέφυγε, καὶ ἔξω ἦν βέλους, Ὀδυσσεὺς ὀνομάζεσθαι ἔφη. ΠΟ. οἶδα ὃν λέγεις, τὸν Ἰθακήσιον· ἐξ Ἰλίου δ' ἀπέπλει. ἀλλὰ πῶς ταῦτ' ἔπραξεν, οὐδὲ πάνυ θαρσαλέος ὤν; ΚΥ. κατέλαβον αὐτὸν ἐν τῷ ἄντρῳ, ἀπὸ τῆς νομῆς ἀναστρέψας, πολλούς τινας, ὑποβουλεύοντας δηλονότι τοῖς κτήνεσιν. ἐπεὶ δὲ ἔθηκα τῇ

C θύρᾳ τὸ πῶμα (πέτρα δέ ἐστι μοι παμμεγέθης) καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαυσα, ἀναυσάμενος ὃ ἔφερον δένδρον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐφάνησάν μοι ἀποκρύπτειν αὐτοῖς πειρώμενοι. ἐγὼ δὲ συλλαβὼν αὐτῶν τινας, ὡσπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστὰς ὄντας. ἐνταῦθα ὁ πανουργότατος ἐκεῖνος, εἴτε Οὖτις, εἴτε Ὀδυσσεύς ἐστιν, δίδωσί μοι πιεῖν φαρμάκου τινὸς ἐγχέας, ἡδὺ μέν, καὶ θύοσμον, ὑποβολιώτατον δέ, καὶ παραχωδέστατον· ἅπαντα γὰρ θύρᾳ ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι πάντα, καὶ τὸ

D σπήλαιον αὐτὸ ἀνεστρέφετο, καὶ οὐκ ἔτι ὅλως ἐμαυτοῦ ἦμεν· τέλος δ' ἐς ὕπνον κατεσκάθιζον. ὁ δὲ, ἀποξύσας τὸν μοχλόν, καὶ πυρώσας γε, παρεστὰς ἐτύφλωσέ με καθεύδοντα. καὶ ἀπ' ἐκείνου τυφλός εἰμί σοι ὦ Πόσειδον. ΠΟ. ὡς βαθὺν ἔκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μεταξὺ τυφλούμενος. ὁδὶ δ' οἶμαι Ὀδυσσεὺς πῶς διέφυγε; οὐ γὰρ δὴ δύο οἶδ' ὅτι ἐδυνήθη ἀποκινῆσαι τὴν πέτραν ἀπὸ τῆς θύρας.

ΚΥ. Ἀλλ' ἐγὼ ἀφῆλθον, ὡς μᾶλλον αὐτὸν λάθοιμι ἐξιόντα· καθίσας τοίνυν τὴν θύραν, ἐθήρων τὰς χεῖρας ἐκπετάσας, μόνα προϊεὶς τὰ πρόβατα ἐς τὴν νομήν, ἐντελάμβανος ὡς χρεών· ὁπόσα ἐλεῖν παρῆν αὐτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ. ΠΟ. μανθάνω τὸν ἐκείνοις, ὅτι τε ἔλαθεν τὸν ἐξελθών σε, μηδὲ τοὺς μῆλά τε Κύκλωπας ἔδῃ ὀπίσω ὁρμήσαντας ἐπ' αὐτόν. ΚΥ. συνεκάλεσα ὦ πάτερ, καὶ ἦλθον. ἐπεὶ δ' ἤρετο τὸ ὄνομα, κἀγὼ ἔφην ὅτι ΟΥΤΙΣ ἐστί, μεγαλοφώνως οἰηθέντες με, ὤχοντο ἀπιόντες. οὕτω κατεσοφίσατό με ὁ καταράτος τῷ ὀνόματι. καὶ ὃ μάλιστα ἡνίασέ με, ὅτι καὶ ὀνήσιμόν μοι τὸν συμφορᾶν, οὐδ' ὁ πατὴρ φησὶν ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε. Π. θάρσει ὦ τέκνον, ἀμυνῶμαι γὰρ αὐτὸν, ὡς μάθῃ ὅτι εἰ καὶ πήρωσέ μοι ὀφθαλμοῦ ἰᾶσθαι ἀδυνατον, τά γε ἐμὰ τῶν πλεόντων, ὃ σώζειν αὖθις καὶ ἀπολλύναι ἐπ' ἐμοὶ πέφυκεν. πλεῖ δὲ ἔτι.

A CYC. At ego amoui ipsũ, quò faciliùs illũ comprehenderem inter egrediendũ. Ac collocato me ipso ad fores, extentis manibus venabar, solis dimissis in pascua ouibus, & arieti negotio dato, quęnam ipsũ agere pro me oporteret. NEP. Intelligo rẽ. Sub illis latuit te, clã sẽ subducẽs, at cęteros certè Cyclopas cõueniebat te inuocare cõtra ipsum. CYC. Conuocaui illos, pater, atq; etiam venerunt: sed postquam me interrogassent insidiatoris nomen, atque ego dicerem Neminem esse: insanire me arbitrati, relicto me iterum B discesserunt. Ita imposuit mihi execrabilis ille, nomine. Et quod omnium maximè mihi ægrè fuit, contumeliosè obiecta mihi clade hac, Ne pater quidẽ Neptunus, inquit, leuabit te hoc malo. NEPTV. Confide fili: vlciscar enim ipsum, vt sentiat, etiamsi cæcitatem oculorum mederi non queam, nauigantes certè tamen seruare vel perdere, penes me esse: nauigat autem adhuc.

## ΑΛΦΕΙΟΥ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

## ALPHEI ET NEPTVNI. Iacobo Micyllo interprete.

ΤΙ τοῦτο ὦ Ἀλφειέ, μόνος τῶν ἄλλων ἐμπεσὼν εἰς τὸ πέλαγος, ὅτε ἀναμίγνυσαι τῇ ἅλμῃ, ὡς ἔθος πᾶσι ποταμοῖς ἅπασιν, ὅτε ἀναπαύῃ σεαυτὸν ἐξερχόμενος, ἀλλὰ διὰ τῆς θαλάττης ξυνέχεις, καὶ γλυκὺ φυλάττων ὑέεθον, ἀμιγὴς ἔτι καὶ καθαρὸς ἐπείγῃ; οὐκ οἶδ' ὅπου βύθιος εἶ δῆτα, καθάπερ οἱ λάφυροι καὶ ἐρωδιοί, καὶ ἔοικας ἀνακύψειν που, καὶ αὖθις ἀναφανεῖν σεαυτόν. ΑΛ. ἐρωτικόν τι τὸ πρᾶγμά ἐστιν ὦ Ποσειδον, ὥστε μὴ ἔλεγχε. ἠράσθης δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις. ΠΟ. γυναικὸς ὦ Ἀλφειέ, ἢ νύμφης ἐρᾷς, ἢ καὶ τῶν Νηρηίδων αὐτῶν μιᾶς; ΑΛ. οὐκ· ἀλλὰ πηγῆς ὦ Ποσειδον. Π. ἡ δὲ, ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥᾳ; ΑΛ. νησιωτίς ἐστι Σικελική· Ἀρέθουσαν αὐτὴν καλοῦσιν. ΠΟ. οἶδα οὐκ ἄμορφον ὦ Ἀλφειέ τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ὑπερφέρεται ταῖς ψηφίσιν, ὅλον οἷον αὐτῶν φαινόμενον ἀργυροειδές. ΑΛ. ὡς δηθῶς οἶδα τὴν πηγὴν ὦ Ποσειδον· πρὸς ἐκείνης γὰρ ἀφῖγμαι. ΠΟ. ἀλλ' ἄπιθι μόνος, καὶ εὐτύχει ἐν ᾧ ἔρωτι. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ, ποῦ τὴν Ἀρέθουσαν εἶδες, αὐτὸς μὲν, Ἀρκὰς ὤν, ἡ δὲ, ἐν Συρακούσαις ἐστίν;

C QVid hoc, Alphee, quòd tu solus aliorum in mare delapsus, neq; cum salsugine misceris, perinde vt solent cætera flumina omnia: neq; cohibes teipsũ aquis diffusis, sed per mare velut concretus, ac dulci custodito fluore, incorruptus etiã & purus cursu laberis? nescio quò locorũ in profundum teipso, quemadmodũ gauiæ atq; ardeę faciunt, submerso: ac videris rursum emergere quoq; alibi, & teipsum iterũ spectãdum exhibere. ALPH. Amatoria quędam res hæc est, Neptune: quamobrem ne mihi vitio vertas. Amasti autem & ipse sæpenumero. NEP. Mulierémne, Alphee, an nympham amas, an D etiam Nereidum ipsarum vnam aliquã? ALP. Non, verùm fontem Neptune quendam. NEP. Vbi igitur terrarum ille manat? ALP. Insularis est, in Sicilia, Arethusam ipsum vocant. NEP. Scio: non deformẽ sanè, Alphee, Arethusam amas: sed & liquidus fons ille est, & per purum scaturiendo ebullit: atq; ipsi aquę etiã caleuli gratiã addunt, supra quos tota ea velut argẽtea apparet. ALP. Vt verè nosti fontẽ hunc, Neptune! ad illũ igitur abeo nũc. NEP. Sed abi quidẽ, & feliciter vtere amore. illud autẽ mihi dic, vbi tu Arethusam conspicatus es, Arcas ipse cũ sis, fons autem ille in Syracusis manet?

ALP. Properâtem me horaris Neptune, curiosè nimis interrogando. NEP. Probè dicis. Abi igitur ad âmatum, ac emergens iterum è mari, eodem alueo cum fonte illo miscearis, & in vnam aquam redigamini.

Α ΑΛ. ἐπειγόμενόν με κατέχεις ὦ Ποσείδον, περίεργα ἐρωτῶν. ΠΟ. ἀλλὰ λέγε. χώρᾳ παρὰ τὸν ἀγαπωμένων· καὶ αὖθις ἀπὸ τῆς θαλάττης, ξυναυλίᾳ μίγνυσο τῇ πηγῇ, καὶ ἓν ὕδωρ γίνεσθε.

## MENELAOY KAI ΠΡΩΤΕΩΣ.

## MENELAI ET PROTEI. Eodem interprete.

MENELAVS. AT in aquam conuerti te Proteu, incredibile adeò non est, marinus vtique cùm sis: etiam arborem fieri, tolerabile: præterea & in leonem aliquando muteris licèt, tamen neque hoc supra fidem est. Quòd si autem & ignem fieri te possibile est, cùm in mari habites, hoc omnino miror, neque adducor vt credã. PRO. Ne mireris Menelaë. fieri enim soleo. MEN. Vidi equidem ipse: verùntamen videris mihi (dicetur enim hîc apud te) præstigias quasdam adhibere rei, atque intuentium oculos decipere: cùm interim ipse nihil tale fias. PROT. Et quænam adeo deceptio in rebus sic manifestis fieri queat? An non apertis oculis vidisti in quàm multa ipse me transformauerim? Quòd si verò non credis, & res hæc tibi falsa videtur, nempe apparentia quædam inanis ante oculos obuersans, posteaquam ignis factus fuero, applica mihi heus generose tu manum: nimirum senties, videárne tantùm ignis, an & vrendi vim habeam. MEN. Periculosum est experimentum hoc Proteu. PROT. At tu Menelaë videris mihi neque Polypum vidisse vnquam, neque etiam quid pisci huic accidere soleat, scire. MEN. Verùm Polypum ipsum quidem vidi: quæ verò accidant illi, libẽter ex te cognouerim. PRO. Cuicunq; saxo accedens acetabula sua applicuerit, atque affixus inhæserit cirramentis, illi seipsum similem efficit, mutatq; colorẽ, imitando saxum, quòd videlicet lateat piscatores, nihil ab illo varians, neque ob hoc manifestè apparens, sed omnino saxum referens. MEN. Ferunt hæc: sed tuum hoc multo magis omnem opinionem excedit Proteu. PRO. Nescio Menelaë cuinam alteri facilè credas, qui tuis ipsius oculis non credas. MEN. Videns equidem vidi, sed tamen res ipsa monstro similis est, eundem videlicet, ignem atque aquam fieri.

Β Ἀλλὰ ὕδωρ μέν σε γίνεσθαι ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἁλιόν γε ὄντα, καὶ δένδρον ἐπὶ φορητόν· καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως. Εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν σὲ τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ. ΠΡ. μὴ θαυμάσῃς ὦ Μενέλαε. γίγνομαι γάρ. ΜΕ. εἶδον ἐγὼ αὐτός. ἀλλά μοι δοκεῖς, (εἰρήσεται γὰρ πρὸς σέ) γοητείαν τινὰ παρασκευὴν τῷ σχήματι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐξαπατᾶν τῶν ὁρώντων, αὐτὸς οὐδὲν τοιοῦτο γιγνόμενος. ΠΡ. C τίς δὲ ἡ ἀπάτη ὅτι τῶν ὄντων σαφῶν γίγνοιτο; οὐκ ἀνεῳγμένοις πρὸς ὀφθαλμοῖς εἶδες ἐς ὅσα μετεποίησα ἐμαυτόν; εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἐγὼ τὸ σχῆμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ, φαντασία τις περὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἰσταμένη, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, προσενεχέτω μοι ὦ γενναιότατε τὴν χεῖρα. εἴσῃ γὰρ εἰ ὁρώμενόν μόνον, ἢ καὶ θερμὸν τότε μοι παρέξειν. ΜΕ. οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. σὺ δέ μοι Μενέλαε δοκεῖς οὐδὲ Πολύπουν ἑωρακέναι πώποτε, ὑφ' ὃ πάσχει ὁ ἰχθὺς οὗτος εἰδέναι. ΜΕ. ἀλλὰ τὸν μὲν Πολύπουν εἶδον, ἃ πάσχει δὲ ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ. D ΠΡ. ὁπόταν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τοὺς κοτύλας, καὶ προσφυὴς ἔχῃ καὶ τοῖς πλεκτάνας, ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτόν, καὶ μεταβάλλει τὴν χρόαν, μιμούμενος τὴν πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τοὺς ἁλιέας, μὴ διαλλάττων, μηδὲ φανερὸς ὢν διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἐοικὼς τῷ λίθῳ. ΜΕ. φασὶ ταῦτα· ὃ δὲ σὺ πολλῷ παραδοξότερον ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. οὐκ οἶδα ὦ Μενέλαε, τίνι δὴ ἄλλῳ πιστεύσας, τοῖς σαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν; ΜΕ. ἰδών, εἶδον. ἀλλὰ τὸ σχῆμα πεφάσιον, τὸν αὐτὸν, πῦρ ἐγὼ ὕδωρ γίγνεσθαι.

## ΠΑΝΟΠΗΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΗΣ.

## PANOPES ET GALENES. Iacobo Micyllo interprete.

Εἶδες ὦ Γαλήνη χθὲς οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις πρὸς τὸ δεῖπνον ἐν Θεσσαλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον; Γ Α. ἀ ξυμφιλιώμεθα ὑμῖν ἔγωγε. ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με ὦ Πανόπη ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος. τί δ' οὖν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα; Π Α. ἡ Θέτις καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεσαν ἐς τὸν θάλαμον, ἅτε τῆς Ἀμφιτρίτης καὶ τοῦ Ποσειδῶνος πρὸς παρεμφθέντες. ἡ Ἔρις δ' ἐν τοσούτῳ λαθοῦσα πολλοὺς, ἐδωρήθη δὲ ῥᾳδίως, τοῖς μὲν, πινόντων, ἐπίοντι δ' ἐν χρυσοῦν τινὰ, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι, ἢ ταῖς Μούσαις ἀδούσαις, προσεχόντων τὸν νοῦν, ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι πάγκαλον, χρυσοῦν ὅλον ὦ Γαλήνη. ἐπεγέγραπτο δ', Η ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ. κυλινδουμένου δὲ τοῦτο ὥσπερ ὀξεπίπτοδες, ἦκε ἔνθα Ἥρα τε, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο. καπειδὴ ὁ Ἑρμῆς ἀπελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα, αἱ μὲν Νηρηίδες ἡμεῖς ἀπεσιωπήσαμεν. τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, ἐκείνων παρουσῶν; αἱ δὲ αὐτεποιοῦντο ἑκάστη καὶ αὐτὴ εἶναι τὸ μῆλον ἠξίουν. καὶ εἰ μή γε ὁ Ζεὺς διέκρινεν αὐτὸς, καὶ ἄχρι νῦν παρεῖχόμεν τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἐκεῖνος αὐτὸς μὲν, ἃ κελεύει φησὶ περὶ τούτου (καίτοι ἐκείνας αὐτὸν δικάσαι ἠξίουν) ἀπίτε δὲ ἐς τὴν Ἴδην πρὸς τὸν Πριάμου παῖδα· ὃς οἶδέ τε διαγνῶναι τὸ καλλίονα, φιλόκαλος ὤν, καὶ οὐκ ἂν ἐκεῖνος κρίναι κακῶς. Γ Α. τί οὖν αἱ θεαὶ ὦ Πανόπη; Π Α. τὴμερὸν οἴμωγὴ ἀπίασι πρὸς τὴν Ἴδην. Γ Α. καί τις ἥξει μετ' μικρὸν ἀπαγγέλων ἡμῖν τὴν κατάστασιν; Π Α. ἤδη σοι φημὶ, οὐκ ἄλλη κρατήσει, τῆς Ἀφροδίτης ἀγωνιζομένης, ὡς μή τι πάθοι ὁ διαιτητὴς ἀμβλυώπης.

VIdistine, Galene, heri, qualia fecit Eris ad cœnam in Thessalia, propterea quòd non & ipsa vocata fuerat ad conuiuium? G A L. Haud conuiuata equidem vobiscum tum fui: nam me Neptunus iusserat tranquillum interea, Panope, seruare pelagus. Sed quid fecit Eris, cùm præsens non adesset? P A N. Thetis ac Peleus concesserant intrò in thalamum, deducentibus ipsos Amphitrite ac Neptuno. Interea autem Eris, clam cæteris omnibus (id quod facile illi tum fuit, aliis bibentibus, quibusdam autem applaudentibus vel Apollini citharam personanti, vel Musis ore modulantibus adhibendo animum) proiecit in cõuiuium pomum quoddam admodum pulchrum, atq; aureũ, Galene, totum. Inscriptum autem erat his verbis: FORMOSA ACCIPIAT. Dũ igitur volutatur hoc, tanquam ex composito iactum pertiehit eò loci, vbi Iuno & Venus & Minerua accumbebant. Deinde vbi Mercurius sublato illo legit ea quibus illud inscriptũ erat: nos quidem Nereides cum silentiò sedebamus: (quid enim agendum erat illis præsentibus?) illæ verò inter se cõtendebant, ac quælibet suum illud esse volebat. Et nisi Iupiter se ipsum interposuisset, etiam ad manus vsque res hęc processisset. Verùm ille, Ipse quidem, inquit, nõ feram iudiciũ de hoc (tametsi illæ ipsum iudicare vellent) sed in Idam ad Priami filium abite, qui & discernere nouit quęnam formosior sit, vtpote elegantiæ studiosus & ipse: & non facilè, talis cùm sit, iudicauerit malè. G A L E. Quid igitur ad hæc Deæ illę, Panope? P A N. Hodie, arbitror, in Idam abeunt. G A L. Et quis veniet paulo pòst qui nobis renunciet eam quæ vicerit? P A N. At iam nunc tibi affirmo, quòd nulla alia vincet veniente in certamen Venere, nisi arbiter ipse omnino cæcutiat.

## ΤΡΙΤΩΝΟΣ, ΑΜΥΜΩΝΗΣ, ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

## TRITONIS, AMYMONES, ET NEPTVNI. Eodem interprete.

Ἐπὶ τὴν Λέρναν ὦ Πόσειδον πρὸς ἑκάστην ἡμέραν ὑδρευσομένη καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑδρευσομένη πρὸ-

AD Lernam, Neptune, quotidie venit aquatum virgo, pulchra omni-

no ſpecies. Haud equidem ſcio formoſiorem vllam puellam vidiſſe me. NEP. Liberám ne dicis, Triton, an verò ſerua quæpiam eſt, quæ aquam ferre ſolet? TRI. Minimè verò, ſed Danai illius filia, vna ex quinquaginta iſtis etiam ipſa eſt, Amymone nomine. Interrogaui enim & quæ vocaretur, & genus ipſius. Danaus autem duriter admodum educat filias, & opus manu facere ipſas docet, & ad aquam hauriendam mittit, & ad alias res agendas inſtituit, impigræ ipſę vt ſint. NEP. Soláne autem venire ſolet longã adeo viam ex Argis ad Lernã vſque? TRIT. Sola: nam ſiticuloſum ipſum Argos eſt, vt noſti: quare neceſſe eſt ſemper aquatum venire illam. NEP. Non mediocriter affeciſti me animo, ô Triton, qui mihi hæc de puella narraris. Quare eamus ad ipſam. TRIT. Eamus. iam enim tempus quoque eſt cùm aquatum ire ſolet. Ac prope mediam circa viam alicubi eſt petendo Lernam. NEP. Proinde currum iunge, vel, an hoc longiorem rebus moram iniiciet, ſubmittere equos iugo, & currum apparare? Tu verò potiùs delphinem mihi aliquem ex velocibus illis huc ſiſte: inequitãdo enim illi quàm celerrimè prouehar. TRI. Ecce tibi hunc delphinum omnium velociſſimum. NEP. Probè ſanè. prouehamur igitur. Tu verò iuxta natando conſequere me, Triton. Ac poſteaquam ad Lernam iam aduenimus; ego quidem hîc in inſidiis ero; tu autem ſpeculando obſerua quando illam accedentem ſentias. TRIT. Eccam tibi, propè eſt. NEP. Formoſa, Triton, & in ipſo ætatis flore puella hæc: ſed comprehendenda nobis eſt. AMY. Heus homo, quò me hinc correptam abducis? plagiarius quiſpiam es, ac videris ab Ægypto patruo noſtro ablegatus eſſe! quare clamando patrem vocabo. TRIT. Tace Amymone, Neptunus hic eſt. AMY. Quid Neptunum mihi narras? Cur mihi ô homo vim facis, atque hinc in mare abſtrahis? Ego verò ſuffocabor miſera, ſubmerſa aquis. NEP. Bono animo ſis: nihil graue patiaris faciam: ſed & fontem cognominem tibi emanare hîc ſinam, percuſſo tridente ſaxo hoc iuxta æſtuarium, & tu ipſa felix atq; beata eris, ac ſola ſororum obita morte aquam non geſtabis.

A γένος, πάγκαλόν τι χρῆμα, οὐκ οἶδα ἐγωγε καλλίω παῖδα ἰδών. ΠΟ. ἐλευθέραν τινὰ ὦ Τρίτων λέγεις, ἢ θεράπαινά τις ὑδροφόρος ἐστίν. ΤΡ. ἄμφω. ἀλλὰ τῦ Δαναοῦ ἐκείνου θυγάτηρ, μία τῶν πεντήκοντα καὶ αὐτή, Ἀμυμώνη τοὔνομα. ἐπυθόμην γὰρ ἥτις καλοῖτο, καὶ τὸ γένος. ὁ Δαναὸς δὲ σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει, καὶ πέμπει ὕδωρ τε ἀρυσομένας, καὶ πρὸς τἆλλα, παιδιᾷ ἀσκήσεις εἰ) αὐτάς. ΠΟΣ. μόνη δὲ πορεύεται μακρὰν οὕτω τὴν ὁδὸν ἐξ Ἄργους ἐς Λέρναν; ΤΡ. μόνη. πολυδίψιον δὲ τὸ Ἄργος ὡς οἶσθα· ὥστε ἀναίσχη ἀεὶ ὑδροφορεῖν. ΠΟ. ὦ Τρίτων, ὡς μετεώρως με διεπέρασας εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδός· ὥστε ἴωμεν ἐπ' αὐτήν. ΤΡ. ἴωμεν· ἤδη γὰρ καιρὸς τῆς ὑδροφορίας. καὶ σχεδόν που χῦ μέσην τὴν ὁδὸν ἐστὶν ἰοῦσα ἐς τὴν Λέρναν. ΠΟΣ. σὺ μὲν ζῦγνυε τὸ ἅρμα· ἢ τοῦτο μὲν πολλὴν ἔχει τὴν ὄκνησιν ἡμῖν ἐπάγειν τοὺς ἵππους τῇ ζυγλῃ, καὶ τὸ ἅρμα ὑποσκευάζειν; σὺ δὲ ἄλλα δελφῖνά μοι τινὰ τῶν ὠκέων παράσχησον· ἐφιππάσομαι γὰρ ἐπ' αὐτοῦ πάλιν. ΤΡ. ἰδού σοι ἅπασι ὁ δελφίνων ὠκύπατος. ΠΟΣ. ἄγε ἀπελαύνωμεν. σὺ δὲ παρανήχου ὦ Τρίτων. καὶπειδὴ πάρεσμεν ἐς τὴν Λέρναν, ἐγὼ μὲν λοχήσω ἐνταῦθά που, σύ δ' ἀποσκόπει ὁπότ' ἂν αἰσθῇ παρεισιοῦσαν αὐτήν. ΤΡ. αὕτη σοι πλησίον. ΠΟ. καλὴ ὦ Τρίτων καὶ ὡραία παρθένος· ἀλλὰ συλληπτέα ἡμῖν ἐστίν. ΑΜΥ. αἰθέρα, ποῖ με ξυναρπάσας ἄγῃς; αἰθραποδίστης εἶ, καὶ ἔοικας ἡμῖν ἀπ' Αἰγύπτου τῦ θείου ἀπεπεμφθῆναι ὥστε βοήσομαί τὸν πατέρα. ΤΡ. σιώπησον ὦ Ἀμυμώνη, Ποσειδῶν ἐστί. ΑΜΥ. τί Ποσειδῶν λέγεις; τί βιάζῃ με ὦ αἰθέρα, καὶ ἐς τὴν θάλατταν καθέλκεις; ἐγὼ δὲ ἀποπνιγήσομαι ἢ ἀθλία καταδῦσα. ΠΟ. θάρρει, οὐδὲν δεινὸν πάθῃς, ἀλλὰ καὶ πηγὴν ἐπώνυμόν σοι ἀναδοθῆναι ἐάσω ἐνταῦθα, παπάξας τῇ τριαίνῃ τὴν πέτραν πλησίον τῦ κλύσματος. καὶ σὺ εὐδαίμων ἔσῃ, καὶ μόνη τῶν ἀδελφῶν οὐχ ὑδροφορήσεις ἀποθανοῦσα.

## ΝΟΤΟΥ ΚΑΙ ΖΕΦΥΡΟΥ.

## NOTI ET ZEPHYRI. Iacobo Micyllo interprete.

ΤΑὐτὴν ὦ Ζέφυρε τὴν δαμάλιν, ἣν ἀφ' ἁλὸς τῦ πελάγους ἐς Αἴγυπτον ὁ Ἑρμῆς ἄγει, ὁ Ζεὺς διεχρήσατο ἀλοὺς ἔρωτι; ΖΕ. ναὶ ὦ Νότε· ἀ δαμάλις οὐ τότε, ἀλλὰ παῖς ἦν τῦ ποταμοῦ Ἰνάχου. νῦν δὲ ἡ Ἥρα τοιαύτην ἐποίησεν αὐτὴν ζηλοτυπήσασα, ὅτι καὶ πρώην ἑώρα ἐρῶντα τὸν Δία. ΝΟ. νῦν οὖν ἔτι ἐρᾷ τῆς βοός; ΖΕ. καὶ μάλα. καὶ ἀφ' τῦτο εἰς Αἴγυπτον αὐτὴν ἔπεμψε· καὶ ἡμῖν προσέταξε μὴ κυμαίνειν τὴν θάλατταν, ἕως ἂν ἀποτέκῃ σαφῶς. κύει δὲ ἤδη· θεὸς γοῦν καὶ αὐτή, ἐκ Διός τε οὖσα. ΝΟ. ἡ δάμαλις θεός; ΖΕ. καὶ μάλα ὦ Νότε. ἀρτίως τε, ὁ Ἑρμῆς ἔφη, τῶν πλεόντων, καὶ ἡμῶν ἔσεσθαι δέσποινα, ὃν τινα αὐτῶν ἐθέλῃ ἐκπέμψαι, ἢ κωλύσαι ἐκπνεῦσαι. ΝΟ. θεραπευτέα τοίνυν ὦ Ζέφυρε, ἤδη δεσποινά γε οὖσα· νὴ Δία δυσχερὲς γάρ ἂν γοῦν εἴη. ΖΕ. ἀλλ' ἤδη γὰρ διεπέρασε, καὶ ἐξῆλθεν ἐς τὴν γῆν. ὁρᾷς ὅπως οὐκέτι μόνον τετραποδιστὶ βαδίζει, ἀνορθώσας δ' αὐτὴν ὁ Ἑρμῆς, γυναῖκα παγκάλλω αὖθις ἐποίησε; ΝΟ. παράδοξα γοῦν ταῦτα ὦ Ζέφυρε. οὐκ ἔτι τὰ κέρατα, οὐδὲ οὐρά, καὶ διχηλὰ τὰ σκέλη, ἀλλ' ἐπέραστος κόρη. ὁ μόνος τοι Ἑρμῆς τί παθών, μεταβέβληκεν ἑαυτόν, καὶ αὖτε νεανίου, κυνοπροσώπου γεγένηται; ΖΕ. μὴ πολυπραγμονῶμεν, ὅτε ἄμεινον οὐκ ἦν οὕτως οὐδὲ τὰ πρακτέα.

NVm hanc, Zephyre, iuuẽcam, quam per mare in Aegyptum Mercurius ducit, Iupiter amore captus vitiauit? ZEPH. Hanc ipsam, Note: sed iuuenca tum non erat, sed puella, Inachi fluuij filia. Nunc autem Iuno talem ipsam effigiauit, æmulatione amoris commota, propterea quòd videbat Iouem illam prorsus deperire. NOT. Proinde etiam nunc bouem illam amat? ZEPH. Atque admodum: & propterea in Aegyptum ipsam misit, nobísque edixit ne conturbaremus mare, donec illa transnatasset, vt quæ illic paritura sit: fert autem vterum modò, Deúsque fiet cùm ipsa, tum quod ex ea partum erit. NOT. An iuuenca Deus? ZEPH. Atque admodum, Note, imperabitq; (inquit Mercurius) nauigantibus, ac nostra erit domina, vt quẽcunque nostrum volet, emittat vel prohibeat spirare. NOT. Colenda igitur obseruandaq; nobis erit, Zephyre, iam domina certè cùm sit: nam per Iouem, beneuolentior eo pacto nobis erit. ZEPH. Sedenim iam traiecit, & in terrã enatauit. Vides vt nõ ampliùs quadrupes incedat, sed erectam ipsam Mercurius denuo mulierem formosam prorsus reddidit? NOTVS. Mira nimirum hæc Zephyre: nusquã ampliùs neque cornua illius, neque cauda, neque tibiæ bifidæ, sed amabilis puella est. Cæterùm Mercurio quidnam accidit, qui seipsum mutauit, & ex adolescente factus est quispiam caninam faciem præ se ferens? ZEPH. Ne curiosiùs persequamur ista, quandoquidem meliùs ille quæ facienda sint, nouit.

*NOTVS.*

*Io in vitulam.*

## ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΕΛΦΙΝΩΝ.

## NEPTVNI ET DELPHINVM. Iacobo Micyllo interprete.

ΕΥγε ὦ Δελφῖνες, ὅτι ἀεὶ φιλάνθρωποί ἐστε· καὶ πάλαι μὲν ὅτε Ἰνὼς παιδίον ὂν τὸν Ἰσθμὸν ἐκομίσατε, ὑποδεξάμενοι ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν μετ' αὐτῆς μητρὸς ἐμπεσόν· καὶ νῦν σὺ τὸν κιθαρῳδὸν τῦτον τὸν ἐκ Μηθύμνης ἀναλαβών, ἐξενήξω ἐς Ταίναρον αὐτῷ σὺν κιθάρᾳ· οὐδὲ παρέφθης κακῶς ὑπὸ τῶν ναυτῶν ἀπολλύ-

DLAudo, rectè facitis Delphines, quòd semper amantes hominum estis. Nam & olim Inus filium in Isthmum portastis, exceptum à Scironiis scopulis, vnde cum matre præcipitatus fuerat: & nunc tu citharœdo isto Methymnensi cum ipso ornatu & cithara recepto, in Tænarum enatasti, neque passus es indignè à nautis perire illũ.

*NEPTVNVS.*

*Delphini amatores hominum.*

*Sic Arion transuectus.*

DEL. Ne mireris Neptune, si hominibus bene facimus: nam & ipsi ex hominibus pisces facti sumus. NEP. Atque equidem ob id reprehendo Bacchũ, quòd vos nauali prælio superatos ita transformauit, cùm deberet captiuos solũ in deditionem accipere: quemadmodum & cæteros in potestatem redegit. Sed quo pacto cum Arione hoc quod accidit, sese habet? DEL. Periander iste, puto, delectabatur homine, ac sæpe illum ad se accersebat artis gratia. Ille autem diues iã factus à tyranno, concupiuit, nauigando in patriã, Methymnam videlicet, spectãdas ibi diuitias suas exhibere. Ac cõscensa ad traiiciendum naui hominum quorundam sceleratorum, posteaquam cognitus est multum auri secum ferre, vbi ad medium fermè Ægæum peruentum fuit, insidiari illi nautę cœperunt. Ille verò (nam auscultabam omnia, iuxta nauigium natando) Quoniam hoc vobis ita visum est, inquit, at me saltem assumpto ornatu, & decantato priùs mihi ipsi funebri aliquo carmine, volentem sinite præcipitare meipsum. Concesserunt nautæ. Tum ille assumpsit ornatum, & cecinit admodum lene ac blandum quiddam, atque ita in mare præcipitauit sese, tanquã statim omnino moriturus. Ego verò excepto atq; impositio illo, enataui vnà cum ipso in Tænarum. NEP. Laudo studiũ erga Musicam tuum. dignam enim mercedem retulisti ipsi pro eo quod auscultaras.

Α λῳον. ΔΕΛ. μὴ θαυμάσῃς ὦ Ποσειδον, εἰ τοῖς ἀνθρώποις εὖ ποιοῦμεν, ἐξ ἀνθρώπων γε καὶ αὐτοὶ ἰχθύες γεγόμενοι. ΠΟ. καὶ μέμφομαί γε τῷ Διονύσῳ, ὅτι ὑμᾶς καταναυμαχήσας, μετέβαλε, δέον χειρώσασθαι μόνον, ὥσπερ τοὺς ἄλλους ὑπηκόους ἐποιήσατο. ὅπως γοῦν καὶ τὸν Ἀρίονα τοῦτον ἐχθὲς ὦ Δελφίν; ΔΕΛ. ὁ Περίανδρος οἶμαι, ἐχαιρεν αὐτῷ, καὶ πολλάκις μετεπέμπετο αὐτὸν ὅτι τῇ τέχνῃ. ὁ δὲ, πλουτήσας παρὰ τοῦ τυράννου, ἐπεθύμησε πλοῦσιος οἴκαδε ἐς τὴν Μήθυμναν, ὅπι δείξαιτο τὸν πλοῦτον. καὶ ὅπιβας πορθμείου Β τινὸς κακούργων ἀνδρῶν, ὡς ἔδυξε πολὺν ἄγων χρυσὸν, καὶ ἀργυρον, ἐπεὶ κατὰ μέσον τὸ Αἰγαῖον ἐγένετο, ὅπιβουλεύουσιν αὐτῷ οἱ ναῦται. ὁ δὲ (ἠκροώμην γὰρ ἁπάντα τοῦ θαλάμου) ἐπεὶ ταῦτα ὑμῖν δέδοκται, ἔφη, ἀλλὰ τὴν σκηνὴν ἀναλαβόντά με, καὶ ἅσαντα θρηνῶδές τινα ἐπ' ἐμαυτῷ, ἐκβῆναι ἐάσατε ῥίψαι ἐμαυτόν. ἐπέτρεψαν οἱ ναῦται. καὶ ἀνέλαβε τὴν σκηνὴν, καὶ ἦσε πάνυ λιγυρῶς· καὶ ἅπαντα εἰς τὴν θάλατταν, ὡς αὐτίκα πάντως ἀποθανούμενος. ἐγὼ δὲ ὑπολαβών, καὶ ἀναθέμενος C αὐτὸν, ἐξενηξάμην ἔχων εἰς Ταίναρον. ΠΟΣ. ἐπαινῶ τῆς φιλομουσίας. ἄξιον γὰρ τὸν μισθὸν ἀπεδέδωκας αὐτῷ τῆς ἀκροάσεως.

## ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ.

## NEPTVNI ET NEREIDVM. Eodem interprete.

NEPTVNVS.

FRetum hoc quidẽ angustum, in quod puella delapsa, submersa est, Hellespontus ab ipsa vocetur: cadauer autem ipsum vos Nereides acceptum in Troadem auferte, vt ibi ab incolis sepeliatur. NER. Nequaquam, Neptune, sed hîc in cognomine pelago sepeliatur. Miseremur enim ipsius, vt quæ miserabilia maximè à nouerca passa fuerit. NEPT. At hoc quidem, Amphitrite, fas non est, neque etiam aliàs honestum, hîc illam alicubi sub arena iacere: sed, quod dixi, in Troade in Chersoneso mox sepelietur. Illud autem pro solatio ei erit, quòd paulo pòst eadem ipsa quoque Ino patietur, & præcipitabitur, persequente illam Athamante, in pelagus,

*Helle ab ariete, in mare delapsa.*

D ΤΟ μὲν γενὸν τοῦτο, ἐς ὃ ἡ παῖς κατενέχθη, Ἑλλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλείσθω. τὸν δὲ νεκρὸν, ὑμεῖς ὦ Νηρηίδες παραλαβοῦσαι, τῇ Τροιάδι παραπέμψατε, ὡς ταφείη ὑπὸ τῷ Ἑπταχωρείῳ. ΝΗ. μηδαμῶς ὦ Ποσειδον. ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει τεθάφθω· ἐλεεῖσθαι γὰρ αὐτὴν, οἰκτισα ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς πεπονθυῖαν. ΠΟ. τοῦτο μὲν ὦ Ἀμφιτρίτη οὐ θέμις. εἰδ' ἄλλως καλὸν ἐνταῦθά που κεῖσθαι ὑπὸ τῇ ψάμμῳ αὐτὴν, ἀλλ' ὅπερ ἔφης ἐν τῇ Τροιάδι ἐν τῇ Χερρονήσῳ τεθάφθαι. ἐκεῖνο δὲ παραμύθιον ἔσται αὐτῇ, ὅτι μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ καὶ ἡ Ἰνὼ πείσεται, καὶ ἐμπεσεῖται ὑπὸ τοῦ Ἀθάμαντος διωκομένη εἰς τὸ πέλαγος,

ἀπ' ἄκρας τ̃ς Κιθαιρῶνος, καθ' ὃν καθήκει ἐς τὸ θάλασσαν, ἔχουσα τὸν υἱὸν ὃν ἐπὶ τῆς ἀγκάλης. ΝΗ. ἀλλὰ καὶ ἐκείνῳ σῶσαι δεινόν, χαριζόμενος τῷ Διονύσῳ. ἔφορος γὰρ αὐτοῦ τ̃ ἦν ἡ Ἰνώ. ΠΟ. οὐκ ἐχρῆν ὅτῳ πονηρῷ ὄντι χαρίζεσθαι· ἀλλὰ τῷ Διονύσῳ ἀχαριστῆσαι ὦ Ἀμφιτρίτη οὐκ ἄξιον. ΝΗ. αὕτη γ' ἆρα ἡ παῖς ἡ κατέπεσον ἀπὸ τ̃ κριοῦ· ὁ ἀδελφὸς ἢ ὁ Φρίξος ἀσφαλῶς ὀχεῖται; ΠΟ. εἰκότως. νεανίας γάρ, καὶ δυνάται αὐτέχειν πρὸς τὴν φορὰν· ἡ δὲ, ἅτε ἀηθείας ὑπαρχοῦσα ὀχήματος καινοῦ καὶ ἀπροσδόκητα, καὶ ἀποδοῦσα εἰς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα ἐκλειποῦσα, καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς ὃ σφοδρὸν τῆς πτήσεως, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων τοῦ κριοῦ, ὧν τέως ἀπείληπτο· καὶ κατέπεσεν ἐς ὃ πέλαγος. ΝΗ. οὐκοῦν ἐχρῆν τὸν μητέρα τὸν Νεφέλην βοηθεῖν πεπτωκυίᾳ. ΠΟ. ἐχρῆν· ἀλλ' ἡ Μοῖρα πολλῷ τῆς Νεφέλης δυνατωτέρα.

A ex ſummo Cithærone, quà in mare porrigitur, vnà cum filio quem in vlnis geſtabit. NER. Sed & illam ſeruare conueniet, gratiam hanc Baccho faciendo. Educauit enim illum Ino, eademq; nutrix illius fuit. NEP. Non decebat, adeò prauam. Sed tamen Baccho non gratificari, Amphitrite, indignum foret. NER. Sed quid accidit huic, quòd ab ariete decidit frater autem eius Phryxus tutò vehitur? NEP. Meritò. adoleſcēs enim eſt, & contra impetum obſiſtere poteſt. Illa verò eo quòd inſueta eius rei erat, con-
B ſcenſo videlicet vehiculo nouo & inopinato, & deſpiciēdo in profundum immēſum, perculſa animo, & pauore pariter attonita, prętereà & vertigine correpta, prę vehementia & impetu volatus retinere cornua arietis ampliùs non potuit, quibus ſe eouſq; ſuſtentauerat: atque ita in mare decidit. NER. An non igitur matrem ipſius Nephelen decebat opē ferre cadenti? NEP. Decebat ſanè, ſed Parca quàm Nephele multo potentior eſt.

## ΙΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

## IRIDIS ET NEPTVNI. Iacobo Micyllo interprete.

ΤΗν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Πόσειδον, ἀποκαθεῖσθαι τῆς Σικελίας, ὑφαλον ὑπενήχεσθαι συμβέβηκε. ταύτην φησὶν ὁ Ζεὺς ἥσον ἤδη, καὶ ἀνάφηνον, καὶ ποίησον ἤδη δῆλον ἐν τῷ Αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένον, σπείρας πρὸς ἀσφαλῶς· δεῖται γάρ τι αὐτῆς. ΠΟ. πεποιήξεται τοῦτο ὦ Ἶρι. ἵνα δὲ ὅμως πρόεξῃ αὐτῇ τὸν χρείαν ἀναφανῆσα, καὶ μηκέτι πλέουσα; ΙΡ. τὸν Λητὼ ἐπ' αὐτῆς δεῖ ἀποκυῆσαι· ἤδη γὰρ πονήρως ἔχει τῶν ὠδίνων ἔχει. ΠΟ. τί οὖν; οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς σοι τεκεῖν; εἰ δὲ μὴ σοὶ, ἀλλά γε πᾶσα ἡ γῆ οὐκ ἂν ὑποδέξαιτο δυναίτο τὰς αὐτῆς γονάς;
D ΙΡ. οὐκ ὦ Πόσειδον· ἡ Ἥρα γὰρ ὅρκῳ μεγάλῳ κατέλαβε τὸν ἥλιον, μὴ παρέχειν τῇ Λητοῖ τῶν ὠδίνων ὑποδοχήν. ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη ἀνώμοτός ἐστιν· ἀφανὴς γὰρ ἦν. ΠΟ. συνίημι. σῴζηται ὦ νῆσε, καὶ ἀνάδυθι αὖθις οὐκ ἐπὶ βυθοῦ, μηκέτι ὑποφέρου, ἀλλὰ βεβαίως μένε, καὶ ὑπόδεξαι ὦ εὐδαιμονεστάτη τ̃ ἀδελφοῦ τὰ τέκνα δύο, θεῶν καλλίστους τῶν θεῶν. καὶ ὑμεῖς ὦ Τρίτωνες, διαπορθμεύσατε τὸν Λητὼ ἐς αὐτὸν· καὶ γαλήνια ἅπαντα ἔστω.

IRIS. INſulam iſtam errantem Neptune, quę à Sicilia reuulſa atque vndis ſubmerſa, mari innatat, eam, ita iubet Iupiter, conſiſtere facias iam atque apparere, & vt tandem manifeſta atque conſpicua in medio Ægæo inconcuſſe maneat, fundata firmiter admodum illa. opus enim illa nonnihil habet. NEP. Fiet hoc, Iri: ſed tamen quem vſum illi præbebit manifeſta apparens, & non ampliùs fluctuans? IRIS. Latonam in ipſa oportet parere: iam enim malè habet à doloribus. NEPT. Quid igitur? an non ſufficit illi cœlum, vt in eo pariat? quòd ſi minùs autem illud, at certè nec tota terra partus illius recipere poterat? IRIS. Non, Neptune. Nam Iuno obſtrinxit iureiurando magno Tellurem, ne præberet Latonæ parturienti vllum receptaculum. Hæc igitur inſula iuramento non tenetur. abſcondita enim tum fuit. NEP. Intelligo rem. Igitur ſubſiſte inſula, atque emerge iterum ex profundo, & non ampliùs fluctues aut titubes, ſed immota maneas: ac ſuſcipe ô feliciſſima fratris mei liberos duos, deorum omnium pulcherrimos. Et vos Tritones traiicite Latonam in ipſam, omniáque tranquilla ſint.

*Delos inſula fluitans ſubſiſtit. Alludit ad nomē Δῆλον, quo ipſa inſula dicta eſt.*

Serpentem autem istum, qui nunc velut œstro exagitat illam, perterrefaciendo, ipsi infantes posteaquam in lucem editi fuerint, aggredientur, ac matrem vindicabunt. Tu verò vade, renuncia Ioui omnia bene habere. Stabilita est insula: veniat Latona, ac pariat.

τὴν δράκοντα δὲ, ὃς νῦν ὀξοιστρᾷ αὐτὴν φοβῶν, τὰ νεογνά, ἐπειδὰν τεχθῇ, αὐτίκα μέτεισι, καὶ τιμωρήσεται τῇ μητρί· σὺ δὲ ἀπάγγελε τῷ Διΐ πάντα εὖ διακεῖσθαι. ἔστηκεν ἡ Δῆλος· ἡκέτω ἡ Λητὼ καὶ τικτέτω.

## ΞΑΝΘΟΥ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

## XANTHI ET MARIS. Eodem interprete.

XANTHVS. SVscipe me ô Mare: grauia enim passus sum. extingue mihi vulnera. MAR. Quid hoc rei est Xanthe? quis te deussit? XAN. Vulcanus. sed igne cãdesco prorsus miser, & efferuesco. MAR. Cur autem iniecit tibi ignem? XAN. Propter filium Thetidis. Postquam enim occidẽtem illum Phrygas, supplex deprecatus sum, ille autem ab ira nihil remisit, sed occisorum corporibus etiam obstruxit mihi alueum: ego misertus miserorũ, occurri, vt aquis inundarem atq; inuoluerẽ illum, quò eo periculo absterritus, ab occidione virorum cessaret. Ibi igitur Vulcanus (nam tum fortè quadã propè aderat) vniuerso igne, quãtum opinor vsquã habebat, quantumq; & in Ætna, & si quibus aliis locis vllus est, allato, processit obuiam: ac exussit quidem vlmos & myricas, assauit autem & infelices pisces & anguillas: me verò cùm efferuescere fecisset, parum abfuit quin totum aridum ac siccũ reddiderit. Vides nimirum quo pacto exustionibus istis deformatus sim? MAR. Turbiduses, ô Xãthe, & calidus, vt consentaneum est, cruore, à cadaueribus: calore autem, vt ais, ab igne venien-

Xanthus flumius peneexustus.

Fortassis (nepotẽ) legẽdum, id est, προγόνον, ἡγεμόνα.

te. Ac meritò, Xanthe, vt qui contra filium meum impetum feceris, non veritus q Nereidis filius ille esset. XAN. An nõ igitur decebat misereri me Phrygum, vicinorum adeò meorum? MAR. Vulcanum verò an non contrà decebat misereri Achillis, Thetidis adeò filij?

ΔΕξαι με ὦ θάλασσα, δεινά πεπονθότα· κατάσβεσόν μου τὰ τραύματα. ΘΑ. τί τοῦτο ὦ Ξάνθε; τίς σε κατέκαυσεν; ΞΑ. Ηφαιστος. ἀλλ' ἄπιθι φράκωμαι ὅλως ὁ κακοδαίμων, καὶ ζέω. ΘΑ. διατί δέ σοι ἐνέβαλε τὸ πῦρ; Ξ. διὰ τὸν υἱὸν τῆς Θέτιδος. ἐπεὶ γὰρ φονεύοντα τοὺς Φρύγας ἱκέτευσα, οὐδ' ὣς ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν νεκρῶν ἀπέφραττέ μοι τὸν ῥοῦν, ἐλεήσας τοὺς ἀθλίους, ἐπῆλθον, ὅπως λύσαιμι θέλων, ὡς φοβηθεὶς, ἀποσχοιτο τῶν ἀνδρῶν. ἐνταῦθα ὁ Ηφαιστος, (ἔτυχε γὰρ πλησίον που ὤν) πολὺ ὅσον οἷμαι πῦρ εἶχε, τὸ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ, καὶ εἴποθι ἄλλοθι, φέρων, ἐπῆλθέ μοι· καὶ ἔκαυσε μὲν τοὺς τέλεας, καὶ μυρίκας· ὤπτησε δὲ καὶ τοὺς κακοδαίμονας ἰχθῦς, καὶ τοὺς ἐγχέλυας. αὐτὸν δ' ἐμὲ ὑπερεκαλέσαντα ποιήσας, μικροῦ δεῖν ὅλον ξηρὸν εἰργάσατο. ὁρᾷς δ' οἷόν ὅπως διαφέρομαι ὑπὸ τοῦ ἐγκαύματος; ΘΑ. ὀλεεῖς ὦ Ξάνθε, καὶ θερμὸς ὡς εἰκός· τὸ αἷμα μὲν, ἀπὸ τῶν νεκρῶν· ἡ θέρμη δὲ ὡς φῂς, ἀπὸ τοῦ πυρός. τὸ εἰκότως ὦ Ξάνθε, ὅς γε οὐκ ἠνέσχου ἐλεήσας τὸν ἐμὸν υἱὸν ὥρμησας, οὐκ αἰδεσθεὶς ὅτι Νηρηίδος υἱὸς ἦν. Ξ. οὐκ ἔδει οὖν ἐλεῆσαι γείτονας ὄντας τοὺς Φρύγας; ΘΑ. τὸν Ηφαιστον γὰρ οὐκ ἔδει ἐλεῆσαι, Θέτιδος υἱὸν ὄντα τὸν Αχιλλέα.

## ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΘΕΤΙΔΟΣ.

## DORIDIS ET THETIDIS. Iac. Micyllo interprete.

DORIS. QVid lacrymaris Theti? THE. Pulcherrimam, Dori, puellam vidi, in arcam à patre coniectam, tum ipsam, tum infantem ab ea paulò antè genitum. Iussit autem pater, nautas, arcam illam acceptam, postquam in altum à terra prouecti essent, in mare abiicere,

Danaës fabula.

ΤΙ δακρύεις ὦ Θέτι; ΘΕ. καλλίστην ὦ Δωρὶ κόρην εἶδον ἐς κιβωτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐμβληθεῖσαν, αὐτήν τε, καὶ βρέφος αὐτῆς ἀρτιγένητον. ἐκέλευσε δ' ὁ πατὴρ, τοὺς ναύτας, ἀναλαβόντας τὸ κιβώτιον, ἐπειδὰν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποπλεύσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὸ θάλασσαν, ὡς ἀπο-

ὡς ἀπόλοιτο ἡ ἀθλία, καὶ αὐτὴ καὶ ὁ βρέφος.
ΔΩ. τίνος δ' ἕνεκα ὦ ἀδελφὴ, ἐπεὶ ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα; ΘΕ. Ἀκρίσιος ὁ πατὴρ αὐτῆς, καλλίστην ὄσην ἐπῃνθεν, εἰς χαλκοῦν τινα θάλαμον ἐμβαλών. εἶτα, ὃ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν· φασὶ δ' οὖν τὸν Δία, χρυσὸν γενόμενον, ῥυεῖσαι διὰ τῆς ὀροφῆς ἐπ' αὐτήν· δεξαμένην δ' ἐκείνην ἐς τὸν κόλπον καταῤῥέοντα τὸν θεὸν, ἐγκύμονα γενέσθαι. τοῦτο αἰσθόμενος ὁ πατὴρ, ἀγελὼς τις καὶ ζηλότυπος ἦρως, ἠγανάκτησε· καὶ ὡς τινος μεμοιχευμένης οἰηθεὶς αὐτὴν, ἐμβάλλει ἐς τὴν κιβωτὸν ἀρτι τετοκυῖαν. ΔΩ. ἡ δέ τι ἔφθεγξατο ὦ Θέτι, ὁπότε καθίκετο; ΘΕ. ὑπὲρ αὐτῆς μὲν ἐοίκει ὦ Δωρὶ, καὶ ἔφερε τὴν καταδίκην· ὁ βρέφος δὲ παρητεῖτο μὴ ἀποθανεῖν, δακρύουσα, καὶ τῷ πάππῳ δεικνύουσα αὐτὸ, καλλίονα ὄντα· ὃ δ', ὑπ' ἀγνοίας τῶν κακῶν, καὶ ἐμειδία πρὸς τὸν θάλαμον. ὑπομπίπλαμαι οὖν τοῖς ὀφθαλμοῖς δακρύων, μιμνησθεῖσα αὐτῶν. ΔΩ. κἀμὲ δακρύσαι ἐποίησας. ἀλλ' ἤδη τεθνᾶσιν; ΘΕ. ὐδαμῶς. νήχεται γὰρ ἔτι ἡ κιβωτὸς ἀμφὶ τὴν Σέριφον, ζῶντας αὐτοῖς φυλάττουσα. ΔΩ. τί οὖν οὐ σώζομεν αὐτὴν, τοῖς ἁλιεῦσι τούτοις ἐμβαλόντες εἰς τὰ δίκτυα τοῖς Σεριφίοις; οἱ δὲ, ἀναπαύσαντες, σώσουσι δηλονότι. ΘΕ. οὕτω λέγεις, ὥστε ποιῶμεν. μὴ γὰρ ἀπολέσθω μήτε αὐτὴ, μήτε ὁ παιδίον οὕτως ὂν καλόν.

Avt ita periret & misera illa, & infans vnà cum ea. DOR. Quamobrem autem, ô soror, hoc? quandoquidem comperta habes exactè omnia. THE. Pater illius Acrisius, quia pulcherrima erat, in æreũ quendam thalamum inclusam, perpetuæ virginitati destinarat. Deinde, verũ quidem dicere non possum, Iouem autem aiunt, conuersum in aurũ, delapsum per impluuium ad ipsam esse. Accipiente autem illa in sinum demanantem deum, grauidam ex eo factam fuisse. Quod cùm pater animaduertisset, vtpote durus quidam & zelotypus senex, grauiter indignatus est. Et quia ab aliquo stupratam fuisse illam arbitratus est, coniicit in arcam hanc, cùm paulò antè peperisset. DO. Cæterùm illa quid agebat, Theti, quãdo abripiebatur? THE. Pro se quidẽ nihil dicebat, Dori, sed tacitè ferebat damnationẽ: pro infante autẽ deprecabatur, ne morti traderetur, lacrymando, atque illum auo ostentando, pulcherrimum sanè puerum, Dori: ille autem præ ignorãtia malorum, etiam arridebat mari. Oppleor rursum lacrymis, cùm in mẽtem illius venit. DO. Et me flere fecisti. Sed nũquid iã mortui sunt? THE. Haudquaquam: natat enim adhuc arca circa Seriphum, viuis illis custoditis. DO. Cur igitur non conseruamus ipsam, piscatoribus istis Seriphiis in retia immittẽdo, qui extractos illos, incolumes præstabunt scilicet? TH. Rectè dicis, atq; ita faciamus. Non enim perire decet neq; ipsam, neq; infantem, adeò cùm sit formosus.

## ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΝΙΠΕΩΣ.

## NEPTVNI ET ENIPEI. Eodem interprete.

ΟΥ καλὰ ταῦτα ὦ Πόσειδον. (εἰρήσεται γὰρ τἀληθές.) ἐπελθὼν μοι τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοὶ, διεκόρησας τὴν παῖδα. ἡ δὲ ᾤετο σὲ ἐμοῦ ταῦτα πεποιηκέναι· καὶ διὰ τοῦτο προσῆγεν ἑαυτήν. ΠΟ. σὺ γὰρ ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπερόπτικός ἐστα, καὶ βραδύς· ὃς κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ἐσημέραι παρὰ σὲ, ἀπολλυμένης ὑπὸ τῶν ἐρώτων, ὑπερεώρας, καὶ ἔχαιρες λυπῶν αὐτήν. ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας διῶσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ λουομένη, ἐνίοτε ηὔχετό σοι ἐντυχεῖν· σὺ δ' ἐθρύπτου πρὸς αὐτήν. ΕΝ. τί γὰρ; διὰ τοῦτο ἐχρῆν σε προσβαπάσαι τὸν ἔρωτα, καὶ ὑποκρίνεσθαι Ἐνιπέα αὐτὶ Ποσειδῶνος εἶναι;

MInimè verò præclara hæc, Neptune (dicetur enim verũ) qui circunuẽta amica mea, assimilatus in formã meam, vitiasti puellam. Putabat énim illa mecũ rẽ esse sibi, & ob id exhibebat sese. NEP. Tu enim Enipeu fastuosus es & tardus, qui puella adeò formosa quotidie ad te nãte, ac præ amore pereũte, despexeris illã, & gauisus sis si posses illi ægrè facere. Illa verò iuxta ripas mœrore affecta, atq; ibi inambulans, seséque lauans, non semel optabat in conspectum sibi venire te: at tu fastuosus deludebas illam. ENI P. Quid igitur? an propterea oportebat te præripere amorem mihi, & velut histrionẽ aliquem pro Neptuno Enipeum te gerere,

*ENIPEVS.*

*Neptunus amicam Enipei vitiat.*

atque ita decipere Tyro istam, puellam adeò simplicem? NEP. Serò verò nunc zelotypus es Enipeu, cùm priùs superbũ & contemptorem te gesseris. Ipsa autem Tyro nihil graue passa est, quando se putauit à te vitiatam esse: ENIP. Nihil autem? Dixisti enim abiens Neptunum esse te, quod vel maximè dolore affecit ipsam: atque ipse eo abs te iniuria affectus sum, quòd & quę mea esse debuerat, eam voluptatem percepisti tu: & præterea cõposito circa vos fluctu purpureo, sub quo abscondiri iacuistis, cum puella pro me tute rem habuisti. NEP. Tu enim non volebas Enipeu.

Α καὶ καταφρόσασθαι τὴν Τυρὼ ἀφελῆ κόρην οὖσαν; ΠΟΣ. ὀψὲ ζηλοτυπεῖς ὦ Ἐνιπεῦ, καταφρονήσας πρότερον ὢν. ἡ Τυρὼ δὲ, οὐδὲν δεινὸν πέπονθεν, οἰομένη σοῦ μιγεκορῆσθαι. ΕΝ. ἤκουσα; ἔφης γὰρ ἀπιὼν ὅτι Ποσειδῶν εἴη σύ. ὃ καὶ μάλιστα ἐλύπησεν αὐτὴν, καὶ ἐγὼ τοῦτο ἠδικημαι, ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ ἀπέφηνου, τότε καὶ τοσοῦτον πορφύρεόν τι κῦμα, ὅσον ὑμᾶς σκεπάσαι, ἅμα σεσῶσθαι τῇ παιδὶ αὐτ' ἐμοῦ. ΠΟΣΕΙ. σὺ γὰρ οὐκ ἤθελες ὦ Ἐνιπεῦ.

## ΤΡΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ.

## TRITONIS ET NEREIDVM. Iac. Micyllo interprete.

TRITON BAlæna ista vestra, Nereides, quam contra filiam Cephei Andromedam emisistis, neque puellam ipsam iniuria aliqua affecit, perinde vt vos putatis: & ipsa iam mortua est. NER. A quo, Triton? Num Cepheus tanquam illectamento aliquo proposita puella, aggressus illam occidit, ex insidiis cum multa vi adortus? TRI. Non: sed nostis, arbitror, Iphianassa, Perseum illum, Danaës puerum illum paruum, quem vnà cum matre in arca abiectum in mare ab auo materno, conseruastis, misertæ illorum videlicet. IPHI. Noui quem dicis. Consentaneũ verò, illum iam adolescentem factum esse, atq; admodum generosum, & pulchrũ aspectu. TRIT. Hic occidit Balænam. IPHI. Quamobrem Triton? Neq; enim huiusmodi cõseruationis præmia persoluere nobis debebat. TRI. Ego vobis exponã omnem rem, ita vt gesta est. Missus hic fuit ad Gorgonas, vt hoc quasi quoddam certamen regi perageret. Postquam autem peruenit in Libyam. IPHI. Quomodo Triton? solúsne, an & alios secum socios abduxit? nam alioqui difficile hoc iter. TRIT. Per aërem profectus est. alatum enim ipsum Minerua reddidit. postquam autem eò loci venit vbi illæ agebant, illæ quidem dormiebant, opinor: at hic amputato Medusæ capite, iterum auolauit. IPHI. Quo pacto autem aspexit illas? Aspici enim nequeunt: vel quisquis illas aspexerit, non amplius quicquam posthac aspicit. TRIT. Mineruæ illi clypeo vel-

Β ΤΟ κῆτος ὑμῶν ὦ Νηρηίδες, ὃ ὅτι τὴν τοῦ Κηφέως θυγατέρα τὴν Ἀνδρομέδαν ἐπέμψατε, ὅτε τὴν παῖδα ἠδίκησεν ὡς οἴεσθε· ἤδη τέθνηκε. ΝΗ. τίνος ὦ Τρίτων; ἢ ὁ Κηφεὺς καθάπερ δέλεαρ προθεὶς τὴν κόρην ἀπέκτεινεν ὁπτεύων, λοχήσας μετὰ πολλῆς δυνάμεως; ΤΡ. οὐκ· ἀλλ' ἴστε οἶμαι, ὦ Ἰφιάνασσα, τὸν Περσέα, ὃ τοῦ Δαναὴς παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς ἐν τῇ κιβωτῷ ἐμβληθὲν ἐς τὴν θάλασσαν ὑπὸ τοῦ μητροπάτορος, ἐσώσατε, οἰκτίραντες αὐτούς. ΙΦ. οἶδα ὃν λέγεις. εἰκὸς δὲ ἤδη νεανίαν εἶναι, καὶ μάλα γενναῖόν τε καὶ καλὸν ἰδεῖν. ΤΡ. οὗτος ἀπέκτεινε τὸ κῆτος. ΙΦ. πῶς τί ὦ Τρίτων; οὐ γὰρ δὴ σῶτρα ἡμῖν τοιαῦτα ἀντέδωκεν αὐτὸν ἐλθών. ΤΡ. ἐγὼ ὑμῖν φράσω ὃ πρῶτον ὡς ἐγένετο. ἐστάλη μὲν οὗτος ὅτι τὰς Γοργόνας, ἆθλόν τινα τῶν τοῦ βασιλέως ἐπιτελῶν. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην. ΙΦ. πῶς ὦ Τρίτων, μόνος, ἢ καὶ ἄλλους συμμάχους ἦγε; ἄλλως γὰρ δύσπορος ἡ ὁδός. ΤΡ. ἀπὸ τοῦ ἀέρος. ὑπόπτερον γὰρ αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ ἐποίησεν. ἐπεὶ δ' ἦν ἦκεν ὅπου διῃτῶντο, αἱ μὲν, ὑπνώττουσιν, οἶμαι, ὁ δὲ, ἀποτεμὼν τῆς Μεδούσης τὴν κεφαλὴν, ὤχετ' ἀποπτάμενος. ΔΙΦ. πῶς ἰδών; ἀθέατοι γὰρ εἰσιν· ἢ ὃς ἂν ἴδῃ, οὐκέτ' ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι. ΤΡ. ἡ Ἀθηνᾶ τὴν ἀσπίδα προσέφηνεν· ταῦτα γὰρ ἤκουσα διηγουμένου αὐτοῦ πρὸς τὴν Ἀνδρομέδαν,

ve face aliqua prælato (talia enim audiui ipsum narrantem apud Andromedam,

καὶ πρὸς τὸν Κηφέα ὕστερον. ἡ Ἀθηνᾶ δὴ ὅτι τῆς ἀσπίδος ὑποστιλβούσης, ὥσπερ ὅτι κατόπτρου τινὸς παρέσχεν αὐτῇ ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τῆς Μεδούσης· εἶτα λαβόμενος τῇ λαιᾷ τῆς κόμης, ὁρῶν δὲ τὴν εἰκόνα, τῇ δεξιᾷ τὴν ἅρπην ἔχων, ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· καὶ πρὶν ἀνέγεσθαι τὰς ἀδελφάς, ἀνέπτατο. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν ἐγένετο, ἤδη πρὸς ἕσπερον πετόμενος, ὁρᾷ τὴν Ἀνδρομέδαν προκειμένην, ὅτι τινος πέτρας προβολῆς προσπεπαλαιωμένης, καλλίστην ὦ θεοί, καὶ ἡμιγύμνου πολὺ ἐνερθε τῶν μαστῶν. καὶ ὃ μὲν πρῶτον οἰκτείρας τὴν τύχην αὐτῆς, ἀπορᾷ τὴν αἰτίαν τῆς καταδίκης. ἐπὶ μικρὸν δὲ ἀλόης ἔρωτι, ἐγγὺς γὰρ σεσῶσθαι τὴν παῖδα, βοηθεῖν διέγνω. καὶ ὅπως ὁ κῆτος ἐπὶ μάλα φοβερὸν, ὡς καταπιούμενον τὴν Ἀνδρομέδαν, ὑφαιωρηθεὶς ὁ νεανίσκος, προέκοπτον ἔχων τὴν ἅρπην· τῇ μὲν, καθικνῆται· τῇ δὲ προβάλλεται τὴν Γοργόνα, λίθον ἐποίει αὐτό. ὃ δὲ, τέθνηκε γοῦν, καὶ πέπτηγε αὐτῆς τὰ πολλὰ ὅσα εἶδε τὴν Μέδουσαν. ὁ δὲ, λύσας τὰ δεσμὰ τῆς παρθένου, ὑπολαβὼν τὴν χεῖρα, ὑπεδέξατο ἀκρεμονιδιὰ καταδοῦσαν ἐκ τῆς πέτρας, ὀλιγοστὸν ὕσπερ. καὶ νῦν γαμεῖ ὁ τοῦ Κηφέως ἀπάξει αὐτὴν εἰς Ἄργος· ὥστε αὐτὴ θαυμαστόν, γάμον δὲ τὸν τυχόντα ἄγει. ΝΗ. ἐγὼ μὲν, οὐ πάνυ τι γεγονότι ἀχθομαι. τί γὰρ ἡ παῖς ἠδίκει ἡμᾶς, εἰ ἡ μήτηρ ἐμεγαλαυχεῖτο τότε, καὶ ἠξίου καλλίων εἶναι; ΤΡ. ὅτι οὕτως ἂν ἤλγησεν ὅτι τῇ θυγατρὶ μήτηρ γε οὖσα. ΝΗ. μηκέτι μεμνήμεθα ὦ Δωρὶ ἐκείνων, εἴ τι βαρβάρου γυνὴ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ἐλάλησεν. ἱκανὴν γὰρ ἡμῖν τιμωρίαν ἔδωκε, φοβηθεῖσα ὅτι τῇ παιδὶ. χαίρωμεν οὖν τοῖς γάμοις.

A posteà & apud Cepheum) Minerua igitur, inquam, in clypeo refulgente, tanquã in ſpeculo aliquo, exhibuit ipſi ſpectandam Meduſæ imaginem. Poſtea ſiniſtra, arrepta illius coma, & inſpecta imagine, dextra autem ſublata harpe, abſcidit caput ipſius: atque ita priuſquam ſorores reliquæ expergiſcerentur, auolauit. Porrò vbi circa maritimam hanc Æthiopiæ oram veniſſet, terræ iam propinquior aliquãto volans, videt Andromedam expoſitam in rupe quadam prominente, palo affixam, pulcherrimam, ô Dij, promiſſa coma, & feminudam longè vſque infra vbera. Ac primùm quidem miſer- B tus fortunæ illius, interrogat cauſam damnationis huius. Paulò autẽ pòſt amore captus, (oportebat enim incolumem ſeruari puellam) opem ferre illi ſtatuit. Atque vbi iam Balæna acceſſiſſet, terribilis admodum, & quaſi mox abſorptura Andromedam, in altum ſublatus adoleſcẽs, manu ad capulum admota harpen tenẽs, altera quidem ferit, altera autem Gorgona ſpectandam proferens, in lapidem illã conuertit. Illa igitur mortua eſt, & diriguere ipſius membra omnia quæcunque C Meduſam aſpexerunt: at hic ſolutis vinculis quibus virgo alligata fuerat, ſuppoſitáque manu, ſuſcepit illam ſummis pedum digitis deſcendentem è rupe, ardua illa quidem atque procliui: & nunc cum eadem nuptias peragit in ædibus Cephei, abducétque illam ſecum Argos. quare pro morte nuptias nèque eas vulgares illa inuenit. NER. Equidem non ita valde ægrè fero factum hoc. Quid enim adeò nobis iniuriæ fecit puella, ſi mater ipſius ſuperbè extulit ſeſe tunc, ac pulchrior nobis eſſe voluit? TRIT. Quòd hoc pacto magnum dolorem per- D ceptura fuiſſet ob filiam, mater certè illius cùm ſit. NER. Ne meminerimus Dori iſtorum ampliùs, ſi quid barbara mulier ſupra quàm decebat loquax fuit. Satis enim ſupplicij tulit, quæ tanto in metu, filiæ cauſa conſtituta fuit. Gratulemur igitur nuptiis.

## ΖΕΦΥΡΟΥ ΚΑΙ ΝΟΤΟΥ.

## ZEPHYRI ET NOTI. Iac. Micyllo interprete.

Οὐ πώποτε πομπὴν ἐγὼ μεγαλοπρεπεστέραν εἶδον ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀφ' ἧς εἰμι, καὶ πνέω. σὺ δ' οὐκ εἶδες ὦ Νότε; Ν. τίνα ταύτην

NVnquam equidem pompam magnificentiorem vidi in mari, ex quo ego ſum & ſpiro: tu verò an non vidiſti Note? NOTVS. Quamnam hanc ZEPHYRVS.

dicis Zephyre pompam? aut quinam sunt qui illam duxerunt? ZEPH. Suauissimo spectaculo caruisti, & quale non facilè aliud vnquam videris. NOT. Iuxta rubrum mare occupatus fui: afflaui autē & partem Indiæ nonnullā, quantum videlicet eius terrę mari adiacet. proinde nihil eorum noui quæ tu dicis. ZEPH. Quid Sidonium illū Agenorem vidisti? NOT. Etiam, Europæ patrem scilicet. Quid tū? ZEPH. De illa ipsa narrabo tibi. NOT. Num quòd Iupiter iam olim amare puellam cœpit? nam hoc etiam pridem sciui. ZEPH. Igitur quod ad amorem attinet, nosti: quæ verò postea consecuta sunt, ea nunc audi. Descēderat Europa ad littus, lugendi gratia, assumptis secum æqualibus suis. Iupiter autem in formam tauri assimulatus, ludebat vnà cum ipsis, pulcherrimus tū apparens. Nam & candidus erat, vt nihil suprà, & cornua habebat reflexa pulchrè, vultumq; prę se ferebat admodum mansuetum ac placidum. Saltabat igitur & ipse in littore, & mugiebat suauissimè, ita vt Europa etiam conscendere ipsum iam sustineret. Cæterùm vbi hoc factū est, citato cursu Iupiter quidē vnà cum illa in mare prorupit, atque ibi, vti inciderat, natabat. illa verò admodum perculsa animo ex hac re, sinistra apprehendit ac tenuit cornua, vt ne delaberetur: altera autem manu diffluentem vento vestem continebat. NOT. Dulce hoc spectaculum, Zephyre, vidisti, & amatorium, natantem videlicet Iouem, & ferentem secum amores suos. ZEPH. At verò quæ cōsecuta sunt, suauiora multo, Note. Nam & mare statim cōpositis fluctibus quietum fuit, & trāquillitate vltro attracta, placidum ac planū seipsum præbuit. Nos autem omnes silentiū agentes, nihil aliud quàm spectatores tantùm eorum quæ fiebant, quasi quidam comites sequebamur. Cupidines verò iuxtà volitantes, paulum supra mare, ita vt interim summis pedibus contingerēt aquam, accensas ferentes faces, Hymenæum cantabant. Nereides autem emersæ vndis, delphinū tergis insidentes obequitabant applaudentes, seminudæ pleræque. Præterea & Tritonū genus, & si quid aliud marinorum, aspectu metuendum nō est, omnia illa circum puellam quasi choreā ducebant. Nam ipse quidem Neptunus conscenso curru, & quasi pronubus incedens, vnà cum Amphitrite lætus præibat, veluti viam aperiens natanti fratri.

A λέγῃς ὦ Ζέφυρε τὴν πομπήν; ἢ τίνες οἱ πέμποντες ἦσαν; ΖΕ. ἡδίστου θεάματος ἀπελείφθης, οἷ οὐκ ἄλλο ἴδοις ἔπι. ΝΟ. ὥδε τὴν Ερυθραῖ γὰρ θαλάσσην εἰργαζόμην· ἐπέπνευσα δέ τι καὶ μέρος τῆς Ινδικῆς, ὅσα ὥδάλια τῆς χώρας. τοῦδὲν οὖν οἶδα ὧν λέγῃς. ΖΕ. ἀλλὰ τὸν Σιδώνιον Αγήνορα εἶδες; ΝΟ. ναί· τὸν τῆς Εὐρώπης πατέρα. τί μήν; ΖΕ. ὦκαὶ αὐτῆς ἐκείνης διηγήσομαί σοι. ΝΟ. μῶν ὅτι ὁ Ζεὺς ἐρᾷ τῆς παιδός; τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι ἠπιστάμην. ΖΕ. ὁπόσα μὲν τὸν ἔρωτα οἶδα· τὰ μετ' ταῦτα δὲ ἤδη ἄκουσον. ἡ μὲν Εὐ- B ρώπη κατελήλυθὸς ἐπὶ τὸν ἰόνα παίζουσα, τὰς ἡλικιώτιδας ὥθαλαττοῦσα· ὁ Ζεὺς δὲ ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτόν, συνέπαιζεν αὐταῖς, κάλλιστος φαινόμενος· λευκός τε γὰρ ἦν ἀκριβῶς, καὶ τὰ κέρατα διαμπὴς, καὶ τὸ βλέμμα ἥμερος. ἐσκίρτα οὖν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἰόνος, καὶ ἐμυκᾶτο ἡδίστην, ὥστε τὴν Εὐρώπην τολμῆσαι καὶ διαβῆναι αὐτόν. ὡς δὲ τοῦτ' ἐγένετο, ὁρμᾷ ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὴν θάλατταν φέρων αὐτήν, C καὶ ἐνήχετο ἐμπεσών. ἡ δὲ, πρὶν ἐκπλαγεῖσα τῷ θεάματι, τῇ λαιᾷ μὲν εἶχετο τοῦ κέρατος, ὡς μὴ ἀποληθαίνοι· τῇ ἑτέρᾳ δ' ὑπεμφυσώμενον τὸν πέπλον ἔσωθεν. ΝΟ. ἡδὺ τοῦτο θέαμα ὦ Ζέφυρε εἶδες, καὶ ἐρωτικὸν, νηχόμενον τὸν Δία, φέροντα τὴν ἀγαπωμένην. ΖΕ. καὶ μὴν τὰ μετ' ταῦτα πολὺ ἥδιω θεάματα ὦ Νότε. ἡ τε γὰρ θάλαττα βαθὺς ἀκύμων ἐγένετο, καὶ τὴν γαλήνην ὑπεπάσατο μόνη, λείαν παρέχουσα ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες, οὐδὲν ἄλλο, ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων παρηκολουθοῦμεν. ἔρωτες δὲ ὥδε πετόμενοι, μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλατταν, ὡς ἔνιοτε ἄκραις ταῖς ποσὶν ὑπεψαύῃν τοῦ ὕδατος, ἡμμένας τὰς δᾷδας φέροντες, ἦδον ἅμα τὸν ὑμέναιον. αἱ Νηρηίδες δὲ ἀνεδύσαι, παρίππευον ὑπὸ τῶν δελφίνων ὑπερκοτοῦσαι, ἡμίγυμνοι αἱ πολλαί. τό, τε τῶν Τριτώνων γένος, καὶ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τῶν θαλαττίων, ἅπαντα περιεχόρευε τὴν παῖδα. ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν ὑπερηφάνως ἁρμάτος, προκύμνος τε, καὶ τὴν Αμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθὼς, προοδοιπορῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ.

ὕπερ πᾶσι δὲ τῷ Ἀφροδίτῃ δύο Τρίτωνες ἔφερον, ὑπὸ κόγχης κατακειμένῃ, ἄνθη πανοπλία ὑπεπάττοντες τῇ νύμφῃ. ταῦτα ἐκ Φοινίκης ἄχρι τῆς Κρήτης ἐγίνετο. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῇ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκέτι ἐφαίνετο· ὑπολαβόμενος δὲ τῆς χλοης ὁ Ζεύς, ἀπῆγε τὴν Εὐρώπην ἐς τὸ Δίκταιον ἄντρον, ἐρυθριῶσαν, καὶ κάτω ὁρῶσαν. ἠπίστατο γὰρ ἤδη ἐφ' ὅτῳ ἄγοιτο. ἡμεῖς δ' ἐμπεσόντες, ἄλλος ἄλλο τῶν πελάγους μέρος διεκυμαίνομεν. NO. ὦ μακάριε Ζέφυρε τῆς θέας. ἐγὼ δὲ, γρύπας, καὶ ἐλέφαντας, καὶ μέλανας ἀνθρώπους ἑώρων.

A Supra omnes autem Venerem duo Tritones vehebant in concha recubantem, ac flores omnis generis aſpergentē ſponſæ. Atque hęc à Phœnicia vſq; in Cretam fiebant. Poſtquam autem in inſulā aſcendit, ipſe quidem taurus non ampliùs apparebat: Iupiter autem apprehēſam manu Europam, in antrum Dictæum abduxit, erubeſcentem, atque oculos demittentem: intelligebat enim iam ob quam rem ita duceretur. Nos autem incumbentes mari, alius aliam illius partem fluctibus agitabamus. NOT. O beatum Zephyre te, qui iſthæc videris. ego verò interea Gryphas & Elephantos & nigros homines aſpiciebam.

---

# NEKPIKOI ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

# MORTVORVM DIALOGI.

## ARGVMENTVM IN EOSDEM.

*Quanquam ex eadem occaſione & hi dialogi, quibus inferorum querelæ, iudicia, pœnæ, & id genus alia deſcribuntur, exceptis paucis quibuſdam, quorum argumenta de ſuis temporibus ſumpſiſſe Lucianus videtur, cum ſuperioribus prognati ſunt: alium tamen atque diuerſum ab illis finem habent, aliáque monent ac docent. Suprà enim amores & affectus deorum tractantur: at hic illud indicatur, atque etiam oculis penè ſubiicitur, quòd apud Inferos, & eos iudices quorum ſententiæ poſt hanc vitā ſubiiciendi omnes ſumus, nulla perſonarū ratio, nulla potētiæ, diuitiarum, honorum, famæ, aut cuiuſcunque fortunæ æſtimatio futura eſt: ſed quòd omnes, quod ad conditionem attinet, æquales futuri, & pro eo ac quiſque in hac vita ſe gerit & meretur, ſuppliciū aut præmiū accepturi ſumus. Tametſi illud quoq; nō ignorē, Lucianum ex ironia magis pleraq; hæc, quàm quòd ita animo ſenſerit, dixiſſe videri poſſe, vtpote Epicureum, & (vt ab aliis vocatur) ἄθεον, qui neque de diis, neque de immortalitate animarū rectè quicquam ſenſerit. Veruntamen etiam aliàs, cùm de veris moribus philoſophorum ſcribit, vt in Nigrino, Demonacte, & ceteris quibuſdam, eiuſmodi de præſentis vitæ rebus & actionibus præcipit & tradit, quæ illum haud dubiè de futura quoque, nonnihil cogitatione ac ſenſu præcepiſſe confirmare poſſint. Vtut autem hæc ſe habent, digni tamen dialogi iſti ſunt qui legantur, & ob oculos quam ſæpiſſimè reuocentur: vel ob hoc ſolùm, vt à cupiditatibus ac rerum externarum deſiderio mentem auocemus, & ad illud reſpiciamus, quod poëta dixit:* Puluis & vmbra ſumus. *quódque poſt hanc vitam neque opes, neque potentia, neque vlla aliæ fortunæ defunctos ſequentur aut iuuabunt.*

Hecates cœnam) *Mos erat diuitibus vt ſingulis menſibus Hecatæ ſacrificando in triuiis panes atque alia quædam ponerent, quæ poſtea à pauperibus auferebantur. hanc Hecates cœnam dicebant. Suidas & Athenæus lib. vij. Athenienſes autem & theatra & conciones & ceteros conuentus hominum luſtrare ſolebant adhibitis paruis & vilibus quibuſdam hoſtiis, vt Suidas tradit. eò videtur hic alludere.*

# ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ.

## DIOGENIS ET POLLVCIS. Iacobo Micyllo interprete.

DIOGENES.

COMMENDO tibi, Pollux, quamprimum ad superos ascēdetis (tuum enim est, ni fallor, cras reuiuiscere) vt sicubi videris Menippū canem illum, (inuenies autem ipsum Corinthi circa Craneum, aut in Lyceo, deridentem contendentes istos inter se philosophos) dicas illi: Menippe, inquiens, iubet te Diogenes, si satis ea quæ super terram sunt, derisisti, quò & huc ad inferos descendas, vbi multo plura quæ rideas, habiturus es. Illic enim in ambiguo tibi adhuc risus fuit, & frequens illud obiici potuit: Quis enim omnino scit quæ post vitam futura sint? Hîc autem non desines constanter atque perpetuò ridere, quemadmodum ego quoque nunc facio: & maximè postquam videris diuites istos ac satrapas & tyrannos ita humiles & obscuros esse, solóque eiulatu ab aliis dignosci: tum quòd & molles & ignaui sunt, reminiscentes eorum quæ in vita geruntur. Hæc illi quæso vt dicas, & vt præterea etiam pera veniat impleta & multo lupino, & sicubi in triuio positam inueniat Hecates cœnam, aut ouum ex lustratione relictum, aut simile quippiam. POL. At renunciabo hæc illi, Diogenes: sed quò meliùs illum agnoscere queam, cuiusmodi facie est? DIOG. Senex est caluaster, pallio indutus lacero, & vento cuiuis peruio, præterea & diuersorum pannorum assumentis variegato. Ridet autem semper, ac plerunque arrogantes istos philosophos acerbè perstringit. POL. Facile erit inuenire illum, ex his vtique signis. DIOG. Vis ne vt ad ipsos quoque philosophos illos aliquid tibi mandem? POL. Mandes licet. non enim graue neque hoc mihi fuerit. DIOG. In vniuersum adhortare illos, vt desistant à nugis suis, neque de toto contendant, neque cornua sibi mutuò affingant, neque crocodilos faciant, neque huiuscemodi sterilia atque ieiuna interrogare, animum instituant. POL. At indoctum me & ineruditum esse dicent, qui doctrinam illorum reprehendam. DIO. Tu verò plorare illos meo nomine iube. POL. Et hæc nũciabo illis.

A Πολύδευκες, ἐντέλλομαί σοι, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνέλθῃς (σὺν γάρ ἐστιν, οἶμαι, ὃ ἀναβιώναι αὖθις) ἰὼν που ἴδῃς Μένιππον τὸν κύνα, λέγεις δ' αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ πῃ ὃ Κεραμέσι, ἢ ἐν Λυκείῳ, πρὸς ἐριζόντων πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα, εἰπεῖν πρὸς αὐτόν, ὅτι σοι ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διογένης εἰ σοι ἱκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς καταγελάσαι, ἥκειν κἀκεῖ πολλῷ πλείω ἐπιγελασόμενον. ἐκεῖ μὲν B γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ σοι ἔτι ὁ γέλως ἦν, καὶ πολὺ ὄ, τις γὰρ ὅλως οἶδε τὰ μετὰ τὸν βίον; ἐνταῦθα δὲ, οὐ παύσῃ βεβαίως γελῶν, καθάπερ ἐγὼ νῦν· καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷς τοὺς πλουσίους, καὶ σατράπας, καὶ τυράννους, οὕτω ταπεινοὺς, καὶ ἀσήμους, ἐκ μόνης οἰμωγῆς διαγινωσκομένους· καὶ ὅτι μαλθακοὶ καὶ ἀγύμνευτοι εἰσι, μεμνημένοι τῶν ἄνω. ταῦτα λέγε αὐτῷ. καὶ πρὸς τούτοις ἐμπλησάμενον πῆραν ἥκειν θέρμων τε πολλῶν, καὶ εἴ που ἔξω ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὠὸν ἐκ καθαρσίου, ἤ τι τοιοῦτο. ΠΟΛΥ. Ἀλλ' ἀπαγγελῶ ταῦτα C ὦ Διόγενες· ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα ὁποῖός τίς ἐστι τὴν ὄψιν; ΔΙΟ. γέρων, φαλακρός, τριβώνιον ἔχων πολύθυρον, ἀπόμπτι ἀνέμῳ ἀναπεπταμένον, καὶ ταῖς ὑπερφυχαῖς τῶν ῥακίων ποικίλον. γελᾷ δ' ἀεὶ, καὶ καταπολλὰ τοὺς ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ὑπερσκώπτει. ΠΟΛΥ. ῥᾴδιον εὑρεῖν ἐξ ὧν γε τούτων. ΔΙΟ. βούλει δὲ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐντείλωμαί τι τοὺς φιλοσόφους; ΠΟΛΥ. λέγε. οὐ βαρὺ γὰρ οὐδὲ τοῦτο. ΔΙΟ. D ὃ μὲν ὅλον, παύσασθαι αὐτοὺς πρεσγύα ληρεῖν, καὶ περὶ τῶν ὅλων ἐρίζειν, καὶ κέρατα φύειν ἀλλήλοις, καὶ κροκοδείλους ποιεῖν, καὶ τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾶν διδάσκειν τὸν νοῦν. ΠΟΛΥ. Ἀλλ' ἐμὲ ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον ἐροῦσι φήσουσι, κατηγορήσοντα τῆς σοφίας αὐτῶν. ΔΙΟ. σὺ δ' οἰμώζειν αὐτοὺς πρὸ ἐμοῦ λέγε. ΠΟΛΥ. καὶ ταῦτα ὦ Διόγενες ἀπαγγελῶ.

ΔΙΟ. Τοῖς πλουσίοις ὦ φίλτατον Πολυδεύκιον, ἀπάγγελε ταῦτα πρὸς ἡμᾶς· ἢ ὦ μάταιοι τὸν χρυσὸν φυλάττετε; τί δὲ πικραδε ἑαυτούς, λογιζόμενοι τοὺς τόκους, καὶ πάλαντα ὅτι ταλάντοις σωρεύοντες, οὓς χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν μετ' ὀλίγον; ΠΟΛ. εἰρήσεται καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνους. ΔΙΟ. Ἀλλὰ δὲ τοῖς καλοῖς γε καὶ ἰσχυροῖς λέγε· Μεγίλλῳτε τῷ Κορινθίῳ, καὶ Δαμοξένῳ τῷ παλαίστῃ, ὅτι πρὸς ἡμῖν οὔτε ἡ ξανθὴ κόμη, οὔτε τὰ χαροπὰ, ἢ μέλανα ὄμματα, ἢ ἐρύθημα ὅτι τῷ προσώπου ἐπίκειται, ἢ νεῦρα τόνια, ἢ ὦμοι πλατεῖς· ἀλλὰ πάντα μιᾷ ἡμῖν κόνις, φασὶ, κρανία γυμνὰ τῶν κεφαλῶν. ΠΟ. οὐ χαλεπὸν οὐδὲ ταῦτα εἰπεῖν πρὸς τοὺς καλοὺς καὶ ἰσχυρούς. ΔΙΟ. καὶ τοῖς πένησιν ὦ Λάκων (πολλοί δ' εἰσὶ, καὶ ἀχθόμενοι τῷ πράγματι, καὶ οἰκτίρεσθαι τὴν ἀπορίαν) λέγε μήτε δακρύειν, μήτ' οἰμώζειν, διηγησάμενος τὴν ἐκεῖ ἰσοτιμίαν· εἰ δ' ὅπου ὄφελος) τοῖς ἐκεῖ πλουσίοις οὐδὲν ἀμείνους αὐτῶν. καὶ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς σοῖς, ταῦτα εἰ δοκεῖ, πρὸς ἐμοῦ ἀπάτησον, λέγων ἐκλελύσθαι αὐτούς. ΠΟΛΥ. μηδὲν ὦ Διόγνες πρὸς Λακεδαιμονίων λέγε· ἃ γὰρ αἰσχόμεθα γε· ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔφησθα, ἀπάγγελε. ΔΙΟ. ἐάσωμεν τούτοις, ἐπεί σοι δοκεῖ. σὺ δὲ οἷς πρόσθεν ἀπέστειλας πρὸς ἐμοῦ τοὺς λόγους.

A DIO. Diuitibus autem, ô lepidissimum caput, hæc nostro nomine annuncies quæso: Quid, ô vani, inquiens, aurum tantopere custoditis? quid autem excruciatis vos ipsos? supputantes vsuras, & talentum aliud super aliud accumulantes: quos non plus quàm vnum obolum habentes venire huc paulò pòst oportet? POL. Dicentur & hæc ad illos. DIOG. Sed & formosis istis & robustis dicas, Megillo puta Corinthio, & Damoxeno palæstritę, quòd apud nos neq; flaua coma, nec cœrulei nigri ve oculi, neq; rubor faciei ampliùs vllus est: neq; præterea nerui intenti & robusti, neq; humeri laborũ tolerãtes, sed omnia vnus puluis; vt aiũt, nobis, caluaria forma nudata scilicet. POL. Non molestum erit neq; hæc ad formosos & robustos illos dicere. DIO. Etiam pauperibus ô Lacon dicas licet, (multi autem sunt quibus & ea res perquam molesta est, & inopiam lugent) vt neque lacrymentur, neq; plorent, exposita illis ęqualitate hac, quę hîc est: & quòd videbunt eos qui illic diuites sunt, nihilo meliores quàm sese hîc esse. Lacedæmoniis autẽ tuis hæc, si videtur, nomine meo obiicias, molles & eneruatos ipsos esse dictitãs. POL. Ne de Lacedęmoniis Diogenes quicquam dicas, non enim feram: sed quæ ad cæteros mandasti, ea illis renunciabo. DIOG. Missos igitur faciamus hos quando tibi ita videtur: tu verò, quibus antea dixi, ad eos sermones hos meos deferas.

## ΠΛΟΥΤΩΝ Ἢ ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

## PLVTO, SEV CONTRA MENIPPVM. Iac. Micyllo interprete.

ΟΥ φέρομεν ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παροικοῦντα· ὥστε ἢ ἐκεῖνόν που καθίσησον, ἢ ἡμεῖς μετοικήσωμεν εἰς ἕτερον τόπον. ΠΛΟΥ. τί δ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται ὁμόνεκρος ὤν; ΚΡΟΙ. ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζομεν, καὶ στένωμεν, ἐκεῖνον μεμνημένοι τῶν ἄνω· Μίδας μὲν οὗτοσὶ, τὸν χρυσίον· Σαρδαναπάλος δὲ, τῆς πολλῆς τρυφῆς· ἐγὼ δὲ, τῶν θησαυρῶν· ἐπιτελῶ, καὶ ὑπερφυῶς, καὶ καταπροὰ καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν· ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων, ὅπερ ἐπὶ ἡμῶν τοὺς οἰμωγάς· καὶ ὅλως, λυπηρός ἐστι. ΠΛΟΥ. τί ταῦτα φασὶν ὦ Μένιππε;

D NOn poterimus ferre, Pluto, Menippum hunc canem cohabitantem nobiscum: quapropter aut illum hinc amotum alio loco colloca, aut nos hinc aliò commigrabimus. PLVT. Quid autem vobis mali adeò facit, quando eodẽ modo mortuus est ac vos? CROE. Postquam nos ploramus & ingemiscimus illorũ, reminiscentes quę apud superos habuimus; vtpote Midas hic, auri; Sardanapalus autem, multę voluptatis; ego verò, thesaurorum: irridet, & cum conuitiis exprobrat ea nobis, mãcipia & piacula nos vocitando. Interdum autem etiam cantando conturbat ploratus nostros: & in summa, valde nobis molestus est. PLVT. Quid hęc audio de te, Menippe? CROESVS.

MEN. Vera Pluto. Odi enim ipsos, ignaui ac perditi adeò cũ sint, quibus nõ satis fuit vixisse malè, sed etiam mortui, insuper cogitatione atque animo illis quæ apud superos sunt, inhærent. Delector itaque ægrè ipsis faciendo. PLVT. sed non decet: dolent enim non exiguis rebus priuati. MEN. Etiam tu deliras Pluto, qui gemitus istorum tuo quoque calculo approbas? PLVT. Haudquaquam: verùm nolim vos discordes ac seditiosos esse mutuò. MEN. At verò, ô pessimi Lydorum, Phrygum, & Assyriorum, ita de me cognoscite, vt qui neque vnquam desiturus sim. Nam quocunque abieritis hinc, eodẽ sequar, ægrè faciendo, cantando, atq; irridẽdo vos. CROE. An non hæc contumelia est? MEN. Non: sed illa contumelia erant, quæ vos facere solebatis, quando & adorari vos volebatis, & hominibus liberis pro libidine abutebamini: neque tum mortis quicquam memores eratis. Proinde plorate nunc, omnibus illis despoliati. CROE. Multis certè, ô Dij, & magnis possessionibus. MID. Quanto equidem ipse auro? SARD. Quanta verò ego voluptate? MEN. Rectè sanè, ita facite: lugete vos quidẽ, ego verò tritum illud, NOSCE TE IPSVM, idẽtidem connectẽdo, vobis occinam. decet enim huiusmodi ploratus si crebrò illis accinatur.

ΜΕ. ἀληθῆ ὦ Πλούτων. μισῶ γὰρ αὐτοὺς ἀλλυφῆς, καὶ ὀλεθρίους ὄντας· οἷς οὐκ ἀπέρχεσι βιῶναι κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντες, ἔτι μέμνηνται, καὶ προσέχονται τῆς ἄνω. χαίρω τοιγαροῦν ἀνιῶν αὐτούς. ΠΛΟΥ. ἀλλ' οὐ χρή· λυποῦνται γὰρ οὐ μικρῶν στερούμενοι. ΜΕ. καὶ σὺ μαινόμενος ὦ Πλούτων, ὁμόψηφος ὢν τοῖς τούτων στεναγμοῖς; ΠΛΟΥ. οὐδαμῶς. ἀλλ' οὐκ ἀν ἐθελήσαιμι στασιάζειν ὑμᾶς. ΜΕ. καὶ μὴν ὦ κάκιστοι Λυδῶν, καὶ Φρυγῶν, καὶ Ασσυρίων, οὕτω γινώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσομένου μου· ἔνθα γὰρ ἂν ἴητε, ἀνιῶν, ἀσῶ, καταᾴδων, καὶ καταγελῶν. ΚΡΟΙ. τοῦτο οὐχ ὕβρις; ΜΕ. οὐκ· ἀλλ' ὀκνεῖν ὕβρις ἦν, ἃ ὑμεῖς ἐποιεῖτε, προσκυνεῖσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσιν ὑπερφῶντες· καὶ τῆ θανάτου δ' οὐδέποτε μεμνημένοι. τοιγαροῦν οἰμώζετε, πάντων ὑμῶν ἀφηρημένοι. ΚΡ. πολλῶν γε ὦ θεοὶ καὶ μεγάλων κτημάτων. ΜΙ. ὅσου μὲν ἐγὼ χρυσοῦ. ΣΑΡ. ὅσης δ' ἐγὼ τρυφῆς. ΜΕ. ἄγε οὕτω ποιεῖτε· ὀδύρεσθε μὲν ὑμεῖς. ἐγὼ δὲ, ΤΟ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ πολλάκις σοφείρων, ἐπάσομαι ὑμῖν. πρέποι γὰρ ἂν ταῖς τοιαύταις οἰμωγαῖς ἐπαδόμενον.

## ΜΕΝΙΠΠΟΥ, ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΦΩΝΙΟΥ.

## MENIPPI, AMPHILOCHI ET TROPHONII.

Erasmo Roterodamo interprete.

MENIPPVS. VOs nimirum Trophoni atque Amphiloche, quum sitis mortui, tamen haud scio quonam modo phanis estis donati, vatesq; credimini, ac stulti mortales deos esse vos arbitrantur. TRO. Quid? an nobis igitur imputandum, si per insciciam illi de mortuis huiusmodi opinantur? MEN. Atqui non ista fuissent opinati, ni vos tum quum viueretis, eiusmodi quædam portenta ostentassetis, tanquam futurorum fuissetis præscij, quasiq; prædicere potuissetis si qui percontarentur. TROPH. Menippe, nouerit Amphilochus hic ipsi pro sese respondendum esse: cæterùm ego Heros sum, vaticinórque si quis ad me descenderit. At tu vidêre nunquam omnino Lebadiam adiisse, neque enim alioqui ista non crederes.

Σφὼ μέντοι ὦ Τροφώνιε, καὶ Αμφίλοχε, νεκροὶ ὄντες, οὐκ οἶδ' ὅπως ναῶν κατηξιώθητε, καὶ μάντεις δοκεῖτε· καὶ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων, θεοὺς ὑμᾶς ὑπολήψονται εἶναι. ΤΡΟ. τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι, εἰ ὑπ' ἀνοίας οἱ ἄνθρωποι τοιαῦτα περὶ νεκρῶν δοξάζουσιν; ΜΕ. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐδόξαζον, εἰ μὴ ζῶντες καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα ἐτερατεύεσθε, ὡς τὰ μέλλοντα προῃδότες, καὶ προφητεῖν δυνάμενοι τοῖς ἐρωμένοις. ΤΡΟ. ὦ Μένιππε, Αμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη ὅτι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ, ἥρως εἰμὶ, καὶ μαντεύομαι, ἢν τις κατέλθοι πρὸς ἐμέ. σὺ δ' ἔοικας οὐκ ὀπτιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τοπάνυ· ἢ γὰρ ἠπίστεις σὺ τούτοις.

C rum quæ Clotho nobis imperauit: & rursum dum honore prosequeris eos qui in alienis bonis veluti dispensatores quosdã sese gesserunt? Non enim illud dicere quisquam poterit, quòd contradicere, aut imperata detrectare licitum fuerit in iis quæ cum omni prorsum vi ac necessitate imperata fuere. MIN. Multa ô Sostrate & alia videas, licèt minimè secundùm rationem, fieri, si diligenter expendas: verũtamen tu ex hac quæstione hoc boni consequeris, quandoquidem non prædo solùm, verumetiam Sophista quidam esse videris: Solue ipsum Mercuri, néve deinceps ampliùs puniatur. Cæterùm illud vide, ne & cæteros manes similia interrogare doceas.

*Si fatali necessitate omnia perag untur, immeritò puniuntur sontes.*

*Sententia Minois irrita fit.*

---

# ΜΕΝΙΠΠΟΥ Η ΝΕΚΥΟΜΑΝΤΙΑ.

# MENIPPVS, SEV NECYOMANTIA.

Thoma Moro interprete.

## ARGVMENTVM.

*Videtur hoc dialogo Lucianus illud maximè commendatum voluisse, quod in fine Menippus ait à Tiresia in aurem sibi dictum fuisse, priuatorum videlicet hominum vitam optimam atque tutissimam esse: quod idem Græci noto illo prouerbio dictitant, τὸν λάθε βιώσας. Nam diuitias, potentiam, gloriam, & cætera quæ mundus appetit, vana omnia & incerta esse: præcipuè autem diuitum atque magnorum hominum vt vitam ipsam periculosam, & pompis solennibus, item tragicis quoque*

*fabulis similem esse, ita miseros plerunque sortiri exitum: quod eo decreto videtur intelligere velle, quod apud inferos contra diuites factum fuisse dicit, quo & corpora illorum suppliciis destinantur, & animi in asinos migrare iubentur: quod & ipsum nimirum eam significationem habet, quòd diuitum animi plerunque inertes, & omnis doctrinæ expertes esse soleant. Inscribitur autem Necyomantia, quasi dicas, ab inferis seu mortuis petitum responsum. quo vel maximè apparet eum dialogi scopum habendum esse, qui responso isto Tiresiæ proponitur. Semper enim ex titulis alter nobiliorem dialogi personam, alter argumenti quasi quandam ὕλην indicat, Platonico more, quem maximè in hoc Lucianus imitatus est. Constat autem perpetua quadam narratione, qua & causam & modum sui ad inferos descensus, & præterea occasionem qua edictum illud de diuitibus audierit, commemorat. In hac præcipui quidem loci sunt & maximè illustres, de incerta doctrina Philosophorum, de Magorum superstitione & potestate, de inferorum locis, suppliciis, & æqualitate: & postrema illa collatio vitæ humanæ cum pompa solenni & cum fabulis Tragicorum. Occasio & exordium dialogi ab habitu & percunctatione Menippi sumuntur.*

## ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΩΝΙΔΟΥ.

## MENIPPVS, PHILONIDES.

MENIPPVS. SALVE atrium, domúsque vestibulum meæ. Vte lubens aspicio luci redditus! PHILO. Numnam hic Menippus est, canis ille? Non hercle alius, nisi ego fortè ad Menippos omneis hallucinor. At quid sibi vult habitus huius insolentia? claua, lyra, leonis exuuiæ? Adeundus tamen est. Salue Menippe. Vnde nobis aduenisti? diu est quòd in vrbe te non vidimus.

ΜΕΝ. Χαῖρε μελαθρον, καὶ θυρεῖον ἐμόν· ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον, ἐς φάος μολών. ΦΙΛ. Ὁ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; ἄλλος μοι δοκεῖ, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους. τί δ' αὖ βούλεται τὸ ἀλλόκοτον τοῦτο σχῆμα, πῖλος, καὶ λύρα, καὶ λεοντῆ; προσιτέον ἦ ὅμως αὐτῷ. χαῖρε ὦ Μένιππε. καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι; πολλὼ γὰρ χρόνον ἀπέφηνας σὲ τῆ πόλει.

ΜΕΝ. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας,
Λιπών, ἵν' ᾅδης χωρὶς ὤκισαι θεῶν.

ΦΙΛ. Ἡράκλεις, ἐλελήθη Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών· κἄτ' ὀλίγης ἀπαρχῆς ἀπαθανατίσαντες; ΜΕΝ.

Οὐκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν ἅιδης μ' ἐδέξατο.

ΦΙΛ. τίς δ' ἡ αἰτία σοι τῆς καινῆς καὶ παραδόξου τούτης ἀποδημίας; ΜΕΝ.

Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τε νέου πλέον.

ΦΙΛ. παῦσαι μαινόμενος τραγῳδῶν, καὶ λέγε ἁπλούστερον ἁπλῶς καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων. τίς ἡ σχολή; τί σοι τῆς κάτω πορείας ἐδόκησεν; ἡδέως γὰρ ἂν ἠδεῖα ἦς· νῦν δὲ ἀσπάσιος ἡ ὁδός.

Μ. Ω φιλότης, χρῄζω με καλέσαντα εἰς ἅιδαο,
Τυχεῖν χρησομένου Θηβαίου Τειρεσίαο.

ΦΙΛ. οὐκοῦν, ἀλλ' ἡ παιδιά· ἢ γὰρ αὖ οὕτως ἐμμελέως ἐρραψῴδεις τοῖς ἄνδρασι φίλοις. ΜΕΝ. μὴ θαυμάσῃς ὦ ἑταῖρε· νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος,

οὐκ

οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἐπῶν, καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ὑπὸ τὸ στόμα ἔρχεται. ἀτὰρ εἰπέ μοι, πῶς τὰ ὑπὸ γῆς ἔχει, καὶ τί ποιοῦσιν ἐν τῇ πόλει; ΦΙΛ. καινὸν οὐδέν, ἀλλ' οἷα καὶ πρὸ τοῦ, ἁρπάζουσιν, ὑπορκοῦσι, ἐκκλυφοῦσιν, ὀλοσατοῦσιν. ΜΕ. ἄθλιοι, καὶ κακοδαίμονες. οὐ γὰρ ἴσασιν οἷα ἐναντίως κεκύρωται τοῖσδε τοῖς κάτω, καὶ οἷα κεχαλασμένα τὰ ψηφίσματα κατὰ τῶν πλουσίων, ἃ μὰ τὸν Κέρβερον, οὐδεμίᾳ μηχανῇ δυνήσονται αὐτοὺς ἐκφυγεῖν. ΦΙΛ. τί φῄς; δέδοκταί τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ἐνθάδε; ΜΕ. νὴ Δία καὶ πολλά. ἀλλ' οὐ θέμις ἐκφέρειν αὐτὰ πρὸς ἀπάντων, οὐδὲ τὰ ἀπόρρητα ἐξαγορεύειν, μὴ καί τις ἡμᾶς γράψηται γραφὴν ἀσεβείας ὑπὸ τοῦ Ῥαδαμάνθυος. ΦΙΛ. μηδαμῶς ὦ Μένιππε πρὸς τοῦ Διός, μὴ φθονήσῃς τῷ λόγων φίλῳ ἀνδρί. πρὸς γὰρ εἰδότα σιωπᾶν ἐρᾷς· πάτ' ἄλλα καὶ πρὸς μεμυημένον. ΜΕ. χαλεπὸν μὲν ὑπὲρ τὰ δίκαια τὸ πίταγμα, καὶ οὐ πάντη ἀσφαλές. πλὴν ἀλλὰ σοῦ γε ἕνεκα τολμητέον. ἔδοξε δὴ τοῖς πλουσίοις τούτοις, καὶ πολυχρημάτοις, καὶ ὃ χρυσίον καλοκἀγαθὸν ὡσπερεὶ τὸν Δανάην φυλάττουσι. ΦΙΛ. μὴ πρότερον εἴπῃς, ὦ γαθέ, τὰ δεδογμένα, πρὶν ἐκεῖνα διελθεῖν, ἃ μάλιστ' αὖ ἡδέως ἀκούσαιμί σου, ἥτις αἰτία σοι τοῦ καθόδου ἐγένετο, τίς ὁ τῆς πορείας ἡγεμών· εἶθ' ἑξῆς ἅττα εἶδες, ἅττα ἤκουσας παρ' αὐτοῖς. εἰκὸς γὰρ δὴ φιλόκαλον ὄντα σε, μηδὲν τῶν ἀξίων θέας ἢ ἀκοῆς παραλιπεῖν. ΜΕ. ὑπουργητέον καὶ ταῦτά σοι. τί γὰρ οὐ καὶ παθοί τις ὁπότε φίλος αἰτοῖ διάνοιτο; καὶ δὴ πρῶτά σοι δίδωμι τὴν γνώμην τὴν ἐμήν, καὶ ὅθεν ὡρμήθην πρὸς τὴν καταβασιν. ἐγὼ γὰρ ἄχρι μὲν παισὶν ἦν, ἀκούων Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολέμους, καὶ στάσεις διηνυσμένων, οὐ μόνον τῶν ἡμιθέων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν θεῶν, ἔτι δὲ καὶ μοιχείας αὐτῶν, καὶ βίας, καὶ ἁρπαγάς, καὶ δίκας, καὶ πατέρων ἐξελάσεις, καὶ ἀδελφῶν γάμους, πρῶτα ταῦτα ἡγούμην εἶναι καλά, καὶ οὐ παρέργως ἐκινούμην πρὸς αὐτά. ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελῶν ἠρξάμην, πάλιν αὖ ἐνταῦθα ἤκουον τῶν νόμων, παναυτία τοῖς ποιηταῖς κελευόντων, μήτε μοιχεύειν, μήτε σατιάζειν, μήτε ἁρπάζειν. ἐν μεγάλῃ οὖν καθεστήκειν ἀμφιβολίᾳ, οὐκ εἰδὼς ὅ, τι χρησαίμην ἐμαυτῷ.

A nescio quo pacto versibus sic impletus sum, vt numeri mihi in os sua spõte confluãt. Verùm dic mihi, quo pacto res humanæ hîc se habent in terris, & quidnam in vrbe agitur? PHIL. Nihil noui: sed quemadmodum priùs actitabant, rapiunt, peierant, fœnerantur, vsuras colligunt. MEN. O miseri atque infelices. Nesciunt enim qualia de nostris rebus nuper apud inferos decreta sunt, qualésque sorte iacti sunt in diuites istos calculi, quos per Cerberum nullo pacto poterunt effugere. PHIL. Quid ais? Nouine aliquid apud inferos nostris de rebus decretum est? MEN. Per Iouem, & quidẽ multa: verùm prodere non B licet, neque arcana quæ sunt, reuelare, ne quis fortè nos apud Rhadamanthum impietatis accuset. PHIL. Nequaquã Menippe, per Iouem: ne amico sermonem hunc inuideas. Nam apud hominẽ tacendi gnarum, & initiatum præterea sacris, edisseres. MEN. Dura profectò iubes, & neutiquam tuta: verùm tui gratia tamen audendum est. Decretum est ergo, diuites istos ac pecuniosos, aurum tanquam Danaën seruantes abstrusum. PHIL. Ne priùs ô beate quæ sunt decreta dixeris, quàm ea percurras omnia, C quæ abs te audire libentissimè velim: quæ videlicet descensus causa fuerit, quis itineris dux, deinde ex ordine & quæ illic videris, & quæ audieris omnia. Verisimile est enim, te, quum res pulchras videndi curiosus sis, eorum quæ visu aut auditu digna videbantur, nihil omnino prætermisisse. MENIP. Parendum etiam in his tibi est. Nam quid facias vrgente amico? Ac primùm sanè tibi expediam quæ res animum meum ad hunc descensum impulerit. Ego igitur quum adhuc puer essem, audirémque Homerum atque Hesiodum, seditiones ac D bella canentes, non semideorum modò, sed ipsorum etiã deorum, adulteria quoque, violentias, rapinas, supplicia, patrum expulsiones, & fratrum & sororum nuptias: hæc mehercle omnia bona pulchráque putabam, & studiosè erga ea afficiebar. Postquam verò in virilem iam ætatem peruenirem, hîc leges rursus iubẽtes audio poëtis apprime cõtraria, neque videlicet adulteria committere, neque seditiones mouere, neq; rapinas exercere. Hîc igitur hęsitabundus cõstiti, incertus omnino quo me pacto gererem.

Neque enim deos vnquam putaui mœchaturos, aut seditiones inuicem fuisse moturos, nisi de his rebus perinde ac bonis iudicassent: neque rursus legumlatores his aduersa iussuros, nisi id conducere existimarēt. Quoniam igitur in dubio eram, visum est mihi philosophos istos adire, atque his me in manus dedere, rogaréque vti me vtcunque liberet vtentur, vitæque viam aliquam simplicem ac certam ostenderent. Hæc igitur mecum reputans, ad eos venio, imprudens profectò, quòd me ex fumo (vt aiunt) in flammam coniicerem. Apud enim hos maximè diligenter obseruans, summam reperi ignorantiam, omniáque magis incerta, adeò vt præ his illico mihi vel idiotarum vita iam aurea videretur. Alius etenim soli me iussit voluptati studere, atque ad eum scopum vniuersum vitæ cursum dirigere: in eo ipsam sitam esse felicitatem. Alius rursus omnino laborare, corpúsque siti, vigiliis, ac squalore subigere, miserè semper affectum, contumeliisq; obnoxium assiduè: Hesiodi sedulò inculcans celebria illa de virtute carmina, & sudorem videlicet, & accliuem in verticem montis ascensum. Alius contemnere iubet pecunias, earúmque possessionem indifferentem putare. Alius cōtrà bonas ipsas etiam diuitias esse pronunciat. De mundo verò quid dicam de quo ideas, incorporeas substantias, atomos, & inane, ac talem quandam pugnātium inuicem nominū turbam in dies audiebam: & quod absurdorum omnium maximè fuit absurdū, de contrariis vnusquisque quum diceret, inuincibiles admodum rationes ac persuasibiles afferebat: vt nec ei qui calidum, nec ei qui frigidum idem prorsus esse contenderent, contrà quicquā hiscere potuerim, atque id, quum tamē manifestè cognoscerē fieri nunquā posse vt eadem res calida simul frigidáque sit. Prorsum igitur tale quiddam mihi accidebat, quale solet dormitātibus, vt interdum capite annuerē, interdum cōtrà abnuerem. Præterea quod multo erat istis absurdius, vitam eorum diligenter obseruans, comperi eam cum ipsorum verbis præceptisque summopere pugnare. Eos enim qui spernendā censebant pecuniam, auidissimè conspexi colligendis diuitiis inhiare, de fœnore litigantes, pro mercede docentes: omnia denique nummorum gratia tolerantes. Ij verò qui gloriam verbis aspernabātur,

*Philosophorum incerta & diuersa doctrina.*

A ὅτε γὰρ τοὺς θεοὺς οὐ ποτε ἠγούμην μοιχεύσαι ἢ στασιάσαι πρὸς ἀλλήλους, εἰ μὴ ὡς περὶ καλῶν τούτων ἐγίνωσκον· ὅτ' αὖ τοὺς νομοθέτας παναπτία τούτοις προσταῖν, εἰ μὴ λυσιτελῆν ὑπελάμβανον. ἐπεὶ ὁ δι' ἀπορίαν, ἔδοξέ μοι ἐλθόντα πρὸς τοὺς καλυμμένους τούτους φιλοσόφους, εἰς ἀφείσαν τε ἐμαυτὸν, καὶ δεηθῆναι αὐτῶν χρῆσθαί μοι ὅ, τι βούλοιντο, καὶ τινα ὁδὸν ἁπλῆν τε βεβαίαν ὑποδεῖξαι τοῦ βίου. ταῦτα μὲν δὴ φρονῶν, προσῆλθον αὐτοῖς· ἐλελήθειν δὲ ἐμαυτὸν ἐς αὐτὸ φάσι ὁ πῦρ ἐκ τοῦ καπνοῦ διαξόμενος. πρὸς γὰρ δὴ τούτοις μάλιστα δύ-

B σκολον ὑπέσχον ὑπὸ τῶν ἀγνοίας, καὶ τὸ ἀπορεῖν πλείονα· ὥστε μοι τάχιστα χρυσοῦν ἀπέδοξαν ὅτοι τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον. ἀμηχανῶ ὁ μὲν αὐτῶν, πρᾴως ὁ πρὸς ἡδονὰς, καὶ μόνον τοῦτο ἐκ παντὸς μεμελέναι. τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ εὐδαιμονεῖν. ὁ δέ τις ἔμπαλιν, πονεῖν τὰ πάντα, καὶ μοχθεῖν, καὶ τὸ σῶμα κατατραυματίζειν, ῥυπῶντα, καὶ αὐχμῶντα, καὶ πᾶσι δυσαρεστοῦντα, καὶ λοιδορούμενον, συνεχὲς ὑπερβαλλόντων τὰ πάντα ἐκφέρειν τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη, καὶ τὸν ἱδρῶτα, καὶ τὸ ὄντι τὸ ἄκρον ἀναβαίνειν. ἄλλος

C καταφρονεῖν χρημάτων παρεκελεύετο, καὶ ἀδιάφορον οἴεσθαι τὸ κτῆσιν αὐτῶν. ὁ δέ τις αὖ πάλιν, ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸν πλοῦτον αὐτὸν ἀπεφαίνετο. περὶ μὲν γὰρ τοῦ κόσμου, τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅς τε ἰδέας, καὶ ἀσώματα, καὶ ἀτόμους, καὶ κενὰ, καὶ τοιοῦτόν τινα ὄχλον ὀνομάτων ὅσημέραι πρὸς αὐτῶν ἀκούων ἐμαυτῷ. καὶ τὸ πάντων δεινῶν ἀποπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐναντιωτάτων ἕκαστος αὐτῶν λέγων, σφόδρα νικῶντας καὶ πιθανοὺς λόγους ἐποιεῖτο, ὥστε μήτε τὸ θερμὸν

D τὸ αὐτὸ φάναι λέγοντι, μήτε τὸ ψυχρὸν, αὖ πάλιν ἔχειν, καὶ ταῦτα, εἰδότα σαφῶς, ὡς οὐδὲ δὸ ποτε θερμόν τι εἴη καὶ ψυχρὸν ἐν ταὐτῷ χρόνῳ. ἀτεχνῶς οὖν ἔπασχον τοῖς νυσταζουσι τοιοῦτοις ὅμοιον, ἄρτι μὲν, ὑπανεύων, ἄρτι δὲ, ἀνανεύων ἔμπαλιν· ἔτι δὲ πολλῷ τοῦτο ἐκείνων ἀποπώτερον, τοῖς γὰρ αὐδοῖς τούτοις εὕρισκον ὑπεναντιωτάτους τοῖς αὐτῶν λόγοις ὑπεναντιουμένους. τοὺς γοῦν καταφρονεῖν παραινοῦντας χρημάτων, ἑώρων ἀφορήτως ἐχομένους αὐτῶν, καὶ περὶ τόκων διαφερομένους, καὶ ὑπὲρ μισθῶν παραδιδόντας, καὶ πάντα ἕνεκα τούτων ὑπομένοντας. τοὺς τε τιμὴν δόξαν ἀποβαλλομένους,

αὐτῆς ἕνεκα πάντα ὑπετιθέμην τε καὶ ἐποίουν· ἡδονῆς τε καὶ γέλωτος ἀπάσης κατηφείαν, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ προσεπτημένους. σφαλεὶς οὖν καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος, ἔτι μᾶλλον ἐδυσχέραινον· ἠρέμα τοῦ μυδρώπου ἐμαυτὸν, ὅτι μὴ πολλῶν, καὶ σοφῶν, καὶ σφόδρα ὑπὸ σεμνότητος ἀγνοούντων, αὐάντος τε εἰμὶ, καὶ ταλὴς ἔτι ἀγνοῶν προσέρχομαι. καί μοι ποτὲ ἀμφιπονοῦντι ταῦτα ἕνεκα, ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα, δεηθῆναί τινος τῶν μάγων τῶν Ζωροάστρου μαθητῶν, καὶ ἀμφοδόχων. ἧκουον δ' αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τε καὶ τελεταῖς τισιν ἀνοίγειν τε τὰ ᾅδου τὰς πύλας, καὶ καθάγειν ὃν ἂν βάλωνται ἀσφαλῶς, καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν. ἄριστον οὖν ἡγούμενον εἴ πῃ τοῦτό τινος τούτων ἀμφοτερόμυθον τ' καταβάσιν, ἐλθόντα τοῦτό Τειρεσίαν τ' Βοιώτιον, μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, ἅτε μαντέως καὶ σοφοῦ, Τίς ἐστὶν ὁ ἄριστος βίος, καὶ ὃν ἂν τις ἕλοιτο δι' ὅτου. καὶ δὴ ἀναπηδήσας ὡς εἶχον τάχους, ἐτεινον πρὸς Βαβυλῶνος. ἐλθὼν δὲ, συνίνομαί τινι τῶν Χαλδαίων σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ γεραιτέρῳ τινὶ τέχνῃ, πολιῷ μὲν τινὶ κόμῃ, γλίσχρον δὲ μάλα σεμνὸν καθειμένῳ. τριῶμα δὲ ἐν αὐτῷ, Μιθροβαρζάνης. δεηθεὶς δὲ, καὶ καθικετεύσας, μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ ἐφ' ὅτῳ βάλοιτο μισθῷ καθηγήσασθαί μοι τῆς ὁδοῦ. παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ, πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν ἅμα τῇ Σελήνῃ ἀρξάμενος ἦλθε, καταγαγὼν ὅτι τὸν Εὐφράτην, ἕωθεν προσπορευόμενον τὸν ἥλιον, ῥᾴδιόν τινα μακρηγορίαν ὑπολέγων, ἧς οὐ σφόδρα κατήκουον. ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων, ὅτι ἔχοιέν τι σὺν ἀσφαλεῖ ἐφθέγγετο. πλὴν ἀλλ' ἐφέρει γέ τινας ὑπικαλεῖσθαι δαίμονας. μετὰ γοῦν τὴν ἐπῳδὴν, τρὶς ἀπὸ μου προσώπου ἀποστύσας, ἐπόμπῃ πάλιν, οὐδένα τῶν ἀπόντων προσβλέπων. καὶ σιτία μὲν ἡμῖν τὰ ἀκρόδρυα, ποτὸν δὲ γάλα καὶ μελίκρατον, καὶ ὃ τοῦ Χοάσπου ὕδωρ· δεῖπνον δὲ ὑπαίθριος ὅτι τῆς πόας. ἐπεὶ δὲ ἄλις εἶχε τῆς προσβιβάσεως, περὶ μέσας νύκτας ὅτι τὸν Τίγρητα ποταμὸν ἀγαγών, ἐκάθηρέ τε μὲ, καὶ ἀπέμαξε, καὶ προσήγισε δᾳδὶ, καὶ σκίλλῃ,

A omnem vitæ suæ rationem in gloriam referebant. Voluptatem rursus omnes fermè palàm incessebant, clanculum verò ad eam solam libenter confluebant. Ergo hac quoque spe frustratus, magis adhuc ægrè moleste̅que tuli. Aliquantulum tamen inde memet consolabar, quòd vnà cum multis & sapientibus & celeberrimis viris ipse insipiensque essem, atque verè adhuc ignarus oberrarē. Peruigilanti mihi tandē, atque hisce de rebus mecum cogitanti, venit in mentem, vt Babylonem profectus, magorum aliquem ex Zoroastri discipulis ac successoribus conuenirem. Audieram siquidem eos inferni portas carminibus quibusdam ac mysteriis aperire, & quem libuerit, illuc tutò deducere, ac rursus inde reducere. Optimè ergo me facturum putaui, si cum horum quopiam de descensu paciscens, Tiresiam Bœotiū consulerem, ab eóque perdiscerem (quippe qui vates fuerit & sapiens) Quę vita sit optima, quámque sapientissimus quisque potissimùm elegerit. Ac statim quidem exiliens, quàm poteram celerrimè Babylonem versus rectà contendi. Quò quum venio, diuersor apud Chaldæorū quendam hominem certè sapientem, atque arte mirabilem, coma quidem canum: admodúmque promissa barba venerabilem. Nomen autem illi fuit Mithrobarzanes. Orans igitur obsecránsque vix exoraui, vt quauis mercede vellet, in illam me viam deduceret. Ac tandem homo me fuscipiens, primùm quidem dies nouem ac viginti cum luna simul incipiens abluit, ad Euphratem, mane solem orientem versus perducens, ac sermonē quempiam longum mussitās, quem non admodum exaudiebam. Nam (quod in certamine præcones inepti solent) volubile quiddam atque incertum proferebat, nisi quòd quosdam visus est inuocare dæmones. Post illam igitur incantationem ter mihi in vultum spuens, deducit rursus, oculos nusquam in obuium quenquam deflectens. Et cibus quidem nobis glandes erant, potus autem lac atque mulsum, & Choaspi lympha: lectus verò in herba sub dio fuit. Ac postquam iam præparati satis hac diæta fumus, medio noctis silentio ad Tigridem me fluuium ducens, purgauit simul atq; absterfit, faceq; lustrauit ac squilla,

*Magorum potentia & superstitio.*

tum pluribus itidem aliis: & magicum si-
mul illud carmen submurmurans, dein-
de totum me iam incantans, ac ne à spe-
ctris læderer, circumiens, reducit do-
mum, ita vt eram, reciprocantem. Ac re-
liqua noctis parte nauigationi nos præ-
parauimus. Ipse igitur magicam quan-
dam vestem induit, Medorum vesti vt
plurimùm similem: ac me quidem his
quæ vides, ornauit, claua videlicet, ac
leonis exuuiis, atque insuper lyra. Iussit
præterea vt nomen si quis me roget, Me-
nippum quidem ne dicerem, sed Hercu-
lem, Vlyssem, aut Orpheum. PHIL.
Quid ita ô Menippe? neque enim causam
aut habitus aut nominis intelligo. ME-
NI. Atqui perspicuum id quidem est,
ac neutiquã arcanum. Nam his qui ante
nos ad inferos olim viui descenderant,
putauit si me his assimilaret, fore vt
faciliùs Æaci custodias fallerem, atque
nullo prohibente transirem, vtpote no-
tior tragico admodum illo cultu emis-
sus. Iam igitur dies apparuit, quum
nos ad flumen ingressi, in recessum in-
cumbimus. Parata siquidem ab illo fue-
rant, cymba, sacrificia, mulsa, & in id
mysterium denique quibuscunque opus
erat. Hæc postquam ergo quæ promp-
ta erant, imposuimus, tum nos quoque

*Ingredimur tristes, lacrymísque implemur obortis.*

Atque aliquantisper quidem in fluuio
ferimur: deinde in syluam delati sumus,
ac lacum quendam, in quem Euphrates
conditur. Tum hoc quoque transmisso,
in regionem quandam peruenimus so-
lam, syluosam, atque opacam: in quam
descendentes (præibat enim Mithrobar-
zanes) & puteum effodimus, & oues iu-
gulamus, & foueam sanguine conspergi-
mus. At magus interim accensam facem
tenens, haud ampliùs iam summisso mur-
mure, sed voce quàm poterat maxima
clamitans, dæmones simul omnes con-
uocat, Pœnas, Erynnyes, Hecatẽ noctur-
nam, excelsámque Proserpinam simulq;
polysyllaba quædam nomina barbara at-
que ignota commiscet. Statim ergo tre-
mere omnia, & rimas ex carmine solum
ducere, ac porrò Cerberi latratus audiri:
& iam res planè tristis ac mœsta fuit:

*Vmbrarum at timuit rex imis sedibus Orcus.*

Ac protin⁹ quidẽ inferorũ patebãt plera-
que, lac⁹, pyriphlegethõac plutonis regia.

*Poëtica hypotyposis orci carminibus magicis examinati.*

A καὶ δηλοῖς πλείοσιν ἅμα καὶ τῷ ἐπῳδῷ ἐκείνῳ
ὑποβομβύσας, εἶτα ὅλον με καταμαγεύσας,
καὶ περιελθών, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τῶν
φαντασμάτων, ἐπῆμαγε ἐς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον ἀ-
ναποδίζοντα. καὶ τὰλοιπὸν ἀμφὶ πλοῦν εἴχο-
μεν. αὐτὸς μὲν οὖν μαγικὴν τινὰ ἔδυ στολήν, τὰ
πολλὰ ἐοικυῖαν τῇ Μηδικῇ. ἐμὲ δὲ τούτοις φέ-
ρων, ἐνέσκευασε ταῖς πίλῳ, καὶ τῇ λεοντῇ, καὶ
περιέθηκε τὴν λύραν· καὶ προσελθόντα, ἵν' τις
ἔρηταί με τοὔνομα, Μένιππον μὲν μὴ λέγειν,
Ἡρακλέα δὲ, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Ὀρφέα. ΦΙΛ. ὡς
δὴ τί τοῦτο ὦ Μένιππε; οὐ γὰρ σαφῶς τὴν αἰ-
B τίαν οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τοῦ ὀνόμα-
τος. ΜΕ. καὶ
μὲν περιδηλόν γε τοῦτο, καὶ οὐ πάνυ τελῶς ἀ-
πόρρητον. ἐπεὶ γὰρ οἵτινες πρὸ ἡμῶν ζῶντες, εἰς
ᾅδου κατελήλυθεσαν, ἐνενόησε, εἰ με ἀπεικάσειεν
αὐτοῖς, ῥᾳδίως ἂν τὴν τοῦ Αἰακοῦ φυλακὴν
διαλαθεῖν, καὶ ἀκωλύτως προελθεῖν, ἅτε συν-
ηθέστερον, τραγικῶς μάλα πανταπασιν ἐσταλ-
μένον τὸ σχῆμα. ἤδη δ' ἦν ὑπόφαινον ἡμέ-
ραι· καὶ καταλαβόντες ὀλίγον τοῦ ποταμοῦ, περὶ ἀνα-
γωγὴν ἐλογιζόμεθα. προσεθέμεθα δ' αὐτῷ καὶ
σκάφος, καὶ ἱερεῖα, καὶ μελίκρατα, καὶ ἄλλα, ὅσα
πρὸς τὰ τελετὴν χρήσιμα. ἐμβαλόμενοι οὖν
ἀπόντα τὰ προσθησόμενα, ἔπου δὴ καὶ αὐτοὶ
βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέον-
τες. καὶ μέχρι μέν τινος ὑπεφερόμεθα τῷ πο-
ταμῷ· εἶτα δ' ἐσεπλεύσαμεν ἐς ὄλος, καὶ
τὸν λιμνῶνα, ἐς ὃν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται. πε-
ριωθοῦντες δὲ καὶ τοῦτον, ἀφικνούμεθα ἐς τι
χωρίον ἔρημον καὶ ὑλῶδες, καὶ αὐλιον· ἐς ὃ ἀ-
ποβάντες, ἡγεῖτο δὲ ὁ Μιθροβαρζάνης, βό-
θρον τε ὠρυξάμεθα, καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν,
καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον ἐπεσείσαμεν. ὁ δὲ
μάγος ἐν τοσούτῳ δᾷδα καιομένην ἔχων, οὐκ
ἔτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, παμμιγεῖ δὲ ὡς οἷός τε
ἦν βαρβαρικαῖς, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπε-
βοᾶτο, καὶ Ποινάς, καὶ Ἐρινύας, καὶ νυχίαν Ἑκά-
την, καὶ φοβερὸν Περσεφόνειαν, τραγικάς τινας ἅ-
μα βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ
πολυσύλλαβα. βάθεις οὖν πάντα σκότος ἐπε-
λάβετο, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς γῦδαφος ἀπερρήγ-
νυτο, καὶ ἡ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου, πόρρωθεν ἠκούετο,
καὶ τὰ τραύματα ὑποχαλήφης ἦν, καὶ σκυθρωπόν.
Ἐδόκουν δ' ὑπενερθεν αἰάζειν ἀέρων Αἰδωνάς.

κατεφαίνετο γὰρ ἤδη τὰ πλήσια, καὶ ἡ λίμνη, καὶ ὁ Πυριφλεγέθων, καὶ τοῦ Πλούτωνος τὰ βασίλεια.

κατελθόντες δι' ὄμφακος δηλ. τοῦ χάσματος, τὸν A μὲν Ραδάμανθυν ὀλίγου τεθνεῶτα μικρῷ δεῖν ὑπὸ τοῦ δέους. ὁ δὲ Κέρβερος, ὑλάκτησε μὲν πρῶτον, καὶ προκίνησε ταχὺ δέ μιν κρούσαντος τοῦ λύρᾳ, πάγχυ ἐκοιμήθη ὑπὸ τῆς μέλεως. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν λίμνην ἤλθομεν, μικροῦ μὲν ὑδρ' ἐφραγώθημεν. ἦν γὰρ ἤδη πλῆρες τὸ πορθμεῖον, καὶ οἰμωγῆς αἱ πλεων. τραύματίαι δὲ πάντες ἐπέπλεον· ὁ μὲν, τὸ σκέλος· ὁ δ', τὴν κεφαλήν· ὁ δ', ἄλλό τι συντετριμμένος· ἐμοὶ δοκεῖν ἔκ τινος πολέμου παρόντες. ὄμφακος δ' ὄντος ὁ Χάρων ὡς εἶδε τὸν λεοντῆν, οἰηθεὶς με τὸν Ἡρακλέα εἶναι, ἐσε- B δέξατό με, καὶ διεπόρθμευσέ τε ἄσμενος, καὶ ἀποβᾶσι διεσήμηνε τὴν ἀτραπόν. ἐπεὶ δὲ ἤλθομεν ἐν τῷ σκότῳ, προῆγε μὲν ὁ Μιθροβαρζάνης, εἱπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτοῦ, ἕως πρὸς λειμῶνά τινα μέγιστον ἀφικνούμεθα, τῷ ἀσφοδέλῳ καταφυτον. ἔνθα δὴ περιεπέτοντο ἡμᾶς τερὶ γύαι τῶν νεκρῶν αἱ σκιαί. κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες, πρὸς τὸ Μίνω δικαστήριον. ἐτύγχανε δ', ὁ μὲν ὅτι θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος. πρόσκειντο δὲ αὐτῷ Ποιναί, καὶ μάστορες, καὶ Ἐρινύες. ἑτέρωθεν δ', προσή- C γοντο πολλοί τινες ἐφεξῆς ἁλύσει μακρᾷ δεδεμένοι. ἐλέγοντο δ' εἶναι μοιχοί καὶ πορνοβοσκοί, καὶ τελῶναι, καὶ κόλακες, καὶ συκοφάνται, καὶ τοιοῦτος ὅμιλος τῶν πάντα κυκώντων ἐν τῷ βίῳ χωλοὶ δ', οἵ τε πλούσιοι, καὶ τοκογλύφοι προσήεσαν, ὠχροί, καὶ πρωγάστορες, καὶ ποδαγροί, κλοιὸν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ κόφινα διπάλαντον ὀπισθεν ἐφελκόμενος. ἐφεστῶτες οὖν ἡμεῖς, ἐθεώμεθά τε τὰ γιγνόμενα, καὶ ἠκούομεν τῶν ἀπολογουμένων. κατηγόρουν δ' αὐτῶν κωμῳδοί τινες καὶ τραγῳδοὶ ῥήτορες. ΦΙΛ. τίνες ὄντες πρὸς Διός; μὴ γὰρ D ὀκνήσῃς καὶ τοῦτο εἰπεῖν. ΜΕ. οἶσθά που ταύτας τὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀπολελουμένας σκιὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων; ΦΙΛ. πάνυ μὲν οὖν. ΜΕ. αὗται τοίνυν, ἐπειδὴν ἀποθανώμεν, κατηγοροῦσί τε καὶ καταμαρτυροῦσι, καὶ διηγοῦνται τὰ πεπραγμένα ἡμῖν τραγῳδοὶ τὸν βίον. καὶ σφόδρα τινὲς αὐτῶν ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν, ἅτε ἀεὶ συνοῦσαι καὶ μηδέποτε ἀφιστάμεναι τῶν σωμάτων. ὁ δ' οὖν Μίνως ὑπομελῶς ἑξετάζων, ἀπέπεμπεν ἕκαστον ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον, δίκην ὀφέξοντα κατ' ἀξίαν τῶν τετολμημένων.

Tum per illum descendentes hiatum, Rhadamanthum propemodum metu reperimus extinctum. Ac Cerberus primùm quidem latrabat, commouitque sese: at quum ego lyram celerrimè correptam pulsassem, cantu statim sopitus obdormit: deinde posteaquam ad lacum venimus, tranare ferè non licuit. Iam enim onustum erat nauigium, & eiulatu certè plenum. Vulnerati quippe in eo nauigabant omnes, hic femur, ille caput, alius alio quopiam membro luxatus: vsqueadeo vt mihi certè ex bello quopiam adesse viderentur. At optimus Charon quum leonis videret exuuias, esse me ratus Herculem, recepit, transq; vexit libens: tum exeuntibus quoque nobis monstrauit semitam. Sed quoniam iam eramus in tenebris, præcedit quidem Mithrobarzanes, ego autem à tergo continuus illi comes adhæreo, quoad in pratum quoddam venimus maximum, asphodelo consitum, vbi circumfusæ vndique mortuorum stridulæ nos sequuntur vmbræ. Tum paulò procedentes longiùs, ad ipsum Minois tribunal accessimus. Erat ipse quidem in solio fortè quodam sublimi sedens: astabant autem illi Pœnæ, Tortores, mali Genij, Furiæ. Ex altera parte plurimi quidam adducti sunt ex ordine, longa fune vincti. dicebantur autem adulteri, lenones, mœchi, homicidæ, adulatores, sycophantæ, ac talis hominum turba quidquis in vita patrantium. Seorsum autem diuites ac fœneratores prodibant, pallidi, ventricosi, ac podagrici, quorum quisque trabe vinctus erat, ferri pōdere duorum talentorum impositō. Nos igitur astantes, & quæ fiunt omnia conspicimus, & quæ dicuntur, auscultamus. Accusant autem nouī quidam atque admirabiles rhetores. PHIL. Quinam ergo hi per Iouem sunt? Ac ne istuc quidem te pigeat dicere. MEN. Vmbrásne vnquam istas nosti, quas oppositæ Soli reddunt corpora? PHIL. Quidni? MEN. Hæ nos igitur quum primùm functi vita sumus, accusant, testantur, atque redarguunt quicquid in vita peccauimus. Et sanè quædam ex his dignæ admodum fide videntur, vtpote nobiscum versatæ semper, nostrisque nusquam digressæ corporibus. Minos igitur curiosè quemlibet examinans, impiorum relegabat in cœtum, pœnas ibi sceleribus suis dignas luiturum.

*Descriptio inferorū.*

In hos præcipuè tamen incenditur, quos opes, dum viuerent, ac dignitates inflauerant, quique adorari se ferè expectabat: nimirum breui perituram eorum superbiam fastumque detestatus: quippe qui nõ meminissent, mortales ipsi quum sint, se se bona quoque mortalia consequutos. At nunc splendida illa exuti omnia, diuitias, inquam, genus, munia, nudi ac vultu demisso steterunt, tanquam somnium quoddam humanam hãc felicitatem recogitantes: adeò vt hęc dum cõspicarer, nimium quã delectatus fuerim. Et si quẽ eorum fortè agnouerã, accessi, atque in aurem silenter admonui, qualis in vita fuerat, quantopere fuerat inflatus tum, quum plurimi mane fores eius obsidentes, pulsi interim excluſique à famulis, illius expectabant egressum: at ipse vix tãdem illis exoriens puniceus, aureus, aut versicolor, felices ac beatos se facturum salutantes putabat, si pectus dextramve porrigens permitteret osculandam. Illi verò audientes ista molestè ferebant. At Minos quiddam etiam iudicauit in gratiam: quippe Dionysium Siciliæ tyrannum multis & atrocibus criminibus & à Dione accusatum, & graui Stoicorum testimonio conuictum, Cyrenæus Aristippus interueniens (nam illum valde suspiciunt inferi, eiusque plurimùm ibi valet auctoritas) fermè iam Chimæræ alligatum, absoluit à pœna, asserens illum eruditorum nonnullos olim iuuisse pecunia. Tum nos à tribunali discedentes, ad supplicij locum peruenimus: vbi ô amice & multa & miseranda audire simul ac spectare licuit. Nam simul & flagrorum sonus auditur, & eiulatus hominum in igne flagrantium, tum rotæ, & tormenta, catenæ: Cerberus lacerat, & Chimæra dilaniat, cruciantúrque pariter omnes, captiui, reges, præfecti, pauperes, mendici, diuites: & iam scelerum omnes pœnitebat. Et quosdam quidem eorum dum intuemur, agnouimus, videlicet qui nuper è vita decesserant. At hi se pudentes tum occulebant, nostróque subtrahebant aspectui: aut si nos aliquando respiciebant, id seruiliter admodum abiectéque faciebant: atque hi quidem quàm olim putas onerosi fastosíque in vita? At pauperibus malorum dimidiũ remittebatur, & quum interquieuissent, denuo repetebantur ad pœnam.

A ἐς μάλιστα ἐκείνων ἠπείλητο, τῷ ὅτι πλούτοις τε ἐς ἀρχαῖς τετυφωμένων, καὶ μηνορχὶ καὶ προσκυνεῖσθαι ὠφειλόντων, τὸ τε ὀλιγοχρόνιον ἀλαζονείας αὐτῶν, καὶ τὸ ἐπιφυόμενον ἀπόμυσα πόλυος· καὶ ὅτι μὴ ἐμέμνηντο θνητοί τε ὄντες αὐτοὶ, ἐς θνητῶν ἀγαθῶν τετυχηκότες. οἱ δ', ἀποδυσάμενοι τὰ λαμπρὰ ἐκεῖνα πάντα, πλοῦτον λέγω, ἐς δόξαν, ἐς δυναστείας, γυμνοὶ κάτω νενευκότες, προσήκεισαν, ὡς ὀφείλοντα ἀναπεμπαζόμενοι τὸ πρὸ ἡμῶν εὐδαιμονίαν· ὥστε ἔγωγε καὶ ὁρῶν, ἐπεγέλασα. ἐς εἴ τινα γνωρίσας μοι αὐτῶν, προσιὼν

B αὐ ἡσυχῇ πως, ὑπεμίμνησκον οἷος ὢν τὸν βίον, καὶ ἡλίκον ἐφύσατο, ὡς ἔνια πολλοὶ μὲν ἔωθεν ὅτι τῶν πυλώνων προσήκεισαν, τὸ πρόσοδον αὐτὸν προσιόντες, ὠθούμενοί τε, καὶ ἀποκλειόμενοι πρὸς τῶν οἰκετῶν· ὁ δὲ, μόγις ἀνατείλας αὐγῆς πορφυρᾶς τις, ἢ πελίχρους, ἢ ἁλουροποίκιλος, εὐδαίμονας ἐφέτο καὶ μακαρίους ἀποφαίνειν τοὺς προσιόντας, ὡς ὅ γε θῆλος, ἢ τὸ δόξαι προτείνων δοίη καταφιλεῖν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ὡς ἰδιῶντο ἀκούοντες. τῷ δὲ Μίνωϊ, μία τις ἐς χάριν ἐδικάσθη δίκη. τὸν γάρ τοι Σικελιώτην Διονύσιον, πολλὰ ἐς ἀνόσια ἐπό τε Δίωνος κατηγορηθέντα, καὶ ἐπὸ τῆς στοᾶς καταμαρτυρηθέντα, προελθὼν

C Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος (ἄγουσι γὰρ αὐτὸν ἐν τιμῇ, καὶ δυνατὸν ἐν τοῖς κάτω) μικροῦ δεῖν τῇ Χιμαίρᾳ προσδεθέντα, προέλυσε τῆς καταδίκης, λέγων πολλοῖς αὐτὸν τῶν πεπαιδευμένων προσηγορίαν γραμμάτων δεδῶσθαι. ἀποστάντες οὖν ὅμως τοῦ δικαστηρίου, πρὸς τὸ κολαστήριον ἀφικνούμεθα. ἔνθα δὴ, ὦ φίλε, πολλὰ ἐς ἐλεεινὰ ἦν ἀκοῦσαί τε, ἐς ἰδεῖν. μαστίγων τε γὰρ

D ὁμοῦ φόβος ἠκούετο, καὶ οἰμωγὴ τοῦ ὅτι τοῦ πυρὸς ὀπλωμένου, ἐς τροχοὶ, καὶ κύφωνες, ἐς ἕλκοι. καὶ ἡ Χίμαιρα ἐσπαράττετο, καὶ ὁ Κέρβερος ἐδαρδάπτετο· ἐκολάζοντό τε ἅμα πάντες, βασιλῆς, δοῦλοι, σατράπαι, πένητες, πλούσιοι, σωφρονεῖ καὶ μετέμελε πᾶσι τοῦ τετολμημένων. σπάνιος δ' αὐτῶν ἐς ἐγνωρίσαμεν ἰδόντες, ὁπόσοι ἦσαν τῶν ἐναίσιμα τετελευτηκότων. οἱ δ', ἐκαλύπτοντο καὶ ἀπεστρέφοντο· εἰ δὲ καὶ προσεβλέπομεν, μάλα δουλοπρεπές τε, ἐς κολακευτικόν. καὶ ταῦτα, πῶς οἴει, σαφῶς ὄντες, ἐς ὑποψίαι τῶν τὸν βίον; τοῖς μὲν πέπνυσιν, ἡμιτέλεα τῶν κακῶν ἐδέδοτο, καὶ ἀναπαυόμενοι πάλιν ἐσκολάζοντο.

χὴ μὴν κἀκεῖνα εἶδον τὰ μυθώδη, τὸν Ἠξίο- A
να, & τὸν Σίσυφον, καὶ τὸν Φρύγα Ταύταλον
χαλεπῶς ἔχοντα, χὴ τὸν γηγενῆ Τιτυόν. Ἡλί-
κλης, ὅσος, ἔκειτο γὰρ τόπον ἐπέχων ἀγερῶ. διϊ-
όντες δὲ καὶ οὗτοι, εἰς ὃ πεδίον ἐσβάλλομεν,
ὃ Ἀχερούσιον· διείσκομέν τε αὐτόθι τοὺς ἡμι-
θέους τε, καὶ τὰς ἡρωίνας, καὶ τὸν ἄλλον ὄμιλον
τῶν νεκρῶν καθ' ἔθνη καὶ φυλὰς διῳκισμένους.
τοὺς μὲν, παλαιοὺς πίνας, καὶ διαπεπωκότας, καὶ
ὡς φησιν Ὅμηρος, ἀμενηνούς· τοὺς δὲ, νεάλεις,
καὶ σπερμολόγους· καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίων
αὐτοῖς, ἀφ' ὃ πολυαρκὲς τῆς παρασκευῆς. ὃ
μέντοι διαγινώσκειν ἔκαστον, ἀ πάνυ τι ῥᾴ- B
διον. ἅπαντες γὰρ ἀτεχνῶς ἀλλήλοις γίνονται
ὅμοιοι, τῶν ὀστέων γεγυμνωμένων. πλὴν μόγις
καὶ ἀφ' πολλοῦ αἰσθανόμενοι αὐτοὺς ἐγνώ-
καμεν. ἔκειντο δ' ἐπ' ἀλλήλοις ἀμφίβολοι, καὶ
ἄσημοι, καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν πρὸ ἡμῶν καλῶν
φυλάττοντες. ἀμέλει, πολλῶν ὁ αὐτῶν
σκελετῶν κειμένων, καὶ κρανίων ὁμοίων, φοβε-
ρόν τι, καὶ διάκενον διεδορκότων, & γυμνοὺς τοὺς
ὀδόντας προφαινόντων, ἠπόρουν πρὸς ἑμαυ-
τὸν ᾧ τινι διακρίναιμι τὸν Θερσίτου ἀπὸ τοῦ
καλοῦ Νιρέως, ἢ τὸν μετοίκου Ἶρον, ἀπὸ τοῦ
Φαιάκων βασιλέως, ἢ Πυρρίαν τὸν μάγειρον, C
ἀπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος. οὐδὲν γὰρ ἔτι τῶν πα-
λαιῶν γνωρισμάτων αὐτοῖς προσῆν, ἀλλ'
ὅμοια τὰ ὀστᾶ λευκὰ, ἄδηλα, καὶ ἀνεπίγραφα, καὶ
ἐπ' οὐδενὸς ἔτι διακρίνεσθαι δυνάμενα.
τοιγάρτοι σκιᾶν ὁρῶντι, ἐδόκει μοι ὁ τῶν ἀν-
θρώπων βίος πομπῇ τινι μακρᾷ προσοικέναι,
χορηγεῖν δὲ καὶ διαπέμπειν ἕκαστα ἡ Τύ-
χη, διάφορα & ποικίλα τοῖς πομπεύουσι σχή-
ματα προσάπτουσα. τὸν μὲν γὰρ λαβοῦσα
ἡ Τύχη, βασιλικῶς διεσκεύασε, πάσαν τε D
ὑπέθηκεν, καὶ δορυφόρους προσέδωκε, καὶ τιάρᾳ
κεφαλὴν ἐνέφασε τῷ διαδήματι· τῷ δὲ,
οἰκέτου σχῆμα προσέθηκε· τὸν δὲ τινα, καλὸν
ἔτι) ἐκόσμησε· τὸν δὲ, ἄμορφον καὶ γελοῖον
προεσκεύασε. πάντα γὰρ οἶμαι δεῖν
γίνεσθαι τῇ θεᾷ. πολλάκις δὲ, ἀφ' μέ-
σης τῆς πομπῆς μετέβαλε τὰ ἐκείνων σχήμα-
τα, οὐκ ἐῶσα ἐς τέλος διαπομπεύσαι, ὡς
ἐπάθοσαν· ἀλλὰ μεταμφιέσασα, τὸν μὲν

Sed illa quoque quæ fabulis feruntur, a-
ſpexi, Ixionem, Siſyphum, Phrygiúmque
grauiter affectum Tantalum, genitúm-
que terra Tityum: dij boni, quantum? In-
tegrum ſtratus agrum occupabat. Hos
tandem prætereuntes, in campum veni-
mus Acheruſſum, vbi ſemideos heroi- *Campus Acheruſius ſiue Elyſius.*
dáſque reperimus, atque aliã ſimul mor-
tuorum turbam in gentes tribúſque di-
ſpoſitam, alios quidem vetulos quoſdam
ac marcidos, atque (vt Homerus ait) e-
uanidos, alios verò iuueniles & integros,
& hos potiſſimùm ob illam condiendi
efficaciam, Ægyptios. Verùm dignoſce- *Æqualitas inferorum.*
re quemlibet haud procliue fuit: adeò
nudatis oſſibus omnes erant inuicem ſi-
millimi, niſi quòd vix tandem eos diu in-
tendentes agnouimus. Quippe conferti
conſidebãt obſcuri atque ignobiles, nul-
lúmque ſeruantes ampliùs priſtinæ for-
mæ veſtigium. Cùm igitur multi ſimul
oſſei conſiſterent, inuicem omnino ſimi-
les, qui terrificum quiddam per cauos
oculorum orbes tranſpicerent, dentéſ-
que nudos oſtenderent, hæſitabam certè
mecum, quonam ſigno Therſitem à Ni-
reo illo formoſo diſcernerem, aut mendi-
cum Irum à Phæacum rege, aut Pyr-
rhiam coquum ab Agamemnone, quip-
pe quibus iam nihil veteris permanſit in-
dicij, ſed oſſa fuerunt inter ſe ſimilia, in-
cognibilia, nullis inſcripta titulis, nulli-
que vnquam dignoſcenda. Hæc igitur
ſpectanti mihi, perſimilis hominum vita
pompæ cuipiam longæ videbatur, cui
præſit ac diſponat quæque Fortuna, ex
his qui pompam agunt, diuerſos variós-
que cuique habitus accommodãs. Alium
ſiquidem Fortuna deligens, regiis ornat
inſignibus, & tiaram imponens, & ſa-
tellites addens, & caput diademate co-
ronans: alium ſerui rurſus ornatum in-
duit: hunc formoſum effigiat, hunc de-
formem atq; deridiculum fingit: nam o-
mnigenum, vt opinor, debet eſſe ſpecta-
culum. Quin habitus quorundam ple-
rúnque in media quoque pompa demu-
tat, neque perpetuò eodem ſinit ordine
cultuq; progredi quo prodierant, ſed or-
natu commutato Cræſum quidem có-
git ſerui captiuiq; veſtes induere: Mæan-
drium autem olim inter ſeruos inceden-
tem, Polycratis viciſſim ornat tyranni-
de:

Κῆρυκα ἐνέδυσε τὸν τῆς οἰκέτου καὶ ἀχμαλώτου σκευὴν αἰσχρᾶς, τὸν δὲ Μαγνή-
σιον, τέως ἐν τοῖς οἰκέταις πομπεύοντα, τὴν Πολυκράτους τυραννίδα μετενέδυσε.

& aliquantiſper quidem eo cultu permittit vti: verùm vbi iam pompæ tempus præteriit, apparatum quiſque reſtituens, & cum corpore ſimul exutus amictu, qualis antè fuit, efficitur, nihilo à vicino differens. Quidam tamen ob inſcitiam, quum ſuos fortuna cultus exigit, ægrè ferunt atque indignantur, tanquam propriis quibuſdam bonis priuati, ac non potiùs alienis, quibus pauliſper vtebantur, exuti. Quin in ſcena quoque vidiſſe te plerùnque puto hiſtriones iſtos tragicos, qui (vt fabulæ ratio poſcit) modò Creontes, modò Priami fiunt, aut Agamemnones: idémque (ſi fors retulerit) paulò antè tam grauiter Cecropis aut Erechthei formam imitatus, paulò pòſt ſeruus poëta iubente progreditur. At quum fabulæ iam finis affuerit, quiſque auratas illas veſtes exutus, perſonam deponens, & ab altis illis crepidis deſcendens, pauper atque humilis obambulat, haud ampliùs Agamemnon ille Atreo prognatus, aut Creon Menœcei filius, ſed Polus filius Chariclei Sunienſis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic ſe mortalium res habent, quemadmodum mihi tum ſpectanti videbatur. PHIL. Dic mihi Menippe, iſti qui magnificos altóſque tumulos habent ſuper terram, & columnas, imagines, titulos, nihilóne ſunt apud inferos plebeis quibuſlibet vmbris honoratiores? MEN. Nugaris tu quidem: nam ſi vidiſſes Mauſolum, (Carem illum dico, pyramide celebrem) ſat ſcio, nunquam ridere deſiſſes: ita in antrum quoddam abſtrufum deſpectim abiectus eſt, in reliqua mortuorum turba delitescens. Hoc tantum commodi mihi videtur ex monumento referre, quòd impoſito tanto pondere laborat magis & premitur. Nam quum Æacus, ô amice, locum cuique metitur, (dat autem cui plurimum, haud ampliùs pedem:) neceſſe eſt eò iacere contentum, ſeſéque ad loci modum cõtrahere. At vehementiùs multo riſiſſes opinor, ſi reges hoſce noſtros ſatrapáſq; vidiſſes apud eos mendicantes, aut ſalſamenta vendentes,

*Vanam eſſe gloriã, quam in hac vita maximi plerique appetunt.*

A καὶ μέχρι μιᾶς πήχεως εἶναι χρῆσθαι τῷ σήματι· ἐπειδὰν δέ τις ὁ τῆς πομπῆς καιρὸς παρέλθῃ, πάλιν καθ' ἕκαστος ἀποδύεται τὸν σκευωρὸν, καὶ ἀποδυσάμενος ὁ σῆμα μὲν τοῦ σώματος, ὥσπερ ἦν πρὸ τοῦ, γίγνεται, μηδὲν τοῦ πλησίον διαφέρων. ἔνιοι δ' ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἐπειδὰν ἀπαιτῇ τὸν κόσμον ὀπίσω ἡ Τύχη, ἄχθονται γε, καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὥσπερ οἰκείων τινῶν στερισκόμενοι, καὶ οὐχ ἅ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο, ἀποδιδόντες. οἶμαι δὲ καὶ τῷ ὅτι τῆς σκηνῆς πολλάκις ἐφεστήκεναι, τοῖς τραγικοῖς ὑποκρι-

B τὰς τύπους πρὸς τὰς χρείας τῶν δραμάτων, ἄρτι μὲν, Κρέοντας, ὁτοτὲ δ', Πριάμους γιγνομένους, ἢ Ἀγαμέμνονας· καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι μικρὸν ἔμπροσθεν μάλα σεμνῶς, ὁ τῆς Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως σῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον οἰκέτης προῆλθεν ὑπὸ τῷ ποινῷ κεκελευσμένος. ἤδη δὲ πέρας ἐχόντος τοῦ δράματος, ἀποδυσάμενος ἕκαστος αὐτῶν τὸν χρυσόπαστον ἐκεῖνον ἐνδύεται, καὶ ὁ προσωπεῖον ἀποθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβα-

C τῶν, πένης, καὶ ταπεινὸς προέρχεται, οὐκ ἔτ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαρικλέους Συνιὰς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτονος Μαραθώνιος. τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά ἐστιν, ὡς τότε μοι ὁρῶντι ἔδοξεν. ΦΙΛΩ. Εἰπέ μοι ὦ Μένιππε, οἱ δὲ τοὺς πολυτελεῖς τούτους ὑψηλοὺς τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλας, καὶ εἰκόνας, καὶ ὑπογράμματα, οὐδὲν τιμιώτεροι πρὸ αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νε-

D κρῶν; ΜΕΝΙΠΠΟΣ. λῆρος ὦ οὗτος. εἰ γὰρ ἐθέλοιμι τὸν Μαυσωλὸν αὐτὸν (λέγω δὲ τὸν Καρὰ, τὸν ἐκ τῆς τάφου πρεσβύτην) δεῦρο ἰδεῖν ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν· οὕτω ταπεινῶς ἔρριπτο ὑπ' ὀφθαλμοῦσιν ποδὸς, λανθάνων ὢν τὸν λοιπὸν ὄχλον τῶν νεκρῶν· ἐμοὶ δοκεῖν, τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, πρὸς ὅσον ἐδαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ὀστεόμβιος. ἐπειδὰν γὰρ, ὦ ἑταῖρε, ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον (δίδωσι δὲ ὃ μέγιστον οὐ πλέον ποδὸς) ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι, πρὸς ὃ μέτρον σεσταλμένον. πολλῷ γ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλας, εἰ ἐθέλοιμι τοὺς πρὸ ἡμῶν βασιλέας καὶ σατράπας θεωρεῖν ὄντας πρὸ αὐτοῖς, καὶ ἅτε παντοπωλοῦντας ὑπ' ἀπορίας,

ἢ τὰ πρῶτα διδάσκοντας γράμματα· καὶ ὑπὸ A aut primas ipsas literas vrgente inopia
τῆς τυχόντος ὑβριζομένους, καὶ κατὰ κόρρης παιο- profitentes, & quemadmodum contu-
μένους, ὥσπερ τῶν ἀνδραπόδων τὰ ἀπιμότατα. meliis à quouis afficiantur, atque in
Φίλιππον γοῦν τὸν Μακεδόνα ἐγὼ θεασάμε- faciem cædantur, perinde atque vilissi-
νος, οὐδὲ κρατεῖν ἐμαυτοῦ δυνατὸς ἦν· ἐδείκ- ma mancipia. Itaque Philippum Ma-
θη δέ μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ μαθὼν ἀκούμενος cedonem conspicatus, continere me cer-
τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. πολλοὺς γὰρ καὶ ἄλ- tè non potui: ostensus est mihi in angu-
λους ἦν ἰδεῖν ἐν ταῖς περιόδοις μεταποιοῦντας; lo quodam detritos calceos mercede
Ξέρξας λέγω, καὶ Δαρεῖος, καὶ Πολυκράτης. resarciens. Quin alios præterea multos *Philippus calceorum refector.*
ΦΙΛ. ἄπορα διηγῇ τὰ περὶ τῶν βασιλέων erat videre mendicantes in triuiis, Xer-
καὶ μικροῦ δεῖν, ἄπιστα. τί δὲ ὁ Σωκράτης xes videlicet, Darios, ac Polycrates.
ἐποίησε, καὶ Διογένης, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν σο- PHIL. Admiranda narras ista de re-
φῶν; ΜΕ. ὁ μὲν Σωκράτης, κἀκεῖ περιέρ- gibus, penéque incredibilia. Socrates
χεται διελέγχων ἅπαντας. συνῆσαν δ' αὐτῷ autem quid facit ac Diogenes, & si quis
Παλαμήδης, καὶ Ὀδυσσεύς, καὶ Νέστωρ, καὶ εἴ τις est sapientum alius? MEN. Socrates
ἄλλος λάλος νεκρός. ἐπὶ μὲν τοῖς ἐπεφύσητο B profectò etiam ibi obuersatur, omnés-
αὐτῷ, καὶ διαῤῥήγνυται ἐκ τῆς φαρμακοποσίας que redarguit: versantur autem cum il-
τὰ σκέλη. ὁ δὲ βέλτιστος Διογένης παροικεῖ μὲν lo Palamedes, Vlysses, & Nestor, & quis-
Σαρδαναπάλῳ τῷ Ἀσσυρίῳ, καὶ Μίδᾳ τῷ quis est alius inter defunctos garrulus.
Φρυγὶ, καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολυτελῶν. ἀκούων Inflantur autem illi etiamnum atque in-
δὲ οἰμωζόντων αὐτῶν, καὶ τὴν παλαιὰν τύχην tumescunt exhausto veneno crura. At
ἀναμεμνημένων, γελᾷ τε καὶ τέρπεται. καὶ τὰ optimus Diogenes Sardanapalo vicinus
πολλὰ ὑπῆλιος καθακείμενος, ἀδῆ μέλπε τρα- Assyrio, Midæque Phrygio, atque aliis
χείᾳ καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν C item pluribus ex istorum sumptuosorum
ὑπικαλύπτων, ὥστε αἰσθάνεσθαι τοὺς ἀνδρας, καὶ numero, manet, quos quum eiulantes
δυσκολαίνεσθαι μετοικεῖν, ἀφέρουσας τὴν Διο- audit, veteris fortunę magnitudinem re-
γένους. ΦΙΛ. ταυτὶ μὲν ἱκανῶς. τί δ' ὃ ψήφισμα cogitantes, & ridet & delectatur, ac supi-
ἦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγες κεκυρῶσθαι κατὰ τῶν πλουσίων; ΜΕ. Εὖ γε ὑπεμνησας· nus cubans vt plurimùm cantat, aspera
ἀγνοῶ γὰρ οἶδ' ὅπως περὶ τούτου λέγων παρεθέμενος, nimis atque iniucunda voce illorum eiu-
πάμπολυ ἀπεπλανήθην τοῦ λόγου. διατρεῖβοντος γάρ μου περὶ αὐτῶν, παρῆσαν οἱ latus obscurans; adeò vt id ægrè ferentes,
ῥητορικοὶ ἐκκλησίαν περὶ τῶν κοινῇ συμφερόν- nec Diogenem ferre valentes, de mu-
των. ἰδὼν οὖν πολλοὺς συνιόντας, ἀναμίξας ἐ- tanda sede deliberent. PHIL. De
μαυτὸν τοῖς νεκροῖς, ὀλίγους εἰς καὶ αὐτὸς ἦν τῶν ἐκ- D his iam satis quidem: cæterùm quod-
κλησιαζόντων, ἐλαχίστη μοῖρα ὢν καὶ ἄλλα. τελευταῖον nam illud decretum est quod initio di-
δὲ ὃ περὶ τῶν πλουσίων. ἐπεὶ γὰρ αὐτῶν κατη- xeras aduersus diuites esse sanctum?
γόρησε πολλὰ, καὶ ὕβρεις, καὶ βίαι, καὶ ἀλαζονεία, καὶ MEN. Bene admones: nescio enim
ὑπερηφανία, καὶ ἀδικία, τέλος ἀναστὰς τις τῶν quo pacto quum de hac re dicere pro-
δημαγωγῶν, εἶπεν ψήφισμα τοιῶνδε posuissem, ab instituto sermone procul
†ΗΦΙ- Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ ἀδίκημα οἱ πλούσιοι aberraui. Dum igitur ibi versabar, ma-
ΣΜΑ. δρῶσι καὶ δὴ τὸν βίον, ἁρπάζοντες, καὶ βιαζόμε- gistratus concionem aduocauerunt, his
νοι, καὶ πρῶτα ζῶντων τῶν πενήτων καταφρονοῦντες, videlicet de rebus quæ in commune
δέδοκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν ἀποθάνωσι, τὰ μὲν σώματα αὐτῶν κολά- conducerent. Consp iciens ergo multos
ζεσθαι, καθάπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων πονηρῶν· concurrere, me quoque cum illis simul
immiscens, vnus de numero eorum qui
in concione aderant, efficior. Agita-
ta sunt igitur & alia multa, postremò
verò de diuitibus negotium: in quos
posteaquàm plurima fuissent obiecta,
violentia, superbia, fastus, iniuriæ: as-
surgens tandem ex populo primâs qui-
dam, huiusmodi decretum legit:

Quoniam, inquit, multa diuites perpe- *Decretum contra diuites factum.*
trant in vita, rapiētes, ac vim inferentes,
inopesq; omni modo despectui habētes:
Curiæ populoq; visum est, vt quū functi
vita fuerint, corpora quidem eorū pœnas
cum aliis sceleratorum corporibus luant:

animæ verò ſurſum remiſſæ in vitam; in aſinos demigrent, donec in tali rerum ſtatu quinquies ac vicies decem annorum millia tranſegerint, aſini ſemper ex aſinis renati, onera ferentes, atque à pauperibus agitati: dein vt liceat illis ex vita excedere. Hanc ſententiam dixit Caluarius, patre Aridello, patria Manicenſis, tribu Stygiana. Hac igitur lege recitata, approbauerunt principes, ſciuit plebs, adfremuit Proſerpina, allatrauit Cerberus: ſic enim rata quæ inferi ſtatuunt, authenticáque fiunt. Quæ igitur in concione agebantur, erant huiuſmodi. Tum ego ſtatim, cuius gratia veneram, Tireſiam adeo, atque illi re vti erat ordine narrata, ſupplicaui vt mihi diceret, Quodnam optimum vitæ genus putaret. Hic verò ſubridens (eſt autem ſeniculus quiſpiam cæcus, pallidus, voce gracili) O fili, inquit, cauſam tuæ perplexitatis ſcio à ſapientibus iſtis profectam, haudquaquã idem inuicem iiſdẽ de rebus ſentientibus: verùm haud fas eſt id tibi proloqui: ſiquidem quòd Rhadamanthus interdixit. Nequaquam, inquã, ô patercule: ſed dic amabò, neq; me contemnas, qui in vita te etiam ipſo cæcior oberro. Abducens ergo me, procul ab aliis auferens, ad aures mihi inclinans, Optima eſt, inquit, idiotarum priuatorúmque vita, ac prudentiſſima: quamobrem ab hac vaniſſima ſublimium conſideratione deſiſtens, mitte principia ſemper ac fines inquirere, & vafros hoſce ſyllogiſmos deſpuens, atque id genus omnia nugas æſtimans, hoc ſolum in tota vita perſequere, vt præſentibus bene compoſitis, minimè curioſus, nulla re ſolicitus, quamplurimum potes hilaris vitam ridénſque traducas. Hæc quum dixiſſet, rurſus in Aſphodelorum pratum ſeſe corripuit. Ego igitur (nam & tũc veſper erat) age, inquã, ô Mithrobarzane, quid cunctamur, ac non hinc rurſus abimus in vitam? Ad hæc ille, Confide, inquit, ô Menippe, breuem quippe facilémque tibi monſtrabo ſemitam: & me protinus abducens in regionem quandam magis priore tenebricoſam, manu procul oſtendens ſubobſcurum tenuéque ac velut per rimam influens lumen: Illud, inquit, Trophonij templum eſt, atque illac ad inferos è Bœotia deſcenditur:

*Summa & ſcopus totius argumenti.*

A Τὰς δὲ ψυχὰς, ἀναπεμφθείσας ἄνω ἐς τὸν βίον, καταλύεσθαι ἐς τοὺς ὄνους, ἄχρις ἂν ἐν τῷ τοιούτῳ διαγάγωσι μυριάδας ἐτῶν πέντε καὶ εἴκοσιν, ὄνοι ἐξ ὄνων γιγνόμενοι, καὶ ἀθλοφορούμενοι, καὶ ὑπὸ τῶν πενήτων ἐλαυνόμενοι· τοιούτευθεν δὲ λοιπὸν, ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀποθανεῖν. Εἶπε τὴν γνώμην Κεφαλίων Σκελετίωνος Νεκυσιὰς, Φυλῆς Ἀλιβαντίδος. Τούτου ἀναγνωσθέντος τῷ ψηφίσματος, ἐπεψήφισαν μὲν αἱ ἀρχαί. ἐπεχρότησε δὲ ὁ πλῆθος, καὶ ἐθορύβησατο ἡ Βερσεφόνη, καὶ ὑλάκτησεν ὁ Κέρβερος· οὕτω γὰρ ἐτέλη γίγνεται, καὶ κύρια τὰ ἀναγεγραμμένα. Ταῦτα μὲν δή σοι τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐγὼ δὲ, ὅσου ἀφίγμην ἕνεκα, τοῦ Τειρεσίου προσελθὼν, ἱκέτευον αὐτὸν, τὰ πρῶτα διηγησάμενος, εἰπεῖν πρός με, Ποῖόν τινα ἡγεῖται τὸν ἄριστον βίον. ὁ δὲ, γελάσας (ἔστι δὲ τυφλόν τι γρόντιον, καὶ ὠχρὸν, καὶ λεπτόφωνον) Ὦ τέκνον, φησὶ, μὴ μοὶ αἰτίαν οἶδά σου τῆς ἀπορίας, ὅτι τοῖς τῶν σοφῶν ἐμμένεις, ἃ τοῖς αὐτοῖς γιγνωσκόντων ἑαυτοῖς· ἀπὸρ ἡ θέμις λέγειν πρός σε. ἀπείρηται γὰρ ὑπὸ τῆ Ῥαδαμάνθυος. μηδαμῶς, ἔφην, ὦ πάτερον, ἀλλ' εἰπὲ, καὶ μὴ περίδῃς με σοῦ τυφλώτερον περιόντα ἐν τῷ βίῳ. ὁ δὲ δή με ἀπαγαγὼν, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἀποπαύσας, ῥέμμα προσκύψας πρὸς τὸ οὖς, φησὶν, Ὁ τῶν ἰδιωτῶν, ἄριστος βίος, καὶ σωφρονέστερος· ὡς τῆς ἀφροσύνης παυσάμενος τῆ μετεωρολογεῖν, καὶ τέλη καὶ ἀρχὰς ὑπισχνεῖσθαι, καὶ καταπλύσας τῶν σοφῶν τούτων συλλογισμῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα λῆρον ἡγησάμενος, τοῦτο μόνον ἐξ ἀπάντων θηρᾶσον, ὅπως ὁ παρὼν βίος, ὡδαδράμῃς γελῶν τὰ πολλὰ, καὶ προσὶ μηδὲν ἐσπουδακώς. ὡς εἰπὼν, πάλιν ὥρτο κατ' Ἀσφοδελῶν λειμῶνα. ἐγὼ δὲ, καὶ γὰρ ἤδη ὀψὲ ἦν, ἄγε δή ὦ Μιθροβαρζάνη, φημὶ, τί διαμέλλομεν, καὶ οὐκ ἀπιμεν αὖθις ἐς τὸν βίον; ὁ δὲ, πρὸς ταῦτα, θαῤῥεῖ φησὶν ὦ Μένιππε, ταχεῖαν γάρ σοι καὶ ἀπροφάσιστον ὑποδείξω ἀτραπὸν, καὶ δή ἀπαγαγών με πρός τι χωρίον τῆ

B

C

D

ἄλλου ζοφερώτερον, δείξας τῇ χειρὶ πόῤῥωθεν ἀμφωρύγι τινὶ καὶ λεπτῷ ὥσπερ διὰ κλειθρίδος ἠρέμα φάος, Ἐκεῖνό ἐστιν ὅ τε ἱερὸν τοῦ Τροφωνίου, κἀκεῖθεν καταπέμπονται οἱ ἀπὸ Βοιωτίας

ταῦτ' ἐῶν αἰωρῆ, καὶ οὐδὲν ἔσῃ ὅτι τῆς Ἑλλάδος. ἡδεῖς δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐγὼ, καὶ τὸν μάγον ἀσπασάμενος, χαλεπῶς μάλα δι' τῆς στομίου αἰρπύσας, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν Λεβαδείᾳ γίγνομαι.

A hac ascendes, atque illico eris in Græcia. Ego igitur hoc sermone gauisus, salutato mago, difficilè admodum per angustas antri fauces subrepens, nescio quo pacto in Lebadiam perueni.

---

## ΧΑΡΩΝ, Η ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΝΤΕΣ.

## CHARON, SIVE CONTEMPLANTES.

Petro Mosellano interprete.

### ARGVMENTVM.

*Eiusdem fermè argumenti est hic Dialogus cum superiore. Nam vt illic Menippus apud inferos videre atque audire supplicia & miseros exitus diuitum atque potentum fingitur: ita hîc Charon apud superos hominum dementiã contemplatur, stulta illorum consilia & actiones deridendo: quippe qui in his quæ incerta ac momentanea maximè sunt, puta robore corporis, potentia, diuitijs, fortuna, gloria, & id genus aliis, omnem spem atque fiduciam collocent: mortis verò, quæ omnium certissima, & mox consecutura est, nullam rationem habeant. Id quod ipse Charon in fine Dialogi apertis verbis indicat, & paulò suprà quoque, vbi homines stultitiæ suæ admonet, & ad meliorem mentem reuocat. Tractantur autem hæc primò per speciem, propositis exemplis Milonis, Cyri, Crœsi, Polycratis, & aliorum: mox & in genere, descriptis hominum & priuatorum & regum affectibus studijsq; postremò etiam confutata opinione quam multi de defunctorum honoribus habebant. & in summa non hominum modò res & corpora, verùm & ciuitates, & flumina, denique omnia morti subiecta esse ostenduntur: quam eo faciliorem cuique esse, quo mundanis istis rebus ac opibus minùs impeditus aut captus fuerit. Prior pars Dialogi etiam δραματικὴ est, dum Mercurius iam exoratus à Charonte, montes alios aliis imponit, & locum vnde prospectus in omnes terras pateat, extruit.*

## ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝΟΣ.

## MERCVRII, ET CHARONTIS.

ΤΙ γελᾷς ὦ Χάρων; ἢ τί ὃ παροθμεῖον ἀπολιπὼν, δεῦρο ἀνελήλυθας ἐς τὸν παρόντα ἡμέραν, ἃ πάνυ εἰωθὼς ἐπιχαίρειν τοῖς ἄνω πράγμασιν; ΧΑ. ἐπεθύμησα ὦ Ἑρμῆ, ἰδεῖν ὁποῖά ἐστι τὰ ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ πράττουσιν οἱ ἀνθρωποι ἐν αὐτῷ· ἢ πόνων τεθνήκασιν, πάντες οἰμώζοντες καταντῶντες πρὸς ἡμᾶς. οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἀδακρυτὶ διέπλευσεν. αἰτησάμενος οὖν παρὰ τοῦ ἅδου καὶ αὐτὸς, ὡσπερ καὶ ὁ Θετταλὸς ἐκεῖνος νεανίσκος, μίαν ἡμέραν ἀφέσεως γενέσθαι, ἀνελήλυθα ἐς τὸ φῶς· καί μοι δοκῶ ἐς δέον ἐντετυχηκέναι σοί. ξεναγήσῃ γὰρ οὖν οἶδ' ὅτι με ξυμπεριπατοῦντα, καὶ δείξῃς ἕκαστα, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα.

QVID rides ô Charon? aut cur deserto nauigio in hanc lucem ascendisti, non admodum assuetus superûm rebus interesse? CHAR. Cupido me cepit ô Mercuri videndi & quænam in vita gerantur negotia, & quibus studiis homines teneantur: tum etiam quibus bonis exuti plorent omnes vbi ad nos descenderint. Neque enim ex ipsis quisquam citra lacrymas traiecit. Quare exemplo illius Thessali adolescẽtis cõmeatu à Dite impetrato, vt vnum saltem diẽ à naue abesse liceret, in lucem ascẽdi: ac mihi videor in ipso planè tempore in te incidisse. Nam peregrinus cũ sim, sat scio te nõ grauari quin obambulando me ducas, singulaq; demonstres, vt qui vniuersa iam habeas comperta.

MERCVRIVS.

A ναύτης δ' αὖ ἴσως ἢ κηπωρὸς ἂν χωρῷ τένοιο· καὶ ταῦτα, ὡς ἐθέλῃ σε ἀποδόσθαι ὑποσὶ ὁ μέγιστον δυ' ὀβολοῖν. ΕΡ. ἔχε λαβών· ἡδὺ γὰρ ἄσμενοι ἀπαλλαξόμεθα, ὑπ' ὀχλουμένοι αὐτοῦ, καὶ βοῶντος, καὶ ἀπωθοῦντας ἁπάντας ἁπλῶς ὑβρίζοντος καὶ ἀγροικοῦντος κακῶς. ΖΕ. ἄλλον κάλει τὸν Κυρηναῖον, τὸν ἐν τῇ πορφυρίδι, τὸν ἐστεφανωμένον. ΕΡ. ἄγε δὴ πρόσεχε πᾶς. πολυτελὲς τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων δεόμενον. βίος σοῦ ἡδύς, βίος τρισμακάριος. τίς ὀπτιθυμεῖ πυφῆς; τίς ὠνήσεται τὸν ἀβρόπατον; ΑΓ. ἐλθὲ σύ, καὶ λέγε ἄνωθεν εἰδὼς τυγχάνεις. ὠνήσομαί γάρ σε, ἐὰν ὠφέλιμος ἦς. ΕΡ. μὴ ὑπόχλει αὐτὸν ὦ βέλτιστε, μηδ' ἀπάκρινε· μεθύει γάρ. ὥστε οὐκ ἂν ἀποκρίναιτό σοι, τὴν γλῶτταν ὡς ὁρᾷς ἐμπλιαθαίνων. ΑΓ. εἶτα οὐ δοῦ φρονῶν, πρίαιτο διεφθαρμένον οὕτω καὶ ἀκόλαστον ὑδροπότην; ὅσων ὀσμῶν καὶ ἀπὸ μύρων· ὡς ὀσφρεσθαι βαδίζει, καὶ περιφέρεται. μηδαμῶν σύ γε ὦ Ἑρμῆ, λέγε ὁπόσα πράττεται αὐτῷ, καὶ ἃ μεθιεῖ τυγχάνει. ΕΡ. ὃ μὲν ὅλον, συμβιῶναι δεξιός, καὶ συμπιεῖν ἱκανός, καὶ κωμάσαι μετ' αὐληρίδος ὀπτητόδους ἐρῶντι καὶ ἀσώτῳ δεσπότῃ. πάλαι δ' ἐπεμέτρησε B ὀπτησόμενον, καὶ ὀψοποιὸς ἐμπειρότατος. καὶ ὅλως σοφιστὴς ἡδυπαθείας· ἐπαιδεύθη μὲν οὖν Ἀθήνησιν. ἐδούλευσε δὲ καὶ περὶ Σικελίαν τοῖς τυράννοις, καὶ σφόδρα ἠνδοκίμει παρ' αὐτοῖς· ὃ δ' κεφάλαιον τῆς προαιρέσεως, ἀπάντων κατατρυφῆσαι, ἅπασι χρῆσθαι, πανταχόθεν ἐρανίζεσθαι τὰ ἡδονικά. ΑΓΟ. ὄφελόν σοι ἄλλον προβλέπειν τῶν πλουσίων πύτων, καὶ πολυχρημάτων, ἐγὼ δέ, οὐκ ὀπτητόδους ἱλαρὸν ὠνήσασθαι βίον. ΕΡ. ἀπροσήκτος ἔοικεν ὦ Ζεῦ σοῦ ἡμῖν μενῶν. ΖΕ. μεβάτησον· ἄλλον προβάλλου· μᾶλλον δὲ τὼ δύο τούτω, τὸν γελῶντα, τὸν C Ἀβδηρόθεν, καὶ τὸν κλαίοντα, τὸν ἐξ Ἐφέσου. ἅμα γὰρ αὐτὼ πεπράσθαι βούλεσθον. ΕΡ. καταβάντον ἐς τὸ μέσον. τῷ ἀρίστῳ βίῳ πωλῶ τῷ σοφωτάτῳ πάντων ἀποκηρύττομαι. ΑΓ. ὦ Ζεῦ τῆς ἀναισθησίας. ὁ μὲν, ἅ δ' ἁμαλείπει γελῶν· ὁ δὲ, ἵνα τί ἔοικε πενθῶν· δακρύει γὰρ τοπαρόν. τί ταῦτ', ὦ σοῦ, τί γλᾷς; ΔΗ. ἐρωτᾷς; ὅτι μοι γελοῖα πάντα δοκεῖ τὰ πράγματα ὑμέων, καὶ αὐτοὶ ὑμεῖς. ΑΓ. πῶς λέγεις; καταγελᾷς ἡμῶν ἀπάντων, καὶ πρὸ σοῦ θέσας τὰ ἡμέτερα πράγματα; Δ. ὧδε ἔχει.

ἀσουδᾶον

σπουδαῖον γὰρ οὐ αὐτέοισιν ὀρθὸν. κενὰ δὲ A nam in illis nihil est præclarum, aut stu-
τὰ πάντα, καὶ ἀτόμων φορὴ, καὶ ἀπειρίη. dio dignum. inania enim sunt omnia, &
ΑΓΟ. οὐμοῖοι, ἀλλά σὺ κενὸς ὡς ἀλη- atomorum cumulus, & infinitum quip-
θῶς καὶ ἄπειρος. ὦ τῆς ὕβρεως, ὃ παύσῃ γε- piam. MERCAT. Nequaquam, imò
λῶν; σὺ δὲ τί κλαίεις ὦ βέλτιστε; πολὺ γὰρ tu vanus es reuera, & experientia cares.
οἶμαι κάλλιον σοὶ τοῦσδε γελᾶν. ΗΡΑ. O contumeliam, nondum desinis ridere?
λιγέομαι γὰρ ὦ ξένε τὰ ἀνθρώπινα πρήγ- Tu verò ô bone quid ploras? multo enim
ματα εἰζυρά, καὶ δακρυώδεα, καὶ ὀρθὸν melius erit, vt existimo, tecum quàm cum
αὐτέων ὅ,τι μὴ ὀπωπήιον· τῷ δὴ οἰκτίρω Democrito loqui. HERA. O hospes, *Heraclitici.*
τε σφέας καὶ ὀδύρομαι. καὶ τὰ μὲν πρεόντα ego omnes humanas res calamitosas &
δοκέω μεγάλα, τὰ δ' ὑστέρῳ χρόνῳ ἐσόμενα, deflendas esse existimo, atque in illis ni-
πάμπαν ἀνήνυτα. λέγω δὲ τὰς ἐκπυρώσιας hil non esse fato obnoxium: ideoque mi-
καὶ τὴν τοῦ ὅλου συμφορήν. ταῦτ' ὀδύρομαι B seret me ipsarum, & deploro eas. Neque
καὶ ὅτι ἐμπεδον οὐδὲν, ἀλλάκως εἰς κυκεῶ- magnifacio præsentia, futura verò puto
να πάντα συμφλέονται, καὶ ὅτι τοὐτὸ τέρ- planè ærumnosa fore, conflagrationes
ψις, ἀτερπίη γνῶσις, ἀγνωσίη· μέγα, μι- dico, & totius mundi calamitatem. Ista
κρὸν· ἄνω κάτω φερόμενα, καὶ ἀμείβοντα ἐν τῇ τοῦ αἰῶνος παιδιῇ. ΑΓΟ. sunt quæ ego deploro, quódque nihil so-
τί γὰρ ὁ αἰὼν ὅδε; ΗΡΑ. παῖς παίζων, πεσ- lidum est, sed quodãmodo omnia in cy- *Potio est ex multis composita.*
σεύων, διαφερόμενος. ΑΓΟ. τί δαὶ οἱ ἄν- ceonem conuoluuntur, tum quòd ea-
θρωποι; ΗΡΑ. θεοὶ θνητοί. ΑΓ. τί δαὶ dem res delectat & offendit, éstque co-
οἱ θεοί; ΗΡΑ. ἄνθρωποι ἀθάνατοι. ΑΓ. gnitio, ignorantia: magnum, paruum: at-
αἰνίγματα λέγεις ὦ οὗτε, ἢ γρίφους συντι- que sursum deorsúmque ferũtur omnia,
θεὶς; ἀτεχνῶς γὰρ ὥσπερ ὁ Λοξίας, οὐδὲν C & per vices mutantur in ludo huius secu-
ἀποσαφεῖς. ΗΡΑ. οὐδὲν γὰρ μοι μέλει li. MERCA. Quid est seculum? HE-
ὑμέων. ΑΓΟ. τοιγαροῦν οὐδὲ ὠνήσεταί σε RA. Puer ludens, ludens talis, contendens. MERCA. Quid verò homines *Seculum.*
οὐδεὶς φρενῶν. ΗΡΑ. ἐγὼ δὲ κέλομαι πᾶσιν sunt? HERA. Dij mortales. MERCA.
ἡδονὴν οἰμώζειν, τοῖσιν ὠνεομένοισι, καὶ τοῖ- Quid verò dij? HERA. Homines im-
σιν οὐκ ὠνεομένοισι. ΑΓΟ. τουτὶ τὸ κακὸν mortales. MERCAT. Heus, tu ænigmata loqueris, an griphos componis?
οὐ πόρρω μελαγχολίας ἐστὶν, οὐδ' ἕτερον planè enim tanquam Apollo, nihil expli-
ἔγωγε αὐτῷ ὠνήσομαι. ΕΡ. ἀπόφασκε cas. HERAC. Nihil vos curo. MER-
τοι καὶ οὗτοι μαίνεσιν. ΖΕΥΣ. ἄλλον CAT. Igitur neque quisquam mentis
ἀποκήρυττε. ΕΡ. βούλει τὸν Ἀθηναῖον σκέ- compos te emturus est. HERACL.
φιον, τὸν σωκράτην; ΖΕΥΣ. πάνυ μὲν οὖν. Ego verò à pueris iubeo plorare omnes,
ΕΡ. δεῦρ' ἐλθὲ σύ. βίον ἀγαθὸν, καὶ σοφὸν τὸν tam eos qui me emunt, quàm qui non
ἀποκηρύττομεν. τίς ὠνῆται τὸν ἱερώτατον; emunt. MERCA. Hoc certè malum pa-
ΑΓΟ. εἰπέ μοι, τί μάλιστα εἰδὼς τυγχά- rum differt ab insania: neutrum horum
νεις; ΣΩΚ. παιδερασὴς εἰμὶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά. ΑΓΟ. πῶς οὖν ἐγὼ πρίω- emam. MERCV. Et illi quoq; apud nos
μαί σε; παιδαγωγοῦ γὰρ ἐδεόμην, τῷ παι- manebunt, cùm nõ sint vendibiles. IVP.
δὶ καλῷ ὄντι μοι. ΣΩΚ. τίς δ' ἂν ὀπιτη- Alium accerse. MERCV. Vísne Athe-
δειότερος ἐμοῦ γένοιτο σωφρονεῖν καλῶς; ἐγὼ niẽsem illum facundum? IVP. Maximè. *Academici.*
γὰρ τῶν σωμάτων ἐραστὴς εἰμὶ, τὸν ψυχὴν δὲ MERCV. Heus tu, huc veni. Vitã bo-
ἡγοῦμαι καλὸν. ἀμέλει κἂν ὑπὸ τοὐτου nam & prudentem proclamamus: quis
ἱματίου μοι καθεύδωσιν, ἀκούσῃ αὐτῶν emet sanctissimum hominem? MER-
λεγόντων μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ δεινὸν παθεῖν. CAT. Dic mihi, quam potissimùm no-
sti artem? SOCR. Pæderastes sum, & in rebus quæ ad amorem spectant, prudens.
MERCAT. Quanti igitur emam te? nam pædagogo indigeo: est enim mihi puer egregius. SOC. Quis magis ido-
neus me esse queat, qui cũ formoso pue-
ro versetur? Neque enim corporum a-
mator sum: animam enim formosam es-
se existimo: & quanquam sub eodẽ pal-
liolo mecum recumbant, audies illos, vel
ipsis testibus, nihil graue à me perpeti.

MERCA. Incredibilia ſunt quæ dicis, pæderaſtes cùm ſis, tamen nulla de re te eſſe ſolicitum, quàm de anima, præſertim cùm copia fiat vt ſub eadẽ veſte iaceatis. SOC. Atqui per canem & per platanum iuro rem ſic habere. MERCA. Hercle, quanta abſurditas deorum. SOC. Quid ais? An non videtur tibi canis eſſe deus? Nonne vides quantus ſit in Ægypto Anubis, atque ille in cœlo Sirius, necnon apud Inferos Cerberus? MERCA. Rectè dicis: ego verò peccaui. Verùm quale habes genus vitæ? SOC. Mihi ipſi ciuitatẽ quandam extruo, peregrina autem vtor politia, meáſque præſcribo leges. MERCAT. Vnum aliquod ex tuis dogmatibus audire cupio. SOC. Audi ergo maximum quidem illud, in quo mea de vxoribus ſententia comprehenſa eſt: Videtur mihi nullam debere cuiuſquam eſſe propriã, verùm vnãquamq; paſſim debere accedere ad eum qui eam appetat. MERCA. Quid ais? Nũ abrogãdas eſſe leges de adulterio? SO. Per Iouẽ non illas ſolùm, verùm omnes reliquas nugas ea de re cõſtitutas. MERC. Quid verò tibi de pueris iã maturis videtur? SO. Et illi quidem optimatibus, qui aliquid præclari geſſerunt, præmium erunt, vt eos ament ſcilicet. MERCA. Papę! quanta libertas! quę ſapientia! Verùm quæ eſt tuæ doctrinæ ſumma? SO. Ideæ, & eorũ quæ exiſtunt, paradigmata. Quæcunq; enim vides, terrã ipsã, quæque ſuper terrã ſunt, cœlum, mare, horũ omniũ imagines obſcuræ exiſtũt extra totius vniuerſitatẽ. MERCA. Vbi autem exiſtunt? SO. Nuſquã. Nam ſi alicubi eſſent, nõ eſſent. MERCA. Non video iſta quæ tu dicis paradigmata. SO. Meritò: cęcus eſt enim tibi animę oculus: ego verò omnium video imagines, & te latẽtem, & me alium: in ſumma, dũplicia video omnia. MERCA. Ergo emendus es, ſapiens cùm ſis, & acutè cernas. Age ſcire volo quid tu à me exigas pro ipſo. MERCV. Da duo talẽta. MERCA. Emita vt dixiſti, pecuniã verò in poſterũ numerabo. MERCV. Quod igitur tibi nomẽ eſt? MERCA. Diõ Syracuſius. MERCV. Age, quod felix fauſtumq; ſit, recipe eum. Te iam voco Epicure. Quis emet hunc? Eſt enim illius riſoris diſcipulus, necnon illius qui ebrius eſt: quos haud multò antè proclamauimus. vnius autem cuiuſdã rei cognitione illos vincit: multo magis enim impius eſt quã illi. Quod verò ad cætera attinet, ſuauis & gulę amãs eſt.

*Epicurei.*

A ΑΓ. ἄπιστα λέγεις, ὃ παιδεραστὴν ὄντα, μὴ περὶ τῆς ψυχῆς τι πολυπραγμονεῖν· καὶ ταῦτα, ἐν ἀφθονίᾳ, ἐν τῷ αὐτῷ ἱματίῳ καταχείμωνον. ΣΩ. καὶ μὰ μὰ ὀμνύω γέ σοι τὸν κύνα, καὶ τὸν πλάτανον ὅτῳ ταῦτ' ἔχεις. ΑΓ. Ἡρακλῆς τῆς ἀπιστίας τῶν θεῶν. ΣΩ. τί σὺ λέγεις; ὁ δοκεῖ σοὶ ὁ κύων εἶναι θεός; οὐχ ὁρᾷς τὸν Ἄνουβιν ὃν Αἰγύπτιοι ὅσος, καὶ τὸν ἐν οὐρανῷ Σείριον, ἔτι τε τὸν ἐνθάδε τοῖς κάτω Κέρβερον; ΑΓΟ. οὐ λέγεις, ἐγὼ δὲ διημαρτηκώς. ἀλλὰ πόλιν ἐμοὶ τὸν βίον; ΣΩ. οἰκῶ μὲν ἐμαυτῷ πόλιν αὐτοπλάστας, χρῶμαι δὲ πολιτείᾳ ξένῃ, καὶ νόμους νομίζω τοὺς ἐμούς. ΑΓ. ἓν ἐθέλω μάθειν ἀκοῦσαι τῶν δογμάτων. ΣΩ. ἄκουε δὴ τὸ μέγιστον, ὃ περὶ τῶν γυναικῶν μοι δοκεῖ· δοκεῖ μηδεμίαν αὐτῶν, μηδενὸς εἶναι μόνης, πάντι δὲ μετεῖναι τῷ βουλομένῳ τοῦ γάμου. ΑΓΟ. τί τοῦτο φῄς; ἀνῃρῆσθαι τοὺς περὶ μοιχείας νόμους; ΣΩ. νὴ Δία, καὶ ἁπλῶς γε πάσαν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα μικρολογίαν. ΑΓΟ. τί δ' περὶ τῶν ὡρῶν παίδων σοι δοκεῖ; ΣΩ. καὶ ὅτι ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἆθλον φιλῆσαι, λαμπρόν τι καὶ νεανικὸν ἐργασαμένοις. ΑΓ. βαβαὶ τῆς φιλοδωρίας. τῆς δὲ σοφίας, τί σοι τὸ κεφάλαιον; ΣΩ. αἱ ἰδέαι, καὶ τὰ τούτων παραδείγματα. ὁπόσα γὰρ ὁρᾷς, τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, τὸν οὐρανόν, τὴν θάλατταν, ἀπόντων τούτων εἰκόνες ἀφανεῖς ἐσάσιν ἔξω τοῦ ὅλου. ΑΓ. ποῦ δ' ἐσάσιν; ΣΩ. οὐδαμοῦ. εἰ γάρ που εἶεν, οὐκ ἂν εἶεν. ΑΓ. οὐχ ὁρῶ ταῦτ', ἀλλὰ λέγεις τὰ παραδείγματα. ΣΩ. εἰκότως. τυφλὸς γὰρ εἶ τῆς ψυχῆς τὸν ὀφθαλμόν· ἐγὼ δὲ, πάντων ὁρῶ εἰκόνας, καὶ σὲ ἀφανῆ, κἀμὲ ἄλλον. καὶ ὅλως, διπλᾶ πάντα. ΑΓΟ. τοιγαροῦν ὠνητέος εἶ, σοφὸς, καὶ ὀξυδερκής τις ὤν. φέρ' ἴδω τί καὶ παρέξεις με ὠνούμενον σύ. ΕΡ. δὸς δύο τάλαντα. ΑΓΟ. ὠνησάμην ὅσα φῄς. ταργύριον μὲν τοι ἐς αὖθις καταβαλῶ. ΕΡ. τί οὖν σοι τοὔνομα; ΑΓ. Δίων Συρακούσιος. ΕΡ. ἄγε λαβὲ ἀγαθῇ τύχῃ. τὸν Ἐπικούρου σὲ ἤδη καλῶ. τίς ὠνήσεται τοῦτον; ἔστι μὲν τοῦ γελωτοποιοῦ ἐκείνου μαθητὴς, καὶ τοῦ μεθύοντος, οὓς μικρῷ πρόσθεν ἀπεκηρύττομεν. ἔν δὲ πλέον οἶδεν αὐτῶν, παρρησίαν ἀσεβεστέρως τυγχάνειν. τὰ δ' ἄλλα, ἡδὺς, καὶ λιχνείᾳ φίλος.

ΑΓΟ. τίς ἡ τιμή; ΕΡ. δύο μνᾶ. ΑΓ. λάμβανε· ὃ δ᾽ἵνα γ᾽ ὅπως ἴδω, ποτὶ χαίρῃ τῶν ἐδεσμάτων; ΕΡ. τὰ γλυκέα σιτεῖται, καὶ μυττώδη, καὶ μάλιστα τὰς ἰσχάδας. ΑΓΟ. καλὸν μὰ τὸν Δία· οἶδ᾽ ὠνήσομαι γὰρ αὐτῷ παλάθας τῶν κακείνου. ΖΕ. ἄλλον κάλει, τὸν σὺ χρῶ κουρίας σκυθρωπὸν, τὸν σκυθρωπὸν, τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς. ΕΡ. ὦ λέγεις· ἐοίκασι δ᾽ οὗτοι πολύ τι πλῆθος αὐτῶν τοῖς ἐμπόροις τῶν τοῖς τῶν ἀγορᾶς ἀπαντικρύ. αὐτὴν τὴν ἀρετὴν πωλῶ, τὸν βίον τὸν τελεώτατον. τίς πώποτε μόνος εἶδέναι θέλει; ΑΓΟ. πῶς τοῦτο φής; ΕΡ. ὅτι μόνος οὗτος σοφὸς, μόνος καλὸς, μόνος δίκαιος, αὐθάδης, βασιλεύς, ῥήτωρ, πλούσιος, νομοθέτης, καὶ πάλλα, ὁπόσα ὄντα ἐστίν. ΑΓ. σκόπει ὦ γαθὲ, καὶ μάγειρος μόνος; καὶ νὴ Δία γε σκυτοδέψης, καὶ τέκτων, καὶ τὰ τοιαῦτα. ΕΡ. ἔοικεν. ΑΓΟ. ἐλθὲ ὦ γαθὲ, καὶ λέγε τοῖς τὸν ὠνητὴν ἐμὲ ποῖός τις εἶ, καὶ πρῶτον εἰ σὺ ἀχθῇ πιπρασκόμενος καὶ δοῦλος ὤν; ΧΡ. δαιμόνιε. ἀγαθὸν γὰρ ἐφ᾽ ἡμῖν ταῦτά ἐστιν. ὅσα γ᾽ οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, ἀδιάφορα εἶναι συμβέβηκεν. ΑΓ. ἀμαθαίνω ἢ λέγεις. ΧΡ. τί φής; ἀμαθαίνεις ὅτι τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶ προηγμένα, τὰ δ᾽ ἐμπαλιν ἀποπροηγμένα; ΑΓΟ. οὐδὲ νυνὶ μανθάνω. ΧΡ. εἰκότως. ἀγαθὸν γὰρ εἶ σφόδρα τοῖς ἡμετέροις ὀνόμασιν, ἀγαθὴν δὲ καταληπτικὴν φαντασίαν ἔχεις· ὁ δὲ κατασκάπτων ὁ τὴν λογικὴν θεωρίαν σκάπτων, ἀγαθὸν οὐ μόνον ταῦτ᾽ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ σύμβαμα, καὶ προσύμβαμα, ὁποίων καὶ ὁπόσων ἀλλήλων διαφέρει. ΑΓΟ. πρὸς τῆς φιλοσοφίας, μὴ φθονήσῃς καὶν τοῦτο εἰπεῖν ὅ, τι σύμβαμα, καὶ τί προσύμβαμα. καὶ γὰρ οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐπλήγην τοῦ ῥυθμοῦ τῶν ὀνομάτων. ΧΡ. ἀλλ᾽ οὐδεὶς φθόνος. εἰ γάρ τις χωλὸς ὢν, αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ χωλῷ ποδὶ προσπταίσας λίθῳ, τραῦμα ἐξ ἀφανοῦς λάβοι, ὁ μὲν τρόπος εἶχε μὲν δή που σύμβαμα τὴν χωλείαν, τὸ τραῦμα δὲ, προσύμβαμα προσέλαβεν. ΑΓΟ. ὦ τῆς αἰσχυνοίας· πρὸς ἄλλο μᾶλλον φῂς εἶδέναι; ΧΡ. τῶν λόγων πλεκτάνας, αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας, καὶ ἀποφράττω, καὶ σιωπᾶν ποιῶ, φιμὸν ἀτεχνῶς αὐτοῖς προστιθείς. ὄνομα δὲ τῇ δυνάμει ταύτῃ, ὁ ἀοίδιμος συλλογισμός. ΑΓ. Ἡράκλες, ἀμαχόν τινα, καὶ βίαιον λέγεις.

MERCA. Quo pretio venditur? MERCV. Duabus minis. MERCAT. Accipe: verùm vt hoc quoque sciam, quibus delectatur edulis? MERCV. Dulcia edit & mellita, maximè verò ficus. MERCAT. Bene se res habet: emam enim illi totas massas carycarum. IVP. Alium accerse, illum corpore hirsuto, vultu seuero, ex Stoa. MERCV. Rectè dicis: videtur enim magna ipsum multitudo quæ ad forum accurrit, expectare. Ipsam virtutem vendo, vitam perfectissimã. Quis cupit omnia scire solus? MERCA. Quid tu dicis? MERCV. Quia solus ille sapiẽs est, solus bonus, solus iustus, fortis, rex, rhetor, diues, legislator, & quęcunque alia sunt his similia. MERCA. Num, ô bone, & coquus solus est, & per Iouem, coriarius, & faber, & his similia? MERCV. Sic videtur. MERCA. Accede ô bone, & dic mihi tuo emptori, qualisnam sis: ante omnia autem, num tibi doleat quòd venderis & seruis. CHRYS. Nequaquam. neque enim in nobis hæc sunt: quæcũque verò in nobis non sunt, ista indifferentia esse solent. MERCAT. Non intelligo quid dicas. CHRYS. Quid ais? non intelligis quòd horum quædam sunt prælata, quędam verò rursus non prælata? MERCA. Ne nunc quidem intelligo. CHRYS. Meritò quidem: neque enim assuetus es nostris nominibus, neque imaginationem habes quæ facilè apprehendat: verùm studiosus Dialecticæ contemplationis, non hæc tantùm nouit, verumetiam qualiter & quantum accidens & præteraccidens inter se differant. MERCAT. Per Philosophiam, quæso, ne inuideas explicare quidnam accidens sit, & præteraccidens: nescio enim quomodo perculsus sim præ numero vocum istarum. CHRYS. Citra inuidiam dixero. Si quis claudus existat, illisóque pede quo claudicat, ad lapidem, ex inopinato vulnus acceperit, is certè accidẽs habet claudicationem, vulnus autem præter accidens accepit. MERCAT. O argutiam! præterea verò quidnam scire te potissimùm profiteris? CHRYS. Retia sermonum, quibus capio & obstringo, denique tacere cogo, eos qui cõtra me disputant, planè frenũ quoddam illis imponens: isti verò tantæ orationis vi nomen est Syllogismus celeberrimus. MERCAT. Hercle fortem quendam & inexpugnabilem syllogismum refers.

προηγμένα & ἀποπροηγμένα Cicero pro ducta & præcipua vertit. vide 3. de finibus bonorum.

Stoici.

Syllogismus.

CHRY. Vide ergo, éstne tibi puer? MERCAT. Quidni? CHRY. Quid si hunc ad flumen fortè ambulantem crocodilus rapiat, postea verò se redditurum polliceatur hac lege, vt illi verum dicas quídnam de puero reddendo apud se decreuerit: quid tu dicis ipsum in animo constituisse? MERCAT. Quæstionem rogas ad quam difficile admodum est respondere: dubito enim vtrum dicere debeam quò puerum recipiam. Sed per Iouem quæso te, responde tu, & puerum mihi serua incolumem, ne prævortat, ipsúmque deuoret. CHR. Bono es animo: etenim & alia quædam docebo te, quæ plus admirationis habent. MERCA. Quænam sunt ista? CHR. Istum inquam colligentem sermones, tum quoque illum dominantem, præterea illam quæ supra omnes est, Electram, tandem opertum illum sermonem. MERCAT. Quis ille opertus sermo, aut quæ illa tandem Electra est, de quibus dicis? CHR. Electrã illam dico Agamemnonis valde celebrẽ, quæ quidem eandem rem simul norat, & non norat. Astãte enim illi Oreste adhuc incognito, nouit quidem Orestem suum esse fratrem: quòd verò ille Orestes est, ignorat. Rursus verò opertum illum adeóque omnino mirabilem audies sermonem. Responde mihi: nostin' tuũ patrem? MERCA. Maximè. CHR. Quid igitur, si prope te statuerem aliquẽ coopertum, atque interrogarem, Nostin' hunc? quid diceres? MERCA. Scilicet me non nosse dicerem. CHR. Sed ille ipse pater erat tuus. Itaque si istum non nosti, palàm est te patrem tuum non nouisse. MERCA. Nequaquã: verùm ego detracto velo num verum sit explorabo. Sed quisnam tuæ sapientiæ finis est? aut quid tandem facturus es, si ad virtutis summum peruueneris? CHR. In his quæ in natura prima sunt, versabor. Dico autem diuitias, sanitatem, & his similia. Primùm autem oportet multos labores impendere. libris enim exiguis literis descriptis incumbere oportet, & interpretationes congerere, & solœcismis & absurdis vocibus impleri. In summa, nequaquam decet sapientẽ fieri priùs quàm terex ordine helleborũ bibas. MERCA. Egregia sunt ista tua, & forti viro digna: Verùm auarũ & fœneratorem esse (ista enim tibi inesse video) num illa dicemus esse viri qui helleborum biberit, & iam ad virtutem idoneus sit?

A ΧΡΥ. σκόπει γοῦν· ἔστι σοι παιδίον; ΑΓ. τί μήν; ΧΡΥ. τοῦτο οὖν πως κροκόδιλος ἁρπάσῃ, πλησίον ποταμοῦ πλανώμενον βύρων, κἄπειτα σοι ἀποδώσειν ὑπισχνῆται αὐτό, οἶμαι εἴπῃς ἀληθὲς ὅ, τι δέδοκται περὶ τῆς ἀποδόσεως τοῦ βρέφους, τί φήσεις αὐτὸν ἐγνωκέναι; ΑΓΟ. δύσαποκρίτον ἐρωτᾷς. ἀπορῶ γὰρ ὁπότερον εἰπὼν ἀπολέσωμι. ἀλλὰ σὺ πρὸς Διὸς ἀποκρινάμενος, σῶσόν μοι τὸ παιδίον, μὴ καταφθάσῃ αὐτὸ καταπιών. ΧΡΥ. θαῤῥεῖ. καὶ ἄλλα γάρ σε διδάξομεν θαυμασιώτερα. ΑΓ. τὰ ποῖα; ΧΡΥ. τὸν θρυλούμενον, καὶ τὸν ἐγκεκαλυμμένον. ΑΓΟ. τίνα τοῦτον τὸν ἐγκεκαλυμμένον, ἢ τίνα τὸν Ηλέκτραν λέγεις; ΧΡΥ. Ηλέκτραν μὲν ἐκείνην τὴν πάνυ, τὴν Αγαμέμνονος, ἣ τὰ αὐτὰ οἶδέ τε ἅμα, καὶ οὐκ οἶδε. πρεσβύτης γὰρ αὐτὴν τὸν Ορέστου ἔτι ἀγνῶτος, οἶδε μὲν Ορέστην, ὅτι ἀδελφὸς αὐτῆς· ὅτι δὲ οὗτός Ορέστης, ἄγνοεῖ. τὸν δ' αὖ ἐγκεκαλυμμένον, καὶ πάνυ θαυμαστὸν ἀκούσῃ λόγον· ἀποκείναι γάρ μοι, τὸν πατέρα οἶσθα τὸν σεαυτοῦ; ΑΓΟ. ναί. ΧΡΥ. τί οὖν; ἐὰν σοι προσθεὶς πινὰ ἐγκεκαλυμμένον, ἔρωμαι, τοῦτον οἶσθα, τί φήσεις; ΑΓ. δηλαδὴ ἀγνοεῖν. ΧΡΥ. ἀλλὰ μὲν αὐτὸς οὗτός ἐστιν ὁ πατὴρ ὁ σός. ὥστε εἰ τοῦτον ἀγνοεῖς, δῆλος εἶ τὸν πατέρα τὸν σὸν ἀγνοῶν. ΑΓΟ. οὐκοῦν· ἀλλ' ἀποκαλύψας αὐτὸν εἴσομαι τὸ ἀληθές. ὅμως δ' οὖν τί σοι τῆς σοφίας τὸ τέλος, ἢ τί προσέξεις πρὸς τὸ ἀκρότατον τῆς ἀρετῆς ἀφικόμενος; ΧΡ. περὶ τὰ πρῶτα τῇ φύσιν καταγινήσομαι. λέγω δὲ πλοῦτον, ὑγείαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. πρότερον δὲ αἰτίαν πολλὰ πονῆσαι, λεπτολογράφοις βιβλίοις προσκαθήσονται τὸν ὄμμα, καὶ σχόλια συναγείρονται, καὶ σολοικισμῶν ἐμπλάμενον, καὶ ἀτόπων ῥημάτων. καὶ τὸ κεφάλαιον, ἁπλῶς ἀνάγκη σοφὸν, ἵνα μὴ πρὸς ἐφεξῆς τοῦ ἑλλεβόρου πίῃς. ΑΓΟ. γυναικά σου ταῦτα, καὶ ἀθρόως ἀνδρικά. ὃ δ' οὐ γύφωνα εἶ), καὶ τοκογλύφον (καὶ γὰρ τάδε ὁρῶ σοι προσόντα) τί φῶμεν, ἀνδρὸς ἤδη πεπωκότος τὸν ἑλλέβορον, καὶ τελείου πρὸς ἀρετήν;

ΧΡΥ. ναί. μόνῳ οὖν ὄντι σοφῷ δανείζειν πρέπει δῶ τοῦ σοφοῦ. ἐπεὶ γὰρ ἴδιόν ἐστιν αὐτοῦ συλλογίζεσθαι, καὶ δανείζειν ἐστί, καὶ λογίζεσθαι τοὺς τόκους, πλησίον ἐστὶ δοκεῖ τῷ συλλογίζεσθαι, μόνῳ δὲ εἶναι τῷ σοφῷ καθάπερ ἐκείνῳ, καὶ τοῦτο. καὶ οὐ μόνον γε ἁπλῶς ὥσπερ οἱ ἄλλοι τοὺς τόκους, ἀλλὰ καὶ τούτων ἑτέρους τόκους λαμβάνειν. ἢ γὰρ ἀγνοεῖς ὅτι τῶν τόκων οἱ μὲν εἰσι πρῶτοι τίκτοντες, οἱ δὲ δεύτεροι, καθάπερ αὐτῶν ἐκείνων ἔκγονοι. ὁρᾷς δ' δῆτα καὶ τὸν συλλογισμὸν ὁποῖά φησιν, εἰ τὸν πρῶτον τόκον λήψεται, καὶ τὸν δεύτερον. ἀλλὰ μὲν καὶ τὸν πρῶτον λήψεται, ἆρα καὶ τὸν δεύτερον. ΑΓ. ἔοικεν καὶ μισθῶν περὶ τὰ αὐτὰ φέρεσθαι, ὃς σὺ λαμβάνεις ἐπὶ τῇ σοφίᾳ τοῦδε τοῦ νέου, καὶ δῆλον ὅτι μισθὸς ὁ ἀποδόμενος μισθὸν ὅτι τῇ ἀρετῇ λήψεται; ΧΡΥ. μανθάνεις. ἐγὼ γὰρ ἐμαυτῷ εἵνεκα λαμβάνω, τῷ δὲ διδόντος αὐτοῦ χάριν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὁ μὲν τις ἐκχύτης, ὁ δὲ, περιέχων τὸν, ἐμαυτὸν μὲν ἀσκῶ εἶναι περιεκτικόν, τὸν δὲ μαθητὴν, ἐκχύτην. ΑΓΟ. καὶ μὲν δὴ τοὐναντίον ἔφης, τὸν νέον μὲν εἶναι περιεκτικὸν, σὲ δ' τὸν μόνον πλούσιον, ἐκχύτην. ΧΡ. σκώπτεις ὦ ξένε· ἀλλ' ὅρα μήσε ἀποξύσω ἀναποδείκτῳ συλλογισμῷ. ΑΓΟ. καὶ τί δεινὸν ἀπὸ τῆς βέλους; ΧΡΥ. ἀπορία, καὶ σιωπὴ, καὶ διαγραφῶν τινῶν διάνοια. ὃ δὲ μέγιστον, ἵν' ἐθέλω παχιά σε ἀποδείξω λίθον. ΑΓΟ. πῶς λίθον; καὶ γὰρ Περσεὺς ὦ βέλτιστε εἶναί μοι δοκεῖς. ΧΡΥ. ὧδέπως. ὁ λίθος σῶμα ἐστί; ΑΓ. ναί. ΧΡΥ. τί δὲ, ὁ ζῷον, καὶ σῶμα; ΑΓΟ. ναί. ΧΡΥ. σὺ δὲ, ζῷον; ΑΓ. ἔοικα γοῦν. ΧΡΥ. λίθος ἄρα εἶ, σῶμα ὤν. ΑΓΟ. μηδαμῶς. ἀλλ' αὐχλοσόν με ποιῆς τῷ Διὸς, καὶ δεῖ σοι παρχῆς ποίησον αὖθις ἄνθρωπον. ΧΡΥ. καλεπὸν, ἀλλ' ἔμπαλιν ἴσθι αὖθις ἄνθρωπος. εἰπέ γάρ μοι, πρῶτον σῶμα, ζῷον; ΑΓΟ. ναί. ΧΡΥ. τί δ', λίθος, ζῷον; ΑΓΟ. ναί. ΧΡ. σὺ δὲ σῶμα εἶ; ΑΓ. ναί. ΧΡ. σῶμα δ' ὤν, ζῷον εἶ; ΑΓ. ναί. ΧΡ. ἦκ ἄρα λίθος εἶ ζῷόν τε ὤν. ΑΓΟ. οὔτε ἐποίησας, ὡς ἤδη μου τὰ σκέλη καθάπερ τῆς Νιόβης ἀπεψύχετο, καὶ πάγια ἐῶ· δηλαδὴ ὠνήσομαί τε σέ. πόσου γοῦν αὐτὸ καταβαλῶ;

A CHR. Certè ſolum enim ſapientem fœnus exercere decet. Quandoquidem enim illius propriũ eſt ſyllogiſmis concludere: vſuras autẽ colligere, & fœnus conputare, atque ſyllogiſmis concludere parum differre videntur: quemadmodũ hoc ſoli ſtudioſo competit, ita quoque illudi nec decet illum fœnus ſimpliciter, quemadmodum alij ſolent, accipere, verùm etiam alterius quoque fœnoris fœnus. Niſi fortè ignoras, fœnus aliud eſſe primum, aliud ſecundum, velut quandã illius progeniem. Vides autem & ſyllogiſmum quẽdam vulgò iactari. Si primum fœnus acceperit, accipiat etiam ſecundum. Ve-
B rùm accepit primum, igitur & ſecundum accipiet. MERCA. Num ergo & de mercede quam tu à iuuenibus quos inſtituis, capere ſoles, ſimilia dicenda ſunt, quippe cùm manifeſtum ſit ſolos ſtudioſos mercedem à virtute accepturos eſſe? CHR. Diſcis: certè non mea cauſa accipio, verùm illius gratia qui dat. Nam cùm alius ſit effuſor, alius verò comprehenſor: me quidem ipſum cõprehenſor vt ſim præparo; diſcipulum verò, vt fiat effuſor. MERCA. Atqui contrarium dicis, iuuenem eſſe comprehenſorẽ, te verò
C qui ſolus diues es, effuſorem. CHRYS. Heus tu, ſcommate me perſtringis: ſed vide tu ne te petam ſyllogiſmo ineuitabili. MERCAT. Quid verò mali ex hoc telo accidet? CHRYS. Dubitatio & ſilentium, præterea mentis & intellectus ſubuerſio: & quod omnium eſt maximum, ſi voluero, in lapidem te conuertam. MERCA. Quomodo lapidem feceris? neque enim Perſeus, ô bone, mihi eſſe videris. CHRYS. Hoc modo: Lapis eſt corpus. MERCAT. Certè. CHR. Quid verò? Nonne & animal corpus eſt? MERCAT. Imò maximè. CHR.
D Tu verò animal es. MERCA. Sic videtur. CHR. Lapis igitur es, cùm corpus ſis. MERCAT. Nequaquam? ſed per Iouem ſolue me, & de nouo hominem me fac. CHRYS. Non eſt difficile factu: igitur rurſus ſis homo; dic verò mihi, Nonne omne corpus animal eſt? MERCAT. Non. CHR. An verò lapis animal eſt? MERCA. Non. CHRYS. Tu verò corpúſne es? MERCAT. Maximè. CHRY. Corpus autem cùm ſis, animálne es? MERCAT. Euge effeciſti, vt iam mea crura non aliter atque Niobes refrigerata & ſaxea facta ſint: verùm coëmam te. Quantum pro ipſo numerabo?

MERCV. Duodecim minas. MERCA. Accipe. M. Solúsne ipsũ emisti? MERCA. Non per Iouem, verùm illi omnes quos vides. MERCV. Certè multi sũt, & fortes habentes humeros, & digni sermone colligãte. IVP. Quid moraris? aliũ aduoca. MERCV. Peripateticũ accerso, te inquã honestum & diuitem. Age, te quidem aptissimum qui vendaris, quippe qui omnia solus noris. MERCA. Qualisnam ille est? MERCV. Modestus, æquus, vita bene cõposita: &, quod maximũ est, duplex existit. MERCA. Quomodo dicis? MERCV. Alius quidem foris apparet, quàm intus esse videtur. Itaque si ipsum emes, memento vt hunc internũ, illũ verò externũ appelles. MERCA. Quid verò potissimũ nouit? MERCV. Nouit triplicia esse bona: animæ scilicet, corporis, & rerũ externarũ. MERCA. Humana sapit. quãti verò venditur? MERCV. Viginti minis. MERCAT. Pluris certè. MERCV. Nequaquã equidem: & ipse pecuniã habere videtur. Itaque non est quòd in illo emendo possis esse celerior quàm deceat: præterea non ita multo pòst discès ab eo quandiu viuat culex, & quàm profundè Sol radios immittat in mare: denique qualem animã habeant ostrea. MERCA. O Hercules quanta argutia! MERCV. Quid si audias alia multa his acutiora? de semine videlicet & generatione, déque embryonis formatione in vtero, & quomodo homo risibilis sit, asinus verò animal quod neq; ridere neq; ædificare neq; nauigare possit? MERCA. Planè admirãda sunt ea quæ narras, & valde vtilia dogmata. Itaque emam ipsũ viginti minis. MERCV. Quis adhuc reliquus est? Scepticus ille. Heus tu Pyrrhia accede, illico proclamãduses: iam enim multi abeũt & diffluunt, atque in paucis erit venditio. Veruntamen quis emet illum? MERCA. Ego. Sed primùm dic mihi, quid nosti? PHILOSOPHVS. Nihil. MERCAT. Quid ita? PHIL. Quia omnino nihil mihi videtur existere. MERCA. Igitur neque nos aliqui sumus. PHIL. Nec hoc quidem scio. MERCA. Neque tu aliquis existis. PHIL. Hoc ego multo magis ignoro. MERCA. O ignorantiã! verùm quid sibi volunt hæ stateræ? PH. Sermones in illis trutinor, & ad æqualitatem redigo: postquã autem illos planè similes, & æquale pondus habere cognouero, tũc ignoro quis horũ verior sit.

*Id est, digni qui colligãt manipulos, aut opus in agris faciant: allusione facta ad significationem propriam* τῆ θερίζειν.

*Peripatetici.*

*Scepticus.*

A ΕΡ. μνᾶς δώδεκα. ΑΓ. λάμβανε. ΕΡ. μόνος δ' αὐτὸν ἐώνησαι; ΑΓ. μὰ Δί', ἀλλ' ἅτοι πάντες ὅσ' ὁρᾷς. ΕΡ. πολλοί γε, καὶ τοὺς ὤμους καρτεροὶ, καὶ τῶ θερίζοντος λόγου ἄξιοι. ΖΕ. μὴ δῆτα ἐμοῦ· ἄλλον κάλει. ΕΡ. τὸν Περιπατητικόν σε φημὶ, τὸν καλὸν, τὸν πλούσιον. ἄγε δὴ, ὠνήσασθε τὸν σεμνότατον, τὸν πάντα ὅλως ὁπτιζόμενον. ΑΓΟ. ποῖος δέ τις ὅδε; ΕΡ. μέτριος, ὁπτιφὴς, ἁρμόδιος τὰ βίῳ, ὃ δὲ μέγιστον, διπλοῦς. ΑΓ. πῶς λέγεις; ΕΡ. ἄλλος μὲν ὁ ἔκτοθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ ἔντοθεν εἶναι δοκεῖ· ὥστε ἢν πρίῃ αὐτὸν, μέμνησο, τὸν μὲν, ἐσωτερικὸν, τὸν δὲ, ἐξωτερικὸν καλῶν. ΑΓΟ. τί δὲ γιγνώσκει μάλιστα; ΕΡ. τρία εἶναι) τὰ ἀγαθὰ, ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι, ἐν τοῖς ἐκτός. ΑΓΟ. αὐθάδη πινα φέρεις. πόσου δέ ἐστιν; ΕΡ. εἴκοσι μνῶν. ΑΓ. πολὺ λέγεις. ΕΡ. ἴσκε ὦ μακάριε· ἔστι γὰρ αὐτὸς ἔχειν τι ἀργύριον δοκεῖ. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ὠνούμενος· ἔτι δὲ εἴσῃ αὐτίκα μάλα πρὸς αὐτοῦ πόσον μὲν ὁ κώνωψ βιοῖ τὸν χρόνον, ἐφ' ὅσον δὲ βάθος ἡ θάλασσα ὑπὸ τῶ ἡλίου καταλάμπεται, καὶ ὁποία τις ἐστὶν ἡ ψυχὴ τῶν ὀστρέων. ΑΓΟ. Ἡράκλεις, τῆς ἀκριβολογίας. ΕΡ. τί δὲ, εἰ ἀκούσοις ἄλλα πολλὰ τούτων ὀξυδερκέστερα, γονῆς τε πέρι καὶ γλυφίσεως, καὶ τῆς ἐν ταῖς μήτραις τῶν ἐμβρύων πλαστικῆς; καὶ ὡς ἄνθρωπος μὲν γελαστικὸν, ὄνος δὲ οὐ γελαστικὸν, οὐδὲ τεκταινόμενον, οὐδὲ πλωϊζόμενον; ΑΓ. πάνσεμνα φῄς, καὶ ὀνησιφόρα τὰ μαθήματα· ὥστε ὠνοῦμαι αὐτὸν εἰκοσιν. ΕΡ. εἶεν. τίς λοιπὸς ἡμῖν καταλέλειπται; ὁ Σκεπτικὸς οὗτος. σὺ ὁ Πυρρία προσιθι, καὶ ἀποκηρύττου τῆς τέχνης. ἤδη μὲν ἀπορρέουσιν οἱ πολλοὶ, καὶ ἐν ὀλίγοις ἡ πρᾶσις ἔσται. ὅμως δὲ, τίς καὶ τοῦτον ὠνεῖται; ΑΓΟ. ἔγωγε. ἀλλ' ἆρα πρᾶον εἰπέ μοι, σὺ τί ὠνῇσαι; ΦΙ. οὐδέν. ΑΓ. πῶς τοῦτ' ἔφησθα; ΦΙ. ὅτι οὐδὲν ὅλως εἶναί μοι δοκεῖ. ΑΓΟ. οὐδὲ ἡμεῖς ἄρα ἐσμὲν τινές; ΦΙΛ. οὐδὲ τοῦτο οἶδα. ΑΓΟ. οὐδ' ὅτι σὺ τὶς ὢν τυγχάνεις; ΦΙΛ. πολὺ μᾶλλον ἔτι τοῦτ' ἀγνοῶ. ΑΓ. ὦ τῆς ἀπειρίας. τί δαί σοι τὰ σάθμια βούλεται; ΦΙ. ζυγοστατῶ σὺν αὐτοῖς τοὺς λόγους, καὶ πρὸς ὃ ἴσον ἀπεύθυνῶ. καὶ ἐπειδὴ ἀκριβῶς ὁμοίους τε καὶ ἰσοβαρεῖς ἴδω, τότε δὴ ἀγνοῶ τὸ ἑκατέρου.

ΑΓΟ. τῶν ἄλλων δέ, τί μάλιστα ποιεῖς ἐμμελῶς; ΦΙ. τὰ πάντα, πλὴν δραπέτην μεταδιώκειν. ΑΓΟ. τί δαὶ τοῦτό σοι ἀδύνατον; ΦΙ. ὅτι ὦ γαθέ, ὐ καταλαμβάνω. ΑΓΟ. εἰκότως. βραδὺς γὰρ, καὶ νωθής τις εἶ δοκεῖς. ἀλλὰ τί σοι τὸ τέλος τῆς ὀπτισάσεως; ΦΙ. ἡ ἀμαθία, καὶ τὸ μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν. ΑΓΟ. σχολῇ γε κωφός ἅμα, καὶ τυφλὸς εἶ λέγεις. ΦΙ. καὶ ἀκριτός γε πρὸς ἑπτὰ, καὶ ἀναίσθητος. καὶ ὅλως, τὴν σκώληκος οὐδὲν διαφέρων. ΑΓΟ. ὠνητέος εἶ ἀφ' ὅτου. πόσου τὸν ἄξιον χρὴ φάναι; ΕΡ. μνᾶς Ἀττικῆς. ΑΓΟ. λάμβανε. τί φῄς ὦ οὗτος, ἐπρίαμέν σε; ΦΙ. ἄδηλον. ΑΓΟ. μηδαμῶς. ἐώνημαι γὰρ, καὶ τἀργύριον κατέβαλον. ΦΙ. ἐπέχω πρὸς τοῦτο, καὶ διασκέπτομαι. ΑΓΟ. ἐμοὶ μὲν ἀκολούθει μοι, καθάπερ χρὴ ἐμὸν οἰκέτην. ΦΙ. τίς οἶδεν εἰ ἀληθῆ ταῦτα φῄς; ΑΓΟ. ὁ κῆρυξ, καὶ ἡ μνᾶ, καὶ οἱ παρόντες. ΦΙ. πάρεσι γὰρ ἡμῖν τινες; ΑΓΟ. ἀλλ' ἐγωγέ σε ἤδη ἐμβαλὼν εἰς τὸν μύλωνα, πείσω σε δεσπότης καὶ τὸν χείρω λόγον. ΦΙ. ἐπέχω πρὸς τοῦτο. ΑΓ. μὰ Δί', ἀλλ' ἤδη γε ἀπεφηνάμην. ΕΡ. σὺ μὲν παῦσαι διιστείνων, καὶ ἀκολούθει τῷ πριαμένῳ· ἡμᾶς δὲ εἰς αὔριον παρακαλοῦμεν. ἀποκηρύξειν γὰρ τοὺς ἰδιώτας, καὶ βαναύσους, καὶ ἀγοραίους βίους μέλλομεν.

AMERCA. In aliis autem rebus quid potissimùm facere soles? PHIL. Omnia facio, præterquã quòd fugitiuos nõ persequor. MERCA. Quid? Anne hoc tibi impossibile est? PHILO. Quia ô bone non comprehendo. MERCA. Iure tardus enim & piger esse videris. Verùm quis tuæ sapientię finis est? PHIL. Ignorantia, & nihil neque audire, neque videre. MERCA. Num ergo & surdus simul & cæcus es? PHIL. Imò sensu etiã & iudicio careo: breuiter nihil à verme differo. MERCA. Propterea emẽdus es. B Quanti illum æstimas? MERCV. Attica mina. MERCA. Accipe. Heus tu quid ais? ego te emi. PHIL. Non est certum. MERCA. Nequaquam; emi enim, & pecuniam numeraui. PHIL. De eo nunc cogito, atque istud considero. MERCA. Atqui sequere me, quemadmodum seruum decet. PHIL. Quis nouit num vera sint quæ dicis? MERCA. Præco, & Attica mina, & illi qui adfuerũt. PHIL. An aliqui etiam nobiscum sunt? MERCA. At ego te iam coniiciens in pistrinum, persuadebo tibi secundùm peiorẽ C causam, me tuum esse herum. PHIL. Ea de re nunc mecum delibero. MERCA. Sed per Iouem iam pronuntiaui, & sententiam tuli. MERCV. Tu quidem desine te huic opponere, atque sequere eum, quandoquidem te emit. Vos autem cras aduocabimus, proclamaturi idiotas & fabriles atque viles vitas.

*Alludit ad λόγους καὶ κρείττω, quos vocant.*

---

# ΑΛΙΕΥΣ, Η ΑΝΑΒΙΟΥΝΤΕΣ.

# PISCATOR, SEV REVIVISCENTES.

## Bilibaldo Birckheimero interprete.

## ARGVMENTVM.

*Hic Dialogus quasi quædam apologia superioris est, quantum ad Luciani personam attinet. Exponit enim ille causam hîc, cur totiesin philosophos inueharetur: nempe quòd plerique simulato nomine pro veris falsos se gerant, quæstumq; magis quàm virtutem sectentur. Series argumenti ita se habet. Finguntur Philosophi illi vetustiores, Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, Chrysippus, Diogenes, atque alij, ad vlciscendum Lucianum, cùm propter alia conuicia, tum quòd proximo Dialogo venales eos proposuerat, idq; etiam vilissimo pretio, ab inferis redire, ac reuiuiscere, commeatu in vnum diem impetrato. Qui cùm illum saxis persecuti, in fugam conuersum cepissent, occidere primùm statuerunt. Ille verò prouocando ad ipsam Philosophiam, eóque obtento vt causam sibi dicere liceret, postquam à Diogene, vtpote Cynico, & ceteris liberiore, communi omnium nomine accusatus esset, tanquam qui contumeliosissimè omnes Philosophiæ cultores, viros de tota virtute & rebus mortalium optimè meritos, proscidisset, ita sese defendit, vt diceret se minimè negare obiecta, sed consilio & ratione adductum, & hæc & plura etiam his fecisse: non quidem in veros philoso-*

*phos, sed in eos qui nomine tantùm illo sese iactarent, cùm interim non modò Philosophiam veram ignorarent, sed planè diuersa etiam à præceptis & regulis illius factitarent. Proinde se non modò supplicio nullo dignum esse, sed contrà etiam præmijs tanquam veræ Philosophiæ amatorem atque assertorem donari debere. Hoc iudicio peracto, cùm ille non solùm ab accusatione liberatus, verumetiam in societatem eorum à quibus antè accusabatur, asciscitus fuisset, à Philosophia deinceps & falsi illi philosophiæ simulatores citantur, vt suæ professionis equussam redderent. Qui cùm iudicium hoc omnes fermè declinassent, mittitur Lucianus vnà cum Elencho, vt illos inquirant, ac bonos quidem honoribus afficiant, malos autem adempto habitu stigmate inurant. sed priùs quàm id fieret, Lucianus seu Parrhisiades (ita enim sese apud Philosophiam appellat) puta quò iam re ipsa comprobaret, quod verbis antea dixerat, accepto hamo, eoq; auro, carycis & placentis abscondito, quasi piscator aliquis, allectos & attractos simulatores istos capit, captos autem de communi reliquorum consensu de saxo præcipites mittit. Habet autem Dialogus hic duos titulos, quorum alter ab ijs quæ à principio geruntur, nomen accepit, alter ab exitu seu catastrophe sumptus est: simillimus q; quod ad argumentum & eius tractationem attinet, alteri veteris Comœdiæ fabulæ est.*

SOCRATES. I Niice iniice lapides crebros execrandum in hũc: proiice glebas, adiice testas, percute fustibus calumniatorem: videsis effugiat: & tu Plato iacta, & tu Chrysippe, tu quoque: agite, omnes pariter in illum obarmemur,

*Pera vt reddat opem pere, baculusq; bacillo.*

Siquidem communis est hostis, nec quispiam è nobis existit quem non iniuria affecerit. Tu verò ô Diogenes, si vnquam aliàs, præcipuè nunc baculo vtere: non desinas: dignas conuitiator pœnas luat. Quid hoc rei est? nunquid, Aristippe, defessi estis? atqui minimè oportebat:

*Este cati, atque acris nemo nunc immemor ire.*

Aristoteles accelera, quin propius accede. Bene habet, capta est fera: deprehensusne es scelerate? Porrò confestim intelliges quosnam viros maledictis tuis lacessieris. Verùm qualénam fatum ipsum manebit: siquidem varium quoddam mortis excogitabimus genus, crudelitate cuius omnes exatiari valeamus: etenim æquum est septies eum singulis nobis morte pœnas expendere. PLATO. Mihi quidem per Iouem, erutis oculis, abscissáque lingua, cruci suffigendus videtur, priùs tamen flagris cæsus. Tibi verò Empedocles quid? EMPEDOCL. In Ætnæ cratêras præcipitandus, vt meliores conuitiis incessendos haud esse addiscat. PLAT. Quinimo optimum esset, si Penthei vel Orphei instar inter petras dilaniatus inueniretur, ita vt particulam vnusquisque digrediens secum auferre posset. LVCIANVS. Minimè: verũ mihi parcatis obsecro. SOCR. Arctiùs adstringe. Ampliùs non dimittêtis: num quid Homerus dicat, vides:

A Αλλε, βάλλε τὸν καταράτον τοῖς ἀφθόνοις λίθοις· βάλλε τῶν βώλων· ῥῆξε πίβαλλε καὶ τῶν ὀστράκων· παῖε τοῖς ξύλοις τὸν ἀλιτήριον· ὄφελ μὴ ἀλαφύγῃ. καὶ σύ ὦ Πλάτων, βάλλε. καὶ σὺ ὦ Χρύσιππε, καὶ σύ. πάντες ἅμα ξυναισώμεθ' ἐπ' αὐτόν,

B Ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ, βάκτρα δ' βάκτροις. κοινὸς γὰρ πολέμιος, ὃς οὐκ ἔστιν ὅν τινα ἡμῶν οὐ κέκρικε. σὺ δὲ ὦ Διόγενες, εἴ ποτε ἄλλοτε, χρῶ τῷ ξύλῳ, μηδὲ αὖθις· διδότω τὴν δίκην, βλάσφημος ὤν. τί τοῦτο; κεκμήκατε ὦ Ἀριστίππε; καὶ μὲν οὐκ ἐχρῆν·

Ἐστὲ σοφοί, μνήσασθε δ' ὁμοίου ὀργῆς.

Ἀριστοτέλες ἐπίσπευδε ἐπὶ θάσσον. καλῶς ἔχει· ἑάλωκε θηρίον, εἰλήφαμέν σε ὦ μιαρέ. εἶσι γὰρ αὐτίκα ὃς τινας οὕτως ἡμᾶς ἐκακηγόρεις. τῷ δ' ὅπῳ δὲ τίς αὐτὸν κῆ μετέλθοι; ποικίλον γάρ τινα ὑποτροπιάσομεν θάνατον κατ' αὐτόν, πᾶσιν ἡμῖν ἐξαρκέσαι δυνάμενον· καθ' ἕκαστον ἑπτάκις γοῦν δίκαιός ἐστιν ἡμῖν ἀπολωλέναι. ΠΛ. ἐμοὶ μὲν, αἰσχυλοπίᾳ δοκεῖ αὐτὸν, νὴ Δία, μάστιγώθέντα τε πρότερον C τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω, τ' γλῶτταν αὐτὴν ὑπὸ τοῦ πρότερον ἀποτετμήσθω. σοὶ δ' τί Ἐμπεδόκλεις, δοκεῖ; ΕΜ. ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτὸν, ὡς μάθοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι. ΠΛ. κῆ μὲν ἄριστον ἦν κατά τινα Πενθέα, ἢ Ὀρφέα, λαχεῖν ἐν πέτραισιν διρέαις μόρον, ἵνα αὖ κῆ ὃ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων, ἀπαλλάττοιτο. ΛΟΥ. μηδαμῶς· ἀλλὰ παρὸς ἱκεσίου φείσασθέ μου. ΣΩ. ἄφαρεν· οὐκ αὖ ἀφεξῄης ἐπ. ὁρᾷς δ' ἢ κῆ τ' Ὅμηρον ἀλέγει, ὡς

Οὐκ ἔστι λέοντι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά;

ΛΟΥ. καὶ μὰ τὸν Ὅμηρον ὑμᾶς καὶ αὐτὸς ἱκετεύω. αἰδέσεσθε γὰρ ἴσως τὰ ἔπη, καὶ ὑπορρίψετε ῥαψῳδήσομαί μου·

Ζωγρεῖτ' ἀκαχὴν ἄνδρα, καὶ ἄξια δέχθε ἀποινα,
Χαλκόν τε, χρυσόν τε, τὰ δὴ φιλέουσι σοφοί περ.

ΠΛ. ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἀπορήσομεν πρὸς σὲ Ὁμηρικῆς ἀπιθανολογίας. ἄκουε δή,

Μή μοι φεύγειν τε καὶ ἡνίοχε λαὸν ὀρίνῃ,
Χρυσὸν περ λέξας, ἐπεὶ ἴκεο χεῖρας ἐμάς.

ΛΟΥ. οἴμοι τῶν κακῶν. ὁ μὲν Ὅμηρος ἡμῖν ἀπρόσκλητος, ἡ μεγίστη ἐλπίς. ὅτι τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφυκτέον· τάχα γὰρ αὖ σκῆπτρον σώσει με·

Μὴ κτεῖνε τὸν ἱκέτην· ἀνὴρ γὰρ ἥμιος κτανών.

ΠΛ. τί δὲ ἀγαθὸν καὶ ἐκεῖνα Εὐριπίδου ἐστίν,

Οὐ δίκαι' ἃ πάσχω, δίκαια τοὺς εἰργασμένους;

ΛΟΥ. νῦν οὖν ἑκατὶ ῥιπῇ κτείνετέ με;

ΠΛ. νὴ Δία. φησὶ γοῦν σκῆπτρον αὐτὸς,

Ἀχαλίνων στομίων, ἀνόμου τ' ἀφροσύνας,
Ὧν τέλος δυσχολία.

ΛΟΥ. σκοπεῖτε ὅπως δέδοκται πάντως ἀποκτιννύναι, καὶ οὐδεμία μηχανὴ ὑμᾶς ἀφαιρεῖσθαί με, φέρετε, εἴ τι γοῦν εἴπατέ μοι, οἵ τινες ὄντες, ἢ τί πεπονθότες διήκεσαν πρὸς ἡμᾶς, ἀνήκεστα ὀργίζεσθε, καὶ ὅτι θανάτῳ σεσφαλίσασθέ με; ΠΛ. ἆ τινα μὲν εἰργάσασθε ἡμᾶς τὰ δίκαια, σεαυτὸν ἐρώτα ὦ κάκιστε, καὶ παρὰ τίνος καλῶς ἀκούσῃ σὺ λόγους, ἐν οἷς φιλοσοφίαν τε αὐτὴν, κακῶς ἀηδόνθρωνες, καὶ ἐς ἡμᾶς ὕβρισες, ὡς δὴ ἀληθῶς ἀποκηρύττων σοφοὺς ἄνδρας· καὶ ὃ μέγιστον, ἐλευθέρους. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντες ἀνελκύσαμεν ὅτι σε, καταμισήσαντες πρὸς ὀλίγον τὸν Αἰδωνέα, Χρύσιππος ὅστις, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ Πλάτων ἐγὼ, καὶ Ἀριστοτέλης ἐκεῖνος, καὶ ὁ σιωπῶν οὗτος Πυθαγόρας, καὶ Διογένης, καὶ ἅπαντες, ὁπόσους διέσυρες ἐν τοῖς λόγοις. ΛΟΥ. ἀνέπνευσα· οὐ γὰρ ἀποκτενεῖτέ με, εἰ μάθετε ὁποῖος ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἐλήλυθα· ὥστε ἀπορρίψατε τοὺς λίθους, μᾶλλον δὲ φυλάξατε. χρήσεσθε γὰρ αὐτοῖς κατὰ τῶν ἀξίων. ΠΛ. ληρεῖς. σὲ δὴ χρὴ τήμερον ἀπολωλέναι. καὶ ἤδη γε λάϊνον ἕσο χιτῶνα κακῶν ἕνεκ' ὧν εἰργάσω.

A *Non est tuta fides hominum generi atque leonum?*

LVCIA. Atqui & ego quoque per Homerum vos oro: forsitan enim illius reueremini carmina, néque versus connectentem haud spernetis:

*Me viuum capite, haud hominem prauum: hæc quoque dona*
*Suscipite, es, aurum, quæ curant & sapientes.*

PLATO. Verùm neque nobis aduersum te Homerica deerit responsio: audi igitur:

*Nec mihi mente fugã tu persuadere valebis,*
*Postquam te teneo, licèt aurea verba loquaris.*

B LVCIA. Hei malorum! siquidem spes maxima Homerus nos frustratur: ad Euripidem igitur mihi confugiendum erit: siquidem ille me forsitan saluabit,

*Ne supplicem interficite: haud fas occidere est.*

PLATO. Atqui nunquid & hæc sunt Euripidis:

*Scelesta qui patrarunt, mala decet pati?*

LVCIA. Igitur iuxta verba hæc me interficietis? PLATO. Rectè per Iouem: inquit enim ille idem:

*Effrenioris & nefandæ dementiæ extremum*
*infœlicitas occupat.*

C LVCIA. Proinde quoniam omnino me interficere decreuistis, nullúmque mihi restat effugium, agite, saltem hoc mihi indicate, quinam estis, quæve tam intoleranda à nobis perpessi sitis, vt tam intoleranter irascamini, ac me mortis causa ceperitis. PLATO. Quibus nos afeceris contumeliis, à teipso sceleratissime perquire, bellulísque illis tuis sermonibus, in quibus Philosophiam ipsam cõuitiis lacessiuisti, ergáque nos iniurius fuisti, cùm tanquam ex conciliabulis viros sapientes præconio diuulgares: & D quod maximum est, liberos: quapropter indignatione moti, propter te emersimus, ac tantisper inferos dereliquimus. Chrysippus iste, ac Epicurus, ego quoque Plato, & Aristoteles ille, silénsque hic Pythagoras, necnon Diogenes, omnes denique quos sermonibus tuis infamasti. LVCIA. Respirauí: siquidem non me interficietis, si intellexeritis qualisnam ego erga vos extiterim: quapropter lapides abicite: quin potiùs reseruate: nam contra meritos vsui erunt. PLATO. Nugaris: te etenim hodie perire necesse est: iámque adeò, ob perpetrata scelera, lapideum induas amictũ.

LVCIA. Atqui viri optimi, quem solum ex omnibus laudare oportebat, familiarem vestrum, beneuolum, & conuenientem, quin (si proloqui molestum non est) studiorum vestrorum procuratorem, vt intelligatis, interficietis, si me occideritis, qui tot propter vos labores exantlaui. Videte igitur ne instar philosophorum qui nunc sunt, agatis, vt ingrati, iracundi, ac perfidi erga virum beneficum videamini. PLATO. Proh impudentiam! nunquid tibi ob conuitia gratias debemus? Verè hic cum mãcipiis sibi rem esse existimat, quandoquidem ob tantas iniurias, verborúmque debacchationem, beneficia nobis enumerare conatur. LVCIAN. Vbinam ego, vel quando vos iniuria affeci, qui semper Philosophiam sum admiratus, ac vosipsos summis extuli laudibus, cum sermonibus quoque à vobis derelictis assiduè conuersatus? Quin & hæc ipsa quæ proloquor, vnde quàm à vobis accepi, ac instar apiculæ decerpens, hominibus ostendo? at illi laudant, ac vniuscuiusque florem, vnde, à quo, & quemadmodum collegerim, cognoscunt, méque oratione quidem ob florigeram hanc messem commendant: sed veriùs vosipsos, ac prata vestra amœnissima, qui tam varia & versicoloria produxistis, extollunt: quæ si quis rectè secernere, connectere, ac concinnare nouerit, ita vt minimè alterum ab altero discrepet, numquid cùm tam egregiè quis à vobis affectus fuerit, obloqui conabitur viris benefactoribus, quorum gratia existimationis alicuius esse reputatur? ni eiusdem sit naturæ, cuius & Thamyris vel Eurytus, ita vt vel Musas, à quibus canendi normam acceperit, canendo, vel Apollinem iaculationis præceptorem iaculando prouocare audeat? PLAT. Verùm generosè, hæc omnia Rhetorum more, ac maximè rebus contraria protulisti: siquidem proteruiorem tuam ostendunt audaciam, manifestámque præ se ferunt iniustitiam ac ingratitudinem, si cùm à nobis (vt ipse fateris) iacula acceperis, ea contra nos iaculatus es, hunc vnum scopum obseruans, vt nos omnes conuitiis lacessas: talem siquidem à te consequimur gratiam, quoniam prata illa florida tibi reseruauimus, nec vt ne decerperes, sinúque repleto discederes, inhibuimus: ideo maximè ob hanc noxam mori dignus es.

A ΛΟΥ. καὶ μὴν ὦ ἄριστοι, ὃν ἐχρῆν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐπαινεῖν, οἰκεῖόν τε ὑμῖν ὄντα, καὶ φίλον, καὶ ὁμογνώμονα, καὶ, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, κηδεμόνα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πόνων, ἃ ἴστε, ἀποκτενοῦντες, ἐὰν ἐμὲ ἀποκτείνητε, τοσοῦτ' ἐμοὶ πεπονηκότα. ὁρᾶτε γοῦν μὴ ὃ τῶν νῦν φιλοσόφων αὐτοὶ ποιῆτε, ἀχάριστοι, καὶ ὀργίλοι, καὶ ἀγνώμονες φαινόμενοι τοῖς ἀνδράσι φίλοις. ΠΛ. ὦ τῆς αἰσχυντίας· καὶ χάριν σοι τῆς κακηγορίας ὀφείλομεν; ἆρα πρὸς ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει διαλέγεσθαι; ἢ καὶ βύρσαι καὶ λοιδορία τοῖς ἡμᾶς ὅτι τοσαύτην ὕβριν καὶ προπηλακισμὸν τῶν λόγων; ΛΟΥ. ποῦ γὰρ ἐγὼ ὑμᾶς, ἢ πότε ὕβρικα, ὃς ἀεὶ φιλοσοφίαν τε θαυμάζων διατελέκειν, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπερεπαινῶν, καὶ τοῖς λόγοις, οἷς καὶ λελοίπατε ὁμιλῶν; αὐτὰ γοῦν ἃ φημι ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν ἐδιδαχθὼν, καὶ τὴν μέλιτταν ἀπομιμησάμενος, ὑποδείκνυμι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δ' ἐπαινοῦσι, καὶ γνωρίζουσιν ἑκάστου τὸ ἄνθος, ὅθεν, καὶ παρ' ὅτου, καὶ ὅπως ἀνελεξάμην, καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὑμᾶς, καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἱ τοιαῦτα ἐξενηνέγκατε ποικίλα, καὶ πολυφδὴ τὰς βαφὰς, εἴ τις ἀναλέξασθαί γε αὐτὰ ὑπίσχοιτο, καὶ ἀναπλέξασθαι, καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θατέρου θατέρῳ. ἐπεὶ ὅστις οὖν ταῦτα οὕτω πεπονθὼς παρ' ὑμῶν, κακῶς ἂν εἰπεῖν ὑπισχνήσαιτο εὐεργέτας ἄνδρας, ἀφ' ὧν εἶναί τις ἔδοξεν; ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ τὸν Θάμυριν, ἢ τὸν Εὐρυτον εἴη τινὶ φύσιν, ὡς ταῖς Μούσαις αὐτάδειν, παρ' ὧν εἴληφε τινὶ ᾠδικῷ, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν, σκαιότατα τοξεύων, καὶ ταῦτα, δοτῆρι ὄντι τῆς τοξικῆς. ΠΛ. τοῦτο μὲν ὦ γενναῖε, καὶ τοῖς ῥήτορας εἰρῆσθαί σοι· σκαιότατον γοῦν ὄντα τῷ σχήματι, καὶ χαλεπώτερον σοῦ ἐπιδείκνυσι τὸν τόλμαν, εἴγε τῇ ἀδικίᾳ καὶ ἀχαριστίᾳ τοσέσεσιν, ὡς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα ὡς φῂς λαβών, καθ' ἡμῶν ἐτόξευες, ἕνα τοῦτον σκοπὸν σκοπούμενος τὸν ὅπως, ἀπομισθὰς ἡμᾶς ἀργυρίῳ κακῶς· τοιαῦτα τοίνυν σοῦ ἀπειληφότες, διὰ τοῦτ' ὄν σοι τὸν λειμῶνα σκῆπτρον αἰσχυντήσαντες, οὐκ ἐκωλύομεν δρέπεσθαι, καὶ ὃ τοσχόλαιον ἐμπλησάμενον ἀπελθεῖν. ὥστε δίκαιός τοῦτο μάλιστα δίκαιος εἶ εἶναι ἀποθανεῖν.

ΛΟΥ. ὁρᾶτε· πρὸς ὀργὴν ἀκούετε, καὶ οὐδὲν τῶν δικαίων προσίεσθε. καίτοι οὐκ αὖ φήν ποτε ὡς ὀργὴ Πλάτωνος, ἢ Χρυσίππου, ἢ Ἀριστοτέλους, ἢ τῶν ἄλλων ὑμῶν καθίκοιτο αὖ. ἀλλά μοι ἐδοκεῖτε μόνοι δὴ, πόρρω ὄντες τοιούτου. πλὴν ἀλλὰ μὴ ἄκριτόν γε ὦ θαυμάσιοι, μηδὲ πρὸ δίκης ἀποκτείνητέ με. ὑμέτερον γοῦν ἐστὶ τοῦτο ἴσως, μὴ βίᾳ, μηδὲ κατὰ ὀξυτέραν πολιτείαν, δίκῃ δὲ τὰ διάφορα διαλύεσθαι διδόντας λόγους, καὶ δεξιωμένους ἐν τῷ μέρει· ὥστε δικασταὶ ἐλόμενοι κατηγορήσατε μὲν ὑμεῖς ἢ ἅμα πάντες, ἢ ὅν τινα αὖ χειροτονήσητε ὑμῶν ἀπάντων. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κἄπειδὰν μέν τι ἀδικῶν φαίνωμαι, καὶ τοῦτο πρὸς ἐμοῦ γνῶ ὁ δικαστήριον, ὑφέξω δίκας δηλαδὴ τῆς ἀξίας. ὑμᾶς δ' οὐδὲν δίκαιον ἀδικήσετε. ἐὰν δ' ἄρα θᾶττόν μου καταγνῶ, καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνεπίληπτος ἀπειμι, ἀφήσουσι μὲν οἱ δικασταί· ὑμᾶς δ', εἰς τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς καὶ προξενήσαντας καθ' ἡμῶν τὴν ὀργὴν τρέψετε. ΠΛ. τοῦτο σκόπει, εἰς πεδίον τὸν ἵππων, ὡς ἂν δοκῇ χρυσάμπυκος τοὺς δικαστάς, ἀπέλθοις· φασὶ γοῦν ῥητορά σε, καὶ δικανικόν τινα εἶναι, καὶ πανοῦργον ἐν τοῖς λόγοις. τίνα δὲ καὶ δικαστὴν ἑλέσθαι γνώσῃ, ὃν τινα μὴ σὺ δωροδοκήσας, οἷα πολλὰ ποιεῖτε ἄδικα, πείσῃς ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι; ΛΟΥ. θαῤῥεῖτε τούτου ἕνεκα, οὐδένα τοιοῦτον δικαστὴν ὑποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν ἑλέσθαι, καὶ ὅστις ἀποδώσεταί μοι τὴν ψῆφον ὁρᾶτε γοῦν, τὸν φιλοσοφίαν αὐτὴν μᾶλλον ὑμῶν ποιοῦμαι δικαστήριον ἔγωγε. ΠΛ. ἐὰν τίς σε κατηγορήσῃ, εἶτε ἡμεῖς δικάσομεν; Λ. οἱ αὐτοὶ κατηγορεῖτε, καὶ δικάζετε· οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο δέδοικα. τοσοῦτον ἐπαφέρω τοῖς δικασταῖς, καὶ ἐν τῇ ἀπολογήσασθαι ἐπολεμιδῶ. ΠΛ. τί ποιοῦμεν ὦ Πυθαγόρα, καὶ Σώκρατες; ἔοικε γὰρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι, δικάζεσθαι ἀξιῶν. ΣΩ. τί δὲ ἄλλο, ἢ βασανίζωμεν ὅτι ὁ δικαστήριον, καὶ τὴν φιλοσοφίαν παρακαλοῦντες, ἀκουσώμεθα ὅ,τι καὶ ἀπολογήσεται). ὁ μὲν δίκης γὰρ οὐκ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικὸν, ὀργίλων τινῶν ἀνθρώπων, καὶ ὃ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ πεπεμμένων. προέξομαι γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κατηγορεῖν ἐθέλουσι, καταλαβόντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. καὶ τοιγαροῦν, δικαιοσύνη χαίρει, οὐδὲ

A LVC. Videte, iræ aures præbetis, & quæ iusta sunt, minimè consideratis: ego verò me nũquam in Platonis, vel Chrysippi, seu Aristotelis, aut reliquorum vestri ordinis irã incidere posse existimassem: sed longè ab illis mihi distare videmini. Verùm ô admirandi, ne indemnatum, causaq; non cognita me interficiatis: quamuis & id vos deceat, ne vehementia ac manifesta violentia grassari videamini, iure scilicet controuersias dissoluere, rationes dantes pariter & accipientes, iudicem eligere: méque vel vnà omnes accusare, aut qui omnium vice id agat, eligere. Ego verò obiectis respon-
B dere sum paratus, & si aliqua in re iniurius esse conuictus fuero, ac ita de me statuerit iudicium, merita expendam supplicia, vósque violentum nil perpetrabitis. Si verò crimina diluere videbor, ac insons & ab omni culpa alienus esse inueniar; me iudices dimittent, vos verò in eos qui vos deceperunt, ac contra nos instigarunt, iram conuertetis. PLAT. Hoc illud est, equum in campum, vt iudices eludere queas, educere conaris: siquidem te Rhetorem & causidicum vehemẽtem, in orationibúsque admodum
C callidum esse dicunt. Proinde quemnam iudicem fieri cupis? quem muneribus, vt pro te sententiam ferat (qualia iniusta multa perpetrare consueuistis) corrumpere haud valeas. LVCIA. Confidite: huius enim rei gratia nullum arbitrum suspectum, vel ancipitem, seu qui pro me iniustè calculum ferat, mihi euenire desidero: & vt certiùs id cognoscere possitis, ego Philosophiam ipsam vnà vobiscũ iudicem eligo. PLAT. At quisnam accusabit, si nos iudicauerimus? LVCIA. Vosmetipsi accusate, & iudicate: neque enim illud timeo, quoniam tam iusta an-
D tecello causa, tãque luculẽter & abundè me responsurũ confido. PLAT. Quid faciemus ô Pythagora & Socrates? nam vir iste quoniã iudicio experiri dignum ducit, haud absurdè prouocare videtur. SOCRAT. Quid verò aliud, quàm vt ad iudiciũ pergamus, assumptaq; Philosophia, quidnam responsurus sit, audiamus? nam absq; cognitione quid conari, nõ ad nos, sed potiùs ad viros quosdã iracundos, & qui iustitiam in manibus sitam continẽt, spectare videtur: præbebimus enim occasionem obloqui volentibus, si virum lapidabimus, nec pro se respondere permittemus, & hęc nosmetipsi iustitiæ vale

*Oratores ad aquæ mẽſuram peroranbãt.*

dicentes. Proinde quid Anyto & Melito accuſatoribus meis, vel qui me tum dãnarũt, iudicibus, reſpondebo, ſi hic inauditus occubuerit, & aquæ omnino cõpos non fuerit? PLAT. Rectè ô Socrates admones. ad Philoſophiam igitur pergamus: & illa quidem diiudicet: nos verò quicquid ſtatuerit, amplectemur. LVCIA. Euge viri ſapientiſſimi, meliora hæc & iuſtiora: lapides verò, vt dicebam, ſeruate: ſiquidem paulò pòſt in iudicio indigebitis. Verùm vbinam Philoſophiã quis inueniet? vbi enim habitet, non noui, quamuis longo circumerrauerim tempore, domum, vt eam conuenire poſſem, quærens: inde in quoſdam vilibus amictos veſtibus, barbáſque promiſſas geſtantes, incidi, qui cùm ad eandem ſe pergere aſſererent, eos ſcire exiſtimans, interrogaui: at illi, quoniam me longè plus ignari eſſent, ne de ignorantia redargui poſſent, vel omnino nil reſpondebant, vel ianuam aliam pro alia oſtendebant: ego verò in hunc vſque diem domum reperire haud quiui. Sæpius verò ipſe ſuſpicans, vel ductore quopiam, ad quaſdam ianuas perueni, certiſſimè tum inueniſſe ſperans, à multitudine ingredientium & egredientium coniecturam ſumens, qui omnes ſeueritatem quandam præ ſe ferebant, forma erant decora, vultu verò meditabundi: hoſce inſecutus, & ipſe quoque ſum ingreſſus: ibi viraginem conſpexi quandam, non incurioſe, ſordidè vel inconcinnè excultam: verùm quamprimum deprehendi eam dependulos cincinnos minimè ornando negligere, veſtitúſque cultum ſtudioſe affectare: & quamuis tam exquiſitis munditiis ornata eſſet, cultum tamen decoris gratia diſſimulare nitebatur: apparebat & fucus quidam, lenociniúmque, & verba perquam meretricia: ab amatoribus verò laudata, admodum gaudebat, & ſi quis aliquid dediſſet, auidè ſuſcipiebat: opulentiores quoque iuxta ſe locabat, amatores autem inopes nec aſpicere dignabatur. Sæpius quoque cùm ſe caſu denudaſſet, torques aureas anguillis craſſiores conſpiciebam. Hæc cùm vidiſſem, confeſtim ad pedes ſum conuerſus, oppidoquam miſeratione commotus ob infelices illos, non naribus, ſed barbis ad illam pertractos, ac Ixionis inſtar pro Iunone idolo congredientes.

Ηρακλῆς, τῶν ὀδόντων. τί τοῦτο ὦ γλυκάτατε; εἰλημμαι λιχνεύων περὶ τὰς πέτρας, ἔνθα λάθρᾳ ἤλπισας, ἀπροδεδυκώς; ἀλλὰ νῦν ἔσῃ φανερὸς ἅπασιν, ἐκ τῶν βεβλαμμένων ἀπηρτημένος. ἐξέλωμαι δὲ δέλεαρ, καὶ δ' ἄγκιστρον τουτί. κενόν σοι δ' ἄγκιστρον· ἡ δὲ ἰσχὰς ἤδη προσέφηται, καὶ δ' χρυσίον ἐν τῇ κοιλίᾳ. ΔΙΟ. μὰ Δία ἐξεμεσάτω· ὡς δὴ καὶ ἐφ' ἄλλους δελεάσωμεν. ΠΑΡΡ. δῦ ἔχει· τί φῂς ὦ Διόγνες; οἶδα τοῦτον ὅστις ἐστίν, ἢ προσήκει σοι τι αὐτῷ; ΔΙΟ. ἥδιστα μέν. ΠΑΡΡ. τί οὖν; πόσου ἄξιον αὐτὸν χρὴ φάναι; ἐγὼ μὲν γὰρ δυ' ὀβολῶν πρώην αὐτὸν ἐτιμησάμην. ΔΙΟ. πολὺ λέγεις· ἄβρωτός τε γάρ ἐστι, καὶ εἰδεχθής, καὶ σκληρός, καὶ ἄτιμος· ἄφες αὐτὸν, κἀπὸ τῆς πέτρας· σὺ δὲ ἄλλον ἀνάσπασον, καθεὶς δ' ἄγκιστρον· ἐκεῖνο μέντοι ὅρα, ὦ Παρρησιάδη, μὴ καμπτόμενός σοι ὁ κάλαμος, ἀποκλασθῇ. ΠΑΡΡ. θαῤῥεῖ ὦ Διόγνες· κοῦφοί εἰσι, καὶ τῶν ἀφύων ἐλαφρότεροι. ΔΙΟ. νὴ Δία, ἀφυέστατί γε· ἀνάσπασον δὲ ὅμως. ΠΑΡΡ. ἰδοὺ τίς ἄλλος οὗτος ὁ πλατὺς, ὡσπερ ἡμίτομος ἐκ τῆς πέτρας προσέρχεται; ψῆτά τις κεχηνὼς ἐς δ' ἄγκιστρον, κατέπιεν, ἔχεται, ἀνάσπασθω· τίς ἐστιν; ὁ Πλατωνικὸς εἶ λέγων. ΠΛΑ. καὶ σύ ὦ κατάρατε, ἥκεις ἔτι δ' χρυσίον; ΠΑΡΡ. τί φῂς ὦ Πλάτων; ἢ ποιῶμεν αὐτόν; ΠΛΑ. ἀπὸ τῆς αὐτῆς πέτρας καὶ σοῦ. ΔΙΟ. ἐπ' ἄλλον καθείσθω. ΠΑΡΡ. καὶ μὲν ὁρῶ τινα πάλαι καλὸν προσιόντα, (ὡς δῆθεν ἐν βυθῷ δόξειε ποικίλον τὴν χρόαν,) ταινίας τινὰς ἔτι τῷ νώτῳ ὑπιχρύσους ἔχοντα. ὁρᾷς, ὦ Ἔλεγχε; ὁ τὸν Ἀριστοτέλη προσποιούμενος, ὅστος ἐστὶν· ἦλθεν, εἶτα πάλιν ἀπενήξατο. πρόσεισι πάλιν ἀκριβῶς, αὖθις ἐπῆλθεν, ἔχανεν, εἰλημμαι, ἀνιμῶμαι. ΑΡΙ. μὴ ἀφέρῃ μὲ σοὶ αὐτά, ὦ Παῤῥησιάδη, ἀγνοῶ γὰρ ὅστις ἐστίν. ΠΑΡΡ. σχολῇ γε ὅστις ἐστίν. Ἀριστοτέλης ἢ τῶν πετρῶν; ΔΙΟΓ. ἀλλ' ἰδοὺ πολλοί που τοιοῦτοι ἐνθάδε ὁρῶ καὶ τοῦτον ὁμόχροας, ἀχαλινώδεις, καὶ τοῖς ὑπερφρύδας ἐκτεταχυσμένους, ἐχίνων δυσπαλεστέρους· ἦπου σαγήνης ἐστὶ αὐτοῖς δεῖσθαι· ἀλλ' ἔοικεν. ἰχθὺν εἰ καὶ ἕνα τινὰ ἐκ τῆς ἀγέλης ἀφανάσαιμεν· ἥξει δὲ ὅτι τὸ ἄγκιστρον δηλαδὴ, ὅς ἂν αὐτῷ θρασύτατος ᾖ·

A Hercules, qualésnam dentes! quid hoc rei est? Nunquid ô generose circa petras liguriendo discurrens, captus es? Vbi prædari sperabas, ibi tu præda factus es: at nunc omnibus à branchiis appensus, manifestus eris. Extrahamus illecebras huic, & hamum: vacuus en hamus, placenta iam cum auro in ventrem descendit. DIOG. At per Iouem euomuit. quapropter & alios inescemus. PARR. Bene habet: quid ais ô Diogenes? tu hunc quisnam siet nostin'? num ad te attinet? DIOG. Minimè. PARRH. Proinde quo pretio dignum hunc asserere oportet? ego etenim paulò antè duo-
B bus obolis eum appretiaueram. DIOG. Nimiùm dicis: mollis enim est, & turpis, & morosus, & iners: verso capite hunc tu à petra præcipitato, & alium demisso hamo attrahe. Atqui videsis ô Parrhisiade, ne tibi calamus inflexus abrumpatur. PARR. Confide ô Diogenes: tenues sunt, & aphyis leuiores. DIOG. Et per Iouem leuissimi quoque: subinde tamen extrahe. PARRH. En, quisnam alius hic latus tanquam semisectus piscis accedit? Pfetta quædam in hamum impegit: deglutiuit: capta est. DIOG. At-
C trahatur: quisnam est? PARR. Platonicum se asserit. PLATO. Et tu execrande ad aurum accedis? PARR. Quid ais ô Plato? quid cum illo agamus? PLATO. Ab hac eadem petra & ille. DIOG. Ad alium capiendum consideas. PARRH. Proinde perquam bellulum quendam accedere video (veluti in profundo apparet colore vario) ac vittas quasdam aureas in humeris habentem: cernísne o Elenche? Aristotelem hic refert: accessit: atqui tursus abiit: diligenter arbitratur: iterum redit: degustauit: captus est: extrahatur: num hic tibi Aristoteles cognitus
D est? ARISTOT. Ne me ô Parrhisiade de ipso interroga: nam quis sit ignoro. PARR. Nunquid igitur & hunc ô Aristoteles per petras? ARISTOT. Et maximè. DIOG. Sed ecce multos hîc conspicio pisces paricolores, spinosos, in superficie asperiores, Echinis magis aculeatos: verriculo aliquo opus esset, verùm non adest: satis erit si vnum ex grege tantùm extrahamus: atqui ad hamum accessit, qui ipsorum est ferocissimus:

*Aphya, pisciculi, quos paritlimus, vermiculorũ instar scaturientes: meminit Ælianus.*

*Plinius verò Aquas à Latinis appellari dicit, quòd ex aqua & pluuia procreentur.*

*Pfetta pisces latos: meminit Aristoteles & Suidas.*

*Echinus Latinè Eri naceus, spinis aculeatus.*

PHILO. Age, quò oportebat, iam deuenimus: hîc in Mineruæ iudicabimus veſtibulo. Heus ſacerdos, diſpone ſedilia: nos interim deam adorabimus. LVCIA. Obſecro Pallas, contra arrogantes mihi auxilium ferto, ac recordare quanta ipſorum periuria quotidie audis. ſola enim tanquam ſpeculatrix quæ perpetrant vides: nunc tempus illos vlciſcendi adeſt: ſi verò me victum cernes, nigróſque ſuperare, tuum adiice calculum, méque ſaluato. PHILOS. Agite, iam conſedimus, veſtras parati audire querelas: vos verò ex omnibus quempiam eligatis, qui egregiè accuſare ac redarguere nouerit, quandoquidem impoſſibile eſt vos omnes pariter loqui. Tu autem Parrhiſiades dehinc reſpondebis. REVIVISCENTES. Quis igitur è nobis, vt potiſſimùm hanc agat cauſam, idoneus erit? Tua ô Plato excellens prudentia eſt admiranda, eloquentia verò redundans, & Attico lepore referta, flexanima & venuſta: cognitio autem ac diligentia, necnon tempeſtiua demonſtrationum inductio, hæc omnia copiosè tibi adſunt! quapropter accuſationem ſuſcipe, & pro cunctis, quæ digna ſunt, eloquere, ac omnium illorum nunc reminiſcaris, & in hoc vnum confer, ſi quid aduerſus Gorgiam, aut Polum, ſeu Prodicum, vel Hippiam à te dictum eſt. Vehementior hic exiſtit: expedi igitur ironias & ſales, copioſáſque illas & iucundas comitates: quin, ſi videbitur, nonnunquam exuperes, vt magnus Iupiter alatum impellat currum, ac indignatione moueatur, ni ille debitas expendat pœnas. PLAT. Minimè, ſed vehementiorem quendam eligamus, Diogenem hunc vel Antiſthenem, aut Cratetem, ſeu te Chryſippe: non enim elegantiæ perpolitæ in præſenti, nec conſcribendi acrimoniæ eſt tempus, ſed redargutionis cuiuſdam, ac iudicialis exercitationis. Rhetor enim eſt Parrhiſiades. DIOG. Proinde ego ipſe accuſabo: non enim ſermonibus nimiùm longis opus eſt arbitror. Accedit quòd præ cunctis reliquis iniuria ſim affectus, paulò antè pretio duorũ obolorum præconis voce venalis expoſitus. PLAT. Diogenes, ô Philoſophia, pro cunctis loquendi prouinciam ſubibit. Verùm ô generoſe, memineris te accuſatione iſta non ſolùm rem tuam, ſed communem agere:

ΦΙΛ. ἀγε δή, πρέσμεν γὰρ ἔνθα ἐχρῆν· σὺ δὲ θώκους τοῦ ἐν τῷ προνάῳ τῆς Πολιάδος διακόσμησον· ἡμεῖς δὲ ἐν τῷ μεταξὺ τὴν θεὸν προσκυνήσωμεν. ΛΟΥ. ὦ Πολιάς, ἐλθέ μοι καὶ τῶν ἀλαζόνων σύμμαχος, ἀναμνησθεῖσα ὁπόσα ὑπορκούντων ὁσημέραι ἀκούεις αὐτῶν· καὶ ἀπάτοισι γὰρ μόνη ὁρᾷς, ἅτε δὴ ὑπίσχνος οὖσα. νῦν καιρὸς ἀμύνασθαι αὐτούς. ἐμὲ δὲ ἤδη που κεκαυμένον ἴδῃς, καὶ πλείους ὦσιν αἱ μέλαιναι, σὺ προθεῖσα τὴν σεαυτῆς, σῶζε. ΦΙ. εἶεν. ἡμεῖς μὲν ὑμῖν καὶ δὴ καθήμεθα ἕτοιμοι ἀκοῦσαι τῶν λόγων· ὑμᾶς δὲ, προελόμενοί τινα ἐξ ἁπάντων, ὅστις ἄριστα κατηγορῆσαι δοκῇ, ξυνείρετε τὴν κατηγορίαν, καὶ διελέγχετε. ἅ γὰρ οἷόν τε πρῶτος ἅμα λέγειν. σὺ δ' ὦ Παρρησιάδη, ἀπολογήσῃ τε μὴ τάττο. ΑΝ. τίς οὖν ὁ ὑπιτηδειότατος ἐξ ἡμῶν ἂν γένοιτο πρὸς τὴν δίκην; σύ, ὦ Πλάτων, ἅτε μεγαλόνοια θαυμαστὴ, καὶ καλλιφωνία δεινῶς Ἀττική, καὶ ὁ κεκραμένος, καὶ πειθοῦς μεστὸς ἥ τε συνήθεσις, καὶ ὁ ἀκριβὴς, καὶ ὁ ἐπαγωγὸς ἐν χαρᾷ τῶν ἀποδείξεων, πάντα ταῦτά σοι ἀθρόα πάρεστιν. ὥστε τὴν παρασκευὴν δέχου, καὶ ἅπαντ' ἀπάντων εἰπὲ τὰ εἰκότα. νῦν μὲν ἀναμνήσθητι πάντων ἐκείνων, καὶ συμφόρει εἰς ἓν αὐτὸ, εἴ τι σοι πρὸς Γοργίαν, ἢ Πῶλον, ἢ Πρόδικον, ἢ Ἱππίαν εἴρηται δεινότερόν τι ὑπὲρ ὑμῶν. ὑπὲρ πάντα δὴ καὶ τὰς εἰρωνείας, καὶ τὰ χαριέντα σκώμματα καὶ σπουδὴ ἐρώτα· καὶ σοὶ δοκῇ καιρόν που παραδύσου, ὡς ὁ μέγας Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, ἀγανακτήσειεν ἄν, εἰ μὴ σοὶ ὑποσχοίη τὴν δίκην. ΠΛ. μηδαμῶς. ἀλλά τινα τῶν σφοδροτέρων προχειρισώμεθα, Διογένη τοῦτον, ἢ Ἀντισθένην, ἢ Κράτητα, ἢ σέ ὦ Χρύσιππε. ἅ γὰρ δὴ κάλλους τε τοῦ παρόντος, καὶ δεινότητος συλλογιστικῆς ὁ καιρὸς, ἀλλά τινος ἐλεγκτικῆς, καὶ διαιρετικῆς παρασκευῆς· ῥήτωρ γὰρ ὁ Παρρησιάδης ἐστίν. Δ. ἀλλ' ἐγὼ αὐτὸς κατηγορήσω. καὶ γὰρ οὐδὲ πάνυ μακρῶν οἶμαι τῶν λόγων δεήσεσθαι· καὶ ἄλλως γ', ἐπὰν ἀπάντων ὑβρισμαι, δυ' ὀβολῶν πρόσθεν ἀποκεκηρυγμένος. ΠΛ. ὁ Διογένης ὦ Φιλοσοφία, ἐρᾷ τὸν λόγον τὸν ἐπὰν ἀπάντων. μέμνησο γ' ὦ γενναῖε, μὴ τὰ σεαυτοῦ μόνον προσθεῖναι ἐν τῇ κατηγορίᾳ, τὰ κοινὰ δ' ὁρᾶν.

εἰ γάρ τι ἓ πρὸς ἀλλήλους διαφερόμεθα ἐν τοῖς λόγοις, σὺ δὲ τοῦτο μὴ μὴ ὄψεται, μηδ' ὅστις ὀρθότερος, πλὴν λέγε· ὅλως δὲ, ὑπὲρ Φιλοσοφίας αὐτῆς ἀγανακτεῖ πεπονθυῖα, καὶ κακῶς ἀκουούσης ἐν τοῖς Παρρησιάδου λόγοις. καὶ τὰς μὲν προαιρέσεις ἀφεὶς, ἐν αἷς διαλλάττομεν, ὃ κοινὸν ἀπάντων ἐστὶν ἀγαθὸν, τοῦτο ὑπὲρ μάχῃ. ὅρα, εἰ μόνον οὐ προεστήκαμεν, καὶ ἐν σοὶ τὰ πάντα ἡμῖν νῦν κινδυνεύεται, ἢ σεμνότατα δόξαι, ἢ τοιαῦτα πιστευθῆναι, οἷα σοὶ ἀπέφηνε. ΔΙΟ. θαῤῥεῖτε, οὐδὲν ἐλλείψομεν, ὑπὲρ ἀπάντων ἐρῶ. κἂν ἡ Φιλοσοφία δὲ πρὸς τοὺς λόγους ὀργιλαθεῖσα (φύσει γὰρ ἥμερος, καὶ πρᾷός ἐστιν) ἀφεῖναι διαλλαγῆναι αὐτὸν, ἀλλ' οὐ τὰ ἐμὰ ἀνδρίσματ. δείξω γὰρ αὐτῇ ὅτι μὴ μάτην ξυλοφορήσομεν. ΦΙΛ. τοῦτο μὲν μηδαμῶς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον· ἄμεινον γὰρ, ἢ τῷ ξύλῳ. μὴ μέλλε δή· ἤδη γὰρ ἐκκέχυται τὸ ὕδωρ, καὶ πρὸς σὲ ὁ δικαστήριον ἀποβλέπει. ΛΟΥ. οἱ λοιποὶ καθιζέσθωσαν ὦ Φιλοσοφία, ἓ ψηφοφορείτωσαν μεθ' ὑμῶν· Διογένης δὲ κατηγορείτω μόνος. ΦΙΛ. ἆ δέδοκας οὖν μή σε κατάψηφίσωνται; ΛΟΥ. ἀδαμῶς. πλείους γοῦν κεκτήσομαι βάλλομαι. ΦΙΛ. γυναῖά σε ταῦτα· καθίσατε δὴ οὖν· σὺ δ' ὦ Διόγενες, λέγε. ΔΙΟ. οἵοι μὲν ἡμεῖς ἀνδρες ἐγενόμεθα περὶ τὸν βίον ὦ Φιλοσοφία, πάνυ ἀκριβῶς οἶδα, καὶ οὐδὲν δεῖ λόγων. ἵνα γὰρ ὃ κατ' ἐμὲ σιωπήσω, ἀλλὰ Πυθαγόραν τοῦτον, καὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀριστοτέλη, καὶ Χρύσιππον, καὶ τοὺς ἄλλους, τίς οὐκ οἶδεν ὅσα ἐς τὸν βίον καλὰ εἰσκομίσαντο; ἃ δὲ τοιούτους ὄντας ἡμᾶς, ὁ τερασκαπάρατος οὗτος Παρρησιάδης ὕβρικεν, ἤδη ἐρῶ. ῥήτωρ γάρ τις ὡς φασιν ὤν, ἀπολιπὼν τὰ δικαστήρια, καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις εὐδοκιμήσεις, ὁπόσον ἡ δυνότητος, ἢ ἀκμῆς ἐπεπόρισο ἐν τοῖς λόγοις, τοῦτο πᾶν ἐφ' ἡμᾶς συνεβιάσατο, καὶ παύεται μὲν ἀγοράων κακῶς ἡμᾶς, καὶ ἀπατεῶνας ἀποκαλῶν, τὰ πλήθη δὲ ἀπειθῆ καὶ ἀγελαῖα ἡμῖν, καὶ καταφρονῆ, ὡς ὃ μηδὲν ὄντων. μᾶλλον δὲ καὶ μισεῖσθαι ποιεῖ τῶν πολλῶν ἤδη πεποίηκεν αὐδεῖς τε ἡμᾶς, καὶ σὲ τὴν Φιλοσοφίαν, φλυάρους, καὶ λήρους ἀποκαλῶν τὰ σὰ, καὶ τὰ σοφώτατα, ὧν ἡμᾶς ἐπαίδευσας, ὅτι χλιαδισμῷ διεξιών,

A si enim inuicem in quibusdam discrepamus, tu id nunc minimè scruteris: nec quis rectiùs sentiat, inquirere curabis: sed ob hoc solùm, quoniam philosophia ipsa iniuria sit affecta, ac malè in Parrhisiadis audierit sermonibus, indigneris. Opiniones verò in quibus dissidere videmur, omitte: pro eare quæ omnibus communis est, digladiare. videsis: Te solum præposuimus, ac nunc in te cuncta nostra periclitantur, vt vel maximè syncera videantur, vel talia, qualia ille designauit, esse credantur. DIO. Confidite: nihil prætermittemus: pro omnibus verba faciam. Proinde etsi Philosophia sermoni-
B bus commota, (natura enim mansueta ac mitis est) ipsum absoluere statuerit, non tamen mea deerunt: illi enim, quòd baculos haud frustra geramus, ostendam. PHIL. Minimè hoc, verùm potiùs sermone: satius enim lingua quàm ligno rem agere: ne igitur cuncteris: iam enim effusa est aqua, conciliúmque in te oculos coniecit. LVC. At reliqui quoque ô Philosophia, consideant, ac vobiscum diiudicent: Diogenes verò solus accuset. PHIL. Verùm nunquid vereris ne contra te calculum ferant? LVC. Mi-
C nimè: plures enim superare volo. PHIL. Generosa hæc tua: desidite igitur: tu verò Diogenes loquere. DIOG. Qualésnam circa vitam, ô Philosophia, viri extiterimus, tute optimè nosti, verbísque minimè indiget: nam vt de me sileam, quisnam ignorat quanta bona Pythagoras iste, & Plato, & Aristoteles, & Chrysippus, reliqui denique in vitæ humanæ vlum contulerint? Verùm quibusnam contumeliis, quamuis tales extiterimus, sceleratissimus hic Parrhisiades nos lacessierit, iam dicere pergam. Cùm enim Rhetor, vt aiunt, fuisset, derelicto
D foro, ac illius existimatione, quicquid vehementiæ ac oratorij vigoris consecutus est, vniuerso illo contra nos se instruens, non desinit maledictis insectari, præstigiatores ac deceptores subinde vocans, multitudinique vt nos derideat & contemnat, tanquam nullius simus momẽti, persuadet: quinimo multorum iam odium non in nos solùm, sed contra te quoq; ô Philosophia suscitauit: potissima etiam tua, mendacia ac nugas appellãs, & quę nos edocuisti, subsãnatione incessẽs,

ita vt à ſpectatoribus laudetur, ac non vulgariter illi applaudatur, nos verò intolerandis afficiamur iniuriis. Vulgus ſiquidem eiuſce vt plurimùm eſt naturæ, vt cùm res cauillatione ac maledicentia agatur, gaudeat, præcipuè cùm ea quæ abſolutiſſima eſſe videntur, mordicus arripiuntur: quemadmodum olim gaudebat, cùm Ariſtophanes & Eupolis irriſionis gratia Socratem hunc in ſcenam introducerent, Comœdiáſque abſurdas quaſdam de illo commentarentur. Et illi quidem contra virũ vnum talia ſunt auſi, ac in Dionyſiis, cùm id facere cõceſſum eſſet, ſcommatáque, pars quædam feſtiuitatis viderentur; forſitánq; deus, cùm lepidus quiſpiam eſſet, delectaretur: at iſte deliberatè ac multo ſtudio inſtructus, in optimos quoſque inuectus eſt: librum enim ingentem blaſphemiis quibuſdam refertum conſcripſit, magnáque voce Platoni, Pythagoræ, Ariſtoteli huic, Chryſippo illi, mihi, omnibus denique maledicit, cùm id nec feſtiuitas permittat, nec priuatim aliqua in re à nobis læſus fuerit. Parcendum enim illi foret, ſi talia iniuriam repellendo, non inferẽdo, ageret: & quod omnium grauiſſimum exiſtit, ſub tui nominis prætextu talia ô Philoſophia facere audet: necnõ eodem conatu, dialogo familiari noſtro auxiliatore & mimo contra nos vtitur: quinetiam Menippo viro nobis amico perſuaſit vt quamplurimum in comicis illis cauillis ſibi aſſiſtat: qui ſolus non adeſt, neque nobiſcum, prodita ſocietate, accuſat: pro quibus omnibus pœnas luere eſt dignus. Quid enim contra hæc dicere poſſet, cùm exactiſſima quoque coram tot teſtibus carpére auſus fuit? In quorum vtilitatem hoc quoque redundabit, ſi ipſum pœna affectum ſpectauerint: nemo enim dehinc philoſophiam tam facilè contemnere audebit. Proinde in hac re quietẽ agere, & iniuriantem tolerare, non modeſtiæ, ſed extremæ ignauiæ & amentiæ indicium cenſendum eſſet. Cæterùm poſtrema cuinam ferenda ſunt? Siquidem nos tanquam mancipia in venalitium deducens, præconis, vt aiunt, voce diuendidit, nonnullos pretio ingenti, quoſdam mina Attica, me verò ſceleſtiſſimus ille obolis duobus, ita vt circunſtantibus riſum moueret. Eam ob cauſam indignatione perciti, in illum manus iniecimus, téque rogamus vt nos turpiſſimis affectos iniuriis vlciſcaris.

A ὥστε ἑαυτὸν μὲν προτεῖσθαι, καὶ ἐπαινεῖσθαι
παρὰ τῶν θεατῶν, ἡμᾶς δὲ ὑβρίζεσθαι. φύσει
γὰρ τοιοῦτόν ἐστιν ὁ πολὺς λεώς, χαίρουσι τοῖς ἀ-
ποσκώπτοις, καὶ λοιδορουμένοις, καὶ μάλιστ'
ὅταν τὰ σεμνότατα εἰς δοκοῦντα δι' ἀμαύρης·
ὡς γοῦν ἀμέλει καὶ πάλαι ἔχαιρεν Αἰσχύλῳ,
καὶ Εὐπόλιδι, Σωκράτην τουτονὶ ὅτι χλευα-
σίας παρέχουσιν ὅτι τὸν σκηνὸν, καὶ κωμῳ-
δοῦσιν ἀλλοκότους τινὰς περὶ αὐτοῦ κωμῳδίας.
καίτοι σκῶμμα μὲν καθ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐτόλμων
τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐν Διονυσίοις ἐφιλοῦντο αὐτὰ
δρᾶν· καὶ ὁ σκῶμμα, μέρος τι ἐδόκει τῆς ἑορ-
τῆς· καὶ ὁ θεὸς ἴσως χαίρει, φιλογέλως τις ὤν. ὁ
B δὲ, τοὺς ἀρίστους ξυκοφαντῶν, ἐκ πολλοῦ φρον-
τίσας, καὶ παρασκευασάμενος, & βλασφημίας
τινὰς ἐς παχὺ βιβλίον ἐγγράψας, μεγάλῃ τῇ
φωνῇ διαγορεύει κακῶς Πλάτωνα, Πυθαγό-
ραν, Αἰσχύλον τοῦτον, Χρύσιππον ἐκεῖνον,
ἐμὲ, καὶ ὅλως ἁπάντων, ὅτε ἑορτῆς ἐφιείσης, ὅτε
ἰδίᾳ τι πρὸς ἡμᾶς παθών. Εἶχε γὰρ ἂν τινα
συγγνώμην αὐτῷ τὸ πρᾶγμα, εἰ ἀμυνόμε-
νος, ἀλλὰ μὴ ἄρχων αὐτὸς ἔδρασε. καὶ ὃ
πάντων δεινότατον, ὅτι ταῦτα ποιῶν, καὶ τὸ
C σὸν ὄνομα, ὦ Φιλοσοφία, ὑποδύεται· καὶ
ὑπελθὼν τὸν διάλογον ἡμέτερον οἰκέτην
ὄντα, τοιοῦτῳ ξυναγωνιεῖται & ὑποκριτῇ χρῆται
καθ' ἡμῶν· ἔτι & Μένιππον αἰκισάμενος ἐπῆ-
γεν ἡμῖν αὐθαίρετα ξυγκωμῳδῆν αὐτῷ τὰ πολλά·
ὃς μόνος οὐ πάρεστιν, οὐδὲ κατηγορεῖ μεθ' ἡμῶν,
προδοὺς δὲ κοινόν. αἰθ' ὧν ἀπάντων ἄξιον ἐστὶν
αὐτὸν ὑπέχειν τὴν δίκην. ἢ τί γὰρ ἂν εἰπεῖν
ἔχοι, τὰ σεμνότατα διαβεβηκότων ὑπὸ τοσούτων
μαρτύρων; χρήσιμον γοῦν & τοῖς ἐκείνους
D τοιοῦτον, εἰ θεάσαιντο αὐτὸν κολασθέντα, ὡς
μηδὲ ἄλλος τις ἐπὶ καταφρονοίη φιλοσοφίας.
ἐπεὶ τόγε τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ὑβριζόμενον
ἀνέχεσθαι, οὐ μετριότητος, ἀλλ' ἀνανδρίας,
καὶ ἀβελτερίας εἰκότως ἂν νομίζοιτο. τὰ μὲν γὰρ
τελευταῖα, τίνι φορητά; ὃς καθάπερ ἀνδράπο-
δα παραγαγὼν ἡμᾶς ὅτι ὁ πωλητήριον,
& κήρυκα ὑπισχνούμενος, ἀπημπόλησεν, ὡς φα-
σὶ, τοὺς μὲν, ὅτι πολλῶν, ὀβολιαίους ὄντας, μνᾶς Ἀτ-
τικὰς· ἐμὲ δὲ, ὁ πονηρότατος σύ, δυοῖν ὀβολοῖν· οἱ
παρόντες δὲ ἐγέλων. διὸ δὴ ὦνγε αὐτοί τε ἀνε-
ληλύθαμεν ἀγανακτήσαντες, & σε ἀξιοῦ-
μεν τιμωρήσασθαι ἡμῖν, τὰ αἴσχιστα ὑβρισμένοις.

ΑΝΑ. Εὖγε ὦ Διόγλυες, ὑπὲρ ἁπάντων καλῶς, ὁπόσα ἐρρήθης. ΦΙ. παύσασθε ἐπαινοῦντες· ἔξεστι τῷ ἀπολογουμένῳ. σὺ δὲ ὦ Παρρησιάδη, λέγε ἤδη ἐπὶ τῷ μέρει· σοὶ γὰρ τὸ ὕδωρ ῥεῖ νῦν. μὴ μέλλε οὖν. ΠΑΡΡ. Τὰ πάντα μου, ὦ Φιλοσοφία, κατηγόρησε Διογλύης, ἀλλὰ τὰ πλείω, ὅσα ἦν χαλεπώτερα, οὐκ οἶδ' ὅ,τι παθὼν παρέλιπεν. ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ἔξαρνος γενέσθαι, ὡς οὐκ εἶπον αὐτὰ, ἢ ἀπολογίαν τινὰ μεμελετηκὼς ἀφῖχθαι, ὥστε καὶ εἴ τινα ἢ αὐτὸς οὗτος ἀπεσιώπησεν, ἢ ἐγὼ, μὴ πρότερον ἔφθην εἰρηκὼς, νῦν προσθήσειν μοι δοκῶ. οὕτω γὰρ ἂν μάθοις ὅς τινας ἀπεκήρυττον, καὶ κακῶς ἠγόρευον, ἀλαζόνας καὶ γόητας ἀποκαλῶν· καί μοι μόνον τοῦτο προσφυλάττετε, εἰ ἀληθῆ περὶ πάντων ἐρῶ. εἰ δέ τι βλάσφημον, ἢ πρόχειρον φαίνοιτο ἔχων ὁ λόγος, μὴ τὸν διελέγχοντα ἐμὲ, ἀλλὰ ἐκείνους αἰτιᾶσθαι δικαιότερον αἰτιᾶσθαι, τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας. ἐγὼ γὰρ ἅτε πάλαι ξυνιδὼν ὁπόσα τοῖς ῥητορεύουσι τὰ δυσχερῆ ἀναγκαῖον προσγενέσθαι, ἀπάτας, καὶ ψεύδη, καὶ θρασύτητα, καὶ βοὰς, καὶ ὠθισμοὺς, καὶ μυρία ἄλλα· τοιαῦτα μὲν, ὡς προσῆν εἰκὸς ἦν, ἀπέφυγον, ὅτι δὲ τὰ σὰ ὦ Φιλοσοφία καλὰ ὡρμήσας, ἠξίουν ὁπόσον ἔτι μοι λοιπὸν τοῦ βίου, καθάπερ ἐκ ζάλης, καὶ κλύδωνος, ἐς εὐδίου τινὰ λιμένα ἐσπλεύσας, ὑπὸ σοὶ σκεπόμενος, καταβιώναι. καὶ πεισθεὶς μόνον πρὸς ἔσχατα ἐς τὰ ὑμέτερα, σὲ μὲν, ὡς ἦν ἀναγκαῖον ἦν, καὶ τοὺς δὲ ἄπωθεν, ἐθαύμαζον, ἀρίστου βίου νομοθέτας ὄντας καὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐπειγομένοις χεῖρα ὀρέγοντας, τὰ κάλλιστα, καὶ ξυμφορώτατα προσημαίνοντας, εἴ τις μὴ προσβαίνοι αὐτοῖς, μηδὲ ὀλιγωρήσειεν· ἀλλ' ἀτενὲς ἀποβλέπων ἐς τοὺς κανόνας, οἷς προστεθείκατε, πρὸς τούτους ῥυθμίζοι, καὶ ἀποβλέποι τὸν ἑαυτοῦ βίον· ὅπερ, νὴ Δία, καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς αὐτοῖς ὀλίγοι ποιοῦσιν. ὁρῶν δὲ πολλοὺς οὐκ ἔρωτι φιλοσοφίας ἐχομένους, ἀλλὰ δόξης μόνον τῆς ἀπὸ τοῦ σχήματος, τὰ μὲν πρόχειρα τοῦτα, καὶ δημόσια, καὶ ὁπόσα πρῶτα μιμεῖσθαι ῥᾴδιον, οὐ μάλα ἐοικότας ἀγαθοῖς ἀνδράσι, τὸ γένυσιν λέγω, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν·

REVIVIS. Euge ô Diogenes, pro cunctis, vt decebat, egregiè peroraſti. PHIL. Deſinite inuicem laudare. Infunde reſponſuro: tu verò Parrhiſiades dicere pergas: nunc enim tibi aqua defluit: ne igitur cunctaris. PARR. Non omnia mea, ô Philoſophia, in accuſatione ſua Diogenes recenſuit, verùm magna ex parte, quæ difficiliora erãt, neſcio qua ratione ductus prætermiſit: tantùm verò aberit vt me illa minùs dixiſſe negem, vel præmeditatam excuſationem quandam prætendam, vt ſi qua ille idem reticuit, vel ego antea haud protulerim, nunc vel præcipuè expedire videar: ita enim intelliges, quosnam arrogantes & præſtigiatores appellans diuulgauerim, aut maledictis meis laceſſierim. Proinde hoc ſolum mihi conſiderate, nunquid in cunctis veritatem dixero. Quòd ſi blaſphemi vel aſperi quid in ſe oratio habere videbitur, non me redarguendum, ſed rectiùs (vt arbitror) illos qui talia committunt, accuſandos eſſe puto. Ego ſiquidem confeſtim ac percepiſſem quantis incommodis rhetores degrauari neceſſum eſſet, deceptionibus ſcilicet, mendaciis, temeritate, clamore, preſſionibus, infinitis denique aliis: hæc quidem vt decebat, cuncta declinaui, ad tuáque, ô Philoſophia, bona aſpirans, quantum mihi vitæ adhuc reliqui eſſet, tanquam ex fluctuatione ac tempeſtate in tranquillum quendam ſubiens portum, ſub tua protectione viuere expetebam: ac poſteaquam ad veſtra tantummodo tranſgreſſus eſſem, te quidem, prout conueniens erat, ac reliquos omnes qui vitæ optimæ inſtitutores fuiſſent, admirabar, tanquam qui manus ad eos feſtinantibus porrigerent, ad optimáque & vtiliſſima adhortarentur, ſi quis ſolùm ea tranſgreſſus non eſſet, ſeu neglexiſſet, verùm firmiter regulas quas tuliſſetis, inſpexiſſet, ad illáſque vitam ſuam direxiſſet, ac inſtruxiſſet: quod quidem per Iouem inter nos pauci facere conſueuerunt. Cùm verò quamplurimos cernerem philoſophiæ amore minimè teneri, verùm ob huius rei gloriolam ſolam, prompta hæc ac vulgaria, & quæcunque omnino faciliter imitantur, admodum rectè bonorum inſtar virorum aſſimilare, barbam inquam, ac inceſſum, necnon induuium,

*Verte horologium.*

cæterùm vitam ac eorum actus formæ contradicere, vobísque penitus contraria exercere, ac professionis dignitatem corrumpere: indignabar, videbatúrque mihi res admodum similis esse Tragico mimo, qui mollis esset ac muliebris, Achillem verò seu Theseum vel Herculem ageret ipsum: cùm tamen neque heroicè incederet, neque loqueretur, verùm ita sub tali lasciuiret persona, vt nec Helena vel Polyxena, cùm id earum modestiæ minùs conueniret, tolerare possent. Taceo Herculem Callinicũ, qui, vt mihi videtur, quamprimum conuersus claua talem verberasset, ipsum inquam, ac personam illam quæ tam effœminatè eum repræsentando contaminasset. Talia igitur cùm vosipsos quoque ab illis perpeti viderem, non tuli hypocriseos impudentiam, si cùm simiæ essent, heroum personas assumere, vel Cumanum illum asinum imitari auderent, qui leonina indutus pelle, leo quoque ipse videri volebat, cùm aduersus Cumenses ignaros admodum horrendè & asperè rugiret: donec hospes quidam ipsum non leonem sed asinum esse deprehendisset, verbis redarguisset, fustibúsque insecutus verberasset. Proinde quod maximè intolerandum mihi videbatur, id erat: nemo non hominum, si quempiam ex illis flagitiosum seu turpe aut impudicum aliquid committere vidisset, confestim Philosophiam ipsam, siue Chrysippum, aut Platonem, seu Pythagoram, vel cuiuscunque cognomen, non doctrinam, delinquẽs ille assumpserat, accusabat: & quoniam ille coinquinatè viuebat, homines malè quoque de vobis, multis antea seculis defunctis, conijciebant: (non enim de viuentibus vobis inquisitio fiebat, sed iam ex pedibus sublatis) omnes verò cùm manifestè cernerent quàm molesta & impudica ille committeret, vos quoque indicta causa condemnabant, ac pari calumnia dilacerabant. Ego verò cũ hæc cernerem, ferre non potui, verùm eos redarguebam, à vobísque secernebam: vos verò honore propter hæc me dignum, in iudicium rapitis. Nunquid igitur si initiatum quempiam viderem occulta deorum prodentem, ac in publicum offerentem mysteria, ideóq; indignarer & reprehẽderem, me impium esse existimaretis?

*Herculem saltantem, & Cerberũ ab inferis extractum minitantem Hesychius.*

ὅτι ὑ τῦ βίυ, κὴ τὴν τραγικὴν αὐτῶν φλυαρίαν μιμύμενος τὰ χήματα, & τἀναντία ἡμῖν ὑπιτηδεύοντας, κὴ διαφθείροντας ὃ ἀξίωμα τῆς ἱστορίας, ἠγανάκτων· & ὃ τράγμα ὅμοιον ἐδόκει μοι, καθάπερ αὖ εἴ τις ὑποκριτὴς τραγῳδίας, μαλθακὸς αὐτὸς ὢν, κὴ γυναικίας, Ἀχιλέα, ἢ Θησέα, ἢ κὴ τὸν Ἡρακλέα ὑποκρίνοιτο αὐτὸν, μήτε βαδίζων, μήτε φθεγόμενος ἡρωϊκὸν, ἀλλὰ θρυπτόμενος ὑπὸ τηλικούτῳ τραγικῷ προσώπῳ· ὃν ὅσῃ ἂν ἡ Ἑλένη ποτὲ, ἢ Πολυξένη αἰσχίστην πέρα τῦ μετρίυ αὐτῶν τραγικὴν ποιήσειε. ὑχ ὅπως ὁ Ἡρακλῆς ὁ Καλλίνικος, ἀλλά μοι δοκεῖ, τάχις' ἂν ὑπιτείλας τῦ ῥοπάλυ παίων τὸν ὄγκον, αὐτόν τε, κὴ ὃ τραγικὸν προσωπεῖον, οὕτως ἀτίμως καταπεπλυσμένος πρὸς αὐτό. τοιαῦτα κὴ αὐτὸς ὑμᾶς πάσχοντας, ὑπ' ἐκείνων ὁρῶν, οὐκ ἠνεσχόμην τὴν αἰσχύλην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες, ἐτόλμων σεμνὴν ἡρώων προσωπεῖα περιτίθεσθαι, ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμεῖσθαι· ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος, ἠξίυ λέων αὐτὸς εἶναι, τοὺς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους ὀχλῶν μέλαν πρὸ, κὴ καταπληκτικόν· ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος κὴ λέοντα ἰδὼν κὴ ὄνον πολλάκις ἠλεγξε, κὴ ἀπεδίωξε παίων τοῖς ξύλοις. ὃ δὲ μάλιστά μοι δῆνον, ὦ Φιλοσοφία, κατεφαίνετο, τῦτο ἰῶ. οἱ γὰ ἀναθρωποι εἴ τινα τῶν ἐωρων πονηρὸν, ἢ ἄχημον ἢ ἀσελγές τι ὑπιτηδεύοντα, οὐκ ἔστιν ὅστις ὐ φιλοσοφίαν αὐτὸ ἐπαίτιον, κὴ τὸν Χρύσιππον θύει, ἢ Πλάτωνα, ἢ Πυθαγόραν, ἢ ὅτου αὐτὸν ἐπώνυμον, ὁ δὲ μιμύμενον οὐδένος ἧσσον ἐποίησε, & ὐ τοὺς λόγους ἐποίησε. κὴ ἀπὸ τῦ κακῶς βιωσάντος, πονηρὰ τὰ ἡμῶν εἰκάζον, τὴν τοῦ πολλοῦ τεθνηκότων (ὐ γὰ πολλοὶ ζῶντας ὑμᾶς ἡ ἐξέτασις ἐλήνετο, ἀλλ' ὑμεῖς μὴ οὐ ποδῶν) οὐδένον δὲ ἐωρων σαφῶς ἅπαντες δῆνα κὴ ἄσεμνα ὑπιτηδεύοντα, ὥστε ἐρήμων ἠλίσκεσθε μετ' αὐτῶ, κὴ ὅτι τὰ ὁμοίαν διαβολὴν συγκατεσπάσθε. ταῦτα οὐκ ἰὼν ἐγὼ ὁρῶν ἤνεγκα, ἀλλ' ἠλεγχον αὐτοὺς, κὴ διεκρινον ἀφ' ὑμῶν. ὑμεῖς δὲ, τιμᾶν ὅτι τούτοις δέον, εἰς δικαστήριον ἄγετε. οὕτω γοῦν ἰὼ τινα κὴ τὴν μεμυημένων ἱερῶν ἐξαγορεύοντα ταῖν θεαῖν τὰ ἀπόῤῥητα, κὴ ὀξορχούμενον, ἀγανακτήσω, κὴ διελέγξω, ἐμὲ τὸν ἀσεβοῦντα ἡγήσεσθε εἶναι;

ἀλλ' ὅ δίκαιον. ἐπεὶ καὶ οἱ ἀθλοθέται μαστιγοῦν εἰώθασιν, ἢ τὸν ὑποκριτὴς, Ἀθηνᾶν, ἢ Ποσειδῶνα, ἢ τὸν Δία ὑποδεδυκὼς, μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο, μηδὲ κατ' ἀξίαν τῶν θεῶν, καὶ οὐδὲν που ὀργίζονται αὐτοῖς ἐκεῖνοι, ὅτι τὸν προσκείμενον αὐτῶν τὰ προσωπεῖα, καὶ ὃ χῆμα ὑποδεδυκότα, ἐπέτρεψαν παίειν τοῖς μαστιγοφόροις, ἀλλὰ καὶ ἤδοντο αὖ, οἱ μὴ μαστιγούμενοι. οἰκέτιον μοὶ γὰρ, ἢ ἄγγελον, μὴ δεξιῶς ὑποκρίνασθαι, μικρὸν ὃ πταῖσμα· ὃ Δία δὲ, ἢ τὸν Ἡρακλέα μὴ κατ' ἀξίαν ὑποδείξασθαι τοῖς θεαταῖς, ἀπρεπέστατον ὡς, καὶ αἰσχρόν. καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε πάντων ἀποπώτατόν ἐστιν, ὅτι τοῖς μὲν λόγοις ὑμῶν πάνυ ἀκριβοῦσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν, καθάπερ δὲ ὑπὸ τούτου μόνον ἀναγιγνώσκοντες αὐτοῖς, καὶ μελετῶντες, ὡς ταπεινὰ ὑποτιθέμενοι, ὅταν βιῶσι. πάνυ μὲν γὰρ ὅσα φασὶν, οὐ χρημάτων καταφρονῆν, καὶ δόξης, καὶ μόνον ὃ καλὸν οἴεσθαι ἀγαθὸν, καὶ ἀόργητον εἶ), καὶ τῶν λαμπρῶν τούτων ὑπερορᾶν, καὶ ἐξ ἰσοτιμίας αὐτοῖς διαλέγεσθαι, καλὰ, ὦ θεοὶ, καὶ σοφὰ, καὶ θαυμάσια λίαν ὡς ἀληθῶς· οἱ δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα ὑπὸ μισθῷ διδάσκουσι, καὶ τοῖς πλουσίοις τεθήπασι, καὶ τοῖς ὃ ἀργύριον κεκτῆνται, ὀργιλώτεροι μὲν τῶν κυνιδίων ὄντες, δηλότεροι δὲ τῶν λαγωῶν, κολακευτικώτεροι δὲ τῶν πιθήκων, αἰσχυντηλότεροι δὲ τῶν ἵππων, ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν γαλῶν, φιλοψοφότεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων. τοιγαροῦν, γέλωτα ὀφλισκάνουσιν, ὠθιζόμενοι ὑπὸ ταῦτα, καὶ πρὸς τοῖς τῶν πλουσίων θύραις ἀλλήλοις προσπταίοντες, καὶ δεῖπνα πολυτελῆ δειπνοῦντες, καὶ ὑπ' αὐτοῖς τούτοις ἐπαινοῦντες φορτικῶς, καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐμφορούμενοι, καὶ μεμψιμοιροῦντες φαινόμενοι, καὶ ὑπὸ τῆς πύλικος ἀτερπῆ καὶ ἀπροσδόκητα φιλοσοφοῦντες, καὶ τὸν ἄχρηστον ὑποφερόμενοι. οἱ ἰδιῶται δὲ, ὁπόσοι ξυμπίνουσι, γελῶσι δηλαδὴ καὶ καταφρονοῦσι φιλοσοφίας, εἰ τοιαῦτα καθάρματα ἐκτρέφει. ὃ δὲ πάντων αἴσχιστον, ὅτι μηδενὸς δεῖσθαι λέγων ἕκαστος αὐτῶν, ἀλλὰ μόνον πλούσιον εἶ) τὸν σοφὸν κεκραγὼς, μικρὸν ὕστερον αἰτεῖ προσελθών, καὶ ἀγανακτεῖ μὴ λαβών, ὅμοιον, ὡς εἴ τις ὑπὸ βασιλικῷ χήματι ὀρθὸν πάρεργον ἔχων καὶ διάδημα, καὶ πάλλα ὅσα βασιλείας γνωρίσματα, προσαιτοίη, τῶν ὑποδεεστέρων δεόμενος.

Atqui minùs iustè, quandoquidem certaminum quoque præfecti, mimos qui vel Palladis vel Neptuni seu Iouis assumpsere personam, non tamen commodè nec ex deorum egêre dignitate, flagellare consueuerunt: at ij minimè irascuntur illis, si flagelliferos quempiã personã ornatum seu forma decoratum verberare iusserunt, verùm (vt arbitror) vapulantes potiùs laudare consueuerunt. Seruum enim vel nuntium minùs aptè repręsentare, paruus error lat Iouem ipsum seu Herculem haud pro dignitate spectatoribus ostendere, turpe ac piaculo simile esse videtur. Quinimò & hoc omnium est absurdissimum, quòd cùm multi ex eis dogmata vestra exactè calleant, ita tamen viuunt, ac si ideo tantùm illa legerint, ac meditando operam impenderint, vt contraria exercere possint. Cuncta enim quæ dicunt, veluti pecuniæ ac gloriæ contemptum, solúmque honestum bonum esse arbitrari, ira vacuum esse, & splendida quoque despici debere, bonis æqualiter perfruendum esse, honesta per deum admiranda: sapientiæ & veritatis sunt plena: at ij qui hæc ipsa sub mercede docent, & diuites admirantur, & argento inhiant, canicu-lis iracundiores, leporibus timidiores, simiis blandiores, asinis petulantiores, felibus rapaciores, gallis contentiosiores: ita igitur affecti, quid aliud quàm risum mouent, inuicem circa diuitum ianuas se conculcantes, cœnásque diuersas appetentes, & in illis ipsis molestè laudantes, ac vltra honestatem se ingurgitantes, cuncta reprehendentes, & inter calices illepida & absona philosophantes, merum denique minimè ferentes? Idiotæ verò, quos conuiuio interesse contingit, rident scilicet, ac Philosophiæ, quoniam piacula talia producat, insultant. Est & illud omnium absurdissimum, quòd cùm vnusquisque nullius se rei indigere affirmat, sed solum sapientem diuitem esse vociferatur, paulò tamen pòst accedens postulat: & si non accipit, indignatur: pariter ac si quis regiè ornatus arduam gestet tiaram, necnon diadema, & reliqua signa regia, friuolarum tamen rerum indigus mẽdicet.

Proinde cùm ipsi quid accipere debent, A multus quòd omnia communia esse conueniat, sermo, & quòd indifferentes diuitiæ, & aurum vel argentum nil à littoralibus differat lapillis. At cùm vetus quispiam amicus & familiaris auxilij indigens accedit, & paucula quædam ex multis postulat, taciturnitas, & indigentia, & ruditas, & dictorum in cõtrarium palinodia, variíque de amicitia sermones illi, necnon virtus ac honestum quónam abeant, ignoro. Sunt enim verba hæc verè pennata, & penitus euanescentia, quæ illi frustra in quotidiana conuersatione, vmbratili inter sese iactitant pugna. Eousque enim vnusquisque eo- B rum amicus existit, quousque nec de argento neque de auro seu de commodo agitur: quòd si quis obolum tantummodo ostenderit, confestim pax soluitur, ac omnia turbantur, implacatáque redduntur: libri excidunt, & virtus aufugit: quemadmodum & canibus euenit, inter quos si quispiam os proiecerit, confestim exiliunt, ac inuicem mordent, & illi qui prior os rapuit, allatrant. Fertur Ægyptius rex quidam simias vt tripudiarent instituisse, animaliáque (nam admodum ad res humanas imitandas sunt apta) celerrimè didicisse vt per- C sonata ac purpurata saltarent: erátque admodum visu res digna, donec spectator quispiam vrbanus nuces è sinu depromptas in medium abiiceret: id simiæ videntes, tripudij oblitæ, id quod erant, simię pro saltatoribus euaserũt, personas conterebant, vestitum discerpebant, inuicémque pro fructibus depugnabant, ita vt pyrriches ordo dissolueretur, à theatróque rideretur. Talia & hi perpetrant, quos ego conuitiis insectatus sum, nec vnquam redarguere & comicis morsibus impetere desinam. Verùm non ita D insanio, vt in vos, seu vobis similes (sunt enim sunt profectò nonnulli qui verè philosophiam amplectantur) blasphemiæ quid, vel siniſtrum euomam: quamuis si quid haberem quod dicerem, nunquid hoc vos ad vitam reducere deberet? At verò vt glorioſi illi, ac deo inimici odio habeantur, admodum dignum existimo. Proinde tu Pythagora, & Plato, & Chrysippe, & Aristoteles,

ὅταν μὲν οὖν αὐτοῖς τι δέῃ λαμβάνειν, πολὺς ὁ περὶ τῶν κοινωνικῶν εἶναι δεῖν λόγος, καὶ ὡς ἀδιάφορον ὁ πλοῦτος. καὶ τί γὰρ ὄφελος, ἢ παράγειον, τοῦτ' ἔστιν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρειν; ὅταν δέ τις ὀβολοῦ δεόμενος ἐπαΐῃ τῶν παλαιῶν, καὶ φίλος ἀπὸ πολλῶν, ὀλίγα αἰτῆσαι προσελθών, σιωπή, καὶ ἀπορία, καὶ ἀμαθία, καὶ παλινῳδία τῶν λόγων πρὸς τὸ ἐναντίον. οἱ δὲ πολλοὶ περὶ φιλίας ἐκφέροι λόγοι, καὶ ἡ ἀρετή, καὶ τὸ καλόν, οὐκ οἶδ' ὅπη ποτὲ οἴχεται, πάντως τοῦτα ἀποπαλαίσματα. πλεονεκτικὸς ὡς ἀληθῶς ἔπη, μᾶλλον ὀσημέραι πρὸς αὐτοὺς ἐν ταῖς διατριβαῖς σκιαμαχούμενα. μέχρι γὰρ τούτου, φίλος ἕκαστος αὐτῷ ἐς ὅσον μὴ ἀργύριον, ἢ χρήσιμον ἢ προκείμενον ἐν τῷ μέσῳ. ἰὼ δέ τις ὁβολὸν ὑπιδείξηται μόνον, λέλυται μὲν ἡ εἰρήνη, ἀσταθῆ δὲ τὰ ἀκήρυκτα πάντα· καὶ τὰ βιβλία ἐξαλλίπτεται, καὶ ἡ ἀρετὴ πέφυγεν, οἷον τὰ ἐν οἱ κύνες παίζοντες· ἐπειδάν τις ὀστοῦν ἐς μέσους αὐτοὺς ἐμβάλῃ, ἀναπηδήσαντες δάκνουσιν ἀλλήλους, καὶ τὸν προσαρπάσαντα ὀστοῦν ὑλακτοῦσι. λέγεται δὲ καὶ βασιλέα τὸν Αἰγύπτιον, πιθήκους ποτὲ πυρρίχιζειν διδάξαι, καὶ τὰ θηρία (μιμητὰ δὲ ἐστὶ τῶν ἀνθρώπων,) σκιμαθεῖν τάχιστα καὶ ὀρχεῖσθαι, ἀλουργίδας ἀμπεχόμενα, ἐν προσωπεῖα προσκείμενα· ἐν μέσῳ πολλοῦ θεάτρου γελωμένων τὴν θέαν, ἄφνω δή τις θεατὴς ἀστεῖος, κάρυα ἐκ τοῦ κόλπου ἔχων, ἀφῆκεν ἐς τὸ μέσον· οἱ δὲ πίθηκοι, ἰδόντες, καὶ σκιμαθόμενοι τῆς ὀρχήσεως, τῶν τ' ὄντων πιθήκων ἐλάμβανον αὐτὰ πυρρίχεων, ἐν ξυνέτριβον τὰ προσωπεῖα, ἐν τὴν ἐσθῆτα κατερρήγνυον, ἐν ἐμάχοντο πρὸς τὴν ὀπώραν πρὸς ἀλλήλους· ὁ δὲ στράτημα τῆς πυρρίχης διελέλυτο, ἐν κατεγελᾶτο ὑπὸ τῶν θεατῶν. τοιαῦτα καὶ οὗτοι ποιοῦσι. καὶ ἔγωγε τοὺς τοιούτους καὶ κακῶς ἠκροώμην, ἐν ἤ ποτε παύσομαι διελέγχων, ἐν κωμῳδῶν. πρὸς ὑμᾶς δὲ, ἢ τῶν ὑμῖν πλησίον (εἰσὶ γὰρ εἰσί τινες ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίαν ζηλοῦντες, καὶ τοῖς ὑμετέροις νόμοις ἐμμένοντες) μὴ οὕτω μανείην ἐγὼ, ὡς βλάσφημον εἰπεῖν τι, ἢ σκαιόν. ἢ τί γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι; τί γὰρ ὑμῖν τοιοῦτο πρέποι; τοὺς δ' ἀλαζόνας ἐκείνους, καὶ θεοῖς ἐχθροὺς ἄξιον οἶμαι μισεῖν. ἢ σὺ γὰρ ὦ Πυθαγόρα καὶ Πλάτων, καὶ Χρύσιππε, καὶ Ἀριστοτέλες,

ἢ φατε προσήκειν ὑμῖν τοὺς τοιούτους, ἢ οἰ- A nunquid tales vobis congruere, vel in
κεῖόν τι τῇ ξυγγενεῖ ὑπιδείκνυσθαι τῷ βίῳ; humanæ vitæ vsum familiare seu conue-
νὴ Δία Ἡρακλῆς, φασί, καὶ Πίθηκος. ἢ διότι niens quid ostendisse dicitis? Ita per Io-
πώγωνας ἔχουσι, καὶ φιλοσοφεῖν δοκοῦσι, καὶ uem, inquiunt, Hercules, & Simia. An
σκυθρωποί εἰσι, διὰ τοῦτο χρὴ ὑμῖν εἰκάζειν quia barbas nutriunt, & fœueritatem præ
αὐτούς; ἀλλ' ἰδοὺ καὶ εἰ πιθανοὶ λέγω ἢ σφό- se ferre, philosophiam quoque exercere
δρα καὶ ὅτι τῆς ὑποκρίσεως αὐτῆς· νῦν δὲ ἧτ- videntur, ideo vobis similes erunt? Quin-
τον αὐτὸ γοῦν ἀνέδην μιμήσαιτο, ἢ ὅτι φιλοσό- imo pertulissem si ad simulationem ip-
φοις. εἴρηκα τὰ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ὀπόσα εἶχον. σὺ sam quoque apti fuissent: nunc verò ci-
δὲ ὦ Ἀλήθεια, μάρτυρά μοι τοῖς ἀνδράσι, εἰ ἀλη- tiùs vultur luscinam imitabitur, quàm
θῆ λέγω. ΦΙΛ. μεπάρηθι ὦ Παρρησιάδη πορ- illi philosophos. Plane de quæ pro me
ρωτέρω ἔτι. τί ποιοῦμεν ἡμεῖς; πῶς ὑμῖν εἰ- ipso dicenda erant, exposui: at tu veritas,
ρηκέναι αὐτὸν ἔδοξεν; ΑΡ. ἐγὼ μὲν ὦ Φιλο- B nunquid vera sint, testificare. PHILO-
σοφία, μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ, καὶ τῆς γῆς SOP. Nunc longiùs ô Parrhisiade absi-
δῦναι ἠυχόμην· ὅτως ἀληθῆ πάντα εἶπεν. ste: Quid nobis agendum erit? quomo-
ἐγνώριζον γοῦν ἀκριβῶς ἕκαστον τῶν ποιούν- do vobis vir dixisse videtur? VIRTVS.
των αὐτά, καὶ ἀφήρμοζον μεταξὺ τοῖς λεγο- Ego quidem ô Philosophia interim cùm
μένοις, τοῦτο μὲν, ἐς τόνδε· τοῦτο δὲ, ὁ δεῖνα iste peroraret, terram subire optabam:
ποιεῖ. καὶ ὅλως ἐδήλου τοὺς ἄνδρας ἐναργῶς, καὶ adeò vera omnia protulit. Siquidem au-
γὰρ ὅτι τινος γραφῆς τὰ πάντα μεστοι- diens, vnumquemque qui talia faceret,
κίζας, οὐ τὰ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυ- agnoscebam, interimque dicta aliqua in
χὰς αὐτῶν ἐς ὃ ἀκριβέστατον ἀπεικάσας. hunc, alia verò in eum qui grauia per-
ΦΙΛ. κἀγὼ πάνυ ἠρυθρίασα ὦ Ἀρετή. petraret, referebam: etenim perquam
ὑμεῖς δὲ, τί φατέ; ΑΝΑ. τί δὲ ἄλλο, ἢ C manifestè viros tanquam pictura quã-
ἀφεῖσθαι αὐτὸν τῶν ἐγκλήματος, καὶ φίλον dam cuncta conferens, expressit, ac non
ἡμῖν, καὶ εὐεργέτιδι ἀναγεγράφθαι; τὰ γοῦν solùm corpora, sed & animas ipsas admo-
τῶν Ἰλιέων ἀτεχνῶς πεπόνθαμεν, τραγῳδόν dum exactè designauit. PHIL. Et ego
τινα τοῦτον ἐφ' ἡμᾶς κεκινήκαμεν, ᾄσόμενον quoque ô Virtus admodum erubui: vos
τὰς Φρυγῶν ξυμφορὰς. ἀδέτω γοῦν, καὶ τοῖς verò quid dicitis? REVIVIS. Quid
θεοῖς ἐχθροῖς ἐκτραγῳδείτω. ΔΙΟ. Ἐγὼ αὐ- aliud, quàm à crimine eum absolui, inter
τὸς ὦ Φιλοσοφία, πάνυ ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα, amicósque & benefactores nostros ascri-
καὶ μετατίθεμαι τὰ κατηγορήματα, καὶ φί- bi deberet? Planè etenim nobis idem
λον ποιοῦμαι αὐτόν, γενναῖον ὄντα. ΦΙΛ. Εὖ quod Ilienſibus euênit, qui hunc tan-
γε ὦ Παρρησιάδη· ἀφίεμέν σε τῆς αἰτίας, καὶ quam Tragœdum quempiam aduersus
ἀπάσας κρατεῖς, καὶ ὁ λοιπὸν, ἴσθι ἡμέτε- nos excitauimus, qui Phrygum decanta-
ρος ὤν. ΠΑΡΡ. προσεκύνησα πρώ γε D ret calamitates. Canat igitur, & dei ini-
προσώπου. μᾶλλον δὲ τραγικώτερον αὐτὸ micos tragicè exagitet. DIOG. Et ego
ποιήσω μοι δοκῶ· σεμνότερον γὰρ ὦ μέγα σε- quoque, ô Philosophia, admodum vi-
μνὴ Νίκη τὸν ἐμὸν βίοτον κατέχοις, καὶ μὴ rum laudo, ac cuncta quæ illi obieci, exe-
λήγοις στεφανοῦσα. ΑΡΕ. οὕτω δὴ τὸν cror: & quia generosus est, amicum eum
δεύτερον κρατῆρος ἤδη καταρχώμεθα, προσκα- facio. PHIL. Euge ô Parrhisiades,
λῶμεν καὶ ἐκείνους, ὡς δίκην ὑποσχοῦσιν, αἵτ' quoniam in omnibus superior euasisti,
ὢν εἰς ἡμᾶς ὑβρίζουσι. κατηγορήσῃ δὲ Παρ- ab accusatione te absoluimus: dehinc
ρησιάδης ἑκάστου. ΠΑΡ. ὀρθῶς ὦ Ἀρετὴ verò noster eris. PARRH. Hanc pri-
ἔλεξας· ὥστε σὺ παῖ Συλλογισμέ, καταχύ- mam adoraui: verùm aliud magis Tra-
ψας ἐς ὦκυ, προσκάλεσαι τοὺς φιλοσόφους. gicum opus mihi superesse puto: siqui-
dem ô valde veneranda Victoria, quoti-
die vitam meam venerabilem reddis, nec
coronare desinis. VIRTVS. Nunquid
igitur & illos citemus, ac à secundo iam
ordiamur cratere? vt pœnas ob ea pro-
pter quæ in nos iniurij fuere, expendant:
Parrhisiades autem vnumquẽque accu-
sabit. PARRH. Rectè, ô Virtus, elocu-
ta es: quapropter heus tu minister Syllo-
gisme, ocyus in vrbem deflectere, Philo-
sophósque vt præstò sint, citare perge.

SYLLOG. Audi, tace: philosophos vt in arcem ascendant, ac de virtute, philosophia, ac iustitia, rationem reddant, cito. PARRH. Vidésne? pauci citationi obedientes conueniunt, partim verò iudicium timent, ac plurimi otiosi nõ sunt, circa diuites enim versantur: si verò cũctos aduenire cupis, de iis præconium ô Syllogisme pronuntia. PHIL. Minimè: verùm tu Parrhisiade ex arbitrio tuo illos conuoca. PARRH. Atqui minimè hoc difficile erit. Audi, tace: Quicunque se philosophos esse dicũt, & quicunque nomen hoc ad se spectare arbitrantur, ad distributionem in arcem veniant: singulis enim minæ dabuntur duæ, sesaminaque placenta. Quicunque verò barbam profundam ostenderit, ille & caricarum massam accipiet. Nemo verò seu modestiam vel iustitiam aut continentiam afferat: siquidem hæc si non aderint, necessaria sunt minimè. Quinque prętereà syllogismos vnusquisque apportet: non enim fas absque his sapientem esse. Duo denique auri talenta in medio exponentur, quibus illum donabimus,

*Qui verbis omnes possit contendere contra.*

Papæ! quàm refertus est impellentium multitudine ascensus! quemadmodum ob duas tantùm accelerant minas, apud Pelasgicum quidam, & iuxta Æsculapij templum alij, circa Arion pagum quoque multi, nonnulli & penes Tali sepulchrum: quin reliqui admotis scalis per Geminorum ædem turmatim, vt pœnas dent, irrumpunt, & per Iouem apum instar racematim, vt Homeri verbis vtar: sed & hinc quàm plures, illinc quoque innumeri,

*Quot folia & flores nascuntur tempore verno.*

Atqui breuiter confidentium clangore repleta est arx, ac vndique pera, barba, assentatio, impudentia, baculi, gulositas, syllogismus, auaritia: ac pauci illi quicunque ad primum illud conuenerant præconium, latentes & ignoti reliquorum multitudini intermixti, sub aliarum formarum similitudine delitescunt. Est & hoc ô Philosophia molestissimum, & in quo te maximè quis reprehendere queat, quòd minimè notas & signa illis inusitasti: siquidem præstigiatores isti sæpius ad persuadendum, verè philosophantibus sunt aptiores. PHIL. Paulo pòst hoc fiet: verùm iã animùm aduertamus. PLATONI. Primos nos Platonicos ipsos accipere decet.

*Loca Athenis iuxta arcem.*

A ΣΥΛ. ἄκουε, σίγα· τοὺς φιλοσόφους ἤδη εἰς ἀκρόπολιν ἀπολογησομένους ὑπὲρ τῆς Ἀρετῆς, & Φιλοσοφίας, καὶ Δίκης. ΠΑΡ. ὁρᾷς; ὀλίγοι σπουδάζουσιν, γνωρίσαντες τὸ κήρυγμα. ἄλλως γὰρ δεδίασι τὴν Δίκην. οἱ πολλοὶ δὲ αὐτῶν, οὐδὲ χολὴν ἄγουσιν, ἀμφὶ τοὺς πλησίους ἔχοντες εἰ μὴ πλούσιοι τυγχάνουσιν, καὶ πάνυ ὦ Συλλογισμὲ κήρυττε. ΦΙΛ. μηδαμῶς. ἀλλὰ σὺ ὦ Παρρησιάδη, παρακάλει, καθότι σοι δοκεῖ. ΠΑΡ. οὐδὲν πάνυ χαλεπόν. ἄκουε σίγα. ὅσοι φιλόσοφοι εἶναι λέγουσι, καὶ ὅσοι προσήκειν αὑτοῖς οἴονται τὸ ὄνομα τοῦτο, ἥκειν εἰς ἀκρόπολιν ὑπὲρ τοῦ ἀγωνίζου. B δύο μναῖ ἑκάστῳ δοθήσονται, καὶ σησαμοῦς πλακοῦς· ὃς δὲ μὴ πώγωνα βαθὺν ὑποδείξει, καὶ παλάθην ἰσχάδων ἕξει τις παρεσκευασμένην. κομιεῖται δ' ἕκαστον σωφροσύνην μὲν, & δικαιοσύνην, ἢ ἐγκράτειαν, μηδαμῶς. οὐ γὰρ ἀναγκαῖα γὰρ ταῦτά τε, ἐὰν μὴ παρῇ. πέντε δὲ συλλογισμοὺς ἐξ ἁπάντων· ἃ γὰρ ἡμῖς αὐτοῦ τούτων εἶναι σοφόν. Κεῖται δ' ἐν μέσοισι δύο χρυσοῦ τάλαντα, Τῷ δώσω, ὃς μὴ πᾶσιν ἐρισθενέων ἔξοχος εἶη. βαβαί, ὡς πλήρης μὲν ἡ ἀγορὰ ὠθιζομένων, C ἐπεὶ τὰς δύο μνᾶς ὡς ἤκουσεν μόνον. τοὶ δὲ ὃ Πελασγικὸν ἄλλοι, & ὃ Ἀσκληπιοῦ ἕτεροι, καὶ παρὲ τὸν Ἄρειον πάγον ἐπὶ πλείους· ἔνιοι δὲ, καὶ ὑπὸ τὸν τοῦ Τάλω τάφον· οἱ δὲ, καὶ παρὰ τὸ Ἀνακεῖον παρθένιοι κλίμακας, ἀμφέρουσι βομβηδὸν, νὴ Δία καὶ βοτρυδὸν, ἐς μὲν δίκην, ἵνα καθ' Ὅμηρον εἴπω, ἀλλὰ κἀκεῖθεν δὲ μάλα πολλοὶ, κἀντεῦθεν

Μυρίοι, ὅσσά τε φύλλα, καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ. D μεσῇ δὲ ἡ ἀκρόπολις ὑπὸ βοῆς εἶ, κλαγηδὸν παρακαθιζόντων, καὶ πανταχοῦ πήρα, πώγων, κολακεία, ἀναισχυντία, βακτηρία, λιχνεία, συλλογισμός, φιλαργυρία. οἱ ὀλίγοι δ', ὁπόσοι παρὲξ τὸ παρὸν κήρυγμα ἐκφυγόντες, ἀφανεῖς & ἄσημοι, ἀναμιχθέντες τῷ πλήθει τῶν ἀνδρῶν, καὶ λελήθασιν ὑπὸ τὴν ὁμοιότητι τῶν ἄλλων ἀγνοίᾳ. τοῦτο γοῦν τὸ δυνατόν ἐστιν, ὦ Φιλοσοφία, καὶ ὅ τις σοὶ μεμφαίτο ἂν μάλιστα, τὸ μηδὲ ὑποβάλλειν γνώρισμα καὶ σημεῖον αὐτοῖς. πιθανώτεροι γὰρ οἱ ῥήτορες ὅτι πολλάκις τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων. ΦΙ. ἔσται τοῦτο μετ' ὀλίγον, ἀλλὰ δεχώμεθα ἤδη. ΠΛ. ἀνδρὶ ἡμᾶς πρώτους χρὴ τοὺς Πλατωνικοὺς λαβεῖν.

ΠΥΘ.

ΠΥΘ. οὐκ, ἀλλὰ τοὺς Πυθαγορείους ἡμᾶς, A PYTHAGORICVS. Minimè, sed nos
τοσούτῳ γὰρ Πυθαγόρας ἦν. ΣΤ. λῆρος Pythagoricos: prior enim erat Pythago-
τε ἀμείνους ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς. ΠΕΡ. ὑ ras. STOICVS. Desipitis: præstantio-
μῶν οὖν· ἀλλ' ἔγωγε τοῖς χρήμασι, τοσῷτοι res nos, qui à porticu. PERIPATE-
ἡμῶν εἰσιμεν, οἱ ἐκ τοῦ Περιπάτου. ΕΠ. ἡμῖν TICVS. Minimè quidem, verùm nos
τοῖς Ἐπικουρείοις τοὺς πλακοῦντας δότε, καὶ de Peripato, in rebus sumus priores. EPI-
τὰς καλάθους· τοῖς δὲ τῶν μυῶν τοσούτοις CVREVS. Nobis Epicureis placentas
μόνον, καὶ ὑστάτοις δὴ λαμβάνειν. ΑΚ. ποῦ date, & carycarum massas: de minis verò
τὰ δύο τάλαντα; δείξομεν γὰρ οἱ Ακαδημαϊκοὶ expectabimus, donec vltimi accipere de-
ὅσον τῶν ἄλλων ἐσμὲν ἐριστικώτεροι. ΣΤ. beant. ACADEMICVS. Vbi duo sunt
οὐχ ἡμῶν γε τῶν Στωϊκῶν παρόντων. ΦΙΛ. talenta? siquidem nos Academici osten-
παύσασθε φιλονεικοῦντες· ὑμᾶς δ' οἱ Κυνικοὶ dimus quantum aliis simus contentiosiores. STOICVS. Non, nobis Stoicis
μήτε ὠθῆτε ἀμήχανοις, μήτε τοῖς ξύλοις παί- B præsentibus. PHIL. A contentionibus
ητε· ἐπ' ἄλλα γὰρ ἴστε κεκλημένοι· καὶ νῦν ἔγωγε desistatis: vos verò Cynici ne inuicè im-
ἡ Φιλοσοφία, καὶ ἡ Ἀρετὴ αὕτη, καὶ ἡ Ἀλήθεια, pellatis, néve baculis verberetis: nã pro-
διακρινοῦμεν τίνες οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες εἰ- pter alia vocati estis. Ego enim Philo-
σιν, εἶτα ὅσοι μὲν αὐ διαρρεόντως καὶ τὰ ἡμῖν δο- sophia nunc vnà cum Virtute & Veritate
κοῦντα βιοῦντες, διὰ παντὸς εὐδαιμονήσουσιν, ἄφθονοι καὶ diiudicabimus quinam sint qui verè philo-
μακάριοι· τοὺς δὲ τοὐναντίον ἢ, καὶ τὰδε ἡμῖν προσή- sophentur: inde qui nostris institutis viuere inuenientur, felices erunt, & optimi
κοντας, κακοὺς κακῶς ὀλοῦμεν, ὡς μὴ αὐτὰ ποιοῖντο τῶν ἐκεῖ αὐτοῖς, ἀλαζόνες ὄντες esse iudicabuntur. At subdolos illos, nílque ad nos spectantes, malos malè perdemus, nedum sibiipsis contraria committunt, arrogãtia tamen efferantur. Verùm quid hoc est? fugitísne? Ita per Iouem: multi per cõfragosa desiliunt, adeò vt penitus euacuata sit arx, præter paucos illos qui iudicium haud formidantes remãsere. Vos verò ministri peram quam Cyniculus fugiendo abiecit, tollatis. Sed quid in illa latet? num quid lupini, seu libri, vel panes tosti? PARR. Minimè, sed aurum hoc, & vnguentum, ac culter sacrificulus, speculum quoque, & tali. PHIL. Euge ô generose, hæc tibi exercitis erant viatica? cum illisque omnibus conuitiari, ac alios docere audebas? PARR. Nobis itaque illi tales. Cæterùm vos considerare decet quo pacto error hic tollatur, ac homines cognosci queant, quinam ex illis boni, & qui rursus alterius vitæ existant: tu verò ô Veritas inquire: tua enim interest, ne tibi mendacium prævaleat, néve propter errorem viri mali, bonis intermixti deliteant. VERITAS. Hac in re ex Parrhisiadis arbitrio, quoniã probus ac nobis benevolus esse videtur, teq; Philosophia præcipuè admiratur, ita agemus: secum Elenchum assumat, & omnes qui se philosophari profitentur, conueniat, ac quemcunque inueneris legitimum & veræ Philosophiæ alumnum,

τοσούτῳ γὰρ Πυθαγόρας ἦν. ΣΤ. λῆρος τε ἀμείνους ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς. ΠΕΡ. ὑμῶν οὖν· ἀλλ' ἔγωγε τοῖς χρήμασι, τοσῷτοι ἡμῶν εἰσιμεν, οἱ ἐκ τοῦ Περιπάτου. ΕΠ. ἡμῖν τοῖς Ἐπικουρείοις τοὺς πλακοῦντας δότε, καὶ τὰς καλάθους· τοῖς δὲ τῶν μυῶν τοσούτοις μόνον, καὶ ὑστάτοις δὴ λαμβάνειν. ΑΚ. ποῦ τὰ δύο τάλαντα; δείξομεν γὰρ οἱ Ακαδημαϊκοὶ ὅσον τῶν ἄλλων ἐσμὲν ἐριστικώτεροι. ΣΤ. οὐχ ἡμῶν γε τῶν Στωϊκῶν παρόντων. ΦΙΛ. παύσασθε φιλονεικοῦντες· ὑμᾶς δ' οἱ Κυνικοὶ μήτε ὠθῆτε ἀμήχανοις, μήτε τοῖς ξύλοις παίετε· ἐπ' ἄλλα γὰρ ἴστε κεκλημένοι· καὶ νῦν ἔγωγε ἡ Φιλοσοφία, καὶ ἡ Ἀρετὴ αὕτη, καὶ ἡ Ἀλήθεια, διακρινοῦμεν τίνες οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες εἰσιν, εἶτα ὅσοι μὲν αὐ διαρρεόντως καὶ τὰ ἡμῖν δοκοῦντα βιοῦντες, διὰ παντὸς εὐδαιμονήσουσιν, ἄφθονοι καὶ μακάριοι· τοὺς δὲ τοὐναντίον ἢ, καὶ τὰδε ἡμῖν προσήκοντας, κακοὺς κακῶς ὀλοῦμεν, ὡς μὴ αὐτὰ ποιοῖντο τῶν ἐκεῖ αὐτοῖς, ἀλαζόνες ὄντες· τί τοῦτο; φεύγετε, νὴ Δία, καὶ τῶν γε χρημάτων οἱ πολλοὶ ἀλλόμενοι, κενὴ δὴ οὕτω ἡ ἀκρόπολις· πλὴν ὀλίγων τούτων, ὁπόσοι μεμνήκασιν, ἃ φοβηθέντες πλὴν τριῶν οἱ ὑπηρέται ἀνέλεσθε πλὴν πήρας, ἣν ὁ Κυνίσκος ἀπέρριψεν ἐν τῇ ὁδῷ· φέρ' ἴδω τί ἐν ἔχει, ἦπου θέρμους, ἢ βιβλίον, ἢ ἄρτους τῶν αὐτοσιτῶν; ΠΑΡΡ. οὐκ· ἀλλὰ χρυσίον τοῦτι, καὶ μύρον, καὶ μαχαιρίδιον θυτικόν, καὶ κάτοπτρον, καὶ κύστις. ΦΙΛ. εὖγε, ὦ γενναῖε, ταῦτά σοι ἦν τὰ ἐφόδια τῆς ἀσκήσεως· καὶ μὴ τούτων ἕνεκα λοιδορεῖσθαι ἅπασι, καὶ τοῖς ἄλλοις παιδαγωγεῖν; ΠΑΡΡ. τοιοῦτοι μὲν ἡμῖν ἔστω. χρὴ δὲ ὑμᾶς σκοπεῖν ὅτι τινα τρόπον ἀγνοούμενα τοῦτα πεπαύσεται, καὶ γνωσόμεθα οἱ σπουδάζοντες οἵ τινες οἱ ἀγαθοὶ αὐτῶν, καὶ οἵ τινες αὖ πάλιν οἱ τῦ ἑτέρου βίου· σὺ δέ, ὦ Ἀλήθεια, ἐξεύρεσιν, ἵνα σοὶ γὰρ τοῦτο μάλιστ' αὖ, ὡς μὴ ὑπερισχύῃ σοῦ ὁ ψεῦδος, μηδὲ ἵνα τῇ ἀγνοίᾳ κεκαλύπτωσιν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνδρῶν ἐς τοὺς χρηστοὺς μεμιγμένοι. ΑΛΗ. ἐπ' αὐτῷ, εἰ δοκεῖ, Παρρησιάδη, ποιησώμεθα τοιοῦτον, ἐπεὶ χρηστὸς ὤφθαι καὶ φίλος ἡμῖν, καὶ σὺ, ὦ Φιλοσοφία, μάλιστα θαυμάζων, προσλαβόντα μὲν αὐτῷ τὸν Ἔλεγχον, πάντας τοὺς φάσκοντας Φιλοσοφεῖν ξυντυγχάνειν· εἰ δ' οὖν μὴ αὖ ῥᾴδιον γνῶναι ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίας,

B PYTHAGORICVS. Minimè, sed nos Pythagoricos: prior enim erat Pythagoras. STOICVS. Desipitis: præstantiores nos, qui à porticu. PERIPATETICVS. Minimè quidem, verùm nos de Peripato, in rebus sumus priores. EPICVREVS. Nobis Epicureis placentas date, & carycarum massas: de minis verò expectabimus, donec vltimi accipere debeant. ACADEMICVS. Vbi duo sunt talenta? siquidem nos Academici ostendimus quantum aliis simus contentiosiores. STOICVS. Non, nobis Stoicis præsentibus. PHIL. A contentionibus desistatis: vos verò Cynici ne inuicè impellatis, néve baculis verberetis: nã propter alia vocati estis. Ego enim Philosophia nunc vnà cum Virtute & Veritate diiudicabimus quinam sint qui verè philosophentur: inde qui nostris institutis viuere inuenientur, felices erunt, & optimi esse iudicabuntur. At subdolos illos, nílque ad nos spectantes, malos malè perdemus, nedum sibiipsis contraria committunt, arrogãtia tamen efferantur. Verùm quid hoc est? fugitísne? Ita per Iouem: multi per cõfragosa desiliunt, adeò vt penitus euacuata sit arx, præter paucos illos qui iudicium haud formidantes remãsere. Vos verò ministri peram quam Cyniculus fugiendo abiecit, tollatis. Sed quid in illa latet? num quid lupini, seu libri, vel panes tosti? PARR. Minimè, sed aurum hoc, & vnguentum, ac culter sacrificulus, speculum quoque, & tali. PHIL. Euge ô generose, hæc tibi exercitis erant viatica? cum illisque omnibus conuitiari, ac alios docere audebas? PARR. Nobis itaque illi tales. Cæterùm vos considerare decet quo pacto error hic tollatur, ac homines cognosci queant, quinam ex illis boni, & qui rursus alterius vitæ existant: tu verò ô Veritas inquire: tua enim interest, ne tibi mendacium prævaleat, néve propter errorem viri mali, bonis intermixti deliteant. VERITAS. Hac in re ex Parrhisiadis arbitrio, quoniã probus ac nobis benevolus esse videtur, teq; Philosophia præcipuè admiratur, ita agemus: secum Elenchum assumat, & omnes qui se philosophari profitentur, conueniat, ac quemcunque inueneris legitimum & veræ Philosophiæ alumnum,

illum corona coronet oleagina, & in Prytaneum conuocet. Si verò alicui (quemadmodum multi sunt) viro execrando, ac Philosophiæ hypocritę, obuiam factus fuerit, attritâ dilaceret vestem, barbámque Tragica abradat nouacula, frontíque stigmata imprimat, vel inter media inurat supercilia: sit verò devstionis figura, Vulpes vel Simia. PHILO. Euge Veritas, siquidem Elenchus ô Parrhisiade talis erit, quales & aquilarum pulli cõtra solem esse feruntur: non per Iouem tamen vt ij quoque luminis splendore probentur, ac æstimentur: verùm coram illis aurum, gloriam, ac voluptatem exponas: & quemcunque videris ea negligere, ac minimè eorum aspectu moueri, is erit qui oleagina coronetur: quẽ verò fixè intuentem, manúmque ad aurum protendentem videbis, hunc vt inuratur abducas, abrasa tamen priùs barba. PARRH Hæc ô Philosophia vt censes erunt, ac confestim perquam multos eorum simia vel vulpecula notatos videbis, paucos verò coronatos: quinimo, si placuerit, nonnullos per Iouem nobis huc reduxero. PHIL. Quid ais? nunquid fugientes reduces? PARRH. Et maximè, si sacerdos parumper funiculum hunc & hamum, quos ex Piræo piscator sacrauit, mihi commodare voluerit. SACERD. En accipe, pariter & calamum, vt cuncta habeas. PARRH. Nunquid ô sacerdos & carycas aliquas mihi suppeditabis, ac auri pauxillum? SACER. Accipe. PHIL. Quidnam vir hic facere intendit? PARR. Hamum placenta & auro inescare, in summitatéque muri consîdens in vrbem demittere. PHIL. Quid agis ô Parrhisiade? nunquid ex Pelasgico lapides piscari decreuisti? PARR. Tace ô Philosophia, ac prædam expecta. Tu verò Neptune venator, ac optima Amphitrite, varios nobis mittito pisces. Verùm lupũ quendam maximum cerno, quin potiùs, auratam. LIBERTAS. Minimè, sed felis est: hians enim ad hamum natare videtur: aurum subolet: propeiam adest: tetigit: captus est: attrahamus. PARR. Et tu ô Elenche pariter nunc funiculum apprehẽde: attractus est. Age ô optime, inspiciamus quisnam piscis existat: hiat iste.

*Lupus marinus: meminit Aristoteles & Plinius. Felis. galeus. Gaza mustelam interpretatur, est piscis rapax.*

θέλπειν καθιστάμενον. εἰκὸς δὲ πολλοὺς εἶ- bona fultus conſiſtis. Porrò conſentaneum eſt, eſſe non paucos qui tibi aduerſentur, atque alios in tuum locum velint inducere. Horum vnuſquiſque clanculum velut ex inſidiis in te iaculatur. Iam verò illud conſidera, quale ſit, virum promiſſa barba, cana coma, examinari num quid bonæ rei didicerit: & aliis quidem didiciſſe videri, aliis ſecus. Superior interim vita, & omnis anteacta ætas tua curioſiùs diſquiritur. Quòd ſi quis aut ciuis, inuidia; aut vicinus leui quapiam de cauſa prouocatus te deferat, & adulterum dicat, vel pæderaſten: is protinus iuxta vetus illud proB uerbium, ex Iouis tabulis teſtis. Porrò ſi pariter omnes bene de te prædicent: ſuſpecti, leues, ac largitione redempti videbuntur. Nam admodum omnia tibi conſtent oportet: nihil prorſus ſit, quod tibi queat obſiſtere: alioqui nunquam obtinueris. Age ſanè, hoc quoque contigit, ac bona quapiam fortuna cuncta tibi feliciter ceſſerunt, & probauit ipſe doctrinam tuam: & amicorum præcipui, quibúſque ille huiuſmodi in rebus plurimam habet fidem, non dehortantur. C Ad hæc vult etiam vxor: non refragatur domus præfectus, neque item diſpenſator: nemo tuam inſimulauit vitam: dextra omnia & omni ex parte bene promittunt ſacra: Viciſti igitur ô fortunate, & coronatus es Olympia. quin Babylonem magis cepiſti, aut Sardium arcem occupaſti. habebis Copiæ cornu, & gallinaceum lac emulgebis. Iam ſanè par eſt, vt aliquando præmia capias, maxima videlicet, & quæ laboribus tantis reſpondeant, ne corona tua frondea duntaxat ſit, ſimul vt merces haudquaquam contemnenda præſtituatur, eáque commoD dè ad vſum citráque negotium perſoluatur, vtque reliquus item honos tibi præter miniſtrorũ vulgus ſuppeditetur. Cæterùm à laboribus illis, à luto, à curſitationibus, à vigiliis, in otium te recipias, vt id quod vulgo ſolent optare mortales, porrectis pedibus dormias, nihílque iam facias præter ea ſola quorum gratia primùm receptus es, & in quæ cõductus: ita enim conſentaneum fuerat Timocles: neque ingens malũ erat futurum, ſi quis ſubdita ceruice ferat iugũ, leue nimirũ, & portatu facile, quódque eſt omnium maximum, auro illitum. Atqui longè ſecus res habet, imò nihil horũ reperietur.

Siquidem in mediis ipsis id genus conuictibus sexcentæ res accidunt viro ingenuo neutiquam tolerandæ. Quæ quum audieris, ipse tecũ ordine reputato, num quisquam ea perpeti queat, cui quidem cum eruditione vel minimum commercij fuerit. Exordiar autem, si videtur, à primo conuiuio, vnde consentaneum est te consuetudinem illam auspicaturum. Primùm igitur adest tibi quispiam qui te iubeat ad conuiuium accedere, famulus non incomis: qui tibi priùs placandus, datis in manum, ne videaris inciuilis, vt minimùm, quinque drachmis. At ille accissans, seque quum maximè cupiat, cupere dissimulans: Apage, inquit: Egóne quicquam abs te? Addit & illa, Absit, dij prohibeant. Tandem flectitur atque obtemperat, ac discedit, te latè diducto rictu subsannans. Tu porrò nitida sumpta veste, mundissimèque cultus, lotus accedis, solicitus interim ne prior aliis aduenias: nam id inurbanum: quemadmodum postremum venire, graue. Proinde media inter vtrunque obseruata opportunitate ingrederis: téque sanè quàm honorificè excipiunt. Tum arrepta manu te quispiã iubet accumbere, paulo supra diuitem, inter duos fermè veteres amicos. At tu perinde atque in Iouis ædes veneris, nihil non admiraris, & ad omnia quæ gerũtur, suspensus inhias, propterea quòd noua tibi atque inuisa sint cuncta. Interim familia te spectat, omnésque qui præsentes sunt, quid agas obseruant. Neque verò ea res curæ non est ipsi diuiti, quippe qui famulis aliquot præmonitis negotiũ dederit vt oculis obseruent quemadmodum te geras in pueros, aut in vxorem, num subinde ex obliquo respectes. Ac reliqui quidem conuiuæ, simul atque te vident propter imperitiam ad ea quæ fiunt attonitum ac stupefactum, deridẽt clanculum, coniectantes te nunquam antea apud alium quempiam cœnasse, nouúmque tibi esse vt mãtile apponatur. Proinde, sicuti verisimile est, præ hæsitantia sudes oportet, ac neque cùm sitias, audeas potum poscere, ne vinosus videare: neque variis appositis opsoniis, & in ordinem quendam extructis, scire possis cui priùs aut posteriùs manum admoueas. Quare ad eum qui proximus accumbit, respectes necesse est, atque eundem imitatus, conuiuij rationem & ordinem discas. Alioqui anceps sedes, & varians, animóque penitus perturbato, & ad omnia quæ illic geruntur, obstupescẽs.

*Insolentia conuiuiorum.*

A μυεῖα γάρ ἐστιν ἀφόρητα ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ ἐν αὐταῖς ἤδη ταῖς συνουσίαις γιγνόμενα. σκέψαι δ' αὐτὸς ἐξῆς ἀκούων, εἴ τις ἂν αὐτῶν ὑπομεῖναι δυνατὸς, παιδεία καὶ ἐπ' ἐλάχιστον ὡμιληκώς. ἀρξομαι δ' ἀπὸ τοῦ δείπνου, ἐὰν δοκῇ, ὅ σε εἰκὸς δεῖπνήσειν τὰ πρῶτα τῆς μιγνύσης ξυνουσίας. οὗτος οὖν πρόσεισι παιδαγωγῶν τις ἥκειν ὑπὲρ δεῖπνον, οὐκ ἀνομίλητος οἰκέτης, ὃν χρὴ πρότερον ἵλεων ποιήσασθαι, πρὶν ἐμβύσασθαι ἐς τὴν χεῖρα, ὡς μὴ ἀδέξιος εἶ) δοκεῖς, ἐνίοτε χάλκιον, πέντε δραχμὰς· ὁ δ', ἀκκισάμενος, ἔπαιτε, πρὶν σοῦ

B δὲ ἐγώ; καὶ Ἡρακλῆς, μὴ γένοιτο ἐπειπών, τέλος ἐπείθη· ἔπειτά σοι πλατὺ εἰσχωρῶν· σὺ δ' ἐνθῆτα καθαρὰν προχρισάμενος, καὶ σεαυτὸν κομιώτατα σκευάσας, λευσάμενος ἥκεις, δεδιὼς μὴ πρὸ τῶν ἄλλων ἀφίκοιο. ἀπιέναι γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀστεῖον· ἐλθεῖν δὲ ὕστατον ἥκειν, φορτικόν. αὐτὸ οὖν τηρήσας τὸ μέσον τοῦ χρόνου, εἰσεληλύθεις· καί σε πρῶτον ἐνήμως ἐδέξατο· καὶ παραλαβών τις, κατέκλινε μικρὸν ὑπὲρ τὸν πλοῦτον, μετ' ὀλίγον τῶν παλαιῶν φίλων. σὺ δ' ὥσπερ τὸν Διὸς τὸν οἶκον πρελθών,

C πρῶτα τεθαύμακας, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν παρατιθεμένων μετέωρος εἶ. ξένα γάρ σοι καὶ ἄγνωστα πρῶτα· καὶ ἅττε οἰκετεία εἰς σὲ ἀποβλέπει, καὶ τῶν πρόσθεν ἕκαστος ὅ, τι προέξεις ὑπιτηρεῖ· σὺ δ' αὐτῷ γ' ἀμελὴς τῷ πλησίον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ προσπαίσαι τῶν οἰκετῶν ὑπισχνεῖν, ὅπως ἐς τοὺς παῖδας, ἢ ἐς τὴν γυναῖκα, εἰ πολλάκις σὺ προσωπῆς ἀποβλέψας. οἱ μὲν γὰρ τῶν συνδείπνων ἀκόλουθοι ὁρῶντες σὲ πεπληγμένον, ἐς τὴν ἀπειρίαν τῶν δρωμένων ἀποσκώπτουσι, τεκμήριον ποιούμενοι ὧν μὴ πρὸ πολλοῦ προτέρου

D σε δεδειπνηκέναι, καὶ ὃ χρυσοῦν εἶναί σοι τὸ ποτήριον· ὥσπερ οὖν εἰκὸς, ἰδιώτην τε καὶ ἄπειρον τοιούτων. ἐνίοτε δ' ἀπορίᾳ καὶ μὴ τὰ δικαιοῦντα πρὸς αἰτεῖν τολμᾷς, μὴ δόξῃς οἰνόφλυξ τις εἶ), μήτε τῶν ὄψων προβεβλημένων ποικίλων πρὸς ὄψιν τάξιν ἐσκευασμένων, εἰδέναι ἐφ' ὅ, τι πρῶτον ἢ δεύτερον τὴν χεῖρα ἐνίσχῃς. ὑποβλέπειν οὖν ἐς τὸν πλησίον δεῖπνον, καὶ ἀκριβῶς ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι τὴν δεῖπνον τάξιν ἀκολουθίαν. τὰ δ' ἄλλα ποικίλος εἶ, καὶ θορύβου πλέως τὴν ψυχὴν, πρὸς ἕκαστα τῶν προτιθεμένων ἐκπεπληγμένος.

καὶ ἄρτι μὲν διδαιμονίζῃς τὸν πλούσιον τῷ χρυσῷ, καὶ τῷ ἐλέφαντος, καὶ τῆς τοσαύτης τρυφῆς· ἄρτι δὲ οἰκτείρῃς σεαυτὸν, ὡς δὲ μηδὲν ὢν, εἶτα ζῆν νομιζόμενος. εἰώθασι δὲ καὶ ἐκεῖνο εἰσέρχεταί σε, ὡς ζηλωτόν τινα διώσειν τὸν βίον, ἅπασιν ἐκείνοις εὐτυχήσων, καὶ μεθέξων αὐτῶν ἐξ ἰσοτιμίας. οἷς γὰρ εἰσαεὶ Διονύσια ἑορτάσειν, καὶ που καὶ μειράκια ὡραῖα ἅμα κυνήμασι, καὶ ἡρέμα προσμειδιῶντα, γλαφυρωτέραν ὑποχεάσει τὴν μέλλουσαν ἀφετείλιον· ὥστε συνεχῶς ὃ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο φθέγξεσθαι,

Οὐ νέμεσις Τρῶάς καὶ ἐυκνήμιδας Ἀχαιοὺς
πολλὰ πονεῖν καὶ ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς τοσαύτης δαιμονίας. φιλοτησίαν ὅτι τοῦτο. καὶ σκύφον ὑμεγέθη τις αἰτήσας, προπίεσί σοι τῷ διδασκάλῳ, ἢ ὅ,τι δή ποτε προσειπών· σὺ δὲ λαβών, ὅ,τι μέλλει σε καὶ αὐτὸν ὑποφθεῖν ἔδει, ἠγνόησας ὑπ' ἀπειρίας, καὶ ἀγροικίας δόξαι ὤφλες. ὑπίφθονος δὴ οὖν ἀπὸ τῆς προπόσεως ἐκείνης πολλοῖς τῶν παλαιῶν φίλων γεγένησαι, καὶ προήτερον ὅτι τῇ καλαχλίσῃ ἐλύπησας τινὰς αὐτῶν· ὅτι τήμερον ἦκων, προυχρίσθης ἀνδρῶν πολυετῆ δουλείαν ὑπολελικότων. βύθιος οὖν ἂν εἴης τὸς τοιοῦτός τις προσὶ σὺ λόγος σε ἀνθρώπους. τοῦτο ἡμῖν προὸς τοὺς ἄλλους δεινοὺς ἐλείπετο, καὶ τῶν ἄρτι ἐστελλυθότων ἐς τὴν οἰκίαν, δευτέρους εἶναι. ἐμοὶ μόνοις τοῖς Ἕλλησι τοῦτο διέφυκται ἡ Ῥωμαίων πόλις. κρίνει τί ὄφελος ἐφ' ὅτῳ προτιμῶνται ἡμῶν; ἢ ῥήματα δύσχρηστα λέγοντες, οἰόνταί τι παμμέγεθες ὠφελεῖν; ἄλλος δὲ, ἢ οἶδες ὅσα μὲν ἔπιεν, ὅπως ἂν τὰ προσφερόμενα σύλλαβὼν κατέφαγεν; ἀπειρόκαλος ἀνθρωπος, ἐμοὶ λιμοῦ πλέως· ἢ δ' ὅταν λευκοῦ ποτε ἄρτου ἐμφορηθεὶς, ἅτε γε Νομαδικοῦ, ἢ Φασιανοῦ ὄρνιθος, ὧν μόλις τὰ ὀστᾶ ἡμῖν καταλέλοιπε. τρίτος ἄλλος, ὦ μακάριοι, φησὶ, πέντε δ' ὅλων ἡμερῶν ὄψεσθε αὐτὸν, σαρκῶδά που σε ἡμῖν τὰ ὁμοῖα ποτὲ ὑμνοῦντα. νῦν μὲν γὰρ ὥσπερ τὰ καινὰ τῶν ὑποδημάτων ἐν τιμῇ τινι ἐστὶν ἐπειδὰν δὲ πατηθῇ πολλάκις, καὶ ὑπὸ τοῦ πηλοῦ ἀναπλασθῇ, ὑπὸ τῆς κόνεως ἀθλίως ἐρρίφεται· κἀ-

A Atque interim quidem diuitis admiraris felicitatem, propter auri vim & eboris, tantásque deliciasque interim tuam ipse deploras infelicitatem, qui quum nullius sis rei, tamen viuere te credas. Nonnunquam & illud in mentem venit, fore vt admirandam & expetendam quandam viuas vitam, quippe qui sis omnibus deliciis illis fruiturus, cunctorúmque ex æquo futurus particeps. Arbitraris enim te semper Bacchanalia festa celebraturum. Quin & adolescentuli formosi præministrantes, ac silentio arridentes, suauius in posterũ hoc vitæ genus pollicentur: vt Homericum illud nunquam

B desinas in ore habere:

*Haud vitio verti debet si Troïa pubes,*
*Armatiq; simul Danai, sub Marte laborum*
*Pondera tanta ferant:*

ob tãtam videlicet felicitatẽ. Accedunt ad hæc inuitatiunculæ ad bibendum: ac postulato per quam ingenti scypho quispiam præbibit tibi, præceptorem aut aliud quiddam denique te appellans. At tu recepto scypho quid vicissim oporteat respõdere, propter eiusmodi morum imperitiam ignoras, iámque rusticanus &

C inelegans esse videris. Cęterùm ea propinatio multorum veterum amicorum inuidiam in te cõcitauit, è quibus nonnullos iamdudum tuus accubitus clanculum vrebat, quòd modò cùm aduenerís, iis anteponare, qui multorum annorũ seruitutẽ exhauserint. Protinus itaq; talia quędam de te inter illos dicta feruntur: Illud scilicet malis nostris deerat, vt etiam iis qui nuper in familiam cõmigrarunt, posthabeamur. &, Solis Græculis patet vrbs Romana. &, Quid habent quamobrem nobis debeant anteponi? Num mirificã quandam vtilitatem adferre videntur, quum verbula quædam misera dicunt?

D Rursus alius hæc: An non vidisti quantum biberit? quemadmodum cibos appositos auidè corripiens deuorarit? homo inelegans, ac fame enectus, qui ne per somnium quidem vnquam fuerit albo pane saturatus, multo minùs alite Numidica, aut Phasiano, è quibus nobis vix ossa reliqua fecit. Porrò tertius, Fatui, inquit, priusquam quinque abeant dies, videbitis hunc nihilo pluris fieri quàm nos. Nam nunc quidem non secus atque calcei noui solent, in pretio est, & habetur charus: verùm vbi crebrò iam fuerit calcatus, lutóque deformatus, tum miserè sub lectica abiicietur, cimicibus,

*Calcei noui.*

quemadmodum nos, oppletus. Atque inter illos talia permulta de te iactantur, ex quibus aliquot iam tum etiam ad calumniandũ insimulandumq; te incitantur. Omne igitur illud cõuiuium tui plenum, ac plerique de te sermones. Tu verò propter insolentiam atque insuetudinẽ plus quàm sat est, hauris vini tenuis & acris, eóque iamdudum aluo tibi cita discruciaris: verùm neq; decorum tibi ante alios è conuiuio discedere, neque rursum manere tutum. At producta interim in longum potatione, dum sermo alius ex alio nascitur, dum spectacula alia post alia proferuntur in conuiuium (nam vniuersum fortunæ suæ strepitum tibi cupit ostentare) non mediocriter discruciaris, cui non liceat neq; videre quæ geruntur, neque auscultare si quis voce citharáve canat egregiè dilectus adolescentulus. At laudas tamen inuitus: cæterùm animo illud optas, vt aut terræmotus repèns ortus ea cuncta discutiat, aut incendium aliquod renuntietur, quo simul conuiuium tandem aliquando dirimatur. Habes amice primum illud scilicet & suauissimũ cõuiuium, quod mihi quidem haudquaquam suauius sit cepis, candidóque sale, liberè quum velim ex his, & quãtum velim, edenti. Verùm vt ne tibi commemorem ructus acidos qui deinde sequuntur, vt ne nocturnos vomitus, mane vobis erit de mercede pacto transigendum, quantum, & qua anni parte te oporteat accipere. Ergo præsentibus duobus aut tribus amicis, accersito te, & considere iusso, sic loqui incipit: Facultates nostræ cuiusmodi sint, iam perspicere potuisti, quàm nullus in his fastus, sed citra ostentationem moderata ac popularia omnia, sed mediocria omnia ac plebeia. Sic autem animum inducas velim, vt existimes omnia nobis fore cõmunia. Nam ridiculum profectò, si quum charissimam possessionum mearum partem, puta meam ipsius vitam, aut per Iouem, liberorum etiam (si fors illi liberi fuerint erudiendi) tibi credam, non aliarum item rerum te mecum ex æquo dominum ac possessorem existimem. Cęterùm quando certi quippiam est præfiniendum, equidem video vitæ tuæ frugalitatem, & animum paucis contentum. Neque non intelligo haud mercedis adductum spe te in nostram veniisse familiam, verùm aliarum gratia rerum, puta nostræ in te beneuolentię causa, tum honoris qui tibi præter omnes continget: attamen præfiniendum est aliquid.

*Pactio mercedis.*

ρεων ὥσπερ ἡμεῖς ἀνάπλεως· σκῶπτοι μὲν οὖν τοιαῦτα περὶ σοῦ πολλὰ φέροιτο, καὶ τὰ μὲν ἤδη καὶ παρὰ δεῖπνον τινες αὐτῶν διασκευάζονται. ὃ δ' οὖν συμπόσιον ὅλον σκῶπτον, σόν ἐστι, καὶ περὶ σοῦ οἱ πλῆστοι τῶν λόγων· σοὶ δ' ὑπὲρ ἀνθρείας πλέον τῷ ἰκανοῦ ἐμπέπωκεν οἴνου λεπτοῦ, καὶ δριμέος, πάλαι τῆς γαστρὸς ἐπειγούσης, πονήρως ἔχεις· καὶ ὅτε παρεξαναστῆναί σοι καλὸν, ὅτε μένειν ἀσφαλές. ἀποτεινομένου τοίνυν τοῦ πότου, καὶ λόγων ἅτε λόγοις γιγνομένων, καὶ θεαμάτων ἅτε θεάμασι παρεισόντων (ἄπορον γὰρ ἐπιδείξασθαί σοι τὰ αὐτὰ βάλεται) κέλσασιν ἐμοὶ μὲν ὑπομένειν, μήτε ὁρῶν τὰ γιγνόμενα, μήτ' ἀκούων εἴ τις ᾄδοι, ἢ κιθαρίζοι, πάνυ χαλεπὸς μεταχίσεως, ἀλλ' ἐπαινῶ μὲν ἐπ' ἀνάγκης, δύσχη δὲ ἢ σφόδρα συμπεσεῖν σκῶπτα πάντα, ἢ πυρκαϊάν τινα παρεξαγγελθῆναι, ἵνα ποτὲ καὶ διαλυθῇ τὸ συμπόσιον. τοῦτο μὲν δή σοι τὸ παρὸν, ὦ ἑταῖρε, καὶ ἥδιστον σκῶμμα δεῖπνον, οὐκ ἔμοιγε τοῦ γάμου, καὶ τῶν λαμπάδων ἀλλῶν ἥδιον, ὁπηνίκα βούλομαι, καὶ ὁπόσον ἐλευθέρως ἐθέλω. ἵνα γοῦν σοι τινὰ ὀξυρεγμίαν τῶν ὅτε τούτοις πρῶτον, καὶ τὸν ἐν τῇ νυκτὶ ἔμετον, ἔασον δεῖσθαι περὶ τοῦ μισθοῦ ξυμβῶμεν ὑμᾶς, ὁπόσου τε καὶ ὁπότε τοῦ ἔτους χρὴ λαμβάνειν. παρόντων οὖν δύο ἢ τριῶν φίλων, παρακαλέσας σε, καὶ καθίσασθαι κελεύσας, ἄρχεται λέγειν· τὰ μὲν ἡμέτερα, ὁποῖά ἐστιν, ἑώρακας ἤδη, καὶ ὡς τῦφος ἐν αὐλοῖς οὐδεὶς εἰς, ἀπηγωνίσθαι δὲ, καὶ πρὸς πάντα, καὶ δημοτικά· χρὴ δέ σε οὕτως ἔχειν ὡς ἀπόντων ἡμῖν κοινῶν ἐσομένων. γελοῖον γὰρ εἴ σε χρειώτατον, τινὶ ψυχῇ σοι τινὶ ἐμαυτῷ, ἢ καὶ, νὴ Δία, τῶν παίδων (εἰ παῖδες εἶεν αὐτῷ παιδοῦσθαι δεόμενοι) ὁπωστέπτων, τῶν ἄλλων μὴ ὁπόσης ἠνείμην δεσπότην. ἐπεὶ δὲ καὶ ὠφελεῖσθαί τι δεῖ, ὁρᾷ μὲν ὃ μέτριον καὶ αὐτάρκες τοῦ σοῦ βίου, οἶμαι· συνίημι ὡς οὐχὶ μισθοῦ ἐλπίδι παρεληλυθὼς ἡμῶν τὴν οἰκίαν, τῶν δ' ἄλλων ἕνεκα, τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς ἡμᾶς, καὶ τιμῆς, ἣν παρὰ πᾶσιν ἕξεις· ὅμως δ' οὖν χρὴ ὠφελεῖσθαί τι.

οὐ δ' αὐτὸς ὅ,τι καὶ βούλῃ, λέγε, μεμνημένος, ὦ φίλτατε, καὶ ἐκείνων, ἃ σοὶ ἐν ἑορταῖς ἐτησίοις εἰκὸς ἡμᾶς παρέξειν. οὐ γὰρ ἀμελήσομεν οὐδὲ τῶν τοιούτων, εἰ καὶ μὴ νῦν αὐτὰ συνηθέμεθα. πολλαὶ δέ, οἶσθα, τοῦ ἔτους αἱ τοιαῦται ἀφορμαί· καὶ πρὸς ἐκεῖνα τοίνυν ἀποβλέπων, μετριώτερον δηλονότι ὑπὲρ ἁλὸς ἡμῖν τὸν μισθὸν ἄλλως τε, καὶ πρέπον αὖ εἴη τοῖς πεπαιδευμένοις ὑμῖν χρείττοσιν εἶναι χρημάτων. ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν, καὶ ὅλον σε ἀφοσιώσας ταῖς ἐλπίσι, πιθανὸν ἑαυτὸν πεποίηκε· σὺ δὲ, πάλαι πάλαι, καὶ μυριάδας ὀνειροπολήσας, καὶ ἀγροὺς ὅλους, καὶ οἰκοσίας, οἰκίης μὲν ἤρεμα τῆς μετριολογίας, σαίνεις δὲ ὅμως τὴν ὑποσχέσιν, καὶ ὃ, Πάντα ἡμῖν κοινὰ ἔσται, βέβαιον, καὶ ἀληθὲς ἔσεσθαι νομίζεις, οὐκ εἰδὼς ὅτι τὰ τοιαῦτα,

Χείλεα μὲν τ' ἐδίηνεν, ὑποφώλιον δ' οὐκ ἐδίηνε.

τελευταῖον δ' ὑπ' αἰδοῦς αὖ ἐπέτρεψας. ὁ δὲ, αὐτὸς μὲν, ἔφησιν ἐρᾷν, τῶν φίλων δέ τινα τῶν παρόντων κελεύει, μέσον ἐλθόντα τοῦ πράγματος εἰπεῖν, ὃ μήτ' αὖ λίαν ὀλίγον δοῦναι, καὶ πρὸς ἄλλα τούτων ἀναγκαιότερα δαπανῶντι, μήτε τὸν λημμένῳ δύτελές. ὁ δὲ, ὡμολόγων τις, οὐ παίδων, κολακεία συνέφορος; ὡς μὲν οὐκ εὐδαιμονέστατος εἶ, φησι, τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων, ὦ σοῦ, οὐκ ἂν εἴποις, ᾧ γε τοῦτο πρῶτον ὑπῆρχεν, ὃ πολλοῖς πόνῳ γλιχομένοις μόλις ἂν γένοιτο πρὸς τῆς Τύχης. λέγω δὲ, ὁμιλίας ἀξιοπίστους, καὶ ἑστίας κοινωνοῦσας, καὶ ἐς τὸν πρώτιστον οἶκον τῶν ἐν τῇ Ρωμαίων ἀρχῇ καταδεδῆσθαι. τοῦτο γὰρ ὑπὲρ τὰ Κροίσου πάλαντα, καὶ τὸν Μίδου πλοῦτον, εἰ σωφρονεῖν οἶσθα. εἶδον δὲ πολλοὺς τῶν βιοδοκίμων, ἐθελήσαντας ἂν εἰ καὶ πρόσθεν δοῦναί τι, μόνης τῆς δόξης ἕνεκα, συνεῖναι τούτῳ, καὶ ὁρᾶσθαι πρὸς αὐτὸν ἐπαίοντες, καὶ φίλοις εἶναι δοκοῦντες· οὐκ ἔχω ὅπως σε τῆς εὐπορίας μακαρίσω· ὃς δ' ἂν προσλήψῃ μισθὸν οὐ τοιούτης εὐδαιμονίας. ἀρκεῖν οὖν νομίζω, εἰ μὴ πόνου ἄσπρος εἶ, πρόσον δέ τι εἰπὼν ἐλάττιον, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς σὰς ἐκείνας ἐλπίδας· ἀγαπᾷ δ' ὅμως ἀναλήψιον.

A Quin ipse magis quod videbitur statuito, habita ratione, vir amicissime, munerum etiam illorum quæ quotannis festis diebus à nobis accepturus videris. Neque enim vel ista nobis fuerint neglectui futura, etiam si nunc hæc pactione non complectamur. Scis autem complures per annum eiusmodi munerum occasiones incidere. Horum igitur habita ratione, moderatius nimirum præmium nobis præscribas. Præterea decet etiam vos homines eruditos pecuniam negligere. Hæc ille dicens, totúmque te varia spe labefactans, mitem sibi ac tractabilem reddidit: Tu porrò qui dudum talenta, ac multa
B nummûm millia somniaras, solidos agros, & familias, sentis quidem tacitus apud te hominis sordes ac parsimoniam: nihilominus blanditur tibi pollicitatio tamen, atque illud, Communia futura sunt omnia, ratum & verum fore arbitraris, ignarus, eiusmodi dicta,

*Summis è labiis, non imo è corde profecta.*

Tandem præ pudore ipse statuendi ius defers. Verùm ille facturum sese negat: cæterùm ex amicis præsentibus quempiã in eo negotio veluti medium intercedere iubet, qui salarij modum pronunciet,
C eum, qui neque ipsum grauet, vt cui plurimus tum alias in res magis his necessarias sũmptus sit faciendus: neque rursus eo qui laturus est, sit omnino indignus. Atque is seniculus quispiã, diuitis æqualis, vnà cum illo à pueris adulando educatus, Eho tu, inquit, num inficias ire potes, quin vnus sis qui in hac vrbe viuunt omnium fortunatissimus, cui primum cõtigerit, quod pluribus miserè cupiẽtibus, vix à fortuna dari possit, nempe vt in huius hominis consuetudinem admittaris? vt communes penates habeas? vt in familiam inter Romanos primariam recipiaris? Id nimirum tum Crœsi talenta, tum
D Midæ diuitias superat, si modò modestus esse noris. Equidem nõ paucos noui magni nominis viros, qui cupiissent, etiam si quid vltro dandum fuisset, gloriæ duntaxat caussa cum isto viuere, & familiares apud hunc atque amici videri. Quapropter haud inuenio quibus modis tuã prędicem felicitatem, qui quidem ad hanc tam expetendam fortunam etiam præmio addito admitteris. Proinde mihi satis esse videtur, nisi planè es insolens, si tantum accipias: simulq; pronũciat sanè minimum quiddam, præsertim ad spes illas tuas: attamen boni cõsulas necesse est.

Neque enim iam possis effugere, quum intra retia tenearis. Frenum igitur recipis, mussitans, ac dissimulãs, ac initiò quidem non magnopere illi reluctans: facilé que sequeris, vt quòd non admodum te torqueat, neque stringat, donec illi tandem paulatim assueueris. Tum verò ij qui foris sunt mortales, hoc ipso nomine tuam fortunam admirantur, quòd te conspiciant intra cancellos versantem, ac nullo prohibente introëuntem, prorsus præclaris illis opibus deliciisque domesticum quendam ac familiarem esse factum. At ipse nondũ videre potes quam ob rem illi te felicem existimẽt, nisi quòd gaudes tamen, téque ipse fallis, semper futura meliora fore existimans. Cęterùm contra atque speraris euenit, & quemadmodum adagio dicitur, iuxta Mandrabuli morem negotium procedit, in singulos (vt ita dixerim) dies deteriùs ac retro relabens. Vnde paulatim velut in luce dubia, tum demum dispiciens intelligere incipis, aureas illas spes nihil aliud fuisse, quàm ampullas quasdam inauratas; labores autem esse graues, feros, ineuitabiles, ac perpetuos. Sed quinam isti sint, forsitan me rogabis. Neque enim video, inquies, quid in hac consuetudine sit adeò molestum, neque intelligo ista quæ commemoras grauia atque intoleranda. Audi igitur vir egregie, non molestiam modò negotij perpendens, verùm fœditatem, humilitatem, prorsúsque seruilitatem vel præcipuè interim considerans. Principiò memineris ex eo tempore te iam neque liberum neque ingenuum posse videri. Noueris enim te hæc omnia, genus, libertatem, progenitores ante limen relinquere, quum in huiusmodi seruitutem temetipsum addicens in ædes ingrederis. Siquidem libertas tibi comes ire recusarit, ad vitam tam indignam, tam humilem, te conferenti. Seruus itaque (tametsi nomine ipso grauiter offenderis) seruus inquam, velis nolis, futurus es: neque vnius seruus, verùm complurium, operámque seruilem præstare cogêris obstipo capite, à diluculo in vesperam vsque, idque mercede vili atque indigna. Adde quòd ne placebis quidem admodum, neque domino satisfacies, neque ab illo magnifies, vt qui non à puero fueris ad seruitium institutus, sed serò didiceris, atque ætate multùm aliena cœperis ad id erudiri. Excruciat autem te pristinæ libertatis me-

*Seruitus consequens conditionẽ acceptam.*

A ἢ γὰρ ὃς᾽ ἀὺ φυγεῖν ἔτι σοι δυνατὸν ὧντος ἐχκύων γομμάτου. δέχη τοίνυν τὸν χαλινὸν, μύσας· ⁊ τὰ πρῶτα βιάσονός εἶ πρὸς αὐτὸν, ⁊ πάνυ πρᾴως πάσχοντα, ὃς᾽ ὀξέως νύττοντα, μέχρις ἂν λάθῃς τέλεον αὐτῷ συνήθης γενόμενος. οἱ μὲν δὴ ἔξω ἄνθρωποι, ὃ μὴ τοῦτο ζηλῶσί σε, ὁρῶντες σὺν τῆς κιγκλίδος ἁβρυνόμενον, ⁊ ἀκωλύτως εἰσιόντα, ⁊ τὴν πᾶσαν ἔνδον γεγυμνασμένον. σὺ δ᾽ αὐτὸς οὐδέπω ὁρᾷς, ὃ τινος ἕνεκα βιάζομαι σε αὐτῆς εἰς δουλείας. πλὴν ἀλλὰ χαίρεις γε, ⁊ σαυτὸν ὄλβια πάσχειν, ⁊ ἀεὶ τὰ μέλλοντα βελτίω γενήσεσθαι νομίζεις· ὃ δὴ ἔμπαλιν ἢ σὺ ἤλπισας, γίγνεται. ⁊ ὡς ἡ παροιμία φησὶν, Ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, καθ᾽ ἑκάστην ὡς εἰπεῖν τὴν ἡμέραν ἀποσμικρυνόμενον, ⁊ εἰς τοὐπίσω ἀναποδίζον. ἡρέμα οἶμαι, ὡσπερ ἐν ἀμυδρῷ τῷ φωτὶ τότε πρῶτον διαβλέπων, ἄρχῃ καταγνῶναι, ὡς αἱ μὲν χρυσαῖ ἐκεῖναι ἐλπίδες, οὐδὲν ἄλλ᾽ ἢ φυσαί τινες ἦσαν ὑπόχρυσοι· βαρεῖς δὲ, ⁊ ἀληθεῖς, ⁊ ἀπαραίτητοι, καὶ συνεχεῖς οἱ πόνοι. τίνες δ᾽ ὅτι ἴσως ἐρήσῃ με· ὐχ ὁρῶ γὰρ ὅ, τι B ὀδύνηρὸν ἐν ταῖς τοιαύταις ξυνουσίαις ὑπάρχει, οὐδ᾽ ὀδυνῶ ἄπτομαι ἔφασθα τὰ καμάτηρά καὶ ἀφόρητα. σκόπει δὴ καὶ σύ, ὦ γενναῖε, μὴ εἰ κάματός ἐστιν ἐν τῷ πράγματι μόνον ὀξετάζων, ἀλλὰ ⁊ ὃ αἰσχρὸν, ⁊ ταπεινὸν, ⁊ συνόλως δουλοπρεπὲς, σὺν ἐν πρέρχῃ τῆς ἀνεψάσεως πρέμνου· ⁊ πρῶτόν γε μέμνησο μηκέτι ἐλεύθερον ὃ ἀπ᾽ ἐκείνης, μηδὲ δυπατρείδην σαυτὸν οἴεσθαι. πρώτα γὰρ ταῦτα ὃ γένος, τὴν ἐλευθερίαν, τοὺς προγόνους ἔξω τῆς ὁδοῦ καταλείψων, ἴσθι, ἐπειδὴν ὅτι τοιαύτην σαυτὸν λατρείαν ἀπεμπολήσας εἰσίῃς. ⁊ γὰρ ἐθελήσῃ σοι ἡ Ελευθερία ξυνεξελθεῖν, ἐφ᾽ ὅτῳ ἀγωνῇ πρᾴγματα ⁊ πάντα εἰσιόντι. δοῦλος οἶμαι, εἰ καὶ πάνυ ἀληθῶς τῷ ὀνόματι, ⁊ ὐχ ἑνὸς, ἀλλὰ πολλῶν δοῦλος ἀναγκαίως ἔσῃ, ⁊ ἡνεύσῃς κάτω νενευκὼς ἕωθεν ἐς ἑσπέραν, ἀεικελίῳ ὅτι μισθῷ· καὶ ἅτε δὴ μὴ ἐκ παίδων τῇ δουλείᾳ ξυντραφείς, ὀψιμαθήσας δὲ, ⁊ πόρρω που τῆς ἡλικίας παιδευόμενος πρὸς αὐτῆς, ⁊ πάνυ ἀδόκιμος ἔσῃ, οὐδὲ πολλοῦ ἄξιος τῷ δεσπότῃ. ἁμαρτήσει γάρ σε ἡ μνήμη τῆς ἐλευθερίας

C

D

te torqueat, neque stringat, donec illi tandem paulatim assueueris. Tum verò ij qui foris sunt mortales, hoc ipso nomine tuam fortunam admirantur, quòd te conspiciant intra cancellos versantem, ac nullo prohibente introëuntem, prorsus præclaris illis opibus deliciisque domesticum quendam ac familiarem esse factum. At ipse nondũ videre potes quam ob rem illi te felicem existimẽt, nisi quòd gaudes tamen, téque ipse fallis, semper futura meliora fore existimans. Cęterùm contra atque speraris euenit, & quemadmodum adagio dicitur, iuxta Mandrabuli morem negotium procedit, in singulos (vt ita dixerim) dies deteriùs ac retro relabens. Vnde paulatim velut in luce dubia, tum demum dispiciens intelligere incipis, aureas illas spes nihil aliud fuisse, quàm ampullas quasdam inauratas; labores autem esse graues, feros, ineuitabiles, ac perpetuos. Sed quinam isti sint, forsitan me rogabis. Neque enim video, inquies, quid in hac consuetudine sit adeò molestum, neque intelligo ista quæ commemoras grauia atque intoleranda. Audi igitur vir egregie, non molestiam modò negotij perpendens, verùm fœditatem, humilitatem, prorsúsque seruilitatem vel præcipuè interim considerans. Principiò memineris ex eo tempore te iam neque liberum neque ingenuum posse videri. Noueris enim te hæc omnia, genus, libertatem, progenitores ante limen relinquere, quum in huiusmodi seruitutem temetipsum addicens in ædes ingrederis. Siquidem libertas tibi comes ire recusarit, ad vitam tam indignam, tam humilem, te conferenti. Seruus itaque (tametsi nomine ipso grauiter offenderis) seruus inquam, velis nolis, futurus es: neque vnius seruus, verùm complurium, operámque seruilem præstare cogêris obstipo capite, à diluculo in vesperam vsque, idque mercede vili atque indigna. Adde quòd ne placebis quidem admodum, neque domino satisfacies, neque ab illo magnifies, vt qui non à puero fueris ad seruitium institutus, sed serò didiceris, atque ætate multùm aliena cœperis ad id erudiri. Excruciat autem te pristinæ libertatis me-

ἐπαιοῦσα· καὶ ἀποσκιρτᾷν σύοτε ποιῇς, καὶ δ' αὐτὸ σὺ τῇ δουλείᾳ πονήρως ἀπαλλάττειν πάλιν εἰ μὴ ἀποχρῶν σοι τοῦτο ἐλευθερίαν νομίζεις, ὃ μὴ Πυρρίᾳ μηδὲ Ζωπυρίωνος υἱὸν εἶ), μηδ' ὡς ὁ τις Βιθυνὸς ἐπὶ μεγαλοφώνῳ τῷ κήρυκι ἀπημπολῆσθαι. ἀλλ' ὁπότερον, ὦ βέλτιστε, τῆς νομιμίας ὑπεραίσῃ, ἀναμιχθεὶς τῷ Πυρρίᾳ καὶ τῷ Ζωπυρίωνι, τοσοῦτον πλῆθος χεῖρα ὁμοίως τοῖς ἀλλοις οἰκέτας, καὶ λάβης σκῆπτρον ὅ, τι δήποτε ἐστὶν ὃ διδόμενον, τοῦτο ἡ τοιαύτη ὄντως κήρυκος γὰρ οὐκ ἔδει σε ἐπ' αὐτῷ ἑαυτὸν ἀποκηρύξαντα, καὶ μακρῷ χρόνῳ μνηστευσάμενον ἑαυτῷ τὸν δεσπότην. εἶτ', ὦ κάθαρμα (φαίην ἂν καὶ μάλιστα τοῖς τὸν φιλόσοφον φέρουσι) εἴ σε μόνον τις ἢ πλέοντα καταπονήσας συλλαβών, ἢ λῃστὴς ἀπεδίδοτο· ὠκτειρες ἂν σεαυτὸν, ὡς τοιαύτῃ ἀξίαν δυσχεραίνοντα· ἢ εἴ τις σου συλλαβόμενος, ἦγε δοῦλον εἶναι λέγων, ἐβόας ἂν τοὺς νόμους, καὶ δεινὰ ἐποίεις, καὶ ἠγανάκτεις, καὶ, ὦ γῆ, καὶ θεοί, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐκεκράγεις ἂν σεαυτὸν ὄν, ὀλίγων ἕνεκα ὀβολῶν, ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας, ὅτε καὶ εἰ φύσει δοῦλος ἦσθα, καιρὸς ἦν σοι τοῦτο ἐλευθερίαν ἤδη ὁρᾶν, αὐτῇ ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ φέρων ἀπημπόλησας; οὐδὲ τοὺς πολλοὺς ἐκείνους λόγους αἰδεσθείς, οἷς ὁ καλὸς Πλάτων, ἢ ὁ Χρύσιππος, ἢ Ἀριστοτέλης διεξελήλυθασι, τὸ μὲν ἐλεύθερον ἐπαινοῦντες, τὸ δουλοπρεπὲς δὲ ψεγόμενον; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ κἀλαζόνι καὶ ἀνελευθέροις, καὶ βωμολόχοις συντρεχόμενος, καὶ τοσούτῳ πλήθει Ῥωμαϊκῷ μόνος ξενίζων τῷ τρίβωνι, καὶ πονήρως τὴν Ῥωμαίων φωνὴν βαρβαρίζων, εἶτα δεῖπνων δεῖπνα θορυβώδη, καὶ πολυανθρωπα, συγκλύδων τινῶν, καὶ τῶν πλείστων μοχθηρῶν; καὶ οὐ αὐτοῖς ἐπαινεῖς φορτικῶς, καὶ πίνεις πέρα τοῦ μετρίως ἔχοντος· ἕωθέν τε ὑπὸ κώδωνι ἐξαναστάς, ἀποσφαλμὸς τοῦ ὕπνου ὃ ἥδιστον, συμπεφυρμένος αὖθις, καὶ κάτω, ἐπὶ τὸν χθιζὸν πηλὸν ἔχων ὅτι τῶν σκελῶν; ὅπως ἀπορία μή σε θέρμων ἔχει, ἢ τῶν ἀγρίων λαχάνων, ἐπέλιπον δὲ καὶ αἱ κρῆναι ῥέουσαί σοι ψυχροῦ ὕδατος, ὡς ὅτι ταῦτά σε ἐπ' ἀμυχθίας ἐλθεῖν; ἀλλὰ δῆλον ὡς οὐχ ὕδατος, οὐδὲ θέρμων, ἀλλὰ πομμάτων, καὶ ὄψων,

moria animo recurſans, facítque vt interdum reſilire conêre, reluctériſque, atque ob id ipſum fit vt ſeruitus tibi moleſtior accidat. Niſi fortè illud tibi ad libertatem ſufficere putas, quòd non fueris Pyrrhia aut Zopyrione patre prognatus: aut quòd non ſic vti Bithynicum aliquod mancipium vociferante præcone diuendaris. Atqui tum vir egregie, cùm inſtante nouilunio Pyrrhiis & Zopyrionibus immixtus, manum itidem vt alij ſeruuli protendis, capíſque quodcunque illud tandem eſt quod datur, hæc videlicet eſt auctio. Nam præcone nihil opus erat homini qui ipſus ſui fuerit præco, quíque ipſe vltro ſibi multo tempore dominum ambierit. Age iam ô ſceleſte (cur enim non dicam, præſertim in eum qui ſe philoſophum eſſe dicat?) ſi quis te pirata inter nauigandum captum, aut ſi quis prædo in ſeruitutem tradidiſſet, teipſum deplorares, tanquam indignam fortunæ iniuriam patientem: aut ſi quis manu iniecta te duceret, in ſeruitutem aſſerẽs, leges inclamares, omnia faceres, acerbè ferres, &, ô terra, ô dij, magno clamore vociferarereris: nunc verò quum ipſe te ob paucos obolos id ætatis in qua etiam ſi ſeruus natus eſſes, tamen tempeſtiuum fuiſſet iam ad libertatem aſpirare, cum ipſa virtute ac ſapientia vltro addictum vendideris, nihil illa reueritus, quæ permulta ab egregio Platone, Chryſippo, Ariſtotele, diſſeruntur, quum libertatẽ laudant, ſeruitutem damnant: an non te pudet, quum inter homines aſſentatores & emptitios ac ſeurras verſans, ex æquo cum illis æſtimaris! quum in tanta Romanorum turba ſolus peregrino in pallio verſaris, quúmque Romanam linguam perperam ac barbarè ſonas: præterea quum agitas conuiuia tumultuoſa, magna hominum turba conferta, quorum plerique collectitij quidam ſunt & improbi? atque inter hos laudas odioſe, bibíſque præter modum: deinde mane ad tintinabulum expergefactus, diſcuſſa ab oculis dulciſſima ſomni parte, vnà ſurſum ac deorſum circuncurſas, heſterno luto etiamdum tibiis adhærente? Vſqueadeó ne te lupini aut holerum agreſtium tenuit penuria? Vſqueadeo tibi defuerunt fontes frigida manantes aqua, vt per deſperationem ad iſta deuenires? Haud puto: quin potiùs palàm eſt, te non frigidæ aquæ, neque lupini, ſed bellariorum atque obſoniorum,

viníque odorati cupiditate captum eò veniſſe: quæ dum lupi piſcis in morem auidiùs appetis, tuo merito euênit vt hamus tibi fauces transfixerit. Itaque præſtò ſunt huius intemperantiæ gulæque auctoramenta. Ac perinde atque ſimia à trunco reuinctus collo, reliquis quidem omnibus riſui es: at ipſe tibi deliciis affluere videris, cui contigerit affatim expleri carycis. Cæterùm libertas, ingenuitas, vnà cum ipſis gentilibus ac tribulibus, hæc nimirum euanida cuncta: atque iſtarum rerum ne memoria quidem vlla: quanquam hoc quoque ferendum, ſi vita iſta cum hac turpitudine duntaxat eſſet coniuncta, quòd è libero ſeruum videri facit: non labores etiam accederent, cum illa ſeruorum colluuie communes. Sed vide num quæ tibi imperantur, leuiora ſint his quæ Dromoni aut Tibio mandantur. Nam doctrinæ quidem (cuius rei cupiditate ſimularat te in familiam ſuã accerſiſſe ſeſe) perquam exigua illi cura eſt. Quid enim (vt dici ſolet) commercii aſino cum lyra? An non vides videlicet quàm miſerè macerentur immodico deſiderio vel Homericæ ſapientiæ, vel Demoſthenicæ grauitatis ac vehementiæ, vel Platonicæ ſublimitatis? Quorum mehercle ex animis ſi quis aurum, argentum, atque harum rerum curas tollat, nihil fuerit reliquum præter faſtum, mollitiem, laſciuiam, luxum, ferocitatem, imperitiam. Atque ad iſta nihil prorſum opus te. Verùm quoniam tibi barba ingens propendet à mento, quoniámque vultu ipſo graue quiddam & venerandum præ te fers, tum quia pallio Græcanico decenter amictus es, norúntque iam omnes te grammaticum eſſe, ſeu rhetorẽ, ſeu philoſophum: pulchrum ille ſibi putat, vt & eiuſmodi quiſpiam, anteambulonum ſuorum pompæ permixtus eſſe videatur. Futurum enim hac re, vt Græcanicarum diſciplinarum ſtudioſus, reliquæque omnis doctrinæ neque negligens neque rudis eſſe putetur. Vnde fit vt in periculum vir egregie venias, ne non tam ob admirandas illas artes, quàm magis ob barbam palliúmque conductus eſſe videare: proinde vt perpetuus apud illum conſpiciaris oportet, neque abſis vnquam, verùm vt diluculo relictis ſtratis in famulitio temet exhibeas conſpiciendum, neque locum in acie deſeras. Porrò ille iniecta nonnunquam tibi manu, quicquid fortè in mentem inciderit, de hoc

A καὶ οἶνος αἰθοσμίας ὀπτὸν μόλις, ἑάλως, καθάπερ ὁ λάβραξ, αὐτὸν μάλα δικαίως τὸν ὀρεγόμενον τούτων λαιμὸν ἀγκιστρεῖς. τοῦδε πόδας διηνεκοῦς τῆς λιχνείας ταύτης ταπίνθεα. καὶ ὥσπερ οἱ πίθηκοι, κλοιῷ δεθεὶς τὸν τράχηλον, ἄλλοις μὲν γέλωτα παρέχεις· σαυτῷ δὲ δοκεῖς πλουτᾶν, ὅτι ἔστι σοι τῶν ἰσχάδων ἀφθόνως ἐντραγεῖν· ἡ δὲ Ἐλευθερία, καὶ ὃ θύμιες, αὐτοῖς φυλέταις & φράτορσι, φροῦδα πάντα, καὶ οὐδὲ μνήμη τις αὐτῶν· καὶ ἀγαπητὸν, εἰ μόνον ὃ αἴσχιον προσιὼν τῷ προσώπατι, δοῦλον αὐτ' ἐλευ-

B θέρου δοκεῖν, οἱ δὲ πόνοι μὴ τοσοῦτοι τοὺς πάνυ τούτοις οἰκέτας· ἀλλ' ὅσα εἰ μετειώτερά σοι προστέτακται τῶν Δρόμωνι καὶ Τιβίῳ προστεταγμένων. ὧν μὲν γὰρ ἕνεκα τῶν μαθημάτων ὀπτυμεῖν φήσας παρείληφέναι, ὀλίγον αὐτῷ μέλει. τί γὰρ κοινὸν φασὶ λύρᾳ καὶ ὄνῳ; πάνυ γοῦν ὁρᾷς; ἐκτετήκασι τῷ πόθῳ τῆς Ὁμήρου σοφίας, ἢ τῆς Δημοσθένους δριμύτητος, ἢ τῆς Πλάτωνος μεγαλοφροσύνης, ὧν ἴσως τις ἐκ τῆς

C ψυχῆς ἀφέλῃ τὸ χρυσίον, καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὰς περὶ τούτων φροντίδας· τὸ καταλειπόμενον ὄγκος τῦφος καὶ μαλακία, καὶ ἁβρυπάθεια, καὶ ἀσέλγεια, καὶ ὕβρεις, καὶ ἀπαιδευσία. δεῖται δή σου ἐπ' ἐκεῖνα μὲν οὐδαμῶς. ἐπεὶ δὲ πώγωνα ἔχεις βαθὺν, καὶ σεμνός τις εἶ τὴν προσῳδίαν, καὶ ἱμάτιον Ἑλληνικὸν δικαίως περιβέβλησαι, καὶ πάντες ἴσασί σε γραμματικὸν, ἢ ῥήτορα, ἢ φιλόσοφον, καλὸν αὐτῷ δοκεῖ διαμεμίχθαι καὶ διδάσκαλόν τινα τοῖς προϊοῦσι, καὶ προπομπεύουσιν αὐτοῦ. δό-

D ξει γὰρ ἐκ τούτου καὶ φιλομαθὴς τὴν Ἑλληνικὴν μαθημάτων, καὶ ὅλως, περὶ παιδείαν φιλόκαλος· ὥστε κινδυνεύεις, ὦ γενναῖε, αὐτὴ τὴν θαυμαστῶν λόγων, τὸν πώγωνα καὶ τὸν τρίβωνα μεμαθηκέναι. χρὴ οὖν σε ἀεὶ σοὶ αὐτῷ ὁρᾶσθαι, καὶ μηδέποτε ἀπολείπεσθαι· ἀλλ' ἔωθεν ἐξαναστάντα, παρέχειν σεαυτὸν ὀφθησόμενον ἐν τῇ περιπάτῳ, καὶ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν· ὅσῃ δ' ὀπισθάλλων σκύτη σοι τὴν χεῖρα, ὅ, τι αὐ τύχοι, λα-

ρᾷ, τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὀπιδήκοῦμος, ὡς A tecum nugatur, obuiis ostentans quàm
ὄδῃ· ὧδῶ βαδίζων, ἀμελὴς ὢν τῶν μουσῶν, ne per viam quidem ingrediens, incu-
ἀλλ' εἰς καλὸν τιὼ σὺ τῶν πεπάτων ἀφα- rius sit literarum, quin vt illud ipsum
πίηται χολιώ. σύῃ ἄθλιος, τὰ μὲν πα- etiam otium quod inter inambulandum
εδραμὼν, τὰ δὲ, βάδην ἄνω πολλὰ δ' datur, in te quapiam honesta collocet.
κάτω (τοιαύτη γὰρ, ὡς οἶσθα, ἡ Πό- At tu miser interim, nunc cursim, nunc
λις) πεπελθὼν, ἱδρωκὼς τε, καὶ πνευστιᾶς. gradatim, nunc scansim plerunque, nunc
κἀκεῖνῳ ἔνδον τινὶ τῶν φίλων, πρὸς ὃν ἦλθε, descensim (nam scis huiusmodi esse vr-
ἀφαλεγομένῳ, μετ' ὀπου καθίζῃς ἔχων, ὀρ- bem) obambulans, tum sudas tum spiri-
θὸς ὑπ' ἀπορίας ἀναγιγνώσκῃς τὸ βιβλίον tum anhelus trahis. Deinde illo intus
παρηρεισάμενος· ἐπειδὴ δὲ ἄσιτόν τε καὶ cum amico quopiam, ad quem accessit,
ἄποτον ἡ νὺξ καταλάβῃ, λουσάμενος πονη- confabulante, quum tibi interim locus
ρῶς ἀφεὶς, πρὶ αὐτό που φεδὸν τὸ μεσονύ- B desit vbi vel assidere queas, librum vi-
κτιον ἥκεις ὑπὸ τὸ δεῖπνον, σὺκ ἔνδ' ὁμοίως ἔν- delicet stans in manum sumis, quóque
τιμος, σὺδὲ πρόθυμος τοῖς παροῦσιν. ἀλλ' fallas tædium, legis. Pòst vbi ieiunum
ἰὼ τις ἄλλος ἐπεισέλθῃ νεανίσκος, ἐς τοῦ- te sitientémque nox occupauit, in-
πίσω σύ· καὶ ὅπως ἐς τιὼ ἀπημοτάτιω γω- commodè lotus, intempestiuè, puta
νίᾳ ὀξωθεῖς, καθάκεισαι μύρτος, μόνον nocte fermè concubia, ad cœnam ac-
τῶν προφερομένων τὰ ὀστᾶ, εἰ ἀφίκοιτο μέ- cedis, haud perinde deinceps in pre-
χρι σοῦ, καθάπερ οἱ κύνες πρόσθιον, ἢ δ' tio habitus, neque conspiciendus his
σκληρὸν τῆς μαλάχης φύλλον, ᾧ τἆλ- qui adsunt. Verùm si quis aduenerit re-
λα στιβάδουσιν, εἰ ἐπιφοβοῖτο τοῦ τῶν centior, tu post tergum reiiceris. Itaque
προκατακειμένων, ἄσμενος ἐπὶ λιμὸν in angulum aliquem abiectissimum re-
προσφοιτῶν. ἢ μὲν ἢ δ' ἡ ἄλλη ὕβρις ἀ- truisus, accumbis, testis duntaxat ac spe-
πεστιν, ἀλλ' ὅτε ὠὸν ἔχῃς μόνος; ἢ γὰρ αἰσ- ctator eorum quæ apponuntur, canum
χρὸν ὅτι καὶ σὲ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τοῖς ξένοις καὶ ritu ossa circumrodens, si fors ad te
ἀγνώστοις ἀντιποιᾶσθαι· ἀγνωμοσύνη γὰρ σὴ perueniat, vel aridum maluæ folium,
τοῦτό γε· ὅτε ἡ ὄρνις ὁμοία ταῖς ἄλλαις, ἀλ- quo reliqua inuoluunt, si fastidiatur ab
λὰ τῶν μὲν πλουσίων, παχεῖα καὶ πιμελὴς, C iis qui supra te accumbunt, præ fame li-
σοὶ δὲ, νεοττὸς ἡμίτομος, ἢ φάτνα τις ἐπό- benter arrupturus. Audi iam & aliud
σκληρος; ὕβρεως ἀῤῥιπτος, καὶ ἀτιμία· πολ- contumeliæ genus. Quid quòd ne o-
λάκις δὲ ἰὼ ὀπτιλίποι ἄλλῳ τινὸς, αἰφνιδίως uum quidem soli tibi apponitur? Ne-
ὑπὸ παρόντος ὀράμενος ὁ ἀφέκτης τὰ σοὶ que enim conuenit, vt tu semper ea-
προκείμενα φέρων, ἐκείνῳ προτίθει- dem requiras, quæ hospitibus atque i-
κεν, ἐπιτονθορύσας· σὺ γὰρ ἡμέτερος εἶ. D gnotis ministrantur, quandoquidem
τεμνομένῳ μὲν γὰρ ἐν τῷ μέσῳ ἢ συὸς hæc tua sit inscitia atque inurbanitas.
ἐπανατρίῳ, ἢ ἐλάφῳ, χρὴ σὲ πάντως ἢ Neque auis eiusmodi tibi apponitur,
τὸν ἀφανέστατα ἴλεων ἔχειν, ἢ τιὼ Προμη- qualis aliis, verùm diuiti illi pinguis &
θέως μερίδα φέρεσθαι, ὅστᾶ κεκαλυμμένα succulenta, tibi pullus dimidiatus, aut
τῇ πιμελῇ. ὃ γὰρ τῷ μὲν ἐπ' ὀστᾶν λεπά- palumbus aliquis aridus atque insipidus,
δα πρέσασθαι, ἔστ' ἂν ἀπαναρθῶσι ἐμφορού- non auis videlicet, sed manifesta contu-
μενος, σὲ δ' ὅτω ταχέως προδράμῃ, τίνι melia, ludibriúmque. Neque verò ra-
φορητὸν ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ, καὶ ὁπόσην αἰ ἔλαφοι rò fit, vt si quando desit alibi, mini-
τὴν χολὴν ἔχουσι; καίτοι σὺδέπω σκῦφον ἔφλυ, ster repentè te inspectante submouens
ea quæ tibi erant apposita, aliis apponat, illud tibi ad aurem immurmurans, Tu profectò noster es. Quòd si quando interim dissecetur vel porca fœta, vel ceruus: aut structorem tibi modis omnibus propitium habeas oportet: aut certè Promethei partem feres: nempe ossa adipe circumtecta. Nam quòd ei qui supra te accumbit, patina finitur adstare quoad satiatus repudiet, te contrà tam celeriter prætercurrat, quis tandem isthuc ferat, qui modò sit ingenuus, cuiq; tantum insit bilis, quantum vel ceruis adest? Atque illud equidem nondum dixi,

Quotidianum vitium.

quòd reliquis ſuauiſſimum ac vetuſtiſſimum vinum bibentibus, tu ſolus malum quoddam & pingue bibis. Proinde illud ſemper curas, vt auro argentóve bibas, ne colore prodente palàm fiat te vſque adeo contemptum neglectúmque eſſe conuiuam: quanquam, bene tecum ageretur, ſi vel illud ipſum ad ſatietatem vſque bibere liceret. At nunc vbi crebriùs popoſceris, miniſter audiſſe diſſimulat. Adde iam multas interim & alias eſſe res quæ te diſcrucient: imò nihil eſſe fermè, quod non ſit acerbum, maximè quum tibi cinædus aliquis antefertur: quin pluris te ſit is qui ſaltandi docet artem, qui iocos Ionicos contexit, Alexandrinus quiſpiam homunculus. Nam quî tibi ſperes tu vt in accubitu æqueris iis qui voluptates & amatoria ſubminiſtrant? qui literulas in pectore geſtant? Proinde in obſcuro quopiam conuiuij latibulo tectus, præque pudore abſtruſus, ſuſpiras, vti coniectãdum eſt, téque ipſum deploras, ac fortunam incuſas tuam, quæ tibi ne pauxillulum quidẽ lepôris ac venuſtatis aſperſerit. Ac prorſus ita videris affectus, vt optes poëta fieri, vt amatorias conſcribas cantiones: aut ſi id non contigit, vel eam aſſequi facultatem, vt poſſis ab aliis conditas dignè canere. Vides enim quibus in rebus ſitum eſt vt quis efferatur, plurimíque fiat. Quin & illud ferre queas, vt magi quoque aut arioli perſonam (ſi neceſſe ſit) induas, ex horum genere, qui amplas hæreditates, qui imperia, qui cumulatas opes pollicentur: quandoquidẽ hos quoque vides non mediocriter à diuitibus amari, plurimíque fieri: eóque vel vnum quodlibet horum fieri percupiás, vti ne prorſus reiiculus atque inutilis appareas. Atqui ne ad iſta quidem docilis es, infelix: proinde ſubmittas te oportet, muſſitéſque ac tacitus feras, clàm apud te plorans, ac neglectui habitus. Etenim ſi te famulus aliquis ſuſurro deferat, qui ſolus omnium non laudaris puerum heræ ſaltantem, aut cithara canẽtem, iſta ſcilicet ex re nõ leue diſcrimen impendet. Quapropter terreſtris in morem ranæ ſitiens vociferis neceſſe eſt, id operam dans, vt in laudantium numero inſignis ac præcipuus appareas. Quin ſæpicule ſilentibus reliquis tibi ficta quædam laus proferenda, quæque multam ſapiat aſſentationem. Iam verò magnopere ridiculum eſt, cũ eſurias interim ſitiáſque, vnguentis collíni, ac vertice geſtare coronam.

*Contemptus & reiectio poſt cinædos & ſaltatores.*

*Adulatio ridiculorum.*

A ὅτι τῶν ἄλλων ἥδιστόν τε καὶ παλαιότατον οἶνον πινόντων, μόνος σὺ πονηρόν τινα καὶ παχὺ πίνεις· θερμαθέντων ἀεὶ, ἐν ἀργύρῳ ἢ χρυσῷ πίνῃ, ὡς μὴ ἐλεγχθείης ἀπὸ τοῦ χρώματος, ὅτως ἄτιμος ὢν ξυμπότης· καὶ εἴθε γε καὶ ἐκεῖνα ἐς κόρον ἐῶ πίνῃ· νῦν δὲ πολλάκις αἰτήσαντος, ὁ παῖς ὑδρί' αἴοντι ἔοικεν. αἰτιᾷ δή σε πολλά, καὶ ἀθεΐα, καὶ φθόνου τὰ πρῶτα, καὶ μάλιστα ὅταν σε πρωθυδοκιμῇ κίναιδός τις, ἢ ὀρχηστοδιδάσκαλος, ἢ Ἰωνικὰ ξωείρων, Ἀλεξανδρεωτικὸς ἀνθρωπίσκος.

B Τοῖς μὲν γὰρ τὰ ἐρωτικὰ ταῦτα ἀφικνουμένοις, καὶ γραμματίδια ἐκ τοῦ κόλπου ἀφικομίζουσι, πόθεν σύ γ' ἰσότιμος καταχείμενος; τοιγαροῦν ἐν μυχῷ τῆς συμποσίου, καὶ ἐκ' αἰδοῦς καταδεδυκὼς, τένεις ὡς ὃ εἰκὸς, καὶ σαυτὸν οἰκτείρῃς, καὶ αἰτιᾷ τὴν τύχην, ὑδρί' ὀλίγα σοι τῶν χαρίτων ὑπεφεκάσασθαι. ἡδέως γ' ἄν μοι δοκῇς ἐκ ποιητὴς γενέσθαι τῶν ἐρωτικῶν ἀσμάτων, ἢ κἂν ἄλλο ποιήσαντος, δυνασθαι ἆδειν ἀξίως. ὁρᾷς γὰρ οἷ ὃ παρεσκευάσθαι ἐκ διδοκιμεῖν ὄφελος. ἐκποιήσαις δ' ἄν, εἰ καὶ

C μάγον, ἢ μάντιν ἐκπονεῖν δέοι, τῶν κληρονόμων πολυπαθήτους, καὶ ἀρχαῖς, καὶ ἀθέτους τοῖς πλούτοις ἐκπεφυκότων. καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτους ὁρᾷς δὴ φερομένους ἐπὶ ταῖς φιλίαις, καὶ πολλῶν ἀξιουμένους· κἂν ἓν τι μόριον τούτων ἡδέως ἂν γένοιο, ὡς μὴ ἀπόβλητος καὶ ἀθεώρητος εἶναι, ἀλλ' ἐσθ' ὅτε καὶ ταῦτα ὁ κακοδαίμων πιθανὸς εἶ. τοιγαροῦν ἀνάγκη μεῖσθαι, καὶ σιωπῇ ἀνέχεσθαι, ἐκπονούμενα, καὶ ἀμελούμενον. ἐῶ μὲν γὰρ κατείπῃ σοῦ τις φίλους οἰκέτης, ὡς

D μόνος οὐκ ἐπῄνεσας τὸν τῆς δεσποίνης παῖδα ὀρχούμενον, ἢ κιθαρίζοντα, κίνδυνος ἐν μικρῷ ἐν τῷ πράγματος. καὶ οὖν χρυσᾶ βατράχου δίκην διῴττα, κεκραγθναι, ὡς ὄπισθεν ἔσῃ ἐν τοῖς ἐπαινοῦσι, καὶ κορυφαῖος, ὑπομελούμενον. πολλάκις δὲ καὶ τῶν ἄλλων σιωπησάντων, αὐτὸν ἐπιπεῖν ἐσκεμμένον τινὰ ἔπαινον, πολλῇ τῇ χαλακείᾳ ἐμφανιοῦντα. ὃ μὲν γὰρ λιμῷ ξυόντα, καὶ, νὴ Δία, γαργαλίζοντα, μύρῳ χρίεσθαι, καὶ στεφανοῦσθαι τὸ κεφαλίῳ, ῥέμμα καὶ γελοῖον.

ἔοικας

ἔοικας γὰρ τότε στήλη ἐώλῳ τινὸς νεκροῦ ἄ- A
γοντος σκαλίσματα. καὶ γὰρ ἐκείνῃ καταχέαντες μύρον, καὶ τὸν στέφανον ἐπιθέντες, αὐτοὶ πίνουσι, καὶ διώχουται τὰ παρεσκευασμένα. ἰὼ μοὶ γὰρ καὶ ζηλότυπός τις ᾖ, καὶ παῖδες εὔμορφοι ὦσιν, ἢ νέα γυνή, καὶ σὺ μὴ πάντελῶς πόρρω Ἀφροδίτης καὶ Χαρίτων ᾖς, οὐκ ἐν εἰρήνῃ τὸ πρᾶγμα, ὦσθ' ὁ κίνδυνος οὐκ ἀφεκτός. ὥστε καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί, ἃ μόνον πάλιν ὁρῶντες, ἀλλ' ἀεί τι καὶ προσεπιμεζῶντες ὡς μὴ νυστάζῃν δοκοῖεν. δεῖ οὖν ὥσπερ ἐν τοῖς Περσικοῖς δεί- B πνοις κάτω νεύοντα κατακεῖσθαι, δεδοικότα μή τις εὐνοῦχός σε ἴδῃ προσβλέψαντα μιᾷ τῶν παλλακίδων, ἐπεὶ ἄλλος γε εὐνοῦχος ἐντεταμένον πάλαι τὸ τόξον ἔχων, ἂ μὴ θέμις ὁρῶντα, ἀφῆκεν τῷ οἰκτῷ μεταξὺ πίνοντος, τὸ γλαῦκα. εἶτ' ἀπελθὼν τοῦ δείπνου, μικρόν τι κατέδαρθες. ὦ τοῦ δ' ὕπνου ἀλεκτρυόνων ἀνεγρόντων, ὦ δείλαιος ἐγὼ φὴς, καὶ ἄθλιος, οἵας τὰς πάλαι ἀφῆκας ἑταίρους, καὶ βίον ἀπρά- C γμονα, καὶ ὕπνον μεθύοντα τῇ ἐπιθυμίᾳ, καὶ πρὸς πάντας ἐλευθέρους, εἰς οἵ' ἐμαυτὸν βάραθρον φέρων ἐμαυτὸν ἐνέσεσηκα. τίνος ἕνεκα, ὦ θεοί, ἢ τίς ὁ λαμπρὸς μισθὸς οὗτος ἔστιν; οὐ γὰρ καὶ ἄλλως μοι πλείω τούτων ἐκπορίζειν δυνατὸν ἰών, καὶ προσιὼν ὁ ἐλεύθερον, καὶ τὸ πάντα ἐπ' ἐξουσίας. νῦν δὲ τὸ τοῦ λόγου, λέων κρόκην δεδεὶς αὖθις καὶ κάτω πρόσιμεν, ὁ πάντων οἰκτιστον, ὦδ' ἀδοκιμεῖν εἰ- D δὼς, σοὶ δὲ κεχαρισμένος εἰ δυνάμενος. ἰδιώτης γὰρ ἐγὼ τῶν τοιούτων, καὶ ἄτεχνος, καὶ μάλιστα προσκαλόμενος ἀνδράσι, τέχνῃ τὸ πρᾶγμα πεποιημένοις. ὡς δὲ καὶ ἀχάριστός εἰμι, καὶ ἧκιστα συμποτικὸς, οὐδ' ὅσον γέλωτα ποιῆσαι δυνάμενος. σκυθρωπὸς γὰρ αὐτῷ δοκῶ. καὶ ὅλως, οὐκ ἔχω ὅπως ἁρμόσομαι πρὸς αὐτόν. ἰὼ μοὶ γὰρ ὅτι τοῦ σεμνοῦ φυλάττω ἐμαυτὸν, ἀνδρὸς ἔδοξα, ἐμοὶ γοῦν φθυκτέος.

Siquidem id temporis non dissimilis vidêre sepulchrali columnæ vetusti cuiuspiam cadaueris, quæ gestare solet ea quæ Manibus inferuntur. Nam huic infuso vnguento, impositáque corona, ipsi & bibunt & edunt apparatas epulas. Porrò *Pericula & metus.* si etiam zelotypus quispiã fuerit, sintque illi vel pueri formosi, vel vxor puella, neque tu prorsus à Venere Gratiisque fueris alienus: profectò non satis tuta res, neque periculum negligendum, propterea quòd regis plures sunt oculi, qui quidem non vera solùm vident, sed semper veris aliquid addunt ad cumulũ, ne conniuere videantur. Quas ob res vultu demisso tibi est accumbendum, quemadmodum in Persicis conuiuiis fieri mos est verito, ne quis eunuchus sentiat te in concubinam aliquam coniicientem oculos: móxque alter eunuchus, cui iamdudum arcus in manu tensus est, quia videris quæ videre nephas, inter bibendum malam iaculo transfigat. Iam peracto cõuiuio, vbi paululum dormieris, ad galli cantũ expergefactus, O me miserum, inquis, ô infortu- *Pœnitentia.* natum! Cuiusmodi quondam conuictus, quos amicos reliqui! tum vitam tranquillam, & otij plenam: somnum quem meapte cupiditate metiri soleo: deambulationes liberas: atque ex his in quale barathrum memet præcipitem dedi? &, deum immortalem, cuius tandem rei gratia? Aut quódnam istud magnificum præmium? At nec fieri quidem potuit, vt mihi vnquam aliàs plures commoditates suppeterent, quàm tum suppetebant. Tum autem accedebat libertas, atque omnia pro meopte arbitrio faciendi facultas. Nunc porrò iuxta id quod prouerbio iactatum est, Leo chordula vinctus sursum ac deorsum circumferor. Quódque omnium est miserrimum, maximéque deplorandum, neque efficere possum vt placeam, neque gratiam emereri queo: propterea quòd harum rerum sum imperitus ac rudis, maximè cõpositus collatúsque cum his qui hæc velut artem profitẽtur. Proinde iniucundus sum, ac neutiquam aptus cõuiuiis, quippe qui ne risum quidem concitare norim. Quin etiam sentio me non rarò molestum esse & importunum quum adsum, maximè quum ipse seipso festiuior esse conatur: nam illi tetricus videor. In summa, nullã inuenio viam, qua me illi accommodem. Etenim si meam ipsius auctoritatẽ ac seueritatem tueri pergo, iniucundus videor, ac propemodum horrẽdus ac refugiendus.

Contrà ſi riſero, vultúmque quàm poſ-
ſum maximè ad hilaritatem compoſuero, faſtidit illico ille, & auerſatur. Ac prorſus tale quiddam mihi videtur, quale ſit ſi quis in perſona tragica Comœdiã agere tentet. Poſtremò quam tandem aliam vitam mihi viuam demens, poſteaquam hanc præſentem alteri vixerim? Dùm hæc tecũ loqueris, iam ſonuit tintinnabulum, iámque ad eadem tibi redeundum eſt, obambulandum, ſtandum, ſed ceromate inunctis antè femoribus poplitibúſque, ſi modò velis par eſſe certamini, præmióque tollendo idoneus. Deinde conuiuium idem & eadem apparatum hora. Iámque adeò diuerſa viuendi ratio, ſuperiorique contraria, tum inſomnia, ſudor, defatigatio, paulatim quaſi ſuffoſſis cuniculis inducunt vel tabem, vel pulmonis exulcerationem, vel inteſtini tormina, vel egregiam illam podagram. Reluctaris tamen ſedulò: ac frequenter, quum valetudo poſcat vti lecto decumbas, ne hoc quidem licet; eò quòd aſſimulari morbus, quò munia officiáque iuſta defugias, exiſtimatur. Hinc præter omneis perpetuò palles, ſempérque iamiam morituro vidêre ſimilis. Et hactenus quidem de his quæ domi ferenda ſunt. Quòd ſi quando fuerit peregrinandum: vt ne interim referam alia incommoda, ſæpe fit vt pluuio cœlo, vbi poſtremus veneris (nam is locus tibi ſorte contigit) vehiculum opperiaris, donec nullo iam reliquo loco vbi diuerſeris, proximè coquum, aut heræ comptorem te reclinant, ne ſtipulis quidem affatim ſubſtratis. Neq; verò tibi referre grauabor, quod mihi Theſmopolis iſte Stoicus narrauit ſibi accidiſſe, rem profectò nimiſquam ridiculam, quæ tamẽ eadem poſſit & alii cuiuis accidere. Conuiuebat enim cum opulenta quadã ac delicata muliere ex illuſtribus iſtis & vrbanis. Eam, quum aliquando peregre proficiſceretur (nam id primum aiebat ſibi maximopere deridiculum accidiſſe) in curru ſibi viro nimirum philoſopho adiunxiſſe cinædum quempiam picatis cruribus, deraſa barba: quem illa honoris (vt coniicio) gratia ſecum ducebat. Quin nomen quoque cinædi commemorabat: aiebat enim Chelidonium vocari. Iam primùm illud cuiuſmodi fuerit, vide, iuxta virum ſeuerum tetricúmque, tum ſenem, canóque mento (ſcis autem quàm profundã ac venerabilem barbã habuerit Theſmopolis)

A ἰὼ δὲ μειδιάσω, καὶ ῥυθμίσω ὃ πρόσωπον εἰς ὃ ἥδιστον, κατεφθάρκασιν οὗτος, καὶ διέσπασε, καὶ ὃ πρᾶγμα ὅμοιόν μοι δοκεῖ, ὥσπερ αὖ εἴ τις κωμῳδίαν ὑποκρίναιτο, τραγικὴν πρόσωπεῖον περικείμενος. ὃ δ' ὅλον, τίνα ἄλλον ὁ μάταιος ἐμαυτῷ βιώσομαι βίον, τὸν παρόντα τοῦτον ἄλλῳ βεβιωκώς. ἔτι σου τοῦτα διαλογιζομένου, ὁ κώδων ἤχησε, καὶ χρὴ πρὸς ὁμοίων ἔχεσθαι, καὶ πρίνοσεῖν, καὶ ἐσθίειν, ὑπαλείφασθαί γε πρότερον τοὺς βραχίονας, καὶ τὰς ἰγνύας, εἰ θέλεις διαρκέσαι πρὸς τὸν ἆθλον. εἶτα
B δεῖπνον ὅμοιον, καὶ ἐς τὠὐτὸ ὥρας πεπηγμένον. καὶ σοι τὰ τῆς διαίτης, πρὸς τὸν πάλαι βίον αἰτιῶνται· καὶ ἡ ἀγρυπνία δὲ, καὶ ὁ ἱδρὼς, καὶ ὁ κάματος, ῥέμα ἤδη ὑποῤῥιπτοῦσιν, ἢ φθίσιν, ἢ πρόπνευμονίαν, ἢ κώλου ἄλγημα, ἢ τὸν καλὸν ποδάγραν αἰσθάνεσθαι ἀπειλοῦντες. αὐτὴ γάρ σε ἡ ὥρα, καὶ πολλάκις καθαιρεῖσθαι δέον, οὐδὲ τοῦτο συγχωρεῖται. σκῆψις γὰρ ἡ νόσος, καὶ φυγὴ τῶν καθηκόντων ἔδοξεν. ὥστε δὲ ἀπώντων ὠχρὸς ἀεὶ, καὶ ὅσον οὐδέπω τεθνηξόμενος ἔοικας· καὶ
C τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει, ταῦτα. ἰὼ δέ που καὶ ἀποδημῆσαι δέοι, τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ. ὕοντος δὲ πολλάκις, ὕσαντος ἐλθὼν (τοιοῦτο γάρ σοι ἀποκεκλήρωται) ἐς ὃ ζεῦγος περιμένεις, ἔστ' ἂν οὐκ ἔτ' ὄσης καταγωγῆς, τῷ μαγείρῳ σε ἢ τῷ τῆς δεσποίνης κομμωτῇ συμπαραβύσωσιν, οὐδὲ τὴν φρυγάνων δαψιλῶς ὑποκαλόντες. οὐκ ὀκνῶ δέ σοι καὶ διηγήσασθαι ὃ μοι Θεσμόπολις οὗτος ὁ Στωϊκὸς διηγήσατο, ξυμβὰν αὐτῷ πρόγελοῖον, καὶ, νὴ Δί', οὐκ ἀνέλπιστον, ὡς ἂν ἐς ἄλλῳ τοιοῦτον συμβαίη.
D σεμνὴν μέν γε πλουσίᾳ τινὶ ἐς πρυφώσῃ γυναικὶ τὴν ὀπιφανῶν ἐν τῇ πόλει. δεῖσθαι δὲ καὶ ἀποδημῆσαί ποτε, ὃ μὲν πρῶτον, οὐχ ὑπὸ παθεῖν ἔφη γελοιότατον, συγκαθίζεσθαι τῷ αὐτῷ τὸν δεδόσθαι φιλοσόφῳ ὄντι, κίναιδόν τινα τῶν πεπιπλωμένων τὰ σκέλη, καὶ τὸν πώγωνα ξυρημένων· ἀφ' ἁμῆς δὲ αὐτὸν ἐκείνη ὡς ὃ εἰκὸς ἦγε, ἐς τοιῶμα δὲ τῆς κιναίδου ἀπεμιμήσθαι. Χελιδόνιον γὰρ καλεῖσθαι. τοῦτο τοίνυν πρῶτον ἠλίκον, σκυθρωπῷ καὶ γέροντι ἀνδρὶ καὶ πολιᾷ ὃ γένυς (οἶσθα γὰρ ὡς καλὸν πώγωνα ἐς σεμνὸν ὁ Θεσμόπολις εἶχε)

καθῆσθαι ἐξεσθαι φύκος ἐντετριμμένον, καὶ A assidere nihili hominẽ & effœminatum,
ὑπογεγραμμένον τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ δύσ- picturatis oculis, lubrico vultu, fracta cer-
σεσαλον μένον τὸ βλέμμα, καὶ τὸν πώγωνα uice, nõ Chelidonem, per Iouem, id eſt,
ὑπεκκεκλασμένον, ἀ χελιδόνα, μὰ Δί', ἀλλὰ hirundinem, ſed vulturem magis, reuul-
γύπα τινὰ περιεπτιλμένον τῷ πώγωνος τὰ ſis barbæ plumis. Quòd ni magnopere
περιφερῆ· καὶ εἰ γε μὴ πολλὰ δεηθεῖεν αὐτὸν illum fuiſſet deprecatus ne faceret, futu-
τὸν κεκρύφαλον ἔχοντα, ὅτι τῇ κεφαλῇ αὐ rum fuiſſe vt flammeum etiam in capite
συγκαθέζεσθαι. τὰ δ' ἄλλα, πρὸς ὅλον geſtans aſſideret. Præterea autem per-
τὸν ὁδὸν μυρίας τὰς ἀηδίας ἀναφέρεσθαι, petuo hoc itinere moleſtias innumera-
ἀναδόντας, καὶ περιπίζοντας· εἰ δὲ μὴ ἐπείχεν biles pertuliſſe ſeſe, illo cantillante gar-
αὐτὸς, ἴσως ἂν καὶ ὀρχουμένην ὅτι τῆς ἀπήνης rienteque, demum (niſi idem hominem
ἕτερον δ' ὧν τι δεῖ τοιοῦτον αὐτὴν προσταχθῆ- coërcuiſſet) in rheda etiã ſaltante. Adde-
aut tunicula semiputris ac detrita, tum denique plurima missitetur oportet. Atque aliquis qui statim subauscultarit herum id facere destinantem, præcurrit, ac primus rei index, abiénsque, non exiguũ pretium aufert, qui renuntiarit. At mane plus tredecim te adeunt idem apportantes nuntij: quorum quisque commemorat quàm multa dixerit, quemadmodum submonuerit, quemadmodum adhortãs commodiora subiecerit. Omnes itaque donati præmio discedunt, at non sine murmure tamen, qui non plura dederis. Porro salarium ipsum, sex fermè obolorum: idque si tu postules, grauis atque importunus haberis. Proinde quò illud aliquando auferas, primùm ipsi hero adulteris suppléxque fias necesse est: deinde captandus & dispensatoris fauor: nam hoc quoque quoddam est seruitutis genus. Neque verò negligẽdus is quem in consilium adhibet, neque item amicus. Deinde quod acceperis, iamdudum debebatur vel vestiario, vel medico, vel cerdoni cuipiam. Vnde fit vt sera atque intempestiua, eóque inutilia præmia tibi accedant: cæterùm inuidia ingens. Iámque etiam calumniæ quædam paulatim struuntur in te, apud hominem qui iam non inuitis auribus accipiat si quid aduersum te dicatur: quippe qui perspiciat te laboribus assiduis iam detritum, & ad obeunda munia famulatus claudicantem, atque obaudientem, ac podagra subinde grauari. Proinde postea quam id quòd erat in te florentissimum, decerpsit, æuique partem maximè frugiferam, ac præcipuum corporis vigorem detriuit, iámque te lacerum panniculum reddiderit, tum modis omnibus circunspicit in quod sterquilinium te portatum abiiciat, atque alium perferendis laboribus idoneum, in tuum substituat locum. Ibi insimulatus vel quòd pusionem illius tentaris, vel quod homo senex vxoris ancillam virginem vitiaris, vel alio quouis impositio crimine, noctu obuolutus ac præceps datus extruderis, discedísque desertus ab omnibus, atque omnium inops rerum, optimam podagram vnà cum senecta comitem ducens: cùm interim quæ quondam sciueris, tanto temporis spatio dedidiceris, tum vẽtrem culeo reddideris ampliorem, tibíque praueris inexplebile quoddam & implacabile malum. Etenim gula, ea quibus assueuit, flagitat: quæ cùm negantur, indignatur.

*Compensatio munerum.*

*Difficultas exigenda mercedis.*

*Exitus à missio ignominiosa.*

Adde quòd præterea nemo te posthac recepturus est in familiam, vtpote cuius iam præterierit ætas, quíque similis euaseris equis senio affectis, quorum ne pellis quidem perinde vt aliorum animantium est vsui. Quin ex hoc ipso quòd eiectus es, calumnia quàm potest proximè ad verisimilitudinem conficta, facit vt aut adulter, aut veneficus, aut aliud quippiam tale videaris. (Nam accusatori vel tacenti fides habetur:) tu verò Græculus, moribus leuibus, & ad omne facinus facilis. siquidem huiusmodi nos omnes esse ducunt, ídque iure optimo. Videor enim mihi causam aduertisse quamobrē ciusmodi de nobis obtineāt opinionem. Nam plerique qui in familias accedunt, propterea quòd alioqui nihil bonæ rei didicerunt, diuinationē ac maleficia profitentur, conciliationem amorum, abductiones in hostes: atque id quum faciunt, doctos sese affirmant, palliis amicti, barbisque neutiquam cōtemnendis onusti. His rebus fit, vt non iniuria eandem de reliquis omnibus habeant opinionem, quando eos quos præcipuos esse iudicāt, videant tales: maximè verò posteaquam animaduerterint quàm sint in conuiuiis reliquóque conuictu adulantes, quàm ad lucrum humiles ac seruiles. Deinde eiectos eosdē iam oderunt: neque id iniuria: ac modis omnibus adnitūtur, vt eos funditus perdant, si quo modo possint. Verentur enim, ne cūcta illa vitæ suæ ministeria in vulgus efferant, quippe qui nihil non exactè norint, quíque illos nudos cōspexerint. Ea res igitur illos malè angit. Omnes enim similes sunt pulcherrimis istis libris, quorum aurei quidem vmbilici, purpurea foris pellis: cæterū intus aut Thyestes est liberos in conuiuio comedens, aut Oedipus matris maritus, aut Tereus cum duabus pariter sororibus rē habens. Eiusmodi sunt & illi, splendidi cōspicuique: porro intus sub purpura varias occulunt tragœdias. Quorum vnumquemque si euolueris, explicueríque, fabulam nō mediocriter longā reperies Euripidis cuiuspiam, aut Sophoclis. Contrà foris nihil nisi purpura splendida, aureique vmbilici. Harum itaque rerum sibi conscij oderūt illos, atque insidias parant si quis penitus ab illis defecerit, qui eos probè cognitos depingat, qualésque sint euulget. Iam verò libet mihi Cebetis illius exemplo & imaginē quandam huius vitæ tibi depingere, vt eam contēplatus,

A καί σε ὄκν αὖ τις ἄλλος δέξαιτο ἔξωθεν ἤδη γεγονότα, καὶ τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐοικότα, ὧν οὐδὲ ὃ δέρμα ὁμοίως χρήσιμον· ἄλλως τε, καὶ ἡ ἐκ τῆς ἀπωθήσεως δυσβολὴ πρὸς

B τὸ μεῖζον εἰκάζουσιν, μιαρόν, ἢ φαρμακέα σε, ἢ τι τοιοῦτον ἄλλο δοκεῖν ποιεῖ. ὁ μὲν γὰρ κατήγορος, καὶ σιωπῶν ἀξιόπιστος· σὺ δ' Ἕλλην, καὶ ῥᾴδιος τὸν τρόπον, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀδικίαν εὔκολος· τοιούτοις γὰρ ἀπωθοῦμεν ἡμᾶς εἶναι οἰόμεθα· καὶ μάλα εἰκότως· δοκῶ γάρ μοι καὶ τῆς τοιαύτης δόξης αὐτοῖς, διὰ ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς, κατηγορικήν τινα αἰτίαν. πολλοὶ γὰρ οἱ ἐς τὰς οἰκίας προελθόντες, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι, μαντείας καὶ φαρμακείας ὑπισχνοῦντο, καὶ χάριτας ὅτι τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἀπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς. καὶ ταῦτα πεπαιδεῦσθαι λέγοντες, καὶ τρίβωνας ἀμπεχόμενοι, καὶ πώγωνας οὐκ ὀλιγοφρόντιστα κα-

C θειμένοι. εἰκότως οὖν τὴν ὁμοίαν πρὸς πάντων ὑπόνοιαν ἔχουσι, ὃς ἀρίστης φύσεως, τοιούτοις ὁρῶντες, καὶ μάλιστα ὑπισχνουμένους αὐτοῖς τινὰ ἐν τοῖς δείπνοις, καὶ τῇ ἄλλῃ ξυνουσίᾳ κολακείαν, καὶ τινὰ πρὸς τὸ κέρδος δουλοπρέπειαν. ἀποσφάλμενοι δ', αὐλοὺς μισοῦσι, καὶ μάλα εἰκότως, καὶ ἐξ ἁπάντων ζητοῦσιν ὅπως αὐτοῖς ἀπολέσωσιν, διὰ δυνῶνται. λογίζονται γὰρ ὡς ὀξαγοροῦσουσιν αὐτοῖς τὰ πολλὰ σκῆνα τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα, ὡς ἅπαντα εἰδότες ἀκριβῶς,

D καὶ γυμνοὺς αὐλοὺς ἐπιπολυχότες. τοῦτο τοίνυν ἀποπνίγειν αὐλούς· ἅπαντες γὰρ ἀκριβῶς ὅμοιοί εἰσι τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσοῦν μὲν οἱ ὀμφαλοί, πορφυρᾶ δ' ἔκτοθεν ἡ διφθέρα· τὰ δ' ἔνδον, ἢ Θυέστης ὅτι τῶν τέκνων ἐστιώμενος, ἢ Οἰδίπους τῇ μητρὶ ξυνών, ἢ Τηρεὺς δύο ἀδελφὰς ἅμα ὀπυών. τοιοῦτοι δὲ αὐλοί εἰσι, λαμπροὶ δὲ καὶ εὐειλεγμένοι, ἔνδον δὲ ὑπὸ τῇ πορφύρᾳ, πολλῷ τινὶ τραγῳδίας σκέπουσες. ἕκαστον γοῦν αὐτῶν διὰ δεξιλήσης, δράμα ἢ μικρὸν εὑρήσεις Εὐριπίδου τινός, ἢ Σοφοκλέους. τὰ δ' ἔξω, πορφυρᾶ βύαθις, καὶ χρυσοῦς ὀμφαλός· τοιοῦτ' οὖν ξυνεπισάμενοι αὐλοῖς, μισοῦσι, καὶ ὑπεβυλλύουσιν, εἴ τις ἀποστᾶ ἀκριβῶς, κατηγορικῶς αὐλοὺς σκηπαγωδήσαι, καὶ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖ. βούλομαι δ' ὅμως ἔγωγε ὥσπερ ὁ Κέβης σκῆνος, εἰκόνα τινὰ τοῦ τοιούτου σου βίου γράψαι, ὅπως ἐς αὐτὸν ἀποβλέπων,

εἰδῆς εἴ σοι πρόσιτητέον ὅστις ἐς αὐτό. ἡδέως μὲν οὖν Ἀπελλοῦ τινος, ἢ Παρράσιος, ἢ Αετίωνος, ἢ καὶ Εὐφράνορος ἂν ἐδεήθην ὅτι τὸν γραφεῖον. ἐπεὶ δὲ ἄπορον πάνυ βύρσην τινὰ ὕπτιον γυναῖον, καὶ ἀκριβῆ τὸν τέχνον, σμικρὸν ὡς οἷόν τε σοι ὑποδείξω τὸν εἰκόνα. καὶ δὴ γεγράφθω πρόπυλαια μὲν ὑψηλὰ, καὶ ὑπόχρυσα, καὶ μὴ κάτω ὅτι τῆς ἐδάφους, ἀλλ' ἄνω τῆς γῆς, ὅτι λόφου κείμενα, καὶ ἡ ἄνοδος ὑπότομος, καὶ ἀνώμοτος, καὶ ὀλισθον ἔχουσα, ὡς πολλάκις ἤδη πρὸς τῷ ἄκρῳ ἔσεσθαι ἐλπίσαντας, σκιρτηκλιαθῶσαι, σφαλῶντος τοῦ ποδός· ἔνδον δὲ, ὁ Πλοῦτος αὐτὸς καθήσθω, χρυσοῦς ὅλος, ὡς δοκεῖ, πάνυ εὔμορφος, καὶ ἐπαφρίσας, ὁ δὲ ἔρως μόγις ἀνελθὼν, καὶ πλησιάσας τῇ θύρᾳ, τεθηπέτω, ἀφορῶν ἐς ὃ χρυσίον. προσδεχέσθω δὲ αὐτὸν ἡ Ἐλπὶς, εὐπρόσωπος ἅμα αὐτὴ, καὶ ποικίλα ἀμπεχομένη ἐσαγέτω, σφόδρα σκιρτῶντα πλημμέλειαν τῇ εἰσόδῳ. παραδεχέσθων δὲ, ἡ μὲν Ἐλπὶς ἀεὶ προηγείσθω. ἀσμενιζέσθωσαν δ' αὐτὸν ἄλλαι γυναῖκες, Ἀπάτη, καὶ Δουλεία, προσδιδόντωσαν τῷ Πόνῳ. ὁ δὲ, πολλὰ τὸν ἄθλιον καταγυμνάσας, τελευτῶν, ἐγχειρισάσθω αὐτὸν τῷ Γήρᾳ ἤδη νοσοῦντα, καὶ τεταραγμένον τὸν χρόαν· ὑστάτη δὲ ἡ Υβρις ὑπολαβοῦσα, συρέτω πρὸς τὸν Ἀπόγνωσιν· ἡ δ' Ἐλπὶς, ὃ ἀπὸ τούτου, ἀφανὴς ἀποστάσθω, καὶ μηκέτι καθ' ὃς εἰσῆλθε τοὺς χρυσοῦς θυρῶνας, ἐκ τινος δ' ἀποστρόφου καὶ λεληθαίας ὁδοῦ ἐξωθείσθω, γυμνὸς, πρόγαστωρ, ὠχρὸς, ῥέων, τῇ ἑτέρᾳ μὲν, τὸν Αἰδῶ σκέπων, τῇ δεξιᾷ δ' αὐτὸς ἑαυτὸν ἄγχων· ἀπαντάτω δ' ἐξιόντι ἡ Μετάνοια δακρύουσα ἐς ὀδὸν ὄφελος, καὶ τὸν ἄθλιον ἐπαπολλύουσα. τοῦτο μὲν ἔστω ὁ τέλος τῆς γραφῆς· σὺ δ' οὖν, ὦ ἄριστε Τιμόκλεις αὐτὸς ἤδη ἀκριβῶς ὑποσκοπῶν ἕκαστα, σκόπει εἴ σοι καλῶς ἔχει, προσελθόντα εἰς τὸν εἰκόνα καὶ θυρίδας τὰς θύρας, σκεῖνον τὸν ἔμπαλιν αἰσχρῶς ὄντως σκοπεῖν. ὅ, τι δ' ἂν προφάσῃ, μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, Ὡς θεὸς ἀναίτιος, αἰτία ὁ ἑλόμενος.

scire queas num ex vsu tuo sit eam adire. Equidem magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrhasium, vel Aëtionem, vel Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verùm quoniam fieri potis non est, vt aliquem artificem tam egregium atque absolutum nanciscamur, in præsentia tenuem quandam pro mea virili imaginem adumbrabo. Ergo pingatur vestibulum sublime atque inauratum, neque id humi situm in solo, verùm procul à terra in edito collis fastigio: præterea inaccessum fermè & abruptum, lubricóque aditu, ità vt plerunque qui se iam ad summum vsque verticem penetrasse sperant, lapso pede præcipitati ceruicem frangant. Intus autem Opulentia sedeat, tota (sicuti videtur) aurea, maiorem in modum formosa, atque amabilis. Porrò Amator vbi vix tandem conscendit, iámque ad fores accessit, obstupescat, oculis in aurum defixis: deinde Spes, quæ & ipsa specioso vultu est, ac versicoloribus amicta, manu prehẽsa introducat, mirè iam ipso ingressu attonitum. Atque ab eo quidem tempore Spes vsque illum antecedat, ducátque: tum aliæ mulieres illum excipientes, puta Fallacia, Seruitúsque, tradant Labori. At is miserum penitus defatigatum tandem Senectæ tradat iam morbidum, coloréque commutato. Postremò Contumelia arreptum illum ad Desperationem pertrahat: & hoc quidem tempore Spes aupolans euanescat. Tum illo non per aureum illud atrium, per quod ingressus fuerat, sed per posticum quoddam & occultum exitum extrudatur nudus, ventricosus, pallidus, senex, læua quidem pudorem occultans, dextra verò seipsum strangulans. Occurrat autem exeunti Pœnitudo frustra lacrymans, & miserum bis etiam conficiens. Atque hic quidem esto picturæ finis. Cæterùm tu Timocles optime, ipse diligenter consideratis singulis expende, num è re tua sit vt in hanc imaginem per aureas illas fores ingressus, per illas longè dissimiles tam turpiter excutiaris. Quicquid autem feceris, memineris sapientis illius qui dixit, Deum in culpa non esse, verùm qui sua sponte delegerit.

*Deus, malorum causa non est.*

## ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΠΙ ΜΙΣΘΩ ΣΥΝΟΝΤΩΝ.

## APOLOGIA PRO IIS QVI MERCEDE CONDVCTI SERVIVNT.

Petro Moſellano interprete.

### ARGVMENTVM.

*Hæc apologia eſt non in genere omnium eorum qui mercede conducti ſeruiunt, ſed libri ſeu orationis ſuperioris propriè, & auctoris ipſius Luciani. Nam poſt ſcriptum illud editum, ſenior iam in aulam atque familiam Cæſaris ſeſe contulerat, & conditionem procuratoris (vt videtur) principis in Ægypto acceperat, vt infrà ex ipſa quoque oratione patet. Hoc igitur factum ſuum, quia cum ſuperiore ſcripto prorſus pugnare videtur, defendit, primùm à diuiſione ſeu diuerſitate conditionum, quòd longè alia res ſit principi operam ſuam locare, quàm apud diuitem aliquem priuatum ſeruire. Deinde quòd non omnes mercenarios miſeros dixerit, ſed ſolùm eos qui prætextu doctrinæ & literarum ſeruiant: ſe verò alio pacto mercedem accipere, quàm illos, nempe cùm præter ſalarium ingens, etiam in magna exiſtimatione viuat, publicis q; rebus procurandis præſtitutus, tam certā quoque ſpem totius alicuius prouinciæ, aut regni aliquando adminiſtrandi, propoſitam habet. Denique quòd cùm nemo quicquam ferè gratis faciat, & tamen bonum virum conueniat certo alicui operi intentum eſſe, neque ignauiter feriari, neque ipſe adhucdum eò perfectionis venerit, vt omnē mercedem aut honorem prorſus cōtemnere queat. Atque huic defenſioni præmittit Sabini (eius ad quē ſcribit) accuſationem per proſopopœiam, qua ſeipſum fingit ab illo grauiter accuſari, vt qui ſuprà quidem de ſeruitute apud diuites, optimè atque vtiliſſimè ſcripſerit: nunc autem contrà, quaſi mutata ſententia, idem vitæ genus ingreſſus ſit, perinde quaſi aliud lingua ſonare voluerit, aliud animo ſenſerit: exaggerata hac vitæ ſcriptorum q; diuerſitate ac repugnantia, multis variiſq; tum ſimilibus, tum exemplis. Exorditur autem per præoccupationem à ſimulatione admirationis, quam & ipſam à circunſtantijs ætatis & cauſſa amplificat.*

I Amdudum apud me ipſe cogito, præclare Sabine, quæ tibi noſtrum de iis qui mercede conducti ſeruiunt, libellum legenti veriſimile eſt in mentem veniſſe, quæque credibile eſt te dixiſſe. Nam quòd in eo legendo riſum nō tenueris, mihi vel in primis conſtat. Sed quæ inter legendum ad ſingula à te ſubinde ſint obiecta, ea nunc noſtris à te iam lectis conor accommodare. Quare ſi nō fruſtra diuinādi artem didici, audire mihi videor te ſic tecum ſubmurmurantem: Ecquis hic tandem eſt, qui cùm hæc ipſe ſcripſerit, & graui adeò accuſatione aulicam vitam inceſſat, poſtea tamen omnium oblitus, velut teſtula, quod aiunt, tranſmutata, ſua ſponte in ſeruitutem manifeſtariam adeò & illuſtrem ſe ipſe coniecit? Quot Midę, quot Cręſi, quot Pactoli vel toti hunc hominem à ſententia diducere adeò potuerunt, vt dulciſſimam illam libertatem, in qua iam inde à pueris eſt enutritus, repudiet? & tametſi iam non procul ab ipſo abeſt Æaco,

Π Αλαι σκοπῶ πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ καλὲ Σαβῖνε, ἃ ποτέ σοι εἰκὸς ἐπελθεῖν ὠς εἰπεῖν ἀναγνόντι ἡμῶν τὸ περὶ τῶν ὑπὸ μισθῷ συνόντων βιβλίον. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀγελαστὶ διεξῆεις αὐτὸ, καὶ πάνυ μοι προδηλον. ἃ δὲ μεταξὺ καὶ ὅτι πᾶσιν ὑπὸ σοῦ ἐλέγετο, ταῦτα νῦν ἐφαρμόττειν ζητῶ τοῖς ἀνεγνωσμένοις. εἰ τοίνυν μὴ κακῶς ἐγὼ μαντικὴν, δοκῶ μοι ἀκούειν σου λέγοντος, εἶτά τις αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς, καὶ κατηγορίαν ὕστερον δεινὴν καὶ τοῦ τοιούτου βίου διεξελθών, ἔπειτα πάντων ἀκλεέστατος, ὀφρύου, φησὶ, μεταπεσόντος, ἑκὼν ἑαυτὸν φέρων ἐς δουλείαν ὕστερον προσφατῆ καὶ προσέτι ἀνήκεστον; πόσοι Μίδαι, καὶ Κροῖσοι, καὶ Πακτωλοὶ ὅλοι μετέπεισάν αὐτὸν ἀφεῖναι μὲν τὴν ἐκ παίδων φίλτατον ἐλευθερίαν, προσκυνῆσαι δὲ ἤδη τὸν Αἰακὸν γλυκύ-

μῶν, καὶ μονονυχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα, προέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι, καὶ φέρεσθαι, καθάπερ ὑπό τινι χρυσῷ τὸν αὐχένα δεδεμένα, οἷα δὴ τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ φυλακτήρια, καὶ τὰ κουράλια. πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τοῦ νῦν βίου πρὸς τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ αἰῶν τοῦ πορθμοῦ χωρὶς, καὶ ἀνεγράφθαι τὰ πρῶτα, καὶ παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, τοῦτ' αὖ εἴη, οὐχ ὑπὲρ Ἑλένης, μὰ Δί', οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἐπ' Ἰλίῳ γνωμῶν, ἀλλ' ἔργῳ ἀπατεπομένων τῶν λόγων καλῶς πρότερον εἰρῆσθαι δοκούντων. ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταί σοι· ἐπάξεις δὲ ἴσως κἀμοὶ συμβουλίου τινὰ τοιαύτην, οὐκ ἀχρεῖον, ἀλλὰ φιλικὴν, καὶ οἵαν σοι χρηστὴν καὶ φιλοσόφῳ ἀνδρὶ πρέπουσαν. ἐγὼ μὲν οὖν κατ' ἀξίαν ὑποδύεσθαι τὸ σὸν πρόσωπον ὑποχρίνωμαι, ᾧ σὺ ἡμῖν ἔχῃ, καὶ τῷ λογίῳ θύσομεν. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ σὺ προθήσεις τὰ δέοντα. ὥρα τοίνυν μεταπυθάσθαι ἡμᾶς τὴν σκηνὴν, ἐμὲ μὲν σιωπᾶν, καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον, καὶ καιόμενον, εἰ δέοι, ὑπὲρ σωτηρίας, σὲ δὲ ὑπακούειν τῶν φαρμάκων, καὶ τὴν σμίλην ἅμα πρόχειρον ἔχοντα, καὶ τὸ καυτήριον ἀφιέναι. καὶ δὴ πρόσελθόν μοι ῥᾴτερ, σὺ ταῦτα πρὸς μὲ ὁ Σαβῖνος ἤδη λέγεις, πάλαι μὲν, ὦ Φιλότης, ὡς εἰκὸς, δεδεγμένοι σοι τοῦτο τὸ σύγγραμμα, καὶ ἐν πολλῷ πλήθει ἀνεγνωκότες, ὡς οἱ τότε ἀκριβασάμενοι διηγοῦνται, καὶ ἰδίᾳ πρὸς τοὺς πεπαιδευμένους, ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ, ὡς ἀφ' ἑνὸς ἔλαχον ἠξίωσαν. ἤτε γὰρ τῶν λόγων παρασκευὴ, ἡ μεμπτὴ, καὶ ἡ ἱστορία πολλὴ, καὶ ἐμπειρία τῶν πραγμάτων, καὶ ὅτι ἑκάστα σαφῶς ἐλέγετο· καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι χρήσιμα πᾶσιν οἷδε, καὶ μάλιστα τοῖς πεπαιδευμένοις, ὡς μὴ δι' ἀγνοίας σφᾶς αὐτοὺς εἰς δουλείαν ὑποβάλοιεν. ἐπεὶ δέ σοι μετέδοξε βελτίω ταῦτ' εἶναι, καὶ τὴν μὲν Ἐλευθερίαν μακρὰ χαίρειν ἐᾶν, ζηλῶσαι δὲ ὃ ἀγανέστατον εἶπεν ἰαμβεῖον,

imò tantumnon alterum pedem in Charontis cymba habet, tamen præbeat sese alieno arbitrio huc atque illuc distrahendum, perinde ac si collario quopiam aureo foret innexus, non aliter quàm à diuitum illorum ac delicatorum collo amuleta illa & corallia dependent? Longè ergo latéque hoc vitæ genus in quo nunc es, à scriptis dissidet tuis: iámque hoc sanè videri posset, quod prouerbio dicũt, flumina sursum incedere, omniúmque rerum ordinem inuerti, atque cuncta in deterius recãtari, idque non Helenæ placandæ gratia per Iouem, neque eorum quæ apud Ilium gesta sunt, nomine, sed quòd verba quæ antè probè dici sunt visa, nunc ipso auctoris opere subuertantur. Hæc sanè te verisimile est tecum dixisse. Nec pigebit forsan te & ad meipsum eius generis consilium adferre, idque nõ intempestiuum, neque importunum, sed amicum, & quale tibi viro cũ bono tum erudito congruat. Itaque si tuam personã, quam induere iam paro, feliciter gessero, optimè quidem nobiscũ actum putabo, atque in hoc eloquentiæ præsidi Mercurio sacrificabo. Si verò quod sequor, parum assequor, tuæ partes erũt, quæ mihi desunt, explere. Iam ergo fuerit tempus, vt quasi scena trãsformata, & actoribus permutatis, ipse quidẽ vocem teneam, néque tibi salutis gratia secandum, &, si & hoc necesse fuerit, vrendum præbeam: tu verò medicinas adornes, simúlque acum vnà cum vstorio habeas in promptu. Nunc igitur tu ô præclare Sabine, dicendi vice à me accepta, sic mecũ agis: Olim quidem, ô amice, hic tuus libellus nõ immeritò erat in pretio, & quemadmodum qui tum audiuerunt, nobis narrarunt, cùm vulgo ceu magnũ quiddam ostentabatur, tũ præcipuè eruditorum manus occupabat, quotquot eiusmodi rerum studiosi literas tractare operæpretium ducunt. Neque id admodũ est mirum, quandoquidem præterquam quòd ipse dictionis tuę color culpa caret, & narratio planè est varia, miráque est rerum experientia: maximã quoque habet gratiam, quòd omnia à te non scitè solùm, sed & dilucidè recensentur. Super omnia verò est, quòd quæ scripsisti, vtilia sunt cùm omnibus, tum maximè eruditis, videlicet ne per rerum inscitiam in seruitutem posthac sese coniiciant. At cùm iam sententia planè in diuersam mutata, aulicam hanc viuendi rationem præstare statuens, & libertati longum valere dixeris, tum iambicum illud seruile nimis & generoso animo indignum, sumpseris imitatione exprimendum,

*Vbi eſt lucrum, natura adacta ſeruies:* videndum tibi erit, ne quiſpiam te id libelli legentem fortè auſcultet: imò ſumma ope curandum, ne cuiquam ex iis qui præſentem vitæ tuæ ſtatum norunt, tua ſcripta legenda exhibeas. Ad hæc feceris operæpretium, ſi à Mercurio illo inferorum legato, votis impetres, quò is omniũ aures qui antè de hoc libello quippiam audiuerunt, obliuionis fonte aſpergat. Alioqui ſimile quiddã tibi accidet, quod iuxta fabulam illam Corinthiam Bellerophonti. Vt enim ille literas in ſuã perniciem tulit, ita tu librum aduerſum te ipſe ſcripſiſti. Quod ad me attinet, qua defenſionis facie ſaltem æqua aduerſum accuſatores vti poſſis, non video, præſertim ſi actionem ſuam nonnihil iocis & ridiculis condiant: nimirum vt ſcripta tua, atque item libertatem, quam præ ſe ferunt, laudent: te verò ſcriptorem ſeruiẽtem videant, & ſponte tua collum iugo ſubdentem. Itaque non iniuria agerent, ſi libellum ipſum vel alteri, genetoſiori ſcilicet, aſſererent, te verò interim velut graculum alienis exultare plumis: vel ſi tuus eſſet, ſimilẽ quidem tuam eſſe cauſam dicerent Salæthi illius iudicio, qui cùm contra adulteros legem duriſſimam Crotoniatis tuliſſet, & per hoc multis admirationi eſſet, paulo pòſt cum fratris ſui vxore in adulterio fuit deprehenſus. Quare non ineptè quiſpiam te Salæthũ illum diceret, niſi quòd illius factum non paulo eſt tolerabilius, qui quod fecit (vt & ipſe dum cauſam diceret, fatebatur) amore captus fecit: & voluntarius, nihil reluctãs, in ignem animo magno inſiliit: tametſi Crotoniatæ hominis miſerebantur: &, ſi luberet, exulãdi facultatem permittebant. At tuum negotium multis partibus eſt abſurdius, qui vitæ quidem eiuſmodi ſeruilem conditionem accuratè etiam libris editis es perſecutus, & grauiter incuſas ſi quis in diuitis alicuius famulitium incidat, ſéque ipſe velut vinculis aſtringi ſuſtineat, interim nihil non moleſtum cùm faciens, tum patiens: attamen ipſe in extremo ſenectutis gradu, & certè longè vltra limen illud Homericũ progreſſus, ingeneroſum adeo & abiectum ſeruitutis genus elegiſti, atque ob id tantumnon ſeriò triumphas. Ergo qui tibi malè volunt, quanto magis inſignis ac conſpicuus appares, tanto te aiunt magis omnium riſui obnoxium: vita nimirum tua tantùm ſcriptis ipſis reclamante. Et quid attinet nouam accuſandi rationem aduerſum te quærere, poſt celebrem illam & admirandam Tragœdiam, quæ dicitur

A Ὅπου δ' κέρδος, πρὸς φύσιν δουλευτέον. ὅρα ὅπως μηδεὶς ἐπακούσηταί σε ἀναγινώσκοντος αὐτό· ἀλλὰ μηδ' ἄλλῳ τῳδενὸς τῶν παρόντα σοι βίον ὁρώντων, ἐπελθεῖν τὰ γεγραμμένα· δύναιο δ' Ἑρμῆ τῷ χθονίῳ, καὶ τῶν ἀκηκοότων πρότερον, πολλῷ λήθην καταπεδάσαι. ἢ δόξῃς τῷ τῆς Κορινθίας μύθου σαυτῷ τι πεπονθέναι, καὶ σαυτῆς ὁ Βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον. μὰ γὰρ τὸν Δί', οὐκ ὀρθῶς τἀπολογίαν, εἴ τις δὲ βούλοιτο πρὸς τοὺς κατηγορήσαντας· καὶ μάλιστα, ἢν σπουδῇ γέλωτι αὐτὸ ποιῶσιν, ἐπαινοῦντες μὲν τὰ γεγραμμένα, καὶ τὴν σὴν ἀνδρῶν ἐλευθερίαν, αὐτὸν δὲ τὸν συγγραφέα δουλεύοντα ὁρῶντες, καὶ ἑκόντα ὑποπτήσσοντα τὸν αὐχένα τῷ ζυγῷ. Οὐκ ἀπεικότως γοῦν ἄν τις λέγοιεν, εἰ λέγοιεν, ἢ τοι ἄλλης τινὸς γυναῖκα ἀνδρὸς εἶναι τὸ βιβλίον· καὶ σὲ τὸν κηδεστήν, ἀλλοτρίοις πτεροῖς ἀγάλλεσθαι· ἢ εἴπερ σόν ἐστιν, ὁμοιάσειν τῷ Σαλαίθῳ ποιεῖν· ὃς πικρότατον καὶ μοιχῶν τοῖς Κροτωνιάταις νόμον θεὶς, καὶ θαυμαζόμενος ἐπ' αὐτῷ, μικρὸν αὐτὸς ἐάλω, μοιχεύων τὴν ἀδελφοῦ τινὸς γυναῖκα. πρεπόδια τοίνυν καὶ σὲ τὸν Σάλαιθον σκῆνον φαίη τις ἄν. μᾶλλον δὲ πολὺ μετεωρότερος σκῆνος, ἔρωτι μὲν ἄλλοις ὡς ἔφασκεν ἀπολογούμενος, ἑκὼν δὲ μάλα θυμῷ εἰς τὸ πῦρ ἁλλόμενος, καίπερ ἐλεουμένων αὐτὸν ἤδη Κροτωνιατῶν, καὶ συνδιδόντων φυγεῖν εἰ βούλοιτο. Τὸ δὲ σόν, ὦ πρὸς μικρὰ ἀποπτώτερον, ἀκριβοῦντος μὲν ἐν τοῖς λόγοις τινὰ τῆς τοιαύτης βίου δουλοπρεπείας, καὶ κατηγορήσαντος εἴ τις εἰς πλουσίου τινὸς ἐμπεσών, καὶ καθείρξας ἑαυτὸν, ἀνέχοιτο, μυρία τὰ δυσχερῆ πάσχων, καὶ ποιῶν· ἐν γήρᾳ δὲ ὑσάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ἐπὶ τοῦ ὀδόντος, ὅτου ἀγλωνῆ λατρείαν ἐπεμνημονεύθης, καὶ μονονοὺ καὶ ἐμπομπεύοντος αὐτῇ. ὅσῳ γοῦν φαίην ἐπισημότερος εἶναι δοκεῖς, τοσούτῳ καταγελαστότερος δὴ δόξαις εἶναι, αὐτοφωνοῦντος σοῦ βίᾳ τοῦ βιβλίου. καίτοι τί δεῖ κενὸν ἔτι σε κατηγορίαν ζητεῖν, μετὰ τὴν θαυμαστὴν τραγῳδίαν λέγουσαν·

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός; Οὐκ ἀπορήσουσι δὲ οἱ κατηγορηθησόμενοι καὶ ἄλλων τοιούτων ὅτι σὲ, ἀλλ' οἱ μὲν, τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσιν. οἱ μὲν τῆς σκηνῆς, Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν, ἢ Κρέων, ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἶσιν· ἔξω δὲ, Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος, ἀποθέμενοι τὰ τραγῳδοῦντες, ὑπομισθοι τραγῳδοῦντες, σκηπτόμενοι, καὶ συρόμενοι· εἰσιόντε δὲ, μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς αὖ τῷ θεάτρῳ δοκῇ. ἄλλοι δὲ, ὃ τῇ πιθήκῃ πεποιθέναι σὲ φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρα τῇ πόλει, φασὶ γλυέσθαι. σκεῖνον γὰρ διδαχθέντα τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως, καὶ ἐμμελῶς, καὶ ὑπιπολὺ θαυμάζεσθαι μιμούμενον τὸ τοῦ ἁρματι, καὶ ὃ τρέπον φυλάττοντα, καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκείμενον ὑμέναιον· ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδας, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόρρω κειμένην, μακρὰ χαίρειν φράσαντα τοῖς αὐλοῖς, καὶ ῥυθμοῖς, καὶ ὀρχήμασι, σπαράττοντα καταγώγην, ἀπορρίψαντα. μᾶλλον δὲ σεσυρίφθαι ὃ τραγῳδῶν. καὶ σὺ τοίνυν, φαῖεν ἄν, οὐχ ὑποκρίτης, ἀλλὰ ποιητὴς τῶν καλλίστων, καὶ νομοθέτης γενόμενος, ὑπὸ ταυτησὶ τῆς ἰσχάδος τῶν φαυλοτάτων, ἠλέγχθης πιθήκης ὤν, καὶ ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν, καὶ ἕτερα μὲν κεύθων ἐν φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγων, ὡς εἰκότως ἄν τινα ὅτι σὺ εἴποιεν, ὅτι ἃ λέγεις καὶ ἐφ' οἷς ἐπαινεῖσθαι ἀξιοῖς, χείλεα μὲν σου ἐδίηνεν, ὑπερῴαν δ' ἀυχμηρὸν κατελέλοιπε. διηνεκῶς τοίνυν τὰς δικαίας ὑπὸ τῶν ἀδικούντων χεῖρας, μὴ μικρὸν δὲ μονονουχὶ ὑπὸ κήρυξιν ἐξομοσάμενος τὴν ἐλευθερίαν. ἡ ἐώκει ἡ Ἀδράστεια τότε κατόπιν ἑφεστῶσά σοι βιβλιμοιωτῇ, ἐφ' οἷς κατηγόρεις τῶν ἄλλων, καταγελᾶν, ὡς αὖ θεὸς εἰδυῖα τὴν μέλλουσάν σοι ἐς τὰ ὅμοια μεταβολὴν, καὶ ὅτι οὐκ εἰς τὸν κόλπον τοῦτον ὑποστρέψων, ἀξίους κατηγορεῖν τῶν ἀφ' ἑαυτοῦ ποικίλας τινὰς τύχας, τοιαῦτα ποιοῦντων. εἰ γοῦν ὑπόθοιτό τις τῷ λόγῳ τὸν Αἰσχίνου μὲν τὴν κατὰ Τιμάρχου κατηγορίαν αὐτὸν ἀλόντα,

A *Sapientem eum odi, qui ſibi ipſe non ſapit?* Tametſi & alia multa quibus te adoriantur, accuſatoribus tuis ſuppetunt. Nempe alii ſimilem te facient Tragicis actoribus, quorum quiſque in ſcena quidem eſt vel Agamemnon, vel Creon, vel etiã Hercules ipſe: foris autem depoſitis perſonis fiunt Polus aut Ariſtodemus, ſcilicet ad agendas fabulas mercede conducti: qui, vt viſum fuerit ſpectatori, iam eiiciuntur, iam exibilantur, interim aliqui & flagris cæduntur. Porrò alii idem tibi contigiſſe dicent quod ſimiæ, quam magnã illa & celebris Ægypti Regina Cleopatra habuiſſe dicitur. Ea enim B ſaltationum genera probè edocta, cùm aliquandiu compoſitè modulatéque non ſine magna ſpectantium admiratione ſaltantis habitum exhibuiſſet ac decorum ſeruaſſet, iámque Hymenæum voce ac cithara canentibus reſpondiſſet: poſtea quàm carycás ne an nucem neſcio, procul iacentem conſpexiſſet, perſona abiecta, imò præ feſtinatione diſcerpta, modulis & ſaltationibus longum valere iuſſit, nucem verò correptam arrodere cœpit. Non aliter & tu non hiſtrio quiſpiam, ſed ipſe pulcherrimarum C rerum auctor, & velut legumlator, oſtenſo alterius vitæ ſplendore quaſi nuce quadam, te ipſe ſimiam eſſe prodidiſti, vt qui ſummis tantùm labiis ſis philoſophus, quíque nihil quidem veritus inferorum portas, alia quidem mente occultes, alia verò lingua depromas: vt non immeritò quis de te diceret, quæ ſcribas, quibúſque te vendites, ea labra quidem tua rigaſſe, palatum autem interius aridum reliquiſſe. Quamobrem ſtatim ante pedes quoque vltricem pœnam ſenſiſti, qui cùm antè audacia procaci humanarum rerum neceſſitatibus inſultaris, ipſe tamen haud ita D multo pòſt libertatem velut ſub præconibus abiuraris. Atqui apparet Adraſteam iam tum tibi à tergo aſſiſtentem, ea quibus tu partim te ipſe venditabas, partim alios incuſabas, egregiè riſiſſe: quippe quæ, dea cùm ſit, non ignorarit futurum vt & ipſe mutata ſententia in ſimile vitæ genus tranſires. Tum quòd non priùs in tuum ipſius ſinum inſpueris, quàm eos accuſares, qui ob varias fortunæ viciſſitudines eiuſmodi facere ſuſtinent. Iam ſi quis verbi gratia Æſchinem poſt grauem illam orationem qua Timarchum accuſauit,

flingat ipſum in idem incidiſſe ſcelus, ac per hoc in ſimile crimen vocatum: quantus quæſo hinc ſpectantium riſus fuerat futurus, quòd Timarchum quidem eius peccati gratia, ad quod hominem ætas tulit, grauiter inceſſuit, ipſe verò iam ſenex eadem in ſe commiſit? Denique ſimilis videris illi Pharmacopolæ, qui cùm remedium contra tuſſim venditaret, & qui eo vterentur, eos ſtatim eo malo liberari polliceretur: miſer tamen ipſe eius morbi vehementia interim concuti cernebatur. Hæc atque id genus alia quiſpiam accuſando tibi obiiceret, præſertim in hac materia adeò copioſa, quæque mille anſas aduerſario præbeat. Cæterùm nunc apud me ipſe cogito, quam viam expurgandi mei apud te inuenire queam. Num ergo optimum fuerit, vt me ad malum hoc mea voluntate coactum confitear, dorſum verberaturo aduertam, improbitatem non negem, ſed ad communem illam excuſandi rationem confugiam, nimirum fortunæ fatíque ineuitabilem neceſſitatem meo facto prætexens? Atque interim ab obiurgantibus veniam deprecer, ob id, ſpero, noſtræ cauſæ æquioribus; quòd non ignorent quàm nihil ſit in noſtra ipſorum manu, quódque potentioris alicuius numinis, Fortunæ ſcilicet aut Fati, arbitrio, vel contra noſtram voluntatem impellimur, adeò vt crimen nullum in nos hæreat, quantumuis aliquid vel dicamus vel faciamus. Aut hæc via nimis eſt vulgaris, vt ne tu quidem (quanquam amiciſſimus) huiuſmodi excuſationis obtentu me ſinas elabi, etiamſi patronum habeam Homerum, eiúſque carmina hæc decantem:

*Fortuna neſſitivis.*

*Fatorum nexus, fugiſſe haud dixero quenquam.*

Tum illud:

*Filum Parca dedit naſcenti matris ab aluo.*

Itaque ſi hac ratione tanquam parum proba neque fide digna poſthabita, illud dicerē, neque pecuniæ cauſa, neque ſpe aliqua alia ineſcatum me, præſentem ſeruitutē ferre, ſed ipſius principis prudentiam, fortitudinem & magnanimitatem admiratum, rebus eius interceſſe voluiſſe: hîc vereor ne ad prioris criminis inuidiā, adulationis quoq; nota accedat; videárque, quod aiunt, clauum clauo pellere, & crimē minus maiori velle obſcurare, quatinus adulatio malorū omnium maximè eſt ſeruile, & ob hoc peſſimum cenſetur.

καὶ φωρᾶσθῶσι τὰ ὁμοια πάσχοντα, πόσον ἂν οἶμαι γέλωτα ὀφλισκάνοιεν τῶν ὁρώντων; ἐμέλησε τῷ Τιμάρχῳ μὲν ὕστερον ὅτι τοῖς καθ' ὥραν ἡμαρτημένοις, αὐτὸς δὲ γέρων ἤδη, τοιαῦτα εἰς ἑαυτὸν προλωβᾶται; ὃ δ' ὅλως, σκεύῃ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκηρύττειν βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μελαγχολῶν ἀσώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο. Ταῦτα μὲν, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερος εἴποι τις ἄν, οἷος σὺ κατηγορῶν, ὃν ὕστερος ἀμφιλαφὴς τῇ ὑποθέσει, καὶ μυρίας τὰς ἀφορμὰς παρεχομένῃ. ἐγὼ δὲ ἤδη σκοπῶ ὅπῃ τινα καὶ τρόπῳ σοὶ πρὸς τὴν ἀπολογίαν. ἆρά μοι κρεῖττον ἐθελοκακήσαντα, καὶ τὰ νῶτα ὑπερβάντα, καὶ ἀδικεῖν ὁπωσοῦν ὁμολογήσαντα, ὅτι τῷ κοινῷ συνηθείᾳ καταφυγεῖν; λέγω δὲ τῷ τύχῃ, καὶ μοίρᾳ, καὶ εἱμαρμένῃ, καὶ ὀφλισκάνειν συγγνώμην ἔχειν μοι τοὺς ὑπερημῶντας, εἰδότας ὡς οὐδενὸς ἡμεῖς κύριοι, ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον δ' ἡμᾶς τῶν προφερομένων ἀγόμεθα, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναίτιοι πανταπασιν ὄντες, ἃ αὖ λέγομεν, ἢ ποιοῦμεν, ἢ τὸ μὲν κομιδῇ ἰδιωτικὸν, καὶ ὅσ' αὖ σύ με, ὦ Φιλότης, ἀμάχητον τοιαύτην ἀπολογίαν προσιόντα, καὶ στωμύλλεσθαι τὸν Ὅμηρον ὀφλισκάνοντα, καὶ τὰ ἐκείνου ἐπιῤῥαψῳδοῦντα,

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον αἰνεμέτην εἶ).

καὶ ὅ,

Γνωμοσύνῃ ἐπέεσσι λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Εἰ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν λόγον, ὡς ὁ πολὺς ἀξιόπιστον, ἐκεῖνο λέγοιμι, μήτε ὑπὸ χρημάτων, μήτε ὑπ' ἄλλης τινὸς ἐλπίδος τοιαύτης δελεασθεὶς, ὑπομένω τῷ παρόντι συμφοράν, ἀλλὰ τῷ συνέσει, καὶ ἀνδρίᾳ καὶ μεγαλόνοιαν τοῦ ἀνδρὸς θαυμάσας, ἐθελῆσαι κοινωνῆσαι προθέσεως τοιαύτης, δέδοικα μὴ πρὸς τὴν ὑπερβολὴν κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλάβω, κἂν ἐμὲ ἰσχυρὸν ἦλθ, φασὶν, ἐκκρούων τὸν ἦλθ, καὶ μείζονί γε τὸν σμικρότερον ὅσῳ κολακεία τ' ἄλλων ἀπάντων κακῶν, ὃ δουλοπρεπέστατον εἶ), καὶ τούτῃ χείριστον νενόμισται.

τί οὖν

Τί οὖν ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα, μήτε ἐκεῖνα λέγειν δοκεῖ, ὑπολοιπόν ὅστιν, ἢ ὁμολογεῖν μηδὲν ὑγιὲς εἰπεῖν ἔχειν; μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἀβρόχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας, καὶ τὴν νόσον· καὶ μὴ τούτων, τὴν πενίαν, πρῶτα ποιεῖν καὶ πάσχειν αἰκαπείθουσαν, ὡς ἐκφύγοι τις αὐτήν. καὶ ἐν ταῖς τοιούτοις, οὐκ ἄκαιρον ἴσως καὶ τὴν τῆς Εὐριπίδου Μήδειαν παρακαλέσαι παρελθοῦσαν εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ ἐκεῖνα τὰ ἰαμβεῖα, μικρὸν αὐτὰ προσδιορθώσασαν·

Καὶ μανθάνω μέν, οἷα δρᾶν μέλλω κακά.

Πενία δὲ χρείαν τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Τὸ μὲν γὰρ τῆς Θεόγνιδος καὶ ἐγὼ μὴ λέγω, τίς οὐκ οἶδεν οὐκ ἀπαξιοῦντος, καὶ ἐς βαθυκητέα πόντον σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν, καὶ κρημνῶν γε ἠλιβάτων, εἴ μέλλοι τις οὕτως ἀποδράσεσθαι τὴν πενίαν; ταῦτα μὲν ἴσως δοκεῖ, ἄν τις αὖ ὡς ἐν τοιούτῳ ἀπολογήσασθαι ἔχοι, ὑπὲρ πολλοῦ ἂν ποιησάμενος ἔκαστον αὐτῶν. σὺ δέ μοι θάρρει, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐδενὶ τούτων ἐμοῦ χρησομένου. μὴ γὰρ τοσοῦτος ποτε λιμὸς καταλάβοι τὸ Ἄργος, ὡς τὴν κοίλην Ἀραβίαν σπείρειν ὀπίσω. οὐδ' ἡμεῖς οὕτω πάντες βιόλογον ἀπολογίας, ὡς ἐπ' ἀποφυγὰς τοιαῦτα χρησφύγετα τοῖς τὴν κατηγορίαν ζητεῖν. ἀλλά μοι ἔκφηνον σαυτόν, ὡς πάμπολυ τὰ τοιαῦτα διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ἐπόμενον παρελθόντα, δουλεύειν, καὶ ἀνέχεσθαι ὅσα μοι φησὶ τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ τοιοῦτόν τι τῶν χειναν, καὶ ἐς δεύτερον πολιτευόμενον, ὅτι τούτων τοῖς βασιλέως μισθοφορεῖν. διελθὼν δὴ, τὰ ἰδίᾳ καταθοῦ ἑκάτερον, σκόπει. δύο γὰρ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, τὸ γράμμα. καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους, ὅσον μόλιβδος ἀργύρῳ, χαλκὸς χρυσῷ, καὶ ἀνεμώνη ῥόδον, καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος. μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ, κἀντεῦθα, καὶ τὸ ἐπ' ἄλλῳ τάττεσθαι. τὸ δὲ πρᾶγμα, πάμπολλον ἔχει τὴν διαφωνίαν. ἐκεῖ μὲν γὰρ δουλεία ἀφῆς, καὶ οὐ πολὺ τῶν ἀγχυρωνήτων καὶ οἰκοτρίβων διαφέρουσιν οἱ ὅτῳ τῶν τοιούτων πρόσκεινται.

Quid ergo si neque hæc neque illa vidō- A
tur dicenda, nobis reſtat, niſi vt ingenuè
fateamur, nihil nobis eſſe ſyncerum ac ſa-
num, quo deinceps vitium noſtrum pal-
liemus? Vna forſan anchora ad hoc no-
bis ſupereſt, quam in aquam nondum de-
miſimus, videlicet ſenectutem noſtrā ac
morbum in miſerationem vocare; pari-
térque paupertatem cauſari, quæ vt cui-
tari queat, hominem nihil non tum face-
re tum pati perſuadet. Quo loco non in-
tempeſtiuum fuerit Medeam illam quæ
eſt apud Euripidem, in auxilium aduoca-
re, quæ huc progreſſa, Iambica illa non-
nihil huc detorta, pro me tibi occinat:

*Haud neſcio quàm ſint mala hæc quæ nunc* B
*Sed mētis imperio reclamat pauperies.* (paro:

Nam illud Theognidis quis ignorat, ta-
metſi nullus citem, non vitio dari, ſi quis
ſe ipſe vel in profundum mare demergat,
vel è rupe præcipitet; modò paupertatis
onus hoc pacto excutiat? Hæc ferè ſunt
quæ quis in eiuſmodi cauſa pro ſe dicere
poſſet, etiamſi nihil eorum admodum
decoram gerat perſonam. Tu verò ô ami-
ce, quantum ad me attinet, bono animo
es, quandoquidem in mea defenſione id
genus auxiliis nullis ſum vſurus. Neque
enim, ſpero, tanta fames vnquam vrgere C
poterit Argiuos, vt de caua Arabia ſe-
renda cogitent: neque ipſi nos iuſta adeo
excuſatione deſtituemur vnquam, vt ſi
quando accuſemur, eiuſmodi latebras
quærere cogamur. Quin illud mihi con-
ſidera, quàm magno hæc inter ſeſe diſ-
crimine diſtent, videlicet in prædiuitis
alicuius familiam adſcriptum, ſeruire ſer-
uitutem; eáque omnia perferre, quæ li-
bellus ille meus recenſet, & publicè rem
populi tractantem, ac pro virili rempub.
adminiſtrantem, hoc nomine ab Impera-
tore ſalarium accipere. Age contēplare
hæc, & vtrunque per ſe ac ſeorſim per- D
pende: reperies certè res ipſas, iuxta illud
Muſicorum prouerbium, δὶς διὰ πασῶν, hoc
eſt, longiſſimo interuallo inter ſe diſſide-
re: tum duas has vitæ rationes tantum in-
ter ſe conuenire, quantum eſt affinitatis
plumbo cum argento, æri cum auro, ane-
monæ cum roſa, homini cum ſimia. Si-
quidem vt illic, ita & hîc merces accipi-
tur, & accidit vtrobique vt alteri ſit pa-
rendum. Cæterùm in ipſa negotij ratio-
ne ingens eſt diſſonātia: quandoquidem
illic ſeruitus eſt manifeſta, & qui illorum
conditionem accipiunt, emptitiis illis &
manuariis ſeruis nō admodum præſtant

At qui remp. tractant, & in vsum ciuitatis nationúmque totarum strenuam operam collocant, nullo iure, ob solam mercedem, in calumniam vocari poterunt, inque crimen cum illis commune trahi. Alioqui fieri non poterit, quin hac ratione & præfecturæ omnes exauctorentur, vt neque tot ac tantarum gentium præsides, neque ciuitatum rectores, neque ordinum militarium ductores, imò nec ipsi totius exercitus imperatores rectè facere videantur, quando horum omnium laboribus proposita sunt præmia. Cæterùm vnius mercedis nomine non oportet opinor vel bona omnia euertere, vel mercedem accipientibus, æqualem conditionis gradum tribuere. Denique mercenarios miseræ vitæ obnoxios illic dicebam, non omnes, sed qui doctrinæ prætextu in diuitum famulitio seruiunt, eos tanquam ærumnosos miserabar. At nostrum negotium, ô amice, modis omnibus est diuersum. Quanquam enim quæ ad domesticam vitam pertinent, nobis cum illis sunt communia, publicè tamen summi imperij participes sumus, eiúsque administrandi prouinciam cum rege partimur. Ipse ego, si diligenter expendas, Ægyptiaci regni portionem non minimam sub manibus habeo, dum nunc pœnas statuo, nunc iusta tributa impero, nũc dictorum factorúmque omnium rationaria conscribo, nunc litigantium acta certa lege perpendo. Ad hæc principis ipsius decreta ad certissima simul & rectissima quęque summa fide perduco, eadémque diligẽter adseruata, subditis trado, reipub. cura in omne æuum conseruanda. Deinde proponitur merces non vulgaris, sed à principe: nec ea exigua, sed talentis numerata. Post hæc, modò recta via res procedat, supereſt spes, neque hæc contemnenda videlicet, vt prouinciæ alicui quasi iam emeritus præficiaris, aut Regium aliquod negotium tibi demandetur. Iam verò gestit animus in hac loquendi libertate paulò magis progredi, & crimen ab accusatoribus supra modum exaggeratum, itidem copiosiùs refellere. Equidem apertè pronuntio, neminem quicquam facere gratis, ne si vel maximarum rerum administratores obieceris: quando nec ipse princeps mercedis est expers. Non hîc dico tributa, nec vectigalia, quæ per singulos annos à subditis penduntur: verùm principi maxima fuerit merces, si à laudatis laudetur, si nomen eius ab omnibus celebretur,

*Principis maxima merces.*

A οἱ γὰ τὰ κοινὰ σφῷ χλεὸς ἔχοντες, ἢ πόλεσι, καὶ ἔθνεσιν ὅλοις σφᾶς αὐτοὺς χρησίμους παρέχοντες, οὐκ ἂν εἰκότως ἐκ μόνε τῆ μισθοῦ σφαλοίντο, ἢ ἐς ὁμωνυμίαν καὶ κοινωνίαν τῆς κατηγορίας καθέλκοιντο. ἐπεὶ οὐκ ἂν φθάνοι τις ἁπάσας αἰωρῶν τὰς τοιαύτας ὑποστασίας· καὶ ὅτε οἱ τοιαῦτα ἔθνη ὑπεξεπολέμουν, ὅδε οἱ τὰς πόλεις ἀμύνοντες, ὅδε οἱ τὰς φάλαγγας, ἢ στρατόπεδα ὅλα εὐχρειζόμενοι, ὀρθῶς ποιήσουσιν, ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτῶν τῷ ἔργῳ παρέσεσιν. ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑνὸς οἴμαι χρὴ αἱρετέον τὰ πάντα, ὅδε ἰσοτιμίαν τῶν μισθοφορούντων καθιστάναι. ὃ δ' ὅλον, ὦ τοὺς μισθαρνικῶς ἀπόλλυσθαι ἐγὼ φαύλῳ εἶναι σωφρονεῖν ἔφασκον, ἀλλὰ τοὺς ὑπὸ ταῖς οἰκίαις ὑπὸ τοιαύτῃ παιδεύσεως δουλεύοντας ὠκτιρον. τοιγὰ, ὦ ἑταῖρε, τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα, πολλαχόθεν ἕτερόν ἐστιν, εἴ γε τὰ μὲν οἰκοι, ἰσότιμα ἡμῖν· δημοσίᾳ δ', τῆς μεγίστης ἀρχῆς κοινωνοῦμεν, καὶ τὸ μέρος σφῷ διαπραττόμεθα. ἔγωγ' οὖν εἰ σκέλαιο, δόξαιμ' ἂν σοι καὶ τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγχειρίδιον, τάς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ὑποτιθέναι, καὶ τῶν προπομένων καὶ λεγομένων ἀπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφειν, καὶ τὰς τε ῥητορείας τῶν δικηολογουμένων ῥυθμίζειν, καὶ τὰς τῶν ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέστατον ἅμα καὶ ἀκριβέστατον σοὶ πίσῃ τῇ μεγίστῃ διαφυλάττειν· καὶ πρὸς ἀποδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκεισομένας. καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ πρὸς τῦ βασιλέως· ὃ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος. καὶ τὰ μὲν ταῦτα δὴ, ὅ φαύλαις ἐλπίσι εἰ πεπείκοιτο γίγνοιτο, ἀλλ' ἔθνος ὑπερασπῆναι, ἢ τινας ἄλλας πρᾶξις βασιλικὰς. ἐθέλω γοῦν σοι πρεσβύτου χρησαμένου τῇ παῤῥησίᾳ, καὶ ὁμόσε χωρήσαντος τῷ ὑπερβολῇ ἐγκλήματι, καὶ ὑπερβολὴν ἀπολογήσασθαι. καὶ δὴ φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν. οὐδὲ δὴ τοὺς τὰ μέγιστα πράττοντας εἴποις, ὅπου μηδὲ βασιλεὺς αὐτὸς ἀμισθός ἐστιν. ὃ φόρους λέγω, οὐδὲ δεσμοὺς, ὁπόσοι πρὸς τῶν ἀρχομένων ἐπίτειοι φοιτῶσιν· ἀλλ' ἔστι βασιλεῖ μισθὸς μέγιστος, ἔπαινοι, καὶ ἡ πρὸς πάσιν εὐκλεία,

καὶ ὃ ὅτι ταῖς εὐεργεσίαις προσκυνεῖσθαι. A εἰκόνες δὲ, καὶ νεὼ, καὶ τεμένη, ὁπόσα τοῖς ἀρχομένων ἔθεσι, μαθοὶ καὶ ταῦτα εἰσιν ὑπὲρ τῶν φροντίδων, καὶ προνοίας, ἵν' ὀνίνηνται προστατοῦντες ἀεὶ τὰ κοινὰ, καὶ βελτίω ποιοῦντες. ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζω ἵν' ἐθέλῃς, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ σωροῦ κορυφῆς, ἐφ' ἕκαστον τούτων, ἀφ' ὧν σύγκειται καταβαίνῃς, ὄψῃ ὅτι μεγέθει καὶ σμικρότητι διαλλάττομεν τῶν ἀκροατῶν. τὰ δ' ἄλλα, μαθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες. εἰ μὲν οὖν τοῦτον ἐτεθείκειν τὸν νόμον, μηδένα μηδὲν προσήδειν, ἔνοχος ἂν εἰκότως ἐδόκουν τῇ παρανομίᾳ· εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐδαμοῦ τοῦ βιβλίου λέλεκταί μοι, χρὴ δ' τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα ἐνεργὸν εἶναι, τί ἂν ἄλλο ἐς δέον αὐτοῦ χρῷτο, ἢ φίλοις συμπονοῦν πρὸς τὰ βέλτιστα, καὶ τῷ μέσῳ ὑπαίθριος πεῖραν αὐτὸν διδοὺς, ὅπως ἔχῃ πίστεως, καὶ εὐνοίας, καὶ θυμοῦ πρὸς τὰ ἐγκεχειρισμένα, ὡς μὴ ὁ Ὁμηρικὸν ὄφελος, ἐτώσιον ἄχθος εἴη; πρὸς δὲ τοῖς ὅλων, μεμνῆσθαι χρὴ τοὺς ὑπομωκωμένους, ὅτι σοφῷ ὄντι μοι, εἰ δή τις καὶ ἄλλος ἐστὶ που σοφὸς, ὑπομιμήσονται, ἀλλὰ τῷ ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου, λόγοις μὲν ἀσκήσαντι, καὶ τὰ μέτρια ἐπαιωρουμένῳ ἐπ' αὐτοῖς, πρὸς δὲ τὸ ἄκρον ἐκείνου τῶν κορυφαίων ἀρετοῦ, ὃ πολὺ γεγυμνασμένῳ. καὶ, μὰ Δί', ἀλλ' ὅτι τούτῳ αἰτιᾶσθαί μοι ἄξιον, ὅτι μηδὲ ἄλλῳ ἐγὼ' οὖν ἐντετύχηκα, τὸ τοῦ σοφοῦ ὑποδέχεσθαι ἀποπληρώσοντι. οὐ μέντοι καὶ θαυμάσαιμ' ἂν ὑπομωκῶντός μου τῷ νῦν βίῳ, εἴγε ὑπομένης, ὃν πρὸς πολλοὺς ἤδη ὅτι ῥητορικὴν δημοσίᾳ μεγίστας μαθοφορὰς ἐνεγκάμενον, ὁπότε χρὴ θέαν τὴν ἐπὶ τοῖς Ὠκεανοῦ καὶ τῷ Κελτικῷ ἅμα ὑπιὼν ἐνέτυχες ἡμῖν, τοῖς μεγαλομαθοῦσι τῶν σοφιστῶν ἀριθμουμένοις. ταῦτά σοι, ὦ ἑταῖρε, καίτοι ἐν μυρίαις ταῖς ἀσχολίαις ὢν, ὅμως ἀπελογησάμην, ὑπὲρ ὧν πρέρχω ἡδέως τῷ λυκείῳ τοῦδε σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεγκεῖν. ἐπεὶ τοῖς γε τοῖς ἄλλοις κἂν σιναμὰ πάντες κατηγορῶσιν, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι ὃ, τὸ Φρυνὶς Ἱππόκλειδη.

si beneficiorum nomine numinis vice adoretur. Porrò imagines, templa & aræ, & quæcunque eius generis à subditis suis habent, mercedis loco sunt & ipsa; nimirum pro curis, próque solicitudine qua commune ciuium bonum procurant, cunctáque in melius prouehunt. Et, vt magnis parua componam, si initio iam inde ab ipsius veluti acerui cacumine súpto, per singula quibus compositus assurgit, descendas, videbis sanè nos non nisi magnitudine & paruitate à summis differre: cætera mercenarij simul omnes sumus. Itaque si hanc tuliſſem legem, neminem quicquam facere debere, non in- B iuria iniquitatis reus essem. Sin hoc in nullo libelli nostri angulo à me est dictum, & bonum virum operi alicui intentum esse decet, quî posset operam suam collocare quis rectiùs, quàm vt ad optima quæque promoueat amicos, ac in medio omnium lucéque de se det periculum, quanta fide, quáve diligentia, qua postremò animi benevolentia, negotia commissa queat expedire? ne videlicet locum habeat illud Homericum:

*Bonus vir vbi maximè operæ suam collocet.*

*Telluris inutile pondus.*

Atqui meos obiurgatores meminisse oportet, quòd cùm me reprehendunt, C haud quaquam sibi res est cum sapiente quopiam (si modò est aliquis hoc dignus nomine) sed eo qui sit vnus è media plebe, ex literarum exercitatione mediocrem nominis celebritatem nactus: attamen qui ad supremam illam virtutem, quò non nisi summatibus datur aditus, non admodum sit institutus. Quanquam ne hoc quidem nomine grauiùs dolere debeo per Iouem, cùm in nullum vnquam inciderim, qui omnes sapientiæ quam profitebatur, numeros expleret. Tu verò, quòd hanc viuendi rationem nobis vitio vertis, non possum non mirari, qui iã olim eidem crimini obnoxium D non obiurgaris, cùm non sine ingenti mercede dicendi facultatem publicè agendis causis locarem. Quo tempore tu peragrata simul Gallia, ad occidentalis Oceani spectaculum profectus, forte fortuna in nos incidisti, cùm inter quæstuosos Rhetores & nobis erat locus. Hæc sunt, mi amice, quæ obiiciẽti tibi, quamquam mille negotiis districtus, vtcunque respondi: nimirum vt videas quàm non in postremis habeam, si tuo suffragio candido plenóque nostra causa probetur. Nam quod ad aliòs pertinet, etiamsi simul omnes accusent, mihi tamen sufficerit illud: Haud curat Hippoclides.

*Luciantes causas alì quandiu egit.*

# ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΕΙ ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ.

# PRO EO QVOD INTER SALVTANDVM, VERBO LAPSVS FVERAT.

## Iacobo Micyllo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Respondet hac apologia, pro errato quod inter salutandum ipsi exciderat, cùm mane & in prima salutatione, quo tempore, χαῖρε, hoc est, aue, seu, salue, dicendum fuerat, ipse, ὑγιαίνε, hoc est, vale, dixisset.*

*Orationis status est iuridicialis assumptitius. Fatetur enim & ipse peccasse se, quia ordinem inuerterit, & quod postremum dici conueniebat, à principio vsurparit: sed tamen culpam hanc mitigat atque eleuat, primùm vsu ac potestate ipsorum verborum ostendens, τὸ χαίρειν, non in principijs tantùm à veteribus, sed etiam fine atque discessu vsurpatum fuisse: ὑγιαίνειν autem vtroque loco frequenter à multis, à quibusdam etiam in principio semper positum fuisse: deinde & efficaciorem atque auspicatiorem vim ac significationem habere: idq; probat multis & poëtarum & aliorum testimonijs, adductis item historiarum exemplis, vbi vel eodem errore ὑγιαίνειν pro χαίρειν positum fuisset, vel aliàs vsurpatum, commodum aliquod vtentibus attulisset. Post hæc ordinis inuersioni opponit euentum erroris, quòd tale verbum pro alio dixerit, cuius vis seu potestas, hoc est, valere seu sanum esse, cuiuis tempori, non matutino tantùm, conueniat: & quòd hæc salutatio cæteris potior atque efficacior sit. Denique & principes hoc idem primum atque præcipuum suis mandant, vt salutis seu valetudinis curam gerant: & priuati quoque in resalutando saluos esse iubent. Hinc & causam erroris siue euentus huius in deum aliquem transfert. Animi autem consternationem, quæ causam errori dederit, à consueto & obiecto seu casu defendit. Deinde & voluntatem principis pro se interpretatur ficta conformatione, idque argumento à consequentibus & exemplo ducto. Ad finem, ficta alia ac noua obiectione, orationem in votum seu precationem desinit.*

*Exordium à loco communi sumitur.*

*Verbum χαίρειν vbique saluere exposuimus, propter commodum versionis: quanquam non ignorem, à Martiale atque alijs frequentiùs per Auere reddi, quando salutantis est. Nam alioqui & gaudere significat, interdum & valere, vt infrà, cùm discedentium mutuò est: vt & τὸ ὑγιαίνειν, quod nos vbique valere vertimus, & saluum siue sanum esse interim significat: ad quas significationes infrà in Græcis testimonijs quæ ad hoc citantur, crebræ allusiones fiunt, præsertim cùm à principio ponitur.*

DIFFICILE sanè est, homo A cùm sis, alicuius Dei impulsionem ac vim euitare. Multo autem difficilius, defensionem inuenire errati eius, quo quis præter rationem, & ceu numine quodam impellente lapsus est: quod vtrũque mihi nũc accidit, qui cùm ad te venissem, quò te ex more primo mane salutarem, deberémque cõsueta ista voce vti, ac te saluere iubere: ego aureus ille, nescio quo pacto oblitus valere te iussi, verbo & ipso non malo aut omninoso, sed intempestiuo tamẽ, vt quod vesperi, non auroræ conueniat.

ΧΑλεπὸν μὲν, ὦ θεῖον ὄν-τα, δαίμονός τινος ἐπήρειαν ἀφυγεῖν. πολὺ δὲ χαλεπώτερον ἀπολογίαν εὑρεῖν τῆς ἀληθοῦς καὶ δαιμονίου ταύτης πταίσματος. ἄτερ ἀμφοτέρα νῶν ἐμοὶ συμβέβηκεν, ὃς ἀφικόμενος πρὸς σέ, ὡς πρωϊαίτατα ἐώθεινον, δέον τὴν σωτήριον ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν, ἐγὼ δ' ὁ χρυσοῦς ὑπολαθόμενος, ὑγιαίνειν σε ἠξίουν, ὄψιμον μὲν καὶ τοῦτο, οὐκ ἐν καιρῷ δὲ, ὡς ἂν τὴν ἕω.

ἐγὼ μὲν οὖν ὅτι τοῦτῳ θύθυς ἱδρώτα τε, καὶ ἠρυθρίων, καὶ πολυτρόπως ἐμαυτὸν ἀπορίας· οἱ παρόντες δὲ, οἱ μὲν παρεπαίζον, ὡς εἰκός· οἱ δὲ, λοιδορίᾳ ὑφ' ἡλικίας· οἱ δὲ, ὑπερβαλλούσης κραιπάλης αἰτιώμενον ἔτι φέρεσθαί με ἔφασκον, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα σὺ ὑπισχνοῦ ἐμαυτὸν ἐπιδεικνύναι τὸ γεγονὸς ὑπὲρ ὃν ἄκρῳ τῷ μειλιγμάτι ὑποσημηνάμενος τῆς γλώττης τὴν παρωμοσίαν. ἔδοξεν οὖν μοι καλῶς ἔχειν παραμυθίαν τινὰ ἐμαυτῷ συνθέσθαι, ὡς μὴ πάνυ ἀνιώμενον ὅτι τῷ παίσματι, μηδ' ἀφόρητον ἡγούμενον, εἰ παρεσθύτης αὐτὸν τοσοῦτον ἀπεσφάλην τῷ καλῶς ἔχοντος, ὅτι τοιούτων μαρτύρων. ἀπολογίας μὲν γὰρ οὐδὲν ἔδει, οἶμαι, τῷ γλώττης, εἰς ὕπνον μύφημον βύθιον ὀλισθούσης. ἀρχόμενος μὲν οὖν τῆς γραφῆς, πάνυ ἀπόρῳ ἐντεύξεσθαι ᾠήμην τῷ παραλήμματι· παρόντι δὲ πολλὰ παρύφαινε τὰ λεκτέα. ὃ μὲν παρότερον ἐρῶ αὐτὰ, ἵν' μὴ πρὸ τῆς χαίρειν αὐτὸ, καὶ τῆς εὖ πράττειν, καὶ ὑγιαίνειν, παρείπω τὰ εἰκότα. τὸ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαῖα μὲν ἡ παρασημείωσις· ὃ μὲν ἐωθινὴ μόνον, οὐδ' ἐπὶ τὸ παρόντα ἐντεῦξιν, ἀλλὰ καὶ παρόντων μὲν ἰδόντες ἀλλήλους, ἔλεγον αὐτὸ, ὡς Ὅ,

Χαῖρ', ὦ δυνάστα τῆς δε γῆς Τιρυνθίας.

καὶ μὴν Ὅ δεῖπνον ἐς λόγους ἤδη παρῄνεσε πρεπόμενοι, ὡς Ὅ,

Χαῖρ' Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲν ἐΐσης ὄφρα θοιδυκῆς,

Ὀδυσεὺς ὁπότε τὸν ἐπεσταλμένον παρεσκεύαζεν αὐτῷ ἐρρητόρευε· καὶ ἤδη ἀπιόντες πρὸς ἀλλήλων, ὡς Ὅ,

Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Ἰδίᾳ δὲ καιρὸς οὐδεὶς ἀπενενέμητο τῇ παρησίᾳ, οὐδὲ ὡς νῦν μόνος ὁ ἑωθινὸς, ὅπου γε καὶ ὅτι τῷ ἀπαισίων καὶ ἀπευκταίων ὅμως ἐχρῶντο αὐτῇ· ὡς ὁ τῆς Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη τελευτῶν τὸν βίον, καὶ,

Χαίρετ', ἤδη γὰρ με παραβάλλει σκότος.

A Ipse igitur confestim sudaui atque erubui, variéque meipsum gessi, cùm quid agerem, non haberem. At cæteri qui tum aderant, alij quidem lapsum me esse lingua, ita vt consentaneum erat, alij præ ætate delirare, alij verò ex hesterna crapula repletum atque ebrium adhuc esse existimabant: tametsi tu ipse animo maximè æquo accipiebas id quod tum acciderat, ne risu quidem modico notando linguæ erratum. Visus igitur mihi sum, operæ quoddam pretium facturus esse, si consolationem aliquam mihi ipsi componerem, ne nimis ægrè ob lapsum hunc animo afficerer, néve intolerabile putarem,
B si senex aliquis præsentibus tot testibus nõnihil ab eo quod decorum fuerat, aberrando deflexissem. Nam quantum quidem ad ipsam linguam attinet, defensione aliqua opus puto non erat, præsertim quãdo in tam bonam & auspicatam precationem errando prolapsa fuerit. Incipienti itaque mihi, ab initio statim videbar in difficilem quæstionem incursurus esse: at verò vbi iam progressus aliquantulum fuissem, offerebant se multa quæ commodè dici posse videbantur. Quæ tamen non antea dicam, quàm de ipso verbo Saluere, de verbo Bene agere, &
C de verbo Valere, quæ consentaneum atque æquum erit, exposuero. Verbum igitur χαίρειν (quod saluere nos dicimus) antiqua vox est, & in salutationibus iam olim vsurpata, veruntamen non mane tantùm, neque in primo solùm cõgressu, sed etiam cùm qui antea se mutuò nunquam viderant, alius in alium incideret, salutatione hac vti solebant, quale illud est: *Salue ô soli rex istius Tirynthÿ.* Deinde & à cœna, cùm iam ad mutuas confabulationes ventum esset, vt apud Homerum:

*Salue Pelide, nil cœnæ æqualis eges nunc.*

D quo tum Vlysses vsus est, quando in legatione missus, oratorio modo mandata illi exponebat. Præterea & cùm à se mutuò iam discedere vellent, eadem vtebantur, quale est illud:

*Saluete, atque deum me agnoscite morte carentem.*

Certum autem tempus nullum præfinitum fuit salutationi huic, neque vt nunc, matutino solùm tempore vsurpabatur, quandoquidem & in infaustis & abominabilibus rebus eadem aliquando vsi quidam reperiuntur: vt apud Euripidem Polynices iam moriturus, *Saluete* (inquit) *nam totus tenebris iam tegor.*

χαίρειν, & eius vsus.

Sic & apud Virg. *Salue æternum mihi maxime Palla.*

Quin etiam iusto largiùs, vt arbitror, A poculis semet inuitauerat, cùm hi qui aderant, frequentiùs, vt par est, præbibentes, eũdem philotesiis prouocassent. Insuper in ipsa cœna immodestiori crapula quàm seni conuenerat, semetipsum onerauit, adeo vt domum reuersus multa euomere cogeretur. Solas verò carnium portiunculas, quas puero à tergo assistenti in conuiuio adseruandas dederat, numeratas recepit, ne quem intromitteret, magnopere interminans. Hæc itaque è Mida famulo eius audiui, discipulis quibusdam commemorante, qui & ipsi, cùm illorum essent non pauci, domum regressi sunt. HER. Vter verò illorum Luciane, obtinuit victoriam, præceptor meus, an Euthydemus? Nunquid etiam tale quippiam Midam commemorantem inaudisti? LVC. Initiò quidem, Hermotime, aiebat illos penè per omnia fuisse pares, ipsum verò finem victoriæ tandem penes vos fuisse, ita vt senex longè fuerit in pugna superior: Euthydemum porrò incruentum haud quaquam abisse, nempe qui permagnum in capite inflictum vulnus haberet. Cùm enim immodicè esset arrogans & contentiosus, nec persuaderi vellet, neque seni se præberet facilè redarguendum atque conuincendum, præceptor tuus ille vir optimus, eidem iuxtà accumbenti, inusitata magnitudine & pondere scyphum Nestoreum, quem fortè tenebat in manibus fortiter incutiendo in caput illisit: atque hac quidem ratione victoriæ palmam superato aduersario obtinuit. HER. Macte animo præceptor: atqui haud sanè alio modo æquum erat agere cum his qui recusant cedere melioribus. LVC. Probabilia quidem admodum sunt quæ dicis, Hermotime. Quorsum enim attinebat vt Euthydemus hominem senem exasperaret, alienum ab iracundia, animóque longè præstantiorem, scyphum insuper tam grandem & grauem tenentem in manibus? Sedenim otium iam agimus: quid obstat quominus mihi tuo familiari exponis, quónam modo sub initium philosophari inceperis, vt & ipse, si fieri possit, communem vobiscum professionem suscipiam, nunc primùm facto ad eandem exordio? Neque enim temere me excludetis à communi itinere, hominem familiarem. HER. Si modò hæc res tibi cordi esset Luciane, breui videbis quantum excellas omnes cæteros. Pueros, sat scio, opinaberis omnes alios præte, tantùm ingenio & intelligentia præpollebis. LVCIAN. Mihi verò abundè satis esset, si post viginti annos iam exactos talis euaderem, qualis tu nunces.

*Iliad. xi. vide Nestorei pocu li descriptionem.*

ἅμα δὲ καὶ ἐπεπώκει, οἶμαι, πλέον τοῦ ἱκανοῦ, τῶν παρόντων ὡς εἰκὸς φιλοτησίας προπινόντων, καὶ ἐδεδιπνήκει πλέον, ἢ κατὰ γέροντα· ὥστε ἀναστρέψας, ἤμεσέ τε ὡς ἔφασκον πολλά, καὶ μόνον ἀριθμῷ παραλαβὼν τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι παραδεδώκει, καὶ σημηνάμενος ὅπως μελῶς, τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδῃ, μηδένα εἰσδέχεσθαι παραιτείλας. Ταῦτα δὲ Μίδου ἤκουσα τοῦ οἰκέτου αὐτοῦ διηγουμένου ποτὲ τῶν μαθητῶν, οἳ καὶ αὐτοὶ ἀπέστροφον μάλα πολλοί. EPM. ἐκρέπετο δὲ πότερος, ὦ Λυκῖνε, ὁ διδάσκαλος, ἢ ὁ Εὐθύδημος; εἴ τι καὶ τοιοῦτον ἔλεγεν ὁ Μίδας; ΛΥ. Τὰ μὲν πρῶτα φασὶν, ὦ Ερμότιμε, ἀξιόμαχα σφίσι γενέσθαι· ὃ δ' οὖν τέλος τῆς νίκης, καθ' ὑμᾶς ἐγένετο, καὶ παραπολὺ ὁ πρεσβύτης ὑπερέφερε. τὸν γοῦν Εὐθύδημον, ὑδὶ αἱμάσσειν φασὶν ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τραῦμα παμμέγεθες ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ. ἐπεὶ γὰρ ἀλαζὼν ἦν, καὶ ἐλεγχικὸς, καὶ πείθεσθαι οὐκ ἤθελεν, οὐδὲ πρεῖττε ῥᾴδιον αὐτὸν ἐλέγχεσθαι, ὁ διδάσκαλός σου ὁ βέλτιστος, ὃν εἶχε σκύφον Νεστόρειον ἄνα καταφέρας αὐτοῦ, πλησίον καταικειμένου, καὶ οὕτως ἐκρέπτησεν. EPM. ὦγε. ὑ γὰρ ἄλλως ἐχρῆν πρὸς τοὺς μὴ ἐθέλοντας εἴκειν τοῖς κρείττοσι. ΛΥ. Ταυτὶ μὲν, ὦ Ερμότιμε, πάνυ ὄλοχα. ἦ τί γὰρ παθὼν Εὐθύδημος, ὦδρα γέροντα πρόπαλαιον, ὀργίλον, καὶ θυμοῦ κρείττονα, σκύφον ὕτω βαρὺν ἐν τῇ χειρὶ ἔχοντα; ἀλλὰ, φιλῶ γὰρ ἀληθῆ, τί οὐ διηγῇ μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν ὅπου ὡρμήθης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς εἰ δυνατόν, ὅπως συνοδοιπορήσω ὑμῖν, ὃ ἀπὸ τοῦ δεξαμένου; οὐ γὰρ ἀποκλείσετέ με δηλαδὴ φίλοι ὄντες. EP. Εἰ γὰρ ἐθελήσας, ὦ Λυκῖνε, ὑψηλὸν ἐπιφρονεῖν ὅσον ἐχρῆν τῶν ἄλλων, παῖδας δ' ἴσθι οἴησιν ἀπολιπὼν ὡς πρὸς σὲ, τοσοῦτον ὑπερφρονήσας αὐτός. ΛΥ. ἱκανὸν εἰ μὴ εἴκοσιν ἔτη γηράμενον τοιοῦτος, οἷος σὺ νῦν.

ΕΡ. ἀμέλει καὶ αὐτὸς ἔγωγε σὲ γεγονὼς, ἠρξάμην Φιλοσοφίαν τεταρακοντούτης σχεδόν, ὁπόσα, οἶμαι, σὺ νῦν γέγονας. ΛΥ. Οἶδα γάρ, ὦ Ερμότιμε. ὥστε τοίνυν ἄγε, λαβών, καὶ μὲ, δίκαιον γάρ· καὶ πρῶτόν τέ μοι τοῦτο εἰπὲ, δίδοτε ἀνεπιλήπτως τοῖς μαθηταῖσιν, ἢν τι μὴ ὀρθῶς λέγεσθαι δοκῇ αὐτοῖς; ἢ οὐκ ἐφίετε τοῦτο τοῖς νεωτέροις; ΕΡ. ἔ πρός. σὺ γοῦν, ἢν τι βούλῃ, ἐρώτα μεταξύ, καὶ ἀνεπιλήπτως· ῥᾷον γὰρ ἅπαντα μάθῃς. ΛΥ. Εὖγε, νὴ τὸν Ερμῆν, ὦ Ερμότιμε, αὐτόν, ἔ ἐπώνυμος ὢν τυγχάνεις. ἀτὰρ εἰπέ μοι, μία τις ὁδός ἐστιν ἡ ὅτι Φιλοσοφίαν ἀγουσα, ἢ τῶν Στωϊκῶν ὑμῶν; ἢ ἀληθῆ ἐγὼ ἤκουον, ὡς καὶ ἄλλοι πολλοί τινές εἰσι; ΕΡΜ. μάλα πολλοὶ Περιπατητικοί, καὶ Επικούρειοι, καὶ οἱ τὸν Πλάτωνα ἐπιγραφόμενοι. καὶ αὖ Διογένους ἄλλοι τινές, καὶ Αντισθένους ζηλωταί, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ ἔτι πλείους. ΛΥ. ἀληθῆ λέγεις, πολλοὶ γάρ εἰσι. πότερον δή, ὦ Ερμότιμε, ταὐτὰ ἅπαντες λέγουσιν, ἢ διάφορα; ΕΡ. καὶ πάνυ διάφορα. ΛΥ. Ὅ δέ γε ἀληθές, οἶμαι, πάντως που ἐν ἑνὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἔ πάντα διάφορά γε ὄντα. ΕΡ. πάνυ μὲν οὖν. ΛΥ. ἴθι δή, ὦ φίλτατε, ἀποκριναί μοι τοῦτο, ποτε πιστεύσας ὅ τι πρῶτον σὺ, ὁπότε ἤρξω Φιλοσοφήσων, πολλῶν σοι θυρῶν ἀναπεπταμένων, πρὸς σὺ τὰς ἄλλας, εἰς τοῦτο τὸ Στωϊκῶν ἦκες, καὶ δι' ἐκείνης ἠξίωσε θεῖναι τοῦτο ἀρετὴν εἶναι, ὡς δὴ μόνης ἀληθοῦς οὔσης, καὶ τοῦτο ἀφέλειαν ἀποδεικνυούσης, τῶν δ' ἄλλων εἰς τυφλὰ καὶ ἀνέξοδα φερουσῶν; τίνι τρόπῳ τότε; καὶ μή μοι τὸν νοῦν δὲ τὸν σεαυτοῦ ἐνόχλει, τὸν εἴτε ἀμίσοφον, εἴτε σοφὸν ἤδη τὰ βέλτιστα κρίνειν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ἡμᾶς δυνάμενον· ἀλλ' ὅτῳ ἀποκρίναι, ὁποῖός τότε ἦσθα ἰδιώτης, καὶ νῦν τὸν νοῦν ἐμέ. ΕΡ. ἔ συνίημι ὅ, τι σοι τοῦτο βούλεται, ὦ Λυκῖνε. ΛΥ. Ἔμοιγε ἔ πάνυ αἰσχύλον ἠρόμην. πολλῶν γὰρ ὄντων Φιλοσόφων, οἷς, Πλάτωνος, καὶ Αριστοτέλους, καὶ Αντισθένους, καὶ τῶν ὑμετέρων προγόνων, τοῦ Χρυσίππου, καὶ Ζήνωνος,

A HER. Profectò & ego ipse cùm in tua essem ætate, tunc primùm ad philosophiam animum appuli, iam fermè annos quadraginta natus, à quibus te non multum abesse arbitror. LVCIAN. Rem ipsam putasti Hermotime: tot enim annos iam habeo. Quare si eam iam comprehensam tenes, age & me adducito: haud enim iniusta postulo. Et primum quidem hoc mihi responde, ést-ne philosophiæ candidatis relicta & concessa contradicendi libertas, si quid parum rectè dictum illis videbitur, aut non hęc libera est natu iunioribus? HER. Haud admodum: tibi tamen si quid volueris, B interea & quærendi & contradicendi facultatem liberam facio: ita enim faciliùs perdiscès singula. LVC. Euge sanè per Mercurium, ô Hermotime, dic mihi: ést-ne vnica via ad philosophiam adducens, videlicet Stoicorum vestrorum? Nisi enim falsa audierim, etiam alios complures esse certum est. HERMO. Et valde quidem multi sunt, videlicet Peripatetici, & Epicurei, & qui Platonis titulo philosophiam profitẽtur. Sunt item complures quoque Diogenis & Antisthenis assecłę, tum etiam ipsius Pythagoræ imitatores, & aliis quoque longè numerosiores. LVC. Vera sunt hæc: C omnino enim illorum magnus est numerus. Vtrum autem Hermotime eadem omnes vnò ore dicant, an diuersa? HER. Diuersissima. LVC. Prorsum tamen vnum alicubi esse verum, in quo consentiant omnes, credibile est: ita vt non omnia pugnent quæ ab illis pro vero affirmantur. HER. Admodum. LVC. Proinde age ô amice, hoc mihi expedi, cuínam fidem habuisti tu sub initium, quando ibas philosophiæ operam daturus, cùm multas videres ianuas tibi apertas & patẽtes, omnibus aliis progrediendo deuitatis, in Stoicorum potissimùm diuertens, tanquam hæc sola vera fuerit, D ac illa quæ compendiosam ad virtutem viam ingredientibus exhiberet, aliis omnibus in obliqua & déuia ducentibus? Quibúsnam argumentis aut coniecturis hæc tum potuisti deprehẽdere? Ac mihi non eum qui nunc es, in animo concipe, siue semisapientem, siue absolutæ sapientiæ Hermotimum, qui nunc prę multis millibus optima discernere & iudicare possit: sed ita responde ac quispiam homo idiota, qualem tunc agebas, aut ego nunc possim. HER. Quid sibi hæc tua verba velint Luciane, haud intelligo. LVC. Atqui non admodum obliquum est quod percontabar, cùm multi sint philosophiæ principes, videlicet Plato, Aristoteles, Antisthenes, prętera maiores nostri, Chrysippus & Zenõ,

*Quanam philosophãdi via potissima sit, & qua certissimè ad virtutem & felicitatem ducat.*

aliíque cõplures, quotquot tandem sunt, euinam inquam credidisti, posthabitis & omissis aliis, vt ea ex omnibus desumens, quæ quidẽ à te selecta sunt, sustineas iuxta illa philosophiæ studiis incumbere? Nunquid etiam te, vt Chærephontem, Apollo Delphicus ad Stoicorum placita delegauit, vbi prædixisset oraculo illos ex omnibus longè esse optimos? Siquidem illi mos erat, alium ad aliam philosophiæ rationem & formam cohortandi, quippe cui probè perspectũ erat, vt opinor, quæ cuique potissimùm congrueret. HER. Nihil tale est ô Luciane, neque de his vnquam deum consului. LVC. Quid? an indignã æstimabas hanc rem diuina consultatione? aut ipse sufficiens tibi videbare, qui quod optimum erat & præstantissimum, per teipsum posses eligere, non consulto Deo monitore? HERM. Ita mihi quidem videbar. LVC. Quin igitur & nos isthuc ipsum doces, quónam modo statim ab initio queamus noscere quæ optima sit & verissima philosophandi ratio, & quam quispiam prætermissis aliis rectissimè eligeret? HER. Ego haud quaquam isthuc dicere grauabor. Cùm multos viderem ad eandem certatim viam affectantes, facilè æstimabam Stoicam philosophandi rationem cæteris esse prestantiorem. LVCIAN. Quorum igitur numerosior erat turba, Epicureorum, an Platonicorum, an Peripateticorum? Proinde illos numerasti veluti inferendis colligendisque suffragiis vsu venire solet. HER. Atqui non numerauí, sed coniecturis deprehendi. LVC. Vt quid igitur me tantopere cupientem non doces, sed vana spe lactas ac decipis, affirmans de tantis rebus coniectura & multitudine fretum iudicasse? HER. Non solùm hoc quidem ô Luciane, sed omnes quoque cæteros mortales sæpenumero affirmantes audiui, Epicureos quidem esse corruptos deliciis, voluptatúmque extremè amantes: Peripateticos autem ad rem attentiores, parandis cumulandisque diuitiis inseruire, & quosdam ex illis immodicè contentiosos: Porrò Platonicos, arrogantes, & nimio fastu turgidos, gloriæque cupientissimos. Cæterùm de Stoicis multorum semper idem fuit testimonium, videlicet quòd viriles essent, masculo animo prediti, & nihil illos fugeret, & quòd eam viam ingressus, solus rex, solus diues, solus sapiens, breuiter in vniuersum nihil non esset. LVC. Videlicet ista tibi de illis dixerunt alij. Neque enim verisimile est, hæc illis de seipsis prædicantibus, suáque superbè collaudantibus te credidisse. HER. Non, verùm hęc ab aliis prædicata audiui.

A καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι εἰσί, τῷ σὺ πιστεύσας, τοὺς μὲν ἄλλους εἴας, ἐξ ἁπάντων δὲ τοῦτο μόνος, ἄφ' ὧν ἐπῄρησαι, ἀξιοῖς καὶ σὺ τὰ φιλοσοφεῖν; ἆρα καὶ σὲ ὥσπερ τὸν Χαιρεφῶντα ὁ Πύθιος ἐξέπεμψεν ὅτι τὰ Στωϊκῶν, ἀρίστους ἐξ ἁπάντων τοὺς φαύλους; ἔθος γὰρ αὐτῷ ἄλλον ἐπ' ἄλλο εἶδος φιλοσοφίας προτρέπειν, τῷ ἁρμόττεσθαι οἶμαι ἑκάστῳ εἰδότι. ΕΡ. Ἀλλ' οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ Λυκῖνε. οὐδὲ ἠξίωμεν τοιούτων τὸν θεόν. ΛΥ. πότερον οὐκ ἄξιον θείας συμβουλίας ἡγούμενος αὐτό, ἢ ἱκανὸς ὢν αὐτὸς εἰ ἑλέσθαι ὃ βέλτιον καὶ σαυτῷ, αὐθ' ὑπὸ τοῦ θεοῦ; ΕΡ. ἐμοὶ γάρ. ΛΥ. σὺ δὲ οὖν καὶ ἡμᾶς δὴ δίδασκε τοῦτο πρῶτον, ὅπως ἀφαγνωστέον ἡμῖν αὐτοὺς ἐν ἀρχῇ, τίς ἡ ἀρίστη φιλοσοφία ἐστί, καὶ ἡ ἀληθεύουσα, καὶ ἵν' ἂν τις ἕλοιτο, πρὸς τὰς ἄλλας; ΕΡΜ. ἐγώ σοι φράσω. ἑώρων τοὺς πλείστους ἐπ' αὐτὴν ὁρμῶντας, ὥστε εἰκάζον ἀμείνω εἶ) αὐτήν. ΛΥ. πόσῳ δαὶ πλείους τῶν Ἐπικουρείων, ἢ Πλατωνικῶν, ἢ Περιπατητικῶν; ἠρίθμησας γὰρ αὐτοὺς δηλαδή, καθάπερ ἐν ταῖς ψηφοφορίαις. ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐκ ἠρίθμησα ἐγώγε· εἰκάζον δέ. ΛΥ. ὡς οὐκ ἐθέλεις διδάξαι με, ἀλλ' ὄζα παπᾷς· ὃς περὶ τῶν τοιούτων εἰκασμῷ φῂς καὶ πλήθει κρῖναι, ἀποκρυπτόμενος λέγειν περὶ ἡμᾶς τἀληθές. ΕΡ. ἀ μόνον τοῦτο, ὦ Λυκῖνε, ἀλλὰ καὶ ἤκουον ἁπάντων λεγόντων, ὡς οἱ μὲν Ἐπικούρειοι, γλυκύθυμοι, καὶ φιλήδονοί εἰσιν· οἱ Περιπατητικοὶ δὲ, καὶ φιλόπλουτοι, καὶ ἐριστικοί τινες· οἱ Πλατωνικοὶ δὲ, τετύφωνται, καὶ φιλόδοξοί εἰσι· περὶ δὲ τῶν Στωϊκῶν, πολλοὶ ἔφασκον ὅτι ἀνδρώδεις, καὶ πάντα γιγνώσκοιεν· καὶ ὅτι ὁ ταύτην ἰὼν τὴν ὁδὸν, μόνος βασιλεύς, μόνος πλούσιος, μόνος σοφὸς, καὶ συνόλως ἅπαντα. ΛΥ Κ. ἔλεγον δὲ ταῦτα περὶ σὲ ἄλλοι δηλαδὴ περὶ αὑτῶν. οὐ γὰρ δὴ ἐκείνοις αὐ αὐτοῖς ὑπὸ σοῦ ἐπαινοῦσι τὰ αὑτῶν. ΕΡΜ. οὐδαμῶς, ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἔλεγον.

ΛΥ. οἱ μὲν δὴ αἱρετίδοξοι οὐκ ἔλεγον, ὡς ὁ εἰκὸς· ὅτι δὲ ἦσθα οἱ τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες. ΕΡΜΟ. ὑγιῶς. ΛΥΚ. οἱ δ' ἄρα ἰδιῶται ταῦτα ἔλεγον. ΕΡΜΟ. καὶ μάλα. ΛΥΚ. ὁρᾷς ὅπως αὖθις ἐξαπατᾷς με, καὶ ὑ λέγῃς ταληθές, ἀλλ' οἰῇ Μαργίτῃ τινὶ ἀφηλέχεσθαί τινι, ὡς πιστεῦσαι ὅτι Ερμότιμος, ἀνὴρ σπουδαῖος, ἔτη τότε γεγονὼς τεσσαράκοντα περὶ φιλοσοφίας, καὶ φιλοσόφων ἀνδρῶν, τοῖς ἰδιώταις ἀπίστησε, καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνων λεγόμενα, ἐποιεῖτο τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν χρῆσιν ἀξιῶν. ὑ γὰρ πιστεύσαιμί σοι τοιαῦτα λέγοντι. ΕΡΜ. ἀλλ' οἶσθα, ὦ Λυκῖνε, ὑχὶ τοῖς ἄλλοις μόνον ἀπίστησα, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ. ἑώρων γὰρ αὐτοὺς κοσμίως βαδίζοντας, ἀναβεβλημένους εὐσταλῶς, φθεγγίζοντας ἀεὶ, ἐρρενωπούς, ὑ χλιῶ κομείας τοὺς πλείστους, οὐδὲν ἄλλο ἢ, ὑδὲ αὖ πάνυ ἐς τὸ ἀληθέστερον ὑπαρεκπίπτοντας, ὡς ἐκπλῆκτον τι καὶ κυνικὸν ἀτεχνῶς, ἀλλ' ὅτι τῷ μέσου καταστήματος, ὃ δὴ ἄριστον ἅπαντες τί φασιν. ΛΥΚ. ἆρ' οὖν καὶ ἐκεῖνα εἶδες, ποιοῦντας αὐτοὺς, ἃ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγον αὐτὸς ἐωρακέναι τὸν σὸν διδάσκαλον ὦ Ερμότιμε πρᾴττοντα; οἷ, δυσείζοντας, καὶ ἀπαιτοῦντας πικρῶς, καὶ φιλονείκως πάνυ ἐρίζοντας ἐν ταῖς ξυνουσίαις, καὶ πάλλα ὅσα ὑπιδείκνυνται; ἢ τούτων ὀλίγον σοι μέλει, ἄχρις αὖ ὑσταλὴς ἡ ἀναβολὴ, καὶ ὁ πώγων βαθὺς, καὶ ἐν χρῷ ἡ κουρά; ἢ πρὸς ὃ λοιπὸν ἄρα ἔχωμεν τυγχάνει χαλόνα, καὶ σάθμιον ἀκριβῆ τῶν τοιούτων, ὡς Ερμότιμός φησι, καὶ χρὴ ἀπὸ σχημάτων, ἢ βαδισμάτων ἢ κουρᾶς διαγινώσκειν τοὺς ἀνδρίσους. ὃς δ' ἂν μὴ ἔχῃ ταῦτα, μηδὲ σκυθρωπὸς ᾖ, καὶ φθεγγίζηται ὃ πρόσωπον, ἀποδόκιμαστέος, ἢ ἀποβλητέος. ἀλλ' ὅρα μὴ καὶ ταῦτα, ὦ Ερμότιμε, παίζεις πρὸς με, πειρώμενος, εἰ ἐξαπατώμενος σιωπήσω. ΕΡ. διατί τοῦτ' ἐφθέγξω; ΛΥ. ὅτι, ὦ γαθὲ,

A LVC. Facilè tamen coniicio hęc diuersæ sectæ & opinionis affirmasse neminē. Quare an illi quos tu te audiuisse prædicas, è numero philosophantium fuerint, nescio. HERM. Ne ij quidem LVC. Proinde homines idiotas hęc dixisse credibile est. HER. Et valde quidem. LVC. Vide obsecro vt iterum me deceptum ab omni spe deiicere soleas: neque verū sermonem exponis, sed existimas te cum Margita quopiam insulso & stupido verba facere, vt planè persuasum haberem, Hermotimum virum singulari prędituin cùm ingenio tum industria, annos nunc natum quadraginta, hominibus tamen i-
B diotis, de sapiētię studio, déque viris philosophiæ candidatis credidisse, illorūque inductum testimonio & prædicatione, rectiore via philosophātium electionem fecisse: neque enim ista tibi prædicāti facilè crediderim. HER. At ne hoc quidē te fugiat Luciane, me nō solùm credidisse aliis, verùm mihi quoque ipsi. Etenim conspiciebam illos honestè & ornatè incedentes, splendidè & decenter amictos, nunquam non certis commentationibus cogitabundo animo intentos, aspectu tetricos & terribiles, demissa barba, &
C lonca coma venerandos, nihil molle aut parum virile, aut citra delectum aliquid admittentes, quod quidem aliis stuporē induceret, aut planè videretur impudēs & Cynicū, sed in media & regia via constitutos, quæ quidem ab omnibus affirmabatur esse optima. LVC. Nunquid igitur & hæc illa quæ paulo antè præceptorem facientem me vidisse testabar, ipsos designantes vidisti? videlicet fœnori & vsurę seruientes, amarulenter & contentiosè mercedem à discipulis exigentes, in conuiuiis aut colloquiis immodestè & pertinaciter digladiantes, aliáque quęcunque
D indecorè plerunque peccare consueuerant? Aut fortasse harum rerum nullā curam habendam esse existimas, modò vestitus sit probè mundus, & nitidè compositus, & barba profunda, prolixáque in capite cęsaries? Quare in posterum, vt video, hîc nobis certus erit canon & regula rectè philosophantes exactè cognoscendi, quem videlicet proponit Hermotimus: oportétq; omnino ex habitu mundiore, grauioréque incessu, & capillo prolixiore, optimorum cognitionem sumere. Itaque cui hæc deesse viderimus, neque ille tetricus fuerit, aut perpetuis intentus cogitationibus obambulauerit, reprobandus, & nihili æstimandus est. Sed vide Hermotime, ne & hæc illudendi gratia ad me dixeris, periculum faciendo num deceptum me esse sentiam. HER. Quorsum istud dicis? LVC. Quòd hæc, ô bone,

rectiùs ſtatuarum ſit cognitio atque indagatio, quam tu ab habitu ſumendam eſſe dixiſti. Omnino enim illæ habitu ferè ſunt elegantiore, & amictu ornatiore, quas aut Phidias quiſpiam, aut Alcamenes, aut Myron ad pulcherrimum abſolutæ formæ archetypum expreſſerit. Quòd ſi etiam maximè inde coniectura capienda eſt in illis dignoſcendis, quid ille ager, qui viſu captus, philoſophiæ perdiſcendæ deſiderio tenetur? Quî enim fieri poſſet, vt in habendo delectu non tota via aberret, cùm neque habitus neque inceſſus perſpiciendi facultatem habeat? HER. Ego verò ô Luciane, non ad cęcos verba facio, neque illorum mihi quicquam curæ eſt. LVC. Atqui conueniebat, ô bone, vt tantarum rerum, adeóque omnibus neceſſariarum cognitu, communis quædam eſſet cognitio. Sed enim quando ita tibi videtur, à Philoſophiæ commercio cæci excluſi maneant, poſteaquam orbati ſunt oculis: tametſi cum primis operæpretium mihi videbatur, illos præ omnibus aliis Philoſophiæ ſtudio incumbere, ne acceptam amiſſi viſus calamitatem ferrent immoderatiùs. Cæterùm illi qui probè vident, etiamſi fuerint perſpicaciſſima oculorũ acie prędíti, quónam pacto ea quæ in animo tecta ſunt, peruidere poſſunt ab illa externa veſtitus munditie? Niſi enim me fallat animus, tale quiddam eſt quod dicturus ſum, nimirum te parandæ & colligendæ ſapientiæ cupidine cum iſtiuſmodi viris conuerſari, vtque ea in dies aucta cumulatiùs euadas melior. HERMO. Et maximè quidem. LVC. Quî igitur tibi promptum fuit, atque adeò factu poſſibile, vt ab iis ipſis quas dixiſti cognitionibus philoſophantem aut ſecus perſpiceres? Neque enim iſta perinde ſolent propalam eſſe conſpicua, ſed ſunt abſtruſa valde, atque adeò in obſcuro repoſita, quæ multis vix orationibus & congreſſibus, poſtremùm verò operibus conſimilibus licet animaduertere. Qualia enim Momus in Vulcano reprehenderit, opinor aliquando inaudiuiſſe te: quòd ſi me fallit opinio, audi iam nunc: ſic enim habet fabula: nimirum, Mineruam, Neptunum, & Vulcanum contentionem inter ſe ſuſcepiſſe de artificij principatu & pręſtantia: atque ipſum quidem Neptunum tau rum effinxiſſe, Mineruam verò domum excogitaſſe: porrò Vulcanus hominem compoſuit, fabricauítque. Cæterùm vbi iam ad Momum ventum eſſet, quem certaminis arbitrum & expenſorem elegerant, & ille ſingulorum opera diligentiſſimè inſpexiſſet: in aliis quidem quæ reprehenderit, ſuperuacaneum fortaſſe foret referre:

A ἀνδριάντων ταῦτα ἐξέπασιν λέγῃς, ἢ ἀπὸ τῶ σχημάτων. πολλῶ γοῦν σχῆνοι εὐσχημονέστεροι, καὶ τὰς ἀναβολὰς κοσμιώτεροι, Φειδίου τινός, ἢ Ἀλκαμένους, ἢ Μύρωνος πρὸς τὸ εὐμορφότατον εἰκάσαντος. εἰ δὲ καὶ ὅτι μάλιστα χρὴ τεκμήρεσθαι τοῖς τοιούτοις, τί ἂν πάθοι τις, εἰ τυφλὸς ἂν ὀρθυμοίη φιλοσοφίαν; τῷ λόγῳ τὸν τοῦ ἀμείνω προσαίρεσιν προσηρημένον, ὅτε χρῆμα, ὅτε βάδισμα ὁρᾶν δυνάμενος; ΕΡΜΟ. Ἀλλ' ἔμοιγε οὐ πρὸς τυφλοὺς ὁ λόγος, ὦ Λυκῖνε, οὐδέ μοι μέλει τῶν τοιούτων. ΛΥΚ. ἐλεῶ μὲν, ὦ

B χρηστὲ, καινόν τι δ' γνώσισμα εἰ τῶν οὕτω μεγάλων, καὶ ἅπασι χρησίμων. πλὴν εἰ δοκεῖ, οἱ μὲν, ἔξω ἡμῖν φιλοσοφίας μυέτωσαν οἱ τυφλοὶ, ἐπεὶ ὧν μηδὲ ὁρῶσι. καίτοι αἰσχρὸν ἴσως τοῖς τοιούτοις μάλιστα φιλοσοφεῖν, ὡς μὴ πάνυ ἀχθοιντο ὅτι τῆ συμφορᾷ. οἱ δὲ δὴ βλέποντες, καὶ σφόδρα ὀξυδερκεῖς ὄντες, τί ἂν δυναίντο σωφρονεῖν τῶν τῆς ψυχῆς, ἀπό γε τῆς ἔξωθεν ταύτης προσβολῆς; ὃ δὲ βούλομαι εἰπεῖν, τοῖον δέ ἐστιν, οὐχ ὅτι τῆς γνώμης τῶν ἀνδρῶν ἔρωτι προσηκεῖς αὐτῆς, καὶ ἀξίους

C ἀμείνων γίγνεσθαι ἐς τὰ τῆς γνώμης. ΕΡ. καὶ μάλα. ΛΥ. πῶς οὖν οἷόν τέ σοι ἦν, ἀφ' ὧν ἔφησθα σκεῖνον τῶν γνωσισμάτων ἐλεᾶν, τὸν ὀρθῶς φιλοσοφοῦντα, ἢ μή; ὃ γὰρ φιλεῖ τὰ τοιαῦτα οὕτω ῥᾳδίως φαίνεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ἀπόρρητα, καὶ σὺν ἀφανεῖ κείμενα, λόγοις καὶ συνουσίαις ἀναδεκνυμένα, καὶ ἔργοις τοῖς ὁμοίοις ὀλίγοις. ὁ γοῦν Μῶμος, ἀκήκοας, οἶμαι, ἃ τινα ἠπάσατο τῶ Ἡφαίστου· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ νῦν ἄκουε. φησὶ γὰρ ὁ μῦθος ἐρίσαι Ἀθηνᾶν, καὶ Ποσειδῶνα, περὶ Ἡφαίστου δημιουργίας πρῶτον· καὶ τὸν μὲν Ποσειδῶνα, ταῦρόν τινα δημιουργήσαι· τὴν Ἀθηνᾶν δὲ, οἰκίαν ὑφηνῆσαι· ὁ Ἥφαιστος δὲ, ἀνθρωπον ἅμα συνεπήξατο. καὶ ἐπεὶ ὧν τὸν Μῶμον ἦκον, ὃν ὧν δικαστὴν προσείλοντο, θεασάμενος ἕκαστος ἕκαστου τὸ ἔργον, τῶν μὲν ἄλλων, ἅτινα ἠπάσατο, παρίημι· αὐτὸν δὲ εἶπ λέγειν·

ὅτι τῦ ἀνθρώπου δὲ τῦτο ἐμέμφατο, Ⓒ τὸν ἀρχιτέκτονα ἐξέπληξε τὸν Ἥφαιστον, ὅτι μὴ καὶ θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ τῷ στέρνῳ, ὡς ἀναπεφασθισῶν, γνώσιμα γίγνεσθαι ἅπασιν ἃ βούλεται, καὶ ὁπόσος· καὶ ἢ ψεύδεται, ἢ ἀληθεύῃ. σκῆνος μὲν οὖν ἅτε ἀμβλυώττων, οὕτω πρὸς τὴν ἀνθρώπων διάνοιαν. σὺ δ' ἴσως τὸν Λυγκέα ἡμῖν διέδρακας, καὶ ἑρᾷς τὰ ἔνδον ὡς ἔοικε λῷον τῦ στέρνου, καὶ ἀνέῳκταί σοι τὰ πάντα, ὡς εἰδέναι μὴ μόνον ἃ βούλεται, καὶ ἃ γιγνώσκῃ ἕκαστος, ἀλλὰ καὶ πότερος ἀμείνων ἢ χείρων. ΕΡΜΟ. παίζῃς, ὦ Λυκῖνε· ἐγὼ δὲ, Β καὶ θεὸν εἰλόμην· καὶ ἡ μεταμέλειά μοι τῆς αἱρέσεως. ἱκανὸν δὲ τῦτο πρὸς γε ἐμέ. ΛΥΚΙΝ. ὅμως σὺ μὲν εἶπας, ὦ ἑταῖρε, καὶ πρὸς ἐμέ, ἀλλὰ πρὸς τί με παραπολύμενον ἐν πολλῷ τῷ συρφετῷ; ΕΡΜΟΤ. οὐδὲν γὰρ αὖ σοι ἀρέσκῃ, ὧν αὖ εἴπω. ΛΥΚ. ἴσκε, ὦ γαθέ· ἀλλ' οὐδὲν ἐθέλεις εἰπεῖν ὁποῖον αὖ με ἀρέσῃ. ἐπεὶ δ' οὖν σὺ ἐκὼν ἀποκρύπτῃ, καὶ φθονεῖς ἡμῖν, ὡς μὴ ἐξ ἴσου χρώμεθά σοι φιλοσοφήσαντες, ἐγὼ πειράσομαι ὅπως δὴ οἷός C τε ὦ καθ' ἑαυτὸν ἐξευρεῖν τινὰ ἀκριβῆ πρὸς τῦτων κρίσιν, καὶ τινὰ ἀσφαλεστάτην αἵρεσιν. ἄκουε δὲ ἢ σὺ, εἰ βούλῃ. ΕΡΜΟΤΙΜ. ἀλλὰ βούλομαι, ὦ Λυκῖνε. ἴσως γὰρ τι χρήσιμον ἐρᾷς. ΛΥΚΙΝ. σκόπει δή, καὶ μὴ καταγελάσῃς, εἰ πᾶσι τοῖς πᾶσιν ἰδιωτικῶς διαζητῶ αὐτό. ἀνάγκη γὰρ οὕτως, ἐπεὶ μὴ σὺ ἐθέλεις σαφέστερον εἰπεῖν, εἰδὼς ἄμεινον. ἔγωγε δή μοι ἡ μὲν ἀρετὴ, τοιόν τι, οἷ πόλις τις διδαμένας ἔχουσα τοὺς ἐμπολιτευομένους (ὡς φαίη D δὴ ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς, ἐκεῖθέν ποθεν ἀφιγμένος) σοφοὺς ἐς τὰ ἀκρότατον, ἀνδρείους ἀπάντως, δικαίους, σώφρονας, ὀλίγου θεῶν ἀποδεόντως· οἷα δὲ πολλὰ γίγνεται πρὸς ἡμῶν, ἁρπαζόντων καὶ βιαζομένων, καὶ πλεονεκτούντων, οὐδὲν ἂν εἴδῃς, φασὶν, ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει τολμώμενον, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ Ⓒ ὁμονοίᾳ ξυμπολιτεύονται, μᾶλλα εἰκότως.

illud tamen in hominis opificio potissimùm calumniatus est, atque ipsum quidem architectum Vulcanum non mediocriter perculit, quòd artifex non in pectore ostiola quædam addidisset, quibus apertis & reclusis perspicuum fieret omnibus quid ille velit, aut in animo strueret & cogitaret: num mentiretur, an verum diceret. Atque ille quidem velut cæcutiens sic de hominibus statuit: tu verò nobis ipso etiam Lynceo es perspicacior, qui, sicuti videtur, per pectus ipsum quæ intus sunt, cernis, sùntque tibi aperta omnia, adeo vt non solùm certò teneas quid quisque velit aut cogitet, verùm etiam vter sit melior aut deterior. HERM. Tu quidem Luciane ludos ex me facis, ego verò Apollinis ductu & auspicio delectum habui, neque prorsus electionem moror: atque hæc quidem satis Hermotimo. LVCIAN. Attamen ne sic quidem mihi dignaris exponere, ô amice, sed me in ima vulgi fece versantem superbè contemnis. HER. Nihil fortasse illorum tibi placebit, quæ dixero. LVC. Nequaquam, ô bone, verùm nihil eorum vis dicere, quod me delectaturum esset. Et quia tu me celas de industria, nobis inuidens, ne fortè tibi pares euadamus, si philosophiæ indagandę studio operam nauaremus: periculum faciam, si quo modo fieri possit, vt per me exactam iudicandi rationem, miniméque fallibilem delectus habendi viam inueniam. Quocirca tu, si volueris, arrectis auribus attento fac sis animo. HERM. Prorsus isthuc volo, ô Luciane: fortassis quiddam scitu dignum dicturus es. LVC. At vide ne naso me suspendas, si illud omnino rusticè & ineptè proposuero. Ita enim facto opus esse video, posteaquam tu, qui harum rerum es multo peritior, illud manifestiùs & disertiùs explicare grauaris. Itaque Virtutem vrbis instar esse fingas volo, quæ ciues habeat honestissimè & integerrimè Rempub. administrantes, quemadmodum tuus quoque præceptor, qui isthuc aliquando peruênit, idem hoc affirmare non dubitat: præterea summa sapientia viros exornatos, magno infractóque animo præditos, iustitię seruantissimos, modestia admirandos, parum infra Deorum conditionem consistentes: cuiusmodi multa apud nos designantur, rapina, violentia, iniuria, habendi cupidine: eorum flagitiorum ne tantillum quidem quenquam audere in ea vrbe conspiceres: sed pacati & concordes Reipublicę munia simul obeunt & administrant. Nec iniuria,

*Virtus vrbis instar optimè instituta.*

Ea enim quæ aliis in vrbibus ſeditionum & factioſarum contentionum concitandarum occaſionem ſuppeditant, quorúmque gratiá alter alterum clandeſtinis petit inſidiis, ea inquam omnia è medio illorum ſublata & remota ſunt. Neque enim aut aurum, aut voluptates, aut honores habent in pretio, tanquam alicuius momenti iſta apud illos habenda ſint, verùm iam olim hæc in vniuerſum, tanquam parum neceſſaria exiſtimantes ad bene gerendam Rempublicam, vrbe eiecerunt. Itaque tranquillam quandam & omnibus modis felicem degunt vitam, bonis legibus, æqualitate, libertate, & omnibus denique bonis inſtitutam. HERMOT. Quid igitur ô Luciane? an non tibi videtur æquiſſimum eſſe, vt omnes certatim eius vrbis ciues fieri deſiderent, ita vt itineris tam laborioſi moleſtiam pro nihilo reputent, neque temporis longinquitate victi animum deſpondeant, certò & conſtanter perſuaſum habentes, ſe omni euicta difficultate in ciuium numerum relatum iri, eiúſque politiæ ſe participes futuros? LVC. Sanè per Iouem, ô Hermotime, omnibus omnes neruos in hoc intendendos eſſe arbitror, cætera verò negligenda. Nec patriæ tenaciter nobis inhærentis magna cura habenda eſt: neque valde moueri decet aut frangi animo parentum aut liberorum nos detinentium cõplorationibus: ſed & illi pari opera ad eandem profectionẽ nobiſcum ſuſcipiendã cohortandi ſunt. Quòd ſi aut ſequi nos recuſauerint, aut per ætatem non potuerint: illis relictis & poſthabitis, rectà ad vrbem omnium feliciſſimam animosè tendendum erit, reiectis etiam veſtimentis, ſi eiſdem amicti detineremur, illic haud dubiè conueſtiendi. Neque enim periculum eſt ne quis te eò nudo corpore delatum excluſurus ſit. Iam enim & aliàs virum multa canitie reuerendum diſſerentem audiui quînam illic res haberent: méque magnopere cohortabatur ille, vt me ſibi ad vrbem eunti comitem adiungerem: ſiquidem pollicebatur itineris ducem ſe fore, & quòd me ciuitate donare vellet, vnúmque ex tribulibus facere, ſuo adſcriptum ſodalitio, adeò vt nulla non ex parte bene & feliciter agerem. Cæterùm ego id ætatis rectè monenti non obtemperabam, ſtultitia & rudibus annis dehortantibus: nondum enim egreſſus eram annũ quintum & decimũ. Fortaſſis ſi ſecutus fuiſſem, iam in ſubvrbio aut præportis cõſiſterem. Porrò de ciuitate, ſi rectè commemini, cũ alia multa,

A ἃ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, οἶμαι, τὰς στάσεις καὶ φιλονεικίας ἐκλείρει, καὶ ὧν ἕνεκα ἐπιβουλεύουσιν ἀλλήλοις, ταῦτα πάντα ἐκποδών ἐστιν ἐκείνοις. οὔτε γὰρ οὔτε χρυσίον ἔτι, οὔτε ἡδονὰς, οὔτε δόξας ὁρῶσιν, ὡς ἀξιαφέρεσθαι τοῖς αὐτῶν, ἀλλὰ πάλαι τῆς πόλεως ἐξεληλάκασιν αὐτὰ, οὐκ ἀναγκαῖα ἡγησάμενοι ξυμπολιτεύεσθαι· ὥστε γαλήνιόν τινα, καὶ πανευδαίμονα βίον βιοῦσι, ξυνομίᾳ, καὶ ἰσότητι, καὶ ἐλευθερίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς. ΕΡΜΟΤ. τί οὖν ὦ Λυκῖνε; οὐκ ἄξιον ἅπαντας ἐπιθυμεῖν πολί-
B τας γίνεσθαι τῆς τοιαύτης πόλεως, μήτε κάματον ὑπολογιζομένους τὸν ἐν τῇ ὁδῷ, μήτε πρὸς ὀλίγον τοῦ χρόνου ἀπαγορεύοντας, εἰ μέλλοιεν ἀφικόμενοι, ἐλεγχθήσεσθαι καὶ αὐτοὶ, καὶ μεθέξειν τῆς πολιτείας; ΛΥΚΙΝ. νὴ Δί', ὦ Ἑρμότιμε, πάντων μάλιστα ὅτι τούτου σπουδαστέον· τἄλλ' ἀλλοτρίως ἀμελητέον. καὶ μήτε πατρίδος τῆς ἐνταῦθα ἐπιλαμβανομένης, πολλὴν ποιεῖσθαι λόγον, μήτε παίδων, ἢ γονέων, ὅταν εἰσὶν ἐπικατεχόντων, καὶ κλαυθμυριζομένων,
C ἐπικλᾶσθαι, ἀλλὰ μάλιστα μὲν κἀκείνους παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδόν. εἰ δὲ μὴ ἐθέλοιεν, ἢ μὴ δύναιντο, ἀποστασάμενον αὐτοῖς, χωρεῖν μόνον τῆς πανευδαίμονος ἐκείνης πόλεως· καὶ αὐτὸ ἀπορρίψαντας τὸ ἱμάτιον, εἰ τούτου ἐπειλημμένοι κατεύχοιεν, ἐσσύμενον ἐκεῖσε· οὐ γὰρ δέος μή σε τις ἀποκλείσῃ, καὶ γυμνὸν ἐκεῖσε ἥκοντα. ἤδη γάρ ποτε καὶ ἄλλοτε παρεσύρτου ἀνδρὸς ἥκουσα διεξιόντος, ὅπως τὰ ἐκεῖ παράγματα ἔχοι, καί με παρῄνεσεν ἕπεσθαι οἱ
D παρὰ τὴν πόλιν· ἡγήσεσθαι γὰρ αὐτός· καὶ ἐλθόντα ἐλεήσειν, καὶ φυλέτην ποιήσασθαι, καὶ φατρίας μεταδώσειν τῆς αὑτοῦ, ὡς μετὰ πάντων εὐδαιμονοίην. ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην τότε ἀνοίας, καὶ νεότητος τότε, καὶ πεντεκαίδεκα σχεδὸν ἐτῶν. ἴσως γὰρ ἂν αὐτὰ ἤδη ἀμφὶ τὰ παράσεια, καὶ παρὰ ταῖς πύλαις ἂν ἦ. ἔλεγε δ' οὖν καὶ τῆς πόλεως, εἴ γε μέμνημαι, ἀλλά τε πολλὰ,

καὶ ἤδη

καὶ ἤδη καὶ παῖδε, ὡς ξύμπαντες μὲν ἐπήλυδες καὶ ξένοι εἶεν, αὐτόχθων δ' οὐδείς. ἀλλὰ δὲ βαρβάρους ἐμπολιτεύεσθαι πολλούς, καὶ δούλους, καὶ ἀμόρφους, καὶ μικροὺς, καὶ πένητας· καὶ ὅλως, μετέχειν τῆς πόλεως τὸν βουλόμενον. τὸ γὰρ δὴ νόμῳ αὐτοῖς, οὐκ ἀπὸ γενεμάτων ποιεῖσθαι τὴν ἐγγραφήν, οὐδ' ἀπὸ χρημάτων, ἢ μεγέθους ἢ κάλλους, οὐδ' ἀπὸ γένους, οὐδὲ λαμπρῶν ἐκ προγόνων· ἀλλὰ ταῦτα μὲν, οὐδὲ νομίζεσθαι πρὸς αὐτοῖς, ἀποχρῶν δ' ἑκάστῳ προῖκα τὸ πολίτην γενέσθαι, σωφρονεῖν, καὶ ἐπιθυμεῖν τῶν καλῶν, καὶ πόνων, καὶ τὸ ἀλιπαρεῖς, καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι, μηδὲ μαλακισθῆναι πολλοῖς τοῖς δυσχερέσι, καὶ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνουσι· ὡς ὅστις αὖ ταῦτ' ἐπιδείξηται καὶ διεξέλθοι, παρθυόμενος ἄγει πρὸς τὴν πόλιν, αὐτίκα μάλα πολίτην ὄντα τοῦτον, ὅστις αὖ ἦ, καὶ ἰσότιμον ἅπασι· τὸ δὲ, χείρων, ἢ κρείττων, ἢ βιπατρίδης, ἢ ἀγεννὴς, ἢ δοῦλος, ἢ ἐλεύθερος, τοῦδε ὅλως εἴη, ἢ λέγεσθαι ἐν τῇ πόλει. EPM. ὁρᾷς, ὦ Λυκῖνε, ὡς ὀλίγου μὲν, οὐδὲ πρὸ μικροῦ κάμνω, πολίτης ἐπιθυμῶν γενέσθαι καὶ αὐτὸς ὅτου καλῆς καὶ εὐδαίμονος πόλεως; ΛΥ. καὶ γὰρ αὐτὸς, ὦ Ερμότιμε, τῶν αὐτῶν σοι ἐρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὅ,τι ἂν μοι πρὸ τούτων εὐξαίμιλιον γένοιτο. εἰ μὲν οὖν πλησίον ἦν ἡ πόλις, καὶ φανερὰ ἰδεῖν ἅπασι, πάλαι ἂν οὐ ῥᾳδίως μηδὲν ἐνδιάσας, αὐτὸς ἦλθον ἐς αὐτὴν, καὶ ἐπολιτευόμην ἂν οὐκ πολλοῦ. ἐπεὶ δὲ ὡς ὑμεῖς φατε (σύ τε καὶ Ἡσίοδος ὁ ῥαψῳδὸς) πολὺ πόρρω ἀπῴκισται, ἀναγκαῖον ζητεῖν ὁδόν τε τινὰ ἀγνοοῦντα ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἡγεμόνα τὸν ἄριστον. ἢ οὐκ οἴει σὺ ὅτῳ χρῆναι ποιεῖν; EPM. καὶ πῶς οὐ; ἄλλως ἔλθοι τις; ΛΥ. ἀκούω σοι μὲν ὅτι ὁ τοιαῦτα, καὶ Φάσκων εἰδέναι, πολλὴ ἀφθονία τῶν ἡγησομένων. πολλοὶ γὰρ ἕτοιμοι πάρεισιν αὐτόθεν, ἐκεῖθεν ἕκαστος εἴη λέγοντες. ὁδὸς γὰρ μία, καὶ ἡ αὐτὴ φαίνεται, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι, καὶ οὐδὲν ἀλλήλαις ὅμοιαι.

A tum hæc quoque prædicare ſolebat, quemadmodum omnes eius vrbis incolæ eſſent aduenæ & peregrini, nec vllus eſſet indigena. Quin etiam illud addebat, non parum multos in eadem Repub. verſari barbaros, & ſeruilis conditionis homines, informes, modicos, pauperes: breuiter neminem non eius Reipub. fore participem, quem penes modò voluntas eſſet eò tendendi: quandoquidem illis morem ciuitate donandi aduenas, affirmabat non ſumi aut ab externa cultus & veſtitus elegantia, aut à corporis proceritate & formoſitate, neque à generis ſplendore, aut claris maioribus, ſed ea B pro nihilo æſtimari apud illos. Oportere tamen eos qui ciuitatis ius indipiſci velint, intelligentia inſtructos eſſe, rerúmque honeſtarum tangi cupidine, labore non frangi, nullis voluptatum illecebris capi, neque effœminari aut emolleſcere rebus dubiis & difficilibus inter eundum ingruentibus. Quiſquis itaque hæc præſtiterit, expoſueritque: vbi primùm vrbẽ attigerit, actutum in ciuium communionem aſſumitur, quicunque tandem fuerit, parem experturus honorem. Porrò peior an melior, an nobilis, an ingenero- C ſus, an ſeruus, an liber, aut an prorſus infimæ ſortis & conditionis homo ſit, in ea ciuitate ne nominantur quidẽ. HER. Hinc perſpicere potes Luciane, quòd nõ temere aut pro rebus ficulneis tantos ſudores perferam, cùm adeo felicis & exoptatæ Reipubl. ciuis fieri concupiſcam. LVCIAN. Et ego quidem harum rerum cõmuni tecum cupiditate teneor: atque haud ſcio, an quicquam ſit quod perinde præ his mihi votis expetendum putem. Iam ſi in propinquo vrbs ſita foret, & omnium proſpectui expoſita: iam olim, vt ſcis, nulla animi ambiguitate pre- D peditus, eam fuiſſem ingreſſus, inque ea multum iam temporis verſando contriuiſſem. Poſteaquam verò, quemadmodum vos perhibetis (nimirum tu, & Heſiodus ille rhapſodus) valde procul hinc remota eſt, operæpretium mihi eſſe videtur, vt & viam ipſam quæ rectà nos ad vrbem ducat, inueſtigemus, nec minùs operæ & ſtudij in duce quàm optimò deligendo ponamus. An non ita quoque tibi faciendum videtur Hermotime? HERMOTIM. Et quînam alia ratione eò quis peruenire? LVCIAN. Nonne vides igitur immenſam multitudinem promittentium & affirmantium ſe viæ peritos eſſe? Multi enim ad hoc parati circunſtant, quorum nemo non ſe indigenam eſſe perſanctè deierat. Cæterùm non eſſe vnam tantùm viam, illud apparet liquidò, ſed innumeras & valde diuerſas, nec quicquam habentes in quo inter ſe conueniant.

*Vrbis virtutis incolæ, aduenæ omnes & peregrini.*

*Via ad virtutem.*

Nam hæc quidem ad occidentalem plagam vergit, illa ad ſolem exorientem: mox altera ad ſeptentrionem, viatorem ducit, altera verò rectà ad meridiem. Rurſus hæc quidem per florida prata, & molles plantas, ſub vmbra amœna & delectabili, nihil habens aſperitatis aut difficultatis: altera autem petricoſa, & omnibus modis aſpera, multum exhibens viatoribus cùm ſitis tum ardoris, tum etiam laboris & moleſtiæ. Et tamen omnes illæ cùm multæ ſint, ad eandem vrbem, quæ vna eſt, tendere perhibentur, tametſi ſint inter ſe diuerſiſſimæ. Inde incredibilis animum meum habet perplexitas & hæſitantia. Etenim in quancunque forte fortuna incidero, virum quempiam circa ingreſſum diuerticuli conſiſtentem offendo, antiqua virtute & fide admirandum, ſtatim in introitu accedenti manus porrigentem, vehementérque cohortantem, vt ipſius viam ingrediar: vſqueadeo certatim vnuſquiſque illorum ſe compendioſæ viæ gnarum eſſe iactat identidem, alios verò tota via aberraſſe, neque vnquam eò peruenisſe, neque aliorum inſequentium duces eſſe poſſe. Tandem vbi proximum acceſſero, audio & illum de via ſua magnificè pollicentem, aliósque malitiosè vituperantem. Ad eum quoque modum facit is qui huic vicinus eſt, & ſic deinceps omnes reliqui. Hinc itaque viarum multitudo & diuerſitas non mediocriter me conturbant, animúmque meum incertum diuersè diſtrahunt, maximè verò duces ipſi præter modum vociferantes, dum quiſque ſua immodicis laudibus deprædicat. Neque enim calleo in quam declinãs, aut quem potiſſimum ex ducibus ſecutus, vrbem accedere queam. HER. At ego te Luciane ab omni hæſitatione liberabo. Etenim haud facilè, ſi iis qui ante nos idem itineris confecerunt, fidem habueris, ab errabis. LVC. Quibus tu habendam fidem dicis? aut quem ex ducibus ſequuti ſunt? aut per quam viam ingreſſi ſunt? Iterum enim nobis ſub alia forma eadem apparet animi perplexitas, à rebus ad homines tranſlatis. HER. Quonam modo iſthuc dicis? LVC. Quoniam quidem qui in Platonis viam digreſſus eſt, & illo duce ſe in viam dedit, illam haud dubiè laudaturus eſt: rurſus qui Epicurum ducem ſibi ſequendum elegit, Epicuri: ita omnino alius aliam commendabit: tu verò veſtram omnibus aliis præferes. Aut non ita futurum eſſe Hermotime credendum eſt? HERM. Et cur non? LVC. Proinde ab ancipiti animi perplexitate me non liberas, cùm etiamnum ignorē ex viatoribus cuinam potiſſimùm fides adhibenda ſit.

A ἢ μὰν γὰ ὅτι τὰ ἑσπέρια, ἡ δὲ ὅτι πρὸ ἕω φέρειν ἔοικεν, ἡ δ' ὅτι ἐπὶ ἄρκτους, καὶ ἄλλη δι' ἡμέρας. ἡ μὰν δὴ λειμώνων, καὶ φυτῶν, καὶ σκιᾶς, ὕδατος, καὶ ἁβρᾶ, ὁδὸν αὐτὴν τοῦτον ἢ δύσβατον ἔχουσα· ἡ δὲ, πετρώδης καὶ τραχεῖα, πολλὴ ἥλιον, καὶ δίψος, καὶ κάματον παρεφαίνουσα. καὶ ὅμως αὗται πᾶσαι πρὸς τὴν πόλιν ἄγειν λέγονται, μίαν οὖσαν, ἐς τὰ σώματα τελευτώσαι. ἔνθα δή μοι καὶ ἡ πᾶσα ἀπορία ἔστιν. ἐφ' ἑνὶ γὰ δὴ ἔλθω αὐτῶν, αὐτὴ καὶ πρὸ ἀρχῆς τῆς ἀτραποῦ ἕκαστος ἑφεστὼς, σὺν τῇ εἰσόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος B ὀρέγει τε τὴν χεῖρα, καὶ παρατείνει καὶ τὴν αὐτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν ὀρθὴν εἰδέναι, τοὺς δ' ἄλλους πλανᾶσθαι, μήτε αὐτοὺς ἐλπιδοφόρους, μήτε ἄλλοις ἡγήσασθαι δυναμένους ἀκολουθήσασιν. καὶ ὅτι τὸν πλησίον ἀφίκωμαι, καὶ ἐκεῖνος τὰ ὅμοια ἐπιχειρήσει παρὰ τῆς αὐτοῦ ὁδοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους κακίζει, καὶ ὁ πρ' αὐτοῦ ὁμοίως, καὶ ἑξῆς ἅπαντες. τὸ, τε τοίνυν τῶν πλῆθος τῶν ὁδῶν, καὶ ὁ αὐτόμοιον αὐτῶν, ἀμηχανίαν παρέχει μοι, καὶ ἀπορῶν ποιεῖ· καὶ μάλιστα οἱ ἡγεμόνες ἐπαρθέντες ἀλλήλοις, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἐπαινοῦντες. C οὐδὲ γὰ οἶδα ἐγὼ ἵνα τραπόμενος, ἢ τῷ μᾶλλον ἀκολουθήσας, ἀφικοίμην δὴ πρὸς τὴν πόλιν.

ΕΡ. ἀλλ' ἐγώ σε ἀπολύσω τῆς ἀπορίας. τοῖς γὰρ πρωτοπορευομένοις ὦ Λυκῖνε πιστεύσας, οὐκ ἂν σφαλείης. ΛΥ. ποῖ λέγεις; τοῖς καὶ ποίαν ὁδὸν ἐλθοῦσιν; ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων ἀκολουθήσασιν; αὖθις γὰ ἡμῖν ὁ αὐτὸ ἄπορον, σὲ ἄλλη μορφῇ ἀναφαίνει, ἀπὸ τῶν πραγμάτων ὅτι τοῖς ἀνδράσι μετελπλυθότα. ΕΡ. πῶς τοῦτο φῄς; ΛΥ. ὅτι ὁ μὲν, τῷ Πλάτωνος πρατόμενος, καὶ συνοδοιπορήσας μετ' αὐτοῦ, ἐκείνῳ ἐπαινέσει δηλονότι· ὁ δὲ, τῷ Ἐπικούρου ἐκείνῳ, καὶ ἄλλος ἄλλῳ· σὺ δὲ, τῷ ὑμετέραν· ἢ πῶς γὰ ὦ Ἑρμότιμε οὐχ οὕτως;

ΕΡΜ. πῶς γὰ δ'; ΛΥ. ὃ τοίνυν ἀπέλυσάς με τῆς ἀπορίας, μὴ ἔτι ὁμοίως ἀγνοῶ τῷ μᾶλλον χρὴ πιστεύσαι τῶν ὁδοιπόρων.

ὁρῶ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν, καὶ αὐτὸν, καὶ τὸν ἡγεμόνα, μιᾶς πεπειραμένον, καὶ ἐκείνῃ ἐπαινοῦντα, καὶ λέγοντα ὡς αὕτη μόνη ἄγει ὅτι τὴν πόλιν· ἐγὼ μέντοι ἔχω εἰδέναι εἰ ἀληθῆ φησιν. ἀλλ' ὅτι μὲν ἀφῖκται ποτέ τι τέλος, καὶ εἶδέ τινα πόλιν, δῶσω αὐτῷ ἴσως. εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἴδωμεν ἐγώ τε, καὶ σὺ πολιτεύσασθαι ἡδέως εἰς Κόρινθον ἐλθών, ὁ δὲ εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἐωρακέναι, ἄδηλον ἔμοιγ' ἔτι ὧν. ἐγὼ γὰρ πρῶτος ὁ τινὰ πόλιν ἰδών, Κόρινθον εἶδεν, εἴτε ἐστὶν ἡ μόνη πόλις ἔστιν ἡ Κόρινθος. τὸ δὲ δὴ μάλιστα εἰς ἀπορίαν με καθίστησιν, ἐκεῖνό ἐστι, τὸ εἰδέναι ὅτι πᾶσα αἱρέσις μίαν τὴν ἀληθῆ ὁδὸν· καὶ γὰρ ἡ Κόρινθος μία ἐστίν. αἱ δὲ ἄλλαι πολλαχόσε μᾶλλον, ἢ εἰς Κόρινθον ἄγουσιν, εἰ μή τις ἔτι σφόδρα κακοδαίμων, ὡς οἴεσθαι καὶ τὴν εἰς Ὑπερβορέους, καὶ τὴν εἰς Ἰνδοὺς ἄγουσαν, εἰς Κόρινθον φέλφ. ΕΡ. καὶ πῶς οἷόν τε, ὦ Λυκῖνε; ἄλλη γὰρ ἄλλαχόσε ἄγει. ΛΥ. ἀκούω, ὦ καλὲ Ἑρμότιμε, ὅτι μικρᾶς δεῖ βουλῆς ὅτι τὴν αἵρεσιν τῶν ὁδῶν τε, καὶ ἡγεμόνων. σοὶ δὲ τοῦτο δὴ ὃ τῷ λόγου ποιήσομαι, ἵνα αὖ ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσιν, ἐκεῖσε ἀπιμεν. ἐπεὶ λήσομεν ἴσως, αὐτὴ τῆς εἰς Κόρινθον ἀγούσης, τὴν ὅτι Βαβυλῶνος, ἢ Βάκτρων ἀπιόντες. σοὶ δὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνο καλῶς ἔχει, τῇ τύχῃ ὅτιτ' ἐπειν, ὡς τάχα αὖ τὴν ἀρίστην ἑλόμενοι, εἰ καὶ αὐθωρὶ ἐξετάσεως ὁρμήσαιμεν ὅτι μίαν τῶν ὁδῶν ἰωμεν. δυνατὸν μὲν γὰρ καὶ τοῦτο γενέσθαι· καὶ ἴσως ποτὲ ἐγένετο ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ. ἡμᾶς δέ γε περὶ τὴν οὕτω μεγάλων, οὐκ εἰμὶ δὴν παβόλως ἀναρίστητον, οὐδ' ἐς γενὸν κομιδῇ καταγελάστῳ ἐλπίδα, ὅτι ῥιπὸς ὡς ἡ παροιμία φησὶ, τὸν Αἰγαῖον, ἢ τὸν Ἰόνιον σκαφιδίου πλεῦσαι θέλοντας. ὅτε οὐδ' αἰτιασαίμεθ' ἂν εὐλόγως τὴν τύχην, εἰ ζητοῦσα, καὶ ἀκοντίζουσα, μὴ πρώτως ἔτυχε τοῦ ἀληθοῦς, ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις τοῖς ψεύδεσιν, ὅπερ καὶ τὴν Ὁμηρικὴν τοξότην ὑπῆρξεν. ὡς, δέον τὴν πελιάδα καταξεῦσαι, ὁ δὲ, τὴν μήλινδον ἔτεμεν· ὁ Τεῦκρος, οἶμαι.

A Video enim vnumquenque illorum, & ipsum, & ducem eius, vnius tantùm viæ feciſſe periculum, ac illam laudare, affirmantem hanc ſolam eſſe quæ perducat ad vrbem. Ego autem num verum dicat, ſcire non poſſum. Quòd enim ad finem aliquem delatus ſit, & ciuitatem quandam conſpexerit, fortaſſe illi haud difficulter conceſſerim: cæterùm num illam viderit quam oportebat, in cuius Repub. ego & tu verſari concupiſcimus, in Corinthum delati, ille autem Babylonem profectus, Corinthum ſe vidiſſe putarit: hoc quidem etiamnum mihi incertum eſt. Neque enim ille qui aliquam B ciuitatem vidit, ſtatim & Corinthum vidit: ſiquidem non ſola Corinthus eſt ciuitas. Quod autem omnium maximè me facit animi incertum & ambiguum, illud eſt, quòd ſciam neceſſariò vnam atque adeo veram eſſe viam: ſiquidem nec plures quàm vna Corinthus eſt, aliæ autem quoquo gentium magis viatorem quàm in Corinthum perducunt. Niſi quis vſqueadeo delirus eſſet, & mente captus, vt putaret & eam quæ ad Hyperboreos, & eam quæ ad Indos tendit, in Corinthum recto tramite perducere. C HER. Quónam pacto hoc fieri poſſet ô Luciane, cùm alia aliò tendat? LVC. Proinde ô bone Hermotime, non mediocri opus eſt conſilio in eligendis cùm viis tum ducibus. Neque illud vulgo iactati prouerbij committendum eſt, vt quocunque nos pedes duxerint, eo inconſultò abeamus, quo modo ita haud dubiè decepti pro Corintho ad Babylonios aut Bactra abiremus. Atqui ne hoc quidem valde mihi conſultum factu videtur, vt fortunæ tantam rem committamus, tanquam optimam fortaſſe apprehendentes, ſi citra omnem viarum D exactam perueſtigationem, in vnam aliquam quamcunque tandem temere irrueremus. Nihil enim obſtat quominus & fieri poſſit, & fortaſſe iam olim in tãta temporis longinquitate factũ eſt. Haudquaquam verò æquum eſſe opinor, vt tam inconſideranter de rebus adeo magnis ſpem abiiciamus, aut ita in anguſtum coactam conſtringamus, virgultea ſcapha (quod aiunt) Ægæum aut Ionium tranſmittere volentes. Neque enim rectè aut probabiliter fortunam incuſaremus, ſi ſagittando & iaculando nõ prorſus aſſecuta ſit veram illam viam, vnam nimirum inter tot infinitas falſas & erroneas exiſtentem: quod nec Homerico quidem ſagittario conceſſum fuit, qui cùm debuiſſet columbam arcu fixam deiicere, linea vincula rupit: opinor autem fuiſſe Teucrum.

Sed enim hoc multo magis rationi consentaneum est, spem habere multa vulnerandi, & iaculo petendi, quàm omnino illud vnum ex omnibus: quoniam periculum non mediocre est, si pro recta & compendiosa via in vnam ex erraticis & deuiis imprudentes incideremus, sperantes, fortunam, meliorem pro nobis electuram esse. Opinor autem in tali re comparatione vtendum, & demonstrandum esse. Neque enim promptum & facile est reuocare cursum, saluúmque & incolumem retro eugdere, si quis soluta naui mari se semel commiserit: verùm necessarium est, in pelago fluctuum arbitrio iactari & circumferri, nauseantem vt plurimum, & metu perculsum, capitéque marinis fluctibus grauatũ. Æquum verò fuerat, sub initium, priusquam vela ventis permisisset, conscensa specula explorare si mare esset nauigabile, & secundus flaret ventus Corinthum nauigare volentibus. Et per Iouem quidem gubernator quispiam optimus summo cum iudicio illi deligendus fuerat, præterea nauis satis firma conquirenda, quæ tantis fluctibus & cursui par esse potuisset. HERMO. Est quidem Luciane, quod dicis, non improbandum. Verumenimuero hoc satis certò scio, quòd si etiam per circulum omnes ad vnum accesseris, non tamen alios inuenies neque duces meliores, neque gubernatores maiori peritia præditos, quàm Stoicos. Atque si animus tibi est aliquãdo Corinthum perueniendi, illos sequendos esse putabis, per Chrysippi & Zenonis vestigia incedendo: alioqui frustra hanc viam tentabis. LVC. An non sentis, ô Hermotime, commune quiddam te dixisse? haud dubiè enim hoc ipsum dixerit & quisque qui communem cum Platone viam ingreditur, & qui Epicurum ducem sequitur, insuper & alij, me videlicet Corinthum nunquam vẽturum, nisi cum illorum aliquo itineri memet accingam: ita vt necessarium mihi esse videam, aut omnibus sine discrimine credere, quod absurdissimum est: aut omnibus iuxtà diffidere, quod quidem multo tutissimum esse opinor, donec vera pollicentem inuenerimus. Age verò, si quemadmodum nunc ignarus sum, etiamnum certum non habens quinam ex omnium philosophantium ordine & numero verum diceret, vestræ sectæ me addicerem, habita tibi fide viro amico & familiari, attamen Stoicę saltem philosophiæ perito, tantúmque vnicam illam viam ingresso: postea verò Deorum aliquis ab inferis in vitam reuocaret Platonem & Aristotelem,

A ἀλλὰ πολλῷ σφόδρα βουλομώτερον τὴν πολλῶν πρωθήσεσθαι καὶ πειρᾶσθαι τῷ ξύμπαντι ἐλπίζειν, ἢ πάντως ἐκεῖνο ὃ ἐν ὀξὺ ἀποβῆναι. ὁ δὲ κίνδυνος ὅτι μικρὸς, εἰ αὖθις τῆς ἐπ' εὐθὺ ἀγωγῆς, ἐς τὴν πεπλανημένων μίαν ἀγνοοῦντες ἐμπέσοιμεν, ἐλπίζοντες ἄμεινον αἱρήσεσθαι τῷ τύχην ἐπ' ἀμφότερα, εἰκάζειν οἶμαι. οὐδὲ γὰρ ἀναστρέψαι ἔτι, καὶ ἀνασωθῆναι ὀπίσω ῥᾴδιον, ὦ ἄπαξ ἐλπίδῃ τῇ πλεούσῃ τις αὐτὸν, ἐκ ἀπόγαιος. ἀλλ' ἀνάγκη ἐν τῷ πελάγει φέρεσθαι, ναυτιῶντα ὡς ὁ πολὺ, καὶ δεδοικότα, καὶ καρηβαρούμενον ὑπὸ τοῦ κάλου, δέον ὀξὺ ἀρχῆς περὶ ἐκ πλοῦσαι, ἀναβάντα ὅπου σκοπιά τινα, σκέψασθαι εἰ εὐπόρον ἐστὶ καὶ ἄνεμον ὃ πνεῦμα τοῖς εἰς Κόρινθον ἀφορμοῦσι ἐθέλουσι. καὶ, νὴ Δία, κυβερνήτην ἕνα τὸν ἄριστον ἐκλέξασθαι, καὶ ναῦν ἀπαγῆ, οἵαν ἀφορκέσαι πρὸς τηλικοῦτον κλύδωνα. ΕΡΜ. ἔστω γε ἄμεινον, ὦ Λυκῖνε, πολλοῦ. πλὴν οἶδά γε ὅτι ἀπόντας ἐν κύκλῳ περιελθών, οὐκ ἄλλους ἂν εὕροις, οὔτε ἡγεμόνας ἀμείνους, οὔτε κυβερνήτας ἐμπειροτέρους τῶν Στωϊκῶν. καὶ ὦν ἐθελήσῃς γε ἀφικέσθαι ποτὲ πρὸς Κόρινθον, ἐκείνοις ἕπου, τὰ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος ἴχνη πρεσβεύων· ἄλλως δὲ, ἀδύνατον. ΛΥ. ὁρᾷς τοῦτο ὡς χρηστὸν, ὦ Ερμότιμε, εἴρηκας; εἴποι γὰρ ἂν αὐτὸ καὶ ὁ τῶν Πλάτωνι ξυνοδοιπορῶν, καὶ ὁ Επικούρῳ ἑπόμενος, καὶ οἱ ἄλλοι, μὴ ἀπελθεῖν με εἰς τὴν Κόρινθον, εἰ μὴ μετ' ἐμαυτοῦ ἕκαστος. ὥστε, ἢ πᾶσι πιστεύειν χρὴ, ὅπερ γελοιότατον, ἢ ἀπιστεῖν ὁμοίως· μακρῷ γὰρ ἀσφαλέστατον τὸ ξυνοῦσιν. ἀλλὰ εἰ ἔρωμαι πάλιν σε ὑποιχνούμενον. ἐπεὶ φέρε, εἰ καθάπερ νῦν ἔχω ἀγνοῶν ἔτι ὁστὶς ἐξ ἀπάντων ἐστὶν ὁ ἀληθεύων, ἐλοίμην τὰ ὑμέτερα, σοὶ πιστεύσας, μηδὲ φίλῳ, ἀπὸ μόνα γε εἰδὼς τὰ τῶν Στωϊκῶν, καὶ μίαν ὁδὸν ὁδοιπορήσαντι ταύτην, ἔπειτα θεῶν τις ἀναβιώσαι ποιήσῃ Πλάτωνα, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Αριστοτέλην,

καὶ τοὺς ἄλλους· οἱ δὲ περιστάντες ἐρωτῷεν με, καὶ, νὴ Δί', εἰς δικαστήριον ἀγαγόντες, ὕβρεως ἕκαστος δικάζοιντο, λέγοντες, ὦ βέλτιστε Λυκῖνε, τί παθὼν, ἢ τίνι ποτὲ πιθόμενος, Χρύσιππον καὶ Ζήνωνα παρεθήμησας ἡμῖν, πρεσβυτέρων ὄντων πολλῷ, καὶ σοφίᾳ δοκίμων, μήτε λόγου μεταδοὺς ἡμῖν, μήτε πειραθεὶς ὅλως ὧν φαμέν; εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἂν ἀποκρινοίμεθα αὐτοῖς; ἢ ἱκανόν σοι, φαίη τις, ὅτι Ἑρμοτίμῳ ἐπείσθης φίλῳ ἀνδρί; ἀλλὰ φαίην ἄν, οἶσθ' ὅτι, ἡμεῖς, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἴσμεν τὸν Ἑρμότιμον τοῦτον, ὅστις ποτέ ἐστιν, οὐδὲ ἐκεῖνος ἡμᾶς. ὥστε οὐκ ἐχρῆν ἀπόντων καταγνώσκειν, οὐδὲ ἐρήμοιν ἡμῖν καταψηφίζεσθαι, αἰσθόμενον πιστεύσαντα μίαν ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ οὐδὲ ταύτην ἴσως ἀκριβῶς κατειληφότα. οἱ δέ γε νομοθέται, ὦ Λυκῖνε, οὐχ οὕτω παρεσκεύασται τοῖς δικασταῖς ποιεῖν, οὐδὲ τὸν ἕτερον μὲν ἀκούειν, τὸν δὲ ἕτερον, ὅταν λέγῃ ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἃ οἴεται ξυμφέρειν, ἀλλ' ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, ὡς ῥᾷον αὐτεξεταζούσας τοὺς λόγους, διείσειεν πάλιν τε καὶ ψευδῆ. καὶ ἐμοὶ γε μὴ οὕτω ποιοῦσιν, ἐφίενται δίδωσιν ὁ νόμος εἰς ἕτερον δικαστήριον ταῦτα, ἅπερ εἰκὸς ἐρεῖν αὐτούς. ἢ τάχ' ἄν τις αὐτῶν καὶ παρεσκέψατό με, εἰπέ μοι, λέγων, ὦ Λυκῖνε, εἴ τις Αἰθιοψ μηδέπω πώποτε ἄλλους ἀνθρώπους ἰδὼν, οἵοι ἡμεῖς ἐσμεν, ἅμα δὲ μὴ ἀποδεδημηκέναι τοῦδε τοῦ τόπου, ἐν τινι συλλόγῳ τῶν Αἰθιόπων διϊσχυρίζοιτο, καὶ λέγοι μηδαμόθι τῆς γῆς ἀνθρώπους εἶναι λευκοὺς, ἢ ξανθοὺς, μηδὲ ἄλλο τι ἢ μέλανας, ἆρα πιστεύοιτ' ἂν ὑπ' αὐτῶν; ἢ εἴποι τις ἂν τῶν πρεσβυτέρων Αἰθιόπων, σὺ δὲ δὴ, πόθεν ταῦτα, ὦ θρασύτατε, οἶσθα, ὃς γε ἀπεδήμησας πρὸ ἡμῶν οὐδαμόσε, οὐδὲ, νὴ Δία, τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις οἶδας ὁποῖά ἐστι, φαίην ἂν ἔγωγε δίκαια ἐρωτῆσαι τὸν πρεσβύτην; ἢ πῶς, ὦ Ἑρμότιμε, συμβουλεύεις; ΕΡ. οὕτω δικαιότατα γὰρ ἂν πλήξαι δοκεῖ μοι. ΛΥ. καὶ γὰρ ἐμοιγε, ὦ Ἑρμότιμε.

A præterea etiam alios omnis generis philosophos: illi autem circunsistentes interrogarent, & per Iouem quoque in ius pertractum contumeliæ accusarent, dicentes: Quid verò passus es optime Luciane, aut à quo persuasus, Chrysippum & Zenonem nobis, qui multo antè fuerimus, proposueris, homines heri & paulo antè natos, cùm nos neque sermonis participes feceris, neque prorsus quæ loquamur, tentaris? Quòd si hæc ab illis dicerentur, quidnam illis respõderem? An satis mihi fore existimas, si dixero me ab Hermotimo viro familiari ita persuasum esse? Atqui dicerét, sat scio, Nos verò Lu-
B ciane, quis ille sit Hermotimus, iuxtà cũ imperitiis ignoramus, sed neque ille nos nouit: quare æquum non fuit, omnibus in totum repudiatis, nos indicta caussa condemnare, fidem dantem viro vnicam tantùm in philosophia viam, sed neque illam fortasse exactè satis perspectam habenti. Sedenim legum conditores ô Luciane, ad hunc modum non imperant faciendum iudicibus, nimirum vt altero tantùm audito, alteri facultas pro se loquendi ea quæ ex vsu suo esse intellexerit, non concedatur: verùm vtrunque iuxtà audiendum esse præscribunt, quò facilius diuersis sermonibus inter se examinatis & perpensis, quæ vera, quæ falsa
C sint, inuenire queant. Quod nisi sic factitatum fuerit, permittit lex appellandi libertatem, vt in aliud iudicium ea transferantur, quæ illos loqui par est. Aut si quispiam fortasse illorum me interrogaret, Dic mihi, inquiens, ô Luciane, si quis Æthiops qui nunquam alios homines conspexisset, quales nos sumus, propterea quòd nunquam peregre extra patriam profectus sit, in quadam corona & conuentu Æthiopum pertinaciter affirmaret, dicerétque nus-
D quam gentium homines albos aut flauos reperiri, neque vllius alterius coloris quàm nigros: nunquid aliis fidem suis dictis faceret? Diceret autem ad illum quispiam ex senioribus Æthiopibus, Tu verò vnde hæc cognita & explorata affirmas, audacissime? neque enim vnquam à nobis susceptа ad exteros populos profectione peregrinatus es, neque per Iouem qualia apud exteras nationes sint, vnquam peruestigasti, aut præsens oculorum testimonio didicisti. An verò hunc senem non rectè & grauiter sentire prædicarem? Aut quid tu consilij in medium adfers Hermotime? H F. R M. Imò verò tuæ sententiæ assentior: iustissimè enim mihi videtur eius temeritas ita posse compesci. L V C I. Et quidem mihi, ô Hermotime.

Cæterùm quod posthac dicturus sum, quomodo tibi mecum conueniat, scire non possum: mihi quidem & illud iam valde persuasum est. HERM. Qualénam illud est? LVC. Nempe vir ille probabili inductione inferet dicturus, Ergo absurdè propositus est nobis quispiam Luciane, qui saltem Stoicorum placita calluerit, quemadmodum amicus ille tuus Hermotimus, cùm nunquam peregre profectus, neque ad Platonis Academiam se contulerit, neque apud Epicurum diuerterit, neque omnino cum alio quoquam familiaritatem contraxerit. Itaque si dixerit nihil ita pulchrum aut ita verum inueniri apud omnes reliquos, qualia Stoicorum sunt, & quæ ab illis asseruntur: an non iure optimo temerarius & audax tibi videri debeat, de omnibus definiendi & pronuntiandi auctoritatem sibi sumens, maximè verò cùm tantùm vnius sectæ peritus sit, neque vnquam ex Æthiopia vel alterum pedem protulerit? Quid verò existimas illi respondendum esse? Num verissimum illud, nos videlicet Stoicis addictos, illorum philosophiam perdiscere, iuxta quam dignum putemus philosophari? neque tamen nobis obscura sunt ea quæ dicuntur ab aliis: siquidem præceptor noster & illa inter differendum proponit, refellens subuerténsque illa satis argutè. Num verò existimas hoc responso audito tacituros esse Platonicos & Epicureos, tum etiã alios? An non in risum soluti iure optimo ad me dicerent, qualiánam facit familiaris tuus Hermotimus, ô Luciane, qui dignatur aduersariis de rebus nostris fidem habere, prorsus existimans eiusmodi esse omnia nostratia, qualia ipsi falsò confingunt & dictitant, quorum aut ipsi imperiti sunt, aut ipsam veritatem de industria celantes obfuscant improbi? Aut igitur si viderit aliquem ex athletis exercentem se priusquã in arenam descenderit, calcitrantem in aëra, aut pugnis inanẽ quampiam plagam inferentem, quasi cæderet aduersarium, illum ideo statim proclamabit præfectus certaminis esse inuincibilem? Aut non potiùs existimabit perfacile & tutum esse, ita pueriliter & iuueniliter Thrasonem gloriarum plenum agere, nullo aduersario illi repugnãte: ipsam autem victoriam tunc primùm decernendam esse, quando aduersarium fortiter deiectum prostrauerit, & superior certando euaserit, altero lassitudine confecto, alioqui verò nequaquam? Proinde neque Hermotimus ab his quibus præceptores sui aduersum nos absentes in vmbra dimicant atque digladiantur, illos victores esse putet:

A ἀλλὰ ὃ μὲν τοῦτο οὐκ ἔτ' οἶδα, εἰ ὁμοίως καὶ σοὶ δόξει· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ τοῦτο πάνυ δοκεῖ. ΕΡ. Ὃ ποῖον; ΛΥ. ἐπάξῃ δηλαδὴ ὁ ἀνὴρ, καὶ φήσῃ πρὸς με ὧδέ πως· ἀπάλογον τοίνυν κείσθω τις ἡμῖν, ὦ Λυκῖνε, τὰ Στωϊκὰ μόνα εἰδὼς, καθάπερ ὁ σὸς φίλος οὗτος ὁ Ἑρμότιμος, ἀποδημήσας δὲ μηδὲ πώποτε, μήτε ἐς Πλάτωνος, μήτε πρὸς τὸν Ἐπίκουρον, μηδὲ ὅλως πρὸς ἄλλον τινά. εἰ τοίνυν λέγοι, μηδὲν ὕστω καλὸν εἶναι, μηδ' ἀληθὲς πρὸς τοῖς πολλοῖς, οἷα τὰ τῆς στοᾶς ὄντα, καὶ ἃ ἐκεῖνη φησὶν, ἆρ' οὐ δικαίως ἂν δόξαι σοι, πρὸ πάντων ἀποφαίνοιτο, καὶ ταῦτα, ἐν εἰδὼς, οὐδὲ πώποτε ἐξ Αἰθιοπίας τὸν ἕτερον πόδα προελθών; τί οὖν ἀποκρινώμεθα αὐτῷ; ὃ ἀληθέστατον ἐκεῖνο δηλαδὴ, ὅτι ἡμεῖς τὰ μὲν Στωϊκὰ, καὶ πάνυ ἐκμανθάνομεν, ὡς δὴ καὶ ταῦτα φιλοσοφεῖν ἀξιοῦντες· οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ ἃ τὰ ἐκεῖνοι τῶν ἄλλων λεγόμενα. ὁ μὲν διδάσκαλος, καὶ ἐκεῖνα μεταξὺ ἐν διέξεισι πρὸς ἡμᾶς, καὶ διαπτέπει τε αὐτὰ, προσαθεῖς αὐτός. ἢ νομίζεις ἐκεῖθεν σιωπήσεσθαι ἡμῖν τοὺς ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τοὺς ἄλλους; καὶ δὲ ἀναγελάσονται αὐτοῦ εἰπεῖν πρὸς ἐμέ, οἷα ποιεῖ, ὦ Λυκῖνε, ὁ ἑταῖρός σου ὁ Ἑρμότιμος; ἀξιοῖ τοῖς αὐτοδίκοις πρὸς ἡμᾶς πιστεύειν, καὶ οἴεται τοιαῦτα εἶναι τὰ ὑμέτερα, ὁποῖα αὐτὸς ἐκεῖνοι φασὶν, ἢ οὐκ εἰδότες, ἢ χρυπτόμενοι δὲ ἀληθές; οὐκοῦν ἐγώ τινα καὶ τῶν ἀθλητῶν ἴδοιμι ἀσκούμενον πρὸ τοῦ ἀγῶνος, λακτίζοντα εἰς τὸν ἀέρα, ἢ πυκτεύοντα πληγήν τινα καταφέροντα, τὸν ἀνταγωνιστὴν οὔπω ὄντα παρόντα, ἀθρόως ἀναιρήσει αὐτὸν ἀγωνοθέτης ὤν, ὡς ἄμαχόν τινα· ἢ ἐκεῖνα μὲν οἰήσεται ῥᾴδια εἶναι, καὶ ἀσφαλῆ τὰ γυμνάσματα, οὐδενὸς ἀνταγομένου αὐτῷ, τὸν δὲ νικᾶν τότε καταγνώσεται κρίνεσθαι, ὁπόταν καταγωνίσηται τὸν ἀντίπαλον αὐτὸν, καὶ κρατήσῃ, ὁ δ' ἀπαγορεύσῃ, ἄλλως δὲ οὔ; μὴ τοίνυν μηδὲ Ἑρμότιμος, ἀφ' ὧν δὴ οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ σκιαμαχοῦσι πρὸς ἡμᾶς ἀπόντας, οἰέσθω κρατεῖν αὐτοὺς,

ἢ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα εἶ), ὡς αἰσχρὲ ἐπιθαι ῥαδίως. ἐπεὶ ὁ τοιοῦτον ὅμοιον αὖ εἶ) τοῖς τῶν παιδίων οἰκοδομήμασιν, ἃ καλαμοκυβάσαντες σκῶφοι ἀθενῆ, θύθυς αἰσχρὲ ποιοῦσιν, ἢ καὶ, νὴ Δία, τοῖς τοξεύειν μελετῶσιν, οἱ κάρφη τινὰ στιβάδηδον τες, ἐπειτα ὅτι κόντου πήξαντες, ἀ πόρρω τοῦ θέλθοι, τοχάζονται ἀφιέντες· καὶ ἰῶ τύχωσί ποτε, καὶ διαπείρωσι τὰ κάρφη, αὐτίκα μάλα θύθυς, ὡς τι μέγα ποιήσαντες, εἰ διεξελήλυθεν αὐτοῖς ὁ βέλος διὰ τῶν φρυγάνων. ἀλλ' ἀ Πέρσαι γε ὥτω ποιοῦσιν, οὐδὲ Σκυθῶν, ὅσοι τοξόται. ἀλλὰ τοῦτον μὲν αὐτοὶ κινούμενοι ἀφ' ἵππων, ὡς ὁ πολὺ τοξεύουσιν, ἔπειτα δὲ, ὃ τὰ τοξευόμενα κινεῖσθαι ἀξιοῦσιν, ἀχ ἑστῶτα, ἀδὲ τοξευόντα ὁ βέλος, ἐστ' αὐ ἐμπέσῃ, ἀλλὰ διαδιδράσκοντα ὡς ἔνι μάλιστα, θηεία γέ τοι ὡς ὁ πολὺ καταπτοῦσι, καὶ ὀρνίθων ἔνιοι τυγχάνουσιν. ἰῶ δέ ποτε καὶ ὅτι σκοπὸν δεῖ πειραθῆναι τὸν τόνον τῆς πληγῆς, ξύλον αὐτίτυπον, ἢ ἀσπίδα ὠμοβοΐνων τοῦθέλθοι, διελαύνοιτο, ἀχ ὥτω πιστεύσι, καὶ δι' ὅπλων σφίσι χωρῆσαι τοὺς οἰκείους. εἰπὲ τοίνυν, ὦ Λυκῖνε, πρὸς ἡμᾶς Ἑρμοτίμου, ὅτι οἱ διδάσκαλοι αὐτῶν Φρύγανα τοῦθέλθοι, καταπτοῦσιν, εἶτα φασὶν αὐθρῶν ὡπλισμένων κεκρατηκέναι, καὶ εἰκόνας ἡμῶν γραφάμενοι, πυκτεύσι τοῦς σκείνας ἀχ κρατήσαντες, ὡς ὁ εἰκὼς, κρατεῖν ἡμῶν οἴονται. ἀλλὰ φαίημεν αὖ ἕκαστος τοῦς αὐτοὺς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως σκῶφα, ἃ φησι τοῦτο τοῦ Ἕκτορος,

οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λιτὸν ἔσεσθαι ὀιστόν.

Ταῦτα μὲν οἱ ξυμπόται, ἐν τῷ μέρει ἕκαστος. ὁ Πλάτων δ' αὖ μοι δοκῇ ἀν διηγήσασθαί τι τῶν ἐν Σικελίᾳ, ὡς αὖ εἰδὼς τὰ πλεῖστα. τῷ γὰρ Συρακοσίῳ Γέλωνι, φασὶ δυσῶδες εἶ) τὸ σῶμα, ἀχ τοῦτο ὅτι πολὺ διαλαθὸν αὐτὸν, ἀδενός τινος ἐλκώδους τὸ ἔσωθεν τὸν ἄνδρα, μέχρι δὴ τινα γυναῖκα ξένην συνενεχθεῖσαν αὐτῷ, τολμῆσαι ἀν εἰπεῖν ὅπως ἔχοι τὸ σῶμα τοῦ γυναῖκα ἐλθοῦσα τὸν ἑαυτῆς, ὀργισθέντα, ὅτι ἀκ ἐμέλλοι τοῦς αὐτὸν, εἰδυῖα μάλιστα τὴν δυσωδίαν.

A aut ea quæ à nobis asseruntur, tam sine negotio posse refelli aut subuerti: quoniá illud persimile esset puerorum ædiculis, quas illi vt infirmas parare solent, ita protinus subuertunt ac diruunt. Aut per Iouem etiam his qui exercitio sagittandi sunt occupati, qui stipulis quibuspiam colligatis, & super contum fixis, nec ita procul positis, emisso telo iaculantur: ac si quando fortè fortuna collimantes scopum tetigerint, stipulásque præfixas iaculo penetrauerint, illico exclamãt quasi re magna peracta, si telum per sarmenta euolarit. Cæterùm nequaquam ad

B hunc modum Persæ facere consueuerunt, sed neque Scythæ, quotquot illorũ arcu & arte iaculandi præcellunt: verùm initiò ipsi equis insidentes, obequitando emittunt iaculum: deinde etiam ea ipsa faciunt mobilia, ad quæ aecu collimant, non stabilia, aut sagittam expectantia donec inciderit, sed cùm plurimùm fugientia, nempe feras, & maximè volucres feriunt. Quòd si nonnunquam scopus quoque feriendus est, emissi teli firmitate & impetu lignum transuersim obiectum, aut scutum bouinis coriis confectum præponentes, transfigunt: ac tunc

C quidem bonam spem habent fore vt eorum tela etiam per arma, vbi vsus erit, penetrent. Quapropter ô Luciane, dic nostris verbis Hermotimo, præceptores eius sarmentorum seu stipularum fasciculos propositos telis petere: deinde ambitiosè gloriari homines armatos se deuicisse: insuper aduersus imagines nostras depictas pugilum more depugnare: quibus etiam, vt par est, superatis, nos prostratos esse existimãt. Atqui vnusquisque nostrum ad illos dicere possemus, quod ab Achille dictum est de Hectore:

*Ille meam haudquaquam galeam, cristásque comantes*
*Aspicere audebit.*

D Hæc quidem vno ore dicturi sũt omnes; singulatim autem alius alia. Plato haud dubiè mihi videtur aliquid narraturus eorum quæ facta cõperit in Sicilia, quorum non pauca habet comperta. Siquidem perhibent Geloni Syracusiorum tyranno os fuisse putridum, infectúmque graueolentia: id quod permultum temporis illum latuit, cùm nemo auderet ob hoc ipsum reprehendere, virum præpotentem tyrannide, donec illi mulier peregrina adducta, rem vt se haberet, sumpta audacia exposuisset. Qua re ille inflammatus iracundia, vxorem suam accessit grauiter cum ea expostulans quòd illi non palàm feciisset fœtidi oris graueolentiam, cùm eius vitiosæ animæ probè fuisset conscia.

Illa verò orauit ſibi habendam eſſe veniam, propterea quòd nunquam antea vllum alium virum ſit experta, neque cum quoquam tam propè congreſſa, ita vt pro certo putarit in vniuerſum omnes viros nõ aliam animam ore exhalare. Itaque Hermotimus, quia cum ſolis Stoicis commercium habuit, proculdubio diceret Plato, non iniuria neſcius eſt qualiánam aliorum ſint ora. Non diſſimilia fortaſſe & Chryſippus diceret, & his etiam multo plura, ſi illo indemnato & indicta cauſſa relicto ad Platonis Academiam à quodam eius aſſecla perſuaſus me reciperem. Iam, vt tandem pauciſſimis verbis totius rei ſummam complectar, ita ſtatuo, dum quidem in incerto fuerit quænã vera ſit ſecta philoſophandi, nullam eſſe eligendam, propterea quòd non careat contumelia, ſi hac electa, aliam neglexerit. HERM. Per ſocietatem domeſticam Luciane, age, Platonem quidem & Ariſtotelem, quin etiam Epicurum & alios miſſos faciamus. Neque enim ex dignitate mea eſt, vt aduerſus illos ego conflicter. Cæterùm nos duo, ego inquam & tu, accuratè diſcutiamus, num res philoſophica tale quiddam ſit, cuiuſmodi ego eſſe affirmo. Æthiopas autem, aut Gelonis vxorculam, quorſũmnam opus erat ex Syracuſis vſque ad noſtrum colloquium accerſere? LVC. Sanè illos quidem miſſos faciamus, quandoquidem tibi ad noſtram diſceptationem parum vtiles & ſuperuacanei viſi ſunt. Tu verò dic modò: apparet enim ſimilis quiddam admirandi dicturo. HER. Mihi equidẽ prorſus videtur, Luciane, omnibus modis fieri poſſe, eum qui tantũmodo Stoicorum dogmata perdidicerit, ex illis ad vnguẽ cognitis verum noſſe, tametſi aliorum decretis poſthabitis nequaquam ſingula perdiſcendo excuſſerit. Conſidera verò tecum, ad hunc modum ratione inita, ſi quis hoc tantùm ad te dixerit, duabus dyadibus numerum quaternarium abſolui: ergo tibi iam circumeundum eſt, & viritim exquirendum ab aliis omnibus, quotquot arithmeticæ non ſunt rudes, ne fortè quiſpiã inter illos ſit qui dicat, bis duobus quinque aut ſeptem conſtitui? An non illico tibi planum ſit eum virum vera dicere? LVCIANVS. Illico quidem, ô Hermotime. HERMOTIMVS. Quî igitur tibi fieri poſſe non videtur, eum qui ſolùm in Stoicorum ſcholam inciderit, veritatem dicẽtium, illorúmque ſermonibus planè perſuaſum, aliorum non ampliùs egere ductu & auſpiciis, cùm certus iam factus ſit, nunquam fore vt quatuor quinque fiant, non ſi infiniti Platones aut Pythagoræ diuerſum affirmauerint?

A πλὼ ᾖ, πεῖσαι πεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν αὐτῇ. ὑπὸ γὰρ τ μὴ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς, μηδὲ ὁμιλῆσαι πλησίον, οἰηθῆναι ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις τοιοῦτό τι ἀποπνεῖν τὸ σῶμα. καὶ Ἑρμότιμος τοιγαροῦν ἅτε μόνοις τοῖς Στωϊκοῖς ξυνὼν, φαίη ἂν ὁ Πλάτων, εἰκότως ἀγνοεῖ ὁποῖα τὰ τῶν ἄλλων τὰ σώματά ἐστιν. ὁμοία δ' ἂν καὶ Χρύσιππος εἴποι, ἢ ἔτι πλείω τούτων, εἰ μὴ λιπὼν αὐτὴν ἄχριτον, ὅτι τὰ Πλάτωνος ὁρμήσαιμι, πιστεύσας τινὶ τῶν μόνῳ Πλάτωνι ὡμιληκότων. ἐνί τε λόγῳ ξυνελὼν φημι, ἄγε μοι δὴ ἄδηλον ἢ τίς ἀληθὴς ἐστὶ προαίρεσις ἐν φιλοσοφίᾳ, μηδὲ μίαν αἱρεῖσθαι· B οὕτως γὰρ ἐς τὰς ἄλλας ἔσται τοιοῦτον. ΕΡΜ. ὦ Λυκῖνε, πρὸς τῆς Ἑστίας, Πλάτωνα μὲν, καὶ Ἀριστοτέλη, καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τοὺς ἄλλους ἀπρεμεῖν ἐάσωμεν· ἃ γὰρ κατ' ἐμὲ ἀμφισβητήσεσθαι αὐτοῖς· καὶ δὲ, ἐγώ τε, καὶ σὺ, ἐφ' ἡμῖν αὐτὴν ἐξετάσωμεν εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ φιλοσοφίας πρᾶγμα, οἷόν ἐγὼ φημι αὐτὸ εἶναι. Αἰθίοπας δὲ, ἢ πλὼ Γέλωνος γυναῖκα, τί ἔδει καλεῖν ἐκ Συρακουσῶν ὅπου τὸν λόγον; ΛΥ. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀπίτωσαν ἐκ ποδῶν, εἴ σοι δοκοῦσι πρόσκοποί εἶναι πρὸς τὸν λόγον· σὺ δὲ C λέγε ἤδη· θαυμαστὸν γάρ τι ἔρξειν ἔοικας. ΕΡ. δοκεῖ μοι, ὦ Λυκῖνε, ἁπλοῦν δυνατὸν εἶναι μόνον τὰ τῶν Στωϊκῶν ἐκμαθόντα, εἰδέναι τἀληθὲς ἀπὸ τούτων, κἂν μὴ τὰ τῶν ἄλλων ἐπεξέλθῃ τις ἐκμανθάνων ἕκαστα. ἔστωσι γὰρ σκόπει, λῶ τις λέγῃ πρὸς σὲ μόνον τοῦτο, ὡς αἱ δύο δυάδες, τὸν τέτταρα ἀριθμὸν ἀποτελοῦσιν, ἆρα δεῖσθ' ἂν ἔτι σε πυθέσθαι τῶν ἄλλων, ὅσοι ἀριθμητικοὶ, μή τις ἄρα εἴη πέντε, ἢ ἑπτὰ λέγων αὐτὰς εἶναι, ἢ αὐτίκα εἰδείης ἂν ὅτι αὐτὸν ἀληθῆ λέγει; ΛΥ. αὐτίκα, D ὦ Ἑρμότιμε. ΕΡ. τί ποτ' οὖν ἀδύνατον εἶναί σοι δοκεῖ, συντυχόντα τινὰ μόνον τοῖς Στωϊκοῖς λόγοις παλαιῆ, πεῖσθαί τε αὐτοῖς, καὶ μηκέτι δεῆσθαι τῶν ἄλλων, εἰδότα ὅτι οὐ πότε τὰ τέτταρα πέντε γένοιτο, οὐδ' ἂν μύριοι Πλάτωνες, ἢ Πυθαγόραι λέγωσιν;

ΛΥ. Οὐδὲν πρὸς ἔπος, ὦ Ἑρμότιμε· τὰ γὰρ ὁμολογούμενα τοῖς ἀμφισβητουμένοις εἰκάζῃς, πολὺ διαφέροντα αὐτῶν. ἢ τί αὖ φαίης; ἔστιν ᾧ τινι συντετύχηκας, λέγοντι τὰς δύο δυάδας συντεθείσας, τὸν ἑπτὰ ἢ ἕνδεκα ἀριθμὸν ἀποτελεῖν; ΕΡ. Οὐκ ἔγωγε. ἢ μαίνοιτ' ἂν ὁ μὴ τέτταρα ξυμβαίνειν λέγων. ΛΥ. ἦ δαί, συντετύχηκας πώποτε, καὶ πρὸς Χαλκίτων πειρᾷ διηθεύειν, Στωϊκῷ τινι, καὶ Ἐπικουρείῳ, μὴ διαφερομένοις περὶ ἀρχῆς, ἢ τέλους; ΕΡ. Ἀδαμῶς. ΛΥ. Ὅρα τοίνυν μή πως με παραλογίζῃ, ὦ ἑταῖρε, καὶ ταῦτα, φίλον ὄντα. ζητούντων γὰρ ἡμῶν οἵ τινες ἀληθεύουσιν ἐν φιλοσοφίᾳ, σὺ τοῦτο παραρτάσας, ἔδωκας φέρων τοῖς Στωϊκοῖς, λέγων ὡς ὑπ' εἰσιν, οἱ τὰ δὶς δύο, τέτταρα πιθέντες, ὅπερ ἀδηλον εἰ οὕτως ἔχει. φαῖεν γὰρ ἄν οἱ Ἐπικούρειοι, ἢ Πλατωνικοί, σφᾶς μὲν ὧδε ξυντιθέναι, ἡμᾶς δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγειν αὐτά· ἢ ἴσως δοκοῦσί σοι τοῦτο ποιεῖν, ὁπότε ὑμᾶς μὲν μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθὸν ἡγεῖσθαι εἶ· οἱ Ἐπικούρειοι δέ, τὸ ἡδύ; καὶ ὅταν ὑμᾶς λέγητε σώματα εἶ ἄπτωτα, ὁ Πλάτων δὲ νομίζῃ καὶ ἀσώματόν τι ἐν τοῖς οὖσιν εἶ; ἀλλ' ὅπερ ἔφην, πλεονεκτικῶς πολὺ τὸ ἀμφισβητούμενον συλλαβὼν, ὡς ἀναμφιλόγως ἴδιον τῶν Στωϊκῶν δίδως αὐτὸ ἔχειν, καίτοι αὐτοπροσβαινομένων τῶν ἀνδρῶν, καὶ λεγόντων αὐτῶν τοῦτο εἶναι, ἔνθα δὴ κρίσεως μάλιστα, οἶμαι, δεῖ. ἀλλὰ μὴν οὐκ ἂν πρόδηλον γένοιτο τοῦτο, ὡς Στωϊκῶν ὄντι μόνων τὰ δὶς δύο, τέτταρα ἡγεῖσθαι, ὥσπερ σιωπᾷ τοῖς ἄλλοις· ἄχρι δ' ἂν αὐτῶν τούτου περὶ διαμάχωνται, πάντων ὁμοίως ἀκουστέον, ἢ εἰδέναι ὅτι πρὸς χάριν δικάζειν δόξομεν. ΕΡ. Ἔμοιγε δοκεῖς, ὦ Λυκῖνε, ξυνιέναι πῶς βούλομαί σοι εἰπεῖν. ΛΥ. Σχολῇ γοῦν φέρεσθον χρὴ λέγειν, εἰ ἑτεροῖόν τι, ἀλλὰ μὴ τοιοῦτον φήσεις. ΕΡ. εἶεν· αὐτίκα οἷόν τι λέγω. θῶμεν γάρ τινας δύο ἐσεληλυθέναι ἐς τὸ Ἀσκληπιεῖον, ἢ ἐς τὸν Διονύσου τὸ ἱερόν· εἶτα μετὰ ταῦτα φιάλην τινὰ τῶν ἱερῶν ἀπολωλέναι· δεήσει δήπου ἀμφοτέρους ἐρευνηθῆναι αὐτούς,

A LVC. Nihil aduersum, quod aiunt, dicis, ô Hermotime: cùm ea quæ omnibus iamdudum sunt certa & persuasa, rebus dubiis & incertis assimulare nō dubites, longè latéque inter sese dissidētia. Quid autē respondes? esténe aliquem quocum tu sermonem sociaris, contendentē duas dyadas cōiunctas, aut septenariū aut vndenariū numerum constituere? HER. Haudquaquā ego, nisi fortassè per insaniā deliraret, negans ex his non nisi quatuor excrescere. LVC. Quid autē? incidistine aliquādo (& per Gratias verū dici volo) in Stoicum aliquem & Epicureum, de rerum principiis & bonorum fine inter se non dissidentes? HER. Nunquam. LVC. Proinde etiam atque etiā vide ne tuis falsis & euanidis rationibus me fraudulenter decipias, maximè verò amicum tuum existētem. Cùm enim nos subinde quæramus quinam in Philosophiæ studiis vera loquantur, tu nihil cūctatus hoc præoccupatum Stoicis attribuisti, dicens illos esse qui bis duo, quatuor esse statuerint: quod quidem obscurum est num ita se res habeat: fortassè enim dicerent Epicurei aut Platonici vestrā hanc esse compositionem: nos autem quinque aut septem illa esse dicimus. An non videntur hoc ipsum tibi egregiè præstare, cùm vobis hoc solùm quod honestū est, bonum esse putantibus, Epicurei voluptatem summum bonum esse statuant? Et cùm vos pertinacissimè contendatis omnia esse corporea, Plato tamen eius opinionis est, vt censeat in rerum natura nonnihil quoque esse incorporeum. Et quod primo loco dixi, nimiùm auidè illud quod in dubio versatur, tāquam minimè dubitanter proprium illud Stoicis habendum tradidisti. Iam cùm alij hoc sibi vendicent, dicántque illud esse, sanè ibi tum summo iudicio opus esse opinor. Porro autem si apud omnes in confesso esset, solos Stoicos verè autumare bis duo esse quatuor, aliis mea quidem sententia conticescendum est. Quamdiu verò ea de re inter ipsos contentiosè digladiantes anceps est controuersia, omnes ex æquo audiendi sunt, aut compertum habere, videri nos ad gratiam ferre iudicium. HER. Non videre mihi Luciane intellexisse quid dicere voluerim. LVCIA. Ergo crassiùs & manifestiùs explicandum tibi erit aliud quippiam dicturo, tantùm videne tale aliquid dehinc adducas. HERMOT. Scies actutum cuiusmodi sit quod dico. Ponamus enim duos aliquos in Æsculapij aut Dionysij fanum ingressos, deinde phialam quādam è rebus sacris esse sublatam atque deperditam: haud dubiè iam summopere necessariū est, vt ambos inuestigatione habita perscrutemur;

vternam illorum phialam in sinu abditam habeat. LVC. Maximè. HER. Omnino autem alterum habere necesse est. LVCIA. Et cur non, si quidem deperdita est? HERMOT. Proinde si apud priorem amissam phialam inueneris, alterum nequaquam exuendum esse putas: iam enim palàm est illam non habere. LVC. Sanè palàm est. HER. Et si in prioris sinu reperta non fuerit, alterum habere sanè consentaneum est: neque hîc longa perscrutatione opus est. LVC. Certè enim habet. HER. Ergo nos quoque si apud Stoicos phialam iam inuentam habemus, alios perscrutandos esse superuacuum & indignum existimamus, habentes quod dudum tantopere quærebamus: aut quam ob rem inâni labore nos ipsos amplius defatigaremus? LVC. Nullius profectò gratia, si reperta phiala penes vos fuerit, illáque inuenta pro certo compertum habetis illud ipsũ esse quod erat deperditum: aut planè vobis cognitum est donarium. Iam verò ô amice, non saltem duo sunt qui templum ingrediuntur, vt necessarium sit alterum habere rem furto subtractã, verùm profectò illorum magna est copia. Deinde non minùs obscurum est quid illud tandem sit quod deperditum est, num phiala quæpiam, num scyphus, num corona. Quotquot enim sacerdotes sũt, subinde alius aliud esse affirmat: quippe qui neque de ipsa materia vnanimiter consentiunt, verùm hi ex ære, alij ex argento factum, partim autem aureum, partim verò argenteum illud esse dictitant. Itaque planè operæpretium esse vides, detractis vestimentis omnes in templum ingressos exui, si animus est rem amissam inuenire. Quanquam enim apud primum aurea phiala tibi reperta fuerit, nihilo secus tamen & cæteri pari opera sunt exuendi. HERMOT. Quamobrem, ô Luciane? LVC. Propterea quòd incertum sit num phiala illud ipsum sit quod erat amissum. Tametsi verò & hoc vno ore omnes confessi fuerãt, haud tamen omnes auream fuisse phialam cõfirmabunt. Porro autem vt maximè inter omnes constet auream phialam esse amissam, tamen ne sic quidem alios perscrutandi finem facies: neque enim tibi constabit num Dei sit illa ipsa: aut non reputas infinitas esse phialas aureas? HERMOTIMVS. Sanè censeo. LVCIAN. Igitur omnibus modis necessarium est perscrutantem omnes accedere, & illis quæ apud quenquam inuenerit, in medium depositis, coniicere quidnam ex eisdem diuinum donarium potissimum sit existimandum.

A ὁπότερος ἐκ τοῦ κάλπου ἔχῃ τὴν φιάλην.
ΛΥ. ἢ μᾶλλα. ΕΡ. ἔχῃ δὲ πάντως ὁ ἕτερος. ΛΥ. πῶς γὰρ οὐ, εἴ γε ἀπόλωλεν; ΕΡ. οὐκοῦν δὴ καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ οὕτως αὐτὴν, οὐκ ἐπὶ τὸν ἕτερον ἀποδύσῃς· πρόδηλον γὰρ ὡς οὐκ ἔχῃ. ΛΥ. πρόδηλον. ΕΡ. καὶ εἴ γε μὴ ἤρεσθαι ἐν τῷ τοῦ πρεσβυτέρου κόλπῳ, ὁ ἕτερος πάντως ἔχῃ· καὶ οὐδὲν ἐρεύνης οὐδὲ ὕστου δεῖ. ΛΥ. ἔχῃ γάρ. ΕΡ. ἡμᾶς τοίνυν εἰ ἤρεσθαι ἤδη καὶ τοῖς Στωϊκοῖς τὴν φιάλην, οὐκ ἐπ' ἐρεύναν τοὺς ἄλλους ἀξιώσομεν, ἔχοντες ὃ πάλαι ἐζητοῦμεν· ἢ τίνος
B γὰρ ἕνεκα ἔτι κάμνοιμεν; ΛΥ. οὐδενός, εἴ γε ἤρεσθε, καὶ ἤρεσθε ἔχειν εἰδέναι, ὡς ὀκτὼ μὲν ὁ ἀπολωλὼς, ἢ εἰ ὅλως γνώριμον ὑμῖν εἴη ὃ ἀνάθημα. νῦν δὲ, ὦ ἑταῖρε, πρεσβύτεροι μὲν οὐ δύο εἰσὶν οἱ προελθόντες ἐς τὸν νεών, ὡς ἀναγκαῖον εἶναι τὸν ἕτερον αὐτῶν, τὰ φώρια ἔχειν, ἀλλὰ μάλα πολλοί τινες. εἶτα καὶ ὃ ἀπολόμενον αὐτό, ἄδηλον ὅ,τι ποτέ ἐστιν, εἴ τε φιάλη τις, ἢ σκύφος, ἢ στέφανος· ὅσοι γοῦν ἱερῆς, ἄλλος ἄλλο εἶναι λέγουσι, καὶ οὐδὲ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς ὁμολογοῦσιν· ἀλλ'
C οἱ μὲν, χαλκοῦν, οἱ δὲ, ἀργύρου, οἱ δὲ, χρυσοῦν, οἱ δὲ, καὶ τὸ τοῦ στέφους εἶναι αὐτὸ φάσκουσιν· ἀνάγκη τοίνυν ἅπαντας ἀποδῦσαι τοὺς εἰσελθόντας, εἰ βούλει θύρῃ ὃ ἀπολωλὼς· καὶ γὰρ αὖ πάλιν τῷ πρώτῳ θύθις θύρης φιάλην χρυσῆν, ἔτι καὶ τοὺς ἄλλους σοι ἀποδυτέον.
ΕΡΜ. ἀλλὰ τί, ὦ Λυκῖνε; ΛΥ. ὅτι ἄδηλον εἰ φιάλη ὃ ἀπολόμενον ἐστίν· εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἐκ πάντων ὁμολογηθείη, ἀλλ' ὅτι γε χρυσῆν ἅπαντες φασιν εἶναι τὴν φιάλην· εἰ δὲ καὶ μᾶλλον γνώριμον γένοιτο, ὡς φιάλη ἀπόλοιτο χρυσῆ, καὶ σὺ πάλιν ὦ πρόπαππε θύρεις φιάλην χρυσῆν, οὐδὲ ὕστου παύσῃ διερευνώμενος
D τοὺς ἄλλους· ὃ γὰρ δῆλόν που εἰ αὐτὴ ἐστὶν ἡ τοῦ θεοῦ· ἢ οὐκ οἶσθ' πολλὰς φιάλας εἶναι χρυσᾶς;
ΕΡΜ. ἔγωγε. ΛΥ. δεήσῃ δὴ ὅτι πολλὰς ἰέναι ἐρευνῶντα, καὶ τὰ πρ' ἑκάστῳ εὑρεθέντα πάντα, εἰς μέσον καταθέντα, εἰκάζειν, ὅ,τι ποτὲ αὐτῶν πρέποι μάλιστα θεῖον κτῆμα οἴεσθαι.

καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πολλῶν ἀποριαν παρεχόμενον, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἕκαστος τῶν ἀποδυσομένων ἔχει τι πρώτως, ὁ μὲν, σκύφον, ὁ δὲ, φιάλην, ὁ δὲ, στέφανον· καὶ ὁ μὲν, οὐ χαλκοῦ, ὁ δὲ, οὐ χρυσοῦ, ὁ δὲ, ἀργύρου· εἰ δὲ ὃ ἔχει, τοῦτο ἱερόν ἐστιν, οὐδέπω δῆλον. πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη ἀπορεῖν, ὁπότερα ἱερόσυλον εἴπῃς· ὅπου γε, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον, ἄδηλον ἴσως καὶ ὅτως, ὅστις ὁ τὰ τοῦ θεοῦ ὑφηρημένος· ἔστι γὰρ καὶ ἰδιωτικὰ ἔχειν. ὃ δὴ αἴτιον τῆς ἀγνοίας ἔν ἐστιν, οἶμαι, ὃ ἀνεπίγραφον εἶναι τὴν ἀπολομένην φιάλην. ἐγὼ μὲν γὰρ φιάλην ἀπολωλέναι, ὡς εἴγε ἐπεγέγραπτο τοῦ θεοῦ ὄνομα, ἢ τοῦ ἀναθέντος, ἦττον ἂν ἐκάμνομεν, καὶ θύσοντες τὴν ἐπιγεγραμμένην, ἐπεπαύμεθ' ἂν ἀποδύοντες, καὶ σχολῶντες τοῖς ἄλλοις. οἶμαι δέ σε, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ἀγῶνας ἤδη γυμνικοὺς ἑωρακέναι πολλάκις. ΕΡΜΟΤ. καὶ ὀρθῶς οἴει, πολλάκις γάρ, καὶ παλαιόθεν. ΛΥΚΙΝ. ἦ οὖν ποτε καὶ παρὰ τοῖς ἀθλοθέταις αὐτοῖς ἐκάθιζες; ΕΡ. νὴ Δία, ἔναγχος Ὀλυμπιάσιν ὅτε τὰ λαμπρὰ τοῦ Ἑλλανοδικοῦ, Εὐανδρίδου τοῦ Ἠλείου θέαν μοι παρεκαλαβόντος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. ἐπεθύμουν γὰρ ἐξηύδην ἅπαντα ὁρᾶν τὰ παρὰ τοῖς Ἑλλανοδίκαις γιγνόμενα. ΛΥ. οἶδα οὖν καὶ τοῦτο, πῶς κληροῦσιν ὃν τινα ἕκαστον χρὴ παλαίειν, ἢ παγκρατιάζειν; ΕΡ. οἶδα γάρ. ΛΥΚΙΝ. ἐκκωῶ ἄμεινον σὺ εἶποις, ἐξηύδην ἰδών. ΕΡΜΟΤ. ὃ μὲν παλαιὸν, ὅτι Ἡρακλέους ἀγωνοθετοῦντος, φύλλα δάφνης. ΛΥΚ. μή μοι τὰ πάλαι, ὦ Ἑρμότιμε· ἃ δὲ εἶδες ἐξηύδην, ἐκφαίνειν λέγε. ΕΡΜΟΤΙΜ. κάλπις ἀργυρᾶ παρέκειται ἱερὰ τοῦ θεοῦ, ἐς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ, ὅσον δὴ κυάμειοι τὸ μέγεθος, ἐπιγεγραμμένοι· ἐγγράφεται δὲ ἐς δύο μοῖρα, ἄλφα ἐν ἑκατέρῳ· ἐς δύο δὲ, τὸ βῆτα· καὶ ἐς ἄλλους δύο τὸ γάμμα, καὶ ἑξῆς ἐπὶ τὰ αὐτὰ, ἕως πλείους οἱ ἀθληταὶ ὦσι, δύο ἀεὶ κλῆροι τὸ αὐτὸ γράμμα ἔχοντες· παρελθὼν δὴ τῶν ἀθλητῶν ἕκαστος, παρεξάμενος τοῦ Διὶ,

A Etenim quod omnium maximè dubio inuoluit animum, illud est, quòd vnusquisque exutorum aliquid apud se habeat, hîc scyphum, ille phialam, alius coronam: & hic quidem ex ferro fabricatam, alter autem auream, tertius argenteam. Nondum verò clarum est & perspicuum, num hæc sit res sacra, quod habetur. Quare magnam tibi impositam esse vides necessitatem dubitandi, quemnam ex tanto numero sacrilegij insimules. Vbi verò omnibus essent paria & simi-
B lia, iuxtà foret incertum cognitu quinam diuina donaria sustulisset: sunt enim harum rerum possessiones etiam priuatæ. Cæterùm ignorantiæ causſam vnam esse arbitror, quòd nullo titulo inscripta sit deperdita phiala. Ponamus enim amissam esse phialam, quæ si Dei nomine, aut eius qui illam templo dicatam consecrauit, foret insignita titulo, minori in perscrutãdo labore defatigaremur, & ea quæ inscriptiuncula notata foret reperta, finem faceremus exuendi, & alios perturbandi. Opinor autem Hermotime, iam te sæpenumero gymnicis certaminibus interfuisse. HER. Et rectè quidem opinaris: iam enim persæpe in-
C terfui. LVC. Nunquid igitur etiam aliquando iuxta athlothetas consedisti? HER. Per Iouem nuper in Olympiis læuum latus iudicum sedendo claudebam, Euandrida Elei filio inter ciues suos spectaculum mihi præoccupante. Cupiebã enim singula propius inspecta cognoscere, quæ fierent circa iudices. LVCIA. Proinde etiam illud exploratum habes, qua sortiendi ratione vti soleant, cuinam cum quoque luctandum, aut pancratio decertandum sit. HERMOT. Planè perspectum habeo. LVCIAN. Longè itaque promptiùs & meliùs tu ex-
D pedies, qui ista propiùs & curiosiùs sis contemplatus. HERMOT. Apud priscos quidem præsidente in certaminibus Hercule, laurea folia. LVCIA. Ne mihi quæso priscorum instituta percenseas Hermotime, sed quæ ipse coràm conspexisti, cedo. HER. Initiò quidem vrna argentea Deo sacra in medium proponitur, in eam paruæ quædã sortes coniiciuntur, fabacea fermè magnitudine, literis inscriptæ. Inscribuntur autem duæ, vtraque videlicet litera α, deinde in alteras duas scribitur β, mox in alias γ, ac deinceps iuxta eandem rationem inscribuntur, & reliquę pro numero athletarum, si plures fuerint, ita vt semper binæ sortes iisdẽ sine insignitæ literis. Accedit deinde quisque ex athletis, susceptis votis Ioui supplicans:

immiſſaque in vrnam manu, vnã ex ſortibus extrahit, & poſt illum alius. Quibus ſingulis aſſiſtens flagellifer, protenſa manu obſtat ne legantur literę quæ à ſingulis extractę ſunt. Cæterùm vbi iam ſinguli ſingulas ſortes habuerint, tum demum Alytarches, vt ego opinor, aut vnus ex iudicibus (neque enim amplius memoria teneo) circumeundo contemplatur & explorat ſortes in circulo cõſiſtentium. Atque ita eum quidem qui (α) habuerit, cum altero ſortẽ (α) inſcriptam habente, aut lucta aut pancratio decertaturum committit. Deinde pari ratione etiam eum qui (β) habet extractum, cum altero eiuſdem literæ: qui tenor committendi ſeruatur etiam in aliis conſimilium literarum ſortes habentibus. Et hæc eſt ratio componendorum athletarum numero illorum æquali ſeu pari exiſtente, nimirum ſi octo aut quatuor aut duodecim illorum fuerint. Quòd ſi diſpares acceſſerint, quinque videlicet, aut ſeptem ſeu nouem, tum litera quæpiam ſuperuacua ſorti inſcripta, vnà cum aliis in vrnam mittitur, non habens literam ſibi reſpondentem. Quicunque ergo illam extrahendo conſecutus fuerit, aliis ad vltimum vſque præſidet, expectans donec alij finitis certaminibus decertauerint: neque enim habet literam ſuæ oppoſitam. Eſtque illa non mediocris athletæ felicitas, quippe qui adhuc viribus integer cum defeſſis congreſſurus ſit. LVC. Iam quidem paulliſper interquieſce: etenim illud eſt, cuius egebam maximè: ergo illorum iam nouẽ ſunt, omnéſque immiſſa in vrnam manu ſortem extraxerunt: tu verò age iam circumeundo (pro ſpectatore enim certaminis, iudicis officium tibi deferam) contemplare literas. Haud quaquam enim credo priùs te cognituru quis ex illis præſes dicẽdus ſit, quàm ad omnes veneris, & illos inter ſe compoſueris. HER. Quorſum verò iſta dicis Luciane? LVC. Horſum videlicet, quòd nullo modo fieri poſſe videatur, vt illico reperiatur litera illa declarans præſidem: fortaſſe enim inuenire potes literam, incertus tamen eris num illa ſit: neque enim vlla exceptione prædictum eſt (κ) aut (μ) aut (ι) fore eam literã, quæ præſidem ſit conſtitutura. Atqui vbi in α incideris, alius (κ) habens tibi quærendus eſt: quo inuento, illos inter ſe ad congrediendum componis. Deinceps in (β) prolapſus, alterum (ω) vbi ſit ſtudes inueſtigare, quod inuento aduerſum eſt. Ac ita quidem agis cum cæteris omnibus, donec ille tibi relictus fuerit, qui ſolitariam habuerit literam, nullum aduerſarium indicantem.

A καθεὶς τὴν χεῖρα ἐς τὴν κάλπιν, αἴρασα τῶν κλήρων ἕνα, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος, καὶ πρέσβεως μαστιγοφόρος ἑκάστῳ, αὐτέχ αὐτοῦ τὴν χεῖρα, οὐ πρέπον αἰαγωνίαν ὁ, τι ὃ γράμμα ἔστιν ὁ αἰέσασκεν. ἀπάντων δὲ ἤδη ἐξόντων, ὁ Αλυτάρχης, οἶμαι, ἢ τῶν Ελλανοδικῶν αὐτῶν εἷς (οὐκ ἔτι γὰρ τοῦτο μέμνημαι) περιιὼν, ἐπισκοπεῖ τοὺς κλήρους ἐν κύκλῳ ἑστώτων, καὶ ὅταν τὸν μὲν ὃ ἄλφα ἔχοντα, τῷ δὲ ἕτερον ἄλφα αἱέσασκόντι, παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν συναγωγῇ· τὸν δὲ ὃ βῆτα, τῷ δὲ βῆτα ὁμοίως, καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ ὁμο-
B γράμμους καὶ ζυγά. οὕτω μὲν γὰρ, ὦ ἄριστοι ὧσιν οἱ ἀγωνισταὶ, δέκα ὀκτὼ, ἢ τέσσαρες, ἢ δώδεκα. ὧν δὲ περισσοὶ, πέντε, ἑπτὰ, ἐννέα, γράμμα τι περίττον ἑνὶ κλήρῳ ἐγγεγράφθαι συμβάλλεται αὐτοῖς, ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχον· ὃς δ' ἂν τοῦτο αἰάσασθαι, ἐφεδρεύει περιιόντων ἕστ' ἂν οὗτοι ἀγωνίσωνται· οὐ γὰρ ἔχει ὃ αὐτίγραμμα, καὶ ἔστι τοῦτο ἐμοὶ μὲν δυτυχία τοῦ ἀθλητοῦ, ὃ μὴ θέλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι. ΛΥ. ἔχ' ἀτρέμα, ζοῦτον γὰρ ἐδιεμὸν μάλιστα· σκοπῶ σιτέα ὄντες, αἰέσασκον ἄπαντες, καὶ ἔχουσι τοὺς κλήρους, περιιὼν δή,
C (βούλομαι γὰρ σε Ελλανοδικῶν αὐτὶ ἐμοῦ ποιῆσαι) ἐπισκόπησον τὰ γράμματα, καὶ ἐφεδρεύσεις, οἶμαι, ταχέως δ' ὅστις ὁ ἔφεδρός ἐστιν, ὡς μὴ ὀπὶ πόλλας ἔλθῃς, ἢ συζεύξῃς αὐτούς. ΕΡΜ. πῶς, ὦ Λυκῖνε, τοῦτο φῄς; ΛΥ. ἀδύνατον ὄντα εἰδέναι ὃ γράμμα ἐκεῖνο ὃ δηλοῖ τὸν ἔφεδρον, ἢ ὃ μὲν γράμμα ἴσως δὺ εἴρεις, ὁ μὲν εἷς γε εἰκῇ ὄντα, ὁ δὲ προείρηται ὅτι ὃ (κ)
D ἢ ὃ (μ) ἢ ὃ (ι) ἔστ' ὃ χρῆσιμον τὸν ἔφεδρον, ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ (α) συτύχῃς, ζητεῖς τὸν ὃ ἕτερον (α) ἔχοντα, καὶ εἴρων, σκεπτέον ὡς ἤδη συνεζύξας· συτυχὼν δὲ αὖθις τῷ βῆτα, ὃ ἕτερον βῆτα ὅπου ἔστι ζητεῖς, ὃ αὐτίπαλον τῷ εἰρεθέντι, καὶ ὅτι πάντων ὁμοίως, ἄχρις οὗ σκεπτὸς σοι περιλειφθῇ, ὁ ὃ μόνον γράμμα ἔχων ὃ αἰασταγώνιστον.

EP. τί

ΕΡΜΟΤ. τί δ' εἰ ἐκείνῳ τοῦτο, ἢ δευτέρῳ ἐντύχῃς, τί ποιήσεις; ΛΥΚΙΝ. ὑμῖν. ἀλλὰ σὺ ὁ Ἑλλαδίκης, ἐθέλω εἰδέναι ὅ,τι καὶ πρᾶξεις, πότερον αὐτίκα ἐρεῖς ὅτι σύ γε ὅστις ὁ ἔφεδρος, ἢ δεήσει δῆτα πρῶτον ἐπὶ τὸν κύκλον ἐλθόντα ἰδεῖν, εἴ που αὐτῷ γράμμα ὅμοιόν ἐστιν· ὡς εἴ γε μὴ τοὺς πρώτων κλήρους ἴδοις, οὐκ ἂν μάθοις τὸν ἔφεδρον. ΕΡΜΟΤ. καὶ μάλα, ὦ Λυκῖνε, ῥᾳδίως ἂν μάθοιμι. ὅτι γοῦν τὸν ἐνέα, ἐὰν τὸ (ε) δύο πρῶτον ἢ δεύτερον, οἶδα ὅτι ἔφεδρος ὁ τοῦτο ἔχων, δῆλον. ΛΥΚΙΝ. πῶς, ὦ Ἑρμότιμε; ΕΡΜΟΤ. ὅτι τὸ (α) δύο αὐτοῖς ἔχουσι, καὶ τὸ (β) ὁμοίως δύο, τῶν λοιπῶν δὲ τεττάρων ὄντων, οἱ μὲν, τὸ (γ) οἱ δὲ, τὸ (δ) πρώτως ἀνεσπάκασι, καὶ ἀνήλωται ἤδη ἐς τοὺς ἀθλητὰς ὀκτὼ οὗτος τὰ τέτταρα γράμματα. δῆλον οὖν ὅτι μόνον ἂν ἔτι πρόκειτον εἴη τὸ ἑξῆς γράμμα τὸ (ε), καὶ ὁ τοῦτο ἀνασπάσας, ἔφεδρός ἐστι. ΛΥΚ. πότερον, ὦ Ἑρμότιμε, ἐπαινέσω σὲ τῆς συνέσεως, ἢ θέλῃς αὐτείπω τάχα μοι δοκοῦντα, ὁποῖα φῇς; ΕΡΜΟΤΙΜ. νὴ Δία, διαπορῶ μέντοι ὅ,τι οὐ βέλτιον αὐτεῖπεῖν ἔχεις πρὸς τὸ ζητούμενον. ΛΥΚΙΝ. σὺ μὲν γὰρ ὡς ἑξῆς πρώτως γραφομένων γραμμάτων, εἴρηκας, οὕτω, πρόσθου τὸ (α) δεύτερον τῷ (β) καὶ κατὰ τοῦτο ἄγεις αὖ ἐς ἓν αὐτῶν τελευτήσῃ ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀθλητῶν· καὶ δίδωμί σοι Ὀλυμπιάσιν οὕτω γίγνεσθαι. τί δαί, εἰ ὀξελόντες ἀτάκτως πέντε γράμματα, ἐξ ἁπάντων τὸ (χ) καὶ τὸ (σ) καὶ τὸ (ζ) καὶ τὸ (κ) καὶ τὸ (θ) τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τέτταρα, διπλᾶ ὅτι τῶν κλήρων τῶν ἐκτὸς γράφομεν, τὸ δὲ (ζ) μόνον ὅτι τῷ ὀνάτου, ὃ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τὸν ἔφεδρον, τί ποιήσας τοῦτον σύρων τὸ (ζ) τῶν ἀγωνίσῃ ἔφεδρον ὄντα τὸν ἔχοντα αὐτό, ἐὰν μὴ ὅτι πρώτως ἐλθὼν σύρῃς σεαυτῷ συμφωνοῦν; οὐ γὰρ εἶχες ὥστε νῦν τῇ τάξει αὐτῶν τεκμήρεσθαι. ΕΡΜΟΤΙΜ. δυσαπόκριτον τοῦτο ἐρωτᾷς. ΛΥΚΙ. ἰδοὺ δὴ καὶ ἕτερος ὁ αὐτὸ ὑποσκόπησον.

HE. Quid autẽ si ad illum forte fortuna prima aut secunda vice delatus fueris? quid tum faciendum tibi videtur? LVC. Nihil equidem: verùm tu Græcorum iudex scire possim quid facturus sis, an actutum eundem pro præside sis proclamaturus, aut potiùs putes omnes in circulo necessariò accedendos & inspiciendos esse, num vspiam consimilis penes aliquem relicta esset litera: ita vt nisi omnium sortes viritim tibi inspectæ fuerint, nunquam cognosces præsidem. HER. Atqui perfacilè scire possum Luciane, nouem illorum existentibus. Etenim si (ε) primo aut secundo loco inuenero, planè certus sum eum fore præsidem, qui eo sortem inscriptã habuerit. LVC. Quonam pacto ô Hermotime? HERMO. Ad hunc quidem modum: illorum enim duos (α) habere certum est: consimiliter etiam alij duo (β) sibi vendicant. Iam cùm adhuc quatuor sint reliqui, duos illorum (γ) alteros (δ) extraxisse, dubium non est. Et iam quatuor literæ in octo athletas distributæ & absumptæ sunt. Pro certo igitur constat tantummodo supereſſe (ε) quod qui extraxerit, præses haud dubiè constituitur. LVC. Vtrùm igitur Hermotime, collaudémne ego te ob singularem ingenij tui industriam, an placet vt ea refellam quibuscunque tandẽ probabiliter contradici posse reor? HER. Ita per Iouem: vehementer enim animi pendeo, etiam atque etiã cogitãs quidnam his ratione probabili possis contradicere. LVCIA. Equidem tu, quemadmodum literæ pinguntur ex ordine, dixisti, veluti primo loco (α) ponitur, secundo (β) ac deinceps aliæ secundũ illarum seriem, vsque ad vnã illam in qua terminatur athletarũ numerus. Et sanè facilè assentior tibi ita fieri in Olympicis certaminibus: quid autem si non seruato literarum ordine, quinque ex omnibus indiscriminatim eligeremus, videlicet ipsum (χ) deinde (σ) mox (ζ) postremo (κ) & (θ?) Quatuor itaque literæ, octo sortibus inscribentur, ipsum autem (ζ) super nonam solùm, quo præses nobis indicabitur. Quid ergo iã facies statim subinitiũ literula (ζ) inuenta? Quomodo verò cognosces præsidem existentem eum qui illam habuerit, nisi omnes accedens, nihil huius simile inueneris? Neque enim tibi integrũ erit, quemadmodũ nunc, ex illarũ ordine cognoscendi præsidis coniecturam facere. HE. Rem arduam ex me interrogas, ad quam vt tibi respondeã, mihi prõptum non est. LVC. Age si placet hoc ipsum alia ratione considerandum tibi proponam.

Quid ſi nullis literarum figuris, ſed ſignis quibuſdam & characteribus ſortes connotarentur, cuiuſmodi permulta literarum loco depingunt Ægyptij, puta homines caninis aut leoninis capitibus? Aut illa quidem, ſi videtur, miſſa faciamus, cùm ſint peregrina & exotica, & à noſtro inſtituto prorſus aliena. Age verò ſimplicia illa & vniformia ſortibus inſcribamus, quemadmodum fieri poteſt aſſimulãtes, nimirum binis ſortibus homines, deinde binos equos alteris binis, mox duos gallos, poſtremò duos canes: porrò nonæ, tanquam præſtantiſſimæ, leonis imago inſculpta ſit. Proinde ſi mox initio in ſortem leoninam ferentem imaginem incideris, quibuſnam coniecturis perſuaſus dices eam eſſe qua præſes deſignatur, niſi omnes accuratè circunſpiciendo, perluſtraueris, num quis etiam alius præter hunc adſit habens ſortem leoniferam? HER. Nihil habeo Luciane quòd tibi ad hæc reſpondeam. LVC. Non iniuria: neque enim video quid poſſit aptè reſpõderi, adeo vt ſi animum induxerimus aut eum inuenire penes quem ſacra ſit phiala, aut qui inter athletas præſidis loco habendus ſit, aut cuius ductu & auſpicio feliciſſimè in Corinthum vrbem illam florentiſſimam peruenire queamus, omnes neceſſariò accedendos eſſe putem, ſummáque diligentia detractis veſtimentis, omnibus tentatis ſolertiſſimè exquirendos: etenim vix etiam ſic veritatem indagãtes perueſtigabimus. Quòd ſi quis mihi vnquam futurus eſſet conſiliarius fide dignus ſuper rebus philoſophicis, contendens omnino operam eſſe nauandam philoſophiæ ſtudiis: ille demum ſolus erit, quem eorum quę dicuntur ab omnibus, ad vnguem peritum eſſe cognouero. Reliquos autem omnes vt inutiles, & nulla re dignos contemnam, nihil fidei illis habiturus, donec etiam vnius fuerint neſcij, quæ fortaſſe ex illis eſſe poſſit omnium optima. Neque enim ſi quis adducto homine formoſo dicat hũc ex omnibus hominem eſſe formoſiſſimum, ſtatim ille ſuis verbis mihi fidem facturus eſt, vt credam eum vera loqui, niſi certum habuero omnes homines viſos eſſe: fieri enim fortaſſe poteſt, vt hic homo non ſit contemnendæ elegantiæ: quòd autem ſummæ ſit inter omnes formæ & venuſtatis, ſcire haudquaquam poſſum nondum viſis omnibus. Nos porrò non formoſo tantùm egemus, ſed formoſiſſimo: quem niſi inuenerimus, parum ſudatum, & nihil actum eſſe putabo. Non enim contenti erimus, in qualemcunque tandem amabilis & honeſtæ formæ hominem inciderimus, verùm ſummam illam qua maior eſſe non poteſt, formę elegantiam perueſtigamus, quam neceſſariò vnam eſſe negare nõ potes.

Α τί γὰρ εἰ μηδὲ γράμμασι γράφοιμεν ὅτι τῶν κλήρων, ἀλλά τινα σημεῖα, καὶ χαρακτῆρας, οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν αὐτὶ τῶν γραμμάτων, κυνοκεφάλους τινὰς ὄντας, ἢ λεοντοκεφάλους δὴ θεσπέσιους; ἢ σκῆνα μὲν ἐάσομεν, ἐπείπερ ἀλλόκοτά ἐστι· φέρε γὰρ τὰ μονοειδῆ καὶ ἁπλᾶ ὑπογράψωμεν, ὡς οἷόν τε εἰκάσοντες δὴ θεσπέσιους ὅτι δυοῖν κλήροιν, δύο ἵππους ὅτι δυοῖν, καὶ ἀλεκτρυόνας δύο, καὶ κύνας δύο, ὧν δὲ σανάτῳ, λέοντα ἔχω δ' ὑπεσημηνάμην τοίνυν τῷ λεοντοφόρῳ τούτῳ κλήρῳ ἐν ἀρχῇ σὺ τύχης, πόθεν ἔξεις εἰπεῖν ὅτι οὗτός Β ἐστιν ὁ τὸν ἔφεδρον ποιῶν, μὴ πρεσθεωρήσῃς ἀπολωλὸς ὑπιών, εἴ τις καὶ ἄλλος λέοντα ἔχει; ΕΡ. Οὐκ ἔχω ὅ, τι σοὶ ἀποκρίνωμαι, ὦ Λυκῖνε. ΛΥ. εἰκότως· οὐδὲ γὰρ βλέποντα οὐδέν· ὥστε μὴ ἐθέλωμεν ἢ τὸν ἔχοντα τὴν ἱερὰν φιάλην βύρσῃ, ἢ τὸν ἔφεδρον, ἢ τὸν ἄρξαντα ἡγησόμενον ἡμῖν, ἐς τὴν πόλιν ἐκείνην τὴν Κόρινθον, ὅτι πλεῖστος ἀναγκαίως ἀφιξόμεθα, καὶ ἐξεπάσομεν ἄκρως πειρώμενοι C καὶ ἀποδύοντες, καὶ πρεσθεωρεῶντες· μόλις γὰρ οὕτω τἀληθὲς ἐκμαθοιμεν. καὶ εἴ γε τις μέλλοι σύμβουλός μοι ἀξιόπιστος ἔσεσθαι, φιλοσοφίας πέρι, μὴ τινα φιλοσοφητέον, σοῦ αὖ εἴη μόνος ὁ τὰ ἐκεῖνα πολλῶν αὐτῶν λεγόμενα εἰδὼς· οἱ δ' ἄλλοι, ἀτελεῖς· καὶ οὐκ ἂν πιστεύσαιμι αὐτοῖς, ἔστ' ἂν καὶ μιᾶς ἀπείρατοι ὦσι. τάχα γὰρ ἂν ἡ ἀρίστη ἐκείνη εἴη. οὐ γὰρ δὴ εἴ τις παρασκευάσαιτο καλὸν δὴ θεσπέσιον, λέγοι τοῦτον εἶναι κάλλιστον δὴ θεσπέσιον ἁπάντων, πρὶν D ἂν σκεψαίμην αὐτόν, μὴ εἰδῶμεν ὅτι πολλοὺς δὴ θεσπεσίους ἐώρακεν· ἴσως μὲν γὰρ καὶ οὗτος καλός· εἰ δὲ πολλῶν κάλλιστος, οὐκ ἂν ἔχοι εἰδέναι, μὴ ἰδὼν ἁπάντων. ἡμεῖς δὲ, οὐκ αὐτὸ μόνον καλοῦ, ἀλλὰ τοῦ καλλίστου δεόμεθα, καὶ μὴ τοῦτο βύρωμεν, σοῦδεν ἡμῖν πλέον πεποιήσαντες ἡ ἐσπουδάκαμεν. οὐ γὰρ ἀγαπήσομεν ὁποίῳ δήποτε καλῷ ἐντυχόντες, ἀλλ' ἐκεῖνο ὃ ἀκρότατον ζητοῦμεν κάλλος, ὅτου ἀνάγκη ἓν εἶναι.

ΕΡΜΟΤ. ἀληθῆ. ΛΥΚΙΝ. τί οὖν ἔχεις μοι τινὰ εἰπεῖν, ἁπάσης ὁδοῦ πεπειραμένον ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ ὃς πάντα τὰ παρὰ Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ Χρυσίππου, καὶ Ἐπικούρου, καὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα εἰδώς; τελευτῶν, μίαν εἵλετο ἐξ ἁπασῶν ὁδόν, ἀληθῆ τε δοκιμάσας, καὶ πείρᾳ μαθών, ὡς μόνη ἄγει πρὸς τῆς εὐδαιμονίας; εἰ γάρ τινα τοιοῦτον εὕροιμεν, παυσόμεθα περιάγματα ἔχοντες. ΕΡ. ῥᾴδιον, ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτον ἄνδρα εὑρεῖν. ΛΥΚΙΝ. τί δὴ οὖν ποιήσομεν, ὦ Ἑρμότιμε; οὐκ ἂν ἀπαγορευτέον εἴημεν, ἐπεὶ μηδενὸς ἡγεμόνος τοιούτου ἐσμὲν ὃ παρὸν εὐπορήσομεν. ἆρα τόδε πάντων κράτιστόν ἐστι, καὶ ἀσφαλέστατον, αὐτὸν ἕκαστον ἑξάμενον, ἀφ' ἁπάσης αἱρέσεως χωρῆσαι, καὶ ἐπισκέψασθαι ἀκριβῶς τὰ παρὰ πάντων λεγόμενα. ΕΡΜΟ. ἔοικεν ἀπό γε τούτων, πλοῖον σκάφος μὴ σαυτίον ᾖ, ὃ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγες, ὡς οὐ ῥᾴδιον ἐπιδόντα ἑαυτὸν, καὶ πεζεύσαντα πλοῖον οἰκεῖον, ἀναθραμεῖν αὖθις. πῶς γὰρ οἷόν τε πάσας ἐπελθεῖν τὰς ὁδοὺς ἐν τῇ πρώτῃ ὡς φῂς κατασκεψαμένῳ; ΛΥΚΙΝ. ἐγώ σοι φράσω, ὃ τῷ Θησέως σκάφει μιμησόμεθα· καί τι λῖνον πρὸς τῆς τραγικῆς Ἀριάδνης λαβόντες, εἱσιμεν ἐς τὸν λαβύρινθον ἕκαστον, ὡς ἔχῃ ἀπερισκέπτως μηρυόμενοι αὐτὸ, ἄξειν. ΕΡΜΟΤΙΜ. τίς οὖν ἡμῖν Ἀριάδνη ἡγήσεται αὐτῷ, ἢ πόθεν τὸ λίνον λαβόντες πορησόμεθα; ΛΥΚ. θαῤῥεῖ, ὦ ἑταῖρε, δοκῶ γάρ μοι εὑρηκέναι, ὃ τινος ἐχόμενοι, ἐξελθοιμεν ἄν. ΕΡΜΟ. τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ΛΥ. οὐκ ἐμὸν ἐρεῖ, ἀλλά τινος τῶν σοφῶν, ὃ, νήφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν· ἵνα γὰρ μὴ ῥᾳδίως πιστεύσωμεν ἀκούοντες, ἀλλὰ δικαστικῶς αὐτὸ ποιησώμεθα, ἀποδιδόντες καὶ τοῖς ἑξῆς λόγον, ἵνα σωφρόνως αὖ τοὺς λαβυρίνθους σκοπήσομεν. ΕΡΜ. οὕτω λέγεις, καὶ τοῦτο ποιήσομεν. ΛΥΚ. εἶεν. ὅτι τινὰ δὴ αὐτῶν πρῶτον ἐλθοιμεν ἄν; ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν διοίσει; ἑξάμενοι γὰρ ἀφ' ὁτουοῦν, οἷς ἀπὸ Πυθαγόρου,

A HER. Vera sunt hæc. LVC. Quando ergo aliquem mihi produces totius in philosophia itineris peritum, quémque ea non fugiant, quæ cùm à Pythagora, tum à Platone, præterea quæ ab Aristotele, Chrysippo & Epicuro, aliisque omnibus dicuntur & affirmantur? Denique qui vna via ex omnibus electa, experimento edoctus pro certo compertum habeat eam solam esse viam, quæ rectà ducat viatores ad felicitatem tantopere quæsitã? Etenim si talem quempiam quærendo consecuti essemus, desineremus nos molestis onerare negotiis. HER. Haudquaquam, Luciane, eiusmodi vir inuentu facilis est. LVC. Quid igitur faciemus Hermotime? neque enim animus abiiciẽdus est, propterea quòd eiusmodi ducis inopia in præsentia laboramus. Ergo illud aggrediamur, quod factu mihi videtur multo consultissimum & tutissimum, vt quisque ab initio exorsus, omnes sectas percurrat, eáq; accurata & diligenti indagine consultando examinet quæ dicta sunt ab omnibus. HER. Quantum quidem tua verba intelligo, ita facto opus esse videtur, nisi quòd illud quod non multo antè à te dictũ est, cum his mihi pugnare videtur, videlicet arduum & graue esse, eum qui vni viæ iam sese tradiderit, expansis denuo velis recurrere. Quomodo enim fieri potest, vt is qui in priori iam occupatus detinetur, reliquas omnes percurrat? LVC. Illud equidem paucis tibi expediam: nimirum Thesei institutum imitabimur, filóque à tragica illa Ariadne accepto, nullum nõ labyrinthum ingrediemur: nec dubito quin sine negotio, tantùm ductu fili ita nobis licebit regredi. HER. At vnde tandem nobis illa Ariadne cõparebit, aut vnde filum parabimus? LVC. Bonum habe animũ ô amice; iam enim videor mihi reperisse cuius ductum sequuti haud dubiè egrediemur. HER. Quódnã igitur illud est? LVC. Certè meũ non est quod dicturus sum, sed cuiusdam ex sapientibus viri summi, nẽpe illud: Sobrius esto, & memẽto diffidendum esse. Etenim si minimè leuiter & facilè persuasi, quibusuis auditis fidem habuerimus, sed more iudicum, aliis quoque fandi copiam concesserimus, fortasse haud difficulter horum labyrinthorum inextricabiles errores effugiemus. HER. Bene sanè dicis: illud quoque nobis faciendum intelligo. LVC. Videlicet. cæterùm ad quem illorum omniũ primum nos conferemus? aut non permagni illud interesse putas? Ab eo tandem quicunque sit, incipiamus, nempe à Pythagora,

*Quo pacto à philosophis legendi sint.*

*Quantum temporis singulis illorum sit impendendum.*

quandoquidem ita ceſſit. Quantum verò temporis ſtatuemus omnibus Pythagoricæ philoſophiæ placitis perdiſcendis ſuffecturum? Volo autem annos in quibus ſub initium Pythagoricæ ſectæ candidatis conſileſcendum eſt, excipi. Opinor omnino cum illis quinque ſatis fore triginta, aut ad minimum omnibus modis viginti peropus eſt. HERMOT. Ponamus ita eſſe, deinceps verò totidem alij Platoni concedendi ſunt, ac mox nihilo pauciores Ariſtoteli. LVC. Non pauciores profectò. HERMOT. Chryſippo autem quot impendendi ſint, non eſt quòd multis te interrogem. Iam enim certus antea ex te audiui quadraginta vix ſuffecturos eſſe. LVCIAN. Ita ſanè. Deinde Epicuro & aliis. Quòd autem non nimiùm illis tribuere videar, hinc perdiſces facillimè, apud animum tuum conſiderando quotnam ſint octogenarij cùm Stoici, tum Epicurei, atque etiam Platonici, ingenuè fatentes nondum cuncta ſuæ ſectæ ſibi eſſe explorata & cognita, ita vt in diſciplinarum cognitione nihil in ipſis deſiderari queat. Quòd ſi alij in hoc tergiuerſari videntur, non tamen, vt opinor, hoc negabit Chryſippus & Ariſtoteles, & Plato, potiſſimùm autem præ cunctis Socrates, illis certè non poſtponendus, qui omnium teſtimonio profeſſus eſt ſe non tantùm omnia, ſed in vniuerſum nihil noſſe, aut hoc tantùm ſe ſcire, quòd neſciret. Computemus igitur ſubducta ratione ab initio: Viginti Pythagoræ attributi ſunt, deinde totidem alij Platoni, mox nihilo pauciores alijs cõceſſimus. Quot ergo in ſumma iſti ſunt anni ſimul comprehenſi, ſi decẽ ſaltem in philoſophia diſciplinarum ſectas conſtituerimus? HER. Plures quàm ducenti, ô Luciane. LVC. Ergo ſi tibi conſultum factu videtur, quartam partem annorum auferamus, ſaltẽ quindecim ſtudiis noſtris ſatisfacere putãtes, aut omnino partem dimidiam. HER. Tu quidem multo meliùs hac de re quid faciendum ſit, ſtatues. Ego hoc probè perſpicio, perquam paucos ad hunc modum omnes ſectas percurſuros, tametſi ſtatim ab ineunte pueritia philoſophiæ ſtudium exorſi fuerint. LVCIA. Quid autem faciendum ſuades Hermotime, cùm ita ſe res habeat? An ſubuertenda & refellenda ea exiſtimas, quæ iam antè haud dubitanter confeſſi ſumus, neminem videlicet vnquam electurum id quod ex multis omnium eſt præſtantiſſimum, niſi omnium facto periculo ſingula deguſtauerit? adeo vt qui magiſtra experientia delectum non habuerit, ei oraculo magis aut reſponſo veritatem inueſtigandam eſſe? An non iſtiuſmodi inter nos dicta ſunt?

A ἐὰν οὕτω τύχῃ, πόσῳ δὴ χρόνῳ οἰόμεθα ἐκμαθεῖν τὰ Πυθαγόρου ἀπόρρητα; καί μοι ἀξιάριθμα καὶ τὰ ἔτη ἐκφυγόντα τὰ τῆς σιωπῆς· σοὶ δ' οἶμαι τοῖς πέντε, ἰχθμὰ τεσσάκοντα, οἶμαι, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ πρώτως γε εἴκοσι. ΕΡΜ. ἐῶμεν οὕτως, εἶτα ἑξῆς τῷ Πλάτωνι δετέον δηλαδὴ τοσαῦτα ἕτερα, ἐπὶ μιᾷ καὶ Ἀριστοτέλει οὐκ ἐλάττω. ΛΥ. οὐχί. ΕΡ. Χρυσίππῳ δέ γε οὐκ ἔστιν ἐρήσομαί σε πόσα· οἶδα γὰρ καὶ σοῦ ἀκούσας, ὅτι τετταράκοντα μόγις ἱκανά. ΛΥ. ἔστω. ΕΡΜ. Εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις. ὡς δὲ οὐ πολλὰ B ταῦτα λέγω, ἐκεῖθεν μάθοις ἄν, ἐὰν ἐννοήσῃς ὅσοι ὀγδηκοντούτεις εἰσὶ Στωϊκοί, ἢ Ἐπικούρειοι, ἢ Πλατωνικοί, ὁμολογοῦντες μὴ πάντα εἰδέναι τὰ τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως ἕκαστος, ὡς μηδὲν ἐνδεῖν σφίσιν ἐς τὰ μαθήματα. εἰ δὲ μή, ἀλλὰ Χρύσιππός γε, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Πλάτων φαῖεν ἄν· καὶ πρὸ τούτων, ὁ Σωκράτης οὐδὲν φαυλότερος αὐτῶν, ὃς ἐκεκράγει πρὸς ἁπάντων, ὡς οὐχ ὅπως μὴ πάντα, ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τι, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι οὐκ οἶδε. λογισώμεθα οὖν ἐξ ἀρχῆς, εἴκοσι τῷ Πυθαγόρᾳ ἐπάξομεν, εἶτα Πλάτωνι τοσαῦθ' ἕτερα, εἶτα ἑξῆς τοῖς ἄλλοις. πόσα δὴ οὖν ταῦτα συντεθέντα, ἐν κεφαλαίῳ λύοιτ' ἄν, εἰ δέκα μόνας ἀφείμεν τὰς αἱρέσεις ἐν φιλοσοφίᾳ; ΕΡΜ. μὴ δῆτα ἑκατόν, ὦ Λυκῖνε. ΛΥ. βούλῃ οὖν ἀφαιρῶμεν τὸ τέταρτον, ὡς πεντεκαίδεκα ἔτη ἱκανὰ εἴη, ἢ τὸ ἥμισυ ὅλον; ΕΡ. αὐτὸς αὖ εἰδείης ἄμεινον, ἐγὼ δὲ ὁρῶ τοῦτο, ὅτι ὀλίγοι ἄν, καὶ ὅτου μάλιστα πασῶν ἐξέλθοιεν, ἐν ἡμετέραις αὐτῶν ἐρξάμενοι. ΛΥ. τί οὖν παθοῦσα, ὦ D Ἑρμότιμε, εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρᾶγμα; ἢ ἀναστατέον ἐκφυγὰν τὰ ἤδη ὡμολογημένα, ὡς ἂν μή τις ἕλοιτο ἐν πολλῷ τὸ βέλτιστον, μὴ δὲ πειραθεὶς ἀπόρρητον; ὡς τόν γε αὖθις πείρας λεγούμενον, μυθεία μᾶλλον, ἢ χρησμὸς πάλαι τὰ ἀναζητουμένα, οὐχ ὕστερος ἐλέγχεται;

ΕΡΜΟΤΙΜ. ναί. ΛΥΚΙΝ. πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη ὅτι τοσοῦτον βιῶναι ἡμᾶς, εἰ μέλλοιμεν δῦ τε αἱρήσεσθαι, ἀπάντων πειρασθέντες, καὶ ἐλόμενοι φιλοσοφήσειν, καὶ φιλοσοφήσαντες, ἀδαμαντήσειν. πρὶν δὲ ὧδε τι ποιῆσαι, ἐν σκότῳ, φασὶν, ὀρχούμεθ' ἂν, οἷς ἂν τύχωμεν προσπταίοντες, καὶ ὅ τι ἂν πρῶτον ἐς τὰς χεῖρας ἔλθῃ, τοῦτ' εἶναι ὃ ζητούμενον ὑπολαμβάνοντες, ἀφ' οὗ μὴ εἰδέναι τἀληθές. εἰ δὲ καὶ ἄρα τινὰ ἀγαθῇ τύχῃ προσπεσόντες αὐτῷ, οὐκ ἔξομεν βεβαίως εἰδέναι εἰ ἐκεῖνό ἐστιν ὃ ζητοῦμεν· πολλὰ γὰρ ἐστιν ὅμοια αὐτοῖς, λέγοντα ἕκαστον αὐτὸ εἶναι τἀληθέστατον. ΕΡΜΟΤΙΜ. ὦ Λυκῖνε, οὐκ οἶδ' ὅπως ἄλογα μοὶ δοκεῖς μοι λέγειν ἀπαίρ, (εἰρήσεται γὰρ παλιγκότως,) ἃ μετείως αἰτίας με διεξιόντα αὐτὰ, καὶ ἀκριβολογούμενος οὐδὲν δέον. ἴσως δὲ καὶ ἔοικα οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἐξελήλυθέναι τήμερον ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐξελθὼν συντετυχηκέναι σοι, ὅς με πλησίον ἤδη τῆς ἐλπίδος ὄντα, εἰς ἀπορίας φέρων ἐμβέβληκας, ἀδύνατον ἀποφαίνων τῆς ἀληθείας τινὰ εὕρεσιν, ἐπεὶ γε τοσούτων δεομένῳ. ΛΥΚΙΝ. σκοπῶ, ὦ ἑταῖρε, πολὺ δικαιότερον μέμφοιο δ' ἂν τῷ πατρί σου Μενεκράτει, καὶ τῇ μητρὶ, ἥτις ποτ' ἐκαλεῖτο, οὐ γὰρ οἶδα, ἢ καὶ πολὺ προτέρου τῇ φύσει ἡμῶν, ὅτι σε μὴ κατὰ τὸν Τιθωνὸν πολυετῆ, καὶ μακρόβιον ἔθεσαν, ἀλλὰ προείλοντο μὴ πλείω βιῶναι ὃ μηκιστον ἐτῶν ἑκατὸν, δύσθεον ὄντα· ἐγὼ δὲ μετὰ σοῦ σπεύδομαι, δύσκολον ὄντα. ΕΡΜΟΤ. οὐκ, ἀλλ' ὑβριστὴς ἀεὶ σὺ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθὼν, μισεῖς φιλοσοφίαν, καὶ ἐς τοὺς φιλοσοφοῦντας ἀποσκώπτεις. ΛΥΚ. ὦ Ερμότιμε, ἥτις μὲν ἡ ἀληθὴς ἐστὶν, ὑμεῖς ἂν ἀμείνον εἴποιτε οἱ σοφοὶ, σύ τε, καὶ ὁ διδάσκαλος· ἐγὼ δὲ, τόγε τοσοῦτον οἶδα, ὡς ἡδεῖά ἐστιν αὐτὴ τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλὰ παραδοκιμεῖται ὑπὸ τῆς ψεύδους πολὺ πολύ.

A HERMOT. Sanè. LVC. Proindè summopere necessarium esse video, tantum temporis nos ætatem agere, si vnquam omnibus pertentatis rectè eligere consilium est, iámque acto delectu philosophiæ incumbere, qua percepta & cognita felicem vitam viuere queamus. Priùs verò quàm ita fecerimus, in tenebris, quod aiunt, saltaremus, in quęcunque inciderimus, illiso pede impingentes. Et quodcunque primum in manus nobis venerit, illud quod quærimus esse existimabimus, propter veritatis ignorãtiam. Quòd si etiam maximè bona fortuna ad illud delati fuerimus, constanter B tamen nũquam sciemus num id sit quod tantopere à nobis quæsitum est. Sunt enim non parum multa his ipsis similia, singulis affirmantibus hoc ipsum esse multo omnium verissimum. HERM. Haud scio ô Luciane, quàm mihi videare argumenta persuasionis bonarúmque rationum plena inter disputandum producere: verumenimuero non mediocriter me perturbas ista differendo, nimiúmque argutè & anxiè disquirendo, quod ad rem parum attinet. Fortasse autem videor etiam inauspicatò hodie pedem domo extulisse, cùm egC gressus tibi obuiam venerim, qui me prope spei portum consistentem, in ineuitabilem animi desperationem iniecisti, Veritatis inuentionem impossibilem esse ostendens, tantum videlicet temporis requirentem. LVCIAN. Cur ergo hoc ipsum, ô amice, non multo iustiùs cum patre tuo Menecrate, & matre tua, quodcunque tandem illi nomen fuerit (neque enim teneo) expostulas? aut potiùs cum natura omnium nostrũm parente, quòd te quoque non vt Tithonum, annosum & longæuum constituerit, sed præfinitò destinarit homiD ni vitam etiam longissimam centum annorum numerum non excedentem? Cæterùm ego tecum considerando reperi quod è disputatione nostra potissimum potuit elici. HERMOTIMVS. Nequaquam, verùm tu semper quidem conuiciator es: atque haud scio quînam factum sit, vt tu extremè odio habeas philosophiam, eósque qui sapientiæ studiis sunt addicti, salibus & dicteriis deluSos, naso suspendas. LVCIA. Cuiusmodinam res sit veritas ô Hermotime, vos longè meliùs & promptiùs, qui sapientia ornati estis, expedictis, nimirum tu, & præceptor tuus. Ego saltem hoc me planè scire arbitror, hanc non nimiùm auditu iucundam & dulcem esse mortalibus, quoniam longè latéque mẽdacio est inferior & vilior.

Veruntamen, ô amice, ne ad hunc modũ velis quoque erga me animatus esse, si te thesauros effodientem, & volantem, cogitationésque quaspiam naturæ nostræ non consentaneas animo concipientem, cáque sperantem quæ nullo modo te consequi posse video, amicus tibi existens, non patiar aut permittam per omnem vitam nequicquam somnio iucundo fortasse illo & dulci, somnio tamẽ congrediẽtem oblectari, cùm vehementer cupiam te regressum ad sanitatem agere quiddam quod magis ex vsu tuo esset. cúmque te emittere cogitem, vt reliquum ætatis quod supereſt, ad cõmunes cum aliis vitæ actiones sapientius institutum componeres. Nam quod hactenus feciſti, & nunc facis, atque etiam tecum versas in animo, nullo discrimine à fabulosa Hippocentaurorum & Chimærarum Gorgonúmque narratione discerni potest: præterea quæcunque alia cùm à somniis offeruntur, tum à poëtis & pictoribus confinguntur, quæ neque fuerint vnquam, neque pòst vnquam fieri possunt, quibus tamen promiscua vulgi multitudo credit, & non mediocri voluptate ista videndo aut audiẽdo afficitur, quia peregrina sunt, & auditu admiranda, nec passim obuia: & tu fabulatore quopiam audito confirmante mulierem quandam esse supra modum formosam, quippe quæ ipsas Gratias pulchritudine superet, quæque planè cœlesti quadam forma prædita sit, non priùs apud animũ tuum expendẽs num vera diceret, & num vspiam gentium esse putanda sit eiusmodi tam amabilis formæ mulier, statim eãdem miserè deperires, quemadmodum perhibent Medeam ex solo somnio exarsisse in amorem Iasonis. Hoc autem quod maximè ad amorem te illexit, aliósque quotquot eius simulachri desiderio inflammati sunt, illud erat, veluti mihi coniecturam facienti res apparet, quòd is qui de muliere memorabat, posteaquam statim ab initio narrationis creditus est vera dixisse, priori orationi non aliena aut dissimilia induxisse videretur. In hoc enim solùm attenti estis, & per hoc nare vos trahit, posteaquam semel illi sub initium ansam suppeditastis, vósque ad dilectam perduxit, per eam quam prædicebat rectam viam. Nulla enim difficultate conficiuntur & reliqua, vt ego quidem opinor, neque quisquam ex vobis iuxta ingressum conuersus exquirebat num verus sit, & an obliuione seu errore ductus eam viam ingressus esset, quam deuitare oportebat. Verùm ille eorum qui præcesserunt sequendo insistit vestigiis, veluti oues præcedentem pastorem aut arietem consequuntur, cùm æquum fuerat statim in ingressu perpendere nunquid in eam viam diuertẽdum fuerat.

ἀλλὰ σὺ, ὦ Φιλότης, μὴ πάθῃς αὐτὸ πρὸς ἐμὲ, εἴ σε θησαυροὺς ἀνορύττοντα, καὶ πετόμενον, καί τινας ἐννοίας ὑπερφυεῖς ἐννοοῦντα, καί τινας ἐλπίδας ἀνεφίκτους ἐλπίζοντα, φίλος ὢν, καὶ προεῖδον ἅμα πλουτοῦντά σε τὸν βίον, ὀνείρῳ ἡδεῖ μᾶλλον ἴσως, ἀπάρ ὀνείρῳ γε σεμνύοντα· διαναστάντα δὲ, ἀξιῶ προσθεῖναι τὰ τῶν ἀναληθῶν, καὶ ὅ σε προσδιαπέμψῃ ἐς ὃ λοιπὸν τοῦ βίου, τὰ κοινὰ ταῦτα φρονοῦντα. ἐπεὶ ὅ γε νῦν ἔπραξας, καὶ ἐπενόεις, οὐδὲν τῶν ἱπποκενταύρων, καὶ χιμαιρῶν, καὶ γοργόνων διαφέρει, καὶ ὅσα ἄλλα ὀνείρασι, καὶ ποιηταὶ καὶ γραφεῖς ἐλεύθεροι ὄντες, ἀναπλάττουσιν, ἅτε ῥᾳδίως ποτὲ, οὔτε ῥᾳδίως δυναμένων· καὶ ὅμως ὁ πολὺς λεὼς πιστεύουσιν αὐτοῖς, καὶ κηλοῦνται ὁρῶντες, ἢ ἀκούοντες τὰ τοιαῦτα, διὰ τὸ ξένα καὶ ἀλλόκοτα εἶναι· καὶ σὺ δὴ μυθοποιοῦ τινος ἀκούσας, ὡς ἔστι τις γυνὴ ὑπερφυὴς τὸ κάλλος, ὑπὲρ τὰς Χάριτας αὐτάς, ἢ τὴν ὑακινθίαν εἶναι, μὴ πρότερον ἐξετάσας εἰ ἀληθῆ λέγει, καὶ εἴ ἐστι που τῆς γῆς ἡ καλὴ φῦσις αὕτη, ἥρως ὢν, ὡσπερ φασὶ τὴν Μήδειαν, ἐξ ὀνείρατος ἐρασθῆναι τὸν Ἰάσονος· ὃ δὲ δὴ μάλιστά σε πρὸς τὸν ἔρωτα ἐπηγάγετο, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ, ὁπόσοι τῷ αὐτῷ εἰδώλῳ ἐρῶσι, τοῦτο ἴσως, ὡς γέ μοι εἰκάζοντι φαίνεται, ὃ τὸν λέγοντα σκῆνον πρὸς τῆς γυναικὸς, ἐπεὶπερ ὅπως θύῃ ὃ πρῶτον, ὅτι ἀληθῆ λέγῃ, ἀκόλουθα ἐπάγειν. εἰς τοῦτο γὰρ ἑωρᾶτε μόνον, καὶ διὰ τοῦτο εἶλκεν ὑμᾶς τῆς ῥινὸς, ἐπεὶπερ ἅπαξ τὸ πρῶτον λαβὼν ἀνεδώκατε αὐτῷ, καὶ ἤλπισ ὅτι τὴν ἀγαπωμένην, δι' ἧς ἔλεγε θύεσθαι ὁδὸν. ῥᾴδιον γὰρ, οἶμαι, τὰ μὲν ταῦτα, καὶ συνδεῖς ὑμῶν ἐπὶ ὁπότερα φοίτησεν εἰς τὴν εἴσοδον, ἐξῆπται εἰ ἀληθὴς ὄζει, καὶ εἰ μὴ ἔλαθε, καθ' ἣν οὐκ ἐχρῆν εἰσελθών, ἀλλ' ἠκολούθει τοῖς τῶν προηγουμένων ἴχνεσι, καθάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν αὐτῷ ἡγούμενον, δέον ὅτι τῇ εἰσόδῳ, καὶ εἰ τὴν ἀρχὴν δύῃς σκέψασθαι, εἰ ἐπιτηδεῖον.

ὃ δὲ φημι, σαφέστερον αὐ μάθοις, ὧδ' πῃ τοιοῦτον ὅμοιον προθεωρήσῃ αὐτῷ. λέγοντος γάρ τινος τῶν μεγαλοτόλμων τούτων ποιητῶν ὡς γένοιτό ποτε τετυκέφαλος, καὶ ἐξάχηρ ἄνθρωπος, αὐτὸν τοιοῦτον ταῦτα ἀπαραγμόνως ἀποδέξῃ, μὴ ὀξετάσας εἰ δυνατόν, ἀλλὰ πίστιν σύσας, οὕτως ἀκολούθως αὐτὸ ἐπάγοι καὶ τὰ λοιπά, ὡς δὲ ὀφθαλμοὺς ὁ αὐτὸς εἶχεν ἓξ, καὶ ὦπα ἓξ, καὶ φωνὰς τρεῖς ἅμα ἠφίει, καὶ πάθοι δ' ἂν τετρακόντα σωμάτων, δὲ δακτύλους τετράκοντα εἶχεν, ὑφ' ὧν ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέραις χερσίν· καὶ εἰ πολεμοῦ δέοι, αἱ τρεῖς μὲν χεῖρες ἐκάστην, πέλτην, ἢ γέρρον, ἢ ἀσπίδα εἶχεν· αἱ τρεῖς δ', ἢ μὲν, πέλεκυν κατέφερεν, ἡ δὲ, λόγχην ἠφίει, ἡ δὲ, τῷ ξίφει ἐχρῆτο· καὶ τίς ἔτι αὐ ἀπιστήσει ταῦτα λέγοντι αὐτῷ; ἀκόλουθα γὰρ τῇ ἀρχῇ, ὥσπερ ἂν ἐγὼ φαίην δεῖν σκοπεῖν εἴπερ δεκτέα, καὶ εἰ συγχωρητέα ἅπαντα ἔχει· ὧν δ' ἅπαξ ἐνδοθέντων, ὑπορρεῖ τὰ λοιπά, καὶ οὐδέποτε στήσεται, καὶ δ' ἀπιστεῖν αὐτοῖς οὐκ ἔτι ῥᾴδιον ἔσται, ἐπεὶπερ ἀκόλουθα, καὶ ὁμοιά ἐστι τῇ συγχωρηθείσῃ ἀρχῇ, ἅπερ καὶ ὑμεῖς πάσχετε. ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔρωτος, καὶ προθυμίας, οὐκ ὀξεταζόντων τὰ κατὰ τὴν εἴσοδον ἑκάστῳ, ὅπως ὑμῖν ἔχει, προχωρεῖτε ἐπὶ τῆς ἀκολουθίας ἑλκόμενοι, οὐκ ἐννοοῦντες εἴ πῃ γένοιτ' ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῷ, δ' ψεῦδος ὄν. οἷον, εἴ τις λέγοι τὰ δὶς πέντε, ἑπτὰ εἶναι, καὶ σὺ πίστιν δύσας αὐτῷ, μὴ ἀριθμήσας ὅτι σαυτῷ, ἐπάξεις δηλαδὴ, ὅτι καὶ τετράκις πέντε, τεσσαρακαίδεκα πῶς ἐστί, καὶ μέχρις ἂν ὅτου ἐθελήσῃ, οἷα καὶ ἡ θαυμασὴ γεωμετρία ποιεῖ. καὶ ἐκεῖνα γὰρ τοιὰ ἐν ἀρχῇ, ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα, καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα, δὲ δὴ συχνὰ δυνάμενα, σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅτι σαθρὸς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα, δ' ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμώμενον.

A Illud autem quod dicturus sum, manifestiùs fortasse & faciliùs intelliges, si tale quiddã non absimile priori perspexeris. Quòd si enim quispiam ex poëtis, Herculea audacia nihil non affirmare audentibus, diceret olim fuisse tricipitem quẽdam & senis manibus instructum hominem: iam si statim initio ista non grauatim credenda susceperis, neque habita ratione discusseris, num fidei consentanea dixerit, sed nihil cunctatus constanter credis ita se habere: pari ratione & reliqua inferet, videlicet quòd etiam senos habuerit oculos, neque non senas auriculas: præterea quòd tres voces sex B mel pariter emiserit, quódque per tria ora cibum sumpserit, quòd triginta digitos habuerit, non quemadmodum quisque nostrum, decem in vtriusque manibus. Tum quoties illi belligerandum erat, tres manus, tenebat vnaquæque aut peltam, aut parmam Persicam, aut clypeum. Tres autem aliæ, illa quidem securim ancipitem ferebat, altera hastam vibrabat, tertia gladio vtens depugnabat. Et quisnam hæc illi affirmanti fidem habere dedignabitur? valde enim hæc omnia principio sunt similia & consentanea, de quo statim sub initium consi C derãdum fuerat, num ista omnia citra contradictionem susc ipienda & concedenda erant ita se constanter & pro certo habere. Porro autem si semel illa concesseris, etiam cætera consequuntur. Nec iam facile est illis fidem denegare, posteaquam ista à principio priùs concesso non discrepant, sed planè cum illo conueniunt, cuiusmodi & vos patimini. Siquidem præ magnitudine amoris & alacritatis, non expendentes ea quæ circa quẽque ingressum vobis obiiciũtur, quo pacto cuncta se habent, subinde porrò progredimini, rerum consequẽtiæ ductu D protracti, parum aut nunquam in deliberationem sumentes, num quod priori videtur consentaneum, etiam falsum esse possit: vẽlut si quis diceret bis quinque septem esse, & tu illi fide habita persuasus, apud te non numerares, haud dubiè cõsimili quoque ratione inferet ter quinque esse quatuordecim, quod quidem faciet quousque libuerit, aut sibi visum fuerit: qualia permulta admiranda illa geometria factitare consueuit. Etenim illa ab his qui primùm eam artẽ exordiuntur, cùm postulata quæpiam exotica & absurda efflagitet, eáque ipsa sibi concedi contendat, nullo modo subsistere queuntia signa nonnulla indiuisibilia, literuláque quaspiam informes, aliáq; eiusgeneris cõsimilia eiusmodi fundamentis putridis substruit, volẽs ad demonstrationem faciendã vera adducere, tametsi à falsis facto initio artem exordiatur.

Non ſecus vos quoque vnamquamque ſectam exorſi, cæteris quibuſque deinceps ſequentibus fidem habetis, veritatis certam cognitionem illorum cõſequentiam, licèt falſam, eſſe exiſtimantes. Interea partim quidam veſtrum ſpebus nequicquam amplis & magnificis animo conceptis immoriuntur, antè aliquanto quàm veritatem conſpexerint, eóſque à quibus illis turpiter impoſitum eſt, nouerint. Partim verò tametſi ſagaciter ſubodorati fuerint ſe miſeris modis deceptos eſſe, ſerò tamen cùm iam penè ſenio ſint confecti, piget illos ab incepto regredi, verentes ne tanti natu cùm ſint, confiteri cogantur ſe puerilibus negotiis hactenus fuiſſe occupatos. Proinde pudore obſtante in ſtudiis ſemel cœptis perſeuerant, ea immodicè collaudantes & commendantes. Et quoſcunque perſuadere poſſunt, ad ea pertrahunt, vt non ipſi ſoli decepti viuant, ſed conſolationem habeant ex his qui eadem fraude illecti, cõmunibus cum illis malis conflictantur. Etenim & illud acutè perſpexerũt, quòd ſi veritatem ſemel ingenuè faterentur, fore vt non ampliùs venerandi haberentur, quemadmodum in præſentia, neque ſupra plebeiam ſortem in vllo pretio æſtimarentur: ſed ne tantillum quidem, vt priùs, vllo honore habito honeſtè conſalutarentur. Quare haudquaquam libenter iſta fatendo commemorant, cùm non ſint neſcij à quibus rebus ſibi excidendum foret, & æquali cum alijs omnibus honore & ſorte fruendum. Vix enim fieri poteſt, vt in perquam paucos illorum incidas, qui magnitudine animi præditi, ſe deceptos eſſe confirmare audeant, alióſque ab inauſpicato inſtituto auertere, atque dehortari ſimilia tentare quæ ſtatuiſſent. Quòd ſi in eiuſmodi virum vnquam incideris, illum ſanè veritatis amantem, & virum bonum & iuſtum, atque etiam, ſi vis, philoſophum compellato. Hunc enim ſolum huius nominis compellatione dignum exiſtimauerim: cæteri verò aut nihil de vero compertum habent, vtcunque ſibi eius gnari & periti eſſe videantur: aut ſi aliquid explorati habuerint, illud tamen præ paruitate animi, & pudore, & deſiderio, quo præ aliis in præclara hominum opinione & pretiis haberi concupiſcunt, occultant ſedulò. Et ſanè per Mineruam quæcunque hactenus à me diſputata ſunt, miſſa faciamus hoc ipſo loco abiecta, & ſit ſempiterna quædam omnium illorum obliuio, qualem fuiſſe perhibent earum rerum quæ ſub Euclide duce Athenis peractæ ſunt. Cæterùm ponamus philoſophiam Stoicam præ omnibus aliis veram & rectam eſſe, diſpiciamuſq; num illam vllo modo queant conſequi, aut num hi fruſtra laſſitudine afficiantur malè locata opera, quicunque eius conſequendę deſiderio capti ſunt.

A χ᾽ ὧν τὰ τοίνυν καὶ ὑμεῖς δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης, πιστεύετε τοῖς ἐξῆς, καὶ γνώρισμα τῆς ἀληθείας αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν ἡγεῖσθε εἶ), ψευδῆ ὄσαν. εἶτα οἱ μὲν ὑμῶν, ἐναποθνήσκουσι ταῖς ἐλπίσι, πρὶν ἰδεῖν τἀληθές, καὶ καταγνῶναι τῶν ἐξαπατησάντων ἐκείνων· οἱ δὲ, κἂν αἰσθωνται ἐξηπατημένοι, ὀλίγου ποτὲ γέροντες ἤδη ἡμιόλιοι, ὀκνοῦσιν ἀναστρέφειν, αἰδούμενοι εἰ δεήσῃ τηλικοῦτοι ἀὼν ἐξομολογήσασθαι, ὅτι παράγματα παίδων ἔχοντες ἐσπούδασμεν, ὥς τε ἐμμένουσι τοῖς αὐτοῖς ἐπ᾽ αἰσχύνης, καὶ ἐπαγ-
B γοῦσι τὰ παρόντα, καὶ ὁπόσους αὖ δυνῶνται, προτρέπουσιν ὅπερ τὰ αὐτά, ὡς δὴ μὴ μόνοι ἐξηπατημένοι ὦσιν, ἀλλ᾽ ἔχωσι τὸ δεδημοσίᾳ τε καὶ πολλοῖς καὶ ἄλλοις τὰ ὅμοια παθεῖν αὐτοῖς. καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνό ἐρῶσιν, ὅτι ἐὰν τἀληθὲς εἴπωσιν, οὐκ ἔτι σεμνοὶ, ὥσπερ νῦν καὶ ἐπ᾽ ἐκείνοις δόξουσιν, οὐδὲ τιμήσονται ὁμοίως. οὐκ ἂν οὖν ἔχοντες εἰπεῖν εἰ δόντες ἀφ᾽ οἵων ἐκπεσόντες, ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις δόξουσιν. ὀλίγοις δ᾽ ἂν πάνυ σπουδαίοις, ἐπ᾽ ἀνδρείας τολμῶσι λέγειν, ὅτι ἐξηπάτηνται,
C καὶ τοῖς ἄλλοις ἀποτρέπειν τῶν ὁμοίων πειρωμένους. εἰσὶ δ᾽ οὖν τινι τοιούτῳ ἐντύχοις, φιλαλήθη τε καὶ φίλον τὸν τοιοῦτον, καὶ χρηστὸν, καὶ δίκαιον, καὶ εἰ βούλῃ, φιλόσοφον· ἐγὼ δὲ αὖ φιλοσοφίαν μοῦνον τοῦτον τὸν ὀνόματος· οἱ δ᾽ ἄλλοι, ἢ οὐδὲν ἀληθὲς ἴσασιν οἰόμενοι εἰδέναι, ἢ ἰδόντες, ἀποκρύπτονται ἐπ᾽ ἀφελίας, καὶ αἰσχύνης, καὶ τῷ προεπῃνῆσθαι βούλεσθαι. κἀπειδὴ τοῖς τῆς Ἀθηνᾶς, ἄπρακτα μὲν ἀπέφηνε, ἐάσωμεν, αὐτὰ καταβαλόντες, καὶ λήθη τις ἔστω αὐτῶν, ὥσπερ τῶν περὶ Εὐκλείδου ἀρχάντων. ἐπιθυμοῦμεν δ᾽ οὖν τὴν φιλοσοφίαν ὀρθὴν εἶ) τὴν Στωϊκὴν, σκέψωμεν δ᾽ μηδ᾽ ἐνταῦθα ἀποκνήσωμεν, ἴδωμεν εἰ ἔφικτὴ αὕτη, καὶ δυνατὴ ἐστὶν, ἢ μάτην κάμνουσιν, ὁπόσοι ἐφίενται αὐτῆς.

Τὰς μὲν γὰρ ἐπαγγελίας ἀκούω θαυμασίας τινὰς, ἐφ' αἷς εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς ὃ ἀκρότατον ἐλθόντες· μόνους γὰρ τούτους πάντα συλλαβόντας ἕξειν τὰ τῆς ὄντως ἀγαθῆς. Τὸ μὲν τοίνυν τοιοῦτον δὲ, σὺ ἄμεινον εἰδείης, εἴ τινι σοι τετύχηκας Στωϊκῷ τοιούτῳ καὶ Στωϊκῷ τῷ ἄκρῳ, οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι, μήτ' ἐφ' ἡδονῆς καταπάσθαι, μήτ' ὀργίζεσθαι, φθόνου δὲ κρείττονι, καὶ πλούτου καταφρονοῦντι, καὶ σωφρόνως εὐδαίμονι, ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι, καὶ γνώμονα τοῦ τῆς ἀρετῆς βίου. ὁ γὰρ καὶ τῆς μικρότατον ἐνδεὴς, ἀτελὴς, κἂν πάντα πλείω ἔχῃ. εἰ δὲ τοῦτο ἔχει, οὐδέπω εὐδαίμων. ΕΡΜΟ. Οὐδένα τοιοῦτον εἶδον. ΛΥΚ. Εὖγε, ὦ Ἑρμότιμε, ὅτι ἀψευδῆ ἐκὼν εἰς τὸ γοῦν ἀποβλέπων φιλοσοφεῖς, ὅτου μὴ ὀρᾷς μήτε τὸν διδάσκαλον τὸν σὸν, μήτε τὸν ἐκείνου μήτε τὸν τοῦ αὐτοῦ; μηδ' ἂν εἰς δικαιοσύνης ἀναλογίας μηδένα αὐτῶν σοφὸν ἀκριβῶς, καὶ ἅμα τοῦτο εὐδαίμονα νομίσῃς; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, ὡς ἔστιν ἐγγὺς πλησίον τῆς εὐδαιμονίας, ἐπεὶ οὐδὲν ὄφελος. ὁμοίως γὰρ ἔξω τῆς ὁδοῦ ἐστιν, ἢ ὁ τοῦ αἰθρίου, ὅτε τοῦδε τοῦ τείχους ἔξω ἑστὼς, καὶ ὁ πόρρω. Διαλλάττοιεν δ' ἂν ὅτι μᾶλλον σοῦ ἀναπέπτασαι, ὁρῶν εἰληφὼς οἷον ἐφήπτασαι. εἶτα, ἵνα πλέον τῆς εὐδαιμονίας (δώσω γὰρ τοῦτό σοι) τοσαῦτα πονεῖς καταπτύσας σαυτόν· καὶ τοῦδε δρόμου μακρὸς ὁ βίος ὁ τοσοῦτος ἐν ἀκηδίᾳ, καὶ κάματῳ, καὶ ἀγρυπνίαις κἀπὶ νεανικῷ, καὶ εἰσαῦθις πονήσῃς, ὡς φῂς, ἄλλα εἴκοσιν ἔτη τοὐλάχιστον, ἵν' ὀγδοηκοντούτης γοῦν ᾖς. ἢ τίς ἐγγυητὴς ὅτι σοι, ὅπι βιώσῃ τοσαῦτα; ὅμως ἧς ἐν τοῖς μηδέπω εὐδαιμονοῦσιν, εἰ μὴ μόνος οἴοιτο τεύξεσθαι πύτου, καὶ ἁρπάσειν δίωκων, ὃ πολλοὶ καὶ πολλοὶ, καὶ ἀγαθοὶ,

A Etenim promiſſiones magnificas, & illas quidem admirandas audio, videlicet per omnia felices & beatos fore, quicunque ad ſummum philoſophiæ faſtigium vnquam conſcenderint. Solos enim illos omnibus bonis haud dubiè ſemel potituros perhibent. Sed enim quod deinceps dicturus ſum, tu me longè exactiùs ſcire potes, num vnquam cum eiuſmodi Stoico tibi commercium fuerit, atque inter Stoicos ſummo illo, nimirum quem nullus affectus animi vlla triſtitiæ nebula perturbaret, quem nullæ voluptatum illecebræ commouerent, qui non inflammatus iracundia aliquando in furorem erumperet, qui inuidiæ contagio non eſſet infectus, qui diuitiarum amore & deſiderio non tangeretur, ſed illas pro nihilo duceret: breuiter, qui per omnia felix eſſet, quam regulam & amuſſim certiſſimam eſſe oportet vitæ planè virtuoſæ. Etenim in quo vel minimum quiddam deſideratur, ille etiamdum imperfectus habendus eſt, tametſi cæteris omnibus abundet: hoc tamen cùm conſecutus non ſit, nondum exoptatæ & tantopere quæſitæ felicitatis particeps dicendus eſt. HER.
C Nullum quidem tale vnquam me vidiſſe, mihi ſum conſcius. LVC. Euge Hermotime, quandoquidem lubens mendacium non dixeris: ad quem ergo finem intentus, philoſophiæ perdiſcendæ impendis operam, cùm neque præceptorem tuum, neque illius, neque vllum alium ex prioribus, neque ſi ad decem retro ſecula deſcenderis, quenquam Stoicorum perfectè ſapientem videas, & per hoc quoque fuiſſe felicem? Neque enim, vt opinor, hoc à te rectè dicetur, ſuffice re ſi quis ſaltem felicitati proximus fuerit, poſteaquam nihil inde fructus & vtilitatis capi poſſit. Nihilo ſecus enim extra viam ſub dio verſatur is qui iuxta oſtium foris ſtat excluſus, quàm qui eminus adhuc labore itineris conficitur: niſi quòd veriſimile eſt illum non mediocri pertur-
D bationè diſcruciari, videntem in propinquo ea quibus priuatus eſt. Deinde vt quamproximè etiam felicitatem accedas (illud enim tibi concedam) tanta laborando perfers, temetipſum miſeris modis abſumens & conficiens, atque ita tantum ætatis per ſocordiam & ſupremam negligẽtiam tibi elapſum eſt, immenſo labore & vigiliis multis attenuato & obſtipo capite in terram defixo. Quinetiam deintegro, vt ais, alios viginti annos ad minimum laboribus temetipſum exercebis, vt euadas octogenarius. Quis autem obſtricta fide ſponſor tibi factus eſt, te certò tot annos victurum? Nihilominus tum eorum in numero habeberis, qui felicitatis nondum ſunt compotes: niſi tu ſolus putes illud te conſtanter conſecuturum, & inſectando capturum, quod ante te non parum multi & boni,

multóque velocitate præstantiores omnibus viribus consectantes comprehendere non potuerunt. Sed esto, si videtur te comprehendisse, iámque votis tuis optata omnino contigisse: tamen omniũ primùm bonum illud cuiusmodínam sit, non possum perspicere, num tantis laboribus pro illo consequendo impensis & exhaustis dignum & conueniens æstimari debeat. Deinde non video quàm illo per reliquam ætatem iucundè & dulciter frui possis, tantus natu cùm sis, quippe iam incuruatus senio, & ad omnem voluptatem capiendam parum aptus & accommodus, iam capulo vicinus, & alterum pedem (quod aiunt) loculo insertũ habens. Nisi fortasse, ô generose Hermotime, ad aliam vitam variis laboribus temetipsum exerceas, vt in illam iam delatus viuas molliùs & suauiùs, certior iam factus quemadmodum vita in posterum instituenda sit. Quod mihi perinde videtur factum, atque si quis deambulatiuncula & exercitiis quibuspiam se præpararet atque instrueret, quò maiore cum voluptate cœnaret, donec nescius præ fame necaretur. Cæterùm nec hoc vnquã mihi animaduertisse videre, vt opinor, solidam virtutem in actione cõsistere, videlicet in rectè & sapienter factis, & iis quæ fiunt magno animo. Vos autẽ, summi nempe philosophi, quos per vos, quoties dixero, innuere soleo, posteaquam in his inuestigandis & faciendis parum estis occupati, voculas quaspiam miseras consectantes meditamini, connectentes syllogismos & perplexitates, atque in his maiorem vitæ partem sine fructu conteritis. At quicunque in connectendis prõptior fuerit & dexterior, huic victoriæ palmam vnanimini consensu defertis. Quo nomine, vt ego quidem opinor, etiam præceptor tuus tantopere vobis est in admiratione & existimatione multa, vir quidem ætatis decrepitæ, quia suos assectas vnà secum sermonẽ sociantes, perplexis & captiosis quæstiunculis probè calleat inuoluere, tenens quid quærendum, & quo quisque pacto sophisticis nugis sit circunducendus, optimus nimirum dolosè & callidè agendi, ínque non euitabiles laqueos coniiciendi magister exercitatissimus. Hoc planè nihil aliud esse confirmare ausim, quàm neglecto fructu circa corticem occupatos esse, adeò vt tantùm folia in disputationibus vestris vicissim decutere videamini. Aut fortasse alia quæpiam sunt Hermotime, quæ vos à summo mane ad vesperam vsque facere credendum est? HER. Non profectò, sed ea ipsa sunt quæ factitare solemus. LVC. An non igitur rectè quis dixerit, vos relicto corpore solam vmbram venari? aut neglecto viui serpentis tractu, saltem exuuium consectari? Aut potiùs huic persimiles in agẽdo,

A καὶ ὠκύτεροι πολὺ διώκοντες, ὃ κατέλαβον· ἀλλὰ καὶ καταλάβοις, εἰ δοκεῖ, καὶ ἔχοις ὅλον συλλαβών. τὸ μὲν δὴ πρῶτον, οὐχ ὁρῶ ὅ,τι ποτ' ἐὶν ἀγαθόν, ὡς ἀνταξίων δοκεῖν τῶν πόνων τῶν τοσούτων. ἔπειτα ἐς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἀπολαύσῃς αὐτῶν, γέρων ἤδη, καὶ πάντως ἡδέως ἔξωρος ὤν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῇ σορῷ ἔχων· εἰ μήτι ἐς ἄλλον, ὦ γύναιε, βίον παρασκευάζεις σεαυτὸν, ὡς ἐς σκῆνος ἐλθὼν, ἄμεινον διάγοις, εἰδὼς ὅτι χρὴ ζῆν χρὴ βιοῦν· ὅμοιον, ὡς εἴ τις ἐς ποσ-
B τὸν σκευάζοι τε, καὶ ὑπερεπίζοι, ὡς δυσπνήσων ἄμεινον, ἄρτις αὖ λάθῃ ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρείς. ἀλλά μοι, οὐδὲ σκῆνός πω κατανενόηκας, οἶμαι, ὡς ἡ μὲν ἀρετὴ, ἐν ἔργοις δήπου ἐστὶν, οἷς ἐν τῷ δίκαια πράττειν, καὶ σοφὰ, καὶ ἀνδρεῖα· ὑμεῖς δὲ, (ὃ δὲ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τοὺς ἀκρους τῶν φιλοσοφούντων φημὶ,) ἀφέντες ταῦτα ζητεῖν, καὶ ποιᾶν, ῥημάτια δύσλυτα μελετᾶτε, καὶ συλλογισμοὺς, καὶ ἀπορίας, καὶ ὃ
C πλεῖστον τοῦ βίου ὀπὶ τούτοις διατρίβετε· καὶ ὃς ἂν κρατῇ ἐν αὐτοῖς, καλλίνικος ὑμῖν δοκεῖ. ἀφ' ὧν, οἶμαι, καὶ τὸν διδάσκαλον τοῦτον θαυμάζετε, γέροντα ἄνδρα, ὅτι τοὺς παρ' αὐτὸν ὁμιλοῦντας ἐς ἀπορίαν καθίστησι, καὶ οἶδεν ὡς χρὴ ἐρέσθαι, καὶ σοφίσασθαι, καὶ πανουργῆσαι, καὶ ἐς ἄφικτα ἐμβαλεῖν· καὶ τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες (οὗτος δὲ ἐστὶν οὗ τὰ ἔργα)· περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθε, τὰ φύλλα καταχέοντες ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁμιλίαις. ἢ γὰρ ἄλλα ἐστὶν, ἃ παρέχεται, ὦ Ἑρμότιμε, πρὸς ἕωθεν ἐς ἑσπέραν; ΕΡΜΟΤ. οὐκ, ἀλλὰ ταῦτα. ΛΥΚΙΝ. ἢ οὖν οὐχὶ καὶ ὀρθῶς τις φαίη, τὸν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν, ἐάσαντας τὸ σῶμα, ἢ τὸ ὄφεως τὸ σύφαρ, ἀμελήσαντας τοῦ ὅλου; μᾶλλον δὲ ὅμοιον ποιῶν,
D

ὥσπερ εἴ τις ἐς ὄλμον ὕδωρ ἐγχέας τῷ ἐρεσιδηρῷ πλήττοι, πεφάτιν ἀναλκῆόν τι καὶ πεθύρυου οἰόμυθος, οὐκ εἰδώς, ὅτι καὶ ἀποδάλλη, φασὶ, τοὺς ὤμους πλήττων, ὕδωρ ὁμοίως ὃ ὕδωρ μυθέ. καί μοι δὸς ἀνθ' ὧν ἤδη ἤρεσθαί σε εἰ ἐθέλοις αὖ ἔξω τῶν λόγων τἄλλα ἐοικέναι ᾧ διδασκάλῳ, ὅττω μὴ ὀργίλος, ὅττω ὑ μικρολόγος, ὅττω ὑ φιλόνεικος ὢν, καὶ φιλήδονος, νὴ Δί', εἰ δὲ μὴ τῖς πολλοῖς δοκεῖ. ΕΡ. πῶς τε; ΛΥ. ὦ Ερμότιμε, θέλεις διηγήσωμαί σοι πρώην ἥκουσα τοῦ φιλοσοφίας πυὸς λέγοντος ἀνδρὸς πάνυ γεγηρακότος, ᾧ πάμπολλοι τῶν νέων ὅτι σοφίᾳ πλησιάζουσιν; ἀπαιτῶν γὰρ τῶν μαθητῶν τὸν μισθὸν, ἠγανάκτει, λέγων πρὸ ἡμέρας εἰ, καὶ σὺ πεθήσομον τῷ ὀφλήματος, ὃν ἔδει πρὸ ἑκκαίδεκα ἡμερῶν ἐκτετικέναι τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ, ὅτω γὰρ συμβεβλῆσθαι, καὶ ὅτι ταῦτα ἠγανάκτει· πρέπως ὁ ἥλος τῶν νεανίσκου, ἄγροικος ἀνθρωπος, καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα, πέπαυσο, εἶπεν, ὦ θαυμάσιε, τὰ μέγιστ' ἠδικῆσθαι λέγων, εἰ ῥημάτια τινὰ σοι πρὸ ἀριθμοῦ, μηδέπω ἐκτετικότι διαφορον κείνοι ἀλλὰ μὴν ἡμῖν πέπρακας, ἔτι ἔχεις καὶ αὐτός, ἃ σοὶ ἔλαττον γέγονέ σοι τῶν μαθημάτων. τὰ δ' ἄλλα, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐπιθυμῶ, σπουδάσαί σοι τὸν νεανίσκον, οὐδ' ὁτιοῦν ἀμείνων γεγένηται διὰ σέ, ὃς τοὐμὸν πένητος ἐχεκρατίδου θυγατέρα συναρπάσας, πρηνῆ ἔρριψε, καὶ ὀλίγου δίκην ἔφυγον ἐμαυτοῦ, εἰ μὴ ἐγὼ παλαίστου ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα τοῦ πένητος ἀνδρὸς τῇ ἐχεκρατίδου· τὴν μητέρα δὲ τοῦτον ἐρράπισεν, ὅτι αὐτὸν ἐλάβετο κατὰ κόλπου ἐκκομίζοντος τὸ κάδιον, ὡς ἔχοι συμβολάς, οἶμαι, καταθήναι τὰ μὲν γὰρ ἐς ὀργὴν, καὶ θυμὸν, καὶ αἰσχρομυθίαν, καὶ ἐς τόλμαν, καὶ ἀναίδειαν, καὶ ἐς τὸ μάλιστα, μακρῷ τινι ἀμείνων εἶχε τοῦτον, ἢ νῦν. καίτοι ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν ἐς ταῦτα ὠφελῆσθαι κατὰ σοῦ μᾶλλον, ἢ τοῦ ἐκείνα εἰδέναι, ἃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ἡμᾶς κατέρχεται, ὡς κροκόδειλος ἥρπασε παιδίον,

A qui infusam in mortarium aquam ferreo pistillo magno conatu tunderet, rem quampiam summopere conducibilem se facere existimans, ignarus tamen, etiam si humeros, vt aiunt, verberando decutiat, tamen aquam quamlibet contusam, manere aquam? Permitte verò vt ego te deinceps liberè interrogem: dic mihi, num in votis habeas excepta eruditione in cæteris omnibus per omnia præceptori tuo esse similis, nempe vt ita sis ad iracundiam propensus, ita morosus, ita sordidus, ita contentiosus, denique in tantum voluptatibus deditus, tametsi per Iouem ita paucis esse videatur? HER.
B Quibus tandem? LVC. Si placuerit, Hermotime, ea tibi commemorabo, quę virum quempiam multa canitie infectũ, super philosophia differentem audiui, ad quem permulti iuuenes sapientiæ comparandæ gratia certatim commigrant. Cùm enim à quodam ex discipulis mercedem exigeret, vehementer incanduit, affirmans vltra præscriptum tempus solutionem debiti sibi protogari, quod ante decimumsextum diem dissoluendum fuerat. Ita enim pactum esse: & ob hoc quidem indignabatur. Cùm autem forte
C fortuna adstaret ibidẽ eius iuuenis auunculus, homo rusticus, & nostrarũ rerum minimè peritus, Desine, inquit, vir admirande, te magna iniuria affectũ esse contestari, si voculas à te commercantes nescio quas, mercedẽ tibi nondum reddiderimus. Ea enim quæ nobis fecisti, etiamdũ ipse integra habes & possides, neque quicquam tibi imminutum est ex disciplinis tuis: in cęteris autem quibus sub initium adolescentem tibi offerens, eundem desiderabam imbui, nihilo melior tua opera factus est, quippe qui mei vicini Echecratidis filiæ raptæ per vim vitiũ
D intulit: & sanè pœnam dedisset damnatus iudicio, nisi ego à vicino paupere talento mulctam redemissem. Porrò autem ipsi matri nuper incussit alapas, quòd ipsum in manifesto furto deprehendisset, sub sinu cadum efferentem, vt haberet, nisi fallor, vnde cum sodalibus bibens deponeret symbolum. Etenim quantum ad iracundiam & furorem, & impudentiam, & audaciam, & proloquenda mendacia, aliáque vitia attinet, superioribus quidem annis longè meliùs sese habebat, quàm nunc, cùm his ipsis sit omnium contaminatissimus. Atqui planè mihi persuaseram in hisce vitandis & dediscendis illum præcipuè à te adiutum & formatum iri, magis quidem, quàm quòd illa perdisceret, quæ quotidie ille ad nos, quibus illa audire superuacaneum est, in mensa cõsueuit differere, quemadmodum crocodilus rapuisset puerum:

patríque pollicitus esset se redditurum, si respondisset nescio quid. Aut quòd cùm dies sit, necesse esset noctem non esse. Nonnunquam & cornua nobis affingere solet generosus ille, nescio quo pacto sermonem connectens. Nos autem his auditis ridere solemus, maximè verò quando obstructis auribus sedula agitatione secum meditatur, habitus & dispositiones quaspiam, præterea catalepses & imaginationes, multa denique id genus nomina percurrendo. Quinetiam non rarò ipsum dicentem audiuimus, Deum in cœlo non esse, sed per omnia certatim penetrare, nimirum per ligna, per lapides, per animantia, vsque ad ea quæ sunt omniũ despectissima. Cæterùm matrem illum interrogantem, cur ad hunc modum delirans ista secum nugaretur, subsannare solet. Sed si eas nugas, inquit, exactè perdidicero, nihil video obstare mihi quominus solus diues, solus rex sim; cæteri verò mihi collati, mancipia & hominum purgamenta existimandi sint. Hæc cùm dixisset vir ille, vide mi Hermotime cuiusmodi responsum ille dederit philosophus, quàm verò maturum & senile. Atqui nisi me ille, inquit, accessisset, nónne putas quòd longè peiora flagitia admisisset, aut per Iouem etiam traditus fuisset torquendus carnifici? Nunc autem frenum quoddam illi iniecit philosophia iuxtà ac verecundia, & ob hoc ipsum modestior vobis nostra opera factus est, & moribus adhuc tolerabilis. Illud enim pudorem illi incutit, quòd indignus habitu & nomine philosophiæ appareat. Cæterùm quæ à nobis abstulit, ea illum in disciplina continent: ita vt iustus esse videar, si mercedem à vobis accepero, etsi illum haud multo meliorem reddiderim: nam in his quæ nondum admisit, philosophiam reueritus est, posteaquam nutrices quoque talia de pueris dictitare soleant, nempe præceptoris ædes illis adeundas esse. Siquidem nusquam alibi locorum pueris relicta est copia bonum quiddam perdiscendi: sed neque mali quippiam vnquam in se admittunt quamdiu sub præceptorum custodia militauerint. Ego quidem omnes officij mei partes in excolendo iuuene mihi impleſſe videor. Iam quicunque tibi placuerit nostrarum rerum non imperitus, illo tecum assumpto cras me accedas, & videbis quàm promptè & expeditè interroget alios, quámque ingeniosè & argutè ad quæsita respondeat, tum quantã eruditionẽ sibi mea opera pararit, & quos iã libros euoluerit de proloquiis ac syllogismis,

A καὶ ὑπέσχηται ἀποδώσειν αὐτὸ, εἰ ἀποκρίνηται ὁ πατὴρ οὐκ οἶδ' ὅ, τι· ἢ ὡς αἰσχρόν ἐστιν ἡμέρας ὄσης, μὴ νύκτα εἶναι. ἐνίοτε δὲ καὶ κέρατα ἡμῖν ὁ γενναῖος ἀναφύει, οὐκ οἶδ' ὅπως τὸν λόγον πλέκων· ἡμεῖς δὲ, γελῶμεν ὅταν τοῦτο· καὶ μάλιστα ὅταν βυσσάμενος τὰ ὦτα, μελετᾷ πρὸς αὐτὸν ἕξεις τινὰς, καὶ σχέσεις, καὶ καταλήψεις, καὶ φαντασίας, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ὀνόματα διεξιών. ἀκούσαντι δέ αὐτοῦ λέγοντος, ὡς ὁ θεὸς οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων πεφοίτηκεν, ὕδατος, ξύλων, καὶ λίθων, καὶ ζώων, ἄχρι καὶ τῶν ἀπημοτάτων. καὶ τῆς γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν τί ταῦτα λῆρεῖ, καταγελάσας αὐτῆς, ἀλλ' ἐὰν τὸν λῆρον τοῦτον, ἔφη, ἐκμάθω ἀκριβῶς, τοσοῦτόν με μόνον πλούσιον, μόνον βασιλέα εἶναι, τοὺς δὲ ἄλλους, ὑποδήματα καὶ καθάρματα νομίζεσθαι, ὡς πρὸς ἐμέ. τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς εἰπόντος, ὁ φιλόσοφος, ὅσα οἷμαι ἀποκρίνασθαι ἀπεκρίνατο, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς προσοῦτικλεί. ἔφη γάρ, ἀλλ' εἴγε μὴ ἐμοὶ ἐπλησίαζεν οὗτος, οὐκ οἶδ' μακρῷ χείρω αὐτὸν ἐξεργάσασθαι, ἢ καὶ, νὴ Δία, ἴσως τῷ δημίῳ παραδεδόσθαι ὡς νεώ γε χαλινόν τινα ἐμβέβληκεν αὐτῷ ἡ φιλοσοφία, καὶ ἡ πρὸς τοῦτον αἰδὼς, καὶ διὰ τοῦτο, μετριώτερός ἐστιν ὑμῖν, καὶ φορητὸς ἔλαφρόν γέ τινα αἰμύλιον αὐτῷ, εἰ καὶ ἄξιος φαίνοιτο τοῦ ῥήματος, καὶ τοῦ ὀνόματος· ἃ δὴ παρακολουθοῦντα, παιδαγωγεῖ αὐτόν· ὥστε δίκαιος αὖ εἶναι, εἰ καὶ μὴ ὢν βελτίω ἀπέφηνα, μισθὸν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀλλ' οὖν ἐκείνου γε, ἃ μὴ δέδρακεν, αἰδούμενος φιλοσοφίαν, ἐπεὶ καὶ αἱ πόλεις διὰδε λέγουσι πρὸς τοὺς παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου. καὶ γὰρ οὐ μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μόνοντες. ἐγὼ μὲν οὖν τἄλλα πάντα ἀποπλήσαί μοι δοκῶ, καὶ ὅν τινα αὖ ἐθέλῃς τοὺς εἰδότων τὰ ἡμέτερα, ἥκε μοι ἐς αὔριον πρωΐ, ὅψῃ τε ὅπως ἐρωτᾷ, καὶ πῶς ἀποκρίνεται, καὶ ὅσα μεμάθηκε, καὶ ὅσα ἤδη ἀνέγνωκε βιβλία, καὶ ἀξιωμάτων, καὶ συλλογισμῶν,

καὶ

περὶ καταλήψεως, περὶ καθηκόντων, καὶ ἄλλα ποικίλα· εἰ δὲ ἢ πλὴ μητέρα ἐτυπτεν, ἢ παρθένους συνήρπαζε, τί ταῦτα πρὸς ἐμέ; ὑ γὰρ παιδαγωγόν με ἐπεστήσατε αὐτῷ. τοιαῦτα γέρων αὐθέφπος ὑπὲρ φιλοσοφίας ἔλεγε. σὺ δὲ καὶ αὐτὸς αὖ φαίης, ὦ Ερμότιμε, ἱκανὸν εἶ) ὡς ἕνεκα τοῦ φιλοσοφοίημεν, ὡς μηδὲν τῶν φαυλοτέρων προτιθώμεθα· ἢ ἐπ' ἄλλαις ἐλπίσιν ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφεῖν ἠξιούμεθα, ὑχ ὡς τῶν ἰδιωτῶν κοσμιώτεροι εἶναι δοκοῦντες; τί οὖν οὐκ ἀποκρίνῃ καὶ τοῦτο; EPM. τί δὲ ἄλλο, ἢ ὅτι καὶ δακρύσαι ὀλίγου δέω; ἐς τοσοῦτό μου καθῆκεν ὁ λόγος ἀληθὴς ὤν, καὶ ὀδύρεσθαι ὅσον ἄθλιος χρόνον ἀπάλωκα, καὶ προσέτι μισθοὺς οὐκ ὀλίγους τελῶν αὐτὴ τῶν πόνων· νυνὶ γὰρ, ὥσπερ οὐκ μέθης ἀναπνέων, ὁρῶ οἷα μοὶ ὄντα ὧν ἤρων, ὁπόσα δὲ πέποιθα δι' ταῦτα. ΛΥ. καὶ τί δεῖ δακρύων, ὦ χρηστέ; ὃ γὰ τῦ μύθου σκοπὸ πάνυ σπουδαῖον, οἶμαι ὃν Αἴσωπος διηγεῖτο. ἔφη γὰρ αὐθέφπον τινὰ ὅτι τῇ θαλάττῃ προσεζωκότα, ὅτι τοὺ κύματος ἀριθμῶν τὰ κύματα, σφαλέντα δὲ, ἀρξάμενον ἀριθμεῖν, ἀμελήσαντα ἐκείνων· καὶ σὺ τοίνυν ἐπειδὴ οὕτω σοι δοκεῖ, ἐς ὃ λοιπὸν αὖ ἄμεινον ποιήσας βίον τε κοινὸν ἅπασι βιοῦν ἀξιοῖς, καὶ συμπολιτεύσῃ τοῖς πολλοῖς, οὐδὲν ἂν ὀκνοῦν καὶ τετυφωμένον ἐλπίζων, καὶ οὐκ αἰσχυνῇ, ὥσπερ ὃ φεύγεις, εἰ γέρων ἀνὴρ αὐθέφπος μεταδιδῷ, καὶ μεταχωρήσας πρὸς τὸ βέλτιον. ταῦτα πάντα, ὦ Φιλότης, ὁπόσα εἶπον, μή με νομίσῃς κατὰ τῆς στοᾶς προσκεκλασμένον, ἔχθραν τινὰ ὀξαίρετον τοῖς Στωϊκοῖς ἐπηνηρημένον εἰρηκέναι· ἀλλὰ κοινὸς ὅτις πάντας ὁ λόγος. τὰ γὰρ αὐτὰ πρὸς σὲ εἶπον ἄν, εἰ τὰ Πλάτωνος, ἢ Αριστοτέλους ἤρησο, τῶν ἄλλων ἀκείτων ἐρήμων καταγνούς.

A de complexionibus & officiis, déque aliis multis & variis. Cæterùm quòd matrem pugnis cecíderit, atque etiam raptas virgines vitiarit, quid ad me attinet? neque enim me illi pro pædagogo cõstituistis. Hæc quidẽ homo senex de philosophia disserebat. Tu fortasse & ipse Hermotime diceres abundè satis esse si ob hoc ipsum philosopharemur, ne quid eorum quæ mala & vitiosa sunt, faceremus. An verò non initiò longè ampliori spe inducti philosophandum nobis esse existimabamus, non ob hoc saltem, quòd paulo quàm priuatus quispiam ex vulgo honestiores essemus? Cur igitur nõ & ad B hoc dignaris dare responsum? H E. Quid verò aliud tibi respondeam, quàm quòd propemodum etiam mihi lacrymandum esse intelligo? vsque adeò me commouit oratio tua nimiùm vera. Et iam quidem grauiter lugeo, me miserum tãtum temporis frustra insumpsisse & contriuisse, ad hæc mercedem tam grandem pro laboribus impendisse. Iam enim tanquàm ex ebrietate profunda ad sobrietatem reuersus, video cuiusmodi illa sint quorum amore capiebar, tum quantas ærumnas pro illis consequendis ego miser exhau-C serim. L V C. Fletu quidem & lacrymis haud opus est ô bone, longè autem præstabilius & prudentius esse opinor, quod in fabulis Æsopus commemorat. Ait enim quendam in maris littore consedisse, conantem singulas vndas pernumerare: cúmque vndarum mutuò se ttudentium multitudine obrueretur, animóque grauiter angeretur quòd eas numero complecti non posset, aduenies callida vulpes, non inidoneo consilio hominis perturbationem subleuauit. Quid discruciaris, inquit, propter vndas quæ prætergressę sunt? hinc numerare in-D cipias oportet, illas missas facito. Et tu, quandoquidem ita tibi videtur, posthac magis ex vsu tuo feceris, si communem cum aliis vitam viuere decreueris, ac ita quidem cum multis in Repub. versaberis, nihil absurdum aut fastuosum animo concipiens aut sperans. Nec est quòd pudore afficiaris, quòd iam primùm decurso vitę spatio rectè sapere incipias, aut mutato consilio ad meliora te recipias. Proinde hęc omnia, ô amice, quęcunque à me dicta sunt, nolim putes me de industria pręmeditatum & instructum aduersus Stoicos, quasi mihi cum illis essent susceptę inimicitię, dixisse, sed communem aduersus omnes orationem esse putato. Neque alia contra te protulissem si aut Platonis aut Aristotelis te sectatorem esse testatus esses, cęteris indicta causa contemptis & posthabitis.

Nunc autem posteaquam Stoicos cæteris omnibus anteferebas, aduersus Stoicam, omnem disputationem quoque nostram instituimus, nihil alioqui simultatis aut dissidij aduersus illam susceptum habentes. HER. Bene sanè dicis. Iam itaque abeo, vt ego me totum vnà cum vestitu & habitu commutem. Videbis igitur in breui, non veluti nunc, me neque barba tam densa & profunda horridum, neque ita afflictam & asperam vectus rationem, verùm molliora omnia, magísque libero homine digna sequentem: fortasse neque purpuram induere grauabor, vt omnibus fiat pespicuum, mihi priores nugas non ampliùs curæ esse. Atque vtinam etiam ex intimis cordis penetralibus euomere ea omnia possem, quæcunque ab illis vnquam audita deuoraui. Et vt pro certo scias, neque helleborum ebibere formidabo propter hoc ipsum, contrà quàm Chrysippus consueuit, ne quid eorum vnquam posthac quę dixerunt, mihi in mentem veniat. Cæterùm tibi Luciane non mediocrem habeo gratiam, quòd me hactenus iactatum & circumlatum à turbido torrente & aspero, iuxtáque fluxum vnà cum vndis fluitantem extraxeris, assistens iuxta Tragœdorum prouerbium, Deus ex improuiso ostẽsus. Videor autem mihi non absurdè facturus, si & caput rasero, quẽadmodum facere soliti sunt qui è naufragiis enatant incolumes, ita vt salutis meę festiuitatem hodie concelebrem, posteaquam tantarum nebularum caligo ab oculis meis discussa est. Porrò autem conspectum philosophi posthac, & si inuitus inter eundum alicui obuiam venero, non secus deuitabo, extra viam declinando, quàm rabiosos canes fugere soleo.

A νῶ δὲ ἐπεὶ τὰ Στωϊκὰ πρεσβετίμησας, πρὸς τὸν σοφὸν ἀποτεταῦθαι ὁ λόγος ἔδοξεν, οὐδὲν ἐξαίρετον πρὸς αὐτὸν ἔχων. ΕΡ. οὔ λέγῃς, ἀπειμι γοῦν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ὡς μεταβαλοίμην καὶ αὐτὸ δὴ τὸ σχῆμα. ὁρᾷς γοῦν οὐκ εἰς μακρὸν ὕστε πώγωνα ὡσπερ νῦν λάσιον, καὶ βαθὺν, ὕστε διαπτὴν κεκολασμένην, ἀλλ' ἀπεστραμμένην, ἐλεύθερα, πάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες, ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεστιν· ὡς εἴθε τε καὶ ἐξεμέσαι δυναίμην ἐκ τῶν ἀπόρρητα ἐκφέρω, ὁπόσα ἤκουσα πρὸ αὐτῶν· ἐπεὶ οὖν ἴσθι, οὐκ

B δὴ ὤκνησα καὶ ἑλλέβορον πιεῖν δείσας τοῦτο ἐς ὕστερον ἢ ὁ Χρύσιππος, ὅπως μηδὲν ἔτι συνοίσαιμι ὧν φασι σοὶ δή· οἶδα γάρ μοι καὶ ἑλλεβόρου τινὸς χλεμφέρῃ, καὶ τραχέος, ὑπτιδιδόντα ἐμοῦτον, ἐπὶ καὶ ῥοῦν συῤῥέοντα τῷ ὕδατι, ἀνέσπασας, ὑπεξαὶς ὑπὸ τῶν τραγῳδῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ὑπεφάνεις· δοκῶ δέ μοι καὶ ἀληθῶς ἂν καὶ ξυρήσασθαι τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ναυαγίων ἀποσωθέντες ἐλεύθεροι, ἅτε καὶ σωτήρια τὴμέραν ἄγων, τοσαύτην ἀχλὺν ἀποσφάλλων τῶν ὀμμάτων. φιλοσόφῳ δὲ ἐς ὃ λοιπὸν, κἂν ἄκων ποτὲ ἐν ὁδῷ σε

C δέξωμαι ἐντύχων, ὕστως ἐκτραπήσομαι, καὶ πεισήσομαι, ὥσπερ τοὺς λυττῶντας τῶν κυνῶν.

---

## ΗΡΟΔΟΤΟΣ, Η ΑΕΤΙΩΝ.

## HERODOTVS, VEL AETIO.

### Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Ostendit hac præfatione Lucianus, se exemplo Herodoti, & post hunc Aëtionis pictoris, adductũ vt inconuentu totius Macedoniæ exhibere se, ac specimen aliquod sui præbere voluerit. Esse enim compendiosiorem hanc viam ad laudem & gloriam comparandam, quàm singulas ciuitates circumeundo, magno negotio, multóque tandem tempore inclarescere. Exordium à voto incipit, pòst narratione vtriusque, & Herodoti, & Aëtionis exemplum exponit: quæ quia maiorem scripti huius partem absoluit, vtriusque nominis titulum quoque dedit. Hinc adaptatio sequitur, qua suum institutum cum superioribus exemplis comparat, amplificata per collationem, præsenti conuentui cũ Olympico, à loci & hominum qualitate. Postremò petit, vt illorum exemplo, se quoque pro aliquo mediocri oratore habeant, non cum optimis ac vetustissimis illis, sed cum præsentibus conferendo.*

Ἡροδότου εἴθε μὴ καὶ τἆλλα μιμήσασθαι δυνατὸν ἦν. ὧν πρώτα φημί, ὅσα περὶ αὐτῷ (μεῖζον γὰρ εὐχῆς τοῦτό γε) ἀλλὰ καὶ ἓν ἂν τῶν ἁπάντων, οἷς, ἢ κάλλος τῶν λόγων, ἢ ἁρμονίαν αὐτῶν, ἢ τὸ οἰκεῖον τῇ Ἰωνίᾳ, καὶ περισφυές, ἢ τῆς γνώμης τὸ περιττόν, ἢ ὅσα μυρία καλὰ ἔκφυσιν ἅμα συλλαβὼν ἔχει, τοῦτ' ἂν τῆς εἰς μίμησιν ἐλπίδος. ἃ δὲ ἐποίησεν ὅτι τοῖς συγγράμμασι, καὶ ὡς πολλαχοῦ τοῖς Ἕλλησιν ὑπερέχει κατέσχε, ἐγὼ, καὶ σὺ, καὶ ἄλλος ἂν μιμήσαιμεθα. πλεύσας γὰρ οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας δι' ὅλης τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο περὶ ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα, καὶ ἀπερριμμενέστατα ὑπίσημος καὶ περιβόητος γένοιτο, ὁ αὐτὸς, καὶ τὰ συγγεγραμμένα. ὃ μὲν οὖν περιεσκοπεῖτο, νῦν μὲν Ἀθηναίοις, νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγινώσκειν, ἢ Ἀργείοις, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τάχει, ἐργώδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι, καὶ περιεῖλεν ἐν τάχει τοιοῦτον ἔσεσθαι. ἔχειν ἠξίου ἀθρόαν ὁ περιγραμμα, οὐδὲ κατ' ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν· ἐπεβούλευε δὲ εἰ δυνατὸν εἴη, ἅμα θέοντας τοὺς Ἕλληνας ἀπαντᾶς. ἐνίσταντο οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα. καὶ ὁ Ἡρόδοτος, τοῦτ' ἔκφυλλον ἥκειν οἰηθεὶς τὸν καιρὸν, ὃ μάλιστα ἐγλίχετο, πλήθουσάν τε τὴν πανήγυριν, ἀπεμαχόλει ἤδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, προελθὼν ἐς τὸν ὀπισθόδομον, ὃ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρέσχεν ἑαυτὸν, ἄδων τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τῶν καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, συνέα καὶ αὐτὰς οὔσας. ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ἤδεσαν πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας ἀύλους. καὶ σὺ ἔστιν ὅστις ἀήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν, ἀύλοι ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ, ἐκ τῶν τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πεπυσμένοι, καὶ εἴ που γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο δι' τῶν δακτύλων.

A

B

C

D

VInam verò & alias Herodoti virtutes mihi imitari conceſſum fuiſſet, non omnes dico quibus ille præditus præcelluit (maior enim voto hæc res fuerit) verùm vnam ex omnibus, videlicet aut orationum elegantiſſimarum munditiem, aut illarum numeroſam concinnitatem, aut propriam & naturalem linguæ Ionicæ dictionem, aut ſententiarum grauitatem & præſtantiam, aut quæcunque alia (quæ & infinita ſunt & elegantia) ille vno quaſi faſciculo comprehenſa poſſidet, omnem imitationis ſpem excedentia. Cæterùm quæ cum libris à ſe elucubratis fecerit, tum quemadmodum paſſim in breui temporis ſpatio apud Græcos in notitiam venerit, mihi & tibi & alteri cuicunque tãdem imitari haudquaquam fuerit difficile. Cùm enim relicta patria ſoluiſſet ex Caria, recto curſu in Græciã delatus eſt, vbi de ſe ipſo eam cogitationem ſuſcepit, quo pacto quàm celerrimè & minimo cum negotio inclareſceret, ac famigerabilis fieret cùm ipſe, tum eius quoque elucubratæ vigiliæ. Atenim obambulantem, nũc quidem Athenienſibus, nunc autem Corinthiis recitare hiſtoriarum monumenta à ſe condita, mox Argiuis aut Lacedæmoniis, partim laborioſum eſſe exiſtimabat & longum: partim cunctationem & moram non mediocrem in illo fore proſpiciebat. Voluit ergo negotiũ omne in compendium contrahere, neque ita particulatim innoteſcere, notitiam modicè & pedetentim congregans & colligens. Callidè verò obſeruabat ſi vſpiam locorum Græcos vnà congregatos omnes deprehenderet. Commodùm itaque inſtabant magna Olympia. Herodotus autem hanc ſolam ſibi veniſſe occaſionẽ arbitratus, cuius maximè erat cupidus, frequentiſſimis ludis obſeruatis, iámq; ex omnibus locis collectis Græcorum optimatibus, progreſſus in opiſthodomũ, non ſpectatorẽ ſed certatorẽ ſe ipſe exhibebat, cantillans hiſtorias memoriæ à ſe proditas, ac præſentium aures orationis ſuauitate demulcens, donec & Muſarum nominibus eius libri nobilitari & vocari cœpti ſint, & illis nouem exiſtentibus. Proinde iam omnes illum nouerant multo profectò magis quàm Olympicorum certaminum victores: nec quiſquam erat cui Herodoti nomen inauditum fuerat, quem nonnulli ipſi audiuerant in Olympia, alij verò ex iis qui ex ludis regreſſi fuerant, audita & ipſi perceperant. Tum verò vbicunque in publico ſaltem apparuiſſet, certatim commonſtrabatur digitis:

HIC ILLE est Herodotus, qui pugnas Persicas lingua Ionica cõdidit atque cõscripsit, qui victorias nostras venustissimè concelebrauit. Talem ipse laudem historiarum nomine consecutus est, in vno cõuĕtu ab omni populo totius Græcię commune naĕtus suffragium, non ab vno per Iouĕ præcone ebuccinatus, sed in omnibus quaquauersũ ciuitatibus, vnde quisque erat corum qui ad ludos publicos confluxerãt. Hoc cùm animaduertissent postea ad parandam cognitionem viam esse compendiosissimam & Hippias illius gentis Sophista, & Prodicus Ceus, & Anaximenes Chius, tum Polus Acragantinus, aliíque complures, orationes semper habuerunt & illi in ludis publicis, vnde breui notitiam sibi parauerunt. Quorsum verò tibi priscos illos percenseo sophistas, & historicos, & oratores, cùm & hæc inter vetera commodè locum habere possint? Etenim perhibent, Aëtionem quoque pictorem, Rhoxanes & Alexandri depictas in tabula nuptias, in Olympiam pertulisse, ac imaginem spectandam ostĕtasse, adeo vt Proxenides, quem tunc certaminum iudicem Græci constituerant, artis prestantia delectatus, Aëtionem generum sibi asciuerit. Sed quæret aliquis, quodnam tantum affuerit picturæ miraculũ, per quod adductus Proxenides Aëtioni peregrino filiam suam nuptum tradiderit? Est equidem imago in Italia, quam egomet vidi, adeo vt tibi quoque de ea compertam veritatem dicere possim. Thalamus est supra modum elegans, & lectus nuptialis vestimentis instratus. Hunc iuxta locata est Rhoxane virgo, corpore & facie venustissima, terram modestè intuens, Alexandri assistentis præsentiam honorificè reuerens. Cæterùm Cupidines quidam ridentes, alter quidem à tergo stans digitis redimiculum aufert à capite, ac Rhoxanen sponso commonstrat: alter nimiùm seruiliter à plantis aufert sandalium, vt iam decumberet. Alius Alexandri chlamyde inuolutus, illum ad Rhoxanen pertrahit, valde violenter annixus. Sed enim ipse rex coronam quandam puellæ porrigit. Adest præterea & Paroehus sponsæ ductor. Hephæstion, ardentem facem tenens in manibus, formoso admodum adolescenti innixus: hunc ego Hymenæum esse opinor: neque enim nomen adscriptum fuerat.

*Aëtion pictor.*

Ex alia autem parte tabulæ alij Cupidines in armis Alexandri colludebant:

A ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ, Ηρόδοτός ὅστιν, ὁ τὰς μάχας τὰς Περσικὰς Ιαστὶ συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῆς ἰσοτιμίας, ἐν μιᾷ σεμνοτάτῃ πανηγύρει παρὰ πάσης τῆς Ἑλλάδος λαβών, καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἑνὸς, μὰ Δία, κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν. ὅθεν ὕστερον κατανοήσαντες, ὅτι τομόν τινα τούτῳ ὁδὸν ἐς γνῶσιν, Ιππίας τε ὁ ὁπερώριος αὐτῶν σοφιστὴς, καὶ Πρόδικος ὁ Κῷος, καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος, καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ ἄλλοι B συχνοὶ, λόγους ἔλεγον ἀεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν πανηγυρικὸν, ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγένοντο. καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους λέγω σοφιστὰς, καὶ συγγραφέας, καὶ λογογράφους, ὅπου καὶ τὰ τελευταῖα τούτων, καὶ Αετίωνα φασὶ τὸν ζωγράφον, συγγράψασθαι τὸν Ρωξάνης, καὶ Αλεξάνδρου γάμον, εἰς Ολυμπίαν καὶ αὐτὸν ἀγαγόντα, τὸν εἰκόνα ἐπιδείξασθαι, ὥστε Προξενίδῃ, Ελλανοδίκῃ τότε ὄντι, πάθεντα τῇ τέχνῃ, γαμβρὸν ποιήσασθαι τὸν Αετίωνα; καὶ τί θαῦμα ἐκεῖνο τῇ γραφῇ αὐτῇ ἤρετό τις, ὡς τὸν Ελλανοδίκην δι' αὐτὸ, οὐκ ἐπιχωρίῳ τῷ Αετίωνι συναλλαγῆναι τῆς θυγατρὸς τὸν γάμον; ἔστιν ἡ εἰκὼν ἐν Ιταλίᾳ, κἀγὼ εἶδον, ὥστε καὶ σοὶ αὐτὸ εἰπεῖν ἕτοιμος θαλαμὸς ὅτι περικαλλὴς, καὶ κλίνη νυμφική. καὶ ἡ Ρωξάνη καθῆται παῖς καλὸν τι χρῆμα παρθένος, ἐς γῆν ὁρῶσα, αἰδουμένη ἑστῶτα τὸν Αλέξανδρον. ἔρωτες δέ τινες μειδιῶντες, ὁ μὲν κατόπιν ἐφεστὼς, ἀπάγει τῆς κεφαλῆς τὸν καλύπτρην, καὶ δείκνυσι τῷ νυμφίῳ τὴν Ρωξάνην· ὁ δέ τις, μάλα δουλικῶς ἀφαιρεῖ τὸ D σανδάλιον ἐκ τοῦ ποδὸς, ὡς κατακλίνοιτο ἤδη· ἄλλος τῆς χλανίδος τοῦ Αλεξάνδρου ἐπειλημμένος ἔρως, καὶ σφόδρα ἕλκει αὐτὸν πρὸς τὴν Ρωξάνην, πάνυ δικαίως βιαστικώτατος. ὁ βασιλεὺς δ', αὐτὸς μὲν στέφανόν τινα ὀρέγει τῇ παιδὶ· πάροχος δ' ἐστὶ νυμφαγωγὸς Ηφαιστίων συμπρέσβυς, δᾷδα κεκομμένην ἔχων, μεσήλικι πάνυ ὡραίῳ ἐοικὼς ὑμέναιος. ὑμέναιος, οἶμαι, ἐστὶν· ἀγὰρ ἐπιγέγραπται ὄνομα. ἐλέρωτι δ' τοῦ εἰκόνος, ἀλλοι ἔρωτες παίζουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῦ Αλεξάνδρου·

δύο μὲν τὴν λόγχην αὐτοῦ φέροντες, μιμούμενοι τοὺς ἀχθοφόρους, ὁπότε δοκὸν φέροντες, βαροῦνται. ἄλλοι δὲ δύο, ἕνα τινὰ ὕπτιον τῆς ἀσπίδος καταλείποντες, βασιλέα δὴ ἕλκουσι τὸν αὐτὸν σύροντες, τὴν ὀχθὴν τῆς ἀσπίδος ἐπειλημμένοι. εἰς δὲ ἐς τὸν θώρηκα ἐσελθὼν ὕπτιον κείμενον, λοχῶντι ἔοικεν, ὡς φοβήσων αὐτοὺς ὁπότε κατ' αὐτὸν ἐλθοιντο σύροντες. ἡ παιδιὴ δὲ ἄλλως ταῦτα ἐστιν, οὐδὲ περιεργάσατο ἂν αὐτοῖς ὁ Αετίων, ἀλλὰ δηλοῖ τῷ Αλεξάνδρῳ καὶ τὸν ἐς τὰ πολεμικὰ ἔρωτα. καὶ ὅτι ἅμα τῇ Ρωξάνης ἤρα, καὶ τῶν ὅπλων οὐκ ἐπελέλησο. πλὴν ἀλλ' ἥ γε εἰκὼν αὕτη, καὶ ἄλλως γαμήλιόν τι ἔοικε τῆς ἀληθείας διεφαίνουσα ἔχουσα, περιμνησευσαμένη τῷ Αετίωνι τὴν τοῦ Προξενίδου θυγατέρα. καὶ ἀπῆλθε γήμας καὶ αὐτὸς, πέρας τῶν Αλεξάνδρου γάμων, ἐπὶ νυμφαγωγῷ τῷ βασιλῆϊ, μισθὸν εἰκασμένῳ γάμου, περιλαβὼν ἀληθῆ γάμον. Ηρόδοτος μὲν οὖν (ἐπάνειμι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον) ἱκανὼν τῶν Ολυμπίων τὴν πανήγυριν ἡγεῖτο, καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ελλησι τὰς Ελληνικὰς διεξιόντα, ὡς ἐκεῖνος διεξῆλθεν. ἐγὼ δὲ, καὶ περὶ Φιλίου, μή με κορυβαντιᾶν ὑπολάβητε, μηδὲ πάμπαν εἰκάζειν τοῖς ἐκείνου· ἵλεως ὁ ἀνὴρ· ἀλλὰ τοῦτό γε ὅμοιον παθεῖν φημι αὐτῷ. ὅτε γὰρ τοπρῶτον ἐπεδήμησα τῇ Μακεδονίᾳ, περὶ ἐμαυτὸν ἐσκοπούμην, ὅτι μοι χρηστέον τῷ πράγματι. καὶ ὁ μὲν ἔρως οὗτός ἐστιν ἐμοὶ ἅπασι γνωσθῆναι, καὶ ὅτι πλείοσι Μακεδόνων δεῖξαι πάμπαν. ὃ δὴ αὐτὸν περιόντα, πλείοσι τῶν ἐτῶν ξυνήγγελται πόλει ἑκάστῃ, οὐκ ὀψιμαθὲς ἐφαίνετο. εἰ δὲ τηρήσαιμι πλὴν δὲ ὑμῶν πλὴν σιωπῶντ, εἶτα προελθὼν ἐς μέσον δείξαιμι τὸν λόγον, ἐς δέον ἅπαντας ἀποβήσεσθαί μοι τὰ τῆς ψυχῆς. αὐτοί τε οὖν ἤδη συνελήλυθατε, ὅτι τοῦ ὄφελος ἐξ ἑκάστης πόλεως, αὐτὸ δὴ τὸ κεφάλαιον Μακεδόνων ἀπόντων. καὶ ἐπιδέχεται πόλις ἡ ἄριστη, οὖσα οὐ χθὲς Πίσθη, μὰ Δί', οὐδὲ πλὴν ἐκείνῃ ξενοκοιτίαν, καὶ σκηνὰς, καὶ καλύβας, καὶ πνῖγος. οἵ τε αὖ πανηγυρισταὶ, οὐ συρφετώδης ὄχλος, ἀθληταῖς δὲ μᾶλλον φιλοθεάμονες,

A duo quidem haſtam illius ferentes, eos imitabantur, qui ferendis oneribus grauari videntur. Alii duo vnum aliquem iacentem ſuper clypeum penè ipſum vt regem trahunt, ſcuti loris inuoluti. Porrò vnus in thoracem ſupinè iacentem ingreſſus, inſidias tendenti ſimilis eſſe videtur, vt illos ex improuiſo perterrefaciat, vbi trahendo ad ſe peruenisſent. Neque verò hæc ludicra ſunt aut puerilia, & in quibus exprimendis temere elaboraſſet Aëtion, ſed quibus Alexandri ad res bellicas amorem adumbrare voluit, & quòd eadem opera & Rhoxanes amore flagrarit, & armorum curam per oblivionem non abiecerit. Quanquam verò & aliàs ipſa imagine nuptiale quiddã reuera oſtenſum eſt, nempe Proxenidæ natam antè Aëtioni fuiſſe deſponſam: illáque in matrimonium ducta abiit, luſis ſucciſiua opera Alexandri nuptiis, ſub rege ſponſæ ductore, pro nuptiis colore & penicillo expreſſis veras nuptias præmium reportans. Proinde Herodotus (regredior enim ad illum) ſatis ſupérque ſufficere Olympiorum ludos exiſtimauit ad faciendam fidem Græcis, eum ſcriptorem eſſe admiratione non indignum, qui Græcorum geſta illis recitaret, quẽadmodum ipſe factitare ſolitus eſt. Ego verò, ac per Iouem Philium vos precor, ne inſanire me ſuſpicemini, neque mea me cum illius conferre velle. Propitius ſit mihi vir ille. Verùm hoc mihi cum illo non diſſimile accidiſſe arbitror. Etenim quo tempore primùm in Macedoniam ſuſcepta peregrè profectione veni, apud me ipſe cogitabam, ſtrenuè mihi ad vigilandum eſſe, eáque iam tenebar cupiditate omnibus innoteſcendi, ac quamplurimis Macedonum vigilias meas oſtendendi. Porrò autem ſingulas adeuntẽ ciuitates, interea ingraueſcente ætate cõſeneſcere, haudquaquã facile factu apparebat. Sedenim ſi conuentu veſtro obſeruato, deinde progreſſus in mediũ orationem propalam habuiſſem, ſperabam omnibus ex ſententia ſuccedentibus voti me compotem futurum. Vos itaque conueniſtis, ex ſingulis equidem ciuitatibus quique præſtantiſſimi, neque non ipſa ſumma vniuerſorum Macedonum delectiſſima. Excepit verò veſtrum conuẽtum ciuitas omnium optima, quacum nulla ex parte Piſa conferenda eſt, neque ea quæ illic eſt loci anguſtia, neque tabernacula aut tuguria & ſuffocatio. Iam neque conuentũ celebrantes, vulgaris fex aut turba eſt, magis cupida ſpectãdi athletas,

nempe vulgus Herodoti negligens, sed A profectò cum rhetorum tum scriptorum atque Sophistarum omnium celeberrimi, adeò vt parum mihi deesse videatur quominus & mea actio perinde vt Olympiorum celebris habenda sit. Cæterùm si me cum Polydamante, aut Glauco, aut Milone compositum contemplamini, valde audax homo vobis esse videbor. Sin verò ab illis memoria longè latéque auocata, in hoc solum intenti fueritis, fortasse non admodum vobis flagellandus esse videbor, ita vt in tanto stadio & hoc mihi sufficiat.

ὸ πρέρχω οἱ πολλοὶ τὸν Ηρόδοτον ἀθέμενοι, ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ σοφιστῶν οἱ δοκιμώτατοι. ὅσον δ' μικρὸν ἤδη, μὴ τοὺμὸν ὦγκον πολὺ ὑπερτείνειν φαίνηται τῶν Ολυμπίων. ἀλλ' ἐὰν μὲν ὑμᾶς Πολυδάμαντι, ἢ Γλαύκῳ, ἢ Μίλωνι συγκεκριμένον θεωρῆτέ με, κομιδῇ ὑμῖν δόξω θρασὺς ἀνὴρ εἶναι. ἐὰν δὲ πολὺ ἐκείνων ἀπαγαγόντες τὴν μνήμην, ἐφ' αὑτῷ μόνον ἀποδύσησθε ἴδητε, τάχ' ἂν δ' πάνυ μαστιγώσιμος ὑμῖν δόξαιμι, ὡς ἐν τηλικούτῳ σταδίῳ, ἰκανὸν ἔμοιγ' ἂν καὶ τοῦτο.

---

## ΖΕΥΞΙΣ, Η ΑΝΤΙΟΧΟΣ.

## ZEVXIS, VEL ANTIOCHVS.

### Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Apologia quædam scriptorum Luciani est, qua ille ostendit non tantùm nouitati seu peregrinitati studere se, sed & rerum sententiarúmque elegantiæ, deinde & aptæ compositionis harmoniæ. Cæterùm quòd sola nouitas illorum in admiratione sit, fieri communi quadam hominum natura, qui sola nouitate plerunque detineantur, interim aliorum nulla habita ratione. Idem enim & Zeuxidi olim in pictura Centauri, in quam præter nouitatem argumenti, multam artem impenderat: & Antiocho in pugna contra Galatas accidisse, hostibus nouitatem & insolentiam elephantorum, non ipsius apparatum pertimescentibus. Tractatur autem eadem fermè ratione, qua & superior oratio: nisi quòd hìc ipsa causa à principio ponitur, exempla autem, eáque amplificata sequuntur. Etiam tituli eadem ratione, vt suprà, impositi sunt.*

HAbita nuper in conſeſſu B veſtro oratione, domum me conferebam. Permulti autem ex iis qui orationi interfuerãt, me acceſſerunt. (Nihil enim prohibere opinor, quin & iſta vobis meis iam familiaribus exponam.) Itaque accedentes, porrecta dextra me conſalutabant, & admiratione proſequentibus ſimiles eſſe apparebant. Multo autem itinere comitatu ſuo me deducentes, alius aliunde exclamabat, laudabátque, donec pudore quoque me ſuffunderent, verentem ne lõgè latéque à dignitate laudum quas in me congerebant, relinquerer. C Caput autem & ſumma laudationũ hæc illis fuit, & omnes vno ore vnam eandẽque ſententiam præ ſe ferebant, confirmantes orationum mearum compoſitionem & ſententiam peregrinam eſſe, ac multum in ſeſe complecti nouitatis. Multo verò ſatius eſt, eadem illa verba commemorare, quibus illi tum vſi fuere.

ΕΝαῖος ἐγὼ μὲν ὑμῖν δείξας τὸν λόγον, ἀπῆλθον οἴκαδε. παραπομπεύοντες δέ μοι τῶν ἀκηκοότων πολλοὶ (κωλύει γὰρ οὐδέν, οἶμαι, καὶ τὰ ἰδιωτικὰ πρὸς φίλους ἤδη ὄντας ὑμᾶς λέγειν.) προσιόντες οὖν ἐδεξιοῦντο, καὶ θαυμάζειν ἐῴκεσαν. ὑπερπολὺ γοῦν παρεμβρυῶντες, μόγις μόγις ἔθεον, καὶ ἐπῄνουν, ἄχρι που καὶ ἐρυθριᾶν με, μὴ ἄρα πάμπολυ τῆς ἀξίας τῶν ἐπαίνων ἀπολειποίμην. ὃ δ' ἦν κεφάλαιον αὐτοῖς τοῦτο ἦν, καὶ πάντες ἓν καὶ ὃ αὐτὸ ἐπεσημαίνοντο, τὴν γνώμην τῶν συγγραμμάτων ξένην εἶναι, καὶ πολὺν ἐν αὐτοῖς τὸν νεωτερισμόν. μᾶλλον δ' αὐτὰ εἰπεῖν ἀμείνων, ἃ δὴ ἐκεῖνοι ἀπεφθέγγοντο.

ὦ τῆς καινότητος, Ἡράκλεις· τῆς παραδόξου λογίας· δυμήχανος ἀνθρωπος· σχεδὸν οὐδὲ τις εἴποι τῆς διανοίας νεαρώτερον. οἱ μὲν τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγον, ὡς ἐκπεπλῆχθαι δηλαδὴ τοῦ τῆς ἀκροάσεως. ἢ τινα γὰρ οὐκ αἰτίαν εἶχον ψεύδεσθαι, καὶ κηλῆσαι τὰ τοιαῦτα, ξένον ἄνθρωπον, καὶ πάνυ πολλῆς αὐτοῖς φθονήσεως ἄξιον τἄλλα· πλὴν ἐμέ γε (εἰρήσεται γάρ) καὶ μετρίως ἰώμενον ἔπαινος αὐτῶν. καὶ ἐπειδή ποτε ἀπελθόντων καὶ ἐμαυτὸν ἐλογιζόμην, ἐνενόουν· οὕτω τοῦτο μόνον χαρίεν τοῖς ἐμοῖς ἔνεστιν, ὅτι μὴ σεσηπὸς, μηδὲ κατὰ τὸ κοινὸν βαδίζοι τοῖς ἄλλοις, ἀνομάτων δὲ ἄρα καλῶν ἐν αὐτοῖς, καὶ τροπὴς τοῦ ἀρχαίου χαρακτῆρος συγκειμένων, ἢ νῦν ὀξέος, ἢ παρανοίας τινός, ἢ χαρίεντος Ἀττικῆς, ἢ ἁρμονίας, ἢ τέχνης τῆς ἐφ' ἅπασι, τούτων δὲ πόρρω ἴσως τοὐμοῦ· ὁ γὰρ αὖ παρόντες αὐτὰ ἐκφέρα, ἐπήνουν μόνον τὸ καινὸν τῆς προαιρέσεως, καὶ ξενίζον· ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος ᾠόμην, ὁπότε ἀναπηδῶντες ἐπαινοῖεν, τάχα μήτοι καὶ αὐτὸ τοῦτο προσάψασθαι αὐτοῖς· ἀληθὲς γὰρ εἰ τὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ τὴν νέαν ᾠδὴν κεχαρισμένην τοῖς ἀκούουσιν· οὐ μὴν ποσοῦτόν γε, ὥστε ὅλην τῇ καινότητι νέμειν ἠξίουν, ἀλλὰ τὴν μὴν, ὡσπερ ἂν προσθήκης μοίρᾳ συνεπικοσμῇ τι, καὶ προσὸν τὸν ἔπαινον συντελῇ καὶ αὐτό. τὰ δὲ τῷ ὄντι ἐπαινούμενα, καὶ κατὰ τῶν ἀκουόντων δύναμιν ἐκεῖνα εἶναι, ὥστε οὐ μετρίως ἐπῄρμην, καὶ ἐκινδύνευόν πως δῦναι αὐτοῖς, ἕνα καὶ μόνον ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἶναι λέγοντες καὶ τὰ τοιαῦτα. ὁ δὲ τὴν μὲν παροιμίαν, δύσθρακες ἡμῶν ὁ θησαυρὸς ἦσαν, καὶ ὀλίγου δεῖν θαυματοποιοῦ τινος ἔπαινον ἐπαγῆσθαι προσὸν αὐτῷ. ἐθέλω γοῦν ὑμῖν καὶ ὃ τὸν γραφέως διηγήσασθαι. ὁ Ζεῦξις ἐκεῖνος ἄριστος γραφέων ἁπάντων, τὰ δημώδη καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα οὐκ ἔγραφεν, ἢ ὅσα πάνυ ὀλίγα, ἥρωας ἢ θεοὺς, ἢ πολέμους, ἀεί τι καινοποιῆσαι ἐπιχειρῶν, καί τι ἀλλόκοτον αἰεὶ καὶ ξένον διανοήσας, ἐν ἐκείνῳ τὴν ἀκρίβειαν τῆς τέχνης ἐπεδείκνυτο· οἷόν τοῖς ἄλλοις τολμήμασι, καὶ θήλειαν Ἱπποκένταυρον ὁ Ζεῦξις αὐτὸς ἐποίη-

A O nouitatem! inquiunt. O Hercules dictionem inauditam! Homo promptus & agilis! Certè nemo dixerit quicquam orationum tuarum cogitatione perinde esse nouum. Equidem illi id genus verba permulta faciebant, prout quisque inter audiendum oratione mea affectus aut commotus fuerat. Aut quam alioqui talia mentiendi & assentandi aduersus me causam habuissent, hominem peregrinum, quem aliàs contemptui habentes, non magnificiebant? Veruntamen ego (neque enim tacitum dissimulabo) non mediocriter illorum laude discruciabar. Tandem verò illis abeuntibus B cùm ad me rediissem, mente atque animo sic mecum agitaui: Ergo tantùm hac gratia & venustate scripta mea condita sunt, quòd ad consuetam dicendi rationem formata non sint, nec iuxta communem loquendi viam fluant, verborum verò elegantium nihil in illis admixtum est, ad veterem sermonis regulam & canonem positorum, nulla-præterea sententia argutè dicta exornata sunt, nulla industria, nulla Atticæ linguæ venere perpolita, aut compositionis harmonia, aut arte ad amussim elaborata, sed ab his omnibus longè latéque discrepant. C Neque enim hæc ipsa à præsentibus laudata sunt, sed verborum nouitas illorum iudicio peregrina & aliena visa est. Ego verò stolidus, hoc ipso eos, si vnquam ad me collaudandum subsilirent, potissimùm adductum iri putabam. Verissimum enim illud Homeri esse persuasum habebam, nouam quámque cantilenam audientibus esse gratissimam. Non tamen tantum laudis, neque adeò summã, nouitati concedi volebam; verùm hanc non aliter atque cumuli loco adiici, & nonnihil sanè ornatus ad gloriam afferre, sed ita, vt quæ vera laude & auditorum applausu digna haberentur, illa essent. Itaque non modicè commouebar, penè eò adductus, vt illis fidem haberem, vnum atque adeò solum inter Græcos esse confirmãtibus: atque id genus alia. Thesaurus autem, iuxta prouerbium, nobis carbones erant. Ac prope modum vt præstigiator quispiã ab illis laudor. Volo itaque vobis pictoris institutum demarrare. D Zeuxis ille omnium pictorum præstantissimus, popularia & communiã illa nequaquam pingere solitus est, aut admodum pauca, nempe heroas, aut Deos, aut bella: semper autem noui aliquid cõminiscendi illi consuetudo fuit. Cæterùm inter alia audaciæ suę egregia facinora, & Hippocẽtaurum fœminam ipse Zeuxis adumbrauit,

*Odyss. li. 1.*

*Nouitatis gratia.*

*Hippocentaurus fœmina geminos infantes alens.*

alentem adhuc vberibus pueros Hippocentauros geminos nimiùm infantes. Illius picturæ exemplum nunc Athenis repoſitum conſeruatur, ad veram imaginẽ accuratiſſimè expreſſum: ipſum porrò archetypum Sylla Romanorum Imperator vnà cum aliis rebus aliquot pretioſis in Italiam miſiſſe ferebatur, deinde iuxta Maleam Laconiæ promontorium, vt opinor, fracta naui oneraria atque ſubmerſa, periiſſe omnia, atque ipſam etiam picturam. At enim veræ imaginis imago mihi viſa eſt. Ac ipſe, quoad eius fieri poterit, eandem oratione vobis adumbrabo, non per Iouem quòd pingendi valde peritus ſim, ſed quòd adhuc in recẽti mihi hęreat memoria, quippe quam nuper admodum Athenis in pictoris cuiuſdam ædibus viderim. Ipſa quoque admiratio, qua tunc artem diligenter contẽplando proſequebar, non parũ nunc mihi afferet adminiculi ad cuncta manifeſtiùs declaranda. In ceſpite nimiùm floreſcente & viridi Centaurus ipſa facta eſt: ea parte qua equã refert, tota humi poſita, pedes poſteriores retro extendit. Qua verò parte mulieris gerit imaginẽ, ea ſenſim ſubſurgit vſque ad cubiti longitudinem. Pedes anteriores ne illi quidem porrectim extenſi ſunt, veluti iacentis in latere: verùm alter quidem geniculatim inflexo ſimilis eſt, vngula retrotracta incuruus exiſtens. Alter autem contrà exurgit, & ſolum attingit. quemadmodum ferè ſunt equi ſubſilire molientes. Cęterùm infantes, alterum quidem ante ſe habet in vlnis complexum, quem humano more nutrit, muliebrem mammam in os illi inſerens. Alterum verò ex equino lactat vbere, quemadmodum pulli à matribus lactari ſolent. In ſuperiore parte tabulæ, veluti è ſcopulo Hippocentaurus quiſpiã videlicet mulieris illius infãtes vtrinque nutricantis maritus, prominenti capite ridens proſpicit, haudquaquam toto apparens corpore, verùm media parte equi, leonis catulum in dextra retinens, quem ſuſtollit in hoc, vt pueros re ludicra cum riſu perterrefaceret. At reliquæ picturæ partes, propter quas non vbique accurata artis præſtantia nobis idiotis comparere ſolebat, nihilo ſecus tamen ſumma induſtria erant elaboratæ, videlicet linearum ductibus atque extenſionibus rectiſſimis, colorum commixtionibus ſcientiſſimis, neque non tempeſtiuarum adiectionum circunductionibus. Inſuper decentibus inumbrationibus, neque neglecta magnitudinis ratione, & menſurarum totius operis æqualitate atque harmonia:

A σεν, αἰα τεφθσάν γε τοῦ σεπὶ παιδίω Ἱππο-
κενταύρω διδύμω, νηπίω. τῆς εἰκόνος
ταύτης αὐτόγραφός ἐστι νῦν Ἀθήνησι, τοῦ-
τῷ ἐκείνῳ ἀκριβεῖ τῇ γάθμῃ μετενηνε-
γμένη. Τὸ ἀρχέτυπον δ' αὐτὸ, Σύλλας ὁ Ρω-
μαίων γρατηγὸς, ἐλέγετο μετὰ τῶν ἄλλων εἰς
Ἰταλίαν πεπομφέναι· εἶτα τοῦ περὶ Μαλέαν, οἶ-
μαι, καταδύσης τῆς ὁλκάδος, ἀπολέσθαι ἅ-
παντα, καὶ τὴν γραφήν. πλὴν ἀλλὰ τήν γε
εἰκόνα τῆς εἰκόνος εἶδον, καὶ αὐτὸς ὑμῖν ὡς ἂν
οἷός τε ὦ, δείξω τῷ λόγῳ, οὐ, μὰ τὸν Δία γρα-
φικός τις ὤν, ἀλλὰ πάνυ μέμνημαι, οὐ τοῦ
B πολλοῦ ἰδὼν ἔν τινος τῶν γραφέων Ἀθήνησι.
καὶ ὃ ἐθαύμασα τότε τὴν τέχνην, ἔχει
καὶ νῦν τοῦτο ὃ σαφέστερον δηλώσει
συναγωνίσασθαι. ὅτι χλόης θάλλουσῆς ἡ Κέν-
ταυρος αὕτη πεποίηται, ὅλη μὲν τῇ ἵππῳ
χαμαὶ κειμένη, καὶ ἀποτέτανται εἰς τοὐπίσω
αἱ πόδες· ὃ δ' γυναικεῖον ὅσον αὐτῆς, ἠρέμα
ἐπήρται, καὶ ἐπ' ἀγκῶνός ἐστιν· οἱ δὲ πόδες οἱ
ἔμπροσθεν, οὐκ ἔτι ὃ ὅτι ἀποτείνει, οὐδ'
ὅτι πλαγίαν κειμένης· ἀλλ' ὁ μὲν ὀκλάζοντι
ἔοικεν, ὧν καμπύλος ὑπεσταλμένῃ τῇ ὀπλῇ,
C ὁ δὲ, ἔμπαλιν ἐμπνέων ἐστάναι, καὶ τοῖς ἐδάφεσι
ἀντιλαμβάνεσθαι, οἷόν εἰσιν ἵπποι, πειρώμενοι
ἀναπηδᾶν. τῶν νεογνῶν δὲ, ὃ μὲν ἄνω ἔχει αὐ-
τὴν ἐν ταῖς ἀγκάλαις, καὶ τρέφει ἀνθρωπικῶς,
ἐπέχουσα τὸν γυναικεῖον μαστόν· ὃ δ' ἕτερον,
ἐκ τῆς ἵππου θηλάζει, ἐς τὸν πωλικὸν τρόπον·
ἄνω δὲ τοῦ εἰκόνος, οὗ ἀπό τινος σκοπῆς Ἱππο-
κένταυρός τις, ἀνὴρ ἐκείνης δηλαδὴ τῆς τὰ
βρέφη ἀμφοτέρωθεν περιθωμένης, ὑπικύπτει
γελῶν, οὐχ ὅλος φαινόμενος, ἀλλ' ἐς μέσον τὸν
ἵππον, λέοντος σκύμνον ἀνέχων τῇ δεξιᾷ, καὶ
D ὑπὲρ ἑαυτὸν αἰωρῶν, ὡς δείξαιτο σὺν παι-
διᾷ τὰ βρέφη. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῆς γραφῆς,
ἐφ' ὅσα τοῖς ἰδιώταις ἡμῖν, οὐ πάνυ ἐμφανῆ
ὄντα, τῷ ὅλῳ ὅμως ἔχει δυνάμενα τὸ τέχνης,
οἷς, τὸ ἀποτεῖναι τὰς γραμμὰς ἐς τὸ εὐθύτα-
τον, καὶ τῶν χρωμάτων ἀκριβῆ τὴν κρᾶσιν, καὶ βύ-
κημα τὴν ὀπτικὴν ποιήσασθαι, καὶ σκιάσαι
ἐς δέον, καὶ τὸ μεγέθους τὸν λόγον, καὶ τὴν τῶν
μέτρων τοῦ ὅλου ἰσότητα, καὶ ἁρμονίαν,

γραφέων παῖδες ἐπαινοῦντων, οἷς ἔργον εἶ- A δέναι τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δὲ τῷ Ζεύξιδος σκάφο μάλιστα ἐπῄνεσα, ὅτι ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει ποικίλως τὸ πρέπον ἐπεδείξατο τῆς τέχνης, τὸν μὲν ἄνδρα, ποιήσας πρώτην φοβερὸν, καὶ κομιδῇ ἄγριον, συμμάρον τῇ χαίτῃ, λάσιον τὰ πολλὰ, ὥς γ' τὸν ἵππου αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον τῷ ἀνθρώπου· καὶ ἐξάρας αὐτῷ τοὺς ὤμους ὀρθὸν, τὸ βλέμμα, καίτοι γελῶντος, ἀπειλῶδες ὅλον, καὶ ὀρφόν τι, καὶ ἀήμερον· τοιοῦτον μὲν ἐκφῆναι τὸν ἄνδρα· τὴν δὲ, ἵππου γε τῆς καλλίστης, οἵαν μάλιστα αἱ Θετταλαὶ εἰσιν, ἀδμήτες ἔτι, καὶ ἀ- B βάτοι· τὸ δ' ἄνω ἡμίτομον γυναικὸς, παγκάλλον ἔξω τῶν ὤτων, ἐκφῆνα δὲ μόνα, σατυρώδη ὄντ' αὐτῇ, καὶ ἡ μίξις δὲ, καὶ ἡ ἁρμογὴ τῶν σωμάτων, καθὸ συνάπτεται, καὶ συνδεῖται τῷ γυναικείῳ τὸ ἱππικὸν, ἁρέμα, καὶ ὑπ' ἀνθρώπου μεταβαίνουσα, καὶ ἐκ τοιαύτης ἐπομβώσης λαθάνει τὸν ὀφθαλμὸν ἐκ θατέρου εἰς τὸ ἕτερον ἐπαγόμενον· τὸ νεογνὸν δὲ τὸ ἐν τῷ νηπίῳ, ὁμοίως ἄγριον καὶ τὸ τῷ ἀπαλῷ ἤδη φοβερὸν, καὶ τοῦτο θαυμαστὸν, οἶμαι ἔδοξέ C μοι, καὶ ὅτι παιδικῶς μάλα τοὺς τὸν σκύμνον τοῦ λέοντος διαβλέποντας, μεταξὺ τῆς θηλῆς ἑκάτερος ἐπειλημμένοι τὸ χεῖλος τῇ μητρὶ τοιούτου ὄντες. ταῦτα δ' οὕτω διεσκέψατο ὁ Ζεῦξις, αὐτὸς μὲν ᾤετο ἐκπλήξειν τοὺς ὁρῶντας ὅτι τῇ τέχνῃ, οἱ δὲ, αὐτίκα μὲν ἔβοων, ἢ τί γὰρ ἂν ἐποίουν, καλλίστῳ θεάματι ἐντυγχάνοντες; ἐπῄνουν δὲ μάλιστα πρώτους, ἀτὰρ καὶ μετὰ τοῦτον ἐκφῆναι τῆς διανοίας τὸ ξένον, καὶ τὸ γνώμιμον τῆς γραφῆς ὡς νέαν, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ἠγνοημένην ἅπασι· ὥστε ὁ Ζεῦξις σημεῖα ὅτι αὐτοῖς ἀχρεῖα ἡ ὑποθέσεις κρίνει ἅπαντα, καὶ ἀπαγαγὼν τῆς τέχνης, ὡς D ἐπὶ πλέον τὸ θαυμάζειν τὸ ἀκριβὲς τῶν σχημάτων, ἄγε δὴ, ἔφη, ὦ Μικκίων, τοὺς τοῦ μαθητοῦ, τοὺς ἐνδεδεμένους εἰκόνα, καὶ ἀφάμενοι ἀποκομίζετε οἴκαδε, ὅτι γὰρ ἡμῶν τὸν πλοῦν τῆς τέχνης ἐπαινέσει, τὸ δ' ἐφ' ὅτῳ, εἰ καλῶς ἔχει, καὶ τί τὴν τέχνην, ἢ πολλοὶ ποιοῦνται λόγον,

quæ omnia admirari solent pictores quibus studium est ea omnia cognoscendi. Ego verò eam in Zeuxide virtutem & industriam præcipua laude extollebam, quòd in vno eodémque argumento habita diuersitatis ratione, artis discrimen egregiè indicarit. Virum quidem per omnia adornauit horridum atque terribilem, ac vehementer agrestem, horrentem capillitio, cute hirtum & hispidum, non per equinam tantùm partem illius, sed per alteram quoque qua humanam refert speciem. Plurimùm autem sublimibus illum fecit humeris, vultum ridentis præ se ferentem, prorsus tamen ferinum & montanum, ac immansuetum. Tali quidem imagine virum expressum extulit. Porrò fœminam ad equæ pulcherrimæ imaginem adumbrauit, quales cumprimis sunt illæ Thessalæ indomitæ, necdum sessoris patientes. Dimidiam verò mulieris partem summa formauit elegantia, extra ambas auriculas: eas solas informes reliquit, & horridas. Porrò autem corporum iunctura atque cõmixtio, quatenus muliebris pars cum equina coit atque cõiungitur, sensim & nõ densè subsurgens, atque ex lento accessu deriuata, spectãtium fallit oculos, ex altero in alterum perducta. Alter autem ex infantibus non secus atque pater agrestis est, & iã in ætate tenera aspectu sæuus atque terribilis. Neque hoc, vt mihi perpendenti visũ est, admiratione singulari carebat, tum quòd admodum pueriliter ad leoninum catulum respicerent, interea vterque dependens ab vbere, colore matrem referentes. Hęc ergo cùm singulari artificio Zeuxis expressisset, ipse quidẽ in eam veniebat cogitationem, vt putaret ob artis eximiam præstantiam atque excellẽtiam omnes in stuporem & admirationẽ spectantes se ducturum. Illi autem actutum exclamabant. Aut quid aliud facerent, pulcherrimo incidẽtes spectaculo? Enimuero laudibus certatim extollebant omnes, quemadmodum & nuper me illi, nempe inuentum peregrinum, neque nõ nouum picturæ consilium ignotum prioribus. Vt verò Zeuxis animaduertit quòd argumenti nouitate tantùm illorum detinerentur animi, eósque ea ipsa ab arte perpendenda abduceret, ita vt neglectui darent exactam rerum expressarum diligentiam: affatus discipulum, Age, inquit, ô Miccion, inuolutam picturam atque sublatam domum aufer: etenim illi nos tantùm ob insuetam artis materiã collaudant: eorũ verò quorum elegantia exornata est, quęque arte magistra absoluta sunt, nullum illi dignantur habere respectum:

ſed vincit operis diligentiam, argumenti nouitas. Ad hunc quidem modum Zeuxis, & fortaſſe quàm par erat, commotiùs. Cæterùm Antiocho, cui cognomen erat Soteri, & illi nõ diſſimile quiddam accidiſſe fama eſt, in ea pugna quam ipſe aduerſus Galatas habuiſſe dicitur. Si vultis, & hanc vobis hiſtoriam ordine, vt geſta eſt, percenſebo. Cùm non ignoraret & corporis viribus & audacia Galatas eſſe prędítos, inuſitatámque illorum multitudinem videret, tum phalangem fortiter coniunctam, à tergo verò æneis thoracibus indutos bellantes, præterea in profundum ſemper armatos viginti-quatuor ordinatos, in vtrunque autem cornu equitatum, qui viginti millibus equitum conſtabat, diſpertitum eſſe, porrò è medio octoginta currus falcatos erupturos, ac cum illis bigas bis totidem: Hæc inquam cùm videret, ſpem valde malignam animo concipiebat potiundæ victoriæ, tanquam illis inuictis exiſtentibus. Siquidem ipſe modicè inſtructo exercitu, neque ampliter, neque pro belli dignitate, & apparatu aut magnitudine, ſanè perquam paucos ducēs aduenerat, ac illos quidem vt plurimùm ſcutatos & nudos. Sed enim ex iis qui nudi erant, plures quàm dimidia pars exercitus numerabantur. Itaque iam de petendo fœdere, ferendíſque pacis conditionibus, & bello conuenientiſſimè componendo ſecum agitabat. Atqui Theodotas Rhodius, vir excelſi & generoſi animi, inſtruēdę aciei non imperitus, cùm præſto eſſet, regem perturbato animo eſſe non ſinebat. Et erant Antiocho vndecim in exercitu elephanti. Hos Theodotas iuſſit interea, quoad eius fieri poſſet, habere quam occultiſſimè, ne ex acie apparentes conſpicui fierent hoſtibus. Vbi verò tuba ſignum datum eſſet, ac iam infeſtis ſignis concurrendum, & manus conſerendæ forent, ac hoſtium equitatus impreſſionem faceret, & Galatæ aperta phalange currus immitterent, tunc vnà cum quatuor elephantis vtrinque equitibus eſſe occurrendum docebat: octo autem reliquos aurigis & curribus eſſe immittēdos. Hoc enim facto, inquit illorum equi perterrebuntur, ac retro fugientes, in ipſos Galatas elapſi impetum facient. Nec opinionem eius rei prædictæ euentus fruſtratus eſt. Cùm enim antea nullum elephantum vidiſſent cùm ipſi Galatæ, tum equi illorum, adeo nouo & inopinato elephantorum ſpectaculo animis conſternati ſunt, vt longè adhuc à beluis conſtituti, poſteaquam ſolùm rugientes audiſſent,

*Antiochi Soteris pugna cum Galatis.*

A μηδὲ πρόθυμος ἦ ἀκρίβειαν τῶν ἔργων ἡ τῆς ὑποθέσεως καινοτομία. ὁ μὲν δὴ Ζεῦξις, ὅπως, ὀργιλώτερον ἴσως. Ἀντίοχος δέ, ὁ Σωτὴρ ἐπικληθείς, ᾧ ταὐτὸ ὅμοιόν τι παθεῖν λέγεται καὶ τῇ πρὸς Γαλάτας μάχῃ. εἰ βούλεσθε, διηγήσομαι ᾧ ἔστι, ὁποῖον ἐγένετο, εἰδώς. τοὺς γὰρ μιχίμους ὄντας, καὶ πλήθει παμπόλλους ὁρῶν, ᾧ τὴν φάλαγγα κρατερὰς σωμαράχιας, ᾧ ὅπλα μετώπου μὲν προασπίζοντας τοὺς χαλκοθώρακας αὐτῶν, ἐς βάθος δὲ ὅπλα τετράρων καὶ εἴκοσι τεταγμένους ὁπλίτας, ὅπλα κέρως δ' ἑκατέρωθεν τὴν ἵππον δυσμενείας ἕδραν, αὐτὸς δὲ τῶν μέσων, τὰ ἅρματα B ἐκπηδήσεσθαι μέλλοντα, δρεπανηφόρα ὀγδήκοντα, καὶ σειρωφόρας ἐπ' αὐτοῖς δὶς τοσαύτας· ταῦτα ὁρῶν, πόθεν ποτὲ εἶχε τὰς ἐλπίδας, ὡς ἀμάχων ὄντων ἐκείνων αὐτῶν. ἐκφανὲς γὰρ δι' ὀλίγου τῆς στρατείας ἐκείνης παρασκευασθείσης, καὶ μεγαλωστί, οὐδὲ κατ' ἀξίαν τοῦ πολέμου ἀφίκετο, κομιδῇ ὀλίγους ἄγων, καὶ τούτων πελταστικὸν μὲν πολύ, καὶ ψιλικόν. οἱ γυμνῆτες δέ, ὑπὲρ ἥμισυ τῆς στρατιᾶς ἦσαν· ὥστε ἐδόκει αὐτῷ ἤδη καὶ σπένδεσθαι, καὶ τινα εὐπρεπῆ λόγον εὑρίσκεσθαι τοῦ πολέμου. μηδὲ Θεοδότας ὁ C Ῥόδιος, ἀνὴρ γενναῖος, ᾧ πάνυ πολλοῦ ἔμπειρος, ἦν εἴα πρᾶον ἀθυμεῖν. καὶ ἦσαν γὰρ ἐκκαίδεκα ἐλέφαντες τῷ Ἀντιόχῳ· τούτους συνέλαυνεν ὁ Θεοδότας, πέως μὲν ἔχειν, ὡς οἷόν τε κατακρύπτοντας, ὡς μὴ καταδήλους εἶναι ὑποφαινομένους τοῖς στρατοῦ· ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ ὁ σαλπιγκτὴς, καὶ δέῃ συμπλέκεσθαι, ᾧ εἰς χεῖρας ἰέναι, καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν πολεμίων ἐπελαύνηται, καὶ τὰ ἅρματα οἱ Γαλάται ἀνοίξαντες τὴν φάλαγγα, καὶ δρασάμενοι, ἐπαφῶσι, τότε αὐτὰ τέτταρας μὲν τῶν ἐλεφάντων, ἀπάγειν ἐφ' D ἑκάτερα τοῖς ἵπποις, τοὺς ὀκτὼ δὲ αὐτῶν ἐπαφῆναι τοῖς ἁρματηλάταις, καὶ σειρωφοριαστάς. εἰ γὰρ τοῦτο γένοιτο, φοβηθήσονται αὐτοὺς, ἔφη, οἱ ἵπποι, καὶ ἐς τοὺς Γαλάτας αὖθις ἐμπεσοῦνται φεύγοντες· καὶ ὅπως ἐγένετο. ὡς γὰρ πρότερον ἰδόντες ἐλέφαντα ὅτε αὐτοὶ Γαλάται, ὅτε οἱ ἵπποι αὐτῶν, ὅτω πρὸς τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως ἐπαρθήσεσθαι, ὥστε πόρρω ἔτι τῶν θηρίων ὄντων, ἐπεὶ μόνον τετριγότων ἤκουσαν,

καὶ τοὺς ὀδόντας εἶδον ἀποστίλβοντας ὑπισμό- A
τερον, ὡς δὴ ἐκ μέλανος τοῦ παντὸς σώμα-
τος, καὶ τὰς προβοσκίδας, ὡς ἐς ἁρπαγὴν
ἐσπραττομένας, πρὶν ἢ τὸ τόξευμα ἔξι-
σχεσθαι, ἐκκλίναντες, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ
ἔφυγον· οἱ μὲν πεζοὶ, διαπειρώμενοι ἀλ-
λήλων τοῖς δορατίοις, καὶ συμπατούμενοι
ὑπὸ τῶν ἵππων, ὡς εἶχον, ἐμπεσόντων ἐς
αὐτούς, τὰ ἅρματα δὲ ἀναστρέφοντα, καὶ ταῦτα
ἔμπαλιν εἰς τοὺς οἰκείους· οὐκ ἀναμφὶ διεφέ-
ρετο ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὸ τῆς Ὁμήρου,

διφροι δ' ἀνεκυμβαλίαζον,

οἱ ἵπποι δ' ἐπεὶ ὦρ ἅπαξ τῆς ἐς τὸ εὐθὺ ὁδοῦ B
ἀπετρέποντο, οὐκ ἀναχρώμενοι τῷ ἐλεφάν-
των, τοὺς ὀπισθάτας ἀποβάλλοντες, καὶ ἅμα
κονταλίζοντες, τέμνοντες, νὴ Δία, καὶ διαιρῶν-
τες τοῖς δρεπάνοις, εἴ τινας τῶν φίλων κατα-
βάλοιεν. πολλοὶ δ' ὡς ἐν παρόχῳ τοσούτῳ
κατεβάλλοντο, εἴποντο δὲ καὶ οἱ ἐλέφαντες
συμπατοῦντες, καὶ σὺν ἀρρίπτοντες ἐς
ὕψος ταῖς προβοσκίσι, καὶ σὺν αρπάζοντες,
καὶ τοῖς ὀδοῦσι προσπείροντες, καὶ τέλος, ὅτοι
κρατοῦντες προσδιδόασι τῷ Ἀντιόχῳ τὸν
νίκην· οἱ Γαλάται δὲ, οἱ μὲν, ἐτεθνήκεσαν, C
πολλοὶ τῇ φόνῳ χρεμπτόμενοι, οἱ δὲ ζῶντες
ἑλαμβάνοντο, πλὴν παῦ ὀλίγοι, ὁπόσοι
ἔφθασαν ἐς τὰ ὄρη ἀναφυγόντες· οἱ Μακε-
δόνες δὲ, ὅσοι σὺν Ἀντιόχῳ ἦσαν, ἐπαιώνι-
ζον· καὶ προσιόντες ἄλλος ἀλλαχόθεν, ἀνέ-
δουν τὸν βασιλέα, καλλίνικον ἀναβοῶντες. ὁ
δὲ, ὡς δακρύσας, ὡς φασιν, Αἰσχυνώμεθα,
ἔφη, ὦ στρατιῶται, οἷς γε ἡ σωτηρία ὑπ' ἐκεί-
νοις τοῖς θηρίοις ἐγένετο, ὡς εἰ μὴ τὸ καινὸν
τοῦ θεάματος ἐξέπληξε τοὺς πολεμίους,
τί δὴ ἡμᾶς ἦμεν ἂν προς αὐτούς; ὅτι τε τῷ ζω-
γράφῳ, κελεύει ἄλλο μηδὲν, ἐλέφαντα δὲ μό- D
νον ἐγκολάψαι. ὥστε οἶνιν με σκοπεῖν, μὴ
καὶ τοιμὸν ὅμοιον ᾖ τῷ Ἀντιόχῳ, τὰ μὲν
ἄλλα, οὐκ ἄξια μάχης. ἐλέφαντες δὲ τι-
νες, καὶ ξένα μορμολύκεια προς τοὺς ὁρῶν-
τας, καὶ θαυματοποιία, ἄλλως σκηνὴ γοῦν
ἐπαινοῦσι πάντες· οἷς δ' ἐγὼ ἐπεποίθειν, οὐ
πάνυ ταῦτα ἐν λόγῳ παρ' αὐτοῖς ἐστιν· ἀλλ'
ὅτι μὲν θήλεια Ἱππόκενταυρος γεγραμμέ-
νη, τοῦτο μόνον οὐκ πλήττουσα. καὶ ὡσπερ ἐστὶ,
καινὸν, καὶ τερατῶδες δοκεῖ αὐτοῖς. τὰ δ' ἄλλα,

dentésque candore relucentes vidissent, veluti ex toto nigro corpore, tum etiam proboscides ad prædam & direptionem faciendam sublatas: priùs quàm ab arcubus tela extorsissent, versis retro habenis, nullóque seruato ordine aufugerũt. Sed enim pedites aliquantisper alterna cæde semet hastis confodientes, cõculcabãtur ab equitibus in illorum ordinem illapsis: currus autem subuersi, & illi deinceps denuo in suos non citra sanguinem ferebantur, ac planè iuxta illud Homeri,

*Subuersi currus passim iacuere supini.*

At verò equi posteaquam semel à recta via auersi declinassent, elephãtorum impetum non sustinentes, sessores dorso excutiebant. Currus strepebant proscindẽtes per louem atque dissecantes acutis falcibus quoscunque ex amicis comprehendissent. Non pauci verò, vt in tali tumultu, eiecti prosternebantur. Hos elephanti insequebantur, pedibus proterentes atque conculcãtes, simul atque in altum proiicientes proboscidibus, vnáque rapientes, ac dentibus correptos transuerberantes. Ad extremum illi summa ope annitentes Antiocho victoriam pepererunt. Cæterùm Galatæ alij quidem dimicando occiderunt, ingenti clade edita, alij autem viui capti in victoris potestatem peruenerunt, exceptis perquam paucis, quotquot præuenientes fuga in montes semet abdiderant. Porrò autem Macedones quicunque cum Antiocho in prælium descenderãt, Pæana canebãt, ac alius aliunde accurrentes regem coronabant victorem, & clamantes. At ille profusis, vt fertur, lacrymis, Pudore afficimur, inquit, ô milites, quibus salus in hisce vndecim steterit beluis, adeò vt nisi spectaculi nouitas hostium animos perculisset, quid nos erga illos fuissemus? In trophęum nihil aliud quàm elephantũ iussit sculpere. Itaque iam hora est considerãdi ne & mea perinde cẽseantur, vt Antiochi apparatus bellicus. Etenim omnia alia pugna digna ęstimanda non sunt. Quidã autem elephãtes, & peregrina terriculamenta spectantibus nietũ & trepidationem incutientia, ac plena præstigij, ea ab omnibus laude extollũtur. Porrò quibus ego confidebã, ea non admodum in illorum sunt sermone. Sed quia mulier Centaurus depicta est, hoc solũ est quod mentis stuporem & admirationem inducit spectantibus, &, quemadmodum est, nouum & monstrosum illis esse videtur.

Cętera verò nequicquã à Zeuxide facta A sunt. At non fruſtra: etenim vos cùm fingendi & pingendi artificij rudes non eſtis, ſingula arte magiſtra ſpectantes, expendite num ſolùm iſta digna ſint vt theatro ſpectanda commonſtrentur.

μάτην ἄρα τῷ Ζεύξιδι πεποίηται. Ἀλλ' οὐ μάτην· γραφικοὶ γὰρ ὑμεῖς, καὶ μὴ τέχνης ἔκπαλαι ὁρᾶτε, εἰ μόνον ἄξια τοῦ θεάτρου δείκνυσθαι.

# ΑΡΜΟΝΙΔΗΣ.

# HARMONIDES.

## Vincentio Obſopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Commendat ſe amico ex principibus cuidam ſuo, adductus, vt ipſe fingit, exemplo Harmonidæ, qui cùm magiſtrum ſuum de paranda gloria & immortalitate conſuluiſſet, monitus ab eodem fuerit, vt artem quam à ſe didiciſſet, non omnibus Græcis (nam id impoſſibile fore) ſed optimatibus ac præſtantiſſimis quibuſque oſtentaret: ſic enim fore, vt cùm illi ipſi laudati fuerint, vbicunque ipſum laudarent, veram ex eo gloriam ac laudem conſequeretur. Statuiſſe igitur ſe, eodem pacto & huic commendari ſe ſuáque debere, vt qui primùm ea præſtantia, eóque iudicio ſit, vt quod ipſe ſuo calculo approbaſſet, deinde & caterorum omnium probaretur, amplificando hanc perſonæ illius excellentiam per collationem: Deinde & ex eadem patria ſecum natus ſit, vt vel eo nomine fauere ac patrocinari ſibi debeat. Poſtremò & à ſcriptorum ratione facilitatem ac meritum cauſæ oſtendit. Orditur ſtatim ab expoſitione exempli, cuius occaſione adductum ac motum ſeſe fingit. Concludit autem orationem per comprecationem & votum, à Diis precando vt cœptam laudem ſuam creſcere ac perpetuam eſſe velint. Titulus eadem ratione qua in ſuperioribus inditus eſt.*

HARMONIDES tibicen B quodam tempore Timotheum magiſtrum ſuum interrogauit. Dic mihi, inquit, ô Timothee, quomodo mea arte poſſum euadere clarus & nobilis? Aut quid faciendum mihi exiſtimas, ex quo in vniuerſæ Græciæ cognitionem venturus ſim? Nam alia quidem omni me ſtudio & beneuolẽtia iam edocuiſti, nempe exquiſitum tibiæ & accõmodum vſum, mox lingulam tenui & modulanti ſpiritu inſufflare, infrà autem digitos aptè adhibitos crebrò ſuſtollere ac deprimere, deinde ad numeros ingredi, & C modos facere concinnos, choróque congruos, poſtremò conſeruare ſingulorum concentuum proprietates, quiddam in Phrygio attonitum, in Lydio turbulentum, grauitatem in Dorico, in Ionico ſuauitatem. Hæc inquam omnia te magiſtro didici. Atenim quæ maxima ſunt, & quorum gratia tibiæ cognoſcendæ deſiderio laboraui, nondũ video quomodo ab illo mihi parãda ſit gloria, & apud multos celebris opinio, vtq; in multitudine cum exiſtimatione aliqua clarus & cõſpicuus obambulẽ, ac prætereuntium digito cõmonſtrer. Tum ſicubi propalã apparuero, ſtatim omnium oculi in me conuertantur, ac me nominatim collaudantes, dicant:

ΑΡμονίδης ὁ αὐλητὴς, ἤρετο ποτὲ Τιμόθεον διδάσκαλον αὐτοῦ ὄντα, εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Τιμόθεε, πῶς ἂν ἔνδοξος γενοίμην ὑπὸ τῇ τέχνῃ; ἢ τί ποιοῦντα, εἴσονταί με οἱ Ἕλληνες ἄπαντες; Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα σὺ ποιῶν, ἐδίδαξάς με ἤδη ἁρμοσασθαι τὸν αὐλὸν ἐς ὀξυβαρεῖς, καὶ ἐμπνεῖν ἐς τὴν γλωττίδα λεπτόν τι, καὶ ἐμμελές, καὶ ὑποβαλλειν τοὺς δακτύλους ἁβρῶς ὑπὸ πυκνῇ τῇ ἀρσει, καὶ θέσει, καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ, καὶ σύμφωνα (εἰ) τὰ μέλη ποιεῖς τῶν χορῶν, καὶ τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίας τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίας τὸ βακχικὸν, τῆς Δωριστὶ τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν. Ταῦτα μὲν οὖν πάντα ἐκμεμάθηκα παρὰ σοῦ· τὰ μέγιστα δὲ καὶ ὧν ἕνεκα ἐπεθύμησα τῆς αὐλητικῆς, οὐκ ὁρῶ πῶς ἂν ἀπ' αὐτῆς μοι γένοιτο ἡ δόξα, ἢ παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ τὸ ἔνδοξον (εἰ) ἐν πλήθει, καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ· καὶ ὦ που φανῶ, εὐθὺς ὀπίσω τρέφεσθαι πάντας εἰς ἐμὲ, καὶ λέγειν τοιῶμα.

ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ Αρμονίδης ἐστίν, ὁ ἄριστος αὐλητής· ὥσπερ ὅτε καὶ σύ, ὦ Τιμόθεε, τὸ πρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, κωμῳδήσας τῇ Πανδιονίδι, καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τὸ ὁμώνυμόν σοι ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐδεὶς ἴσως ὃς ἠγνόει τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν· ἀλλ' ἔνθα αὖ καὶ νῦν φανῇς, σιωπῶσιν ὅτι σὲ πάντες, ὥσπερ ὅτι τὴν γλαῦκα τὰ ὄρνεα· ταῦτ' ἔστι δι' ἃ σφ ἡυξάμην αὐλητὴς γενέσθαι, ἐπεὶ ὧν πεπόνηκα τὸν πόνον τὸν πολύν, ἐπεὶ τό γε αὐλεῖν αὐτό, ἄθλου τοῦ ἐνδοξοτέρου εἵνεκα δι' αὐτό, οὐκ ἂν δυσχαίμην, ἀγνώστῳ μοι τοσοῦτος γενόμενον, ὥσθ' εἰ Μαρσύας, ἢ Ὄλυμπος γένοιτο μέλλοιμι λανθάνων. οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀπορρήτου, φασί, καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. ἀλλὰ σύ, ἔφη, καὶ ταῦτα παίδευσόν με, ὅπως μοι χρηστέον κἀμαυτῷ, καὶ τῇ τέχνῃ· καί σοι διτθὸν εἴσομαι τιμὴν χάριν, καὶ ὅτι τῇ αὐλήσει, καὶ ὃ μέγιστον, καὶ ὅτι τῇ δόξῃ αὐτῆς. ἀποκρίνεται οὖν αὖτῷ ὁ Τιμόθεος, ἀλλ', ὦ Αρμονίδη, ἔφη, εὖ ἴσθι, σὺ μικροῦ τοῦ ἁπάντος, ἐπαινῷ, καὶ δόξης, καὶ ὀνήσεως εἵνεκα, καὶ γιγνώσκεσθαι τοὺς τῶν πολλῶν· τοῦτο δέ, εἰ μή που σύ γε πῃ τὴν παρεῖσαν ὀνειδισθήσῃ, ἐθέλοις ποιεῖν, μακρὸν ἂν χρόνον, καὶ οὐδὲ ὅτως ἀπόντες εἴσονταί σε· ποῦ γὰρ ἂν θυρεθείη ἢ θέατρον, ἢ στάδιον ὅτου μέγα, ἐν ᾧ πᾶσιν αὐλήσῃς τοῖς Ελλησιν; ὡς δὲ ποιήσας γνωσθήσῃ αὐτοῖς, καὶ ὅτι ὁ πέρας ἀφίξῃ τῆς βύβης, ἐγὼ καὶ τοῦθ' ὑποθήσομαί σοι· σὺ γὰρ αὖλει μὲν καὶ τοῦτο ἐν θεάτροις οἱουτονὶ· ἀτὰρ ὀλίγου μελέτου σοι τῶν πολλῶν. ἢ σὺ ὀνήτομος καὶ ῥᾴσει ὅτι τιμὴ δόξαν ἀγούσῃ, ἥδε ἔστιν. εἰ γὰρ ὀνηλεξάμην τὸν ἐν τῇ Ελλάδι τοὺς ἀρίστους καὶ ὀλίγους αὐτῶν, ὅσοι κορυφαῖοι, καὶ αἰμυλιώτατοι θαυμασοί, ἐπ' ἀμφότερα πιστοί, εἰ πύτοις (φημὶ) ὀνηδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ ὅτι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ελλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, καὶ ὃ τοῦτο ὅρα πῶς συνίδημι.

A HIC ILLE est Harmonides tibicen omniũ præstantissimus: quemadmodũ quo tempore & tu, ô Timothee, primùm ab ædibus patriis è Bœotia profectus, tibicinem agens Pandionidi, victoriã in Aiace furente reportabas, ac melodiam tuo cognomine nobilitaras, nemo fuit qui nomen tuum ignorasset, ac Thebanum illum Timotheum. Sed & nũc vbicunque saltem in publico apparueris, certatim ab omnibus ad te curritur, veluti ad Noctuã reliquæ auiculæ sturnatim & graculatim conuolitant. Et hæc sunt quorum nomine aulœdus fieri optauerim, tum quorum gratia tantum laborem strenuè exhausefB rim: quandoquidem tibia canere per se citra famæ & existimationis accessionem haud valde concupiscerem, si in obscuro mihi delitescendum foret, tametsi hac arte ad amussim exornato, non si Marsyæ aut Olympo similis euasurus essem delitescens. Siquidem incelebris & occultæ, quod aiunt, musices nullus est respectus aut vtilitas. Atqui tu, inquit, & ista me doce, quo modo mihi me ipso rectè vtẽdum sit, tum etiam arte. Ac tibi duplici nomine habebo gratiam, cùm propter tibiæ peritiam qua me excoluisti, tum C (quod maximum est) propter gloriam quam ex illa consecuturus sum. Ad hæc autem illi ita respondit Timotheus: Atqui, ô Harmonide, rei, inquit, non vulgaris aut mediocris amore & cupiditate ardes, id quod scire potes, nẽpe laudis & gloriæ, vtq; fama celebris sis, ac vulgo notus. Hanc autem quamquam tibi ad hunc modum in medium multitudinis progresso artem ostentando, consequi in animo est, multi ac longi laboris opus aggrederis, & tamen ne sic quidem vniuersi te cognoscent. Etenim vbi gentium aut theatrum aut stadium ita D magnum inueniri potest, in quo omnes Græci tibia canentem te audiant? Vt autem aliquo pacto illis innotescas, ac tui voti desiderio tandem potiaris, & hoc ego tibi subiiciam: Vtere tu quidem arte tua & in theatris nonnunquam, parum tamen tibi curæ sit promiscua vulgi multitudo. Porro compendiaria & facillima ad parandam gloriam via hęc est, si collectis Græciæ optimatibus, & paucis illorum quicunque dignitate & auctoritatẽ præcellunt cęteros, atque indubitanter viri magni sunt & admirandi, & aliorum omnium antesignani, quorum fides in vtraque fortuna spectata sit: iis, inquam, si artis tuæ egregium specimen exhibueris, illíque laudis suæ testimonio te cohonestauerint, omnibus Græcis in puncto temporis te longè latéque innotuisse putato, & passim inclaruisse. Et vide in quod compendium tantam rem tibi contraxerim.

Nam si ij qui omnibus noti sunt,& quos nemo non admiratur, tibicinem præclarum & celebrem te esse cognoscent, quorsum tibi vulgi iudicio aut opinione opus est, tantùm eos sequentis, qui meliores sunt rerum expensores & iudices? Siquidem popularis ista multitudo ferè semper quæ optima sunt, ignorat, cùm maior illius pars manuarij sint opifices. Cæterùm quemcunque illi laudibus illustrauerint, qui reliquos vitæ splendore & dignitate anteeunt, eundem nequaquam temere laudari planè persuasum habent. Itaque magnorum virorum inducti præconio, laudant & illi. Quippe in ipsis quoque certaminibus multi spectatores athletis nonnunquam clarè solent applaudere, non rarò etiam sibilis illudere: penes tamen septem, aut quinque, aut quotcunque tandem fuerint, iudicandi potestas reposita est. His magistri sui cõsiliis parum obsecutus est Harmonides. Etenim inter tibias, vt fertur, cùm primùm in musices certamen descendisset, magna contentione insufflãs, in ipsam tibiam inspirãdo exhalauit animam, & incoronatus atque exanimis eadẽ ratione prima & vltima vice tibia canendi vsus in scena corruit, celebrante populo Dionysia. At sanè Timothei tam prudens oratio, non tibicinibus, neque solùm Harmonidæ mihi dicta esse videtur, verùm omnibus quicunque appetentes sunt gloriæ, ingenij aut artis suæ specimen publicè exhibẽtes, ac multitudinis laudẽ suppliciter ambientes. Quare, quo tempore & ipse non dissimilia de rebus meis agitabam animo, quærerémque quo pacto quamocyssimè apud omnes inclarescerem, prudentissimum Timothei consilium secutus, considerabam quínam in Republ. omnium foret præstantissimus, cuique plurimum fidei apud alios foret repositum, tum qui præ omnibus aliis esset acceptissimus. Proinde talis tu nobis apparere debebas iusto omnium sermone, veluti vniuersæ virtutis caput & summa, ac talium rerum gnomon & recta regula. Porrò si mea tibi spectanda & excutienda offerrem, túque ea prosequutus esses laudibus, essent haud dubiè ita apparitura: egóque iam votis tantopere speratis potitus essem, in vno calculo omnes assecutus. Aut quem tibi in eligendo præferens, non iure optimo deliquisse in habendo delectu existimarer? Itaque iuxta prouerbium, in vno viro iecimus aleam: sed mehercle non aliter factum est, atque si omnibus vbique hominibus meam in dicendo facultatem ostendissem. Quippe in confesso est, quòd & separatim singulos, & collectim vniuersos ipse solus morum bonitate atque ingenij gloria exuperaris.

A Εἰ γὰρ οἷς ἅπαντες ἴσασι, καὶ οἷς θαυμάζοισιν, ὅτι δὲ εἴσονταί σε αὐλητὴν εὐδόκιμον ὄντα, τί σοι δεῖ τῆς πολλῆς, οἵ γε πάντως ἀκολουθήσουσι τοῖς ἀμείνοσι κρίνειν δυναμένοις; ὁ γάρ τοι πολὺς οὗτος λεὼς, αὐλοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βέλτιστα, ζαίουσι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῆς. οὗ τινα δ' ἂν οἱ τοιοῦτοι ἐπαινέσωσι, πίστιν μὴ αὐ ἀλόγως ἐπαινεθῆναι τοῦτον· ὥστε ἐπαινέσουσι καὶ αὐλοί. καὶ γὰρ οὖν καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οἱ μὲν πολλοὶ θεαταί εἰσι κροτῆσαί ποτε, καὶ συρίσαι, κρίνουσι δὲ ἑπτά, ἢ πέντε, ἢ ὅσοι δή. ταῦτα ὁ μὲν Ἁρ-

B μονίδης οὐκ ἔφθη ποιήσας. μεταξὺ γὰρ αὐλῶν, φασὶν, ὅτε τοιοῦτον ἠγωνίζετο, φιλοτιμότερον ἐμφυσῶν, ἐκραπέπνευσε τὸν αὐλὸν, καὶ ἀσφαίωτος ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε, δὶς αὐτὸ καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν Διονυσίοις. ὁ μέντοι τοῦ Τιμοθέου λόγος, οὐκ αὐλητὰς, φησὶν Ἁρμονίδῃ μόνον εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν, ὅσοι δόξης ὀρέγονται, δημόσιόν τι ὑποδεικνύμενοι, τοῦ τῶν πολλῶν ἐπαίνου δεόμενοι. ἐγὼν' οὖν ὁπότε καὶ

C αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια πρὸς τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐζήτουν ὅπως αὖ πάλιν γνωσθείην πᾶσι, τὸν Τιμοθέου λόγον ἐπόμενος, ἐσκοπούμην ὅς τις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πίστιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς αὖ τῶν πάντων ἥδιστος ἂν εἴη. ἆρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φανεῖσθαι τὸν δικαίῳ λόγῳ, ὅπερ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας

D αὐτά (εἰκὸς γὰρ ἂν οὕτω φανήσεσθαι) καὶ δὴ ὅτι πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος, ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. ἢ τίνα γὰρ αὖ τρόπον σοὶ ἐλθόντι, καὶ τοῦτο παθεῖν οὐκ εἰκότως νομισθείην; ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ὑδρίας ἀναρρίψομαι τὸν κύβον, ὃ δ' ἀληθὲς, ὡς ἔστιν ἐν εἰ τῆς ἁπάσης ἀρχὴν αἰθρώποις ὑποδεικνύμενος τοὺς λόγους. δῆλον γὰρ ὡς καθ' ἕνα τε, καὶ σοὶ ἅμα πάντων συνηλεγμένων, μόνος αὐτὸς ἀμείνων αὖ ἦθα.

οἱ μὲν γε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλῆς, τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον φερόντων, ὀκτὼ μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν, δύο ἔφερον. σὺ δὲ, καὶ τοὺς τῶν Ἐφόρων, καὶ τοὺς τῶν γερόντων παρεξέπι, καὶ ὅλως ἀπάντων ὁ πολυψηφότατος ἐν παιδείᾳ. σύ γε καὶ μάλιστα ὅσην τινὰ λευκὴν ἀεὶ καὶ σώζουσάν μοι φέρῃς, ὃ καὶ θαῤῥῆσαί με τῷ παρόντι ποιῇ. ἀλλά γε ὁ μέγεθος τῆς ὀλιγωρίας, καὶ πάνυ δικαίως ἂν φοβηθείην. κἀκεῖνο δὲ, νὴ Δία, παρεξέπι καὶ αὖτῷ θαῤῥῆσαι ποιεῖ, ὃ μὴ πάντα πᾶσιν ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι· ὅς πόλεώς τε ἐκείνης εἰμὶ, ἐν ᾗ πολλάκις δὴ ἐποίησας, ὃ μὲν πρῶτον, ἰδίᾳ, ὃ δὲ δεύτερον, κοινῇ μετὰ πάντας τοὺς ἄλλους· ὥστε ἐμοί που καὶ νῦν ἐμοὶ ἐς ὃ χεῖρον ῥέπωσιν αἱ ψῆφοι ἐν τῷ λόγῳ, καὶ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ τιμὴ τῆς Ἀθηνᾶς παρεστὼς, ἀνάπλεφον ὃ ἐνδέον παρὰ σεαυτοῦ, καὶ ὃ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι δοκεῖτω· καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνό μοι ἰκανὸν, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασάν μοι πρότερον, εἰ ἔνδοξος ἤδη ἐγὼ, εἰ ἐπαινοῦνταί παρὰ τῶν ἀκουσάντων οἱ λόγοι. πάντα ἐκεῖνα, ὥσπερ νέμια ὀνείρατά, φασι, καὶ ἐκῶν σκιαί. ὁ δ' ἀληθὴς, ἐν τῷ παρόντι δηχθήσεται. οὗτος ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν, οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδιαισθάνοιτο, ἀλλ' ἢ ἄριστον χρὴ παιδείαν δεινοῦ νομίζεσθαι, σοί γε δόξαι, ἢ πάντων. βάφημεῖν δὲ χρὴ, πρὸς ὅτῳ μέγαν ἀγῶνα χωρεῖτε, δόξαιμι γὰρ, ὦ θεοὶ, λόγου ἄξιοι, καὶ βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὸν παρὰ τῶν ἄλλων ἔπαινον, ὡς ὃ λοιπὸν θαῤῥοῦντας, ἐς τοὺς πολλοὺς πρῆναι. πάνυ γὰρ ἤδη σάδιον ἥπιον φοβεῖσθαι τὰ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.

A Lacedęmoniorum reges alijs omnibus vnicum tantùm calculum ferentibus, ipsi soli præ cæteris duos ferre soliti sunt. Tu verò & Ephoros præterea, & senes, in sũma vniuersos calculorum multitudine in disciplinis excedis. Quinetiam in primis tu candidum & saluti ferè semper suffragantem calculum addere consueuisti: quod non mediocrem in præsentia mihi addit animum, alioqui propter audacis facti magnitudinem iure optimo metuẽti. Sed & illud per Iouem non vulgariter me consolatur, quòd mea non prorB sus à te sint aliena, qui & ex ea vrbe sum oriundus, quam tu persæpe primùm quidem priuatis officiis, tandem etiam publicis iuuisti perbenignè & liberaliter. Itaque sicubi & nunc in peiorem mihi partem calculi vergerint in oratione, ac paucior erit meliorum & candidorũ numerus: tu adiecto Mineruæ suffragio, ex te ipse defectum suppleto, tuíque familiaris censorem & correctorem te egisse putato. Atqui ne hoc quidem contentus ero, si antehac multi me admirati sint, si iam per ora virũm clarus ego & celebris C volitem, si orationes meæ audientiũ laudibus respondeant. Omnia illa vẽtosa & euanida, vt est in prouerbio, sunt somnia & verborum vmbræ. Cęterùm ipsa veritas in præsens certissimis argumẽtis declarabitur. Ille exactus erit mearum lucubrationum finis & terminus, nec ampliùs ambiguitati locus relinquetur, ne tantùm quidem, quod vel vllius mẽtem aliquo dubio distrahat, sed aut optimum iuxta disciplinas æstimandum est, quod tibi apportet gloriam, aut omnium. Sed meliora proferenda, & magis ominatiora, ad tantum certamẽ eunti. Videamur verò, ô superi, hominum opinione & existimatione non indigni: ac eam quæ nobis ab alijs euentura est, laudem confirmate, vt in posterum fidenti animo ad ampliorem perueniamus. Quippe omne stadium minùs reformidandum est ei qui magna Olympia deuicerit.

---

## ΣΚΥΘΗΣ, Η ΠΡΟΞΕΝΟΣ.

## SCYTHA, SEV HOSPES.

Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Laudat Macedonicos quoſdam ciues, patronos, vt videtur, ſuos, vt à quibus maximè adiutus atque apud cæteros promotus fuerit. Facit autem hoc collatione quadam Anacharſidis Scythæ, & Solonis Athenienſis: ad quē cùm alter Athenas profectus, à Toxare populari ſuo adductus fuiſſet, & humaniter acceptus ab illo, breui toti ciuitati notus atque acceptus factus eſt. Eodē igitur pacto & ſe, cùm in Macedoniam veniſſet, ab omnibus vt ad illos de quibus encomium hoc inſtituit, diuerteret, iiſdémque ſeſe commendaret, admonitum fuiſſe ait. Vt enim apud Athenienſes aliquando Periclem, Ariſtotelem, & Solonem, quaſi cæterorum omnium inſtar fuiſſe; ita hos inter Macedonas reliquos excellere. Titulum ex eadem ratione, qua ſuperiores, hac quoque oratio habet. Cætera plana ſunt.*

NON fuit primus Anacharſis qui ex Scythia Athenas vſque peregre profectus eſt Græcanicæ diſciplinæ perdiſcendæ deſiderio: ſed ante illum & Toxaris, vir & multæ ſapientiæ, & elegantiæ ac rerum optimarum ſtudioſus admodum, ſed qui domi non erat de ſanguine regio, neque ex iis qui tiaras geſtare ſolent, verùm vnus è vulgo Scytharum & popularium, cuiuſmodi ſunt qui apud illos vocantur Octipedes, quo ſignificant aliquem duorum boum & vnius plauſtri eſſe dominū. Hic ergo Toxaris haud iterū poſtliminio ad Scythas regreſſus eſt, ſed Athenis manens diem ſuum obiit, ac non multo pòſt etiam heros eſſe viſus eſt: atque hunc peregrinum medicum Athenienſes non ſecus atque vnum colunt ex heroum numero. Hoc enim nomen cùm heros eſſe declaretur, poſſidere cēpit. Sedenim cauſſam cognominis, & quamobrem in heroum catalogum relatus ſit, vnúſque ex Æſculapianis viſus ſit, non alienum fortaſſe eſt percenſere, vt cognoſcatis. Non Scythis tantùm moris eſt immortalitate donare homines, & ad Zamolxim ablegare mortuos, ſed Athenienſibus quoque licitum eſt in Græcia Scythas Deos facere. Quo tempore ſæua peſtilentia populus Athenienſis infeſtabatur, videre viſa eſt Architelis viri Areopagitici vxor ſibi Scytham adſtitiſſe, dixiſſéque fore vt Athenienſes à peſtifero contagio liberarētur, ſi angiportus vino conſpergerent. Hoc cùm ſæpius fieret (neque enim Atheniēſes mulierculæ verba audita dederūt neglectui) factum eſt vt non ampliùs peſtis in eos graſſaretur, ſiue vaporibus quibuſdam noxiis vini odore extinctis, ſiue aliud quiddam maioris efficaciæ nacti heros Toxaris, quippe qui medicus exiſtens iſta Athenienſibus facienda ſuaſerit. Itaque curationis merces etiam nunc illi perſoluitur: nam niuei coloris equus ad eius monimentū quotannis immolatur, quo loci monſtrauit Dimænete, illum accedentem, ea quæ de vino ſpargendo diximus, imperaſſe.

*Peſtilentia ſedanda ratio.*

ΟΥ τοῦτος Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήναζε, παιδείας ἐπιθυμίᾳ τῆς Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις τις ἀνὴρ σοφὸς μέν, καὶ φιλόκαλος αἰνῶ, καὶ ἐπιθυμητὴς φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων· οἰκοι δέ, ὡς τῷ βασιλείᾳ ἦν ἀνήρ, οὐδὲ τῶν πιλοφορικῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τῶν πολλῶν, καὶ δημοτικῶν, οἵοι εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ὀκτάποδες καλούμενοι· τοῦτο δὲ ἐστι, δύο βοῶν διαφόρων εἰσὶ, καὶ ἁμάξης μιᾶς. οὗτος ὁ Τόξαρις, ὡδ' ἀπῆλθεν ἐπὶ ὀπίσω ἐς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν ἀπέθανε· καὶ μετ' ὀλίγον καὶ ἥρως ἐδόξε, καὶ ἐντίμως αὐτὸν ξένῳ ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι· τοῦτο γὰρ τὄνομα, ἥρως νομόμενος, ἐπεκτήσατο. τῶν δ' αἰτίαν τῆς ἐπωνυμίας, καὶ αὐθ' ὅτου ἐς τοὺς ἥρωας καταλέγη, καὶ τὸ Ἀσκληπιαδῶν εἶς ἔδοξεν, ὡ χρεὼν ἴσως διηγήσασθαι, ὡς μάθητε ὡ Σκύθαι μόνον ἐπιχώριον οὐκ ἀπαθανατίζον, καὶ πέμπειν τοὺς τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἔξεστι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ὅτι τῆς Ἑλλάδος. κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν, ἔδοξεν τῇ Ἀρχιτέλους γυνῇ, Ἀρεοπαγίτου ἀνδρὸς, ὑποστῆναι οἱ τὸν Σκύθην καλοῦσαν εἰπεῖν Ἀθηναίοις, ὅτι παύσουσι τοῦ λοιμοῦ ἐχόμενοι, ἢν τοῖς στενωποῖς οἴνῳ πολλῷ ῥαίνωσι. τοῦτο συνεχέσι γιγνόμενον, ὡ γὰρ ἠμέλησαν Ἀθηναῖοι οἱ ἀκούσαντες, ἔπαυσε μηκέτι λοιμοῦσθαι αὐτούς· εἴτε ἀτμοῖς τισὶ πονηροῖς ὁ οἶνος σβέσας τὴν ὀδμὴν, εἴτε καί τι πλέον εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἅτε ἰατρικὸς ὤν, συνεβούλευσεν. ὁ δὲ ἦν μισθὸς τῆς ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ, λευκὸς ἵππος καλλιγύμνους· ὅτι δὲ μνήματι ὅδον ἔδοξεν ἡ Δημήτηρ, παρελθόντα αὐτὸν, ἐπιλαθέσθαι ἐκφυγόντα τὰ περὶ τοῦ οἴνου.

καὶ ἀνευρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι· καὶ μάλιστα, ὅτι ὅσον τὴν στήλην Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπται, τῇ λαιᾷ μὲν, τόξον ἔχων ἐντεταμένον· τῇ δεξιᾷ δὲ, βιβλίον, ὡς ἐδόκει· ἔτι καὶ νῦν ἴδοις ἂν αὐτοῦ ὑπὲρ ἥμισυ, καὶ ὅ τόξον ὅλον, καὶ ὅ βιβλίον. τὰ δὲ ἄλλα τῆς στήλης, καὶ ὅ πρόσωπον, ὁ χρόνος ἤδη ἐλυμήνατο. ἔστι δὲ ὀλίγον ἀπὸ τοῦ Διπύλου, ἐν ἀριστερᾷ εἰς Ἀκαδημίαν ἀπιόντων, οὐ μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαί, πλὴν ἀλλ' ἐστεφανῶσθαί γε ἀεὶ, καὶ φασὶ πυρεταίνοντάς τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ, μὰ τὸν Δί', οὐδὲν ἄπιστον, ὅς ὅλην ποτὲ ἰάσατο τὴν πόλιν. ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἕνεκα ἐμνήσθην αὐτοῦ, ἔξεστι μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις· ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, ἄρτι καταπεπλευκὼς, αὐτὴν ἐκ Πύρρου, οἷα δὴ ξένος, καὶ βάρβαρος, οὐ μετρίως τεταραγμένος ἔτι τὸν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, φοβούμενός τε τὰ πολλὰ, οὐκ ἔχων ὅ,τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. καὶ γὰρ σαφῶς καταγελώμενος ὑπὸ τῶν ὁρώντων ὅτι τῇ σκευῇ, καὶ ὁμογλώσσων οὐδένα ἤκουεν, καὶ ὅλως μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐδεδοίκει, ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας, ὅτι πόδα ἀνθρώπου ὀπίσω χωρεῖν· καὶ πλοίῳ ὁπότε ἔμελλε, πλεῖν αὖθις ὅτι Βοσπόρου, ὅθεν οὐ πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι οἴκαδε ἐς Σκύθας. οὕτως ἔχοντι τῷ Ἀναχάρσιδι, συντυγχάνει δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς ἀληθῶς, ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ ὅ μὲν πρόσθεν, ἡ σοφὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο, παρεισῶσα οὖσα· εἶτα μόλις οὐ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρσιν, ἅτε ἡμῖν τῷ δοκιμωτάτου ὄντα, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλλησι ἐξαλλαττόμενον; ὑπουργημένον δὲ γένυσιν, ἄζωστον, ἀσίδηρον, ἤδη σωμύλον, αὐτῷ τῷ Ἀττικῷ ἕνα τῶν ἀστῶν; οὕτω μετεπεποίηντο ὑπὸ τοῦ χρόνου. ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθιστὶ προσφωνῶν αὐτὸν, Οὐ σύ, ἔφη, Ἀνάχαρσις ὢν τυγχάνεις, ὁ Δαυκέτου; ἐδάκρυσεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις,

A Et inuentus est eo loco Toxaris esse sepultus, ipsa inscriptione cognitus, tametsi nõ integra appareat: in primis verò quòd super columnã vir ornatu Scythico sculptus fuerat, læua arcum intensum, dextra verò, vt visus est, librum tenens. Etenim adhuc plus quàm dimidio corpore conspicitur, & arcus totus vnà cum codice: reliquas verò partes statuæ vnà cum frõte temporis lõginquitas iam deuastauit. Est autem non procul ab ædibus Dipyli, à læua in Academiam ingredientibus, tumulus non magnus, & statua humi sita, verùm subinde recentibus sertis redimita. Aiúntque nonnullos febre laborantes B iam ab illo subleuatos esse: & per Iouem à vero non abhorret, quippe qui totam ciuitatem quondam peste grauatam liberauerit. Sed regrediamur ad id cuius gratia illius mentionem fecimus. Adhuc quidem in viuis erat Toxaris, Anacharsis autem cùm nuper soluisset è patria, ex Pyræo vn vrbem venit, veluti hospes & barbarus, non mediocriter animo perturbato, omnia ignorans, ad multa meticulosus & trepidus, pendens animi quid ageret. Siquidem non obscurè intelligebat à videntibus se haberi ludibrio propter habitus peregrini insolentiam, & C eandem linguam sonare callentem inueniebat neminem. In summa, iam illum susceptæ professionis pœnitebat, constitutum habentẽ in animo, visis tantùm Athenis actutum retro abire in patriam, conscensóque nauigio iterum soluere in Bosporum, vnde non multum itineris illi conficiendum restabat in Scythiam. Ad hunc modum hæc secum reputanti Anacharsidi dæmon quispiam bonus illi fit obuiam, vt reuera credendũ est, nempe Toxaris in Ceramico. Ad quod primùm illum pertraxit habitus, quem videbat sibi esse patrium. Deinde haud difficulter cogniturus erat & ipsũ Anacharsin, nẽpe ex illustri ortum genere, quíque inter Scytharum primates non infimum locum obtineret. Porrò autem Anacharsis vnde cognoscere potuisset popularem sibi esse Toxarim, more Græcorum exornatum, mentum habentem detonsum, incinctum, nullo ferro munitum, iam multa facundia facetũ & lepidum, atque ex ipsis Atticis vnum indigenam? Adeo iam transformatus erat longinquitate temporis. Verùm Toxaris Scythica lingua affatus illum, Nonne tu, inquit, Anacharsis ille es Dauceto patre prognatus? Lacrymatus est præ gaudio Anacharsis,

propterea quòd eiusdem linguæ hominem inueniſſet, planéque callétem quis eſſet, aut quem apud Scythas dignitatis locum obtineret: & interrogauit: Tu verò vnde me noſti, ô hoſpes? Cui ille, Inde ego ſum, inquit, è vobis oriundus ex Scythia: nomen mihi eſt Toxari, non ex claris illis ducenti generis originem, vt per hoc tibi notus eſſe queam. Num, inquit ille, tu es Toxaris, de quo ego inaudiui, Toxarim quendam amore viſendæ Græciæ, relictis domi vxore & infantibus filiis, Athenas eſſe profectum, & nunc ibi verſari, ſinque magno eſſe pretio apud optimates? Ego, inquit, ille ipſe ſum, ſi qua etiam nũc apud vos de me fama ſuperſtes eſt. Proinde, inquit Anacharſis, ſcias me tuum factum eſſe diſcipulum, ac amoris tui æmulum, quo huc perductus es, ſcilicet vt viderem Græciã. Itaque huius negotiationis gratia peregre profectus, venio infinitis malis perfunctus apud gentes in medio ſitas. Et niſi tu mihi factus fuiſſes obuiam, iam decretum erat, priuſquam ſol occidiſſet, me retro ad nauem voluiſſe referre greſſum: vſque adeo conſternatus eram animo, peregrina & incognita omnia conſpiciens. Sed age per Acinacem & Zamolxim deos nobis penates, tu me aſſumptum ô Toxari, vt hoſpitem circunducito, ac mihi pulcherrima quæque quæ Athenis ſunt, commonſtrato: deinde, ſi qua etiam paſſim in reliqua ſunt Græcia admiranda & viſenda, cùm leges optimè conſtitutas, tũ viros quoſque integerrimos, ad hęc mores & ludos publicos, & vitam illorum, & Rempub. quotum indagandorum gratia prior tu, exin ego poſt te tantum itineris exhauſimus. Et ne permittas vt his omnibus nondum viſis mihi retro pes mouendus ſit. Hoc equidem, inquit Toxaris, minimè amanter dixiſti, vix tactis pede liminibus, mox te rediturum poſtliminio. Atqui bonum habe animum: neque enim, vt tu tecum cogitas, abibis, neque te facilè dimiſſura eſt ciuitas. Neque verò adeo modica habet erga retinendos hoſpites demulcimenta aut illectamẽta, verùm multo magis te ſuſceptũ ita tractabit, vt neque vxoris ampliùs, neque liberorum, ſi quos interea nobis abſente ſuſcepiſti, admodum memor futurus ſis. Cæterùm vt quàm celerrimè vniuerſam Athenienſium vrbem viſam cognoſcas, aut potiùs omnem Græciam, & ea quæ apud Græcos maximè viſenda ſunt, ego tibi effectum reddam. Agit hîc vir multæ & admirandæ ſapientiæ, & quidem indigena, ſed qui diu multúmque ſuſceptis peregrinationibus & in Aſiam & in Ægyptum profectus ſit,

A ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινά, καὶ τὸν τύπον εἰδότα ὅστις ἐν τοῖς Σκύθαις, καὶ ἤρετο, σὺ δὲ πόθεν οἶδα ἡμᾶς, ὦ ξένε; καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι πρὸς ὑμᾶς, Τόξαρις τοὔνομα, ὑπὸ τῶν ὁπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνῶσθαί σοι κατ' αὐτό. μῶν, ἔφη, ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα ὡς τις Τόξαρις ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος, ἀπολιπὼν καὶ γυναῖκα ἐν Σκυθίᾳ, καὶ παιδία νεογνὰ, οἴχοιτο εἰς Ἀθήνας, κἀνῦν διατρίβοι κεῖθι, πιμπλάμενος τῶν ἀρίστων; ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις κἀμοῦ λόγος ἔτι πρὸς ὑμῖν, ἐνθουῦν ἦσθ' ὡς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητοῦ σου B ἵνα με γεγυμνασμένον, καὶ ζηλωτὴν τῆς ἕρωτος, ὃν ἠράσθης, ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα, καὶ κατὰ γε τοῦτο ἐμποδίαν τούτου ἀποδημήσας, ἧκω σοι, μυρία παθὼν ἐν τοῖς μεταξὺ μέσοις ἔθνεσι. καὶ εἴγε μὴ σοὶ ἐπέτυχον, ἔγνωσο ἤδη πρὶν ἥλιον δῦναι, ὀπίσω αὖθις ὅτι ναυῶν κατέναι, οὕτως ἐκπεπλάγμαι, ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν. ἀλλὰ πρὸς Ἀκινάκου, καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, περιάγαγε ξεναγήσων, καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθηνῶν, εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων τε τοὺς ἀρίστους, καὶ ἀνδρῶν C τοὺς βελτίστους, καὶ ἤθη, καὶ πανηγύρεις, καὶ βίον αὐτῶν, καὶ πολιτείαν, δι' ἃ σύ τε, κἀγὼ μετὰ σέ, τοσαύτην ὁδὸν ἥκομεν, καὶ μὴ πρεσβύτερόν σε ἀθέατον ἀπῶν ἀνάστρεφοντα. τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τοξάρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἴρηκας, ὅτι τοὺς ἀνέρας αὐτοῖς ἐλθόντα, οἴχεσθαι ἀπιόντα· πλὴν ἀλλὰ θαῤῥεῖ· οὐ γὰρ αὖ, ὡς φῂς, ἀπέλθῃς, οὐδ' ἂν ἀφίῃ σε ῥᾳδίως ἡ πόλις, οὐχ οὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ὑπολήψεται σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσί, μεμνῆσθαι· ὡς σὺ δὲ πάντα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνθάδε, ὑπερχώριος μέν, ἀποδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἐς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον,

D

καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα, ὦ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὅμως γέρων πάντων δημοτικώτατος ἐστὶ λιθύων πολλῷ δή γε τῷ σοφίᾳ, καὶ τῷ ἄλλην ἀρετῷ, πολλοὶ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτην χρῆσθαι τοῖς τῷ πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι καὶ τὰ ἐκείνου προστάγματα βιοῦν. εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷος ἀνὴρ ἐστὶ, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ ἔχειν, καὶ δὲ κεφάλαιον ἤδη σε εἰδέναι τῶν τῆδε ἀγαθῶν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι σοὶ μεῖζον καλὸν χαρίσασθαι δυναίμην, ἢ συσχόντας ἐκείνῳ. μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβών, ἅτε πρὸς αὐτὸν ἀπὸ ξένου δεδεγμένος, μὴ δι' ἀσθένειαν, καὶ ἐν πρέπῃ σοι τὴν ἔντευξιν ἐμοῦ ποιήσασθαι. θάρρει, ἦδ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαρεῖσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παρέξων τῆς ἐς ξένον ἀνδρα θεοσεβείας· ἕπου μόνον, εἶσι γὰρ ὅσον οὐδέπω πρὸς τοὺς ξένους ἡ αἰδώς, καὶ ἡ ἄλλη ὑπείληφα, καὶ χρηστότης μᾶλλον δὲ καὶ δαίμονα σοῦ αὐτὸς ἡμῖν παρέσεσθαι, ὁ ὑπὲρ σωφροσύνης, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ, καὶ ἅμα παρέσεσθαι τὸν Σόλωνα, τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἀνδρα, φιλίας δεόμενον· Σκύθης δέ ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν βιωτευόντων, καὶ ὅμορος πάρεστι πολίτης ἀφεὶς, ἥκει συνεσόμενος ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὁμόρους τῆς Ἑλλάδος, κἀγὼ ὑπέτρεμόν τινα τοιοῦτον ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πολίτας, καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς ἀρίστοις· τοῦτο δή τοι καὶ σοὶ παρεσκευαζόμην αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσεις, καὶ παρέξεις αὐτῷ, καὶ πολίτην γνήσιον ἀποφανεῖς τῆς Ἑλλάδος. καὶ ὅσον σοὶ ἔφλυε μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πολίτα ἐώρακας ἤδη, Σόλωνα ἰδών· τοῦτο, αἱ Ἀθῆναι, τοῦτο, ἡ Ἑλλάς, οὐκ ἔτι ξένος, σύμπολίτες σε ἴσασι, πολῖται σε φιλοῦσι· πλεῖστον ὅσον καὶ τὸν παρεσόμενον τοῦτον ἀπολίτων ὑπολήψῃ τῶν ἐν Σκυθίᾳ, σεαυτῷ, ἔχεις τῆς ἀποδημίας καὶ ἄθλα, τὸν ἔρωτος δὲ τέλος.

ac cum optimis quibusque mortalibus vitæ consuetudinem habuit: cætera homo non admodum diues, verùm infimæ penè fortunæ mendicus. Videbis senem adeo populariter exornatum: veruntamen cùm propter sapientiæ excellentiam, tum aliarum virtutum quibus præditus est, præstantiam, ab omnibus certatim colitur, adeo vt etiam pro legum auctore eo vtãtur in constituenda Republ. neque iuxta eius præcepta viuere dedignantur. Hunc si amicitia tibi iunctum possederis, ac planè cuiusmodi vir sit, perdidiceris, vniuersam Græciam in te habiturum haud dubitanter existima. Et quod caput est nosse, sic habe, ex omnibus bonis hîc repositis, non maiori me tibi gratificari posse aut officio aut obsequio, quàm si huic te quàm commendatissimum reddidero. Ne igitur cunctemur, ô Toxari, inquit Anacharsis, sed me assumens quantocyus ad illum ducito. Sed enim illud vereor, ne difficilis accessu sit, tuúmque erga me studium tanquã superuacaneum respuat. Bona verba, inquit ille: videor enim illi rem omnium gratissimam facturus, beneuolentiæ erga hospitem ostentandæ occasionem illi offerens. Tantùm verò me sequere, statímque qua sit erga hospites reuerentia, tum quàm à comitate non auersus, tum quæ alia eius bonitas, & ingenij amœnissimi suauitas, cognosces. Quin potiùs bona fortuna duce ille ipse nos accedit: nempe ille qui cogitabũdus secum loquitur: Et cum dicto Solonem allocutus, Venio, inquit, maximum tibi munus adducens, virum peregrinũ egentem amicitiæ. Est autem genere & natione Scytha, vnus apud nostrates ex nobilibus & summo loco natis. Omnibus verò in patria relictis, huc venit nobiscum cõuersaturus, eáque quæ per Græciam sunt præstantissima, visurus. Porrò ego eius rei compendium illi inuentũ curaui, quo pacto facillimè simul & expeditissimè vniuersa perdisceret, & optimis quibusque innotesceret. Aliam verò ad hæc consequenda viam cõpendiosiorem non tenebam, quàm si hunc tibi adductũ familiarem feciſsem. Itaque si Solonem ego planè pernoui, sic facies, ac illum in bonorũ notitiam & studium perduces, & germanum ciuem Græciæ esse ostendes. Et quòd tibi paulo antè dixi, Anacharsi, omnia iam viso Solone conspexisti. Hoc sunt Athenæ, hoc est ipsa Græcia. Neque amplius hospitem te esse puta. Omnes te nouerunt, omnes certatim amore te prosequuntur. Tantum tibi in hoc sene bonorum repositum esse ne dubites. Omnium in Scythia relictorũ te capiet obliuio, iuncta cũ illo conuersatione. Habes peregrinationis tuæ præmia, ac amoris finem tantopere desideratum.

Hic tibi Græca est regula, neque non Atticæ philosophiæ index certissimus. Quare hoc tibi persuade, eum esse multo felicissimum, quicunque cum Solone versatus fuerit, eóque amico vtitur. Perlongum esset referre, quantum cùm Solon sit delectatus munere, tum quibus verbis responderit, ita vt in reliquum tempus dulcissimè simul & coniunctissimè conuixerint, alter quidem illorum, nempe Solon, docens & instituens rebus pulcherrimis, & amicum Anacharsin in omnium familiaritatem aggregans; Græcorúmque optimatibus adducens: tum per omnia diligentissimè curam agens quo pacto quàm iucundissimè in Græcia in pretio habitus præcelleret. Alter autem admirandam illius sapientiam attonito animo admiratus, ne altero quidem pede volens à senis latere discedebat. Itaque quemadmodum illi pollicitus fuerat Toxaris, ex vnico Solone in puncto temporis vniuersa cognouit, ac omnibus innotuit, & illius gratia à cunctis familiariter colebatur. Neque enim mediocri laude Anacharsis virtutes solebat extollere Solō: verùm hominibus & hoc moris erat, vt quemadmodum Soloni legislatori libenter dicto audientes erant, amore quoque & beneuolentia prosequebantur quoscunque ille aliquo pretio dignos esse existimabat, ac prorsus eosdem in reliquum viros optimos esse credebant. Solus verò ex Barbaris Anacharsis initiatus est, ac ciuitate donatus, si Theoxeno fides habenda est, qui præter cætera & hoc de illo literis ac memoriæ prodidit. Sed neque, vt opinor, retro ad Scythas Anacharsis abiit, nisi Solone mortuo. Vultis igitur fabulæ finem iam imponā, ne sine capite obambuleť proinde iam tempus est cognoscendi, ciues, cuius rei gratia mihi Anacharsis ex Scythia, & Toxaris in præsentia venerūt in Macedoniam, ad quos Solonem quoque adultæ ætatis hominem ab Athenis adduxi. Siquidem aio & me non dissimile quiddā cum Anacharside passum esse. Ac per Gratias vos obsecro, ne indignabūdo animo mihi vitio vertatis similitudinē, si viro regio memet ipse cōparauero. Barbarus enim ille fuit: cęterū nos Syros vlla in re Scythis deteriores non facilè dixeris. Atqui neque res meas cū regia magnificentia componere amitor similitudine nisi quātum ad ea quæ diximus. Nā cùm primùm in vestram vrbem hospes immigrassem, statim animo obstupefactus sum visa eius & amplitudine & pulchritudine, ac incolarum multitudine, aliáque potentia & splendore omni cognito. Itaque multo tempore animo hęrebam attonitus ad hæc,

A ὅτος σοι ὁ Ἑλλωικὸς χαρὼν, τῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀτικῆς. οὕτω τοίνω γίγνωσκε, ὡς βὐδαιμονέςατος ὢν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ· μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲ ἤσθη ὁ Σόλων τῷ δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν· ὡς δὲ ὃ λοιπὸν συνῆσθμ, ὃ μὲν, παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιςα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, καὶ προσάγων τοῖς Ἑλλήνων καλοῖς, καὶ πάντα ὅπον ἐπιμελόμενος, ὅπως ἥδιςα διατρέψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ, τηλικῦτος τὴν σοφίαν αὐτὸς, καὶ μηδὲν τὸν ἕτερον
B πόδα ἐχὼν εἰδὼς ἀπολιπόμενος. ὡς γοῦν ὑπέφετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις ὄξ ἑνὸς ἀνδρὸς τὰ Σόλωνος, ἅπαντα ἤγνω ἐν ἀκαρεῖ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος, καὶ ἐτιμᾶτο δι' ἐκεῖνον. ὃ γὰ μικρὸν ἦν Σόλων ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ αὐθρωποι τὰ τῦτο, ὡς νομοθέτην ἐπῄδοντο, ἐφίλουν ὃς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. καὶ βαθὺ θυον ἀρίςους ἄνδρας εἶναι τὰ τελευταῖα. ἐμνήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος γενόμενος· εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιςεύειν καὶ τῦτο ἱςορηκότι περὶ αὐτοῦ. καὶ ὀκ ἂν δοκῶ σοὶ ἀςρεφῆ, οἶμαι, ἐς
C Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε. βούλεσθε οὖν ἤδη ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλος φαίνοιτο; ὥρα γοῦν εἰδέναι οὗ τίνος μοι εἵνεκα, ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθῶν, καὶ Τόξαρις τάχιςα ἐς Μακεδονίαν ἥκετον, ἔτι δὲ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα ἐπαγόμενος Ἀθήνηθεν. φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀνακάρσιδι, καὶ, ὡς ἐς Χαλύβων, μὴ νεμεσήσητέ μοι τῆς εἰκόνος, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴκασα. βάρβαρος μὲν γὰ κἀκεῖνος, δοκεῖ δέ τι
D φαίνεσθαι καὶ τοῖς Σύροις ἡμᾶς φαυλοτέροις εἶναι τῶν Σκυθῶν. ἀτάρ, δοκῶ καὶ τὸ βασιλικὸν εἰκάσαι τάχα πρὸς τὸν ὁμοιότητα, κατ' ἐκεῖνα δὲ ὅτε γὰ ἀφῖκόμην ἐπιδημήσων ὑμῖν τῇ πόλει, ἐξεπλάγην μὲν θῦθὸς ἰδὼν τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὸν ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν, καὶ λαμπρότητα πάσαν· ὥστε βαθέως ἐπιδῆναι τοῖς ἔργοις,

καὶ οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νεανίσκος ἐπεπόνθει πρὸς τὴν Μενελάου οἰκίαν. καὶ ἔμελλον ἤδη διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ, καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν σκεῖνον, Ἀνθεῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν, οἷς θάλλει πόλις. οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη πρὸς τὴν παρακτέων. καὶ ὃ μὲν ἔδεξα τὴν λόγων ὑμῖν, πάλαι ἐδέδοκτο. Ἐμοὶ γὰρ αὖ ἄλλοις ἔδειξα, σιωπῇ παρελθοῦσι τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γὰρ (οὐδὲ ἀποκρύψομαι τἀληθές,) οἵ τινες οἱ προὔχοντες εἶεν, καὶ οἷς ἄν τις προσελθών, καὶ συλλεγαφάμενος προσπαίσας, σπουδαγωγίσαις χρῶτο πρὸς τὰ ὅλα. ἐνταῦθά μοι ἦν εἷς, ὥσπερ τὸν Ἀναχάρσιδα καὶ οὗτος βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοὶ, μᾶλλον δὲ πάντες, τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον, ὦ ξένε· πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοὶ, καὶ δεξιοὶ αὐτὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἁμαχεῖ τοιούτους εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς· δύο δὲ μάλιστα ἔστιν ἡμῖν ἄνδρε ἄριστω, ἧς μὲν, καὶ ἀξιώματι, πολὺ προὔχοντες ἁπάντων, παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων δυνάμει, τῇ Ἀττικῇ δεκάδι προβάλλοις ἄν. ἡ δὲ προβὰ τοῦ δήμου εὔνοια, πάνυ ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς· καὶ τοῦτ γίγνεται, ὅτι, τὸ μὲν ἄριστον ἡ τῇ πόλει· τὴν μὲν γὰρ χρηστότητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, καὶ τὸ μεγέθη τοσούτῳ διεπιφθόνον, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας αἰδέσιμον, καὶ τὸ ἥμερον, καὶ τὸ εὐπροσήνορον, αὐτὸς αὖ ἄλλοις διηγήσαιο, πειρηθεὶς μικρὸν ὕστερον. καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς καὶ πατὴρ, ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ὑπονοῇς. ὁ δὲ υἱὸς, ὃν ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε, οὕτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀρρενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, τοσαύτην Ἀφροδίτην ὅτι τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. ἤ τε τοι πόλις ἅπασα κεχηνότες, ἀκούουσιν ὁπότ' ἂν δημηγορήσων προέλθοι· ὁποῖόν φασι τοῖς τότε Ἀθηναίοις, πρὸς τὸν τοῦ Κλεινίου πεπονθέναι,

A nec poteram cuncta abundè satis admiratione prosequi: cuiusmodi quiddam & insularis ille iuuenis conspectis Menelai ædibus passus est. Neque verò alium ego obtinebam animum, intuitus vrbem tanto vigore vigentem, ac iuxta poëtam illum, omnibus bonis florentem, quibus ciuitas felix & beata solet affluere. Hoc iam affectus animo; deinceps de iis quæ agenda forēt, mecum deliberabam. Iam enim olim cōstitutum habebam, oratione vos & laudibus illustrare. Quibus enim aliis ostendi, silentio tam præclaram ciuitatem præteriens? Quippe quærebā (neque enim veritatem prudens celabo) si
B qui essent qui reliquos dignitate anteirent; & quos aggressus aliquis, ac historia de illis memorię prodita, adiutoribus vteretur ad omnia. Ibi verò mihi non vnus, quemadmodum Anacharsidi, & ille quidem barbarus Toxaris, sed plures, aut potiùs omnes eadem tantùm non iisdem syllabis respōdebant. Multi quidem & alij præclari & industrij viri, ô hospes, in hac vrbe habitant, nec temere alibi ciusmodi viros inuenies perinde bonos. Duo tamen cum primis sunt longè optimi &
C præstantissimi, generis splendore & dignitate omnibus longè superiores: cæterùm disciplinarum cognitione ac dicendi facultate Atticæ Musæ eos nō absurdè comparaueris. Populi mirus erga illos fauor, & studium singulare existit. Et hoc quoque quod in ciuitate optimum & præstantissimum esse constat, illorum bonitatem & obuiam erga hospites humanitatem, nullámque in tanta magnitudine inuidentiam, ac reuerentiam coniunctam cum beneuolentia, tum animi mansuetudinem & morum facilitatem quibusuis accedentibus expositam, ipse haud dubiè aliis verbis cele-
D brabis, paulo pòst harum rerum facto periculo. Atque vt mireris impensiùs, ex vna eadémque familia sunt pater & filius. Alter quidem non alius, quàm si Solonem, aut Periclem, aut Aristidem animo conceperis. Alter verò filius, te saltem conspectum actutum domum abducturus est. Adeò præstanti corpore visendus est, & mascula quadam forma decorus & amabilis. Quòd si modò ore in vocem soluto loqui inceperit, ducet te reuinctum ab auribus: tantam dicendi venerem, & verborum suauitatem iuuenis in lingua sitam possidet. Quinetiam vniuersa ciuitas ad audiendum inhiat, quoties ad populum verba facturus progreditur: cuiusmodi aiunt Athenienſibus quondam accidisse in Clinię filio adamando,

præterquam quòd non multo pòst eos a- A moris ſummè pœnituerit, quo Alcibiadem complexi fuerant. Porrò hunc non ciuitas ſolùm arctiſſimè diligit, verumetiam reuerenter habere non dedignatur. In ſumma, vnicum hoc nobis populare bonum eſt hic vir, & ingens commoditas omnibus. Hic ſi te & eius pater ſuſceperint, & tecum amicitiam & ſocietatem fecerint, totam ciuitatem deuinctam habebis. Tãtùm autem ad illum manus extendenda eſt, nec ampliùs res tuæ erunt in ambiguo. Hęc per Iouem ab omnibus dicebantur, etſi iureiurando oratio mea mihi confirmãda ſit. Ac mihi iam earum B rerum faciem periculum, ne minimam quidem partem dicendo aſſecutus eſſe videor. Itaque neque deſidiæ, neque moræ indulgendæ locus eſt, vt ait Poëta Ceius, verùm omnes rudentes pariter mouendi ſunt, præterea nihil non dicendum & faciendum quo in amicitiam illorum inſinuemur. Quod quidem ſi ex ſententia conſecuti fuerimus, tranquilla ſunt omnia, & nauigatio non improſpera, ac mare placidum, & portus in propinquo conſtitutus.

πρὸ ὄσου τοῖς μὲν, οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τῦ ἔρωτος, ὃν ἠγάθησαν τῦ Αλκιβιάδου· τῶν δὲ, ἡ πόλις ὐ φιλῆ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖσθαι ἤδη ἀξιοῖ, καὶ ὅλως, ἐν τῦτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ὄστι, καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, αὐτὸς σοῦ. εἰ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτῦ, δέξαιντό σε, & φίλον ποιήσαιντο, πᾶσαν ἕξεις τὴν πόλιν, καὶ ὑπηκόῳσαι χρὴ τῳ χεῖρα τῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἀσφαλὲς τὰ σά. Ταῦτα νὴ τὸν Δί' ἀπώμοτες ἔλεγον, εἰ χρὴ & ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ· καί μοι ἤδη πειρωμένῳ, ὃ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξα. ὐχ ἕδρας τοίνυν, ὐδὲ ἀμβολῆς ἔργον, ὡς ὁ Κῆος φησὶν, ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν καλῶν κινῆσαι, πάντα δὲ προσθεῖναι, & λέγειν, ὡς φίλοις ἡμῖν ὄσι δηλοῦν τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῦθ' ὑπάρξαι, οὐδὲν πάντα, καὶ πλοῦς ἥδιος, καὶ λιμένες ἡσυχώτεροι ἢ θάλασσα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

## ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ.

## QVOMODO HISTORIA SCRIBENDA SIT.

Iacobo Micyllo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Didaſcalicus liber eſt, continens præcepta ac regulas de hiſtoria ſcribenda. Diuiditur autem in duas partes. In priore expoſito fine ſeu officio Hiſtorici, & confutatis iis qui duplicem Hiſtoriæ finem faciunt, vtile videlicet & delectabile: mox vitia recenſet, quæ tum in verbis & compoſitione, tum in ipſis rebus vitanda ſit: & hoc ſub exemplis aliorum, quo quique modo aut genere peccarint, oſtendendo. In poſteriore autem parte primùm quæ afferre ad hanc rem, quæq; antea quaſi domi ſuæ comparata habere debeat is qui ad ſcribendam hiſtoriam accedit, exponit. Deinde regulas primùm de rebus, deinde de expoſitione & phraſi verborum, poſtremò & de partibus operis tradit, etiam hîc exemplis aliorum præcepta ſua confirmando. Ordiatur autem ab occaſione, quam collatione Abderitici morbi amplificat.*

ABderitis aiunt Lyſimacho iam regnante morbum incidiſſe, optime Philo, huiuſcemodi quendam: Febricitari principiò quidem cœpiſſe per vrbem vniuerſos, primo ſtatim die febri cõtinua ac valida grauiter correptos. Circa ſeptimum autem diem aliis quidem multus è naribus profluens ſanguis; aliis verò exortus ſudor, etiam ipſe immodicus, febrim diſſoluit ac finiit. Cæterùm ridiculæ quadã perturbatione mentes illorũ idem hic morbus inuoluit.

C ΑΒδηρίταις, φασὶ, Λυσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος, ἐμπεσεῖν τι νόσημα, ὦ καλὲ Φίλων, τοιόδε· πυρεταίνειν μὲν γὰρ τὰ πρῶτα πάντας ἐκ τῆς πρώτης ἡμέρας ἐρρωμένως, καὶ λιπαρεῖ τὸν πυρετόν. ἐς ἕβδομον δέ τι πάθος προῆκε τὰς γνώμας αὐτῶν·

ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο, καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο, καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμανῴδουν, καὶ τὰ τοῦ Περσέως ῥήσιν ἐν μέλει διεξήεσαν· καὶ μεσὴ λῶ ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λευκοφλεγμάντων ἐκείνων τραγῳδῶν,

Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε, καὶ θνητῶν, Ἔρως,
καὶ τἄλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων, καὶ τοῦτο ὑπερπολύ, ἄχρι δὴ χιόνων, καὶ κρύους δὲ μέγα γιγνομένου, ἐπαῦσε λήρων τοὺς αὐτούς. αἰτίαν δέ μοι δοκεῖ τοῦ τοιούτου παθεῖν, Ἀρχέλαος ὁ τραγῳδός, εὐδοκιμῶν τότε, μεσοῦντος θέρους ἐν πολλῷ τῷ φλογμῷ τραγῳδήσας αὐτοῖς τὴν Ἀνδρομέδαν, ὡς πυρέξαι τε ἀπὸ τοῦ θεάτρου τοὺς πολλούς, καὶ ἀναστάντας ὕστερον ἐς τὴν τραγῳδίαν παραλιθαίνειν, ὑπερπολὺ ἐμφιλοχωρούσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν, καὶ τοῦ Περσέως ἐπὶ σοὶ τῇ Μεδούσῃ, τὴν ἐκείνου γνώμην παρεπετόμην. ὡς οὖν ἔν, φασιν, ἐνὶ ῥοδαλῷ, τὸ Ἀβδηριτικὸν ἐκεῖνο πάθος, καὶ νῦν τοῖς πολλοὶς τῶν πεπαιδευμένων παρελήλυθεν· οὐχ ὥστε τραγῳδεῖν, ἐλάττον γὰρ ἂν τοῦτο πρέπαιον, ἀλλοτρίοις ἰαμβείοις, καὶ φαύλοις κατεχομένοι· ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα κεκίνηται, ὁ πόλεμος ὁ πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ τραῦμα, καὶ αἱ συνεχεῖς νίκαι· τοῦτο γὰρ οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἱστορίαν συγγράφει· μᾶλλον δὲ Θουκυδίδαι, καὶ Ἡρόδοτοι, καὶ Ξενοφῶντες ἡμῖν ἅπαντες, καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρ' ἦν ἐκεῖνο, τὸ, Πόλεμος ἁπάντων πατήρ· εἴγε καὶ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν, ὑπὸ μιᾷ τῇ πληγῇ. ταῦτα τοίνυν, ὦ Φιλότης, ὁρῶντα, καὶ ἀκούοντά με, τὸ τοῦ Σινωπέως ἐκεῖνο εἰσῆλθεν· ὁπότε γὰρ ὁ Φίλιππος ἐλέγετο ἤδη ἐπελαύνειν, οἱ Κορίνθιοι πάντες ἐπαράττοντο, καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν· ὁ μὲν, ὅπλα ὑπασκευάζων, ὁ δὲ, λίθους παραφέρων, ὁ δὲ, τοιχοδομῶν τὸ τεῖχος, ὁ δὲ, ἐπάλξεις ὑποστηρίζων, ὁ δὲ ἄλλος, ἄλλό τι τῶν χρησίμων ὑπουργῶν. ὁ δὲ Διογένης ὁρῶν ταῦτα, ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὅ, τι καὶ παράττοι (οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ἐς οὐδὲν ἐχρᾶτο)

A Omnes enim quasi ad Tragœdias agendas impellebantur, & Iãbica personabãt, multúmque vociferabantur. Maximè autem Euripidis Andromedam canticis referebant, & Persei sermonem per vices recitabant. Plenáque adeo ciuitas erat pallidis & macilentis illis septimanis Tragœdis, notum illud,

*At ô tyranne hominúmque diuorúmque, Amor,*

& cætera quæ sequũtur, magna voce exclamantibus, & hoc in longum vsque, donec superueniente iam hyeme, frigus nimium obortum ab insania ac nugis istis cohiberet ipsos. Causſam verò eius rei vi-
B detur mihi præbuisse Archelaus Tragicus poëta, qui illis temporibus celebris erat, qui media æstate, multóque æstu, Andromedæ fabulam ipsis egerat, ita vt multi ex theatro redirent febricitantes, & mentibus euersi postea in eandẽ tragœdiam delaberentur, obversante illorũ memorię Andromeda, ac Perseo vnà cũ Medusa singulorum animis & cogitationibus obuolante. Vt igitur alterum cum altero comparetur, quemadmodum vulgo dicunt, Abderiticum illud malum etiam hoc tempore plerosque doctorum
C inuasit: non vt ipsi quoque Tragœdias agant, nam in hoc minùs delirarent, alienis Iambicis, iísque haud malis occupati: sed ex quo obuia illa, & velut ante pedes expositа, semel moueri cœpêre, puta bellum istud aduersus Barbaros, & vulnus in Armenia acceptum, continuæque victoriæ illæ, nemo vnus iam est qui non historiam scribere velit: imò verò Thucydides, & Herodoti, & Xenophontes, cuncti nobis facti sunt: &, vt apparet, verum illud tandem fuit, quod dicit: Bellum, omnium pater est: quandoquidem & historiarum scriptores tam multos procreauit, idque vnà hac plaga. Hæc igitur, ô amice, posteaquam viderem atque audirem, Sinopensis illius in mentem venit. Quando enim
D Philippus rex ferebatur cum exercitu iã aduentare, Corinthij omnes trepidi turbari cœperunt, & pro se quisque sedulò facere, alius quidem arma apparando, alius autem saxa comportando, alius muros ciuitatis reficiendo, alius propugnacula & turres suffulciendo, denique alius aliud aliquid quod ad rem pertineret, subministrando. Diogenes autem cùm hæc aspiceret, quoniam ipse nihil haberet quod ageret: (nemo enim ipsum ad vllum aliquod ministerium adhibebat)

cincto circum ſe pallio, ſeriò admodum & ipſe dolium ſuum, in quo tum fortè habitabat, ſurſum ac deorſum per Cranium volutare cœpit: ac rogante quopiã ex familiaribus, &. Quid hoc, inquiente, Diogenes agis? Voluto reſpõdit ille, etiã ego dolium meum, vt ne ſolus otiosè feriari videar inter tot laborantes. Et ego igitur, ô Philo, vt ne ſolus mutus forem in hoc loquaci ac ſtrepero ſeculo, neque perinde ac comicum aliquod ſatellitium cum ſilentio hians præterueherer, non abs re facturum me eſſe arbitratus ſum, ſi, quoad poſſibile mihi eſſet, etiam ipſe dolium volutarem: non hiſtoriam ſcribendo, neque etiam ipſas res geſtas commemorãdo: non ita temerarius equidem ſum, neque etiam hoc de me timeas licet. Noui enim quantum periculum hoc ſit, ſi quis per ſaxa ac rupes volutet, & mæximè tale, quale meum eſt doliolum, ne validè quidem ſatis etiam fictum ac coctũ, adeo vt ſi quis exiguum aliquem lapillum ipſi illidat, ſtatim admodũ teſtæ colligendæ illi ſint. Quid igitur decretũ mihi eſt? & quo pacto bellum tutò capeſſam, ipſe extra teli iactum conſtitutus? Dicam equidem tibi. A fumo quidem, & fluctibus, & curis, quæcunque hiſtoriã ſcribentem circunſtant, abſtinebo meipſum: admonitionem autem quandam paruam, & præceptiones haſce modicas ſcribentibus ſubminiſtrabo, vt exædificationi ſaltem vnà cum illis adſim, etiamſi ab inſcriptione abfuero, ſummo tantùm digito videlicet lutum attingendo. Quanquam neque admonitione plerique opus eſſe ſibi ad hanc rem putant, non magis quàm arte aliqua ad vadendũ, aut videndum, aut edendum, ſed planè facillimum ac prõptum, & cuiuſuis hominis eſſe exiſtimant hiſtoriam ſcribere, ſi quis modò exponere verbis poſſit quod vtcunque in mẽtem venit. Cæterùm noſti & ipſe, ô amice, quòd hoc neque facillimorum quippiam ſit, neque eorum quæ negligẽter ac temere componi poſſunt, ſed ſi quid aliud vſquam inter ea quæ oratione traduntur, multa cura opus habet, hoc certè habet, ſi quis, vt Thucydides ait, hiſtoriam quaſi perpetuam poſſeſſionem adornet. Scio igitur paucos fore, quos mea hæc oratio conuertet, imò quibuſdam etiam moleſtus videbor, illis maximè, quibus iam opus ſuum abſolutum eſt, & hiſtoria in publicum emiſſa. Quòd ſi verò etiam laudata eſt ab iis qui tum audierunt eam, inſania profectò fuerit ſperare illos immutaturos aliquid,

A ἀγελασάμενος ὁ περικώνιον, ταυτηνὶ μάλα δὴ αὐτὸς ἐκύλιε τὸν πίθον, ἐν ᾧ ἐτύγχανεν οἰκῶν, ἄνω τε κάτω τῆ κρανίᾳ· καί τινος τῶν συνήθων ἐρομένου, τί ταῦτα ποιῇς, ὦ Διόγενες, Κυλίω, ἔφη, κἀγὼ τὸν πίθον, ὡς μὴ μόνος ἀργεῖν δοκοίην ἐν τοσούτοις ἐργαζομένοις. καὶ τὸς οὖν, ὦ Φίλων, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἴην ἐν ὅτῳ πολυφώνῳ τῷ καιρῷ, μηδ' ὥσπερ κωμικὸν δορυφόρημα, κεχηνὼς σιωπῇ παραφερόμην, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον, ὡς δυνατόν μοι, κυλίσαι τὸν πίθον, ἄχ ἱστορίαν συγγράφειν, οὐδὲ πραγμάτειας αὐτὰς διεξιέναι· B ἄχ ὅτῳ μεγαλότολμος ἐγὼ, μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ· οἶδα γὰρ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἴ τῳ τῶν πετρῶν κυλίοι τις, ἢ μάλιστα, οἷς τοιοῦτον τὸ πιθάκνιον, οὐδὲ πάνυ καρτερῶς κεκερασμένυλον· δεήσει γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς μικρόν τι λιθίδιον πραγματείας συλλέγειν τὰ ὄστρακα. Εἰ οὖν ἔγνωσταί μοι; καὶ ὅπως ἀσφαλῶς μεθέξω τοῦ πολέμου, αὐτὸς ἐξω βέλους ἑστὼς, ἐγώ σοι φράσω, τὸν μὲν καπνὸν, καὶ κύματος, καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγράφοντι ἐνίστανται, αἰρήσω ἐμαυτὸν, ἀλλ' ποιῶν. παραίνεσιν δέ τινα μικρὰν, καὶ C παραθήκας ταύτας ὀλίγας παραθήσομαι τοῖς συγγράφουσιν, ὡς κοινωνήσαιμι αὐτοῖς τῆς οἰκοδομίας, εἰ καὶ μὴ τῆς ἐπιγραφῆς, ἄκρῳ γε τῷ δακτύλῳ τοῦ πηλοῦ προσαψάμενος. καίτοι οὐδὲ παρὰ φαύλου οἱ πολλοὶ δὴν οἶον) σφίσιν ὅτι τὸ πρᾶγμα, ἢ μᾶλλον ἡ τέχνης τινὸς ὅτι τὸ βαδίζειν, ἢ βλέπειν, ἢ ἐσθίειν, ἀλλὰ πάνυ ῥᾷστον, καὶ πρόχειρον, καὶ ἄπονος εἶ) ἱστορίαν συγγράψαι, ὧν τις ἐρμηνεύσαι τὸ ἐπελθὸν δυνήσεται· τὸ δὲ, οἶσθά που καὶ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, ὡς ἡ τῶν D μεταχειρίσεων, οὐδὲ ῥαθύμως συντεθεῖσα δυναμένων τοῦτ' ἔστιν, ἀλλὰ εἴ τι σὺ λέγεις, καὶ ἄλλο πολλῆς τῆς φροντίδος δεόμενον, ὧν τις, ὡς ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ὡς ἀεὶ κτῆμα συντυχεῖν. οἶδα μὲν οὖν ἡμῖν πάνυ πολλοὺς αὐτῶν ὑπερφρονοῦντας, οἷσις ἢ μὲν πάνυ ἐπαχθὴς δόξω, καὶ μάλιστα ὁπόσοις ἀποτετέλεσται ἤδη, καὶ ὑπὸ τῷ καινῷ δέδεικται ἡ ἱστορία. εἰ δὲ καὶ ἐπήνηνται ὑπὸ τῶν τότε ἀκροασαμένων, μανία, εἴγε ἐλπὶς ὡς οἱ τοιοῦτοι μεταποιήσουσιν,

ἢ μετα-

ἢ μεταγράψοντί τι τῶν ἅπαξ κεκυρωμένων, καὶ ὥσπερ ἐς τὰς βασιλείους αὐλὰς ἀποκειμένων. ὅμως δὲ ὁ χεῖρον καὶ τοῖς αὐτοῖς σκείνους εἰρῆσθαι, ἵν' εἴ ποτε πόλεμος ἄλλος συρραγῇ, ἢ Κελτῶν τοῖς Γέταις, ἢ Ἰνδῶν τῶν Βακτρίους (ὁ γὰρ τοῖς ἡμᾶς γε τολμήσειεν ἄν τις ἀπόντων ἤδη κεκμηκόσιν) ἔχωσιν ἄμεινον σωτηρίαν, τὸν κανόνα τοῦτον προσάγοντες, ὥσπερ γε δόξῃ αὐτοῖς ὀρθὸς εἶναι· εἰ δὲ μή, αὐτοὶ μὲν καὶ τότε τῷ αὐτῷ πήχει, ὥσπερ καὶ νῦν, μεταχειρούμενοι τὸ πρᾶγμα· ὁ ἰατρὸς γάρ, ὁ πολὺν ἀνιάσας), ὡς πολῖται Ἀβδηρίται ἐκόντες Ἀνδρομέδην τραγῳδῶσι. διττοῦ γ' ὄντος τοῦ τῆς συμβουλῆς ἔργου, τὰ μὲν γὰρ αἱρεῖσθαι, τὰ δὲ φεύγειν διδάσκει, φέρε πρῶτα εἴπωμεν, ἅπερ φευκτέον τῷ ἱστορίαν συγγράφοντι, καὶ ὧν μάλιστα καθαρευτέον ἐπιτηδεύοντα, οἷς χρώμενος οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς, καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης, ἀρξάμενός τε οἷον αὐτῷ ἁρκτέον, καὶ τάξιν ᾗ τινα τοῖς ἔργοις ἐφαρμοστέον, καὶ μέχρι ἑκάστου, ᾗ ἃ σιωπητέον, καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον, καὶ ὅσα παραμυθεῖσθαι ἄμεινον, καὶ ὅπως ἁρμόσας αὐτὰ ἐς σωφρόνως. ταῦτα μὲν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὕστερον· νῦν δὲ, τὰς κακίας ἤδη εἰπωμεν, ὁπόσας τοῖς φαύλως συγγράφουσι παρεγκολουθοῦσιν. ἃ μὲν οὖν κοινὰ πάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα, ἔν τε φωνῇ, καὶ ἁρμονίᾳ, καὶ δυσφωνίᾳ, ᾗ τῇ ἄλλῃ ἀτεχνίᾳ, μακρὸν τε ἂν εἴη ἐπελθεῖν, καὶ τῆς παρούσης ἐκτροπῆσαι οὐκ ἴδιον. κοινὰ γὰρ, ὡς ἔφην, ἀπάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα ἔν τε φωνῇ, καὶ ἁρμονίᾳ. ἃ δὲ ἐν ἱστορίᾳ διαμαρτάνουσι, τὰ τοιαῦτα ἂν δύοις ἐπιτηρῶν, οἷα καὶμοὶ πολλάκις ἀκροωμένῳ ἔδοξε, καὶ μάλιστα ᾧ ἅπασιν αὐτοῖς αἰσθάνεσθαι πεπόνηται. οὐκ ἀκμὴν δὲ μεταξὺ καὶ ὑπομιμνήσκεσθαι ἔνια, παραδείγματος ἕνεκα, τῶν ἤδη ὅτου συγγεγραμμένων· καὶ πρῶτόν γε σκῆψιν, ἥλιστον ἁμαρτάνουσιν, ὅταν σκηπτόμενοι. ἀμελήσαντες γὰρ οἱ πολλοὶ αὐτῶν τοῦ ἱστορεῖν τὰ γεγενημένα, τοῖς ἐπαίνοις ἀρχόντων καὶ στρατηγῶν διατείνουσι· τοὺς μὲν οἰκείους, εἰς ὕψος ἐπαίροντες, τοὺς πολεμίους δὲ, πέρα τοῦ μετρίου καταῤῥίπτοντες·

A aut transſcripturos eſſe eorum quæ iam ſemel edita atque auctorata, & quaſi in regiam aulam relata ſunt. Sed tamen nō abs re fuerit etiam eos ipſos admonere hîc, vt ſi quando bellum aliud exortum fuerit, vel Galatarum contra Getas, vel Indorum cōtra Bactrianos (neque enim aduerſum nos puto quiſquā aliquid mouere ſuſtinebit, cūctis iam perdomitis & ſub iugum miſſis) meliùs ac rectiùs componere tamen poſſint adhibita hac quaſi quadam regula, ſi modò recta eadem ipſis videbitur: ſin minùs, ipſi quidem tamen eodem cubito, quemadmodum & nunc, metiantur negotium: medicus autem non admodum ægrè feret, ſi omnes Abderitæ iſti volētes ac vltro Andromedæ fabulam agant. Porrò quādo duplex huius conſilij opus eſt, (alia enim eligere ac ſequi docet, alia verò vitare) principiò age dicamus quænam fugienda ſint ei qui hiſtoriam ſcribet, & à quibus integrū ac purum maximè præbere ſe debeat. Deinde quibus rebus vtendo non aberrauerit à recta via, & eò quò tēdit, ducēte: nempe quo exordio incipiendum ſit, quo ordine res quæque iungendæ inter ſe & componendæ ſint, quis modus ſingulis adhibendus, quæ ſilētio prætereunda, quibus immorandum; & quæ curſu prętereuehi ſatius ſit, quomodo exponenda eadē & coaptanda ſint. Atq; hęc quidem & his ſimilia poſteriore loco tractabimus, nunc autem vitia ea commemorabimus, quæ malè ſcribentes aut componentes ſequi ſolent. Quæ igitur communia ſcriptorum vitia ſunt, in verbis, in ſonoritate, in ſententia, & cæteris malè & inſcitè compoſitis, longum fuerit perſequi, & à præſenti inſtituto etiam alienum. Nam communia, vt dixi, omnium ſermonum vitia ſunt, quę in verbis & cōcinnitate vocum peccantur. Quæ verò in hiſtoria peculiariter quidam peccant, ea facilè deprehendas obſeruando, id quod & mihi ſępenumero vſu venit, inter auſcultandum, & maximè ſi omnibus illis aures apertas prębueris. Sed non intempeſtiuum fuerit interea etiam exempli cauſſa quędam eiuſmodi repetere & commemorare, quę iam ita cōpoſita atque edita habentur. Ac primum quidem illud, quantū peccent, conſideremus. Nā plerique ipſorū neglecto eo vt rem ipſam perinde vt geſta eſt exponant, in laudibus Imperatorum & ducum immorātur, ſuos quidem in cœlum extollentes, contrà autem hoſtes vltra modum deprimentes:

B

C

D

*Vitia hiſtorico fugiēda.*

*Hiſtoria proprium.*

ignari videlicet quòd nõ angusto aliquo Isthmo diuisa & interseptа sint historia & encomium, sed magno quodam muro per medium eunte distincta, & musicorũ illud, δὶς διὰ πασῶν, hoc est, bis per omnes chordas, quod dici solet, inter se distant. Siquidem ille qui encomium scribit, hoc vnum spectat, vt quibuscunque modis possit, eum quem laudandum suscepit, extollat atq; oblectet: ac etiãsi per mendacium fortè id consequatur quò tendit, parum id curat. At contrà historia nihil falsum inseri sibi, ne pauxillum quidem permittit, non magis quàm arteriam dicunt medicorum pueri, eam quę trachéa siue aspera vocatur, quicquam potus aut cibi in se recipere. Rursum nescire iidem videtur quòd & poëtice quidem & poëmata aliud promittunt, aliud historiæ, regulásque diuersas habent. Nam illic quidem libertas nullius alterius arbitrio subiecta est, vnáque hæc lex est, quicquid poëtæ ipsi visum fuerit. Diuino enim spiritu agitur, & à Musis dependet, illarum numine afflatus: & siue equos alatos curru iungere voluerit, siue alios super aquam, aut in summas aristas cursuros per illas attollet, nemo vetat: neque etiam quando Iupiter ipsorum ex vna catena alligata in sublime attraxerit pariter terram & mare, quicquam ex eo sibi metuunt, ne videlicet dirupta illa conterantur ac pereant omnia illa deorsum præcipitata. Sed & si Agamemnonem laudare volunt, nemo prohibet quominus illum Iouı similem faciant, & quod ad caput, & quod ad oculos pertinet: quod autem ad pectus attinet, fratri ipsius Neptuno: & quod ad balteum, Marti: & omnino compositum quendam ex omnibus diis oportet esse filium illum Atrei & Aëropes. Neque enim sufficit Iupiter, neque Neptunus, neque Mars, vt singuli illius pulchritudinem ac formam compleant. At verò historia si quam huiuscemodi adulationem recipiat, quid aliud quàm pedestris quædam poëtice redditur, grandiloquentia ista verborum carens, cæterùm reliquas illas præstigias ac vanitates nudas absque versibus, & ob hoc etiam magis conspicuas ostentans? Magnum igitur hoc, imò magis plus quàm magnum vitium fuerit, si quis nesciat ea quæ historiæ propria sunt, ab iis quæ sunt poëtices, seperare, sed introducit in historiam alterius ornamenta & fucum, fabulas videlicet & laudes, & eos qui in his rebus veritatis excessus fiunt:

A ἀγνοοῦντες ὡς ὑ τενῷ τῷ Ισθμῷ διώρισται καὶ διατετείχισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ ἐγκώμιον, ἀλλά τι μέγα τεῖχος τὸ μέσῳ ὄζὶν αὐτῶν, καὶ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, ὅτι πρὸς ἄλληλα. εἴ γε τῷ μὲν ἐγκωμιάζοντι, μόνα ἑνὸς μέλει, ὁπωσοῦν ἐπαινέσαι καὶ διαφεῖναι τὸν ἐπαινούμενον· καὶ εἰ ψευσαμένῳ ἐπαρκέσει τυχεῖν τοῦ τέλους, ὀλίγον δὼ φροντίσειεν. ἡ δὲ οὐκ ἂν τι ψεῦδος ἐμπέσοι ἡ ἱστορία, ὑδὲ ἀκαριαῖον διάδρομοι, ὑ μᾶλλον, ἢ τὴν ἀρτηρίαν ἰατρῶν παῖδες φασι, τὴν τραχεῖαν, προσδέξασθαι δὼ τι ἐς αὐτὴν καταποθέν. ἔτι ἀγνοεῖν ἐοίκασιν οἱ τοιοῦτοι, ὡς ποιητικῆς μὲν, καὶ ποιημάτων, ἄλλαι ὑποκείσθω, καὶ νόμοι ἴδιοι· ἱστορίας δὲ, ἄλλοι. ἐκεῖ μὲν γὰρ, ἀνεμπόδιστος ἡ ἐλευθερία, καὶ νόμος εἷς, ὃ δόξαι τῷ ποιητῇ. ἔνθεος γὰρ καὶ κάτοχος ὑπὸ Μουσῶν, κἂν ἵππων ὑποστήσειεν ἅρμα ζεύξασθαι θέλῃ, κἂν ἐφ' ὕδατος ἄλλους, ἢ ἐπ' αὐθερίων ἀχέων θεσπεσίους διαβιβάσοντας, φθόνος οὐδεὶς, ὑδὲ ὁπότερον ὁ Ζεὺς αὐτῶν ὑποσπάσας μιᾶς σειρᾶς διακόπους, αἰωρῇ ὁμοῦ γῆν καὶ θάλατταν, δείσασι, μὴ ἀπορραγείσης ἐκείνης, συντριβῇ τὰ πάντα καταπεσόντα. ἀλλὰ κἂν Ἀγαμέμνονα ἐπαινέσαι θέλωσιν, ὑδεὶς ὁ κωλύσων, Διὶ μὲν αὐτὸν ὅμοιον εἶναι τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, τὸ στέρνον δὲ τοῦ ἀδελφῷ αὐτοῦ τοῦ Ποσειδῶνι, τὸν δὲ ζωστῆρα, τοῦ Ἄρεϊ· καὶ ὅλως, συνθετόν ἐκ πάντων θεῶν γεγράφθαι δεῖ τὸν Ἀτρέως καὶ Αερόπης. ὑ γὰρ ἱκανὸς ὁ Ζεὺς, ὑδὲ ὁ Ποσειδῶν, οὐδὲ Ἄρης, μόνος ἕκαστος διαπληρῶσαι τὸ κάλλος αὐτοῦ· ἡ ἱστορία δὲ, εἰ τινα κολακείαν τοιαύτην προσλάβοι, τί ἄλλο, ἢ πεζή τις ποιητικὴ γίγνεται, τῆς μεγαλοφωνίας μὲν ἐκείνης ἐστερημένη, τὸν λοιπὸν δὲ τερατείαν γυμνὴν τῶν μέτρων, καὶ δι' αὐτὸ βδελυκτοτέραν ἐκφαίνουσα; μέγα τοίνυν, μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ ἱστορίας, καὶ τὰ ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγῃ τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας κοσμήματα, τὸν μῦθον, καὶ τὸ ἐγκώμιον, καὶ τοὺς ἐν τούτοις ὑπερβολάς·

ὥσπερ αὖ εἴ τις ἀθλητὴ τῶν καρτερῶν τοῦ- A non ſecus ac ſi quis athletæ alicui iſtorũ
τον, καὶ κομιδῇ πορφύραν, ἀλουργέσι πε- validorum & vehementer robuſtorum
βάλοι, καὶ τἄλλῳ κόσμῳ τὰ ἐπιτήδεια purpuram induat, ac cæteris ornamentis
καὶ φύκιον ἐντείβοι, καὶ ψιμύθιον τῷ meretriciis eum exornet, præterea &
προσώπῳ. Ἡρακλῆς, ὡς καταγέλαστον αὐ- fuco & ceruſſa faciem eius oblinat. Vt
τὸν ἀπεργάσαιτο, αἰσχύνας τὸ κόσμῳ ἐκεί- enim, Dij boni, omnino ridiculum red-
νῳ. καὶ ὁ τοῦτο φημὶ ὡς ἀεὶ καὶ ἐπαινετέον deret, deformãdo ipſum ornatu illo? At-
ἐν ἱστορίᾳ ἐνίοτε· ἀλλ' ἐν καιρῷ τῷ προσή- qui nõ hoc dico, quaſi non laudandum in
κοντι ἐπαινετέον, καὶ μέχρι ἐπακτέον τῷ hiſtoria interdum ſit; ſed ſuo loco & tem-
σώματι· ὃ μὴ ἐπαλθὲς τοῖς ὕστερον ἀνα- pore laudandum, modúmq; rebus adhi-
γνωσομένοις αὐτά, καὶ ὅλως, πρὸς τὰ ἔπει- bendum eſſe cenſeo, ne qua moleſtia affi-
τα χρονιστέον τὰ τοιαῦτα, ἀπὸ μικρὸν ὕστε- ciantur ij qui in poſterum hæc eadem a-
ρον ὑποδείξομεν. ὅσοι δὲ οἴονται καλῶς ἁρμό- B liquando legent. Et in ſumma, ita hæc o-
ρᾳν εἰς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνόν, καὶ mnia moderanda ſunt, quaſi poſteris, nõ
χρήσιμον, καὶ ἀφ' τοῦτο εἰσποιοῦσι καὶ τὸ εἴ- præſentibus ſcribantur, vt & paulo pòſt
καιρον εἰς αὐτήν, ὡς τερπνόν, καὶ ὠφελι- oſtendemus. Porro qui putãt rectè diui-
μον τοῖς ἐντυγχάνουσι, ὁρᾷς ὅσον πλανῶν- di in duo hiſtoriam, puta in iucundum, &
ται τῆς ἀληθοῦς ἡμαρτήκασι; πρῶτον μὲν, χωρὶς τῆ ἁμαρ- vtile: & ob hoc & encomium in eam in-
τήσεσθαι χρώμενοι. ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέ- troducunt, tanquam quod & iucundũ ſit,
λος, τὸ χρήσιμον, ὅταν ἐκ τῆς ἀληθοῦς μό- & delectet legentes: vides nimirum quã-
νης σωπᾶται· τὸ τερπνὸν δὲ, ἄμεινον μὲν εἰ tum à vero aberrent: primùm quidẽ diui-
καὶ αὐτὸ παρακολουθήσειεν, ὥσπερ καὶ κάλ- ſione mala atque adulterina vtentes.
λος ἀθλητῆ· εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Vnum enim opus eſt hiſtoriæ, & vnus fi-
Ἡρακλέους μὲν εἶναι Νικόστρατον τὸν Ἰσιδό- C nis, vtilitas, quę ex ſola veritate conciliatur. Iucundum verò ſi & ipſum ſequatur,
melius quidem hoc, perinde vt ſi forma
ſeu pulchritudo athletã: ſin minùs, nihil
vetat ab Hercule prognatum eſſe Nico-
ſtratũ illum Iſidoti filium, generoſus cùm
ſit, & vtroque colluctatore ſuo fortior, e-
tiamſi ipſe quidem quod ad faciem attinet, turpiſſimus videatur: Alcæus autem
formoſus ille Mileſius colluctetur cũ eo,
amaſius quoque, vt aiũt, ipſius Nicoſtrati
exiſtẽs. Quare hiſtoria ſiquidem obiter,
& velut auctarij modo, iucunditatem ad-
ditam habeat, complures amatores ad ſe
alliciet: ſed quatenus perfectũ atque in-
tegrum, ídque ſolum habet, quod pecu-
liare ac proprium ipſius eſt, veritatis ex-
poſitionẽ dico, non magnã pulchritudi-
nis rationẽ aut curã habet. Præterea etiã
illud dicere non indignũ fuerit, quòd ne-
que iucũdum adeo in hiſtoria, quod val-
de fabuloſum eſt & ad laudẽ maximè in-
clinat, vtrobique auditoribus eſſe ſolet,
dum non de fece hominũ, ac multa pro-
miſcuáq; plebe hoc intelligamus, ſed de
iis qui iudicãtium more, atque adeò, per
Iouem, ſycophantarum modo auſcultãt,
quos nihil ſubterfugere facilè poteſt, vt-
pote ipſo etiã Argo acutiùs, ac toto cor-
pore vndique omnia intuentes, menſa-
riorum autem more, ſingula eorum quæ
dicuntur, accuratè ac diligẽter explorantes, ita vt alia quidẽ velut adulterina re-
iiciãt, ea verò quę proba ſunt & legitima,

& quæ typum ſeu formã accuratè & expreſſe referunt, recipiãt atque approbẽt. Ad quę etiam reſpicere decet eos qui hiſtoriam componunt, aliorum autem nullam aut paruam habere rationem, etiamſi rũpantur laudatores. Si verò neglectis hiſce ſtudebis hiſtoriam ſupra modũ delectabilem facere, admixtis fabulis, laudibus, & cæteris huiuſcemodi adulationibus, celerrimè ſimilem illam reddes Herculi in Lydia. Vidiſſe enim alicubi te conſentaneum eſt pictum illum Omphalæ ſeruientem, atque admodum alieno ornatu ac habitu indutum, illa videlicet, pelle ipſius leonina veſtita, & clauã manu tenente, eóque Herculem ſcilicet prę ſe ferente, ipſo autem ih crocoto & purpura lanã trahente, & vapulante ab Omphale ſandalio, &, quod turpiſſimum ſpectaculum eſt, veſtitu cum corpore non conueniente, neque ad proportionem illius quadrante, atque ipſo deo virilem illum corporis habitum turpiter adeò effœminante. Ac multi quidẽ fortaſſis etiam hæc tua laudabunt, pauci verò illi quos tu cõtemnis, ſuauiter admodum & ad ſatietatem vſque ridebũt, aſpicientes indoctam-ac diſſonam maléque cohærẽtem rei cõpoſitionem. Nam quod vniuſcuiuſq; rei proprium eſt, id pulchrũ eſt. hoc ſi mutaueris, deforme id ipſum vſu reddetur. Omitto hîc dicere quòd ipſæ quoque laudes vni fortaſſe alicui iucũdę ac delectabiles ſunt, ei puta qui laudatur: cæteris verò moleſtæ, & maximè ſimmodicos veri exceſſus ſiue hyperbolas habuerint, quales ipſas plerique faciunt, dum beneuolentiam eorum quos laudãt, venantur, & eò vſque immorantur illis, donec omnibus adulationem hanc manifeſtam reddant. Neque enim ſecundùm artem hoc facere norunt, neque adulationem tegũt, ſed irruentes, cõferta omnia & incredibilia & nuda exponũt: quare neque illud conſequuntur, quod maximè intendunt. Nã qui laudantur ab ipſis, oderunt multo magis ipſos & auerſantur, vt adulatores: rectè ſanè faciẽtes, & maximè ſi virili ac generoſo animo pręditi ſunt: quemadmodum Ariſtobulo accidit, qui ſingulare certamen Alexandri &. Pori conſcripſit. Eo enim ipſo legente hunc potiſſimùm locum quo pugnam hanc deſcripſerat, (putabat enim ſe maximam apud regem gratiam hoc pacto initurum eſſe, aſſignatis illi falsò rebus quibuſdam præclariſsimè geſtis, & effictis operibus veritatem excedentibus)

A κὴ ἀκριβῆ τὸν τύπον τοῦ θὸς ἀποβλέποντα χρὴ κὴ συγχέαφιν, τῶν δ' ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν, κἂν ὑβρίζωσιν ἐπαινοῦντες. ἰὼ δ' ἀμελήσας ἐκείνων, ἡδυπάθης πόρρω τ' μετείης τῶν ἱστορίαν μύθοις, & ἐπαίνοις, & τῇ ἄλλῃ θωπείᾳ, πάχις' ἂν ὁμοίαν αὐτῷ ἐξεργάσαιο τῷ ἐν Λυδίᾳ Ηρακλέ. ἐωρακέναι γάρ που σε εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ Ομφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον, ἐκείνου μὲν, τὸν λέοντα αὐτῷ περιβεβλημένον, κὴ ὃ ξύλον ἐν τῇ χερὶ ἔχοντα, ὡς Ηρακλέα δῆθεν ὄντα, αὐτὸν δὲ, ἐν κροκωτῷ, & B πορφυρίδι, ἔρια ξαίνοντα, κὴ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ομφάλης τῷ σανδάλῳ· & ὃ θέαμα αἴσχιστον, ἀφεστῶσα ἡ ἐσθὴς τοῦ σώματος, & μὴ συμφερομένη, κὴ τοῦ θεοῦ ὃ ἀνδρωδέστατον ἀχρημόνως καταθηλυνόμενον. κὴ οἱ μὲν πολλοὶ, ἴσως & ταῦτά σου ἐπαινέσονται· οἱ ὀλίγοι δὲ ἐκεῖνοι, ὧν σὺ καταφρονεῖς, μάλα ἡδὺ, κὴ ἐς κόρον γελάσονται, ὁρῶντες ὃ ἀσύμφυλον, κὴ ἀνάρμοστον, & δυσκόλληκτον τῷ πράγματος. ἑκάστου γὰρ δή ἴδιόν τι, καλόν ἐστιν. εἰ δὲ τοῦτο C ἀναλλάξας, ἀναλλὲς ὃ αὐτὸ ποιήσεις τῶν. ἐθέλειν λέγειν ὅτι οἱ ἔπαινοι, ἐνίοτε ἴσως τερπνοὶ, τοῖς δ' ἄλλοις, ἐπαχθεῖς· κὴ μάλιστα ἰὼ ὑπερφυεῖς τὰς ὑπερβολὰς ἔχωσιν· οἷς αὖθις οἱ πολλοὶ ἀπορέζονται, τὸν δίνοιαν τὸν ποιὰ τῶν ἐπαινουμένων ὑπερώμενοι, κὴ ἀνεξετάστως ἔχοντες, ἄχρι τοῦ παῦσι πρόφασιν τὸν κολακείαν ἐξεργάσασθαι· οὐδὲ γὰρ κὴ τέχνῃ αὐτὸ δρᾶν ἴσασιν, ἀλλ' ὑπεσκιάζωσι τὸν θωπείαν· ἀλλ' ἐμπεσόντες, ἀθρόα πάντα κὴ ἀπίθανα, κὴ γυμνὰ διεξίασιν· ὥστε οὐδὲ τυγ- D χάνωσιν ἃ μάλιστα ἐφίενται. οἱ γὰρ ἐπαινούμενοι ποῖς αὐτῶν, μισοῦσι μᾶλλον, κὴ ἀποστρέφονται ὡς κόλακας, ὧν ποιοῦντες, κὴ μάλιστα ἰὼ ἀνδρώδη τὰς γνώμας ὦσιν. ὡσπερ Αλεξάνδρῳ μονομαχίαν γράψαντος Αλεξανδρέως, κὴ Πώρου, κὴ διαγωνίσαντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς (ὡς ἔτο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ, ὑπερφυῆ δόντι ἀρετῆς πηνὶ αὐτῷ, & ἀπατηλὰ πλάττων ἔργα μείζω τ' ἀληθείας) λαβὼν ἐκεῖνος τὸ βιβλίον,

( πλέοντες δ' ἐτύγχανον ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Υδάσπῃ) ἔρριψεν ὅτι κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ, ἐπειπών, καὶ σὲ δὲ οὕτως ἐγχελῶ, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα. καὶ ἐμμανὲς γε οὕτως ἀγανακτήσειν ὁ Ἀλέξανδρος, ὅς γε οὐδὲ τιμὴν τῷ ἀρχιτέκτονος τόλμαν ἰσώσεσθαι, ὑποχρωμένῳ τὸν Ἄθω εἰκόνα ποιήσειν αὐτοῦ, καὶ μεγαλυνούσῃ τὸ ὄρος ἐς ὁμοιότητα τοῦ βασιλέως· ἀλλὰ κόλακα μὲν ἀνθρώπου γνωρίσαντα τὸν αὐθέντην, οὐκ ἔτ' ἂν ἐπὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως ἔχεσθαι. ποῦ τοίνυν τὸ τερπνὸν ἐν τούτοις, οὐκ ἐρεῖ τις εἰ μὴ τὸν κωμῳδὸν αὐτὸν εἶναι, ὡς χαίρειν τὰ τοιαῦτα ἐπαινούμενον; ὃν καὶ τὰς πόδας οἱ ἔλεγχοι· ὥσπερ οἱ ἄμορφοι τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστά γε τὰ γυναῖα τοῖς γραφεῦσι προσκαλοῦνται ὡς καλλίους αὐτὰς γράψαι· οἷον δὴ ἄμεινον ἔχειν τινὰ ὄψιν, ἢ ὁ γραφεὺς αὐτῆς ἐρυθήματί τε πλέον ἐπαναθήσει, καὶ τὸ λευκὸν ἐλεφαντίνῃ πολὺ τῷ φαρμάκῳ. τοιοῦτοι τῶν συγγραφόντων οἱ πολλοί εἰσι τὸ τήμερον, καὶ τὸ ἴδιον, καὶ τὸ χρήσιμον, ὃ, τι δὴ ἐν τῇ ἱστορίᾳ ἐλπίσωσι, θεραπεύοντες· οἷς μισεῖσθαι καλῶς εἶχεν, ἐς μὲν τὸ παρὸν, κόλακας προδήλους, καὶ ἀτέχνους ὄντας· ἐς τοὔπιον δὲ, ὑποπτον ταῖς ὑπὲρ σολαῖς τοῦ ὅλου προσωπείαν ἀποφαίνοντας. εἰ δέ τις πάντως τὸ τερπνὸν ἡγεῖται καταμεμίχθαι δεῖν τῇ ἱστορίᾳ πάσῃ, τὰ ἄλλα, ἃ σοὶ ἀληθείᾳ τερπνά ἐστιν ἐν τοῖς ἄλλοις κάλλεσι τοῦ λόγου· ὧν ἀμελήσαντες οἱ πολλοὶ, τὰ μηδὲν προσήκοντα ἐπεισεχυκλοῦσιν. ἐγὼ δ' οὖν καὶ διηγήσομαι ὁπόσα μέμνημαι ἔναγχος ἐν Ἰωνίᾳ συγγραφέων τινῶν, καὶ, νὴ Δία, ἐν Ἀχαίᾳ πρόσφην ἀκούσας τὸν αὐτὸν τοῦτον πόλεμον διηγουμένων· καὶ πρὸς Χαρίτων, μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς λεγομένοις, ὅτι γὰρ ἀληθῆ ἐστι κἂν ἐπωμοσάμην, εἰ ἀσφαλὲς ὦ ὅρκον ἐν τῷ συγγράμματι· εἷς μὲν τις αὐτῶν ἀπὸ Μουσῶν ἤρξατο, προσκαλῶν τὰς θεὰς συνεφάπτεσθαι τοῦ συγγράμματος. ὁρᾷς ὡς ἐμμελὴς ἡ ἀρχὴ, καὶ πρέπουσα ἡ ἱστορία, καὶ τοιούτῳ εἴδει τῶν λόγων πρέπουσα; εἶτα μικρὸν ὑποβάς, Ἀχιλλέα μὲν, τὸν ἡμέτερον αὐτοκράτορα εἰκάζε,

Alexander accepto libro (nam tum fortè in flumine Hydaspe nauigabant) proiecit præcipitem in aquam: Et te, inquiens, eodem modo decebat Ariſtobule præcipitari, qui talia pro me ſingulari certamine pugnaueris, & elephantos ſagitta interfeceris. Et certè indignaturus ita fuerat Alexander, vt qui nec architecti illius audaciam ferre potuerit, pollicentis ſe montem Atho ad illius imaginem efficaturum eſſe, montémque ipſum illius ſimilitudine exornaturum: ſed ſtatim pro adulatore, homine illo agnito, non ampliùs neque ad cæteras res eodem vt antea vſus eſt. Vbi igitur delectabile illud in hiſce manet? niſi ſi quis vehementer amens adeò foret, vt oblectaretur huiuſcemodi laudibus, quarum vanitas & confutatio ante pedes & in promptu eſſet: perinde vt homines deformes interdum ſolent, & præcipuè mulierculæ, quæ pictoribus mandant vt ſe quampulcherrimas pingant. Arbitrãtur enim meliùs habituram ſibi eſſe faciem, ſi pictor ipſis & plurimum ruborem illinat, & multũ candoris intermiſceat pigmẽto. Tales plerique ſcriptorũ hodie ſunt, qui & proprium & vtile quod ex hiſtoria ſperandum fuerat, palpando tractant: quos odio habere cõueniebat, vt qui in præſenti adulatores manifeſti & inertes ſint, & in poſterũ ſuſpectum reddant totum negotium propter nimios veritatis exceſſus, & incredibilitatem. Quòd ſi verò quiſpiam exiſtimat omnino iucũditatem per totã hiſtoriam admixtã eſſe debere, præſtet cætera illa quę re vera delectabilia ſunt, inter reliqua ornamenta orationis, quibus plerique neglectis, ea quę nihil ad rem pertinent, ingerunt atque inuoluũt: ego verò etiam narrabo quæ non ita multo antè memini me audire, cũ in Ionia hiſtoriarum ſcriptores, atque adeo per Iouem in Achaia quoque nuper quoſdam auſcultarem idem hoc bellum exponentes. Ac per Gratias, ne quis pro dubiis aut incertis ea habeat quę dicẽtur. Nam vel iureiurando affirmare auſim, ſi modò vrbanũ foret, iuſiurandum inſerere commentario, vera illa eſſe. Ac vnus quidem ipſorum ſtatim à Muſis exordiebatur, inuocando deas, vt ipſæ ad opus hoc deſcribendũ adeſſe vellent. Vidésne quàm ſcitum principium, & in promptu hiſtoria, & tali orationis figuræ conueniens? Deinde paulum progreſſus, Achilli quidem noſtrum Imperatorem cõparabat,

Therſitæ autem regem Perſarum: ignorans videlicet quòd Achilles multo melior futurus ipſi fuerat, ſi Hectorem potiùs quàm Therſitem interfeciſſet, & ſi prior quidem bonus quiſpiam fugeret, perſequeretur autē ipſum multo clarior alter. Poſt hæc adducebat & pro ſe ipſo encomium quoddam, quo dignus eſſe qui conſcriberet res geſtas adeò præclaras ac ſplendidas, videri volebat. Hinc autem deſcendens, etiam patriam ſuam Miletum laudabat, illud addens, quòd rectiùs faceret ipſe quàm Homerus, quoniam ille nuſquam patriæ ſuæ mētionem feciſſet. Poſtremò ad finem proœmij pollicebatur nominatim ac planis verbis, ſeſe noſtras res in maius ſublaturum, Barbaros autem contrà etiam ipſum per ſe debellaturum atque oppreſſurum eſſe. Ac hiſtoriam quidem in hunc modum incipiebat, ſimul & cauſſas vnde id bellū cœpiſſet, commemorando: Nam ſceleſtiſſimus ac peſſimè perditus iſte Vologeſus bellum mouere cœpit ob talem cauſſam. Atque hic quidem in hūc modum. Alter verò quidam Thucydidis imitator ſummus quiſpiam, & ad archetypum ſeu primum exemplar admodum bene comparatus, etiam principium perinde vt ille, ſuo proprio nomine appoſito fecit, feſtiuiſſimum illud quidem omnium principiorum, & Atticum animum planè ſpirans. Vide enim: Creperius, inquit, Calpurnianus Pompeiopolita cōſcripſit bellum Parthorum ac Romanorum, quo pacto illud inter ſe geſſerunt, ſtatim ab eo exorſus, quando illud primùm moueri cœptum eſt. Quare poſt tale vtique principium, quid tibi cætera ampliùs dicam? quomodo videlicet in Armenia perorauerit, Corcyrenſem illum oratorem ſe ipſum exhibendo, aut qualem Niſibenis peſtem immiſerit, quia partes Romanorum ſequi noluerant: à Thucydide mutuatus omnia prorſus, excepto ſolo Pelaſgico, & longis muris, in quibus tum habitarunt illi qui temporibus illis peſte laborabant. Cætera verò etiam ab Æthiopibus exorſus eſt: quare & in Ægyptum deſcendit, & in terram regis multam, in illáque ibi manſit: rectè ſanè faciens. Ego itaque relicto illo ſepeliente adhuc miſeros Athenienſes Niſibe, abij, ſatis ſciens etiam ea quæ me digreſſo dicturus poſtea eſſet. Nam rurſus etiam illud abundè multum nunc eſt, putare hoc eſſe Thucydidi conſentanea atque ſimilia dicere, ſi parum reueritus, ea quæ ſunt ipſius illius, dixerit quiſpiam, vt μικρὰ κἀκεῖνα, hoc eſt, parua & illa: &, ὡς ἂν αὐτὸς ἂν φαίης, id eſt, vt etiam ipſe dixeris: &,

A Θερσίτην, τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, οὐκ εἰδὼς ὅτι ὁ Ἀχιλλεὺς ἀμείνων ἦν αὐτῷ, εἰ Ἕκτορα μᾶλλον ἢ Θερσίτην καθῄρει. Καὶ εἰ μὲν πρόσθεν μὴ ἐφθέγξατό τις, ἐδόκει δέ μιν μέγ' ἀμείνων. εἶτ' ἐπῆλθεν αὐτὸς τι ἐγκώμιον, καὶ ὡς ἄξιος εἴη συγγράψαι τὰς πράξεις, ὅτων λαμπρὰς ὕσας. ἤδη δὲ κατιών, ἐπῄνει καὶ τὴν πατρίδα τὴν Μίλητον, προσθείς, ὡς ἄμεινον ποιοῖ τοῦτο τοῦ Ὁμήρου, μηδὲν μνησθέντος τῆς πατρίδος. εἶτ' ὀπίσω τοῦ προοιμίου ὑπισχνεῖτο διαῤῥήδην καὶ σαφῶς, ὅτι μεῖζον μὲν ἄρξει τὰ ἡμέτερα, τοὺς βαρβάρους δὲ καταπολεμήσει

B αὐτὸς, ὡς αὖ δύνηται. καὶ ἤρξατό γε τῆς ἱστορίας ὧδε, αἰτίαν ἅμα τοῦ τε πολέμου ἀρχὴν διεξιών. ὁ γὰρ μιαρώτατος, καὶ κάκιστος ἁπάντων Οὐολόγαισος, ἦρξε πολέμου, δι' αἰτίαν τοιάνδε τινά. ἕτερος δὲ Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἄκρος, οἷος δὴ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ εἰκασμένος, καὶ τὴν ἀρχὴν ὡς σκῆπτρον, σὺν τῷ ἑαυτοῦ ὀνόματι ἦρξάτο, χρησιμώτατον ἀρχῶν ἁπασῶν, καὶ θυμοῦ τοῦ Ἀττικοῦ ἀποπνέουσαν. ὅστις δέ, Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊόπολίτης, συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Παρθυαίων

C καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησάν τε πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος βύθιος ξυνισταμένου· ὥστε μετά γε τοιαύτην ἀρχήν, τί ἄν σοι τὰ λοιπὰ λέγοιμι, ὁποῖα ἐν Ἀρμενίᾳ ἐδημηγόρησε, τὸν Κερκυραῖον αὐτὸν ῥήτορα ἐπιδεικνύμενος; ἢ οἷ Νισιβηνοῖς λοιμὸν, τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις, ἐπήγαγε, πρόδηλα Θουκυδίδου χρησάμενος ὅλον ἄρδην, πλὴν μόνου τοῦ Πελασγικοῦ, καὶ τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν, ἐν οἷς οἱ τότε λοιμώξαντες, ᾤκησαν· τὰ δ' ἄλλα καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας ἦρξατο, ὥστε

D καὶ ἐς Αἴγυπτον κατέβη, καὶ ἐς τὴν βασιλέως χώραν τὴν πολλήν· καὶ ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν εὖ ποιῶν. ἐγὼ γ' οὖν θαυμάσαιμι ἂν τὸν ἔτι καταλιπόντα τοὺς ἀθλίους Ἀθηναίους ἐν Νισίβει, ἀπελθόντα ἀκριβῶς εἰδότα ὅσα ἀπελθόντος ἐρεῖν ἔμελλε. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ὑπερχαῶς πολὺ νῦν ἔστι, δοκεῖσθαι τοῦτο εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐκτρέψας, τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοί τις, μικρὰ κἀκεῖνα, ὡς καὶ αὐτὸς ἂν φαίης,

A hoſpes in libris ac peregrinus: ſuis legibus viuens: nullius imperio ſubiectus: nõ quid huic aut illi placiturum ſit, ſeeũ cogitans, ſed id quod actum eſt, exponens. Thucydides igitur bene admodum lege hoc conſtituit, & virtutes ac vitia hiſtoricorum inter ſe diſcreuit, qui cùm videret Herodotum in ſumma admiratione eſſe, adeò vt & Muſæ vocarentur ipſius libri, poſſeſſionem tamen ait ſe ſcribendo compoſiturum eſſe quæ in perpetuum duret, potiùs quàm quæ ad præſens certamen comparetur: neque ſe id quod fabuloſum ſit, amplexurũ, ſed veritatem rerum geſtarum relicturum poſteris eſſe: deinde & vtilitatẽ addit, & quem finem is qui rectè ſapit, hiſtoriæ ſtatuere debeat, vt ſi quando etiã rurſus ſimilia quædam incidant, inquiens, ad hæc deſcripta reſpicientes, rebus ciuitatis rectè vti poſſint. Ac animo quidem & ſententia tali præditus hiſtoricus ille mihi accedat: voce autem, & expoſitionis vi, vehemẽti illa quidem & aſpera, & circuitionibus continua, deinde & aggreſſionibus flexa & rotunda. Præterea & reliqua oratoriæ facultatis grauitate non ita valde inſtructus & acuminatus ſcripturam exordiatur, ſed ſedatior paulò & tranquillior ſit. Ac ſententiæ quidem inter ſe iunctæ ac ſociatæ & denſæ ſint: dictio autem plana & ciuilis, quàm ſignificantiſſimè manifeſtans id cui adhibetur. Nã vt mentis ſcriptoris ſcopum hunc proponimus, libertatem dicendi videlicet, & veritatem, ita & voci eius vnus hic ſcopus & primus propoſitus ſit, vt planè indicet, & quamlucidiſſimè rẽ ipſam declaret, verbis neque obſcuris, & extra communem viam poſitis, neque etiam vulgaribus iſtis & tabernariis, ſed ita vt & à pleriſque intelligantur, & ab eruditis laudentur. Iam verò & figuris & exornationibus vtatur minimè moleſtis, minimèque affectatis: quoniam perinde vt ius aliquod, orationem quoque rectè conditam exhibere debet. Ac ſententia quidem etiam cum poëtice communicet, ciúſque partem aliquam contingat, in quantũ grandiloqua & in ſublime elata etiam illa eſt, & maximè quoties aciebus & pugnis & naualibus præliis concurret. Opus enim tunc erit poëtico quopiam vento, qui ſecundo flatu vela impleat, & ſublimem ac per ſummos fluctus nauem ſublatam prouehat. At dictio tamen humi incedat, cum pulchritudine quidem ac magnitudine eorum quæ dicuntur, ſimul elata,

*Herodoti libri Muſæ inſcripti.*

*Quæ in verbis & cõpoſitione ſpectari debent.*

& iisdem quamnimaximè licet, assimilata, cæterùm neque peregrinitatem præ se ferens, ne intempestiuè exultans quasi quodam furore concitata. Periculum enim est ipsi, ne, quod vel maximum est, prorsus de statu mentis emoueatur, & in Corybantem istum poëtices impingat. Quare maximè tum fidendum freno est, & ratione vtendum: illud scientes, quòd & in verbis non mediocre malum hippotyphia est. Proinde satius fuerit, sentẽtia tunc super equo incedẽte, expositionem seu dictionem humi iuxtà currere, ephippio adhærentem, vt ne à tergo relinquatur cursu præteructa. At verò & compositione vocum temperata, ac media quadam vtendũ est, ita vt neque nimiùm distrahãtur ac dissocientur (nam hoc asperũ foret) neq; rursum numerosè omnia, id quod pleriq; studentcõtinuentur. Alterum enim vitiosum, alterum autem auditoribus molestum est. Ipsæ verò res nõ vt fortè sese offerunt, ita construendę stastim sunt, sed diligenter ac laboriosè de iisdem sæpius etiam interrogare decet, ac maximè præsentem, & coràm intuentem. Quòd si autem hoc fieri nequeat, tum iis aduertere animum, qui syncerè & incorruptè magis narrare videbuntur, & quos putaueris minimum vel ad gratiam, vel odio detracturos aliquid, aut etiam addituros esse rebus gestis. Iámque etiam hic quispiam sit, qui & coniecturis colligere facilè, & quod probabilius fuerit, constituere possit: ac posteaquam iam omnia, aut etiam plurima collecta habuerit, principiò capita rerum, & quasi summarium aliquod contexat, delineétque corpus quoddam rude & informe, & nullis adhuc articulis expressum. Postea autem superaddito ordine, & formam inducat, & colorem dictione adhibeat, & singulis explicandis immoretur, & eadem numerositate quadam concinnet: & in summa, similem se tum gerat Homerico Ioui illi, qui nunc quidem equestrium Thracum terram aspicit, nunc autem rursum ad Mysorum terrã oculos deflectit. Eodẽ enim pacto & ipse nunc quidem ad res Romanorum seorsim aspiciat, indicétque nobis quales eæ apparuerint ex alto intuenti sibi: nunc autem rursum ad res Persarum se conuertat: postea etiam vtrosque pariter contempletur, putà cùm inter se pugna congressi fuerint. Etiam in ipsa acie non ad vnam tantùm partem respiciat, neque ad vnum aliquem equitem aut peditem, nisi Brasidas quispiam fuerit, qui de naui prosiliat, aut Demosthenes, qui scalas rescindat, & ascẽsum in terram prohibeat.

*Hippotyphiam Graeci pro ingenti fastu & nimia gloria affectatione accipiunt. Nam ἵππος in cõpositione auget, τῦφος autem superbiam & fastum significat.*

*Intelligit ea quæ in oppugnatione Pyli acciderũt: de quibus Thucydides, l. 4.*

καὶ ὡς ἔνι μάλιστα ὁμοιουμένην· μὴ ξενίζουσα δὲ, μηδ' ὑπὲρ τὸν ἵππον ἐνθουσιῶσα· κίνδυνος γὰρ αὐτῇ τὸ, τε μέγιστον παθεῖν, καὶ κατενεχθῆναι ἐς τὸν τῆς ποιητικῆς κορύβαντα, ὥστε μάλιστα πειστέον τῷ καθέτῳ τῷ χαλινῷ, καὶ σωφρονητέον, εἰδότας ὡς ἱπποτυφία τις, καὶ ἐν λόγοις πάθος οὐ μικρὸν λέγεται. ἄμεινον οὖν ἐφ' ἵππου ὀχουμένην τότε τῇ γνώμῃ, τῷ ἑρμηνείαν πεζῇ συμπαθεῖν, ἐχομένην τῆς ἐφιππίου, ὡς μὴ ἀπολείπηται τῆς φορᾶς. καὶ μίαν καὶ συνθήκην τῶν ὀνομάτων δὴ κρατοῦσαν καὶ μέσην χρηστέον, ὅτε ἄγαν ἀφεστᾶσα, καὶ ἀπηρτωμένα (τραχὺ γάρ) οὔτε ῥυθμῷ πᾶν ὀλίγον, ὡς οἱ πολλοὶ, συναπτόντα. ὃ μὲν γὰρ ἐπαίτιον, τὸ δ' ἀηδὲς τοῖς ἀκροωμένοις· τὰ δὲ πραγματα αὐτὰ, οὐχ ὡς ἔτυχε συντακτέον, ἀλλὰ φιλοπόνως καὶ παλαιπώρως πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν διανοεῖσθαι, καὶ μάλιστα μὲν παρόντα, καὶ ἐφορῶντα. εἰ δὲ μή, τοῖς ἀδεκαστοτέροις ἐξηγουμένοις προσέχοντα, καὶ οἷς εἰκάσειεν αὐτὸς, ἥκιστα πρὸς χάριν ἢ ἀπέχθειαν ἀφαιρήσειν, ἢ προσθήσειν τοῖς γεγονόσι, καὶ μᾶλλα ἤδη καὶ σοφιστικὸς τὶς, καὶ συνθετικὸς τῶν πιθανωτέρων ἔστω. καὶ ἐπειδὴ ἀληθείᾳ ἄπαντα, ἢ τὰ πλεῖστα, προῆται μὲν ὑπόμνημά τι συνυφαινέτω αὐτῶν, ἔτι σῶμα ποιείτω ἀκαλλὲς ἔτι, καὶ ἀδιάρθρωτον. εἶτα ὑπιθεὶς τὴν τάξιν, ἐπαγέτω τὸ κάλλος, καὶ χρωννύτω τῇ λέξει, καὶ χρηματιζέτω, καὶ ῥυθμιζέτω. καὶ ὅλως, ἐοικέτω τότε τῷ τῶ Ὁμήρου Διΐ, ἄρτι μὲν τῶν ἱπποπόλων Θρηκῶν γῆν ὁρῶντι, ἄρτι δὲ τὴν Μυσῶν. ἔτι γοῦν καὶ αὐτὸς, ἄρτι μὲν τὰ Ῥωμαίων ἴδια ὁράτω, καὶ δηλούτω ἡμῖν οἷα ἐφαίνετο αὐτῷ ἀφ' ὑψηλοῦ ὁρῶντι, ἄρτι δὲ τὰ Περσῶν, εἶτ' ἀμφότερα, εἰ μάχοιντο. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ παρατάξει, μὴ πρὸς ἓν μέρος ὁράτω, μηδ' ἐς ἕνα ἱππέα, ἢ πεζὸν, εἰ μὴ Βρασίδας τις εἴη προπηδῶν, ἢ Δημοσθένης ἀναλύπλων τὴν ὑπόβασιν.

ἐς τοὺς στρατηγοὺς μὴν τὰ πρῶτα, καὶ εἴ τι παρεκελεύσατο, καὶ ἐκεῖνο ἀκουέτω, καὶ ὅπως, καὶ ᾗ τινι γνώμῃ, καὶ ὁπηνοίᾳ ἔταξαν· ἐπειδὴν δὲ ἀναμιχθῶσι, κοινὴ ἔστω ἡ θέα, καὶ ζυγοστατείτω τότε, ὡσπερ ἐν τρυτάνῃ τὰ γιγνόμενα, καὶ σκοπιωκέτω, καὶ συμφλιγέτω, καὶ πᾶσι τούτοις μέσον ἐπέσθω, μὴ ἐς κόρον, μηδὲ ἀπειροκάλως, μηδὲ νεανικῶς, ἀλλὰ ῥᾳδίως ἀπολυέσθω· καὶ ἡνίκα σεσῶσθαι τοῦ ζώπυρου, ἐπὶ ἐκεῖνα μεταβαινέτω, ἵν' κατεπείγῃ· εἶτα ἐπανίτω λυθεὶς ὁπότ' ἂν σκῆνα καλῇ· καὶ πρὸς πόνους ἀσκείσθω, καὶ ὡς δύναται, ὁμοιοτρόπως· καὶ μεταπεσέσθω ἀπὸ Ἀρμενίας μὲν, εἰς Μηδίαν, ἐκεῖθεν δὲ ῥοιζήματι ἑνὶ, ἐς Ἰβηρίαν, εἶτα ἐς Ἰταλίαν, ὡς μηδενὸς καιροῦ ἀπολείποιτο, μάλιστα δὲ καθαρῷ ἐοικυίᾳ κατασκεύαζε τὴν γνώμην, ἀδόλῳ, καὶ σιλπνῷ, καὶ ἀκριβεῖ τοῦ κέντρου· καὶ ὁποίας ἂν δέξηται τὰς μορφὰς τῶν ἔργων, τοιαύτας καὶ δεικνύτω αὐτὰ, διάστροφον δὲ, ἢ κατάχρουν, ἢ ἑτεροχρῶμον, μηδέν· ἃ γὰρ οὐκ ἐν τοῖς ῥήτορσι γράφουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν λεκτέα ἐστὶν, καὶ εἰρήσεται· πέπρακται γὰρ ἤδη, δεῖ δὲ τάξαι, καὶ εἰπεῖν αὐτά· ὥστε, ἃ τί εἴπωσι ζητητέον αὐτοῖς, ἀλλ' ὅπως εἴπωσιν· ὅλως δὲ, νομιστέον τὴν ἰσοτέχναν συλλαφόντα, Φειδίαν ἢ Πραξιτέλη χεῖρα ἐοικέναι, ἢ Ἀλκαμένει, ἢ τῷ ἄλλῳ ἐκείνων. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ ἐκεῖνοι χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ἐλέφαντα, ἢ τὸν ἄλλον ὕλην ἐποίουν· ἀλλ' ἡ μὲν ὑπῆρχε, καὶ προυπεβέβλητο, Ἠλείων, ἢ Ἀθηναίων, ἢ Ἀργείων πεποιησμένων· οἱ δὲ ἔπλαττον μόνον, καὶ ἐκόσμουν τὸν ἐλέφαντα, καὶ ἔξεον, καὶ ἐκόλλων, καὶ ἐῤῥύθμιζον, καὶ ἐπήνθιζον τῷ χρυσῷ. καὶ τοῦτο ἦν ἡ τέχνη αὐτῶν, ἐς δέον οἰκοδομήσασθαι τὴν ὕλην. τοιοῦτον δή τοι καὶ τὸ τῆς συλλαφέως ἔργον, εἰς καλὸν ἀφανθέσθαι τὰ πεπραγμένα, καὶ εἰς δύναμιν ἐναργέσατα ὑποδεῖξαι αὐτά. καὶ ὅταν τις ἀκροώμενος οἴηται, μὴ ταῦτα ὁρᾷν τὰ λεγόμενα, καὶ μὴ τοῦτο ἐπαινῇ, τότε δὴ τότε ἀπηκρίβωται, καὶ τὸν οἰκεῖον ἔπαινον ἀπείληφε τὸ ἔργον, τοῦ τῆς ἰσοτέχνου Φειδίου.

Ac duces quidem primùm omnium intueatur, & si quid hortati fuerint, illud quoque audiat, & quomodo, & qua sententia atque consilio aciem instruxerint, videat. Postquam autem iam manus consertæ fuerint, communis vtriusque partis contemplatio fit, ac tum velut in trutina appendat & examinet ea quæ geruntur, simúlque & persequatur fugientes, & fugiat cum cedentibus. At omnibus hisce modus quispiam adhibeatur, ne ad satietatem vsque, néve ineptè, néve etiam iuueniliter progrediatur, sed cum facilitate quadam absoluat sese. Atque his hîc alicubi subsistere iussis, ad illa transgrediatur, si festinat. Deinde rursũ huc redeat, absolutus atque paratus futurus quandocunque illa reuocauerint. Ac ad omnia festinet, & quatenus fieri potest, eadem tempora omnibus tribuat, transuolétque ex Armenia quidem in Medos, hinc autẽ curriculo vno in Iberiã, inde in Italiam, ita vt nullam occasionem prætermittat. Præcipuè autem speculo similem animũ gerat, liquido videlicet ac splẽdido, & qui centrum accuratè impressum habeat, & qualescunque operum formas receperit, tales easdem etiam spectandas exhibeat. peruersum autẽ & obtortum, aut colore diuersum, aut specie mutatum nihil reddat. Nõ enim perinde ac oratoribus scribunt, sed ea quidẽ quæ dici debent, sunt, & mox dicentur: facta enim iam sunt: cæterũ ordinare oportet & exponere ipsa. Quare non quid dicãt, quærendum ipsis est, sed quomodo dicant. Prorsus autem putandum est, eum qui historiam scribit, Phidiæ, aut Praxiteli, aut Alcameni, aut alteri cuipiam illorum similem esse oportere. Non enim neque illi aurum, aut argentum, aut ebur, aut aliam materiam faciebãt, sed illa antea præexistebat, & quasi ad eam rẽ præparata erat, suppeditantibus illam Eleis, aut Atheniẽsibus, aut Argiuis: illi verò fingebant tantùm & secabant ebur, & poliebant, & conglutinabant, & concinnabant, atque auro incrustabant. Et hoc artis illorum erat, materiam videlicet cõmodè exædificare. Idẽ fermè igitur & historici opus est, vt videlicet ea quæ facta sunt, bene ac rectè cõponat, & quàm fieri potest clarissimè spectanda exhibeat. Ac quando is qui ea sic scripta recitari audiuit, putat se postea etiam videre quę dicta sunt, atque inde ea laudat: tum demum opus hoc exactũ & absolutum erit, propriámq; ac verã laudẽ historico illi Phidiæ siue artifici suo retulit.

Porrò omnibus iam ita adornatis atque paratis, etiam absque proœmio interim exordiri licebit, quando videlicet non admodum vrget ac postulat ipsa res præoccupari quædam, & quasi ad futurum opus præfatione aliqua pręparari. Potentia verò seu tacitè etiam tunc proœmio vtetur, indicante videlicet ac manifestum faciente de quibus rebus dicendum sit. Quando autem etiam apertè proœmio vtetur, à duabus rebus tantùm exordium sumat, nõ vt rhetores à tribus, sed beneuolentię loco prætermisso, attentionem & docilitatẽ pariat auditoribus. Aduertent enim ipsi animũ, si ostenderit quàm de magnis, aut necessariis, aut ad ipsos pertinẽtibus, aut vtilibus deniq; rebus dicturus sit. Docilia autem & plana posteriora faciet, si causſas pręmittet, ac rerum quę gestę sunt, capita ac summas quasdam pręscribet. Atque huiusmodi proœmiis optimi historiarũ scriptores vsi sunt: vt Herodotus quidem, ne res gestę longinquitate temporis interirent, magnę adeò, & admiratione dignę, & prętereа Gręcorũ victorias & barbarorum clades declarantes, &c. Thucydides autẽ quòd magnum etiã ipse bellum illud futurum existimaret, & memorabile maximè, & maius quàm omnia ea quę antea gesta fuissent. Magnum autem proœmiũ erit, quando rebus ęquale & consonum erit, siue productũ fuerit, siue abbreuiatum. Trãsitio verò ad narrationem mollis ac placida sit. Nam omnino omne reliquum corpus historiæ, longa quædam narratio est: quare & narrationis virtutibus exornari debet, leniter atque ęqualiter procedens, atque ipsa sui similis, ita vt neque extet alibi, neque hiatus aut concauitates aliquas habeat. Deinde & perspicuitas eluceat, dictione (quemadmodum dixi) & complexione rerum adornata. Absoluta enim & perfecta omnia faciet: & primo ad finem perducto, mox secundum inferet continuatum illi, & in morem catenæ coaptatum, vt neque pertusum aut interruptum sit, neque narrationes plures mutuò sibi adiacere videantur, sed semper quod primum est, secundo non modò vicinum ac proximum sit, verumetiam cum eo communicet, & per extrema commisceatur. Breuitas in omnibus vtilis est, & maximè si non inopia quædam fuerit rerum dicendarum. Et hanc suppeditari oportet non tam à nominibus ac verbis, quàm ex ipsis rebus.

A πάντων ὑπῆρξε προεσκευασμένων, καὶ ἀπροσδοκήτως ἐπιφανῆναι τοῖς πολεμίοις ποιήσεται τὴν ἀρχήν, ὅταν μὴ πάνυ κατεπείγῃ ὁ πρᾶγμα, προεξεργάσασθαί τι ἐκ τοῦ παρεσκευασμένου δυνάμει δὲ καὶ ὅτε φθάνειν χρήσεται, τοῦ ἀπροσδοκήτου τῶν πολεμίων. ὁπότε δὲ καὶ φθάνειν, ἀπὸ δυοῖν μόνοιν ἄρξεται, οὐχ ὥσπερ οἱ ῥήτορες ἀπὸ τριῶν, ἀλλὰ ὃ τῆς εὐνοίας πρῶτον, προσοχὴν ἢ εὐμάθειαν εὐποιήσῃ τοῖς ἀκούουσι. προσέξουσι μὲν γὰρ αὐτῷ, ἐὰν δείξῃ ὡς περὶ μεγάλων, ἢ αἰσχρῶν, ἢ οἰκείων, ἢ χρησίμων ἐρῇ. εὐμαθῆ δὲ καὶ σαφῆ τὰ ὕστερα ποιήσῃ, ταῖς αἰτίας προεκτιθέμενος, καὶ προδιορίζων τὰ κεφάλαια τῶν λεχθησομένων. τοιούτοις προοιμίοις οἱ ἄριστοι τῶν συγγραφέων ἐχρήσαντο· Ἡρόδοτος μὲν, ὡς μὴ τὰ γενόμενα ἐξίτηλα τῷ χρόνῳ γένηται, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ὄντα, καὶ ταῦτα, νίκας Ἑλληνικὰς δηλούμενα, καὶ πόλεις βαρβαρικάς· Θουκυδίδης δὲ, μέγαν τε καὶ αὐτὸς ἐλπίσας ἔσεσθαι, καὶ ἀξιολογώτατον, καὶ μείζω τῶν προγεγενημένων, ἐκεῖνον τὸν πόλεμον· καὶ γὰρ παθήματα ἐν αὐτῷ μεγάλα ξυνέβη γενέσθαι. μέγα δὲ τὸ προοίμιον ἀπάλογον τοῖς πράγμασιν, ἢ μικρυνόμενον, ἢ βραχυνόμενον· εὐαφὴς δὲ καὶ εὐάγωγος ἔσται ἡ ὅπη τῶν διηγήσιν μετάβασις. ἅπαν γὰρ ἀτεχνῶς τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἱστορίας, διήγησις μακρά ἐστιν· ὥστε ταῖς τῆς διηγήσεως ἀρεταῖς κατακεκοσμήσθω, λείως τε καὶ ὁμαλῶς προϊοῦσα, καὶ αὐτὴ ὁμοίως, ὥστε μὴ προσῦχλιν, μήτε χαλαίνεσθαι. ἔπειτα τὸ σαφὲς ἐπιδεικνύτω τῇ λέξει, ὡς ἔφην, μεμηχανημένον, καὶ τῇ συμπλοκῇ τῶν πραγμάτων. ἀπόλυτα γὰρ καὶ τετελῆ πάντα ποιήσει, καὶ τὸ πρῶτον ἐξεργασάμενος, ἐπάξει τὸ δεύτερον ἑπόμενον αὐτῷ, καὶ ἀλύσεως δίκην συνηρμοσμένον, ὡς μὴ διακεκόφθαι, μηδὲ διηγήσεις πολλὰς εἶναι, ἀλλήλαις προσκειμένας, ἀλλ' ἀεὶ τὸ πρῶτον τῷ δευτέρῳ, μὴ γειτνιᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν, καὶ διακεκρῶσθαι κατὰ τὰ ἄκρα, τάχος ὅτι πᾶσι χρήσιμον, καὶ μάλιστα εἰ μὴ ἀπορία τῶν λεκτέων εἴη. ἐς τοῦτο προεῖσθαι χρὴ μὴ τοσοῦτον ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἢ ῥημάτων, ὅσον ἀπὸ τῶν πραγμάτων.

λέγω δὲ εἰ παρελθοις μὴ τὰ μικρὰ καὶ ἧττον A
ἀναγκαῖα, λέγοις δ' ἐκφανῶς τὰ μεγάλα· μᾶλλον δὲ καὶ παραλειστέον πολλά. σοὶ γὰρ ἴσως τοῖς φίλοις, καὶ παρὰ τῶν προσκυσαμένοις, ἀλλὰ τοῦτο οὐ μέσοις πῖς πέμμασι, καὶ ὄρνισι, καὶ λοπάσι τοσαύταις, καὶ συσὶν ἀγρίοις, καὶ λαγωοῖς, καὶ ὑποδασυπρίοις, καὶ φασιανοῖς ἀθήσεις, καὶ ἔντερα, εἴ τι κἀκεῖνο παρεσκύασο· ἀμελήσεις δὲ τῶν βυτελεστέρων. μάλιστα δὲ σωφρονητέον ἐν ταῖς τῶν ὀρῶν, ἢ τειχῶν, ἢ ποταμῶν ἐρημωσίαις, ὡς μὴ δύναμιν λόγων ἀπειροκάλως παρεπιδείκνυσθαι δοκοίης, καὶ ὃ σαυτῷ δρᾶν, παρὲς τὴν ἱστορίαν, ἀλλ' ὀλίγον παρασαλεύσας, τὸ χρησίμου καὶ σαφοῦς ἕνεκα, μεταβήσῃ, σκυφιῶν τὸν ἰξὸν τὸν ἐν τῷ πράγματι, καὶ τὴν τοιαύτην ἅπασαν λιχνείαν, ἧς ὁρᾷς τι καὶ Ὅμηρος ὡς μεγαλόφρων ποιῶν· καίτοι ποιητὴς ὤν, παρελθεῖν τὸν Ταντάλον, καὶ τὸν Ἰξίονα, καὶ Τιτυὸν, καὶ τοὺς ἄλλους. εἰ δὲ Παρθένιος, ἢ Εὐφορίων, ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οἰῷ ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἤγαγε παρὲς τὸ χεῖλος τῷ Ταντάλῳ ἠναγκε; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισε; μᾶλλον δὲ ὁ Θουκυδίδης C
αὐτὸς, ὀλίγα τῷ τοιούτῳ εἴδει τῆς λόγου χρησάμενος, σκέψαι ὅπως θᾶττον ἀφίσεται, ἢ μηχάνημα ἐρμηνεύσας, ἢ πολιορκίας σχῆμα δηλώσας ἀναγκαῖον, καὶ χρήσιμον ὄν; ἢ ἔτι πόλεων σχῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμένα. ὅταν μὲν γὰρ τὸν λοιμὸν διηγῆται, καὶ μακρὸς εἰ δοκῇ, σὺ τὰ πράγματα σκόπησον· εἴση γὰρ οὕτω τὸ πάχος, καὶ ὡς φθάνοντος ὅλως ὑπολαμβάνεται αὐτοῦ τὰ χαλεπώτατα, πολλὰ ὄντα· ἐὰν δέ ποτε καὶ λόγοις ἐφικνῆται τινα δεήσῃ εἰσάγειν, μάλιστα μὲν ἐοικότα τῷ D
προσώπῳ, καὶ τῷ πράγματι, οἷς ἁρμόττει λέγεσθαι· ἔπειτα, ὡς ἁφέστατα καὶ ταῦτα πλάττειν ἐφεῖται σοι τότε καὶ ῥητορεύσαι, καὶ ὑποδείξαι τὴν τῶν λόγων δεινότητα. ἔπαινοι μὲν γὰρ ἢ ψόγοι, πάνυ πεφεισμένοι, καὶ προεσκεμμένοι, καὶ ἀσυκοφάντητοι, καὶ μετὰ ἀποδείξεων, καὶ ταχεῖς, καὶ μὴ ἀναμενοῦσι, ἐπεὶ ἔξω τοῦ δικαστηρίου σκῆνοί εἰσι. καὶ τὴν αὐτὴν Θεοπόμπῳ αἰτίαν ἔξεις,

Dico autem, si præteruehàris cursu ea quidem quæ parua sunt & minùs necessaria, exponas autem & explices copiosè ea quæ sunt magna. Imò verò & prætermittenda multa. Neque enim si conuiuio accipias amicos, atque omnia apparata fuerint, ob hoc inter media bellaria, & auiculas, & patinas tam multas, & sues feros, & leporina, & sumina vel vuluas, saperdam quoque appones, & pulmentum, etiam si & illud apparatum & coctum habeas: sed quæ viliora sunt, missa facies. Maximè autem temperantia quædam adhibenda est in descriptionibus montium, aut murorum, aut fluuiorum, vt ne vim ac potestatem verborum inceptè ac præter rem ostentare velle videaris, tuúmque ipsius negotium agere, historia omissa, sed modicè adhibitis illis, vtilitatis & perspicuitatis tantùm gratia, mox inde digrediaris, viscо seu glutino quod in hac re est, atque vniuersa tali gulositate euitata: quemadmodum & Homerus, vtpote magnanimus, fermè, vt vides, facit. Quanquam enim poëta est, prętercurrit tamen Tantalum, & Ixionem, & Tityum, & reliquos. At si Parthenius, aut Euphorion, aut Callimachus eadem tractaret, quàm multis putas versibus aquam ad vsque labia Tantali adduxisset? deinde quàm multis idem Ixionem volutasset? Quin & Thucydides ipse modicè hac orationis figura vsus, vide quàm mox ab eadem iterum recedat, quoties videlicet aut machinamentum aliquod exponit, aut obsidionis speciem, quæ necessaria atque vtilis sit, declarat, aut etiam ciuitatum formas, aut Syracusanum portum describit. Nam cùm pestem illam narratione prosequitur, atque etiam longior esse videtur, tum ipsas res considera: cognoscès enim hoc pacto breuitatem, & vt fugientem illum res gestæ tum apprehendant ac retineant, vt quæ multæ sint. Quòd si quando autem & dicentem aliquem introducere opus erit, curandum est vt maximè personæ decora, & rei cõuenientia ac propria dicat, deinde vt quàm planissimè etiã hæc. Nisi quòd tibi permittitur tunc rhetoricari quoque, & ostẽtare verborum & orationis grauitatẽ. Nam laudes quidem aut reprehensiones, omnino parcæ, & circũspectæ, & calũniis minimè obnoxię, prętereа & cum demõstratione quadam, & breues & non intẽpestiuæ texendæ sunt. Nam extra iudicium ac forũ illi sunt de quibus hæc dicuntur. Alioqui in eandem cum Theopompo culpam incurres,

*Modus in descriptionibus adhibendus.*

qui inuidiosè nimis accusat plurimos, & eam rem in studiũ & exercitationẽ quandã vertit, vt accusare magis, quàm historiæ tradere res gestas videatur. Iã verò & fabula si qua fortè incidat, dicenda quidẽ erit, non tamen credenda omnino, sed in medio relinquenda iis qui quoquo modo volent, coniecturã de ea facturi sint. Tibi verò extra periculũ sit, neque in hanc vel in illam partẽ magis inclinet. In vniuersum autem illud memineris (sæpius autem idem dico) & non ad præsens solùm tempus respiciens scribas, vt ij qui nunc sunt, te laudent, & honoribus afficiant: sed in omne æuum intentus, illis potiùs qui in posterum victuri sunt, historiam componas, atque ab illis mercedem scriptionis deposcas, vt dicatur & de te aliquando: Ille verò vir liber fuit, & ad dicendum fiducia plenus, nihil neque adulatorium, neque seruile, sed veritatem in omnibus secutus. Atque hoc, si quis modestè sapiat, ante omnes præsentium spes merito ponat, breues adeò ac momentaneas existentes. An non vides Gnidium illum architectum, cuiusmodi fecerit? Cũ enim extruxisset illam in Pharo turrim, maximum atque pulcherrimum operum omnium, vt ex ea faces incensæ nauigantibus viam dirigerent in multũ vsque maris, & ne deferrentur illi in Parætonium, locum omnino (vt aiunt) periculosum, & vnde non facilè redire atque effugere licet, si quis intra angustias ac septa illius delatus fuerit: Hoc igitur opus postquã exædificasset, intus quidem in saxis suum ipsius nomen inscripsit, supernè autẽ calce illita, atque ita priore inscriptione occultata, nomẽ eius qui tum regnauit, superinscripsit, ratus (id quod & euẽnit postea) paruo admodum tempore futurum esse vt literæ istæ foris inscriptę, vnà cum calce illita recíderent & euanescerẽt, appareret autem interior titulus, hic videlicet: SOSTRATVS DEXIPHANIS filius, Gnidius, Diis seruatoribus, pro salute nauigantiũ, &c. Hoc pacto neque hic ad illud tẽpus quod tum erat, neq; ad vitã suam, quę modica ac breuis erat, respiciebat, sed ad hoc præsens: & in perpetuum, donec turris ea superstes futura est, ars quoque illius manebit. Oportet igitur & historiã eodem modo componi, cum veritate magis in futuram spem, quàm cum adulatione ad gratiam & dulcedinem iis qui eam in præsentia nunc laudãt. Atque hæc tibi regula & amussis historię iustę.

*Debiscturi vide Strabonẽ lib. 17. Fuit autem Paratonium locus paulo supra Alexandriã, versùs Libyam. vt Plinius ait.*

φιλαπεχθημόνως κατηγορεῶντι τῶν πλείστων, καὶ ἀφορτιεῖσθαι ποιουμένῳ τὸ πρᾶγμα, ὡς κατηγορεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν τὰ πεπραγμένα. καὶ μὴν καὶ μῦθος εἴ τις παρεμπέσοι, λεκτέος μέν, ἀ μὴν πιστὸς πάντως, ἀλλ' ἐν μέσῳ θετέος τοῖς ὅπως αὐ ἐθέλουσιν, εἰκάσουσι παρ' αὐτῶν σοὶ δ' ἀκίνδυνος, καὶ πρὸς ὁπότερον ὁπερρέπεις. Ὁ δ' ὅλον, ἐκείνου μοι μέμνησο, (πολλάκις δ' αὐτὸ ἐρῶ) καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν ἐπαινέσωνταί σε, καὶ τιμήσουσιν, ἀλλὰ τῷ σύμπαντος αἰῶνος ἐσομένῳ, πρὸς τοὺς ἔπειτα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ παρ' ἐκείνου ἀπαίτει τὸν μισθὸν τῆς γραφῆς, ὡς λέγηται καὶ περὶ σοῦ, ἐκεῖνος μέντοι ἐλεύθερος ἀνὴρ ἦν, καὶ παῤῥησίας μεστὸς, οὐδὲν οὐδὲ κολακευτικὸν, οὐδὲ δολοφερπές, ἀλλ' ἀληθὲς ὅτι πᾶσι. τοῦτ' εἰ σωφρονοίη τις, ὑπὲρ πάσας τὰς νῦν ἐλπίδας θείτο ἀεί, οὕτως ὀλιγοχρονίους οὔσας. ὁρᾷς τὸν Κνίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα, οἷ ἐποίησεν; οἰκοδομήσας γὰρ τὸν ὅτι τῇ Φάρῳ πύργον, μέγεθος καὶ κάλλιστον ἔργων ἁπάντων, ὡς πυρσεύοιτο ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ναυτιλλομένοις, ὅτι πολὺ τῆς θαλάττης, καὶ μὴ καταφέροιντο εἰς τὴν Παραιτονίαν, παγχάλεπον, ὡς φασιν, οὖσαν, καὶ ἄφυκτον, εἴ τις ἐμπέσοι εἰς τὰ ἕρματα. οἰκοδομήσας οὖν ὁ ἔργον, ἔνδοθεν μὲν κατὰ τῶν λίθων τὸ αὐτοῦ ὄνομα ἐπέγραψεν, ὑπαχρίσας δὲ πάνω, καὶ ὑπικαλύψας, ἐπέγραψε τοὔνομα τοῦ τότε βασιλεύοντος, εἰδὼς ὅτι καὶ ἐγένετο, πολὺ ὀλίγου χρόνου συνεκπεσούμενα μὲν τῷ χρίσματι τὰ γράμματα, ἐκφανησόμενον δὲ, ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ Κνίδιος, θεοῖς σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλοιζομένων. οὕτως ἀεὶ ἐκεῖνος ἐς τὸν τότε χαιρὸν, οὐδὲ τὸν αὐτοῦ βίον τὸν ὀλίγον ἐώρα· ἀλλ' εἰς τὸν νῦν, καὶ τὸν ἀεὶ, ἄχρις οὗ ἑστήκῃ ὁ πύργος, καὶ μένῃ αὐτοῦ ἡ τέχνη. χρὴ τοίνυν καὶ τὴν ἱστορίαν οὕτω γράφεσθαι σοὶ τῷ ἀληθεῖ μᾶλλον πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐλπίδα, ἢ πρὸς τὴν κολακείαν πρὸς τὸ ἡδὺ τοῖς νῦν ἐπαινουμένοις. οὗτός σοι κανὼν καὶ στάθμη ἱστορίας δικαίας.

καὶ εἰ

καὶ εἰ μὴ σαθμήσονταί τινες αὐτῆ, δῦ αὖ ἔχοι, καὶ εἰς δέον ἡμῖν γέγραπται· εἰ δὲ μή, κακύλισαι ὁ πίθος ἐν Κρανίῳ.

A Qua quidem si qui examinando ac perpendendo vtentur, bene res habet, & commodùm hæc à nobis scripta sunt: sin minùs, volutatum est in Cranio dolium.

---

## ΑΛΗΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

## HISTORIÆ VERÆ LIBER PRIMVS.

### ARGVMENTVM.

*Vt suprà Historiæ præcepta & regulas tradidit, ita in his duobus libris exemplum eiusdem proponit, non quidem rerum verè gestarum, sed fictarum: simul vt formam aliquam operis, ceu videtur, proponeret, simul vt animos à rebus seriis auocatos, paulisper reficeret & delectaret. Quid autem in his narrationibus potissimùm spectandum sit, nempe qua occasione, quóve consilio argumentum hoc tractarit, ipse in præmio exponit.*

ΩΣ περ τοῖς ἀθληπικοῖς καὶ περὶ τὸ τοῦ σώματος ὑπερμεμελημένοις ἀσκημόσυνοι, ὑ τῆς εὐεξίας μόνον, οὐδὲ τῶν γυμνασίων φροντίς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπὶ χρόνον γιγνομένης ἀνέσεως, μέρος γοῦν τὸ ἀσκήσεως ὃ μέγιστον αὐτοῖς ὑπολαμβάνουσιν· ὕτω δὴ καὶ τοῖς περὶ λόγους ἐσπουδακόσιν ἡγοῦμαι πρέπειν μετὰ τὴν πολλὴν τῶν σπουδαιοτέρων ἀναγνωσιν, αὐχμηράς τε τὰς διανοίας, καὶ πρὸς τὸν ἑπόμενα κάματον ἀκμαιοτέρας παρασκευάζειν. μάλιστα δ' ἂν ἐμμελὴς ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῖς, εἰ τοῖς τοιούτοις τῶν ἀναγνωσμάτων ἐμμελοῖεν, ἃ μὴ μόνον ἐκ τοῦ ἀσπίου τε καὶ ἀχρείου φιλίαν πρόξει τινὰ ψυχαγωγίαν, δηλά τινα καὶ θεωρίαν οὐκ ἄμουσον ὑποδείξεται, οἷόν τι καὶ περὶ τῶνδε τῶν συγγραμμάτων φρονήσειν ὑπολαμβάνω. ὑ γὰρ μόνον ὃ ξένον τῆς ὑποθέσεως, οὐδὲ ὃ χαρίεν τῆς προαιρέσεως ἐπαγωγὸν ἕξειν αὐτοῖς, οὐδ' ὅτι ψεύσματα ποικίλα, πιθανῶς τε καὶ οὐκ ἀληθῶς ἐξενηνόχασιν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ἱστοριογράφων ἕκαστον οὐκ ἀκωμῳδήτως πρός τινα ἢ νῦν τῶν παλαιῶν ποιητῶν τε, καὶ συγγραφέων, καὶ φιλοσόφων, πολλὰ τερατεύσια καὶ μυθώδη συγγεγραφότας· ὃς καὶ ὀνόματι ἀνέγραφον, εἰ μή τι αὐτῷ σοι ἐκ τῆς ἀναγνώσεως φανερὸν ἔμελλε. Κτησίας ὁ Κτησιόχου, ὁ Κνίδιος, συνέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, ἃ μήτε αὐτὸς εἶδε, μήτε ἄλλου εἰπόντος ἤκουσεν. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμβοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ,

B MOs est athletarum, ac eorum qui summa diligentia corpus exercent, non modò bonæ habitudinis ac exercitationis habere rationem, verumetiam (quod magnam exercitationis vim habere arbitrantur) nonnunquã remissioni corporis acquiescere. Idem literarum studiosis fieri oportere censeo, vt cùm grauibus ac seriis legendis defatigati fuerint, ad animi laxamentum aliquantisper declinent, donec ad futurum C laborem robustiores ac vegetiores efficiantur. Maximum verò ex hoc otio atque quiete fructum caperent, si talium rerum lectioni vacarent, quæ non modò tenuem ac ieiunam, verùm neque rudem neque inconcinnam speculationem præ se ferent, quale quiddam & de his scriptis sensuros suspicor. Neque enim solùm materiæ nouitas atque festiuitas, neque id quòd multa ac varia mendacia verisimiliter ac probabiliter confingunt, eos ad legendum alliciet, verùm id præcipuè, quòd omnis fermè narratio D neminem ex antiquis aut poëtis aut historicis aut philosophis, qui monstrosa quædam, & fabulis similiora quàm veris, literis mandarunt, sine morsu reprehensionis prætermisit. Quorum quidem omnium nomina subiecissem, nisi ea tibi ex ipsa lectione perspicua & manifesta fore intelligerem. Ctesias enim Ctesiochi filius Cnidius mira quædam de Indorum regione conscripsit, atque ea quidem quę neque ipse audiuerat, neque ab alio qui vera narraret, acceperat. Iãbulus quoque de his quæ in mari magno sunt,

*Ctesias historicus.*

*Iambulus.*

multa præter fidem ac opinionem hominum suis libris inseruit, omnibus quidem apertum commentus mendacium, non tamen insuauis materiæ cõpositor. Multi præterea hos imitati in eadem ratione scribendi versati sunt, qui errores suos ac peregrinationes, ac immensa beluarum corpora, & feritates hominum, & inusitatos mores enarrarunt. Huius verò scurrilitatis artifex & inuentor extitit Homericus ille Vlysses, qui apud Alcinoum ventorum seruitutem, & vnoculos crudáque vorantes homines, & multorum capitum animalia, sociósq; meretricum veneficiis permutatos, multáque monstris similia rudi Phæacum populo est emẽtitus. In quæ quidem cùm incidissem, non multum sanè his ob mendacium succensebam, quum hoc genus sermonum ab his qui se philosophos esse profitẽtur, vsurpari viderem: illud verò non parum in eis admiratus sum, si quum falsa dicerent, id alios latere existimarent. Quapropter & ipse præ rerum nouarum studio, volens posteris aliquid relinquere, ne solus expers sim libertatis in fabulis dicendis (nihil enim memoratu dignum, quod verè narrare possem, mihi contigerat) ad mendacium me transtuli, atque, vt mea quidem fert opinio, multo tolerabilius quàm cæteri. Nam quum hoc ipsum quòd mentior, verè dicam, idcirco me aliorum reprehensiones iure ac meritò effugere existimaui, quoniam nihil me veri narraturum polliceor. Ea igitur scribo, quæ neque ipse vidi, neque passus sum, neque ab aliis audiui, quæ præterea omnino nõ sunt, neque ab initio esse potuerunt. Quare qui hæc legerit, nullam his fidem adhibeat oportet. Egressus olim ab Herculeis columnis, & in occidẽtalem Oceanum delatus, secundis quidem ventis nauigabam. Causa autem peregrinationis & argumentum, animi curiositas, & nouarum rerum desiderium, quódque scire cupiebam qui sit Oceani finis, quíque homines vltra Oceanum inhabitent. Huius igitur gratia commeatum & supellectilem multam impositi, aquæque quantum satis erat, ac coætaneos quinquaginta eiusdem animi mecum adiunxi, & armorum copiam paraui, gubernatoremque optimum magno pretio conducens accepi in nauem. Erat autem nauis mediocris, ad magnam atque violentam nauigationem robusta.

*Vlysses Homericus.*

*Narrationis initiũ.*

πολλὰ παρὰ δόξαν γνώσεσιν μὲν ἅπασι τοῖς ψεύδεσι πλανᾶσθαι, οὐκ ἀτέρπη δὲ ὅμως σοφιστὴν τὸν ἀληθέστατον. πολλοὶ δὴ καὶ πάλαι τὰ αὐτὰ τούτοις παρελθόντες, συνέγραψαν, ὡς δὴ ἰναυσίας ἑαυτῶν πλάνας τε, καὶ ἀποδημίας, θηρίων τε μεγέθη ἱστορίαις τε, καὶ ἀνθρώπων ὠμότητας, καὶ βίων καινότητας. ἀρχηγὸς δ' οὖν τῆς καὶ διδασκάλος τοιαύτης κωμῳδίας, ὁ τὸν Ὁμήρου Ὀδυσσέα, τὸν παρὰ τὸν Ἀλκίνοον διηγούμενος, ἀνέμων τε δουλείαν, καὶ μονοφθάλμους, καὶ ὠμοφάγους, καὶ ἀγέλας τινὰς ἀνθρώπων. ἔτι δὲ πολυκέφαλα ζῷα, καὶ ταῖς ἀπὸ φαρμάκων τῶν ἑταίρων μεταβολαῖς οἷα πολλὰ ἐκεῖνος πρὸς ἰδιώτας τοὺς Φαίακας ἐτερατεύσατο. ταῦτα μὲν οὖν συγγνώμης ἅπαντα τυγχάνει, ὅτι γε σοφόδρα τοὺς ἄνδρας ἐμεμψάμην, ὁρῶν ἤδη σοφοὺς ὄντας τοῦτο τοῖς φιλοσοφίαν ὑπισχνουμένοις. ἐκεῖνο δ' αὐτῶν ἐθαύμασα, εἰ ἀνόμισαν λήσειν ὡς ἀληθῆ συγγράφοντες. διόπερ καὶ αὐτὸς ἀπὸ καινοδοξίας ἀπολιπεῖν τι ἀπούδασας τοῖς μεθ' ἡμᾶς, ἵνα μὴ μόνος ἀμοιρῶ τῆς τοῦ μυθολογεῖν ἐλευθερίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀληθὲς ἱστορῆσαι εἶχον (οὐδὲν γὰρ ἐπεπόνθειν ἀξιόλογον) ὅτι τοῦ ψεύδους ἐπεθύμουν, πολλῷ τοῦ ἀληθοῦς βέλτιον. καὶ ἐν μὲν δὴ τούτῳ ἀληθεύων λέγω, ὅτι ψεύδομαι, ὅταν δ' αὖ μοι δοκῶ καὶ τοῦ ψεύδους τῶν ἀληθῶν κατηγορεῖαν ἐκφυγεῖν, αὐτὸς ὁμολογῶν μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτ' εἶδον, μήτ' ἔπαθον, μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην· ἔτι δὲ μηδ' ὅλως ὄντων, μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων. διὸ δὴ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδαμῶς πιστεύειν αὐτοῖς. ὁρμηθεὶς γάρ ποτε ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν, καὶ ἀφεὶς ἐς τὸν ἑσπέριον Ὠκεανόν, ἐρρίπτουν ἀνέμῳ τὸν πλοῦν ἐποιούμην. αἰτία δέ μοι τῆς ἀποδημίας, καὶ ὑπόθεσις, ἡ τῆς διανοίας περιεργία, καὶ περισσῶν καινῶν ἐπιθυμία, καὶ ὃ βούλεσθαι μαθεῖν ὅ, τι τὸ τέλος ἐστὶ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τίνες οἱ πέραν κατοικοῦντες ἄνθρωποι. τούτου τοίνυν ἕνεκα, πάμπολλα σῖτα ἐνεβαλόμην, ἱκανὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἐνεθέμην, πεντήκοντα δὲ τῶν ἡλικιωτῶν παρεσκευασάμην, τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντας· ἔτι δὲ καὶ ὅπλων πολύ τι πλῆθος παρεσκευασάμην, καὶ κυβερνήτην τὸν ἄριστον μισθῷ μεγάλῳ πεισας, παρέλαβον, καὶ τὴν ναῦν, ἁκάτου δὲ λόγος, ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκεκτήμεθα.

ἰέμεθα μὲν οὖν καὶ νύκτα ἐπὶ τῷ αὐτῷ πλέοντες, ἔτι τῆς γῆς ὑποφαινομένης, ὑ σφόδρα βιαίως ἐφερόμεθα· τῇ ὑστεραίᾳ ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι, ὅ, τε ἄνεμος ἐπεδίδου, καὶ τὸ κῦμα ἠυξάνετο, καὶ ζόφος ἐπεγίνετο, καὶ οὐκ ἔτ' οὐδὲ στεῖλαι τὸ ὀθόνιον δυνατὸν ἦν. ὑπερέφαντες οὖν τῷ πυθμένι, καὶ προσδόντες αὐτοῖς, ἐχόμεθα ἡμέρας ἑπτὰ, καὶ ἑβδομήκοντα, τῇ ὀγδοηκοστῇ δὲ, ἄφνω ἐπιλάμψαντος ἡλίου, καθορῶμεν ὑ πόρρω νῆσον ὑψηλὴν, καὶ δασεῖαν, ὑ πάχει προσηνεγκαμένην τῷ κύματι· καὶ γὰρ ἤδη τὸ πολὺ τῆς ὕλης κατεπαύετο. προσχόντες οὖν, καὶ ἀποβάντες, ὡς μὴ οὐ μακρᾶς παλαιότητος πολὺν μὲν ὑπὲρ τῆς γῆς χρόνον ἐκείμεθα. διαναστάντες δὲ ὅμως, ἀπεκρίναμεν ἡμῖν αὐτοῖς τριάκοντα μὲν φύλακας τῆς νεὼς καταμεῖναι, εἴκοσι δὲ σὺν ἐμοὶ ἐπελθεῖν ὑπὲρ κατασκοπῆς τῶν ἐν τῇ νήσῳ. προσελθόντες οὖν ὡσὲὶ σταδίους τρεῖς ἀπὸ τῆς θαλάττης διὰ ὕλης, ὁρῶμεν πύλας λίθου χαλκοῦ πεποιημένας, Ἑλληνικοῖς γράμμασι κατακεχαραγμένας, ἀμυδροῖς δὲ, καὶ ἐκτετριμμένοις, λέγουσαν, Ἀγεῖ τούτων Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος ἀφίκοντο· ἦν δὲ καὶ ἴχνη δύο πλησίον ὑπὲρ πέτρας, ὃ μὲν, πλεθριαῖον, τὸ δ' ἔλαττον, ἐμοὶ δοκεῖν· ὃ μὲν, τοῦ Διονύσου ὃ μικρότερον, μᾶλλον δ', Ἡρακλέους. προσκυνήσαντες οὖν, προῆμεν. οὔπω δὲ πολὺ προήμεν, καὶ ἐφιστάμεθα ποταμῷ, οἴνου ῥέοντι ὁμοιοτάτῳ μάλιστα, οἷος ὁ Χῖος ἐστιν. ἄφθονον δὲ ἦν ῥοῦμα, καὶ πολὺ, ὥστε σκάφος καὶ ναῦν πλοίαν ἂν διανατεῖσθαι. ἐπεὶ οὖν ἡμῖν πολὺ μᾶλλον πίστιν τῷ ὑπὲρ τῆς πήλινος ὑπογράμματι, ὁρῶσι τὰ σημεῖα τῆς Διονύσου ὑποδημίας. δόξαν δέ μοι καὶ ὅθεν ἄρχεται ὁ ποταμὸς καταμαθεῖν, αὐτῆν προῆμεν ὃ ῥοῦμα· ἐς πηγὴν μὲν οὐδεμίαν ἦλθεν ἔτι, πολλὰς δὲ καὶ μεγάλας ἀμπέλους, πλήρεις βοτρύων, προσῆν δὲ τοῦ ῥίζου ἑκάστης, ἀνέρρει σταγὼν οἴνου ἀφθονωτάτη, ἀφ' ὧν ἐγίνετο ὁ ποταμός. ἰχθῦς δὲ ἐν αὐτῷ πολλοὺς ἰδεῖν, οἴνῳ μάλιστα ἐοικότας τοῦ χροιὰν καὶ τοῦ γεύσιν προσεοικότας. ἡμεῖς γοῦν ἀγρεύσαντες αὐτῶν τινας, καὶ ἐμφαγόντες, ἐμεθύσθημεν ἀμέλει, καὶ ἀπατεμόντες αὐτοῖς, ὑείοις κρέασι μεστοῖς. ὕστερον μέντοι ὑπονοήσαντες τοὺς ἄλλους ἰχθῦς, τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος, προσφιλονεικοῦντες, ἐκεφάλημεν τὸ σφοδρὸν τῆς οἰνοφλυγίας.

A Die igitur & nocte secundè nauigantes, terra adhuc apparente, non adeò multa vi agebamur: sequenti die simul Sole oriente ventus increuit, & fluctus intumuere, caligóque suborta est, neque iam demitti velum poterat. Cum vento igitur conuersi, & committentes nos ipsos tempestati, hyemauimus diebus nouem & septuaginta. Octogesima verò die, oriente iam sole repentè conspicimus non longè insulam sublimem, & arboribus consitam. Circa eam fluctus non asperi frangebantur: etenim procellæ iam maxima pars quieuerat. Adeuntes igitur, & descendentes, vt ex multa maris B molestia super terram strati diu iacuimus. Tandem exurgentes, ex nobis ipsis quidem statuimus triginta custodes qui naui adstarent: viginti autem mecum qui ascenderēt, quæ in insula erant, exploratum. Progredientes igitur circiter stadiis tribus à mari per syluam, videmus columnam quandam æream Græcis literis inscriptam, caducis tamen & consumptis, quæ indicaret eò vsque Herculem & Bacchum deuenisse. Erant autem & propè vestigia duo in saxo, vnum quidem instar iugeris magnum, alterum au- C tem minus: vt mihi quidē videretur Bacchi fuisse quod minus erat, Herculis autem quod maius. Venerantes igitur locū, processimus. Non iam longè aberamus, quum ecce flumini adstitimus vino fluēti, simillimo profectò illi quod in Chio Insula nascitur. Erat & fluxus inundās & multus, ita vt alicubi nauibus esset trāsitus. Nobis ergo maior addita est fides vt literis crederemus quas antea sculptas in columna videramus, animaduersis signis de Bacchi peregrinatione. Cupiens tamē & fluminis initium inuestigare, ascendebam contra fluctum: & fontem quidem nullum, multas tamen ac magnas vites vuis onustas inuenimus. Earum autē D cuiusq; è radicibus vinum scatebat lucēs, quod in vnum confluens, flumen efficiebat. Videbamus & in eo pisces & colore & gustu vino similes. Nos igitur cùm cepissemus ex illis aliquot ac vorassemus, cōtinuò temulenti euasimus: quos etiam præcidentes, fece plenos inueniebamus. Deniq; re animaduersa cōmisceentes eos qui ex aqua nascūtur pisces, ac comedentes, vinalem vehementiam tēperauimus.

Tunc & flumen traiicientes, qua vadabile fuit, vitium portentosam rem inuenimus. Nam truncus inferior, qui à terra surgebat, ferax erat & crassus; superior autem, mulieres erant, ab vtero ferè sursum perfecta omnia habentes. Talem apud nos Daphnem scribũt Apolline iam comprehendente in arborem versam. A summis autem earum digitis exoriebantur palmites vuis pleni. Quin & capitibus pro comis inerant clauiculi, & folia, & vuæ. Eæ ergo ad nos accedentes salutabant, & dextras protendebant, quædam quidem Lyda, quædam Indica, plurimæ Græca lingua loquentes: oréq; nos deosculabantur: verùm qui osculum susceperat, illico ebrius ac nutabundus reddebatur. Fructum autem decerpi non sinebãt, sed eo vulso dolebant, & quidem cũ clamore. Gliscebant autem vehementer nobis commiscerì: duóque ex nobis cum illis coiuissent, ab eis non ampliùs soluti, sed ex pudendis connexi sunt. Traxerũt enim repentè ex eadem specie naturam, & conradicati mansere. Iam & ipsis palmites digiti emittebant, & clauiculis circumplexantibus vuæ plenæ erumpebãt. Derelinquentes igitur eas, in nauim confugimus, & cùm conuenissemus, iis qui ibi remansérant, cùm alia, tum & derelictorum comitum commixtionem cum vitibus enarrauimus. Acceptis ergo amphoris aquas hausimus, item & è flumine vinum: inque vicino littore noctem duximus. Mane autem ferebamur, & non violentis flatibus. Circa meridiem verò, non iam apparente insula, repentè turbo factus est, qui nauẽ circumuoluens, & in sublime eleuans ad ter mille ferè stadia, non iam in pelagus deposuit, sed sublatã suspendit, ingruénsq; velis ventus, & sinu facto deferebat carbasum. Septem igitur dies ac totidem noctes per aëra decurrẽtes, octaua die inspicimus terram quandam magnam in medio aëris, velut insulam lucidam, & circularem, multa luce micãtem. Ad hanc ergo delati, portúmq; ingressi descendimus. Explorãtes autem regionem, inuenimus eam habitatam, & cultam: & die quidem nihil videbamus, nocte autem apparebant & aliæ nõ procul insulæ, quædam, vt videbãtur, maiores, minores quędam, igni colore similes.

τότε ὑ τὸν ποταμὸν περάσαντες, ἡ δυσβατος ἰῶ, ὕλομεν ἀμπέλων ζεῦμα τεράστιον. ὁ μὲν γὰ ἀπὸ τῆς γῆς, ὁ στέλεχος αὐτὸς, ὑπερυὴς, καὶ παχύς· ὁ δ' ἄνω, γυναῖκες ἦσαν, ὅσον ἐκ τῶ λαγόνων, ἄπαντ' ἔχουσαι τέλεα. τοιαύτιν πρ' ἡμῖν τὸν Δάφνιν γράφοισιν ἀρτι τῦ Απόλλωνος καταλαμβάνοντος, ἀποδενδρομένιν. ἀπὸ ὑ τῶ δακτύλων ἄκρων ἐξεφύοντο αὐταῖς οἱ κλάδοι, ⁊ μεσαὶ ἦσαν βοτρύων. ἐ μὲν καὶ ταὶς κεφαλαὶς ἐκόμων ἕλιξί τε, ⁊ φύλλοις, ⁊ βότρυσι. προσηὐδῶντας ὑ ἡμᾶς ἠσπάζοντο, ἐ ἐδεξιοῦντο, αἱ μὲν Λύδιστι, αἱ ὑ, Ινδικήν, αἱ πλείους ὑ, τὸν Ελλάδα φωνὴν προϊέμεναι. ἐ ἐφίλευν ὑ ἡμᾶς τοῖς στόμασιν· ὁ δὲ φιλήσειε, αὐτίκα ἐμέθυε, καὶ παραφόρως ἰῶ. δρέπεσθαι μὲν τοι ὐ πρόσχον τῶ καρπῶ, ἀλλ' ἤλγουν, καὶ ἐδύρον, ἀποσπωμένω· αἱ δὲ ἐ μίγνυσθαι ἡμῖν ἐπεθύμουν. καὶ δύο τινὲς τῶν ἑταίρων πλησιάσασαι αὐταῖς, οὐκ ἔτ' ἀπελύοντο, ἀλλ' ἐκ τῶν αἰδοίων ἐδέδεντο· συνεφύοντο γὰ, ἐ συνερρίζουν. ἐ ἤδη αὐταῖς κλάδοι ἦσαν οἱ δάκτυλοι, ἐ ταῖς ἕλιξι συμπλεκόμενοι, ὅσον οὐδέπω ⁊ αὐταὶ καρποφορήσειν ἔμελλον. καταλιπόντες ὑ αὐτὰς, ὅτι ναυῶ ἐφυλάττομεν, ⁊ τοῖς ἀπολειφθεῖσι διηγούμενοι ἐλθόντες, τά τε ἄλλα, ⁊ τῶν ἑταίρων τὴν συμπλοκὴν, καὶ τὴν ἀμπελομιξίαν. ἐ λαβόντες ἀμφορέας ὕδατος, ⁊ ὑδροφορήσαντες τε ἅμα, ⁊ ἐκ τῦ ποταμοῦ οἰνισάμενοι, ἐ αὖθις πλησίον αὐλισάμενοι, ἕωθεν ἀνήχθημεν ὐ σφόδρα βιαίῳ πνεύματι. περὶ μεσημβρίαν ὑ, οὐκ ἔτι τῆς νήσου φαινομένης, ἄφνω τυφὼν ὑπεφύετο, καὶ περιδινήσας τὸ ναῦν, καὶ μετεωρίσας, οὐ ὑπὲρ σταδίους τετρακισχιλίους, οὐκ ἔτι κατῆκεν εἰς τὸ πέλαγος, ἀλλ' ὕδωρ μετέωρον ἐξηρτημένον ἄνεμος ἐμπεσὼν τοῖς ἱστοῖς, ἔφερε κολπώσας τὸ ὀθόνιον. ἑπτὰ δὲ ἡμέρας, καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἀεροδρομήσαντες, ὀγδόῃ καθορῶμεν γῆ τινα μεγάλην τὸ τῷ ἀέρι, καθάπερ νῆσον λαμπρὰν, καὶ σφαιροειδῆ, καὶ φωτὶ μεγάλῳ καταλαμπομένην. προσενεχθέντες ὑ αὐτῇ, καὶ ὁρμισάμενοι, ἀπέβημεν. ὑποστρωφῶντες δὲ τὴν χώραν, διείσχομεν οἰκουμένην τε, καὶ γεωργουμένην· ἡμέρας μὲν οὖν, οὐδὲν αὐτόθεν καθεωρῶμεν· νυκτὸς ὑ ὑπεφαινόμενης, ἐφαίνοντο ἡμῖν ἄλλαι νῆσοι πλησίον, αἱ μὲν, μείζους, αἱ δὲ, μικρότεραι, πυρὶ τὴν χρόαν προσεοικυῖαι·

καὶ ἄλλη δέ τις γῆ κάτω, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ Ⓒ πολλαὶ ἔχουσα, καὶ πελάγη, καὶ ὕλας, καὶ ὄρη. ταύτην οὖν τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην εἰκάζομεν. δόξαν δὲ ἡμῖν Ⓒ ἐπὶ πορρωτέρω προελθεῖν, ξυνελήφθημεν τοῖς Ἱππογύποις πρὸ αὐλῶν καλουμένοις, ἀποπτησάμενοι. οἱ δ' Ἱππόγυποι δέ εἰσιν ἄνδρες ὀπτοὶ, εἰσὶν ἀετῶν μεγάλων ἐφήμενοι, καὶ καθάπερ ἵπποις τοῖς ὀρνέοις χρώμενοι· μεγάλοι γὰρ οἱ γῦπες, καὶ ὡς ὀπίσθιον τεῖχος φαλοί. μᾶλλον δ' ἂν τις ὁ μέγεθος αὐτῶν εἰκάσειεν νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἴσον, ἕκαστον τῶν πτερῶν μακρότερον καὶ παχύτερον φέρεται. τούτοις οὖν τοῖς Ἱππογύποις προστέτακται περιπετομένοις τὴν γῆν, εἴ τις ἐπηλυδικὸς ξένος, ἄγειν ὡς τὸν βασιλέα· καὶ δὴ καὶ ἡμᾶς ξυλλαβόντες, ἄγουσιν ὡς αὐτόν· ὁ δὲ θεασάμενος, καὶ ἀπὸ τῆς σκιᾶς εἰκάσας, Ἑλλῆνες ἄρα, ἔφη, ὑμεῖς, ὦ ξένοι· συμφησάντων δὲ, Πῶς οὖν ἀφίκεσθε, ἔφη, τοσοῦτον ἀέρα διελθόντες; Ⓒ ἡμεῖς δὲ πρῶτα αὖ διηγούμεθα· Ⓒ ὃς ἀρξάμενος ὅθεν ἐαυτὸν, ἡμῖν διεξῆλθε, ὡς Ⓒ αὐτὸς ἄνθρωπος ὢν, τοὔνομα Ενδυμίων, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας γῆς καθεύδων, ἁρπασθείη ποτὲ, καὶ ἀφικόμενος, βασιλεύσειε τῆς χώρας. ἐκ) ὃ τὴν γῆν ἐκείνην ἔλεγε, τὸν ἡμῖν κάτω φαινομένην Σελήνην. Ἀλλὰ θαρρεῖν τε προεκελεύετο, καὶ μηδένα κίνδυνον ὑφορᾶσθαι· πάντα γὰρ ἡμῖν πρόσεσθαι ὧν δεόμεθα· Ην δὲ καὶ πολεμῶμεν, ἔφη, τὸν πόλεμον, ὃν ἐκφέρωνιν πρὸς τοὺς τὸν ἥλιον κατοικοῦντας, ἀπόντων βέλτιστα μετ' ἐμοῦ καθιστάτε Ⓒ ἡμεῖς δὲ ἠρόμεθα τίνες τε εἶεν οἱ πολέμιοι, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς· ὁ δ', Φαέθων, φησὶν, ὁ τῶν ἐν τῷ ἡλίῳ κατοικούντων βασιλεύς, (οἰκεῖται γὰρ δὴ κἀκεῖνος ὥσπερ Ⓒ ἡ Σελήνη) πολεμεῖ ἤδη πρὸς ἡμᾶς πολέμου χρόνον. ἤρξατο δ' ὃς αἰτίας τοιαύτης· Τῶν ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ ἐμῇ πολιτῶν ἀπορωτάτους συναγαγών, ἐβουλήθην ἀποικίαν ἐς τὸ ἐωσφόρον στεῖλαι, ὅπερ ἔρημον, καὶ ἐπὶ μηδενὸς κατοικούμενον· ὁ τοίνυν Φαέθων φθονήσας, ἐκώλυσέ τε ἀποικίαν, καὶ μέσον τοῦ πόρου ἐναντήσας ὅτι τῶν Ἱππομυρμήκων. τότε μὲν οὖν νικηθέντες (οὐ γὰρ ἦμεν ἀντίπαλοι τῇ παρασκευῇ) ἀνεχωρήσαμεν. νῦν δ', βούλομαι αὖθις ὀξέως ἐκπέμψαι τὸν πόλεμον, καὶ παραγείλαι τὴν ἀποικίαν. ἢν οὖν ἐθέλητε, κοινωνήσατέ μοι τοῦ πόνου, γῦπας δὲ ὑμῖν ἐγὼ παρέξω τῶν βασιλικῶν ἕνα ἑκάστῳ, καὶ τὴν ἄλλην ὁπλισιν.

A Erat & alia ſubtus terra, vrbes in ſe habẽs & flumina, & maria, & ſyluas, & montes, quam hanc quæ à nobis incolitur, imaginabamur. Volentes ergo vlteriùs procedere, comprehenſi fuimus, in Equiultures (ſic enim illos dicũt) incidentes. Hi autem Hippogypi homines ſunt, equorum loco vulturibus inſidentes. Magni etenim ſunt vultures, & vt plurimùm tribus capitibus innixi. Hinc autem diſcat quis illorum magnitudinem. Malo etenim onerariæ nauis vnaquæque ala maior & robuſtior eſt. His igitur Equiuulturibus imperatum eſt circumuolantibus terram, ſi quis aduena inueniretur, ad re-
B gem agere: qui & nos comprehendentes ad regem duxêre. Is verò vt inſpexit, ex ipſis, vt opinor, veſtibus coniecturam capiens, Græci certè, inquit, vos aduenę. Aſſentientibus autem nobis, Quomodo, inquit, adueniſtis, tantum aëris ſuperantes? Et nos illi omnem rem retulimus. Tum ille incipiens, nobis, quæ ſibi contigerant, narrabat, quòd videlicet homo eſſet nomine Endymion, in noſtra ortus *Endymiõ.*
terra, raptúſque olim dormiens eò delatus fuerit, vbi & regioni imperaret. Eſſe autem terram illam dixit, quę infrà à nobis luna videtur. Sed bono animo nos eſ-
C ſe iuſſit, neque periculum vllum ſuſpicari: Etenim, ait, cuncta vobis aderunt neceſſaria. Si autem vicero bellum, inquit, quod nunc Solem incolentibus infero, omnium feliciſſimè apud me viuetis. Hinc nos interrogauimus qui eſſent hoſtes, & quæ odiorum cauſſæ. Tum ille, Phaëthon, inquit, eorum qui in Sole sũt, *Phaëthõ.*
Rex (etenim ille etiam habitatur, quemadmodum & Luna) multo iam aduerſum nos bellum gerit tempore. Cœpit autem ea quam audietis ratione. Ego olim pauperrimis quibuſque qui in meo erant re-
D gno, collectis, volui coloniam Lucifero rum deducere, deſertum tunc, & nullis habitatũ: Phaëthon autẽ inuidia ſtimulatus, tranſitum prohibuit, medio in itinere occurrens, Equiformicis aduectus. Tunc quidem victi (non enim apparatu æquales eramus) ſeceſſimus. Nunc autem iterum volo bellum inferre, & coloniam emandare. Quòd ſi vultis mecum cõmunicare cum exercitu, ex regiis vulturibus dabo vnũ vnicuiq; & cętera armaturam.

Cras autem faciemus exitum. Ita, inquam, quando tua hæc eſt ſententia, fiat. Tunc apud eos conuiuio excepti manſimus. Mane autem exurgentes ſtatuebamur in aciem: nunciabãt enim exploratores, hoſtes appropinquare. Magnitudo quidem exercitus centum millia erant, abſque peditibus & externis auxiliis, item abſque impedimentis, & machinarum fabris. Horum autem octoginta millia Equiuultures erant: qui autem ab Lachanopteris ferebantur, viginti millia. Eſt autem ales hæc maxima, olcribus pennarum loco obſita. Qui verò ex his velociores erant, pennas habebant lactucæ foliis maximè ſimiles. Ibi verò & cum his Cenchroboli ordinati ſunt, & Scorodomachi. Aduenerunt & à ſeptentrione auxilia Pſyllotoxotæ quidem numero triginta millia, Anemodromi autem quinquaginta millia. Horum ſanè Pſyllotoxotæ magnarum pulicum ſeſſores ſunt, vnde & appellationem trahunt. Pulicum verò magnitudo, vt duodecim elephantes. Porrò Anemodromi pedeſtres quidem ſunt, feruntur autem vento abſque alis per medium aëra. Modus autem quo feruntur, talis eſt: Subeingunt ſe talares tunicas, eáſque vento ſinuãtes, velorũ in morem, ac velut naues agũtur. Hi in pugna ſcutis armati plurimum valent. Dicebãtur autem aduentare ab his quæ ſupra Cappadociã ſunt ſtellis, Struthobalani quidem numero ſeptuaginta millia, Equogrues quinquaginta millia. Hos ego nõ vidi, non enim venerãt: quare neq; eorũ naturas ſcribere auſim. Portentoſa quædam ac incredibilia de his dicebantur. Et is quidem erat Endymionis exercitus. Omnium autem armatura eadem erat. Galea quidem è fabarum ſpoliis. Magnæ autem apud illos fabæ & duriſſimę. Thoraces autem ſquamei omnes, & ſquamis quidẽ lupinis: etenim lupinorum ſiliquas cõſuentes, thoracas faciunt. Sunt autem ſiliquæ ipſę vt cornu durę: ſcuta & enſes, quales Græcorum. Vbi verò occaſio data eſt, ſic in aciem deducti ſunt. In dextro quidem cornu Equiuultures, & rex optimos quoſque circa ſe habens, cum quibus & nos eramus: in læuo verò Lachanopteri. Porrò inter vtrũque auxilia, vt cuique magis placuit. Erat & peditatus myriadum ſex millium. Hunc ſtatuêre in aciem in hunc modum:

A αὔριον δὲ ποιησόμεθα τὴν ἔξοδον. ὅτως, ἔφην ἐγὼ, λεγέσθω, ἐπειδή σοι δοκεῖ. τότε μὲν οὖν παρ' αὐτοῖς ἑστιαθέντες, ἐμείναμεν. ἕῳθεν δὲ ἀναστάντες, ἐτασσόμεθα. καὶ γὰρ οἱ σκοποὶ πλησίον ἦκον ἀγγέλλοντες τοὺς πολεμίους. ὁ μὲν οὖν πλῆθος τῆς στρατιᾶς, δέκα μυριάδες ἐτέλουντο, ἄνευ τῶν σκευοφόρων, καὶ τῶν μηχανοποιῶν, καὶ τῶν πεζῶν, ἃ τῶν ξένων συμμάχων. τούτων δὲ ἱππακισμύριοι μὲν ἦσαν οἱ Ἱππόγυποι, ἑξμύριοι δὲ, οἱ ὀπίσω τῶν λαχανοπτέρων. ὄρνεον γὰρ τοῦτό ἐστι μέγιστον, ἀντὶ πτερῶν λαχάνοις πρώτῃ λάσιον. τὰ δὲ ἀκρώτηρα ἔχει, ἡμιδακτύλοις φύλλοις μάλιστα σελίνοις ὅμοια. ὀπίσω δὲ τούτων, οἱ Κεγχροβόλοι τεταγμένοι, καὶ οἱ Σκοροδομάχοι. ἦλθον δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἄρκτου σύμμαχοι, πεντακισμύριοι μὲν Ψυλλοτοξόται, πεντακισμύριοι δὲ ἀνεμοδρόμοι. τούτων δέ, οἱ μὲν Ψυλλοτοξόται, ὅτι ψύλλων μεγάλων ἱππάζονται, ὄθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχουσι· μέγεθος τῶν ψύλλων, ὅσον δώδεκα ἐλέφαντες. οἱ δὲ Ἀνεμοδρόμοι, πεζοὶ μὲν εἰσι, φέρονται δὲ ἀπὸ τῆς ἀέρος ἄνευ τῶν πτερῶν· ὁ δὲ τρόπος τῆς φορᾶς, τοιόσδε. χιτῶνας ποδήρεις ὑποζωσάμενοι, καλπώσαντες αὐτοὺς τῷ ἀνέμῳ, καθάπερ ἱστία, φέρονται ὥσπερ τὰ σκάφη· τὰ πολλὰ δὲ οἱ τοιοῦτοι ἐν ταῖς μάχαις πελτασταὶ εἰσιν· ἐλέγοντο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τὴν Καππαδοκίαν ἀστέρων ἥκειν, Στρουθοβάλανοι μὲν, ἑβδομηκοντάκισμύριοι, Ἱππογρῦαι δὲ, πεντακισχίλιοι. τούτους ἐγὼ οὐκ ἐθεασάμην, οὐ γὰρ ἀφίκοντο. διόπερ οὐδὲ γράψαι αὐτῶν τὰς φύσεις ἐτόλμησα· τερατώδη γὰρ καὶ ἄπιστα περὶ αὐτῶν ἐλέγετο. αὕτη μὲν τοῦ Ἐνδυμίωνος ἡ δύναμις. σκευὴ δὲ πάντων ἡ αὐτή· κράνη μὲν ἀπὸ τῶν κυάμων· μεγάλοι γὰρ παρ' αὐτοῖς οἱ κύαμοι καὶ καρτεροί, θώρακες δὲ φολιδωτοὶ πάντες, ἅρμενοι· τὰ γὰρ λέπη τῶν ἁρμένων συῤῥάπτοντες, ποιοῦνται θώρακας. ἄῤῥηκτον δὲ ὂν ἀπὸ γίγνεται τοῦ ἁρμοῦ τὸ λέπος, ὥστε κέρας· ἀσπίδες δὲ, καὶ ξίφη, οἷα τὰ Ἑλληνικά. ἐπεὶ δὲ καιρὸς ἦν, ἐτάξαντο ὧδε· τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον οἱ Ἱππόγυποι, καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀρίστους περὶ αὐτὸν ἔχων· καὶ ἡμεῖς ἐν τούτοις ἦμεν. τὸ δὲ εὐώνυμον οἱ Λαχανόπτεροι, τὸ μέσον δὲ, οἱ σύμμαχοι,

B

C

D

ὡς ἕκαστοι, τὸ δὲ πεζὸν, ἦσαν μὲν ἀμφὶ τὰς ἑξακισχιλίας μυριάδας· ἐτάχθησαν δὲ οὕτως·

ἀράχναι πολλαὶ καὶ μεγάλαι γίγνονται, πολὺ τῶν Κυκλάδων νήσων ἕκαστος μείζων. τούτοις προσέταξε διυφῶναι τὸν μεταξὺ τῆς Σελήνης καὶ τοῦ Ἑωσφόρου ἀέρα. ὡς δὲ πάχισα ἐξήρτητο, καὶ πεδίον ἡ ἐποίησαν, ὅπῃ τοῦτον προέταξε τὸ πεζόν. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Νυκτερίων ὁ Εὐδιανάκτος, τρίτος αὐτός. τῶν δὲ πολεμίων τὸ μὲν δεξιὸν εἶχον οἱ Ἱππομύρμηκες, καὶ ἐν αὐτοῖς, ὁ Φαέθων. θηρία δὲ ἕκαστα μέγιστα, ὑπόπτερα, τοῖς παρ' ἡμῖν μύρμηξι προσεοικότα, πλὴν τοῦ μεγέθους. ὁ γὰρ μέγιστος αὐτῶν, καὶ δι' πλεθρος ἦν. ἐμάχοντο δὲ, οὐ μόνον οἱ ἐπ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖ μάλιστα τοῖς κέρασιν. ἐλέγοντο δὲ ὅτι εἰσὶ ἀμφὶ τοὺς πέντε μυριάδας. ὅπῃ δὲ τὸ δεξιὸν αὐτῶν, ἐτάχθησαν οἱ Ἀερονάυται, ὄντες ὡς οὗτοι ἀμφὶ τοὺς πέντε μυριάδας, πεζοὶ τοξόται, κώνωψι μεγάλοις ἐποχούμενοι. μετὰ δὲ τούτους, οἱ Ἀερονάρδακες, χίλιοί τε ὄντες, καὶ πεζοὶ, πλὴν μαχιμοί γε καὶ οὗτοι. πόρρωθεν γὰρ ἐσφενδόνων ῥαφανίδας ὑπερμεγέθης. καὶ ὁ βληθεὶς ὑπ' ἐπ' ὀλίγον αὐτέχειν ἐδύνατο. ἀπέθνησκε δὲ, δυσοσμίας τινὸς αὐτίκα τῷ τραύματι ὑπογνομένης. ἐλέγοντο δὲ χρῆναι τοὺς βέλη μαλοφόρους ἑξ. ἐχόμενοι δ' αὐτῶν, ἐτάχθησαν οἱ Καυλομύκητες, ὁπλῖται ὄντες, καὶ ἀλκιμώτατοι, τὸ πλῆθος μύριοι. ἐκλήθησαν δὲ Καυλομύκητες, ὅτι ἀσπίσι μὲν μυκητίναις ἐχρῶντο, δόρασι δὲ καυλίνοις, τοῖς ἀπὸ τῶν ἀσπαραγίων. πλησίον δὲ αὐτῶν, οἱ Κυνοβάλανοι ἔστησαν, οὓς ἔπεμψαν αὖτις οἱ τὸν Σείριον κυκλοκωῦντες, πεντακισχίλιοι, καὶ ὅτι ἄνδρες κυνοπροσώπατοι, ὅπῃ βαλιῶν πτερωτῶν μαχόμενοι. ἐλέγοντο δὲ καὶκείνων ὑστερίζειν τῶν συμμάχων, οὓς τε ἀπὸ τῆς Γαλαξίου μετεπέμποντο σφενδονήτας, καὶ οἱ Νεφελοκένταυροι. ἀλλ' ὀκνηροὶ μὲν, τῆς μάχης ἤδη κεκαμμένης ἀφίκοντο, ὡς μή ποτε ὤφελον· οἱ σφενδονῆται δὲ, οὐδ' ὅλως παρεγένοντο. διόπερ Φασὶν αὐτοῖς ὑστερον ὀργισθέντα τὸν Φαέθοντα, πυρπολῆσαι πᾶν χώραν. τοιαύτη μὲν καὶ Φαέθοντι ἐπῆλθε συμμιξάντες δὲ, ἐπειδὴ τὰ σημεῖα ἤρθη, καὶ ὠγκήσαντο ἑκατέρων οἱ ὄνοι, (τούτοις γὰρ αὐτὶ σαλπίγγων χρῶνται) ἐμάχοντο· καὶ ὁ μὲν δεξιὸν τῶν Ἡλιωτῶν, αὐτίκα ἔφυγεν, οὐδ' ἐς χεῖρας δεξάμενον τοὺς Ἱπποτύπους, καὶ ἡμᾶς εἰπόμενα κτείνοντες·

A Aranęæ apud illos multæ ac magnę sunt: nam Cycladibus insulis vnaquęque multo maior. Has iussit intexere medium aëris quo dà Luna in Luciferum diffunditur. Idque vtprimùm perfecerunt, campus substratus apparuit, in quo peditatum statuunt. Ducebat autem hunc Nycterion Eudianactis filius. Hostium autem lævum quidem Equiformici, & in his medius Phaëthon. Bestiæ autem magnæ sunt alatæ, hísque quæ apud nos sunt formicis, præter magnitudinem non dissimiles. Harum maxima duorũ iugerum mensuram implet. Pugnabant autem nõ solùm qui desuper insidebant, sed & ipsę
προσκυνήσαντες δ', ἐβουλεύσαμεν, περὶ τῶν
μελλόντων ἐσκεπτόμεθα. καὶ τοῖς μὲν ἐδό-
κει ὅτι δεῖ μόνον, αὖθις ὁπίσω ἀναχρέφειν·
τοῖς δὲ, ὃ μὲν πλοῖον αὐτοῦ καταλιπεῖν· ἀπελ-
θόντας δ' εἰς τὴν Μεσόγαιαν, πειρασθῆναι τ'
ἐποικούντων. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἐλογιζόμεθα,
χειμὼν σφοδρὸς ἐπιπεσών, ἐπερράξας
τὸ σκάφος τῇ αἰγιαλῷ, διέλυσεν· ἡμεῖς δὲ, B
μόλις ἐξενηξάμεθα τὰ ὅπλα ἔκαστος, εἴ τί
ἄλλο οἷός τε ἦν αἱρπασάμενοι. Ταῦτα μὲν τὰ
μέχρι τῆς ἑτέρας γῆς συνενεχθέντα μοι ἐν
τῇ θαλάττῃ, καὶ ἐν τῷ πλοίῳ ἐν ταῖς νή-
σοις, καὶ ἐν τῷ ἀέρι, ἐν μὲν ταῦτα ἐν ᾧ κήτει,
καὶ ἐπεὶ ἐξήλθομεν, ἐν δέ τε τοῖς ἥρωσι, καὶ τοῖς
ὀνείροις, καὶ τὰ τελευταῖα, ἐν δὲ τοῖς Βουκε-
φάλοις, καὶ ταῖς Ονοσκελέαις· τὰ δ' ὅτι τῆς γῆς, ἐν ταῖς ἑξῆς βίβλοις διηγήσομαι.

A Ocyus igitur nauem repetentes abnauigauimus. Hinc poſtquam illuxit dies, conſpecta terra, coniecimus eſſe eam quæ noſtro orbi oppoſita eſt. Procidentes itaque, atque precati, quid eſſet futurum diſpiciebamus. Quibuſdam autem placebat aſcendere duntaxat, & rurſum redire: aliis verò illic relictâ naui, ad terræ meditullium proficiſci exploratum incolas. Interea cùm hæc cogitaremus, oborta vehemens tempeſtas, nauem littori impactam comminuit. Nos verò ægrè enatauimus, armis, & quod quiſque poterat, ſecum correptis. Hæc autem & huiuſmodi fuere, quæ mihi, donec ad alteram terram venirem, contigere: nimirum quæ in mari, & inter nauigandum, in inſulis, & in aëre, & quę poſtea in ceto, & cùm ab illo exiſſemus, quæ apud Heroës & Somnia, poſtremò quæ apud Bucephalos, & Onoſceleas: cætera autem quæ in terra acciderunt, ſequentibus libris enarrabo.

## ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΟΣ.

## TYRANNICIDA. Eraſmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Quod ad argumentum declamationis attinet, infrà ab ipſo auctore ponitur. Caterùm genus orationis iudiciale eſt, ſtatus qualitatis. De eo enim potiſſimùm queritur, dignúſne ſit præmio Tyrannicidæ, qui filium tyranni occidit, an non. Incidit tamen legalis quoque. Nam & de eo qui tyrannicida vocandus ſit, & de legis ſententia diſputatur. Exordium attentione & docilitate comparanda fermè conſumitur, dum & ſummam petitionis & rei magnitudinem pariter ac nouitatem exponit. Niſi quòd interim & beneuolentiam ſibi ex merito facti, & aduerſario ex ſuſpicione inuidiam parat. Narratione grauitatem atque ſeuitiam tyrannidis primùm perſequitur, eiúſque omnem cauſſam in filium tyranni transfert, vt videatur videlicet certo conſilio filium ante patrem aggreſſus eſſe: deinde & modum peractæ cædis & conſilium ſuum exponit. Hinc propoſitio ſiue petitio ſequitur: poſt quam confirmatio, in qua principiò petitionem ſuam commendat amplificatione euentus, & bonorum quæ ex hoc facto ſecuta ſint, cum aduerſarij obiectione cõparata. Deinde verbis legis opponit definitionem tyrannicidæ, à genere comprobatam, puta quòd non ſolùm is qui ſua manu & gladio tyrannum occidit, hoc nomine dicendus ſit, ſed etiam qui per alium, & quocunque modo illum tollit. Poſtea etiam à fine legis argumentatur contra ſcriptum. Vltimo locũ quem Rhetores à ſummo ad imum vocant, ſiue etiam communem, tractat: in quo conſilium ſiue voluntas, conatus, actio, eáque per comparationem aut efficitionem amplificata. Poſtremò & euentus conſiderantur. Peroratio autem locis patheticis cõſtat: nam ipſe quidem pro ſe affectus mouet à modo & inſtrumento actionis: at tyranni autem perſona, hypotypoſi quadam ſeu deſcriptione dictorum ac factorum illius. Ad finem propoſitionem repetit, & ſui beneficij veluti memoriam quandam in auribus auditorum relinquit.*

Ἀνήλθέ τις εἰς τὴν ἀκρόπολιν, ὡς ἀποκτεινῶν τὸν τύραννον· καὶ αὐτὸν μὲν οὐχ εὗρε. τὸν δ' υἱὸν
αὐτοῦ ἀποκτείνας, κατέλιπε τὸ ξίφος ἐν ᾧ σώματι. ἐλθὼν ὁ τύραννος, καὶ τὸν υἱὸν ἰδὼν ἤδη νεκρὸν, ᾧ
αὐτῷ ξίφει ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. αἰτεῖ ὁ ἀνελών, καὶ τὸν τοῦ τύραννου υἱὸν ἀνελών, γράφας, ὡς τυραννοκτόνος.

*Quidam in arcem aſcendit, vti tyrannum occideret: atque ipſum quidem non reperit: verùm filium eius interemit, gladiúmque in vulnere reliquit. Adueniens tyrannus, vbi filium extinctum conſpexit, eodem enſe necem ſibi conſcit. Is qui aſcenderat, tyranníque filium peremerat, præmium tanquam tyrannicida petit.*

*Exordium quo dociles & attentos facit.*

QVVM duos eodem die A tyrannos occiderim, Iudices, alterum quidem ætate iam affecta, alterũ æuo florentem, & ad scelerum successionẽ capessendam paratum: vnicum tamen pro ambobus præmium petitum venio, qui quidẽ vnus omnium quotquot vnquam tyrannicidæ fuerũt, vnico vulnere duos maleficos fuerim amolitus, necique dederim, filium videlicet ense, patrem indulgẽti charitate qua filium adamabat. Itaque tyrãnus pro his quæ commisit, abundè magnas pœnas nobis dependit: quippe qui & viuus aspexerit filium priùs morte sublatũ, & quod B est omnium maximè nouum, compulsus sit denique ipse sui tyrãnicida fieri. At filius illius mea quidem manu peremptus est, cæterùm occisus alteram ad cædem operã mihi suam commodauit, dum qui viuo patri scelerum socius fuerat, eiusdẽ post mortem (quatenus licuit) extitit parricida. Ego itaque sum is qui tyrannidem sustuli, paritérque mecum gladius, quo cuncta confecta sunt, meus: tametsi cædis ordinem cõmutarim, ac morẽ modúmq; nouarim conficiendi sceleratos: nẽpe hunc qui valentior erat, ac se se defendere poterat, ipse perimens, porrò senem soli gladio reseruans. His igitur de causis & amplius quiddam à vobis me consequuturum arbitrabar, præmiáque laturum, quæ numero æquarent eos qui essent interempti: vtpote qui nõ præsentibus modò malis vos leuarim, verùm etiam futurorum formidine: quíque stabilem pepererim libertatem, nullo relicto qui scelerum capessat successionem. Verùm interim tãtis rebus strenuè peractis, in discrimen adducor, ne præmio fraudatus à vobis discedam, ac ne solus non feram mercedem, quam leges à me seruatę D præstituunt. At qui contradicit, is mihi videtur non Reipub. studio (quemadmodum ait) hoc facere, sed quòd extinctos esse illos grauiter ferat, atque eum qui illis mortis auctor extitit, vlcisci conetur. Vos igitur Iudices mihi paulisper attendite, dum tyrannidis mala, tametsi ipsi optimè nostis, cõmemoro. Siquidem hoc pacto futurum est vt & beneficij mei magnitudinem intelligatis, & ipsi plus capiatis voluptatis, reputantes nimirũ quibus sitis leuati malis. Neque enim quemadmodum aliis quibusdam sæpenumero accidit, itidẽ & nos simplicem tyrãnidem

*Benevolẽtiam captat à sua persona.*

*Aduersariorum inuidiã concitat.*

Δυο τυραννους ἀποκτείνας, ὦ ἄνδρες δικασταί, μιᾶς ἡμέρας, τὸν μὲν, ἤδη πρόσηκόντα, τὸν δὲ, ἀκμάζοντα, καὶ πρὸς διαδοχὴν τῆς ἀδικημ. ἑτοιμότερον, ἧκω μίαν ὅμως ἐφ' ἀμφοτέροις αἰτήσων δωρεάν, μόνος τῶν πώποτε τυραννοκτόνων πληγῇ μιᾷ δύο πονηροὺς ἀποσκευασάμενος, καὶ φονεύσας, τὸν μὲν παῖδα, τῷ ξίφει, τὸν πατέρα δ', τῇ πρὸς τὸν υἱὸν, φιλοστοργίᾳ. ὁ μὲν οὖν τύραννος, αὐτὸ ὧν ἐποίησεν, ἱκανῶς ἡμῖν δέδωκε τιμωρίαν, ζῶν μὲν, τὸν υἱὸν ὀπτῆρα πρὸ αὐτοῦ γενέσθαι τῶν τελευτῶν, τελευταῖον δ' ἀναγκασμένος δ' πρὸς δοξότατον αὐτὸς αὑτῷ γενέσθαι τυραννοκτόνος. ὁ παῖς δ' ὁ ἐκείνου τεθνηκὼς μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ ἀποθανὼν πρὸς ἄλλον φόνον, ζῶντι μὲν συναδικῆσαι τῷ πατρὶ, μὴ θανάτου δ' παραγκτανῆσαι, ὡς ἐδύνατο. τὸν μὲν οὖν τυραννίδα ὁ παύσας εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὁ ξίφος, ὁ πρῶτα εἰργάσατο, ἐμόν· τὴν δὲ τάξιν ἐναλλαξα τῶν φόνων, καὶ τὸν ἔμπον ἐκαινοτόμησα τῆς τῶν πονηρῶν τελευτῆς· τὸν μὲν ἰσχυρότερον, καὶ ἀμυνάσθαι δυνάμενον, αὐτὸς ἀνελὼν· τὸν γέροντα δ', μόνῳ πρὸς χρήσας τῷ ξίφει. ἐγὼ μὲν οὖν ἔτι πρότερόν τι ὅτι τούτοις ὑμῖν χρήσεσθαί μοι πρὸ ὑμῶν, καὶ δωρεὰς λήψεσθαι ἱκανὰς τοῖς αὐηρημένοις, ὡς οὐ τῶν πρόντων ἀπαλλάξας ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος, καὶ τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον πρὸς ἁπάντων, οὐδενὸς πρὸς ἀναλελειμμένου κληρονόμου τῆς ἀδικημ. μέλλοντος κινδυνεύειν, ἕνεκα καταρρώσας, ἀγράστος ἀπελθεῖν πρὸ ὑμῶν, καὶ μόνος στέρεσθαι τῆς πρὸς τῶν νόμων ἀμοιβῆς, ὃς διεφύλαξα. ὁ μὲν οὖν ἀντιλέγων ὅτου, δοκεῖ μοι ὑπὸ κηδόμενος, ὡς φησι, τῶν χειόνων ὅτο ποιεῖν, ἀλλ' ὅτι τοῖς τετελευτηκόσι λελυπημένος, καὶ ἀμυνόμενος τὸν ἐκείνοις τοῦ θανάτου αἴτιον γεγονημένον. ὑμεῖς δὲ ἀνάσχεσθέ μου, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρὸς ὀλίγον τὰ ἐν τῇ τυραννίδι, καθ' ἃ εἰσέσην ὑμῖν ἀκριβῶς διηρευνημένου. καὶ γὰρ ὁ μέγεθος οὕτω μᾶλλον θαυμάσεσθε τῆς εὐεργεσίας τῆς ἐμῆς, καὶ αὐτοὶ μᾶλλον εὐφρανεῖσθε, λογιζόμενοι ὧν ἀπηλλάγητε. ὑ γὰρ ὥσπερ ἄλλοις ποσὶν ἤδη συνέβη πολλάκις, ἁπλοῦν καὶ ἡμεῖς τυραννίδα,

καὶ μίαν δουλείαν ὑπεμείναμεν, ἀλλ' ἑνὸς
ὑπ' ἐνὸς ἐκαμόμεθα ὑπὸ μίαν δεσπότου, ἀλλὰ
μόνοι τῶν πώποτε τὰ ὅμοια δυσυχηκότων,
δύο ἀντ' ἑνὸς τυράννους εἴχομεν, καὶ τοῖς δίτ-
ταις οἱ δυσυχεῖς ἀδικήμασι διηρύμεθα. με-
τριώτερος μὲν ὁ πρεσβύτης ἦν τοῦ παιδὸς πολύ, καὶ
τοῖς τῆς ὀργῆς ἧττον ὀξύτερος, καὶ τοῖς τῆς κο-
λάσεως ἀμελέστερος, καὶ τοῖς τῆς ὑπερηφανίας
βραδύτερος· ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡλικίας τὸ μὲν
σφοδρότερον τῆς ὁρμῆς ἐπεχούσης, τὰς δὲ τῶν
ἡδονῶν ὀρέξεις χαλιναγωγούσης· καὶ τοῖς γε
τιμὴν ἄρχειν τῶν ἀδικημάτων ὑπὸ τοῦ παιδὸς
ἄκων τοῖς ἤθεσιν ἐλέγετο, ὢν πάνυ τυραννι-
κὸς αὐτὸς ὤν, ἀλλ' εἴκων ἐκείνῳ. φιλότεκνος
γὰρ ἐς ὑπερβολὴν ἐγίνετο, ὡς ἔδοξε, καὶ πάντα
ὁ παῖς ἦν αὐτῷ, καὶ ἐκείνῳ ἐπείθετο, καὶ ἠδίκει
ὅσα κελεύοι, καὶ ἐκόλαζεν ὃς τοῖς τάττοι· καὶ
πάντα ὑπηρέτει, καὶ ὅλως, ἐτυραννεῖτο ὑπ'
αὐτοῦ, καὶ δορυφόρος τῶν τοῦ παιδὸς ὑπερημιῶν
ἦν. ὁ γεραιὸς μέν, τῆς μὲν τιμῆς πρεσβεῖα καὶ
ἡλικίαν ἐκείνῳ, καὶ μόνα ἐξήσατο τοῦ τῆς ἀρ-
χῆς ὀνόματος· ὁ δ' ἔργῳ τῆς τυραννίδος, καὶ ὁ
κεφάλαιον, αὐτὸς ἦν. καὶ ὁ μὲν πιστὸν καὶ ἀσφα-
λὲς, ἀπ' αὐτοῦ προῆκε τῇ δυναστείᾳ· τιμὴ δ'
ἀπόλαυσιν μόνος ἐκαρποῦτο τῶν ἀδικημά-
των. ἐκεῖνος ἦν ὁ τοὺς δορυφόρους στρατέχων, ὁ τὴν
φυγὴν κρατύνων, ὁ τοὺς τυραννικωμένους
ἐκκόπτων, ὁ τοὺς ὑπεκβαλλόντας φόβῳ ἐκεῖ-
νος, ὁ τοὺς ἐφήβους αἰκιστῶν, ὁ συνδείζων τοῖς
γάμοις· ἐκείνῳ αἱ παρθένοι λύπῃ ἐγίνοντο, καὶ εἴ τι-
νες σφαγαὶ, καὶ εἴ τινες φυγαὶ, καὶ χρημάτων ἁ-
φαιρέσεις, καὶ βάσκοι, καὶ ὕβρεις, πάντα ταῦτα
ἐλυμήνατο ἦν νεανικά. ὁ γέρων δ' ἐκεῖνος,
ἠκολούθει, καὶ συνῄδει, καὶ ἐπῄνει μόνον τὰ τοῦ
παιδὸς ἀδικήματα, καὶ ὃ θαῦμα ἡμῖν ἀ-
φόρητον παρεῖχεν. Ὅταν γὰρ αἱ τῆς γνώμης
ὑπερθυμίαι τὴν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν προσ-
λάβωσιν, οὐδένα ὅρον ποιοῦνται τῶν ἀδικημά-
των. μάλιστα δ' ἐκεῖνο ἐλύπει, ὃ εἰδέναι μὲν ἦν,
μᾶλλον δ' αἴσθεσθαι τὴν δουλείαν ἐσομένην, καὶ ἐκ
διαδοχῆς τοῦ δεσπόσοντος τὴν πόλιν, ἄλλο-
τε ἄλλῳ δεσπότῃ, καὶ πονηρῷ, κληρονόμημα
γενησόμενον τὸν δῆμον, ὡς τοῖς γε ἄλλοις ὑ μι-
κρά τις ἐλπὶς αὐτῇ, ὃ λογίζεσθαι, καὶ πρὸς αὐ-
τοὺς λέγειν, ἀλλ' ἤδη παύσε), ἀλλ' ἤδη τεθνή-
ξεται, καὶ μετ' ὀλίγον ἐλεύθεροι γενησόμεθα.

A atque vnicam seruitutem sustinebamus,
nec vnius domini violentiam tolerabamus: verùm soli omnium quos similis habuit calamitas, duos pro vno tyrannos habebamus, & in geminas contumelias distrahebamur infelices. Porrò senex multo erat moderatior, quippe ad iras lentior, ad supplicia segnior, & ad cupiditates tardior: vtpote cui iam ætas vehementiam impetus cohiberet, voluptatúmque cupiditates refrenaret. Quin ad suscipienda maleficia filij instinctu nolens impelli ferebatur, ipse alioqui non admodum tyrannicus, nisi quòd illi morem gerebat. Siquidem indulgens
B in filium supra quàm credi queat, erat: id quod re declarauit, ita vt filius illi esset omnia. Illi parebat: per vim faciebat quicquid ille iusserat: supplicio afficiebat quoscunque præceperat, ac prorsus in omnibus illi obsequundabat. In summa, filius in patrem, tyrannum quendam agebat, pater filij cupiditatum satelles erat. Tametsi huic propter ætatem honorem cedebat adolescens, solóque imperij nomine temperabat, tamen res & caput tyrannidis erat ipse. Et quanquam tutamentum præsidiúmque principatui ab illo mutuaretur, sce-
C lerum tamen emolumentis solus fruebatur. Ille erat qui satellites continebat, qui custodias obtinebat, qui tyrannidem affectantes è medio tollebat, qui insidias formidabat: ille qui castrabat ephebos, qui coniugia violabat: illi virgines producebantur. Tum si quæ cædes, si qua exilia, si quæ pecuniarum expilationes, delationes, contumeliæ, ea omnia iuuenis temeritate gerebantur: porrò senex illi obsequebatur, comitémque scelerum sese præbebat, ac comprobabat duntaxat filij
D sui flagitia. Itaque cùm ea res nobis erat intoleranda, propterea quòd quum animi cupiditatibus ex imperio potestas accedit, nullum flagitiis modum imponunt: tum illud in primis discruciabat, quòd prospiceremus diuturnam, vel æternam potiùs seruitutem eam futuram, & per successionem alij post alium domino tradendam Rempub. populúmque homini scelesto hereditatis instar obuenturum. Nam id aliis spem non exiguam facit, quod apud sese reputãt, quod inter sese dicũt: At mox coërcebitur, at mox demorietur, paulo pòst liberi sumus futuri.

*Narratio, qua magnitudine tyrannidis exaggerat, & omnem eius causſam in filium trãsfert.*

Verùm de his nihil eiusmodi sperabatur, quin potiùs iam intuebamur paratum tyrannidis hæredem. Vnde factum est, vt ne aggredi quidem quisquam fortium ciuium,& qui eadem quæ ego,animo statuisset, auderet: sed desperabatur ab vniuersis libertas, atque inexpugnabilis tyrannis videbatur: quippe quum esset cum tam multis confligendum ac dimicandum. At me nihil ista deterruerunt, neque perpensa negotij difficultate refugi, neque ad suscipiendum discrimen trepidaui: verùm solus, solus inquam, aduersus adeò validam variámque tyrannidem: vel non solus potiùs, sed gladio comite conscendi: quippe qui mihi sit auxiliatus, mecúmque ex parte tyrannum interemerit, quum mors mihi interim ob oculos obuersabatur; at ò diuerso perpendenti, quòd publicam libertatem mea cæde redempturus essem. *Consilium & modus cædis.* Ergo vbi in primâ irruissem custodiam, neque mediocri negotio satellites submouissem: occidens interim in quem incurrissem,& quicquid obsisteret amoliens, ad ipsum negotij caput ferebar, ad vnicum tyrannidis robur, ad nostrarum calamitatum fontem, atque irrupto arcis propugnaculo, quum viderem illum fortiter tuentem sese, multísque vulneribus resistentem, tamen occidi. Et iam tum erat sublata tyrannis, iam tum mihi confectum facinus. Ex eo tempore liberi omnes, nisi quòd reliquus adhuc erat senex solus, inermis, nudatus custodiis, iámque amisso magno illo suo satellite desertus, neque deinde dignus forti dextra. Ibi nimirum mecum ipse Iudices hæc animo reputabam: Cuncta mihi pulchrè habent, cuncta confecta sunt, cuncta eò quò destinaram, perducta: at cum qui reliquus est, quo tandem modo pœnas dare conuenit? Me quidem meaque dextera nequaquam est dignus, præsertim si post splendidum facinus iuuenile atque magnificum interimatur, priorem illam cædem dedecoraturus. Carnifex aliquis quærendus est illo dignus, verùm post calamitatem, ne vel hanc ipsam lucrifaciat: Videat, discrucietur, appositum habeat ensem: huic reliqua mando. Hæc vbi mecum statuissem, ipse quidem illinc discedo: at ille peregit id quod ego prædiuinaueram: tyrannum occidit, summámq; meæ imposuit fabulæ.

ἐπ' ἐκείνων δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἠλπίζετο, ἀλλ' ἑωρῶμεν ἤδη ἕτοιμον τὸν τῆς ἀρχῆς διάδοχον. τοιγαροῦν μόνῃ ὁπλῇ τὴν ἐπὶ-
μαν τοῦ γηνικοῦ, καὶ τὰ αὐτὰ ἐμοὶ πρασ-
σομένων, ἀλλ' ἀπέγνωστο πανταπασιν ἡ
ἐλευθερία, καὶ ἄμαχος ἡ τυραννὶς ἐδόκει,
πρὸς τοσούτους ἐσομένης τῆς διαχρήσεως.
ἀλλ' οὐκ ἐμὲ ταῦτ' ἐφόβησεν, οὐδὲ ὁ δυσ-
ρὲς τῆς πράξεως λογισάμενος ἀπέσχησα,
οὐδὲ πρὸς τὸν κίνδυνον ἀπεδειλίασα. μόνος
δὲ μόνος πρὸς ἅπαντας ἰσχυρὸν καὶ πολλὴν τὴν
τυραννίδα· μᾶλλον δὲ οὐδὲ μόνος, ἀλλὰ μετὰ
τοῦ ξίφους αὐτὴν τοῦ συμμεμαχημένου, καὶ ὃ
μέρος συνιστὺς τυραννοκτονητὸς, πρὸ ὀφθαλ-
μῶν μοι τὸν τελευτὴν ἔχων, ἀλλαξόμενος
δὲ ὅμως τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς
τῆς ἐμῆς. ἐντυχὼν δὲ τῇ πρώτῃ φυλακῇ, καὶ
προσβαλὼν ῥᾳδίως τοῖς δορυφόροις, καὶ τὸν
ἐντυγχάνοντα κτείνων, καὶ ὃ αὐξησάμενον
πρῶ διαφθείρων, ὅτι ὃ κεφάλαιον αὐτὸ τῶν
ἔργων ἐμοὶ, ὅτι τὴν μόνην τῆς τυραννίδος
ἰσχὺν, ὅτι τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν ἡμετέρων συμ-
φορῶν. καὶ βιασάμενος τὸν τῆς ἀκροπόλεως φρου-
ρὸν, καὶ ἰδὼν γηνικοῦν ἀμυνόμενον, καὶ διαπε-
σάμενον πολλοῖς τραύμασιν, ὅμως ἀπέκτει-
να. καὶ ἡ μὲν τυραννὶς ἤδη καθῄρητο, καὶ πρᾶ-
γμα εἶχέ μοι ὃ λοιπὸν, καὶ ὃ ἀπ' ἐκείνου, πάν-
των μὲν ἐλευθέρων, ἐλείπετο δ' ὁ γέρων ἐπὶ
μόνος, δίοπλος, ἀπροβούλευτος τοῖς φύλα-
ξιν, ἀπολωλεκὼς τὸν μέγαν σκῆπτρον αὐτοῦ
δορυφόρον, ἔρημος, οὐδὲ γυναίας ἔτι χρεὼν
ἄξιος. οὕτω δὴ τοίνυν πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ ἄν-
δρες δικασταί, τὰ τοιαῦτα ἐλογισάμην,
πότ' ἔχει μοι καλῶς, πότε πέπρακται,
πότε κατόρθωται, τίνα αὖ ὁ πρόλοιπος κο-
λασθεὶς τρόπον; ἐμοῦ μὲν γὰρ αὐτάξιος ὄφι,
καὶ τῆς ἐμῆς δόξης, καὶ μάλιστα ἐπ' ἔργῳ
λαμπρῷ, καὶ νεανικῷ, καὶ γηναίῳ αἰρημέ-
νος, καθαιμώων κἀκείνῳ τὴν σφαγήν.
ἄξιον δέ τινα δεῖ ζητῆσαι δήμιον, ἀλλὰ με-
τὰ τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτὴν κερ-
δαίνῃ· ἰδέτω, κολασθήτω, παραλειπόμενον
ἐχέτω τὸ ξίφος. τοῦτο τὰ λοιπὰ ἐπετέλο-
μην. ταῦτα βουλευσάμενος, αὐτὸς μὲν ἐκ-
ποδὼν ἀπηλλαττόμην. ὁ δὲ, ὅπερ ἐγὼ προ-
μαντευσάμην, διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι.

πρόειμι οὖν κομίζων ὑμῖν τὴν δημοκρατίαν, καὶ θαρρῶν ἤδη παρακηρύττων ἅπασι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν διαγελιζόμενος· ἤδη οὖν ἀπολαύετε τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν. κενὴ μὲν ὡς ὁρᾶτε πονηρῶν ἡ ἀκρόπολις, ὑπερόπτης δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ τιμαὶ ἔξεστι, καὶ δικάζειν, καὶ αἰτιᾶσθαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ πάντα ταῦτα γεγένηται δι' ἐμὲ ὑμῖν, καὶ δόξα τὴν τόλμαν τὴν ἐμήν· καὶ τὸν ἐκείνου φόνον, μεθ' ὃν οὐκ ἔτι ζῆν πατὴρ ἐδύνατο. ἀξιῶ δ' οὖν ὑπὲρ τούτοις, τὴν ὀφειλομένην δοθῆναί μοι παρ' ὑμῶν δωρεάν, ὑ φιλοκερδὴς, οὐδὲ μικρολόγος τὶς ὢν, ὑδ' ὅτι μισθῷ τὴν πατρίδα ἐβουλόμην εὐεργετεῖν παρηρημένος, ἀλλὰ θεραπευθῆναί μοι βουλόμενος τὰ κατορθώματα τῇ δωρεᾷ, καὶ μὴ δόξαι ἀθυμῆσαι, μηδ' ἀδόξου ἡμέρας τὴν ὑπερβάσιν τὴν ἐμὴν, ὡς ἀτελῆ, καὶ ἄρρητον αἰκίαν κεκριμένην. ὑ τοῖσι δὲ αὐτιλέγει, καὶ φησὶν, οὐκ εὔλογον ποιῶν με τιμᾶσθαι θέλοντα, καὶ δωρεὰν λαμβάνειν. ὑ γὰρ εἰ τυραννοκτόνον, οὐδὲ προσῆκέν μοι τι κατὰ τὸν νόμον, ἀλλ' ὀφεῖλον τῷ ἔργῳ τῷ ἐμῷ, παρὸν ἀπαίτησιν τῆς δωρεᾶς. πυθάνομαι τοίνυν αὐτοῦ, τί λοιπὸν ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ; οὐκ ἐβουλήθην, οὐκ ἀνῆλθον; οὐκ ἐφόνευσα; οὐκ ἠλευθέρωσα; μή τις ὑπερέπεσε; μή τις κεκώλυκε; μή τις ἀπειλεῖ δεσπότης; μή τις με τῶν κακούργων διέφυγεν; οὐκ ἂν εἴποις· ἀλλὰ πάντα εἰρήνης μεστὰ, καὶ πάντες οἱ νόμοι, καὶ ἐλευθερία σαφὴς, καὶ δημοκρατία βέβαιος, καὶ γάμοι ἀσύγχυτοι, καὶ παῖδες ἀδεεῖς, καὶ παρθένοι ἀσφαλεῖς, καὶ ἑορτάζουσα τὴν κοινὴν εὐτυχίαν ἡ πόλις. τίς οὖν ὁ τούτων ἁπάντων αἴτιος; τίς ὁ σκῆπτρα μὲν παύσας, τάδε δὲ πραγμένος; εἰ γάρ τις ὅστις τῶν ἐμῶν τιμᾶσθαι δίκαιος, τοῦδε χωρῶ τῷ τέρως, δέομαι τῆς δωρεᾶς. εἰ γὰρ μόνος ἐγὼ πάντα διεπραξάμην, βουλόμενος, κινδυνεύων, αἰτιώμενος, ἀναιρῶν, κολάζων, δι' ἀλλήλων τιμωρούμενος, τί μου δέονται τὰ κατορθώματα; τί γὰρ ἀχάριστον τοσοῦτον πρὸς με τὸν δῆμον ποιεῖς εἰ; ὑ γὰρ αὐτὸν ἐφόνευσας τὸν τύραννον· ὁ δὲ νόμος, τυραννοκτόνῳ δίδωσι τὴν δωρεάν. διαφέρει δὲ εἰπέ μοι, τί, ἢ αὐτὸν ἀπέκτεινα, ἢ τοῦ θανάτου παρέσχον τὴν αἰτίαν; ἐγὼ μὲν γὰρ, οὐδὲν, οἶμαι· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὁ νομοθέτης εἶδε, τὴν ἐλευθερίαν, τὴν δημοκρατίαν, τὴν τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν·

A Adsum igitur, popularem administrationem vobis apportans, cunctique bono iam vt animo sint edicens, ac libertatem annuncians: iam meis fruimini factis. Vacua, sicut videtis, sceleratis hominibus arx: imperat nemo: quin & magistratus creare liberum est, & causas agere, & ex legibus contradicere. Atque hæc omnia vobis mea contigerunt opera, meáque fortitudine, videlicet ex vna illa cæde, postquam pater iam viuere non quibat. Æquum itaque censeo, vt his *Petitio.* pro meritis debitum mihi à vobis præmium donetur, non quòd lucri auidus, aut sordidus quispiam sim, nec is qui mercedis gratia de patria bene mereri statuerim: verùm quòd præmio cupiam officia mea comprobari, neque repudiari aut inglorios fieri conatus meos, si velut irriti præmióque indigni iudicentur. At hic contradicit, negátque æquum *Confutatio.* facere me, qui decorari munere, præmiúmque ferre cuptam. Neque enim tyrannicidam esse me, neque quicquam à me pro legis sententia confectum esse, verùm facinori meo deesse quiddam ad hoc vt præmium postulem. Percõtor igitur illum, quid præterea requiris à me? nonne volui? nonne ascendi? nonne occidi? nonne libertatem peperi? num quis imperat? num quis iubet? num quis minitatur dominus? num quis nocentium manus effugit meas? Haudquaquam dixeris, sed omnia plena pacis, omnes restitutæ leges, libertas manifesta, democratia stabilis, inuiolata connubia, pueri tuti, virgines absque periculo: publicámque felicitatem solennibus feriis celebrat ciuitas. Quis igitur horum omnium auctor? quis est qui illa sustulit, hæc peperit? Etenim si quisquam præ me dignus honore sit, cedam præmium, desistam à petendo munere. Quòd si solus omnia peregi, audens, periclitans, ascendens, interimens, excrucians, alterum vltus in altero, quid mea calumniaris officia? cur facis vt populus parum erga me gratus existat? At enim num occidisti tyrannum? Porro lex tyrannicidæ præmium decernit. Verùm dic mihi, nunquid *1. Argumentum à finitione tyrannicidæ.* interest vtrùm ipse interimas, an mortis causam ministres? Mea profectò sententia, nihil: verùm hoc solum spectauit legis conditor, libertatem, democratiam, sceleratorum sublationem.

Huic honorem decreuit, hoc præmio dignum iudicauit: quod quidem inficiari non potes quin mea cõtigerit opera. Etenim si occidi eum, quo occiso ille non poterat viuere: nimirum ipse cędem peregi, ego occidi, sed illius manu. Itaque ne discepta de cædis modo, neque illud expende, quemadmodum interierit, verùm an iam perierit, & an quòd periit, id à me sit profectum: quã doquidem & illud excussurus mihi videris, atque his aduersus bene de Repub. meritos calumniis vsurus: Si quis non gladio, verùm lapide, lignóve, aut alio quouis pacto peremerit. Quid porrò si fame tyrannum obsedissem, ad mortis necessitatem compellens, num id quoque requisiturus eras à me cædem mea ipsius manu peractam? aut desiderari adhuc quiddam diceres ad id vt legi factum à me satis videatur: atque id, quum sceleſtum acerbiùs etiam atque atrociore mortis genere trucidassem? Vnum duntaxat specta, hoc require, hoc excute: Quis nocentium reliquus? aut quæ metus expectatio? aut quod calamitatum vestigium? Quòd si purgata omnia, si pacata, profectò sycophanticum est, modum rei gestæ calumniantem, præmio frustrari velle, quod iis quæ virtute confecta sunt, debeatur. Equidem & illud memini dissertum in legibus, (nisi fortè propter diutinam seruitutem oblitus sum eorum quæ ab illis dicuntur) cauſſam mortis esse duplicem: puta si quis ipse occidat: aut si non ipse quidem occidit, neque manu facinus peregit, verùm compulit, præbuítque mortis occasionem: ex æquo & hunc quoque lex censet supplicio affici oportere, idque iure optimo. Neque enim statuit minùs valere oportere audaciam, quàm facinus: ac postea superuacaneũ est cędis rationem viámque spectare. Deinde hũc qui sic occiderit, tanquam homicidam pœnas oportere dare censebis, ac nequaquam absoluendum esse. At me qui per omnia consimili modo Rempubl. iuui, non censes ea capere oportere, quæ iis debentur qui beneficio iuuerunt. Neque enim illud dicere possis, me quidem imprudentem feciſſe, sed exitum quendam commodum fortuitò fuisse cõsequutum præter animi sententiam. Nam quid prętereà iam formidassem, eo qui validior erat, interempto? cur autem gladium in vulnere reliquissem, nisi planè quod erat euenturum, idipsum prędiuinassem?

*Amplificatio à collatione effectus.*

*Finitionẽ probat à genere & cauſſa efficiente*

*A voluntate.*

A τοῦτ' ἐτίμησε, τοῦτ' ἄξιον ἀμοιβῆς ἐνόμιζεν, ὅσῳ γε οὐκ ἂν εἴποις, μὴ δι' ἐμὲ γεγωνέναι. εἰ γὰρ ἐφόνευσα δι' ὃν ἐκεῖνος ζῆν οὐκ ἐδύνατο, αὐτὸς εἴργασμαι τῷ σφαγεῖ ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνου. μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, μηδ' ἐξέταζε ὅπως ἀπέθανεν, ἀλλ' εἰ μηκέτ' ὄντι, εἰ δι' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει, ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξεπάσῃ μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσῃ τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δὲ εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τὸν τύ- B ραννον, τοῦτ' ἀπαίτεις δῆτα καὶ τότε παρ' ἐμοῦ αὐτόχειρα τοῦ σφαγέως; ἢ ὀφεῖν ἔλεγές μοι τι πρὸς τὸν νόμον; καὶ ταῦτα, χαλεπώτερον τοῦ κακοῦργου πεφονευμένου; ἓν μόνον ἐξέταζε, τοῦτο ἀπαίτει, τοῦτο πολυπραγμόνει, τίς τῶν πονηρῶν λείπεται, ἢ τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου, ἢ τί ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν; εἰ δὲ καθαρὰ πάντα, καὶ εἰρηνικά, συκοφαντικῶς ὄντως τῷ τρόπῳ τῶν πεπραγμένων χρωμένῳ, ἀποστερῆσ ἐθέλειν τοῦ ὀφειλομένου τοῖς πεπονημένοις C δωρεᾶς. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο μέμνημαι διηρθρωμένον ἐν τοῖς νόμοις, ἐκτὸς εἰ μή τι τῷ πολλῷ δουλείᾳ ὑπιλέλησμαι τῶν ἐν αὐτοῖς εἰρημένων, αἰτίας θανάτου εἶναι διττάς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἀνάγκασε δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου· τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι, μάλα δικαίως. οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας· καὶ πρεπτὴ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις τοῦ τρόπου τῆς σφαγῆς. εἶτα τὸν μὲ οὕ- D τως ἀποκτείνοντα, κελεύζειν ὡς αὐθροφόνον δικαιοῖς, καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις· τὸν δὲ κατ' τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον ὃν πεποιηκότα τῇ πόλιν, οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις; οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἂν ἔχοις λέγειν, ὡς ἐγὼ μὲν ἁπλῶς αὐτὸ ἔπραξα, ἠκολούθησε δέ τι τέλος ἄλλως χρηστὸν, ἐμοῦ μὴ θελήσαντος. τί γὰρ ἔτι ἐδεδίειν, τοῦ ἰσχυροτέρου πεφονευμένου; τί δὲ κατέλιπον τὸ ξίφος ἐν τῇ σφαγῇ, εἰ μὴ πάντως τὸ ἐσόμενον αὐτὸ προεμαθόμην;

ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο φῄς, ὡς ὁ τύραννος ὁ τεθνεὼς ἰδίᾳ, οὐδὲ τούτῳ εἶχε τὴν προσηγορίαν, οὐδὲ δωρεὰς ἂν αὐτοῖς πολλὰς, εἰ ἀπεθάνοι, ἠδέως αἱ ἡμεῖς ἐδώκατε. ἀλλ' οὐκ ἂν δύ' εἴποις. εἶτα τοῦ τυράννου πεφονευμένου, τῷ τὴν αἰτίαν παρασχόντι τῆς σφαγῆς, οὐκ ἀποδώσῃς τὴν δωρεάν; ὦ τῆς πολυπραγμοσύνης. μέλῃ δέ σοι πῶς ἀπέθανεν, ἀπολαύοντι τῆς ἐλευθερίας, ἢ τὸν τὴν δημοκρατίαν ἀποδεδωκότα, περιττότερόν τι πρᾶσσαντες; καίτοι ὅ γε νόμος, ὡς φῄς, τὸ κεφάλαιον ἐξετάζει τῶν πεπραγμένων· τὰ δὲ μέσου δὴ πάντα ἐᾷ, καὶ οὐκ ἔτι πολυπραγμονεῖ. τί γάρ; καὶ οὐχὶ ἐξελάσας τις τύραννον, ἤδη τιμὴν ἔλαβε τυραννοκτόνου; καὶ μάλα δικαίως· ἐλευθερίαν γὰρ κἀκεῖνος αὐτὴ δουλείας πρέσβηται. ὃ δ' ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένου, ἡ φυγὴ, οὐδὲ δευτέρας ἐπανασάσεως ἐλπὶς, ἀλλὰ παντελὴς καθαίρεσις, καὶ πανωλεθρία παντὸς τοῦ γένους, καὶ ῥιζόθεν ὁ δεινὸν ἅπαν ἐκκεκομμένον. καί μοι πρὸς θεῶν ἤδη ἀπ' ἀρχῆς ἐς τέλος, εἰ δοκεῖ, πάντα ἐξετάσατε, εἴ τι τῶν πρὸς τὸν νόμον παραλέλειπται, καὶ εἰ ἐνδεῖ τῶν προσεῖναι ὀφελόντων τυραννοκτόνῳ. πρῶτα μὲν δὴ γνώμην προυπῆρχε χρὴ γενέσθαι, καὶ φιλόπολιν, καὶ πρὸ τῶν κοινῶν κινδυνεύειν ἐθέλουσαν, καὶ τῷ οἰκείῳ θανάτῳ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν ὠνησομένην. ἆρ' οὖν πρὸς τοῦτο ἐνδέησα, ἐμαλακίσθην, ἢ προδιδόμενός τινα τῶν ἀφ' ἑστίας κινδύνων ἀπώκνησα; οὐκ δύ' εἴποις. μᾶλλον τοίνυν ὅτι τοῦτον ἔπι μόνον, καὶ νόμιζε τὸ θελῆσαι μόνον, καὶ τὸ βουλεύσασθαι ταῦτα, εἰ καὶ μὴ χρησιν ἀποδεδώκει, ἐκ τε τῆς γνώμης αὐτῆς καταστάντα με, χάριν ἀξιοῦν, ὡς εὐεργέτην λαμβάνειν. ἐμοῦ μὲν γὰρ ὁ δεινὸς, ἄλλου δὲ μετ' ἐμὲ τετυραννοκτονηκότος, ἄλογον εἰπεῖν μοι, ἢ ἄγνωμον ἐδόκει παρασχεῖν; ἢ μᾶλλον εἰ ἔλεγον, ἄνδρες, ἐβουλόμην, ἠθέλησα, ἐπεχείρησα, ἐπειρᾶσθην τῆς γνώμης, μόνος ἄξιός εἰμι τιμᾶσθαι, τί δὴ ἀπεκρίνω τότε; νῦν δὲ, οὐ τοῦτό φημι, ἀλλὰ καὶ αἰῶλον, ἢ ἐκινδύνευσα, ἢ μυρία πρὸ τῆς τοῦ νεανίσκου σφαγῆς ἐποίησα.

A Nisi forsan illud dices, hunc qui extinctus est, tyrannum non esse, neque hanc appellationem in illum competere: neque vos multum præmij hoc nomine, si ille fuisset occisus, decreturos fuisse. Atqui istud dicere non queas. An tyranno interempto, ei qui cędis caussam ministrauit, præmium negabis? O curiositatem! de illo laboras quo pacto interierit, quum interim libertate fruaris? Aut ab eo qui democratiã restituit, nescio quid superuacaneum præterea requiris? Atqui lex (vti fateris) caput rei gestæ spectat: quę verò ad id conducunt, ea omnia missa facit, neque iam vltrà curiosiùs excutit. Quid enim? an si tyrannum exegerit B quispiam, non is iam tyrannicidæ præmium cepisset? cepisset opinor, idque iure optimo: siquidem & hic pro seruitute libertatem peperisset. At id quod à me patratum est, non exilium habet, non in posterum instaurandæ tyrannidis metum: verùm absolutam sublationem, totiúsque generis internecionem, omnéque malum radicitus excisum. Et mihi per deos iam ab initio ad finem vsque (si videtur) rem totã perpendite, num quid C eorum quæ ad leges pertinent, sit prætermissum, & num quid in me desideretur ex his quæ tyrannicidæ oportebat adesse. Prjncipiò mentem priùs oportet suppetere fortem, & amãtem Reip. quęque pro communibus commodis periculum adire non recusęt, quæque priuato suo interitu, multitudinis incolumitatem ausit redimere. Num hac parte quicquam mihi defuit? Num frãgebar animo? Num quum præscirem per quæ pericula mihi perrumpendum esset, per ignauiam refugi? Profectò non potes dicere. In hac interim parte tantùm commorare, atque æstima, an non vel voluisse tantùm ista, D ac statuisse, præclarum facinus futurum fuisse videatur. Ac putato me solius animi voluntatisque argumento præmium postulare, tanquam qui beneficio iuuerit. Tum si voluntati meæ facultas defuisset, verùm alius post me tyrannum occidisset, die mihi, num absurdum aut præter æquum fuerat dare præmium? Minimè. Si dicerem, ciues, volui, statui, aggressus sum, voluntatis experimentum dedi, solus dignus sum qui præmium feram: quid tum responsurus fueras? Nunc porrò non hoc dico, sed insuper, Ascendi, periclitatus sum, atque innumerabilia priusquam iuuenem occiderem, patraui.

*II. Argumentum à fine legis. A minore.*

*III. Locus à summo ad imum.*

*I. Voluntas & consilium.*

*II. Conatus.*

Neque enim vſque adeò facilem, factú- A
que procliuem eſſe rem exiſtimetis, cu-
ſtodias perrumpere, ſatellites opprimere,
vnúmque hominem eam multos amoliri.
Quin iſthuc penè maximum eſt omnium
quæ ſunt in tyrannicidio, totiúſque ne-
gotij caput. Nam ipſe iam tyrannus non
magna res eſt, neque expugnatu neque
confectu difficilis: verùm ea quæ tuentur
continéntque tyrannidem: quæ quidem
ſi quis ſuperarit, is nimirum cuncta quæ
deſtinauit, peregerit, & perpuſillum eſt
id quod ſupereſt. ſed ad tyrannos perue-
nire nunquam mihi contigiſſet, ni priùs
qui illum cingunt cuſtodes oppreſſiſſem,
omnéſque ſatellites antè debellaſſem. B
nihil adhuc addo: verùm in his rurſum
immoror. Cuſtodiam oppreſſi, ſatellites
ſuperaui, tyrannum incuſtoditum, iner-
mem, nudum reddidi. Vtrùm his rebus
confectis non tibi videor honore dignus?
an adhuc cædem ipſam à me requires?
Quinetiam ſi cædem quæris, ne ea qui-
dem deſiderabitur. Non ſum incruētus,
verùm cædem peregi, magnam ac ſtre-
nuam, nempe iuuenis ætate ac viribus
florentis, atque omnibus formidandi,
per quem ille ab inſidiis erat tutus, cui
vni fidebat, qui cōplurium ſatellitum in-
ſtar erat. An nō igitur, quęſo te, pręmio C
dignus videor, ſed tantis rebus geſtis ho-
nore fraudabor? Quid enim ſi ſatellitem
vnum, atque adeò quid ſi tyranni mini-
ſtrum quempiam interemiſſem? quid ſi
ſeruum aliquem charum? an non hoc
quoque magnum viſum fuiſſet, conſcen-
diſſe, mediáque in arce, mediis in armis,
aliquem è tyranni familiaribus iugulare?
Nunc & hunc ipſum qui occiſus eſt, cu-
iuſmodi ſit, conſidera. Filius erat tyran-
ni, vel tyrannus potiùs crudelior, domi-
nus intolerabilior, ad ſupplicia dirior,
ad contumelias violentior, quódque eſt D
maximum, hæres ac ſucceſſor omnium,
quíque in longum noſtras calamitates
poſſet prorogare. Vin' hoc ſolum mihi
confectum eſſe, ipſum verò tyrannum
viuere adhuc, fuga ereptum? Iam ho-
rum nomine præmium poſtulo. Quid
dicitis? Non dabitis? An non & illum
verebamini? An non dominus, an non
grauis, an non intolerandus erat? Por-
rò nunc negotij caput denique ipſum
perpēdite. Etenim quod hic à me requi-
rit, hoc quàm fieri potuit, pulcherrimè
confeci, tyrānúmque aliena cęde occidi,

*III. Amplificatio rei per comparationem.*

*IIII. Conatus.*

μὴ γὰρ ὅτω ῥᾴδιον, μηδ' ὑμεῖς ὑπολάβητε εἶ ὃ πρᾶγμα, φυλακὰς διορύξαι, καὶ δορυφόρων κρατῆσαι, καὶ πρέπαλα θαι τοσούτοις μόνον· ἀλλὰ χαλεπὸν ὃ μέγιστον ἐν τῇ τυραννοκτονίᾳ, καὶ ὃ κεφάλαιον τῶν ἔργων, τοῦτό ἐστιν. οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ὁ τύραννος, μέγα, καὶ δυσάλωτον, καὶ δυσκατέργαστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ φυλακίδια τὰ καὶ συνέχοντα τὴν τυραννίδα· ἃ τις δὴ νικήσῃ, πάντα σοὶ κατώρθωσε, καὶ ὃ λοιπὸν, ὀλίγον. ὃ δὲ δὴ ἄγχει τῶν τυράννων προσελθεῖν, οὐκ ἂν ὑπῆρξέ μοι, μὴ ἐγὼ τῶν περὶ αὐτὸν φυλάκων, καὶ δορυφόρων ἀπάντων κεκρατηκότι, κἀκείνους ἀπάντας προσνενικηκότι. οὐδὲν ἔτι προσπέπαμαι, ἀλλ' ὅτι τούτων αὖθις μέμνημαι· φυλακῆς ἐκράτησα, δορυφόρους ἐνίκησα, τὸν τύραννον, ἀφύλακτον, ὅπλων, γυμνὸν, ἀπέδωκα. ἐμοῦ ἄξιος ὅτι τούτοις εἶναί σοι δοκῶ, ἢ ἔτι ἀπαιτεῖς πρὸς ἐμοῦ τὸν φόνον; ἀλλ' εἰ καὶ φόνον ζητεῖς, οὐδὲ τοῦτο ἐνδεῖ, οὐδ' αἱάματος εἰμι, ἀλλ' εἰργασμαι μεγάλῳ καὶ θυναίαν σφαγὴν, νεανίσκου ἀκμάζοντος, καὶ πᾶσι φοβεροῦ, δι' ὃν αἰεπιβούλευτος κἀκεῖνος ἦν, ᾧ μόνῳ ἐθάρρει, ὃς αὐτὴ πολλῶν ἤρκει δορυφόρων. ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιος, ὦ σοί, δωρεᾶς, ἀλλ' ἄτιμος ὅτι τηλικούτοις ἠδίκημαι; τί γὰρ εἰ δορυφόρων ἕνα, τί δὲ εἰ ὑπηρέτην τινὰ τοῦ τυράννου ἀπέκτεινα; τί δ' εἰ οἰκέτην τιμιον; οὐ μέγα δῆτ' ἔδοξε τοῦτο, ἀνελθόντα ἐν μέσῃ τῇ ἀκροπόλει, ἐν μέσοις τοῖς ὅπλοις, φόνον τινὸς ἐργάσασθαι τῶν τοῦ τυράννου φίλων; νυνὶ δὲ καὶ τὸν πεφοβημένον αὐτὸν ἴδε. υἱὸς ἦν τυράννου, μᾶλλον δὲ τύραννος χαλεπώτερος, καὶ δεσπότης ἀπαραίτητος, καὶ κολαστὴς ὠμότερος, καὶ ὑβριστὴς βιαιότερος· ὃ δὲ μέγιστον, κληρονόμος τῶν ὅλων, καὶ μακρόδοχος, καὶ ὅπι πολὺ προσδοκᾶν τὰς ἡμετέρας συμφορὰς δυνάμενος. βούλει τοῦτο μόνον περισῴζεσθαί μοι, ζῆν δ' ἔτι τὸν τύραννον μακροθυμῆται; γέγεσο δὴ ὅτι τούτοις αἰτῶ· τί φατε; ὑ δώσετε; ὑχὶ κἀκεῖνον ὑφεωρᾶτε; ὑ δεσπότης; οὐ βαρύς; οὐκ ἀφόρητος ἦν; νυνὶ δὲ καὶ ὃ κεφάλαιον αὐτὸ ἐνοήσατε· ὁ γὰρ σοὶ ἀπαιτεῖ πρὸς ἐμοῦ, τοῦτο ὡς ἐγὼ, ἄρτι διεπραξάμην, τὸν τύραννον ἀπέκτεινα ἑτέρῳ φόνῳ,

οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ πληγῇ μιᾷ, ὑφ' ἧ- A non ſimpliciter, nec vulnere vno, id quod
κιστα τοῦτον ἐβούλετο αὐτῷ, ὅτι τηλικούτοις ἀδικήμασιν, ἀλλὰ λύπῃ τε βασάνισας πολλῇ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς δείξας τὰ φίλτατα οἰκτρῶς τε κείμενα, υἱὸν ὡς ἡλικίᾳ, εἰ καὶ πονηρόν, ἀλλ' οὖν καὶ ἀκμάζοντα, & ὅμοιον τῷ πατρὶ, αἵματος καὶ λύθρου ἐμπεπλησμένον. ταῦτ' ἔστι πατέρων τὰ τραύματα, ταῦτα ξίφη δικαίων τυραννοκτόνων, τοῦτ' θανάτου ἄξιος ὠμὸς τύραννος· αὕτη τιμωρία πρέπουσα τοσούτοις ἀδικήμασι. ὃ μὲν βύθιος ἀποθανὼν, ὃ δὲ βύθιος ἀγνοήσας, ὃ δὲ μηδὲν τοιοῦτο θέαμα ἰδεῖν, οὐδὲν ἔχει τυραννικῆς κολάσεως ἄξιον. οὐ γὰρ ἠγνόουν, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἠγνόουν, οὐδὲ τῷ ἄλλων οὐδείς, ὅσην σκῆψιν βύσσου τε τὸν υἱὸν εἶχε, & ὡς οὐκ ἂν ἠξίωσεν ὑπολιπεῖν οὐδὲ ὀλίγον αὐτῷ χρόνον. πολλοὶ μὲν γὰρ πατέρες ἴσως τοιοῦτοι τοῖς παῖδας τοιοῦτοι· ὁ δὲ, καὶ μᾶλλον ἔτι τῷ ἄλλων εἶχεν, εἰκότως, ὁρῶν μόνον σκῆψιν κηδεμόνα, καὶ φύλακα τῆς τυραννίδος, καὶ μόνον τε κινδυνεύοντα τῇ παιδὶ, καὶ τὸν ἀσφαλέστατον τῇ ἀρχῇ προελόμενον. ὥστε εἰ καὶ μὴ διὰ τὸν βύσσον, ἀλλὰ διὰ τὸν B C ἀπόγνωσιν, βύθιος ἡσσάμενον τεθνηξόμενον αὐτὸν, καὶ λογιούμενον ὡς οὐδὲν ἔτι τῇ ζῆν, ὄφελος τῆς ἐκ τῆ παιδὸς ἀσφαλείας καθηρημένης. ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὸν φόβον, τὸν ὅτι τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, ἐπ' αὐτὸν ἐκκεκαυμένον τοῖς συμμάχοις, ἡ τοῦδε τὸν τελευταῖον σκέψιν σκέψει καὶ τὸν αἴτιον· ἀπέθανεν ὑμῖν ἄτεκνος, λελυπημένος, ὀδυρόμενος, δακρύων, πεπενθηκὼς πένθος, ὀλιγοχρόνιον D μὲν, ἀλλ' ἱκανὸν πατρί· καὶ ὃ δεινότατον, αὐτὸς ὑφ' αὑτῷ, ὅσπερ θανάτων οἰκτίστος, καὶ πολλῷ χαλεπώτερος, ἢ εἴ τις ἄλλος ἐκκεκαυμένον. ποῦ μοι ὁ ξίφος; μή τις ἄλλος τοῦτο γνωρίζει; μή τινος ἄλλου ὅπλον τοῦτο ἦν; τίς αὐτὸν ἐς τὸν ἀκρόπολιν ἀνεκόμισε; τοῦ τυράννου τίς ἐκράτησε; τίς αὐτὸ ἐπ' ἐκεῖνον ἀπέσφλεν; ὦ ξίφος κοινωνὸν, καὶ ἀφιδρυθὲν τῷ ἐμῷ καταρτωμάτων, μετὰ τοσούτους κινδύνους, μετὰ τοσούτους φόνους ἀμελούμεθα, καὶ ἀνάξιοι δοκούμεν δωρεᾶς.

*Amplificatio à modo.*

B iuſmodi vllum ſpectare ſpectaculum, profectò nihil habet tyrannico ſupplicio dignum. Neque enim ignorabam vir egregie, non ignorabam, inquam, neque quenquam alium latuit, quanta ille charitate filium ſit proſecutus, adeò vt illo extincto ne paululum quidem temporis ſibi in vita morandum eſſe fuerit dicturus. Atqui haud ſcio, an omnes patres hunc ad modum affecti ſint erga liberos: verùm hic etiam vltra reliquos habebat quiddam, idque meritò, quippe qui conſpiceret illum vnicum eſſe qui curaret ſeruarétque tyrannidem, quique ſolus pro patre pericula ſuſciperet, & tutamen imperio adderet. Itaque ſi non ob charitatem, certè ob rerum deſperationē ſciebam illum protinus exiturum è vita: perpenſurum enim, iam nihil eſſe cur velit viuere, adempto tutamine quod illi filius miniſtrauerat. Nimirum effeci, vt hæc omnia illum agminatim circumſiſterent, forma, dolor, deſperatio, formido, quiq; in poſterum imminebant metus: his aduerſus illum auxiliis ſum vſus, atque ad id extremum illum conſilium adegi. Interiit itaq; vobis orbus, excruciatus, plorans, lacrymans. Luxit luctum, non illum quidem diuturnum, verùm qui ſatis magnus eſſet patri. Poſtremò, quod eſt omnium acerbiſſimum, ipſe ſibi necē conſciuit: quod quidem mortis genus, præ cæteris miſerrimum, multóque atrocius eſt quàm ſi per alium inferatur. Vbi mihi gladius? Num quis alius eum agnoſcit? Num cuius alterius hoc geſtamen erat? Quis eum in arcem adduxit? Ante tyrannum quis eo eſt vſus? Quis eum ad illum miſit? O enſis particeps ſucceſſórque meorum egregiè factorum: poſt tanta pericula, poſt tantas cædes contemnimur, & indigni præmio iudicamur.

*Peroratio amplificata ab affectibus.*

Nam si huius tantùm nomine præmium à vobis postularem: si sic dicerem Iudices: Tyranno, quum mori vellet, quum id temporis inermem se deprehendisset, meus hic illi gladius inseruiuit, & ad consequendam libertatem auxilio fuit vniuersis: hunc quoque laude præmióque dignum iudicasseti s. Porrò domino tam popularis rei non gratiam retulisse tis? Nónne inter eos qui de Republica benemeriti sunt, scripsisse tis? Nónne gladium inter sacra monumenta consecrasse tis? Non illum secundùm Deos veneraremini? Nunc mihi considerate, quæ verisimile est fecisse tyrannum, quę dixisse priusquam sibi mortem consciscere: Quum iuuenis à me trucidaretur, ac multis etiam vulneribus confoderetur, idque in iis corporis partibus, quæ conspicuæ magis, magisque sint oculis obuiæ, videlicet vt quammaximè discruciaret eum qui genuerat, quóque primo statim conspectu perturbaret, miserabiliter inclamabat, parentem implorans non adiutorem, nec opitulatorem: quippe qui senex iam esset, atque inualidus: verùm domesticarum cladium spectatorem. Nam ego interim discesseram, auctor qui fueram totius tragœdiæ, relinquens actori cadauer, scenam, gladium, reliqua quæ ad actum fabulæ pertinebant. At ille adstans vbi filium conspexit, quem habebat vnicum, semiuiuum, sanguinolentum, cæde conspersum, tum vulnera perpetua, plurima ac lethalia, hunc ad modum exclamauit: O nate, extincti sumus, interempti sumus, tanquam tyranni iugulati sumus. Vbi mactator? Cui me seruat? Cui me relinquit? qui quidem iamdudum propter occisum te fili sum extinctus, nisi fortè me tanquã senem contemnit, ac lento supplicio me conficit: producitque mihi mortem, reddítque mihi cædem longiorem. Atque hæc locutus, ensem quærebat. Nam ipse inermis erat, propterea quòd per omnia filio fideret. Verùm ne is quidem deerat, vt qui iamdudum fuerit à me paratus, atque ad facinus futurum relictus. Euulso igitur è cæde gladio, atque è vulnere exempto, ait: Dudum me occidisti: nunc finem malis impone gladio. Ades patri lugenti solamen, senilémque manum & infelicem adiuua, iugula, Tyrannum occide, luctu libera. Vtinam prior in te incidissem, vtinam in cæde priorem occupassem locum. Occidissem quidem,

*Hypotyposis & prosopœia huius.*

εἰ γὰρ ἐπ' μόνῳ τούτου τὴν τιμὴν ἠτεῖτε παρ' ὑμῶν, εἰ γὰρ ἔλεγον, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐβουλήθη τῷ τυράννῳ, ὅτε ἀνόπλῳ ὑπὸ τῶν καιρῶν κατειλημμένῳ, ξίφος τοῦτο ἐμὸν ὑπηρέτησε, καὶ πρὸς τὸ τέλος τῆς ἐλευθερίας συνήργησε πᾶσι, τοῦτο τιμῆς τε καὶ δωρεᾶς ἄξιον νομίσατε, δεδόσθαι ὑπὸ δημοσίων κτημάτων οὐκ ἂν ἡμάρτατε; οὐκ ἂν ἐν τοῖς ἱερατείαις ἀνεγράψατε; οὐκ ἂν τὸ ξίφος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθήκατε; οὐκ ἂν μετὰ θεῶν ἐσέβετε προτεκμήσατε; νῦν μοι συνοήσατε, οἷα πεποιηκέναι εἰκὸς τὸν τύραννον, οἷα δ' εἰρηκέναι πρὸ τῆς τελευτῆς. ἐπεὶ γὰρ ἐμῷ φονευόμενος, καὶ πρωσωπόμενος πολλοῖς τραύμασιν ἐς τὰ φανερὰ τοῦ σώματος, ὡς ἂν μάλιστα λυπήσῃ ἔμελλεν τὸν γεγεννηκότα, ὡς δὴ οὐκ τῆς παρούσης θέας ἀμοιρήσειν οἰκτρᾶς, ὁ μὲν ἀνεβόησεν οἰκτρόν, ὑπεροδυνώμενος τὸν γεγεννηκότα, καὶ βοηθόν, οὐδὲ σύμμαχον, ἤδη γὰρ πρεσβύτην ὄντα καὶ ἀδύνατον, ἀλλὰ θεατὴν τῶν οἰκείων κακῶν. ἐγὼ γὰρ ἀπῳκλατόμην, ποιητὴς μὲν τῆς ὅλης τραγῳδίας γεγενημένος, καταλιπὼν δὲ ὑποκριτὴν τὸν νεκρὸν, καὶ τὴν σκηνὴν, καὶ τὸ ξίφος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ δράματος. ὑπεισὰς δ' οὖν φόνος, καὶ ἰδὼν υἱὸν, οὐ εἶχε μόνον ὀλίγον ἐμπνέοντα, ἡμιθνῆ μενον, ἐμπεπλησμένον τῶν φόνων, καὶ τραύματα συνεχῆ, καὶ πολλὰ, καὶ καίρια, ἀνεβόησε τοιόνδε, Τέκνον, ἀπωλόμεθα, πεφονεύμεθα, τετυράννοκτονήμεθα, ποῦ ὁ σφαγεύς; τίνι με τηρεῖς; τίνι με φυλάττῃ, δέσποτα, τέκνον, προσαπολούμενον, ἢ μήτι ὡς γέροντος ὑπερφρονεῖς; καὶ τῇ βραδυτῆτι χολοῖς δέον, καὶ προσβιάζεσθαί μου τὸν φόνον, καὶ μακροτέραν μοι τὴν σφαγὴν ποιεῖς; καὶ ταῦτα λέγων, ἐζήτει τὸ ξίφος· αὐτὸς γὰρ ἄοπλος ἦν, διὰ τὸ πρώτην παρὰ πατρὸς θαρρεῖν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐπεδέησε, πάλαι δ' ὑπ' ἐμοῦ καὶ τοῦτο προπαρεσκευασμένον, καὶ πρὸς τὸ μέλλον τολμηρὰ καταλελειμμένον· ἀποσπάσας δὴ τῆς σφαγῆς, καὶ τραύματος ὀφελὼν τὸ ξίφος, φησὶ, Πρὸ μικροῦ μέν μ' ἀπέκτεινας, νῦν δ' ἀνάπαυσον πατρὶ πενθοῦντι παραμύθιον ἐλθὼν, καὶ πρεσβυτικῇ χερὶ δυσχεροῦσι συναγώνισαι, ἀπόσφαξον, τύραννοκτόνησον, καὶ τὸν πένθειν ἀπάλλαξον, εἴθε σοὶ πρότερος ἐγενόμην, εἴθε τάξιν προεῦλαβον τοῦ φόνου. ἀπέθανον ἂν,

ἀλλ' ἢ ὡς τύραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἔξειν ἐκδικον. νῦν δ' ὡς ἄτεκνος, νῦν δ' ὡς οὐδὲ φονέως δυνάμενος καὶ ταῦτ' ἅμα λέγων, ἐπῆγε τῷ σφαγίῳ, τρέμων, ἀδυνάμενος, ἐπιθυμῶν μὲν, ἀδυνατῶν δ' ὡς πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν τῶν ἀναγκαίων. πόσας κολάσεις ταῦτα; πόσα τραύματα; πόσοι θάνατοι; πόσαι τυραννοκτονίαι; πόσαι δωρεαί; καὶ τέλος, ἐωράκατε πάντες τὸν μὲν νεανίαν προκείμενον, οὐδὲ μικρὸν, οὐδ' ὀλιγανίσιον ἔργον τὸν προσθεῖναι δὲ αὐτῷ προσεχόμενον, καὶ τὸ αἷμα ἀμφοῖν ἀναπεφυρμένον, τῷ ἐλευθερίῳ ἐκείνῳ, καὶ ἐπινίκιον ἀποδιδόν, καὶ τὰ ἔργα τῶν ξίφους τῶν ἐμοῦ· αὐτὸ δὲ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ ἀμφοτέρων ἐπιδεικνύμενον, ὡς οὐκ ἀνάξιον γεγένηται τοῦ δεσπότου, καὶ μαρτυροῦν ὅτι μοι πιστῶς διηκονήσατο, τοῦτο ἐμοῦ γνώμενον, μικρότερον ἴσως. νῦν δὲ λαμπρότερον ὅτι τῇ καινότητι. καὶ ὁ μὲν κεφαλὴν τῷ τυραννίδα πᾶσαν, εἰ μὴ ἐγὼ· μεμέρισται δ' ἐς πολλοὺς ὁ ἔργον, ὡς ἐν δράματι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγὼ διεκρινάμην, τὰ δεύτερα δὲ ὁ παῖς, τὰ τρίτα δὲ ὁ τύραννος αὐτός· ὁ ξίφος δ' πᾶσιν ὑπηρέτησεν.

A sed tanquam tyrannus duntaxat, sed qui crederem mihi superesse vltorem: nunc autem tanquam orbus occumbo, nunc tanquam cui desit etiã mactator. Atque hæc vbi diceret, gladium adegit, tremẽs, neque sat potens. Cupiebat quidem, verùm non suppetebãt vires ad facinus exigendum. Quot hîc supplicia? Quot vulnera? Quot mortes? Quot tyrannicidia? Quot prẽmia? Postrem ò spectastis omnes iuuenem dudum prostratũ, nec exiguum profectò, neque mediocrium virium opus, ac senem huic circumfusum, atque amborum sanguinem commixtum, li-
B bertatis illam & victorialem victimam, meique gladij facinora. At gladius ipse in medio amborum, declarans quàm non indignum se domino prẽstitit, teſtánsque quòd mihi fidam nauasset operam. Id si à meipso fuisset patratum, minus fuerat futurum: nunc autem illustrius est ipsa nouitate. Atque ego quidem sum is, qui tyrãnidem sustuli: cæterùm actio in multos est distributa, quemadmodum in fabulis fieri consueuit. Ac primas quidem partes egi ipse, secundas autem filius, porrò tertias Tyrannus ipse. Nam gladius omnibus inseruiuit.

*Concludit repetitione petitionis, & commemoratione meriti sui.*

---

# DECLAMATIO D. ERASMI ROTERODAMI, non illa quidem versa, sed quæ superiori Declamationi è Luciano versæ respondeat.

## ARGVMENTVM.

*Eiusdem generis hæc cum superiore, eiusdémque status est, sed aduersaria. Vt enim illic contenditur præmium esse dandum tanquam tyrannicidæ ei qui filium tyranni interfecerat: ita hîc negatur eum satis fecisse legi, aut tyrannicidam esse, qui non ipsum tyrannum, sed filium tyranni occidisset. Exordio beneuolentiam captat à persona iudicum: deinde calumniæ aduersarij, qua in suspicionem adductus fuerat, quasi ipse quoque tyrannidi faueret, quia illi præmium dandum negabat, respondet per absolutionem primùm, deinde & per inficiationem ex locis coniecturalibus, elevata interim illius persona, atque ipso vicissim in suspicionem ex modo actionis vocato. Post exordium propositio sequitur cum attentione & admonitione Iudicis, quorsum in hac caussa maximè spectare debeat: atque inde ad confutationem venitur. In qua primùm refelluntur ordine capita illa quæ alter in argumento ab imo ad summum tractarat, puta Voluntas, Conatus & Effectus. Ac voluntati quidem opponit voluntatem legis, vt quæ non quid quisque voluerit, sed quid effecerit, spectet: neque cogitationes, sed facta præmiis compenset. Conatum verò eleuat variis ac multis similibus & exemplis, ostendens in nullo pacto, aut contractu, aut certamine, aut aliis denique id genus rebus satis esse conari aliquid & cæpisse, sed præstari oportere. Effectum conditiones sequi, nõ conatum. Et quòd alter etiam conatum in legibus spectari dixerat, id distinguit, ostendens diuersam esse rationem præmiorum & pœnarum. In maleficiis interim & voluntatem puniri, in beneficiis autem nunquam præmium dari, nisi ei qui quod lex proponit, re ipsa effecerit. Postremò & patriæ gratis inseruire ac officium præstare ciues debere: & illum satis mercedis pro conatu suo re-*

*tuliſſe,laudem & gloriam. Effectũ autem refellit,quia non ſimpliciter id effecerit quod lex iubet, ſed fortuna ſeu numine ita ferente,eadem filij,mortem patris cõſecutam eſſe. Non enim quia ipſius gladio tyrannus poſtea ſe ipſum confecerit,ob id ipſius hoc factum eſſe. Deinde etiam incertum fuiſſe exitum,& quidnam pater occiſo filio facturus fuerit: & hic conſilium quoque petituris ſubuertit, primò vt incertum & periculoſum,neque certis rationibus firmatum, deinde etiam vt fictum, & poſt euentum rei demum ſimulatum. Denique non idem eſſe occidere,id quod lex iubet, & mortis cauſſam qualemcunque præbere: idque iterum multis ſimilibus probat. Atque hoc loco diſputationem ſuprà cæptam renouat,de eo quatenus voluntas in legibus ſpectatur,& in quibus per ſe ſufficiat,nempe in maleficiis,& non in beneficiis,& ob id neque hic præmium illi deberi,vt qui cæperit non abſoluerit beneficium. Confutatis igitur hoc pacto voluntate, conatu & effectu, quarto loco id aggreditur,quod petitor in narratione potiſſimùm amplificat, puta filium fuiſſe caput & cauſſam tyrannidis,eóque ſublato etiam tyrannidem ſublatam fuiſſe. Ac primò quidem filium oſtendit non fuiſſe tyrannum, neque tyrannidis caput,confutatis ſignis & cæteris rationibus quæ alter ad eam rem probandam adduxerat. Deinde,vt maximè fuerit,legem iubere,ipſum tyrannum,non vt quiſque tyranno ſimilis,aut nocentior etiam eſt,occidere. Et hic multis verbis de auctoritate legum diſputat,& quòd non temere verba legum huc aut illuc deflectenda ſint: alioqui multa pericula & incommoda ex eo ſecutura eſſe. Poſtremò etiam ipſe locum ab imo ad ſummum tractat: & vt alter voluiſſe,egiſſe,effeciſſe ſe dixerat,ita hic contrà neque animum ad rem gerendam habuiſſe illum, neque recta via aggreſſum eſſe,neque denique id quod lex iubet,perfeciſſe oſtendit. Et ſub hæc orationem concludit breui* ἀνακεφαλαιώσει, *& conformatione ſeu proſopopœia legum, reipub. & deorum quoque expoſtulantium cum petitore,vt iniquè & præter meritum,præmium petente.*

*Captat beneuolentiã à perſona Iudicum.*

SI mihi cauſſa hæc, Iudices,apud concionem popularem, quæ ſtudiis potiùs quàm exacto rerum iudicio duci conſueuit, eſſet agenda, ac non magis apud Iudices ex honeſtiſſimis ordinibus delectos, nimirum grauiſſimos,ſapientiſſimóſque: nonnihil profectò vererer,ne omnium animis noua hac & inſperata lætitia geſtientibus, atque (vt ita dixerim) exultantibus, nec ſatis attentos,nec dociles eſſem auditores habiturus: porrò fauentes, beneuolóſque multo minùs: quippe qui frontem modò,quaſique perſonam huius negotij intuentibus,non faciem ipſam propius cõtemplantibus, videri fortaſſe poſſim in communi totius ciuitatis gaudio,tum autem in cauſſa tam populari, velut importuniùs obſtrepere atq; obturbare. Enimvero cùm omnis affectus inutilis eſt ad rectè iudicandum,tum ingens,intemperans,atque exundans lætitia, non ſolùm iudicium omne funditus tollere ſolet, verumetiam noſtri ſenſus non rarò nobis eripere: præſertim ſi (quemadmodũ hæc noſtra) poſt graues diuturnáſque calamitates,ac veluti tempeſtatem ſæuiſſimam, repentè prætérque ſpem quaſi portus quidam fuerit obiecta. Quid autem tam acerbum liberæ multitudini,quàm ſeruitus? Quid tam dulce, quid tam exoptatum, quàm libertas? Itaque non rebus modò ipſis,ſed vel inanibus harum rerum vocabulis,plebis animus queat ad quidlibet impelli; maximè primis his aliquot diebus, dum gaudiorum adhuc velut æſtus quidam impotens, omnia ſurſum ac deorſum miſcet,dum lętitię temulentia, dum gratulandi dulcis quædam ebrietas pectus occupans,animum ad cogitãdum inſtituere non ſinit. Verùm veſtra Iudices ſingularis ſapientia perſpicacitáſque, non hoc tantùm ſcrupulo me leuat, verùm & hanc mihi fiduciam ſuppeditat, vti ſperem futurum, vt hoc contradicendi munus, quod equidem nec inuidentia nec fauore in tyrannidem (ſicut iſte calumniabatur) ſed ſolita mea,& (vt opinor) nota Reipub. charitate ſuſcepi, vobis non modò non inuidioſum,ſed fauorabile plauſibiléque videatur. Etenim poſtquam viderem manifeſta quadam Deorum beneuolentia, poſt diuturnam ac miſerrimam illam ſeruitutem, toties Reipub. votis expetitam libertatem aliquando contigiſſe: nihil priùs curandum nobis eſſe iudicaui, quàm vt gratos nos exhiberemus in eos, à quibus nobis tam egregia felicitas eſſet profecta,quò videlicet munus ſuum huic vrbi proprium perpetuúmque facere vellent,& conſtabilire tueríque quod largiri non eſſent grauati: meminiſſemúſque iiſdem in manu eſſe vt eriperẽt ingratis,quod optantibus dediſſent. Sunt autem vel primę gratitudinis partes, intelligere videlicet cui beneficium acceptum ferre debeas. Et hac vna ratione mortales diuinę beneficentię

*Locus communis.*

*Reſpondet aduerſarij calumniæ, per abſolutionem.*

*Amplificatio à loco communi.*

neficentiæ gratiam referre possumus, si beneficium acceptum agnoscamus: si celebremus: si ad illos auctores referamus. Neque mihi committendum putaui, vt dum nimiùm candidi in ciuem esse volumus, in deos ingrati impiíque reperiamur. Neque enim isthoc nomine nunc perinde laboratur, ne hoc præmij pereat ærario, & huius lucris accrescat (quanquam id quoque longa iam tyrannide exhaustius est, quàm vt inde temere dari præmia conueniat immerentibus:) Illud agitur, ne dij immortales, qui huius malè consulta, nobis verterunt bene, hoc tantum munus à nobis tanquam ingratis reposcant, si, quod ipsis solis debetur honoris, laudis, gratiæ, id illis fraudatis, in hominem contulerimus. At quem hominem, obsecro? Nempe qui cùm priuatus contra leges iuuenem occiderit, atque hac temeritate sua, restitutæ libertatis periculosam occasionem modò præbuerit, idque adeò imprudens (vti mox docebimus) non veretur pulcherrimum tyrannicidæ titulum diis eripere, sibi arrogare: Reipub. diem dicere, ac leges ipsas in ius vocare: ciuitatem ingratitudinis ream agere, nisi sibi totam hãc felicitatem ferat acceptam. Nullum quidem Iudices facinus speciosius tyrannicidio, nullum diis dignius: verùm hoc impudentior, qui sibi laudem tam eximiam vsurpat immeritus. Nullum præmium honestius illustriúsque, quàm quod tyrannicidæ debetur: sed hoc impensiùs accuratiúsque spectandum, ne temere decernatur indigno. Permulta siquidem, permulta ad id requiruntur, vt hoc tam egregio titulo, vt hoc tam diuino præmio dignus quis esse videatur: quorum nihil in hunc competere, paulò pòst euincemus. Proinde cùm non tolerandæ improbitatis mihi videatur, qui legibus tum homicidij, tum temeritatis pœnas debeat, cum à legibus præmium omnium maximum petere: petere dixi? imò flagitare: & ita flagitare, vt etiam si vnum ex huius arbitrio dependerint, tamen multa insuper isti creditori sint debituræ. Quæ cuncta cùm postulare iure potuisset, maluit tamen homo verecundus, vnico persoluto, reliqua sibi deberi: vt haberet nimirum quod obnoxiæ Reipub. quoties libido sit, possit improperare. Tum illud vtrùm risu potiùs, an odio dignum existimem, quòd in tribunalibus, quòd apud ornatissimum seueríssimorum Iudicum consessum, Thrasonem quendam nobis è comœdia retulit? Sensistis Iudices, vt è corona plerique risum tenere nequierint, dum personatus iste Hercules tragœdiam illam suam nobis recitabat de sese tèrque quatérq; tyrannicida, de sapiente illo gladio commilitone suo, qui per se prudens senem interemit: digno videlicet, qui inter sydera collocetur, domino in deorũ numerum relato. Dij boni, quibus phaleris, quibus fucis, quibus ampullis facinus illud nobis suũ ornauit, iactauit, exaggerauit? quàm militari iactantia, quàm Stentorea voce, quàm fastuoso vultu, quàm arrogantibus superciliis, quàm stupidis oculis, suum ipse vobis encomium detonabat? Quæso Iudices, vt etiam nũc hominis vultum diligenter attẽdatis: nónne vobis minitari videtur? nónne dicere, Ni mihi præmium decreueritis, haud feretis impune, incolumi diuino illo meo ac fortissimo gladio, qui vel sine me meas vices vbi lubebit, acturus est? Quis tandem istam ferat iactantiam vel in eo qui verè tyrannum occidisset? Hæc quoque me causa Iudices (neque enim inficiandum est) commouit, vt huius obsisterem petitioni, vel magis vt immoderatam arrogantiam, vt odiosam huius imputationem retunderem. Videbam iam inde ab initio, quum certatim vniuersa ciuitas diis libertatis auctoribus grataretur, vt hic sese ira tumens in medium ingesserit, quàm indignè tulerit victimas diis seruatoribus immolatas: Sibi hunc honorem eripi, sese vnicum esse restitutæ libertatis auctorem proclamabat: leges, aras, focos, omnia publica priuatáque, suæ dextræ, suo magnifico gladio deberi. Agite, quid futurum denique Iudices auguramini, si ad huius intolerabilem iactãtiam, vestra auctoritas, vestra comprobatio, si præmium quasi pignus accesserit? Quid, nisi vt tyranno submoto alter quidam huic ciuitati paretur, qui ventosę linguę, gloriæque quasi tyrannidem quandam exerceat? Qui quotidie nobis odiosam istam suam tragœdiam ingerat, quotidie dextram istam Herculanam, & gladium prodigiosum minitetur? Vtrùm est hoc Iudices tyrannide liberari, an mutare tyrannum? Videtis ipsi quàm minaci fronte mẽ iam obtueatur. Quid mihi succensęs? Quid minitaris oculis? Quid terres supercilio? An mihi non licebit libertate in contradicendo (tuo scilicet munere)

*Eleuat personam aduersarij, & factum ipsum.*

*Efficit ib.*

*Suffitiens mouet eidem à modo actionis.*

*Apostrophe, qua calumnia aduersarij respondet, iterum ex locis contexturalibus.*

vti, cùm tu sic abutare? qui libetum tibi putaris (id quod etiam in proscenio leges fieri vetant) crimen tam atrox tam capitale in ciuem impingere, tantùm quia libuit, idque apud Iudices iratos, in tam frequenti ciuium corona, quod nequeas vel leuissimo confirmare argumento. Siquidem quàm reliqua gloriosè, tam illud impudenter dicebas, mihi nullam fuisse causam quare tibi contradicendi partes susciperem, nisi quò tyranni necem, quæ me discruciaret scilicet, vlciscerer. Quo quidem tuo exemplo si vicissim in te libêret vti, mox intelligeres quàm atrocia, quanto probabiliùs in te possint retorqueri. Nam tuum istud tam inuidiosum (quemadmodum tu quidem existimabas) conuitium, me longè minùs etiam territabat, quàm (quod vulgo dicunt) ex pelui redditum fulgur. Etenim præterquam quòd neque affinitas, neque cognatio, neque necessitudo, neque emolumentum, neque prorsus alia res vlla mihi cum tyranno intercessit, cur mea referret illum viuere, sine quibus rebus nullam in quenquam criminis hærere suspicionem tu quoque scires, nisi nunquam tribunalia vidisses, ac nisi hodie deuium te lucelli spes fecisset iureconsultum: equidem arbitror meam fidem, integritatem, pietatem, totámque meam vitam sic huic Reipub. spectatam esse, vt isto crimine tibi potiùs improbitatis odium, quàm mihi suspicionem vllam conciliaris. Vides quàm multis adductus sim caussis vt tibi obsisterem? Denique (si scire vis) bona ciuium pars id à me enixissimè flagitauit, vt sui patrocinium aduersum te capesserem, negantes sibi videri tyrannide liberos sese, nisi te à tyrannicidæ præmio deiicerem. Non quòd pudeat homini debere hanc felicitatem: tametsi id quoque durum, ei debere qui sic imputet. Sed debere arroganti, sanè quàm molestum est: at debere cui non debeas, isthuc verò non grauissimum modò, verùm etiam stultissimum. Equidem ne lenoni quidem vel verbo refrager, si modò is promereatur: sed obnoxium esse tam importuno imputatori, tum qui nihil iuuerit, id verò bis miserum est, bis stultum est. Nullus enim insolentiùs exprobrat beneficium, quàm qui quod non dedit, id vult dedisse videri. Sed finge mihi nullam esse causam cur tibi me opponerem, nisi quia sic animo

*Translatio qua actionem suam defendit.*

*Frequentatio causarum.*

A lubitum sit meo: profectò nihil habes quod mihi iure succenseas. Etenim cùm apud Iudices tam sanctos agatur: si verè præmium meruisti, non tibi honorem eripio, verùm etiam vehementer illustro, quando non paulo magnificentius est tyrannicidæ præmium eiuciisse, quàm tulisse. Sin minus, æquus veniam dabis, si boni ciuis fungor officio, si nullo meo emolumento Rempub. debiti præmij ream defendo, si stultitiæ crimen, si imprudentiæ infamiam à ciuitate depello, si non sino vt nostro omnium periculo hæc vrbs in deos existat ingrata. Postremò si deorum immortalium caussam ago, quibus honorem debitum tu conaris interuertere, vt vel hinc sat liqueat quanta religione reliquam caussam egeris, qui statim ingrediens tam impudenter sis calumniatus. Contradicit igitur, contra Rempub. fauet tyranno. Quanquam ego illud quoque liberæ ciuitatis esse iudico, hoc loco vel tyrannorum caussas citra fraudem agere licere. Neque tamen à vobis postulo Iudices, vt vel mihi prosit in caussa hoc meum erga Rempubl. studium, vel huic obsit tam insolens arrogantia: imò non deprecor inuidentiæ suspicionem, nõ refugio vel atrociissimam illam, quam iste mihi conabatur impingere, inuidiam, vt tyranno fauisse videar, nisi certioribus, quàm vt à quoquam refelli possint, argumentis euinco, nisi demum & aduersario persuadeo, modò ne tergiuersetur, vt quammaximè ciuiliter quis agat, nullum ei deberi præmium: Sin exactiùs, seueriúsque, pœnám etiam ab ipso deberi. Quę quidem dum quàm potest breuissimè facio, quæso Iudices, vt me attentis animis atque auribus audiatis. Meministis Iudices, vt iste inter dicendum subinde nobis conatus sit ob oculos ponere, id vnum spectare iusserit, quantis malis tyrannide simus leuati. Hoc passim inculcabat, hac re bonam orationis partem occupabat, nihil nos aliud perpendere voluit, nisi quòd grauem seruitutem toleraremus, nunc optata libertate frueremur. Nimirum id tantùm vos spectare voluit, quod ad hoc iudicium nihil attinebat. Neque enim hoc in quæstionem venit, quàm misera sit tyrannis, quàm optanda libertas: sed de illo cognoscitis Iudices, quum libertas huic vrbi sit restituta, quanta hinc laudis portio huius virtuti debeatur: & an id quod

*Propositio cũ admonitione, quorsũ animus in hac caussa intendendus sit.*

euentu eum huius facto coniunctum est, idem cum eius merito coniunctum videri oporteat. Relegam autem eadem vestigia, quibus ipse in causſam ingressus est: quod equidem refellendi genus simplicissimum esse puto: sequárque partes illas, quibus iste rem secuit, id nimirum agens, vt quemadmodum ingenioſi conuiuatores iisdem carnibus alio atque alio modo coquendis condiendisque efficiunt vt multa opsoniorum genera videantur, itidem iste nobis ex vnico homicidio multa faciat tyrannicidia. Repetam igitur ordine gradus illos, quibus iste facinus suum sibi visus est mirificè attollere, & in quibus identidem restitabat. Quòd si me deturbante vel in vno quolibet consistere poterit: tum ipse sese victorem pronunciet licebit. Quot tyrannicidia, inquit, quot præmia? Primùm quòd volui, deinde quòd conatus sum. Tum autem quòd filium occidi, plus quàm tyrannum. Postremò, quòd pater ob mortem huius sibi necem conscisciuit. Principiò quòd voluit Iudices, quis non leuius esse videat, quàm vt sit refellendum? nisi quòd iste tanta voce intonabat, toties inculcabat quòd tyrannum voluisset occidere, atque id (vt nihil iam accideret) tamen præmio dignum asseuerabat. Quid autem tam ridiculum, quàm nudæ voluntatis præmium à lege flagitare? quæ adeò nihil ad se pertinere putat quid velint aut in animo statuant homines, vt neque pœnam irrogent si quid velis, modò perperam: neque præmium ostendant, si quid officiosè velis: verùm id vnumquenque voluisse interpretantur, quod nulla vi coactus effecerit. Ergóne, inquies, non magna facti pars est voluisse, quod quidem arduis in rebus vel solum sufficere solet? Rectè sanè: sed apud deos modò: quippe quibus solis perspicuum est quid nolis aut velis: ab his præmium expectandum, si quid præclarum animo conceperis. Lex, hominum vices agit, & quid in obscuris illis sinuoſi cordis specubus mortales agitent, adeò sua referre nihil putat, vt non dicam abdita aut suspicioſa, sed ne ea quidem admittat quę populari sunt opinione famáque iactata. Postremò vt non nisi comperta recipiat, non audiat nisi quæ sunt certissimis argumentis deprehensa, probata, euicta. Cedo, quod est facinus tam nefarium, cuius simplex voluntas in crimen vnquam est vocata? Ista iudicia, Æaci Rhadamanthíque tribunalibus seruantur. Hîc mihi non quid volueris, sed quid feceris adferto. Quòd si nulla lex vlli flagitio supplicium minatur, quod in animo statueris: quæ tandem est impudentia, pro merito quod præstare volueris duntaxat, perinde quasi præstiteris, à lege quasi præmium postulare? Quæ quidem quum ad id vnum sit comparata, vt maleficia vel deterreat, vel coërceat, multóque magis ad eius partes pertineat, nocentibus irrogare pœnam, quàm bene merentibus largiri præmia (id quod mox copioſiùs demonstrabimus) posteaquam in criminibus non accipit insimulationem merę voluntatis, quæso te, in petendis prę-miis ostentationem voluntatis admittet? Quis autem est ciuium vel quantumlibet ignauus, qui non velit tyrannum occidere, si tutò liceat? Quis non vel leno saltem emolumenti causa velit? Denique quis non facilè simulare possit voluisse se, videlicet quò præmium gratis auferat? Vis itaque dicam quantum hoc totum habeat momenti, voluisse occidere? Nempe perinde est, quasi te somniaris occidisse. Par pari pensari conuenit. Qui præstitit beneficium, ei lex beneficium rependit: at qui bene voluit tantùm, ei quid debetur, nisi vt vicissim bene velit respublica? I nunc, & hoc in gradu nos iube consistere. Rem tam eximiam, inquis, animo versaui, statui, decreui: an præmium negabitis? Non fraudaberis prę-mio, si isthoc nomine postules: verùm illud interim præmij feres: velut homo nimiùm perfrictę frontis, irrisus, explosus, exibilatus discedes, quę non puduerit id à lege postulare, quod ne leno quidem ausit à quoquam petere, vt rem pro voluntate auferat. Nemo tam vecors, qui concedat, vt voluntatem nescio quam, hoc est, minus quàm verba, pretio redimat. At non volui tantùm, inquis: verùm & periclitatus sum: ascendi, submoui satellites. Primùm isthuc tu quidem cõsultè facis, quòd de gradu illo desiliſti, in quo nimis profectò incommodè stabas: quanquam ne in hoc quidem multo commodiùs constiteris. Nam etiamsi paulo minùs absurdum videatur, haud ita multo minùs impudens tamen est, quum lex palàm prę-mium decernat ei qui factum præstiterit; te, quòd conatus modò sis, prę-mium

*Diuisio capitum. Confutatio.*

*I. Voluntatis, cui opponit voluntatẽ legis, quæ facta non cogitationes spectat.*

*II. Conatus, cui opponit inuoluntarium.*

poſcere. Ergo ne hoc quidem iuris erit apud te legibus, quod per illas eſt ciui priuato cum ciue priuato? Age quid ſi quis ciuium tecum iniiſſet contractum, ita vt ille pecuniam ſtipulatus, tu conditionem pactus eſſes: mirum ni ſuo vterque periculo: atque is nondum præſtita conditione nummos his verbis abs te petat: Cedo mercedem, conatus ſum, tentaui, adniſus ſum: an non protinus impudenti homini reſpondebis: Cedo conditionem? Nam de tuo conatu quid mea refert? quandoquidem effectum abs te pactus ſum, non conatum. Puta totidem verbis tibi nunc reſpondere legem: Agnoſco contractum, non muto pacta: debeo præmium, ſed ſi tu conditionem præſtitiſti, ſi tyrannum occidiſti. Verbis aut obligantur aut abſoluuntur homines. Si conato pollicita ſum præmium, non grauabor dare: ſin ei qui facinus peregiſſet, quòd tandem ius eſt te ferre quod es ſtipulatus, me non ferre quod ſum pacta? In priuatis ac minutis contractibus nemo tam improbus inuenitur, vt lucrum conditione promiſſum poſtulet non præſtita conditione: nemo tã ſtultus vt det, ſi quis poſtulet: & tu à Rep. maximum omnium præmiũ poſtulas, quòd conatus modò ſis? Nihil mihi niſi nugas adfers, donec illud vnum audiam, quod te præſtare oportebat. Volui, inquis, aſcendi, perrupi cuſtodias, ſubmoui ſatellites: quantulum iam eſt illud quod ſupereſt? Quid adhuc deſideras? Nempe nihil in te deſidero præter illud, cui ſoli debebatur præmium. An non intellexiſti in iſtiuſmodi contractibus duplex eſſe periculum: quorum alterum ad hunc tantùm, alterum ad illum propriè pertineat: videlicet perſoluendæ mercedis, & præſtandæ conditionis? Ego meo periculo præmij dependendi onus recipio, neque tua referre putes, neque refert, quàm anguſta mihi res vnde corradendum quod debeam pretium. Tu itidem conditionem tuo ſuſcipis periculo, neque mea quicquam intereſt quo ſudore quo periculo ſit ea tibi præſtanda. Totam iſtam curam, totum hoc negotium tibi relinquo. Quòd ſi ego iam præſtita abs te conditione cõmemorem tibi, in agris meis malè proueniſſe ſegetes, merces naufragio periiſſe, nihil auelli à malis debitoribus, non ſine graui diſpendio conflari poſſe pecuniam quam tibi debeam: dic obſecro, nonne nugas agere me dices, negans horum quicquam ad te pertinere? hoc vno modo poſſe ſatisfieri tibi, ſi pecunia numeretur. Neque quiſquam eſt iudex tam iniquus, quin te tuo vti iure fateatur. Et mihi pulchrè ſatisfactum exiſtimas, ſi tu mihi tragœdiam adferas, quantum adieris periculi, quantum ſudorum, quantum vigiliarum exhauſeris, dum ſtudes præſtare conditionem? Res eſt (mihi crede) calumnioſior, ſcrupuloſiórque, quàm vt legibus tam occupatis conueniat alienam expendere voluntatem, alienos penſiculari conatus: quorum ſuos quiſque nimio ſolet æſtimare, non ſuos difficile eſt ad amuſſim perpendere. At facti facilis eſt æſtimatio. Proinde ea in legis cognitionem cadit: hinc reliqua omnia conſueuit metiri. Tametſi non piget interdum æqui bonique rationem habere. Verùm in his litibus quę de vetere illa formula pendent, inter bonos bene agier oportet: at in contractibus, quæ neque vi, neque dolo coierunt, quid eſt quòd à preſcripto recedatur, niſi quis velit omnino à pactis diſcedere? Quiduis circunſpice: & ſi potes vſquam inuenire exemplum, non nego præmium. Sæpenumero in pugilum Olympicis, ſæpe in certamine ſpectator (opinor) ſediſti: cedo, num quando vidiſti quenquam tam impudentem, qui palmam ſibi hoc nomine vendicaret, quòd ſtrenuè certaſſet? Non arbitror, atque id in re penè ludicra, certè ad voluptatem comparata. Et tu in tam ſerio omniúmque ſplendidiſſimo negotio id tibi poſtulas, quod in ſcenicis illis pudeat vel impudentiſſimum tentare? Age quoties & illud vidiſti euenire, vt qui ſeſe fortiſſimè doctiſſimèque geſſiſſet in curſu, is à præmio longiſſimè abeſſet, & ignauiſſimo faueret euentus? Habeat ille ſanè quod cauſetur, excidiſſe habenas, conſternatum equum, fractam rotam, iactet ſe vel arte vel viribus tanto præcellentiorem, quanto Therſitę præſtitit Achilles: niſi metam prior attigerit, profectò poſtulandi præmij ius nullum habebit: fortunam ſuam incuſare licebit. Cęterùm Agonothetę non indignabitur, propterea quòd hoc animo in certamen deſcenderit, vt eius vteretur conditione, id eſt, ita demum præmium ferret, ſi virtuti fortuna fauente viciſſet. Alioqui ſi conatui, non tãtùm effectui præmium deberetur, tot palmis eſſet opus, quot in Olympi-

*A ſimili.*

*A minori.*

*Ab exemplo certaminis in ludis ſolennibus.*

*Aliud ſimile.*

cum certamen veniſſent. Quanquam in huiuſmodi ludis qui ſolennitatis voluptatiſque gratia proponuntur, ſit interdum, vt victis quoque præmia ſtatuantur, non honoris, ſed ſolatij gratia: verùm ſeriis in rebus, atque adeò periculoſis, quęnam obſecro lex vnquam mercedem ſtatuit, niſi ſi quis facinus peregiſſet, & ita peregiſſet, vt omnes numeros implerit? A quo tu quantum abſis, mox audies: nam nunc de conatu tantùm agimus. *Ab exemplis militarium donorum.* Lex igitur ciuicam promittit coronam ei qui ciuem in bello ſeruarit. Quis vnquam ad hunc honorem vel aſpirauit, quòd ſe telis obiecerit, quòd non ſine multis vulneribus diſceſſerit? Profectò niſi ciue ſeruato nemo ciuicam petit. Quis vnquam his verbis muralem petiit, Acriter contendi Iudices vt mœnia ſuperarem, omnia feci, ſed depulſus ſum? Quantumlibet eniſus ſit, niſi conſcenſo muro, nemo tam inverecundus eſt vt muralem coronam ſibi deberi dicat. Obſidionalem nemo flagitat, niſi depulſa obſidione. Poſtremò nullus honos petitur, niſi ab eo qui id effecerit, ad quod *A ſimili aliud.* honor inuitat. Qui nauim in tempeſtate deſertam ad littus perduxerit, huic ex lege vendicatio eſt earum rerum quę naui vehebantur. Quorſum attinet hîc tuã iactare peritiam, ſudores, pericula, conatus? Nihil non feceris quo nauem in tutum reduceres, ſed victus tempeſtate deſeruiſti: audebis quicquam ex his quę ſũt in naui, tibi vendicare? Aut ſi auſis, futurum ſperas vt quiſquam te vel pilum ſinat attingere? Non opinor. Si quis vnquam ouationem, ſupplicationẽ, triumphum obtinuit, quòd ad victoriam omnibus neruis eſſet eniſus, quòd gnauiter ſe geſſerit in bello: niſi ſuperior diſceſſerit, niſi præſcriptum à legẽ numerum hoſtium fuderit: aude & tu tibi præmium promittere, quòd tyrannicidium ſis aggreſſus. Quod ſi nemini hominum memoria contigit, deſine tibi noua ſpe blandiri, deſine inaudito exemplo poſtulare, quod ſperare ſit improbiſſimum, dare poſtulanti ſtultiſſimum. Noli nobis commemorare, quanto capitis periculo murum arcis conſcenderis, qua virtute ſatellitiũ tyrannicum perruperis, alios depuleris, alios occideris: quorum maximam partem tibi liberum eſt fingere. Ad obtinendum tyrãnicidæ prędium, duobus duntaxat verbis eſt opus, Tyrannum occidi. Quantumuis conatum exaggeres, aleues, attollas, non niſi tyrannicidæ debetur prędium. Alioqui quid dices ſi eodem illo die quo tu arcem conſcendiſti, permulti pariter aggreſſi, ſua quiſque virtute freti, quorum nemo tamen tyrannum interemiſſet: vtrùm omnes tyrannicidæ præmio potientur ex æquo, nempe quia conati? Age, quid ſi multis ſtrenuè rem aggreſſis, vni cuipiam, qui ſit omnium ignauiſſimus (vt non ſemper virtuti reſpondet fortuna) eum cõtingat interficere, an non præteritis reliquis hic vnus honorem auferet? Quamobrem tandem? Non quia plus adierit periculi, ſed quoniam id confecit, cui lex honorem decreuit. Hîc tu fortaſſe rurſus incipies deplorare fruſtra ſumptam operam: negabis æquum eſſe virtutis egregios conatus merito fraudari prædio, niſi fortunæ ſuffragio adiuuentur. Sed quæ tandem poteſt eſſe iniqua conditio, quam nemo compellitur accipere, niſi cui cordi ſit? Quantumlibet iniqua conditio proponitur, eam nimirum facit æquiſſimam, quiſquis ſuapte ſponte recipit. In aleæ ludo (ſi fas eſt hoc exemplum conferre) quid iniquius, quàm vel ſummum artificem ab imperitiſſimo ſuperari, ſi modò iactus commodè cadat? Atque id adeo nemo tanquam iniquum cauſatur: propterea quòd cui luſus huius lex non probatur, ei liberum erat non ſuſcipere. Itaque lex quid præſtari velit, id palàm atque in medio proponit: quid abs te præſtari poſſit, id tibi relinquit expendendum. Illa nihil mauult, quàm vt res quamoptimè cadat: quòd ſi poſteaquam nihil iam intentatum reliqueris, quominus effeceris, per fortunam ſtetit, intelligis (opinor) nihil habere te quod legi ſuccẽſeas. Fortunam, ſi ita lubet, in ius voca: cum lege nihil tibi rei: quæ vt nihil promittit, ita nihil debet, niſi præſtanti. Neque verò exiſtimemus, Iudices, iſtud à maioribus qui hanc legem tulerunt, ſine ſumma ratione fuiſſe factum, vt conato prædium non eſſe ſtatuendum putarint: videlicet illud cauerunt, non tantùm ne ancipites iſtas & inexplicabiles huiuſmodi de conatu lites inuitarent, verumetiam quòd intelligerent tyrannicidij conatum non poſſe niſi ſummo ciuitatis periculo ſuſcipi. Vnde futurum proſpiciebãt, vt ſi conatui prædium ſtatuiſſent, temeritate conantium Reſp. ſubuerteretur potiùs quàm reſtitueretur. Etenim tyrannis quid aliud eſt quàm

*Obiectio.*

*Æquitati opponit deliberandi poteſtatẽ.*

*A conſilio legiſlatoria.*

*Finitio tyrannidis.*

graue capitaléque ciuitatis vlcus? huic si quis medeatur, ei merces digna proposita est, quam ita demum ferat, si remedium præsentaneum attulerit. Verùm huic malo neminem oportet admoliri manum, nisi certum artificem, qui sua diligentia peritiáque fretus, non sinat hoc licere fortunæ, vt dum ipse salutem dare conatur, illa vitam penitus eripiat.

*Confutatio obiectionis à dissimilis exemplo.*

Quid? vtrùm tu igitur in eiusmodi discrimine conatum præmio iudicas inuitandum esse: an potiùs pœna deterrendum, nisi quod conatus est quispiam, idem præstiterit? nec illud te subleuat, quod mihi videbare ratiocinando colligere, cùm lex in maleficiis pœnam irroget simplici scelerís molitioni, par esse vt multo magis in benefactis conatus habeat rationẽ: nam oportere legem multo propensiorem videri ad compensandam virtutem, quàm ad retaliandam culpam. Atque vide quàm hîc tota erras via. Principiò non animaduertis hoc tyrannicidij facinus toto genere à reliquis discedere, propterea quòd aliorum molitio cum priuato molientis periculo modò coniuncta est, huius cum publico reip. discrimine copulata: vt temere moliri tyrãnicidium, nihil aliud sit, quàm temeritate priuata rem omnium prodere. Deinde lex nec in quouis crimine, nec qualemcunque conatum in quæstionem venire sinit, verùm in paucis duntaxat, quę vel propter insignem atrocitatẽ hoc odij merentur, vel eiusmodi sunt, vt priùs exitium adferant, quàm conatus dent significationem: quod genus parricidium, veneficium, proditio. Postremò non vides nihil esse simile, totáque natura rationéque discrepare, pœnæ legit imam irrogationem, & honoris largitionem. Nam alterum quidem propriè legum munus, alterum quasi quędam de iure concessio, legísque candor (vt ita dixerim) quidam est. Hoc ita habere sic demum intelliges, si reputes quàm multa sint quæ lex iubeat, addita pœna ni pareas: quàm multa item vetet, nisi obtemperaris, supplicium minitans: contrà vix vnum atque alterum esse, ad quæ præmio solicitet.

*Locus de comparatione præmiorum & pœnarum.*

Quædam enim eiusmodi sunt, vt durum ac seruile videatur ad ea metu mali adigi: quo de genere sunt, vxorem ducere, operam dare liberis. Hîc lex nimirum vrbaniùs ac verecundiùs tecum agit: patris, non magistratus sumit habitum: pretio ad id inuitat, quod alioqui gratuitò te præstare decebat. Rursus alia tametsi id genus sunt, vt à quouis non improbo ciue præstari velle oporteat, tamen & fortiora videntur, quàm vt à multis præstari queant: & periculosiora, quàm vt multi velint suscipere: nam inhumanum videtur cuiquam vitæ suæ contemptum imperare. Ad hæc igitur præmio animat, quasique calcar addit virtuti. Proinde non oportet hanc legum indulgentiam longiùs trahere, quàm ad quæ semel ipsa adstringit. Nec mirandum est si attentior, si vigilantior, si exactior est in proprio naturalíque munere suo, quàm in eo in quo pro temporis ratione in alienas partes descendit. Huic adstipulatur illud, quòd nouis etiam criminibus exemplum aut nouum noua lege solet institui, aut à simili lege mutuò sumi. Neque tamen idem fieri consueuit, si quis quid noui facinoris cum laude patrauit, vt præmium à simili constitutione decernatur. Nisi lex extet, quę nominatim honorem statuat eius facto: quod roget, vix habebit: quod postulet, haudquaquam. Cur enim lege necesse sit passim ciuium suorum officium mercede redimere? quandoquidem ne sit impunita improbitas, id publicitus omnium refert: at probus esse nemo gratis potest. Quid autem est quod non vel gratus patriæ debeat ciuis? cui si vel animam impenderis, quid mirandum si quod acceperas, id restituis? Vt supplicio dignus sis, nisi parenti pietatis officium persoluas: non præmium illico tibi debeatur, si persoluas: itidem si quid in leges committas, non potes effugere supplicium: at non statim illę tibi premium debituræ sint, si quid cum officio feceris. Nam si ciues omnes sese in officio continerent, ne opus quidem esset vllis legibus: quippe quę non ad bonos mores comparatę, sed malis è moribus natę sunt, id quod verè vulgo dictitãt, ac pharmaci vice fungantur. Finge itaque nullas esse leges, quemadmodum de aureo Saturni seculo fabulantur poętę: suo quenque sponte fungi officio: an tu hîc clamabis perire benefacta, quòd nulla lex præmium decernat? Vti lex non minatur nisi improbis, ita non pollicetur optimis ciuibus. Quorsum enim opus promisso, cùm virtus absoluta abundè seipsa contenta sit? Proinde petere quod illa non sit pollicita, profectò plus quàm impudentissimum est: improbè flagitare.

*De officio patriæ gratis præstando.*

quod ea candidè ciuilitérque promiſerit, ciuis eſt probitatis non ſatis ſpectatæ. Tu quid merueris, paulo pòſt excutietur: interim finge ſanè præcipuam quandam vtilitatem attuliſſe, cui tamen ex lege præmium non debeatur: vtrùm protinus clamitabis infrugiferum fuiſſe officium, ciuitatem in ius vocabis, plebem ingratam vociferabere, minitabere iudicibus niſi tibi mercedem ex animi tui ſententia decernant: an potiùs ipſam virtutem abundè magnum ſui præmium iudicabis: oblectabis te conſcientia recti: hunc eſſe maximum fructum officij duces, quòd de aliis citra tuum emolumentum benemerendo, ad deorum benignitatem videaris accedere? Nimirum hæc tibi futura ſunt ſatis, ſi modò ciuis ſis optimus. Quòd ſi non contentus iſtis, aliud adhuc neſcio quod præmium deſideres, certè maximo proximum eſt gloria: hoc tu iam propemodum tuliſti. *Collatio mercedis & gloriæ.* Quanto metiris pretio, volitare per ora mortalium, celebrari, laudari, digitis notari mille, oculos omnium in te coniectos circumferre? Iſta inquam vel maxima præmij pars: nam pecunia ſanè quàm exiguum momentum adfert. Tu conatus duntaxat es: permagna portio, vel caput potiùs ipſum tuo deeſt facinori. At cùm interim his rebus frueris, dum non occiſo tyranno tamen velut tyrannicida celebraris, quæſo te, quantula pars abeſt à tuo præmio quod laturus eras etiamſi tyrannum occidiſſes? Poſtremò iſthuc ipſum præmium, penè dixerim, inuidendum mihi videtur, quòd iam tibi licuit toties Reip. tyrannicidium imputare, quòd in celebri iudicio tibi contigit honeſtiſſimum præmium flagitare, & in tam frequenti theatro ſpectante rep. magnificam iſtam tuam tragœdiam peragere. Mihi videtur, Iudices, beneficij tuliſſe gratiam, quiſquis exprobrare beneficium potuit. Tu fortunæ, tu deorum munus imputas ciuitati, & ſunt fortaſſis qui tibi libertatem acceptam ferant. an hæc tanta præmia contemnis, quæ vel vero tyrannicidæ ſufficere debuerant, niſi lex maluiſſet præmio conatum ab affectu diſtinguere? Quanquam nullum mehercle præmium magis congruit ei qui tyrannum conatus ſit occidere, nec occiderit, quàm vt illi contingat tyrannicidæ præmium ſperare, nec ferre tamen. Hiccine erat ille gradus, in quo nos tecum commorari iubebas? Quanquam

A hoc nomine tuus conatus minus promeretur præmium, quòd aliorum propoſito fortuna modò defuit, tibi voluntas, vt ais. Effeciſti quod voluiſti: id quod erat neceſſe, nec feciſti, nec voluiſti. Sed iamdudum alium gradum (vt video) circunſpectas, in quem te recipias. nam in hoc quàm citra omnem præmij ſpem conſiſtas, intelligis. Age ſequemur te per omnia; & aliunde aliò fugitantem perſequemur, nec vſquam ſinemus conſiſtere. *III. Effectus & cades filij.* Atqui non tantùm aggreſſus ſum, inquis, verumetiam occidi, nempe filium: atque id facinus in duo ſecas tyrannicidia; & quòd filium ſuſtuleris pluſquam B tyrannum, tum tyrannidis ſucceſſorem: & quòd parenti, necato filio, mortis cauſam miniſtraris. De illo mox: nunc hoc, cuiuſmodi ſit, inſpiciamus. Parentem ais abs te, iugulato filio, eadem occiſum opera. negas enim referre qua via peremeris, modò ſuſtuleris: imò ſplendidius iſthuc videri vis, quòd tuo quidem enſe, verùm ipſius dextera ſit interemptus. Hæc tam honeſta, Iudices, oratio poſſit parum attentum fallere, præſertim hoc rem fucis illis ſuis & phaleris venditante, dum nobis ob oculos ponit validum C illum florentémque iuuenem, ſic patri adamatum, crebris vulneribus confoſſum: parentem ſenem miſerum illi circumfuſum, eodem exanimatum enſe, ſanguinem vtriuſque inter ſe confuſum. Iſta quidem dictu ſplendida, ſed quid ad tuam cauſſam attinent? Nemo tam cæcus qui non videat, nemo tam effrons qui neget, ſpectaculum illud multo omnium iucundiſſimum extitiſſe ciuitati, quum ſenem tyrannum iuueni videret incumbentem exanimem exanimi: & in altero gauderet ſeſe leuatum malis præteritis, in altero futurorum metu. Hæc D quum per ſe maxima, quum Reipub. ſint gratiſſima, quid attinet verbis exaggerare? Illud vnum in hoc iudicio vertitur, vtrùm tibi acceptũ ferri oporteat quòd pater ſine controuerſia tyrannus occiſus eſt, an fortunæ ſuperûmque dexteritati. Quòd enim tuo gladio peremptus eſt, id verò quàm eſt futile, nihilique! Quid ſi *Eleuatio inſtrumenti.* tuo gladio ab eo qui eum vtendum abs te rogaſſet, tyrannus eſſet necatus, num tu protinus tyrannicidæ præmium petitum venires? Lex occiſori pollicetur honorem: tu eum iugulaſti, de quo certè controuerſum eſſe poterat, tyranni nomine cenſendus eſſet, nécne: eum de *A ſcripto ſeu verbis legis.*

quo nihil erat dubitationis, reliquisti. Si prudens, prudens excidisti à præmio. sin metu, multo minus etiam causſæ est postulandi muneris. Verùm illud tute vehementer vrgebas, vti prudens volénsque reliquisse viderêre. Sed quod tandem erat istud tuum consilium, quum tibi sic in manu esset, non toto metu liberare Rempub. sed vltorem tui facinoris, & verum certúmq; tyrannum relinquere? Intelligebas (vt ais) omne negotium confectum extincto iuuene, propterea quòd modis omnibus futurum præscires vt senex illico sibimet eodem gladio neceem consciscceret. Videte Iudices, in manifestissimo mendacio qua rima conatur elabi: nisi diuinandi scientiam commentus fuisset, non poterat hinc explicare sese. Si quidem hæc vel augur, vel haruspex, vel vates diceres, fortasse nonnullos inuenires qui ista prædicanti fidem essent habituri. Nunc quid impudẽtius, quid vanius, quid veri dissimilius, quàm asseuerare id certum præsciſſe te, quod tale sit, vt quiuis alius exitus potiùs fuerit expectandus? An coniecturis es assequutus id euenturum quod euênit? At quid aliud effici coniecturis poterat, nisi vt vel sperares, vel suspicarêre? Porrò in re tam ancipiti, quæ dementia erat spem incertam sequi, discrimen certum negligere? Sed audiamus obsecro certas illas coniecturas, quibus hic noster vates præsensit inopinatum omnib. exitum. Iam ætate fessus erat, inquis, iã virib. defectus, nec obtineri iam autumabat posse tyrannidem adempto filio. Tum indulgentiùs amabat, quàm vt filio vellet esse superstes. Nónne sentis hæc adeò non esse naturæ rerum consentanea, vt iam omnibus videantur esse confutata vel priùs quàm refellantur? Vtrùm seni mentem vllam fuisse putas, an non putas? Si non putas fieri potuit vt illi tutum videretur, quod neutiquam erat tutum: atque ita protinus toto falleris augurio. Sin putas sapuisse, cur erat quòd vsqueadeo diffideret? Quasi verò tyrannis viribus duntaxat vnius hominis, ac non multo magis ingenio, versutia, calliditate, largitione, crudelitatéque contineatur: quæ omnia si magis in senem quàm in adolescentem competunt, cur tu in diuersum torques augurium? An non illa ætas vsu rerum callentior est? an non altiùs dissimulat? an non cauet diligentiùs? an non prospicit oculatiùs? irascitur implacabiliùs? tenaciùs iniuriæ meminit? meliúsque in longinquum consulit? His solis rebus imperium tyrannicum administratur. In militiæ duce quantulum est illud momentum, quod corporis vires afferunt? at in tyrannide profectò multo minus. Cur magis illum terreret ademptus filius, quã extinctus satelles quispiam audacior, quum arx supereſſet approbè munita, supereſſent opes, arma, satellitum ingens agmen, tot in ciuitate factiosi potentésque, qui non solùm tyranni partes adiuuabant, verùm etiam tyrannos agebant? quos equidem spero nunc nobis non esse metuendos (nolim enim infausta ominari) at ita tamen, ne nimiùm securè negligantur. Vsqueadeóne senem cruda viridique (quod omnes norunt) senecta, callidum, animosum, ambitiosum, non stultum, vna filij mors consternauit, vt rebus desperatis protinus è vita sibi migrandum duxerit, præsertim quum ille patris dominatum nihilo reddiderit tutiorem, sed multo inuidiosiorem, idq; ob libidinem, atque ætatis insolentiam, temeritatémque, adeò vt expedierit propemodum illi ad stabiliendam tyrannidem filium è medio tolli? Etenim quo propius ad iusti regni speciem accesserit tyrannis, hoc minùs est inuidiæ obnoxia, magísque tuta. Iuuenis ille solum hoc augebat, quod maximè tyrannos solet euertere: vera illa tyrannidis munimenta in callidi senis pectore erant collocata. Sed teneriùs adamabat filium, quàm vt defuncto posset supereſſe. De matercula quapiam priuata loqueris, an de viro sene, callido, crudeli, denique tyranno? Quid ego Iudices, in eo sermone argumentis coarguendo sumam operam, quem ipsa natura, quem mos, quem communis omnium sensus repudiat? Quis vnquam isthuc audiuit, tyrannum vsqueadeo pio in liberos fuisse animo, vt non dicam commori voluerit, sed conuiuere commodè quiuerit? Credite mihi, priuatorum isti sunt affectus: Tyrannus neque quid natura, neque quid pietas, neque omnino quid sit officium, nouit. Exuit hæc omnia simul atque tyrannum induit. Omnia commodis, omnia metu, omnia necessitate metitur. Solos hos amat (si quos tamen ille amat, qui vel deos ipsos odit) quos aut metuit, & tollere nondum expedit, aut quorum opera ministerióque ad fulciendum imperium indiget. Quòd si vllos ille posset amare,

*Ab incerto euentus.*

*Contra consilium aduersarij vt periculosum & incertum.*

*Eleuat cõiecturas & rationes aduersarij.*

*I. Ab accidentibus, & iis quibus conseruatur tyrannis.*

*A persona cõditione.*

*II. A remotione causæ.*

*Locus cõmunis, & descriptio tyranni.*

*Collatio causæ & effectus.*

similes certè sui diligeret, impios, violentos, rapaces, scelestos: quando nihil ad conciliandam charitatem efficacius morum similitudine. Atqui ne improbi quidem illi chari sunt, nisi quatenus adiuuant: adeò vt præposterum vel peruersum potiùs quendam Stoïcum tyrannus exprimat. Neque enim quisquam tam Stoïcus fuit, vt æquè vacarit omnibus affectibus, atque tyrannus: hoc modò illos discernit, quòd philosophus honesto metitur sua consilia, hic commodo. An ille vllum pietatis igniculum in quenquam mortalium sentire potuit, qui in patriã, vitæ parentem altricémque, qui in cœlites omnium bonorum auctores tam sit impius, vt illam crudelissima opprimat seruitute, horum phana despoliet; iura contemnat? Verùm vt largiamur tibi nonnihil, finamúsque te priuatos affectus in tyrannicum pectus, hoc est, ignem in flumen transferre: an tandem persuadebis illud, vsqueadeo indulgenter illum adamasse filium, vsqueadeo in eũ omnes vitæ suæ spes, voluptates, opésque semel contulisse, vt illo sublato ne minimam quidem vitæ causam sibi reliquam esse putaret? Repete, non dicam ex hac ciuitate, verùm ex vniuerso mortalium genere: non ex hoc seculo, sed ab orbe condito, & ab ipso (si vis) Promethei simulachro: quotus quisque fuit pater, quota quæque matercula, quæ ob liberorum necem sibi fatum accersiuerit? Naturalis hic dolor, & quem nemo ferè nõ modestè ferat. Priuatis parentibus vel indulgentissimis, mulierecularum intemperantissimis affectibus mediocris luctus sufficit: tyranni in filium charitati non nisi solam mortem satisfacturam esse tu Lynceus præuidebas? Age hoc quoque tibi donamus, vicerit homo tyrannus priuatorum in liberos pietatem, vicerit indulgentia materculas omneis: quî tibi compertum esse potuit vtrò se dolor paternus inclinaret, in rabiem, an in desperationem? Quo diligebat impotentiùs, hoc erat probabilius, vt senex natura ferus, ciuibus infensus, vel maximè vellet esse superstes, vel ob id denique, quò veterem illam iram, nunc filij necе acerrimè exasperatam irritatámque, Reip. supplicijs saturaret. Quòd si aliàs vitæ pertæsum fuisset, hæc nimirum vna causa poterat illum in vita retinere. Quid autem senili animo vindictæ cupidius? An nescis quàm impotentes ætas illa concipiat impetus, quo rapiatur æstu, quo flagrare soleat incendio, si quando atroci insignique contumelia lacessatur? Quæ verò potuit esse atrocior, quàm filij cædes sic amati, vt tu quidem ais? Hæc nimirum quicquid in illo fuerit vnquam crudelitatis, quicquid sæuitiæ, quicquid immanitatis: si qua sanguinis sitis, si qua suppliciorum fames, denique si quid tyrannicum: id omne semel deintegro poterat excitare, quasique renouare. Mitiora etiam animalia, datæ orbitatis iniuria in rabiem solet agere: & tu in tyranno (quo nullum animal immitius) nihil tale metuendum esse certissimus augur existimasti, quod in Tigribus videmus euenire? Quòd si tibi vni compertum erat, tyranno sic in deliciis esse filium: quid igitur aliud tua fiebat opera, nisi vt sæuissima illa Tigris rapto catulo in rabiem versa, in miseram hanc ciuitatem dilaniandam discerpendámq; insiliret? Id si non euênit, magna diis gratia, tibi magnum debetur malum: qui quantum ad te pertinet, tam diram beluam in nostra capita fortunásque immiseris. Elige nunc vtrum malis, an verum fateri, nihil fuisse tyranno cum nostris affectibus commune: an confingere sic adamasse, vt matercularum quoque vicerit delicias. Certè neutro modo tua constabit diuinatio: quæ nisi constiterit, non est quod ad eius rei laudem aspires, quæ fortunæ commoditate te imprudẽte euenerit. Postremò donemus & hoc tibi, vt præsciueris, & certum præsciueris, deo videlicet quopiam te certiorem faciente (nam alioqui fieri nequaquam potuit) perinde est ac si non præscieris, quum præscientiæ tuę fidem legi facere non possis. Profer quibus prędixeris id euenturum quod euênit: doce quis deorum quando isthuc tibi prænunciarit. Nihil habes quod dicas. Verùm posteaquã rem feliciter euenisse videres, tum demum post factũ vates esse cœpisti, quemadmodum vulgò tum fieri tum dici consueuit, Post euentum stultos etiam sapere. & quò fortunę beneficium verbis in te transmoueres, tragœdiam istam nobis comminisci cœpisti, causas reperisti, quibus præsciisse videare. Sed dij boni, quàm non bonum poëtam te prędtitisti, qui tam inconsistentia, tam cum natura pugnantia finxeris, sęuissimum tyrannum ob pietatem erga filium, vltro vitam fugisse: ob vnius capitis necem tutum sibi

*Amplificatio à periculo rei.*

*Collatio causæ & effectus.*

non putasse in vita commorari, quum omnia supereſſent quibus tyrannis & paratur & obtinetur, ſublato eo in quo omne tyrannidis præſidium collocarat, repentè rebus ſuis diffiſum ad inferos abiiſſe? Age, mitto nunc argumenta. hæc omnia vera non ficta credemus eſſe, tametſi ne fucum quidem vllum habent veri; ſi mihi ex omni hominum memoria vel vnum tyrannum potes nominare, qui liberos ſuos ſic adamarit, vt non ſpadones ac pallacas longè prætulerit: qui ſic illis indulſerit, vt non ſuſpectos haberet obſeruarétque: qui ſic illis ſit fiſus, vt non in barbaris quibuſdam latronibus, ac ſeruis ſtigmaticis plus quàm in illis fiduciæ poſuerit. Ego tibi permultos referre poſſim, qui filios ſic oderint, vt viuos eſſe pati non poſſent: adeò metuerint, vt ne cibum quidem vnà capere vellent: adeò diffiderent, vt tum demum ſe tutos eſſe putarent, ſi quis illos è medio ſubmouiſſet. Nullus inutilior tyráni ſatelles, quàm filius. Ex extrema barbarie conductitios mauult ille ſicarios, fugitiuos, homicidas, ſacrilegos: his vitam ſuam mauult committere, qui ſua patria frui non poſſint, & alienam euertere gaudeant, qui barbaricis ferinísque viribus antecellant, & Gigantes illos impios referant, qui propter animi cupiditatem non difficilè ad quiduis periculi ſuſcipiendum perducuntur, & propter ingenij feritatem à nullo facinore abhorrent. Hi ſunt idonei tyrannorum miniſtri, hi fiducia, munimentum, præſidiúmque tyrannidis multo tutiſſimum. hos ſiquis ademerit, cauſam videatur dediſſe cur rebus tyrannus diffidat. Nam filius qua tandem ratione dominatum ſuſtinebat? Ætate? at vtilior ætas grandior. Robore? vnus erat. Prudentia? magis ſapit ſenecta. Cuſtodiis quas obtinebat? at ſi aduerſus patrem obtinebat, mors illius ſeni etiam optanda. Si patris nomine, quid niſi vnus ſatelles ademptus erat? Nam cuſtodiæ quò deficerent, niſi ad eum cui alebantur? Tutior igitur erat futurus tyrannus amoto filio. Res enim tyranno ſuſpecta, filius violentus & inſolens, propterea quòd reliqui illi Barbari ſolo lucro contẽti ſunt: filius illud præmium ſpectat, tyrannidis ſucceſſionem. Nec vllus pietati locus, vbi mentem poſſidet dira regnandi libido. Ibi contemptis naturæ legibus & filium horret pater, & patriis interitum optat filius. Sed dicturis iamdudum neſcio quid: mane, præſenſi. nihil inexpugnatũ omittam. vrges, Niſi præter modum adamauit filium, niſi diffiſus eſt, cur ſibi mortem conſciuit? Iſthuc verò meritò deirandum, quippe quod præter omnium ac tuam etiam ſpem euênit. Verùm ego nihil ad me pertinere puto, vt tibi rationem reddam, quid illi dij in mentem immiſerint vt ſibi vim afferret: hoc tantùm euincere ſat eſt, te nullis coniecturis hũc exitum certò præſcire potuiſſe, quantumlibet amarit filium: tametſi cauſa non admodum obſcura. Iam deorum ſi qui fuerunt huic infenſi Reipub. iras diuturna noſtra calamitas ſatiauerat. Iam propitios noſtra vota, noſtra ſacra commouerant: aderat illud fatale tempus, quum impius ille ſenex diis atque hominibus dignas admiſſorum pœnas daturus erat. Iam aderant vltrices Erinnyes, aderant Furiæ facibus & hydris omnibus armatæ: hæ illi mentem ademerunt, hæ vanam formidinem incuſſerunt, hæ attonitum ad ſpontaneam ſui cædem impulerunt. Nihil minus arbitrabatur quàm fugiſſe qui filium peremerat, quàm vna cæde contentum fore. qua quidem vna in re iure potes gloriari, quòd tyrannum vehementer fefelleris. Virum eſſe putabat, qui hoc facinus peregiſſet. Credebat eſſe talem, quales audierat eſſe ſolere tyrannos, qui magno ſuæ vitæ contemptu tyranni caput impeterent: qui non adorirentur facinus, niſi ratione probè perſpecta, qua poſſent perficere. Hanc ſuſpicionem Pan ille, aut ſiquis alius eſt deus, nouis terriculis exagitabat. Arbitrabatur inſtare ſibi carnificem, ſenſit adeſſe neceſſitatem illam fatalem, quam nemini nocentium vitare licuit. Itaque quod huius vrbis pietati, quod deorum bonitati debetur, cur tu id phaleratis dictis in te transferre conaris? Vbi diſcrimen erat ſubeundum, ibi fugitabas: nunc vbi res præter ſpem pulchrè cecidit, tutúmque putas, fortunæ laudem in te deriuas. Sed finge diuerſum exitum fuiſſe conſequutum, pone tyrannum ira percitum, paſſim ciues ad exquiſita ſupplicia rapere, proſcribere, iugulare, in exilium agere, poſſeſſionibus exuere: quid hîc dices? Non ſines, opinor, eorum malorum cauſam in te tanquam in auctorem referri, & fortunæ argumento culpam deprecaberis. Negabis tibi imputandum eſſe, ſi quid fortuitò præter propoſitum euenerit. At nunc nónne iniurium eſt, quod

*Aliud argumẽtum à deſcriptione tyrãnorum, & eorum ſatellitum contra cauſam.*

*Aliud à perſona filij.*

*Obiectio, quam diluit alia cauſa euẽtus allata.*

*Contra conſilium potentiæ vt fictum, καθ' ὑπόθεσιν.*

boni, fortunæ commoditate præter spem euênit, id totum in te velut auctorem velle traducere? Etenim te nihil expectasse minus, quàm id quod euênit, vel ipsa res clamitat. Si hoc animo conscèndisses arcem, vt filium non patrem occideres, credi poterat te talem quandam spem animo concepisse: nunc casu nescio an metu potiùs in iuuenem incidisti, & tum denique diuina ista mens & futurorum præsaga, sed quę non nisi post euentum sua prodat oracula, te corripuit. Quum esset fugiendum, ibi demum Iudices, in re tã tumultuosa, secum velut otiosus consultare cœpit, vtrùm senem sua dextra dignum existimaret: ibi demum præuidere cœpit, fore vt pater ipse sibi manus afferret. Et quò commentum tam impudens Iudices efficiat paulo probabilius: quæ nec vidit, nec videre potuit, ea perinde descripsit, nimirum vt iactat poëta, quasi spectator adstiterit, quid in mentem venerit tyranno, quid dixerit, quid fecerit, quomodo ferrum strinxerit. Eiusdem profectò impudentiæ, fingere præsciisse se, quod esset euentu consequuturum: & quod non videris, id ita narrare quasi videris. Quanto melius tuo commento, id est fabulæ, sua fides constitisset, si ita finxisses: te, quum perempto iuuene, stricto gladio ad senem ire destinasses, repentè à tergo affuisse Palladem illam Homericam, & iam euntem capillis reuocasse te: vetuisse ne tam luculentum facinus senili cæde obscurares: sese citra tuam operam curaturam, vt ille suapte manu, sed tuo gladio peremptus, gloriæ tuæ nihil tenebrarum offunderet, sed multum etiam adderet lucis: dehinc abditum te per rimam contemplatum, vel (quod est te dignius) repentè deam sepsisse te nebula, vt tyrannicæ necis tutus & otiosus spectator assisteres: nec priùs illinc discessisse, quàm negotium omne confectum vidisses. Hæc si confinxisses, paulo minùs malum poëtam te præstitisses. Sed otiũ, opinor, non suppetebat ad omnes fabulæ parteis commodè tractandas, videlicet lucri cupiditate te protinus ad præmium postulandum rapiente. Nunc vel ipsa te prodit inconstantia, figmentique coarguit. In arcem ascendisti, quò tyrannum occideres: neque tum præuidebas, quod sole ipso clarius videri vis. In medio negotio subitò nescio quis deus oculos tibi restituit, vt videres futurum id quod accidit. Porrò si veris fidem facere voluisses, narrare debueras quemadmodum nocturnus explorator furtim arcem conscenderis, in ædes clanculum irrepseris, fortè fortuna obuio nemine, non dicam vt tolleres aliquid, sed vt experireris si quod tutò facinus posses designare: hæc molienti, commodùm fauisse fortunam: itaque quum adolescentem solum atque incustoditum offendisses (vt est ea nimirum ætas securior, periculiq; minùs cogitans: præterea diuturna tyrannis iam magnam metus partem exuerat) tum haud scio (vt mores illius erant) multo vino sepultum, atque immodica libidine defessum, fortiter iugulasse scilicet, & somnum illi cum morte, id est germanum (vt ait Homerus) cum germano coniunxisse: deinde vbi iam cardines procul stridere cœpissent, exaudito videlicet morientis gemitu, ibi te metu exanimatum ita fugisse, vt non vacarit gladium è vulnere tollere, quem nec parricidæ, nec sicarij solent relinquere, ne deprehendantur: Interea domi latitasse te, iamdudum de fuga cogitantem, & longinquas aliquas semotásque mundi latebras animo circumspectãtem, in quibus abditus posses irritati patris sęuitiam fallere: Iámque te ad spontaneum exilium accincto, repentè in vulgus exiisse famam, liberam esse ciuitatem, tyrannum vnà cum filio iugulatum, reliquos metu fugisse, auctorem ignorari facinoris. ibi repentè ad nouam tuæ fabulæ catastrophem immutasse te animum, & qui priùs de salute fueras solicitus, protinus ad præmij spem arrectum fuisse, lucríque auiditate, priusquam tibi satis esset excogitata ratio qua totam huius inopinati euentus laudem in te traduceres, prosiliisse in medium, id quod vidimus, clamitasse tuum illum esse ensem, tuum facinus, non vnum præmium tuæ virtuti fore satis. Hæc nemo non credidisset, sunt enim rerum naturæ consentanea, vsu comprobata, omnium opinione recepta. At tu dum sedulò quidem, sed tamen parum ex arte, tuam nobis præscientiam niteris persuadere, quàm multa comminiscaris, non dicam tota facie à vero distantia, verumetiam cum sensu communi, cum more, cum natura penitus pugnantia? primùm tyrannum tam maternè filium adamasse, vt sine eo viuere noluerit: sic ob vnius mortem metu fuisse consternatum, vt in vita manere

*Aliud argumentum à qualitate fictionis.*

non sit ausus: sic illi toto pectore fisum, vt ipse nullas circum se custodias haberet: adeò fracti animi fuisse, vt tam chari pignoris truculenta cæde non potuerit ad vltionem inflammari: tam inualidum, vt tua dextra fuerit indignus: tam inermem, vt ni tu illi gladium reliquisses tuum, defuturum fuisset quo se iugularet. Non vides quàm non competat tam insignis in tyrannum pietas, tam secura in eam ætatem fiducia, tantus metus in hominem, excepto filio reliquis omnibus præsidiis munitum, tanta consternatio in hominem tot periculis exercitatissimum, tãta imbecillitas in iratum? Quid igitur erat cur tu senem illum tantopere contempseris, vt indignum habueris qui tua ista magnifica dextera iugularetur? *Aliud ab incredibili ex circunstantia.* Tunc indignum iudicabas quem occideres, quum eum Respublica non putarit indignum quem formidaret, quem maximo suo cum dolore ferret? Non talem illum Iudices, non talem sensimus, vt cuiquam contemnendus videri debuerit. Neque tu eum vnquam contempsisti, nisi fortè contemnere est, miserè formidare. Sciebas arcem armis refertam, sciebas supersesse satellites, quorum vel vnus (si seni vires deerant) sufficiebat iugulando tibi. Non ignorabas (id quod nemo nostrum nescit) quantum virium illi partim exercitatio, partim ingenij feritas etiam in illa senecta reliquerat. *Persona.* Tũ non te fugiebat, frigidum illud senium sic interdum acri dolore inflammari, vt iuuenibus etiam validissimis sæpenumero fuerit intolerandum, si quando solitum illud robur quod ætatis gelu velut obtorpuerat, magno aliquo animi motu recanduit. Quis autem tam inualidus est, vt non illi pudor, ira, dolor ingens vires suppeditet? Hoc erat videlicet cur tu filium quàm patrem malueris occidere, quòd illum inopinantem, inermem, dormientem fortuna obiecit. Cum hoc pugnandum erat, armato, vallato, irato denique. Hoc erat cur gladiũ relinqueres, ratus ne tantisper quidem morari tutum, dum reciperes, metuens videlicet ne tantillum sarcinæ te redderet in fuga tardiorem. Reliquisti inuitus, quo tyranno prodi posses: sed prodi maluisti quàm deprehendi. Neque ego nunc formidinem tuã accuso, imò miror magis, quòd pedibus consistere, quòd fugere potueris, quum audires moueri tyrannicam familiam, stridere arma: intelligeres tibi non cum puero, sed cum vigilantibus viris, accinctis, armatis, sobriis, irritatis, denique cum rabioso patre dimicandum esse: non quòd illum vsq; adeò filij mors commoueret, sed quòd arbitraretur, & haud scio an verè se petitum fuisse, dexteram tuam errasse tantùm in filio. I nũc & spera, non dicam hos Iudices viros omnium perspicientissimos, sed vel è media plebe quenquam esse tam muccosis naribus, cui non suboleat, imò qui non planè odoretur præsentiátq; totam hanc fabulam abs te confictam. Et quod poëtæ solent, quum hærent in explicando tragœdiæ argumento, hanc veluti deam diuinationem arte quadã induxisti, quò præsensionem tuam Iudicibus probares, sine qua videbas præmiũ obtineri non posse. Sed occasionem, inquit, ministrauit paternæ mortis, qui gladium quo se feriret, reliquerim: atque id solum non modò satis esse putat ad petendum præmium, verùm etiam meritum esse vt ipse ensis inter arma deorum consecretur, dominus pro deo præsenti colatur. O hominem suauem, si has spes verè concepit: impudentem, si quum non speret, postulat. Itáne tyranno gladius erat defuturus, nisi tuum illum reliquisses? Tu in arcem arma, hoc est, in syluam ligna portanda putasti? Nisi fortè tuum illud ferrũm magicis precaminibus erat imbutum, vt vltro ad mortis adegerit necessitatem. *Instrumenti.* An verò nihil referre putas quam præbeas occasionem, quomodo, quo animo? Primùm, gladium reliquisti, quo nihil minùs deest Tyranno. nunquam ferrum abest, non in cubili, non in triclinio, non in sacris. Reliquisti metu trepidus. Tua quidem in re illud interim demiror, qua fronte eum gladium tuum ausis appellare, quem habueris pro derelicto. Metu, inquam, exanimatus reliquisti, quem postea receptum optabas. Reliquisti rem ancipitem. Quid si tyrannus illum eundem ensem in ciuium iugulos distrinxisset? quid si eodem lectos aliquot ex huius vrbis iuuentute adolescẽtes filio suo inferias mactasset? Si tyrannum occidisti, quia tuo occisus est gladio, & horum omnium indigna cædes ad te pertinebit: quippe cuius ense peracta est. id si non euênit, nihil ad te pertinet. nam anceps occasio quam in partem cadat, id diis in manu est. si bene verterit, nihil gratiæ debetur ei qui dedit imprudẽs: sin malè, temeritas imputatur.

*Rei.*

Neque

Neque enim culpa vacat, qui periculosam ministrat occasionē: quę si feliciter, mirentur omnes: sin infeliciter, meritò accidisse dicant. At quanto probabilius erat, futurum vt tyrannus tuo ense alios in vsus abuteretur? Scio me Iudices hæc pluribus refellere verbis, quàm necesse videatur, quippe tam friuola: verùm id mihi propositum est, nullum illius argumentum non excussum, nō exagitatum, non reuictum prętermittere. Quare quęso ne pigeat ita vt antehac feciſtis, patiēter atq; attentè cognoscere, dum hūc ab gradu firmissimo deiicio. Hîc sibi vehementer fidebat, hunc acriter vrgebat locum. Negabat vitari posse, quin præmiū deberetur, quòd patri necis causam ministrasset, si non relicto gladio (nam hoc opinor argumētum iam habet pro derelicto) certè necato filio. Nam ita in legibus dissertum aiebat, nihil interesse vtrū manu sua quis occîdat, an mortis causam præbeat. Addebat, æquum esse, vt quum in maleficiis causam datam imputarēt leges ad supplicium, multo magis idem obseruarēt in benefactis, ad præmium. Hæc aiebat meminisse sese in legibus esse disputata, illud addēs Thrasonicum, nisi sibi diuturna seruitus, legum memoriā obliterasset. Non tu legū oblitus propter diutinam desuetudinem, sed nunquā quid sibi velint leges, inquisisse videris. Bis enim hîc erras, qui neque causę datæ rationē, neque dantis animum discernas, id quod legibus traditum est: nec animaduertis lōgè diuersam esse rationem maleficij & beneficij imputandi. Quid ais noue iuris interpres? Itáne satis esse iudicas vel ad pœnam vel ad præmium, qualemcunque quomodocunque causam dedisse? Nihil igitur refert, Hector an Aiacem occiderit manu, an gladium illum dederit quo se postea confodit? Atqui hanc laudem nunquam ille sibi vendicasset: tametsi prababile videri poterat, in eum vsum hosti ab hoste datum fuisse ferrum. Quin ergo fabros ærarios omnes vel ad pœnam vocamus, vel ad præmium, quoties armis in eorum officina perfectis aut iugulantur ciues, aut seruantur? Postremò cur hoc quod tu petis præmium, non ensis istius tui opifex petit potiùs? Tyrannus gladium erat habiturus te non porrigente: tu porrigere non poteras, nisi huius industria tibi ministrasset. Age, si telo inter venādum temere misso, fortè tyrannum vicinum interfeciſſes, clamares tibi tyrannicidæ deberi præmium, an potiùs nihil tibi deberetur laudis, quòd imprudens & inscius iaculum torsisses? Imò in ius potiùs vocandus esses, qui missi teli temeritate ciuem (quod ih te fuit) occideris. Nam quòd in tyrānum incidit, id nihil ad te. Quid si caupo vinum lene ac suaue, quale Polyphemo dedit Vlysses, tyrāno vendidisses, atque ille eius dulcedine captus, auidiùs sese ingurgitasset, eaque re, concepta febri decessisset, auderésne caupo, vini titulo tyrānicidæ præmium flagitare? At quis non te cum tua flagitatione vt temulentum viuóque madidum exploderet? Cæterùm quanto frigidiore titulo nūc idem postulas? Vtcunque coniecturis præcipi poterat vt ætas vinosa tam illicibili vino auidiùs intemperantiúsque frueretur, crapulam consequeretur morbus, pręsertim in sene: morbum mors: vulgò hæc eueniunt. Tu eam tyranno mortis causam dedisti, cuius nullum extat in hominum memoria exemplum. Quis enim antehac ob filij necem sibi manus intulit? Accedam propiùs. Finge te tyranni coquum esse: probè callere palatum domini: medicos interdicere cibum, quo tamen ille oppidoquam lubens vescatur: interminari morbum capitalem, ni temperet: id te non fugere: eum cibum tu arte tua, cupediisque & condimentis magis ac magis illecebrosum reddis: consequitur edentem morbus, quem prædixerant medici: emoritur tyrannus, liberatur ciuitas. Hiccíne coquus è culina in forum prosiliens, & adhuc iure madens, fuligine niger, tyrānicidæ prēmium postulabis? mortarium, tonsillum, & ollas ostentabis, arma scilicet quibus tyrannidem expugnaris? Non eris (opinor) tam impudens in ea causa, qua tamen ista tua multo est absurdior. Nam illi voluntas occidendi non defuit, probabilem præbuit causam. Tu nec in hoc iugulasti filium, quò pater vltro vitam relinqueret, & causam dedisti ad quiduis potiùs quàm ad istud idoneam. Accipe exemplum tuo similius, quàm ouum sit ouo (quod aiunt) simile. Quid si tyranni amicam, quam ille miserè ac perditè deperisset, occidisses: eáque cognita re tyrannus sibi vitam abrumperet, auderes ad præmium aspirare? auderes dicere, te certum præscisse, fore vt tyrannus sponte fugeret è vita? Certè quanquā plures, amicas extinctas sequuti sunt quàm filios: nemo tamen tibi crederet,

*An idem sit causam mortis præbere, atque occidere.*

*A dissimili.*

*Amplificat exemplo.*

*A consequenti.*

*Simile.*

*Aliud.*

*Aliud.*

nemo tibi præmium decerneret: tuum factum periculosum & anceps dicerent: omnes fortunæ gratias haberent, cuius cõmoditate res ea feliciter cessisset. Tibi abundè magnum præmium existimarẽt, si commissi venia donatus discederes.

*Nota disputatio, quatenus causa & voluntas in legibus sufficiant, & quando euẽtus spectari soleat.*

Primùm igitur diuersam imputandi maleficij, & adscribendi beneficij rationem cõueniet distinguere, deinde causę æqualitatem, postremò animum: atque ita demum liquebit quid tibi lex debeat. Nam quòd aiebas legem prolixiorem esse oportere ad reddendum præmium, quàm ad infligendam pœnam: id in priuilegiis, quæ in exemplum non vocantur, fortasse locum habet: in iure communi longè secus est. Siquidem (vti superiùs demonstrauimus) nulli nocenti lex non minatur pœnam: paucis benefactis præmium ostendit. Tum in maleficiis etiam conatum simplicem supplicio prosequitur, in benefactis semper exitum requirit. Nec mirum, nec iniquum, si lex est diligentior in eo negotio ad quod vnum est nata atque instituta, quàm in eo quo temporis ratione tanquam alienas sibi sumit partes. Ergo in vtroque communiter spectat, vt causa sit idonea: deinde vt animus adsit, non tantùm casus. Hoc rursum interest, quòd in benefactis, nec causa idonea, nec animus idoneus satisfacit legi, nisi his accesserit euentus item idoneus. In malefactis si quid nocendi animo tentes, non expenditur nec euentus, nec causa: sed ex animo factum tuum lex metitur. Sic enim iudicat, tibi nihil ad scelus defuisse præter fortunam: qua te subleuari, quod tandem ius sit? In euentu simul & causam datam, & animum expendit. Si animum vitiosum cõperit, nihil moratur causã, quàm sit idonea: putat animum & euentum ad pœnam cõmerendã sufficere. Sin animo simplici data est causa mali idonea, & non consequitur euentus: lex quasi conniuet ad id, & non putat ad suam cognitionem magnopere pertinere. Sin euentus est consequutus, etiamsi de animi vitio doceri non potest, tamen temeritatis & negligentiæ nomine pœnam irrogat, partim propter suspectam dantis voluntatem, partim vt hæc latebra peccantibus eripiatur, Imprudens feci: discántque homines vel suo periculo cauere, quod alieno faciant periculo. Ergo qui prudens & sciens, certam atque euidentem noxæ causam dederit: eum perinde lex censet, quasi facinus manu peregerit: veluti si quis hostem opibus copiisq; iuuerit, perinde est ac si ipsius arma contrà ferat. Siquidem id suppeditauit, sine quo bellum geri nõ poterat. Aut si quis inimicum suum per dolum nauigio solutili imponendum curet, vt naufragio intereat: aut in cõclaue pensili testudine inducat, vt ruina opprimatur: aut iuxta lectulum ægroti, loco pharmaci venenum ponat, futurum sperans vt eo hausto pereat, tametsi non bibit ęgrotus, tamen veneficij postulari potest qui posuit, propter vitiosã animi voluntatem. Nam vehementer erat probabile id euenturum, quod ille moliebatur. Huic si detrahas nocẽdi voluntatem, nihil illi cum lege rei futurum est. Si detracta nocendi voluntate, apponas euẽtum: nõ effugiet temeritatis crimen, nisi illum inculpata ignorantia absoluerit. Porrò si in loco nõ ad id destinato, puta in via publica, aut in fundo alieno, arcu temet exerceas: lex tecum nõ agit, nisi si quem occideris, aut vulneraris, aut si cui damnum dederis. Cæterùm quod facis, tuo facis periculo. Quòd si quid horum consequutum est, cum lege tibi res est. Neque tibi tua patrocinabitur imprudentia: quippe quæ culpa temeritatis non vacet. Siquidem in te fuerat præcauere, quod probabiliter poterat prætimeri. Vides quanto discrimine dissita sint, inter quæ tu nihil interesse dicebas? Primùm non statim imputatur ad præmium, quod ad ad pœnam: ídque non à malignitate legumlatoris, sed partim ex ipsa rei natura proficiscitur, partim à legũ officio. Deinde discernitur animus: causa data diiudicatur: spectatur euentus. Age nunc, si libet, tuam causam, qua tuum facinus æstimari vis, expendamus. Finge te certam, ineuitabilem mortis causam tyranno dedisse, sed imprudentem: nulla tibi sit præmij petitio. Quis enim insciens benemereri dicitur? Fortibus viris præmia dantur, non fortunatis tantùm. Nam euicimus iamdudum, opinor, ne posthac affirmes te in hoc iugulasse filium, vt pater sibi necem conscisceret, quod euenturum ne vates quidem quisquam præscire poterat, tu nec suspicari: imò posteaquam rem plenã discriminis, fortunæ arbitrio cõmisisti, quia bene successit, hoc nomine lex te non postulat: at idem si malè euenisset, temeritatis pœnas eras debiturus. Neque enim tibi succurreret inculpata ignorantia. Quid enim æquè

*Adaptatio præsentis causæ.*

formidandum erat, quàm ne tyrannus simul atque occiso filio se peti insidiis persensisset, omnia tyrannidis mala in nos conduplicaret? Iam vt de animo res tibi constet, caussam dedisti non solùm non idoneam, verumetiam periculosissimam Reip. Vin' hoc tibi argumento euidētissimo demōstrari? Finge te quempiam è ciuibus vitio occidisse: tum extincti patrē id facere, quod modò fecit tyrannus. Vtrū tu duplici cędis crimine teneberis, an simplici? Simplici opinor. At vxor & mariti mortē imputabit, qui necato filio, seni caussā mortis dederis: atque his fermè tuis argumentis vtetur: Indulgentissimè filium adamabat, in illum omnem familię curam reclinauerat, illo se oblectabat. Atque hęc de priuato sene cum fide dicet, quę tu de tyranno nimis durè (ne dicam ridiculè) dicebas. Addet ea te scisse, præuidisse futurum, vt ille vitam fugeret orbatus filio, in quo vno omnia vitæ oblectamēta collocarat. Non tibi defuisse iugulandi senis voluntatem, sed hoc tantùm egisse, vt miserabiliùs sua dextra perimeretur, vt odium tuum plenius miseri patris malis exaturares. Ideo iuuenē necasse, in hunc vsum gladium in vulnere reliquisse. Vides quanto sunt hæc probabiliora in hoc, quàm in tuo negotio: & tamen negabis paternam necem ad te pertinere, atque animi suspicionem, caussæ qualitate purgabis. Negabis caussam idoneam fuisse cur ille sibimet manus adferret. Te nec præscire nec timere potuisse id quod sit cōsequutum: quòd rarum extet exemplum patris ob filij necem sponte fugientis è vita. Alioqui futurum fuisse, vt & mater sibi fatū accerseret: quippe quam impotentiùs amare sit consentaneum, ac minùs aduersum dolorē animi viribus valere. Hæc non dubitares tibi profutura ad alterum crimen depellendum, & prodessent dubio procul. Atqui quod in maleficiis valet ne quid imputetur, id multo magis in hac caussa valet ne quid acceptum feratur. Ibi te liberaret à volūtatis suspicione, quòd causas parum idoneas dederis: hîc ex caussis multo minùs idoneis propter personam tyrāni, videri vis non modò quod euēnit, fuisse suspicatus, verumetiā certum præscisse. Ibi temeritatis postulari non poteras, propterea quòd tametsi vitio abs te data est caussa, tamen idonea non sit ad id quod euēnit: imò ipsi tota res imputabitur, & legibus pœnas dabit, sepultura prohibitus, quòd ciuitati citra caussam idoneam ciuem vnū ademerit. Tibi non nisi vnius filij mors imputabitur, etiāsi mater quoque, & filiæ & sorores, & tota tribus huius necem fuerit imitata. Hic poterat, nisi feliciter euenisset: quippe vbi summum Reip. periculum & verteretur, & prætimeri probabiliter posset. Venio nunc ad quartum illud prędidium, Iudices, quod iste tutissimū, ac penè inexpugnabile iudicabat: vnde ego illum ita deturbabo, vt non solùm sit non habiturus quo tyrannicidij & huius laudis arcem obtineat: verùm vix etiam latebrā inuenturus, vbi temeritatis ac maleficij pœnam effugiat: quò nimirum intelligat, quàm nō inimicè, non curiosè (vt aiebat) secum agam: vt cùm possim in crimen ac pœnam vocare, sat habeā ab honore non pro merito secludere. Ait sibi deberi præmium vel hoc vno nomine, quòd iuuenem occiderit iam plusquam tyrannum, tum tyrannidis paratum hæredem, etiamsi hunc euentum dij non dedissent, vt senex ipse vitam abrumperet. O deploratam impudentiam. Tu tibi præmium peteres, si tyrānum suę furiæ nō essent vltę? Dij quidvis potiùs dederint, quàm isthuc quod tu fingis. Sed tamen fingamus interim oratione, quandoquidē id tutò licet: tametsi ad solam mētionem inhorrescit animus. Túne, inquam, occiso filio, relicto sene viuo, tyrannicidæ præmium peteres? An potiùs nec ipse supereresses, qui possis petere: nec esset Resp. quæ dare posset? Nam tu aut exquisitis suppliciis exanimareris, aut in extremis Orcadis exul delitescerēs: nos pro tyranno iam immanissimum carnificē pateremur: & tuum caput, vbicunque terrarum latitares, diris imprecationibus deuoueremus, qui nos tua incogitantia, vel præcipiti magis lucri cupiditate in tantam malorum tempestatem coniecisses. Sed re filius erat tyrannus, inquis: patri præter inane nomen nihil erat reliquum. Quid ego audio? duos igitur hæc ciuitas tyrannos alebat? Nam de patre nemo vnquam dubitauit, quin tyranni vocabulū mereretur. Quando autē antehac vnquā fando auditum est, duos vna in ciuitate sedisse tyrannos? id quod magis etiā natura repudiat, quàm eodem in corpore gemina capita. In iisdem aluearibus duo se reges pariter non ferunt. In armentis taurus tauro cedere cogitur. In iisdem lustris non cōuenit duobus inter se leonibus: & tyrannus (quo nullum

*IIII. An propter filium, vt tyrannidis omnis auctorem & caussam, occisum, præmium debeatur.*

*Confutatio à consequentibus.*

*A cēditione filij, à quo tyrannidem removet ab incredibili.*

animal efferatius) parem in eadem vrbe patitur? Non vides necessariò fieri, vt è duobus aut alter alterum oppugnet, aut alter alteri cedat? Vtrum tu fuisse mauis, in patre, an in filio? Si iuuenis aduersus senem obtinebat tyrannidem, quid à Rep. præmium postulas? Tyranni partes adiuuisti, non Reip. Sin patri cessit: quid tandem illum vocare potes, nisi tyranni vel præfectum aut satellitem? Quandoquidem seniori tyrannicam appellationem ne tu quidem audes detrahere. Verùm vt quoquo modo tyrannidem omnem in adolescentem oratione deriuares, quàm multa tu quidem non ex re, sed pro causæ tuæ commoditate comminiscebaris? Cæterùm quàm in his confingendis decori, quod in personis situm est, nullam habuisti rationem? Sic enim (vt memini) inducebas in fabulã senem iam ætate mitem, & qui omnem tyrannidis acerbitatem ob senectam exuisset: non secus atque mala, quę natura acerba, tẽpore mitescunt, & in alium abeunt succum: porrò iuuenem ferocẽ illo incolumi gerentem tyrannidem, iámque patri viuo succedentem. Priuatus paterfamilias non fert filium se viuo successorem: & tu vis isthuc credi in tyranno? Ille non finit vllum è liberis rem domesticam ex animi sui libidine moderari: & tyrãnus sese velvti abdicans imperio, negotium omne in adolescentem reiecerat? Non dubito quin & ipse videris quàm dura sint ista, & quàm à communi sensu abhorrentia. Verùm quid faceres? nisi tales personas induxisses, exitum inuenire tragœdia tua non poterat. Quæso te, an vnquam auditum est Tyrannum ætate mitescere? Quando tu desines ea quæ sunt priuatorum, quæ bonorum principum, tyrannis tribuere? Vt eodem igni cera mollescit, limus durescit: ita ætate pleriq; reddũtur mitiores ac temperantiores, tyrannus magis exasperatur. Vt tempus nonnullis pomis amaritudinem adimit, vt vinis nonnullis acorem conciliat: itidem tyrannis non adimit sæuitiam ætas, sed exaggerat. Vis ipsissimam tyrannici ingenij tibi demonstrem imaginem? Spinam cogita, quę quo magis senescit, eo pungit acriùs. Echinos cogita, qui quo plus habent ætatis, hoc testa sunt asperiore. Vulgaribus ingeniis fortasse nonnulla vitia senecta vel detrahit, vel certè mitigat, etiam si plura irritat, nonnulla parit: at tyrannorum mẽtibus, ad scelus, ad crudelitatem natis, scelere & immanitate imbutis atque educatis, præter vitiorum omnium incrementum adferre senecta quid potest? Nisi fortè libidinem adimit. Quanquam ista Tyranni dis quãtula tandem est portio? sed esto fuerit sanè propter ętatem ad voluptates segnior, verùm erat fastidiosior: vnde fit vt imbecillior sit ad coitum, ad raptum auidior. Fortasse pauciores huic execabantur ephebi, sed insigniores. Pauciores producebãtur virgines, sed exquisitiores. Cur non autem & plures, videlicet quò senile fastidium optione & varietate vinceret? Hoc ita esse, quot ego tibi testes citare possem, qui quo nobiliores sunt, quo fortuna præstãtiores habent liberos, hoc magis eis à flagitiosissimi senis cupiditate metuebant? An tu putas vnà cum viribus senescere libidinem? Multò secus habet: imò quantum ætas improborum hominum facultati detrahit, tantum adiicit cupiditati. Quanquam tyrannicum animum his in rebus nõ tam voluptatis vsus capit, quàm nostra delectat contumelia. Vt frigeat in sene tyranno Venus, certè feruet vigétque malitia, sæuitia, nocendi libido. Postremò totum illud vitiorum agmen, quę propria tyrannorum sunt, cupiditas, rapacitas, improbitas, impudentia, impietas, iracundia, violentia, impotentia, suspicio, fraus, perfidia, crudelitas, implacabilitas, immanitas, periurium (quid autem oportet omnia commemorare nobis omnibus heu nimiùm nota?) horum inquã nullum non ętate fit acerbius, propterea quòd iuuenta nonnunquam naturæ bonitate vincitur: præterea quædam mala nondum didicit: at senecta, si quid pudoris, si quid humanitatis, si quid melioris ingenij à natura insitum est, id omne multo ac diuturno flagitiorum vsu penitus exuit, & prorsum in immanissimam quandam feram abiit. Id ita euenisse, Iudices, in execratissimo illo sene, quid ego coner argumentis docere, cùm sua cuique memoria abundè satis exemplorum suppeditet? Quòd si iuuenis sese gerebat insolentiùs, videlicet patris abutens imperio: num tu hunc continuò tyranni nomine donabis? Ergo ex eadem tyrannide sexcentos tyrannos facilè reddideris. Nam quis est omnino in tyranni familia, vel extremum mancipium, qui non ipse penè tyranno sit ferocior, violentior, sceleratior? Filius, inquit, emolumentis imperij potiebatur:

*Ab absurditate fictionis.*

*Libido est viribus nõ senescit.*

*Ab ætatis accidentibus, ex persona patris.*

*Confutatio signorum à proprio tyrãnorum.*

patri præter nomen nihil ceſſit. Quaſi verò non ſit iſthuc omni tyrannidi commune. Longè minima fructuum pars, qui ſolent ex tyrannide capi, ad ipſum redire tyrannum: quemadmodum in latrocinio fieri conſueuit: prædæ communiter in omnes diſtribuũtur, vel in eos potiùs quorum opera capiuntur. Alioqui non cohærebit cohors illa ſcelerata: niſi dux ille, quiſquis fuerit, plus etiam permittat ſuis, quàm ſibiipſi. Solum nomen ſibi propriè vendicat. Et in nullos eſt tyrannus indulgentior, quàm in ſcelerum miniſtros: quippe quorum opera ſentiat ſuum imperium contineri. Proinde ſub vnius vmbra ſatelles omnis, omnis miniſter, familiaris, leno, tyrannidem quandam in ciues exercet. Ridiculè fecero, ſi hoc quoque coner argumentatione probare, Iudices. Vidimus, ſenſimus, experti ſumus, niſi fortè tam diutinæ calamitatis memoriam, tam pauculi dies obliterauèrunt. Neque enim eſſet res vſqueadeo miſera tyrannis, ſi vnius modò foret toleranda violentia. Quot ferẽdi latrones, quot ſacrilegi, quot ex extrema barbarie aduenæ, feris quàm hominibus ſimiliores? Neque deſunt qui ſe ſimulent apud tyrannum ſceleribus ſuis gratiam promeritos eſſe, quò nimirum hoc nomine metuantur à ciuibus. Horum igitur vnumquemlibet tyrannum appellabis, & pro quolibet occiſo tyrannicidæ præmium petes? Non in tantum omnem exues pudorem opinor. Sed pater ætate feſſus, omnem dominatum in filium tranſtulerat: quicquid tyrannicum in vrbe gerebatur, id iuuenis violẽtia cõmittebatur. Sed iſthuc quantum abſit ab imagine veri, quis tam cæcus, vt nõ videat? quis tam obliuioſus, vt non poſſit experimento refellere? Ego tibi cõplures nominare ſatellites poſſum filio inſolentiores. Ad hæc, veriſimillimũ eſt nullius inſolentiam minùs approbaſſe ſenem, quàm filij, vel quòd odit omnem tyrannidis affectatorem omnis tyrannus, vel quòd intelligit ex illius facinoribus longè plus inuidiæ odiíque ſibi conflari: (Callidiſſimi autem tyranni eſt, eatenus legitimum imitari regnum, quatenus obtineri tyrãnis poſſit:) vel quòd pater etiã peſſimus, tamen liberorum nonnihil offenditur vitiis, & ad crudelitatis miniſteria alienis quàm ſuis vti mauult. Quòd ſi clam patre rapinas, raptus, atq; id genus facinora deſignabat filius: profectò non tyrannum agebat, ſed inſolentem ſatellitem: ſin approbante patre, quaſique per illum exercente tyrãnidem, vtri tandem par erat imputari commiſſa, huic per quem gerebantur, an ei cuius auctoritate arbitrióque fiebant? Non arbitror obſcurum, quin huic, cui in manu erat, nutu, ne fierent, vetare. Quid autem non agunt per alios tyrãni? Nam ipſi quidem neque pueros emaſculant, neque virgines abripiunt, neque proſcribũt, neque bona diripiunt, neque phana diſpoliant, neque hereditatibus manum iniiciunt, neque cõpilant ærarium, neque tormentis excruciant, neque quenquam iugulant, neque armis vicos expugnant, neque incendunt villas. Totum hunc tyrannicum ludum per miniſtros exercent. In vnum tamen tyrãnici nominis inuidia competit, in vnum occidendum lex præmium inſtituit, in vnum ſtringendi ferri ius facit, illos ſuæ cognitioni reſeruat. Quorum vt quiſque ſua opera tyranno profuit, ita aliud atque aliud vocabulum imponi poteſt: certè tyrãni vocabulum nemini congruit, niſi vni illi ſub cuius veluti clypeo tota illa pernicioſiſſimorum hominũ colluuies latitat. Arbitror vobis, Iudices, ſæpenumero auditum eſſe, id quod eleganter à doctiſſimis viris eſt ſcriptum, tyrannis non longas modò, verumetiam plurimas eſſe manus, plurimos oculos, eóſque acerrimos, plurimas aures, eáſque longiſſimas. Omnino prodigioſum quoddã eſt animal tyrannus, multóque Titanibus illis Briareo & Enceladoportentoſius, centenis capitibus, centenis linguis, centenis manibus, pedibúſque. Quot enim habet ſcelerum miniſtros, totidẽ habere membra videtur. Atque vt ex membris corpus, ita tyrannis ex huiuſmodi cõſtat miniſtris. Verùm vt illud quod corpus appellatur, nihil eſt aliud, quàm quiddam omnibus ex membris aggregatum, ita in tyrannide vnum quippiam eſt, quod neque pes ſit, neque manus, neque vllum aliud membrum, contineat autem vniuerſa: at ita cõtineat, vt ab iis poſſit ſeparari: ídque tyrannus vocatur. Proinde exaggera quantumlibet iuuenis inſolentiam, violentiámque, præfectum arcis voces licebit, oculum nomines licebit, aut ſi mauis, dextram: aut ſi ne id quidem ſatis, præcipuum tyranni caput dicas licebit: tyrannum certè vocare nequaquã potes. Vnum enim illud portentum tyranni nomine cenſet, cuius auctoritate titulóque cuncta hæc membra velut animantur:

ídque vnum forti ciui permittit occide- A
re. Nõ vult te in oculum aliquem inuola-
re: nõ ſinit vt caput aliquod amputes, ne
tale quiddam eueniat, quod de Lernæa
Hydra fabulantur poëtæ, vt pro vno ca-
pite reſecto, duo peſtilentiora ſubnaſcan-
tur: pro vno excuſſo oculo, plures acrio-
res ſuccedant: pro vna reſciſſa dextera,
multę robuſtiores ſubpullulẽt. Vnius vi-
tæ te dominum arbitrumque conſtituit,
qui ſibi ſit auſus tyrãni vindicare nomen:
quo ſublato futurum ſit vt mẽbra reliqua
quaſi deſtituta ſpiritu, emoriantur, aut
certè ſanentur. At quid ego tecum iam
accuratis argumentationibus ago? Poſ-
ſum illico tuis te verbis reuincere, ac vel- B
ti tuo te laqueo capere. Iuuenem paulò
antè magnum patris ſatellitem nomina-
bas: non inficiabere: rurſum alio loco di-
cebas omnem tyrannidem occupaſſe fi-
lium: ſolius appellationis honorem ceſſiſ-
ſe. Quî conuenit eundem & ſatellitem &
tyrannum appellari? Tum ſi ceſſit, non
igitur vſurpauit tyranni nomen. Contra-
ctus autem verbis aut rati ſunt, aut re-
*Opponit verba legis.* ſcinduntur. Lex hac tecum formula con-
traxit, Si quis tyrannum occiderit, præ-
mium ferat. Quid tu mihi iuuenis flagi-
tia commemoras? Id te lex voluit occi- C
dere, quodcũque illud eſſet animal, quod
tyrannus diceretur. Magnum (vt ipſe fa-
teris) ſatellitem occidiſti, non tyrannum:
quid tibi cum lege rei eſt? At rem, inquis,
legis ſequutus ſum, non ſyllabas: eum in-
terfeci, qui caput erat tyrannidis, paratus
hæres paterni dominatus: libertatem pe-
peri, ſeruitutem ſuſtuli: hoc lex ſenſit: hu-
ius rei auctori præmium pręſtituit. Satel-
litem, inquã, occidiſti, nihil moror quan-
tum, quàm grauem, quàm ferocẽ, quàm
ſceleſtum: ſatellitem tamen occidiſti ty-
rannidis, non caput: aut ſi caput, vnum è
*Conceſſio, etiamſi filius tyrãnus maximus fuerit, tamen occidendũ non fuiſſe.* pluribus. Sed hæc omnia tibi ex animi D
ſententia largiamur: fuerit ſanè res tota
tyrannidis filius: pater nihil niſi vocabu-
lum quoddam inane tyranni: quemad-
modum in fabulis habetur, Echo nym-
pham nihil aliud quàm meram quãdam
fuiſſe vocem ſine corpore. Quî tibi licuit
*Locus pro legibus, eas non temere à verborum vi deflectendas & interpretandas eſſe.* in re tanta à verbis legis diſcedere? præ-
ſertim ita dilucidis, vt perſpicuum magis
nihil eſſe poſſit, & commentitiam inter-
pretationem domi tuæ natã in iudicium
adferre? Ego Iudices, nullum in Rempu.
exemplum pernicioſius induci poſſe iu-
dico, quàm ſi conſueſcant homines ca-
lumnioſi à præſcripto legum recedere:
& interpretamento, quod ad prætexen-
dum facinus quiſque ſuum maximè ido-
neum comminiſci queat, id iudicibus ob-
iicere. Quis autem vnquam meminit de
legis ſententia quæri ſolere, niſi quum in
ſcripto quiddã apparet ambiguè obſcu-
réve dictum: aut cùm ex verbis & euentu
abſurditas quæpiam extitit, eáque mani-
feſta? In priore non cuiuſuis commẽtum,
ſed iuriſprudentium reſponſa, ſed iudi-
cum ſententia recipi ſolet. In hoc poſte-
riore neceſſitas ipſa cõpellit aliquantiſ-
per à legis vocibus deflectere, & æquita-
tem iuris potiùs quàm verba ſpectare.
Duplex itaque periculum videtis Iudi-
ces: alterum, ne ſuperſtitioſa cauillatione
literarum legis, ab eo quod lex ſpectauit,
abducamur: alterum, ne paſſim à præſcri-
pto diſcedendo, leges omneis & iudicio-
rum religionem ſubuertamus. Quorum
illud quidem multo leuius eſt, propterea
quòd vix vnquam accidat vt legiſlator
obſcurè, quid voluerit, explicuerit: aut
abſurdum quiddam exoriatur. Hoc mul- *A periculo.*
tò periculoſiſſimum pernicioſiſſimúmq;.
Etenim quę tandem lex futura eſt, quam
verſutus calumniator, quò pœnam effu-
giat, non facilè poſſit aliquo commento
ſubuertere? Neque quiſquam non elabe-
turè iudicio veſtro nocens, niſi qui ſit vſ-
queadeo nullius ingenij, vt ne friuolam
quidem aliquam commentatiunculam
queat inuenire. Atque vt cuique cõmo-
dum erit, aut animi libido feret: ita pro
ſene iuuenem, pro tyranno ſatellitem,
pro homicidio tyrannicidium, & paſſim
aliud pro alio interpretabitur. Veſtra in-
terim Iudices religio, veſtrum iuſiuran-
dum, qua tandem ratione ſeruabitur,
quibus nihil futurum eſt certi, quod in
cognoſcendo ſequamini: verùm ambi-
guas diuerſaſque litigatorum coniectu-
ras ſpectare neceſſum erit? Ergo cùm in
omni cauſſa maximopere cauendum eſt,
ne ſine grauiſſima ratione à legis pręſcri-
pto diſcedatur: tum in hac non periculo-
ſum modò, verùm etiam abſurdiſſimum:
quum legis verbis nihil poſſit eſſe dilucí-
dius: ſententia nihil æquius: interpreta-
mẽto quod pręter legis mentem induci-
tur, nihil peſtilentius. An credimus legis *A conſilio legislatoris.*
huius auctorem vſque adeò infantem, &
verborum inopem fuiſſe, vt dicere non
potuerit: Qui quouis modo tyrannidem
ſuſtulerit, huic pręmium eſto, ſi modò i-
ſthuc ſenſiſſet? Neque verò fugit illũ, to-
tam tyrãnidem per ſatellites & pręfectos

exerceri ſolere, permultóſque in his eſſe vel Tyrannis ipſis ſceleratiores, atque, vt ita dixerim, Tyrannicos magis, & omnino ſupplicio digniores: niſi & omnium omnia miniſtrorum ſcelera Tyrãno imputarentur. In vnum tamen illum, qui hoc nomine cenſetur, tibi ferro graſſandi facultas data eſt. In reliquos non tibi permittitur idem: non quòd illos vita dignos iudicet lex, ſed quòd vnius cæde totam tyrannidem tolli velit, non multorum cæde reddi duriorem. Tuum erat legi ſimpliciter parêre: neque eius verba quaſi plumbeam quandam regulam ad tuum facinus accommodare, verùm ad illius præſcriptum factorum tuorum rationem inſtituere, præſertim in hoc exemplo, quo non aliud poteſt admitti peſtilentius, vt ex legis arbitraria interpretatione, quem velis, interficiendi tibi pro tua libidine licentiam ſumas. Non illud hîc ſpectandum, Iudices, quàm inuiſus Reip. ſit qui occiſus eſt, quàm maiore etiam ſupplicio dignus: verùm id etiam atque etiam perpendere oportet, exemplum præter leges iugulandi homines, ſemel in ciuitatem receptum, ſemel veſtris ſententiis approbatum, deniq; præmio compenſatum, quò tandem licentię ſit proceſſurum. Quod iſte ſibi in tyranni filium licere voluit, hoc alius ſibi volet in ditiſſimum quenque ciuiũ licere. Quiſquis pauper à locuplete contumelia afficietur, protinus tyrannum eum appellabit, & veneno aut ferro adorietur. Poſtremò ſi cui magiſtratus non placebit, ſi cui iudex erit inuiſus, non dubitabit è medio tollere. Porrò ad facinoris defenſionem, Sophiſtam quempiam aut ſycophantam conſulet (ſi ipſe ingenio ſtupidiore fuerit) & nõuam legis interpretationem vobis adducet: dicet nihil aliud ſenſiſſe legiſlatorem, quàm vt huiuſmodi ciuium genus non nomine ſed re tyrannidem agentium, ferro, igni, veneno tollatur è medio. Atque ita breui futurum eſt, vt quod in vno factum ſemel & probauimus, & gauiſi ſumus: id in multis ſæpius & doleamus, & improbemus. Credite mihi, non mediocre diſcrimen neque conuenienter accipiendum, vt titulo reperto priuatus hominem indemnatũ interficiat. Id ita eſſe facilè liquebit, ſi quidem animaduertimus nihil omnium eſſe quod lex parciùs circunſpectiúſque permiſerit. Etenim (ſi memini) tribus duntaxat temporibus lex indulſit

*Aliud à periculo.*

*A voluntate & fine legis.*

A vt quis citra iudicium hominem occidat. Primùm adulterum, ſed in vxore deprehenſum: id quod intemperanti & inſuperabili mariti dolori donatum eſt: at ita, ſi corpus vtrunque pariter interimat, ſi argumentis idoneis deprehenſum fuiſſe doceat. Deinde in vi depellenda: at ita, ſi demonſtres te mortem effugere nequiiſſe, niſi mortem intuliſſes. id lex ita interpretatur, quaſi ſeſe tueri potiùs ſit iſthuc, quàm alium occidere. Vterque tamen facti ſui rationem reddere compellitur, ſtatim ſeſe prodere, nec expectare donec in ius trahatur: atque (vt ita dicam) vltro ſemet reum facere cogitur.

B Quòd ſi omnia conſtabunt argumenta: ita demum à lege dimittitur, vt venia non laude dignus eſſe videatur. Poſtremò in tyrannicidio: vbi propter periculi ſuſcepti magnitudinem lex præmiũ quoque proponit: at ita, ſi eum quem tibi lex iſto velut inſigni tyrannici nominis denotauit, fortiter occideris: non ſi ſceleſtum alio ſcelere ſuſtuleris: neque patietur te ius occidendi permiſſum, latiùs quàm ad vnicum tyranni caput trahere, niſi ſi quis obſiſtat, vt per illius necem tibi neceſſe ſit ad illum penetrare. Iámque

C hoc factum tuum ſecunda illa ratione defenditur. Huic tertio generi fortaſſe proxima videatur hoſtem in bello feriẽdi facultas: quam tuæ tamen libidini lex non permiſit. Niſi palàm hoſtis ſit declaratus, *niſi in Imperatoris verba iuraris*, niſi ille aciem eduxerit, niſi ſigna canere iuſſerit, tibi fraudi futurum eſt hoſtem interfeciſſe. Tu dicturus es: Hoſtem occidi, nam plus quàm hoſtilia faciebat: nomen hoſtis tantùm aberat, re hoſtem agebat. Lex reſpõdebit, ſuarum partium fuiſſe, hoſtem declarare: ac tuo fortaſſe ſcelere fruetur: verùm ne ſerpat exem-

D plum, pœnas de te ſumet. Quid autem aliud abs te factum eſt? Vnum tibi lex nominatim deſignauerat: tu illius vocabulum tuapte auctoritate in alium transfers, quod niſi in vnum non poteſt competere: neque traduci debet ab eo cui lex attribuerit, ne tibi fas ſit aliquando quem voles magiſtratum, quem voles iudicem, quem voles ciuem, tyrannum appellare. Neque verò ſine grauiſſimis cauſis lex tot vinculis aſtrinxit hanc in vitam alterius licentiam. Perpendit nihil maius eripi cuiquam poſſe, quàm vitam, vidit in extinctum facilè varias cauſas confingi etiam impune poſſe, quandoquidem

*Amplificatio à rei qualitate.*

ille non ſit refutaturus, qui iacet. Vidit A quàm multis titulis ſuum quiſque dolorem poſſet prætexere, ſi poſt occiſum hominem vlla cauſa recipiatur præter eas quæ legibus ſint expreſſæ. Quid quòd grauatim ſibi quoque lex permiſiſſe videtur vt homini vitam eripiat? quàm comperta, quàm multa requirit argumenta? quàm multa concedit reo? quàm malignè agit cum actore, quem non niſi ſuo periculo vult accuſare? quantum ſpatij largitur ei qui defertur? quàm liberam Iudicum reiectionem? Quantum igitur à mente legis abeſſe putes, vt cuilibet permittat, vel pro ſuo priuato dolore, vel domeſtica iuris interpretatione, B hoc eſt, ſubuerſione, in cuiuſquam vitam graſſari? Neque ad rem pertinet, quantum criminum aceruum exaggeres, quãtumuis etiam verorum, addo notorum: dicas, parricidam, ſacrilegum, inceſtum, proditorem, peculatorem, veneficum interfeci: Tyrannum lex iubet occidi. Atqui hic vnus multis tyrannis erat ſceleratior, peſtilentiórque ciuitati. Ad iſta tam multa crimina lex tibi verbo reſpõdebit: Nihil moror quàm fuerit ſceleroſus, qui periit: in vnum tyrannum tibi ius feceram occidendi; in reliquos, in ius C trahendi. Si detuliſſes: auditus, reuictus, damnatus à me palàm pœnas dediſſet, omníque Reipublicæ ſalubri exemplo fuiſſes. Nunc tu priuata libidine interficiens, pro ſalubertimo exemplo perniciоſiſſimum in ciuitatem induxiſti, & legum inſtaurationem à legis violatione auſpicaris: hoc eſt, malis malo mederi ſtudes. An me clã eſſe putas, quàm multi ſint in hac turba vita indigni, morte dignиſſimi? At eos meæ cognitioni, nõ tuis manibus ſeruo: ſunt fora, ſunt tribunalia, ſunt iudices, ſunt carceres, ſecures, carnifices. Cur tu mihi præire conaris? cur D nullo mandante magiſtratum occupas? & dum Tyrannicida videri vis, tyrãnum imitaris? Nam quo alio nomine tantopere mihi eſt inuiſus ille, niſi quòd mihi parêre recuſat, & præire conatur? Ei demum ferrum tractare licebit, cuius manibus ego permiſero. Si iuuenem occidiſſes, quòd non alia patuiſſet ad tyrannum via, darem veniam neceſſitati: nunc occidiſti non obſiſtentem, non auxilium ferentem patri, ſed patris opem implorantem. Huius vnius cæde contentus diſceſſiſti, tyrannum nec impetiſti, in quem vnum tibi ius feceram. Meum erat expendere, vtrum ex vſu Reipub. fuerit, an iuuenis occideretur: malueram illum exquiſitioribus excruciatum ſuppliciis, exemplum omnibus edere. Neque hæc dico Iudices, quaſi parum gaudeam pariter cum patre ſublatum filium: vtinam eadem opera ſimul omnes ſint oppreſſi, quibuſcunque tyrannus placet. Sed quis prohibet ſimul & gaudere quòd deorum bonitas nobis hanc rem bene verterit, & tamen non committere vt huius temeritas, ſi iudicio comprobetur, in legem atque in exemplum trahatur? Nec de iuuenis iniuria vindicanda nunc agitur, ſed de legis violatæ maieſtate. Non enim par eſt, vt cuiquam perſonæ præter ius extincti odiũ in ſcelere ſuffragetur. Neque tam ſpectandum in quem commiſſum ſit facinus, quàm quo exemplo commiſſum. Alioqui cur non eadem opera fas ſit in tyranni nepotes, pallacas, pueros, vxores, liberos, lenones graſſari? Bonam tyrannidis partem vxor ſæpenumero ſuggerit. Ad ſummam immanitatem nonnunquam libertus aliquis, aut vernula inſtigat: cur non & hos iugulas, ſi tibi ius eſt æſtimatione priuata meritorum ciuem iugulare? Quid quòd eſt aliquid tyranno nocentius, in quod tamen haudquaquam tibi ius ſit occidendi? Finge eſſe qui totam hanc vrbem, templa, domos, curiam conatus ſit incendere, imò qui iam compluribus locis ignem ſubiecerit, ſed incendium ſubitò exorto imbri reſtinctum: auctorem non obſcurum, verùm abditum latitare. Eum forte fortuna repertum, manu tua trucidas. Num lex tuum factum approbabit? Non opinor. Atqui tyranno ille quanto erat nocentior? Tanto nimirum, quanto eſt atrocius ciuitatem ſemel funditus euertere, quàm expilare: ciues vniuerſos vno igni finire, quàm in pauca quædam ſæuire capita. Et tamen in vnum tyrannum ſtringendi ferri poteſtas priuatim permittitur: illum deferendi modò ius habes. Hîc in re tam aperta legis mentem calumniari, & nouo interpretamento tuum facinus palliare, quid tãdem aliud eſt, quàm legum auctoritatem euertere, atque id per cuniculos quoſdam agere, quod tyrannus palàm ac vi facere conſueuit? In recipienda lege fas eſt populo cauſam æquitatémque legis excutere: cæterùm receptæ, & longo iam vſu comprobatæ, ſimpliciter oportet obtemperare. Neq; enim exiſtimandum eſt, maiores

*Epilogus.*

*Ampliſicat confirmatione.*

*Præoccupatio.*

*Redit ad argumentum ſuperius. Nonquicquid tyranno nocentius, aut aqué nocens, occidendum eſſe.*

*Redit ad auctoritatem legũ.*

illos noſtros, viros ſine controuerſia ſapientiſſimos, ita ſine grauiſſimis rationibus inſtituiſſe, vt priuatim interficiendi Tyranni facultas vnico capite finiretur. Primùm ad iugulandi licentiam, feneſtram aperiendam ciuibus non putauerunt: deinde perſpiciebant, tyrannidem fatale quoddam eſſe Reipublicę malum, quod minore noxa toleraretur, quàm malè exagitaretur: neque poſſe ſemel tolli, niſi tyranni ipſius cæde. Quo ſubmoto, videlicet qui legibus imperabat, non parebat, iam nihil opus eſſe priuata audacia, nimirum illis in reipub. adminiſtrationem vindicatis. Quòd ſi tyrannus in ius vocari potuiſſet, ne hunc quidem tuæ dextræ arbitrio permiſiſſent. Videbant & illud: Tyrannidem, nonnullam habere monarchiæ legitimæ ſpeciē: hoc tantùm intereſſe, quòd in monarchia populus regi paret, rex legibus: in tyrannide omnia vnius libidini ſubiecta ſunt. Rex publicam ſpectat vtilitatem, tyrannus priuatim ſuam: vnde publicitus expedit vt tyranno veluti principi legitimo ciuitas pareat, donec idoneus aliquis vindex extiterit, qui legum auctoritatem in priſtinum ſtatum reſtituat, atq; id vnius (ſi fieri poteſt) capitis iactura. Nam hac moderatione in fatalibus illis peſtibus, quæ totum Reipub. quaſi corpus corripiunt, legum prudentia conſueuit vti: vt exemplo magis, quàm admiſſi talione, morbo medeatur: ne dum ciuitatem ſanare ſtudet, magnam ciuitatis partem interimat. Hinc eſt quòd in ſeditionibus publicis non niſi in ipſos auctores conſueuit animaduerti, reliquis quos tempeſtas illa commouerat, dari venia, aut vix etiam dari venia, qui in publico Reipub. tumultu quietem egiſſent. Quæ poteſt autem peſtis eſſe fatalior, quàm tyrannis? Quæ ſeſe latiùs in ciuitatis membra diffundit? Quota quæque vrbis pars ab hoc vitio ſyncera poteſt eſſe? Omitto iam quicquid eſt ambitioſorum, ære alieno obſtrictorum, ſcelere contaminatorum, barbarorum (nam hæc tota ſentina hominum tyrannide gaudet, vt in qua nullis maiora quàm ſceleratis ſint præmia) bonos etiam ciues hoc malum inuoluit, dum vel timent fortunis ſuis, vel rectum iudicant ſeruire tempori. In hoc itaque rerum ſtatu leges non extinctæ, ſed oppreſſæ modò, cautim & circunſpicienter agunt: intelligunt hoc vlcus citra ſummam ciuitatis perniciem exaſperari non poſſe, vnius capitis diſpendio commodè ſanari poſſe. Quare docto cuipiam medico præmium oſtendunt, digito demōſtrant quod membrum ſecari velint, quibus abſtineri. Caput indicarunt illæ, tu dextram ſecuiſti. Illæ tyrannum, tu tyranni ſatellitem occidiſti. Quo præmio dignus? Nempe eo, quo qui morbo inſcitè exagitato, totum hominem in extremum vitæ diſcrimen adducat, quo qui hominem legibus vetantibus occidat. Neque ego nunc te cædis reum ago, aget alius fortaſſis, cuicunque lubitum erit: verùm illud modò conſilium fuit, oſtendere tibi quàm inſignitæ ſit impudentiæ, in ea cauſſa tam eximiam tibi vendicare laudem, tam egregia poſcere præmia, in qua nequeas obtinere, ſi modò tecum exactiùs ac ſeueriùs agatur, vt graueis pœnas effugias. I nunc & curioſum me voca, qui tam candidè támque ciuiliter tecum agam, vt quum te poſſim in graue diſcrimen vocare, ſat habeam legis & Reipub. cauſam defendere, ne circumuenta præmium dare cogatur ei, qui nihil boni ſit promeritus. Id quod non iudicibus modò (quibus iſthuc iam dudum liquere puto) verùm tibi etiam ipſi cupio perſuadere: & facturum me confido, ſi modò tantiſper animum poſſis attendere. Vin' igitur, vt quemadmodum tu faciebas, itidem & nos ſummatim totā cauſſam ob oculos reuocemus? diſpiciamúſque quàm multa tuo in facto deſiderentur ad id, vt lègi ſatisfeceris: & quantum tu ſis hallucinatus, quum multa diceres etiam ſupereſſe? Tria quædam requirit lex, & ita requirit, vt ſi quodlibet horum deſit, aut pœnam te, aut certè nihil gratiæ debere ſe credat. Quorum ego non vnum aliquod, ſed vnumquodque deeſſe docebo. Quod ſi facio, vtrum æquo animo cedes præmio, an impudēter petere perſiſtes? Ergo rem accipe. Niſi tria hæc tibi conſtiterint, non eſt quòd tyrannicidæ præmium petas: Animus, via, & effectus. Animus duo quædam complectitur, vel quid ſperaris, vel quid propoſueris. Nam ſi tyrannum per imprudentiam occidiſſes, ſi præter propoſitum, non magis profectò præmium tibi debeatur, quàm ſi quis tyranno amiciſſimus idem feciſſet. nam idem potuit accidere. Tu porrò quid propoſiti in arcem attuleris, ipſe videris: ita demum legi perſuaſum erit te voluiſſe occidere tyrānum, ſi occideris. Non occidiſti, atque

A B C D

Correctio.

Locus ab imo ad ſummum.

I. Animus.

id etiam quum tibi in manu fuerit (vt ais) si libuisset, interficere. Lex negat sua referre, vtrùm tyrannicidij propositum in arcem non attuleris, an allatum repentè mutaris. Iam quid speraris, excutiamus. Quamquam isthuc leges non ita valde curiosè pensiculantur: sed tamen in tam absoluto facinore partes omneis constare oportet. Quid enim si tyrānum interfeciſſes, quò tyrannidem ipse occupares, vtrùm præmium sperares, an supplicium metueres? Quid si quò priuatum animi tui dolorem vlciscereris, tyrānum occidisses, atque id esset palàm, num præmium auderes poscere? Quid si latrones tyrannum forte fortuna obuium obtruncassent, num ad hunc honorem aspirarent? Quid si quis tyranno priuatim infensus, magna te pecunia conduxisset quò ei tyranno venenum dares, dediſſésque, num quæso tyrannicidæ præmium postulares? Ego hîc tecum non ago coniecturis: nihil dico in vitam tuam, quæ quidem obscurior est, quàm vt tu, alioqui tam glorioſus, quicquam de ea ausus fueris dicere: illud vnum affirmare non dubitem, qui tyrannum quum tutò licuerit, non occidit, planè noluit occidere. Qui eum occiderit, cuius mors extremum exitium Reip. videretur allatura, potiùs quàm vllam commoditatem: is aut priuatum dolorem vlcisci voluit, non libertatem publicam vindicare: aut emolumentum suum sequutus est Reipub. periculo, non suo periculo Reipub. studuit prodesse. Postremò non potest nisi gloriæ ieiunio adductus videri, qui tam insolenter se iactat. Non potest non videri lucrum sequutus, qui tam improbè præmium flagitat. An non vides igitur quantopere hac parte à tota legis mente dissentias? quem illa tuæ vitæ periculo sua causa voluit occidere, eum tu non solùm volens præteristi, verumetiam periculosè in Rempub. irritasti: quem sua causa noluit occidi, eum tu maximo nostro periculo tui compendij aut animi fortasse gratia iugulasti. Sed finge te animum tyrannicida dignum ad facinus attulisse, lucri perinde vt vitæ contemptorem: magni tamen refert, qua ratione tyrānidem tollere aggrediaris. Iam enim omnia tibi ex animi tui libidine largior, quæ tamen nemo alius tibi concessurus est. Te in filio iugulasse patrem, in non tyranno tyrannum. Largior isthuc, Delium aliquem tibi prædixisse, vt certum

*11. Actio.*

A præscire potueris, quod ipse etiam vix diuinare Delius potuerit. Licuisse tibi patrem occidere, si libuisset, verùm hoc pœnæ genus tibi magis placuisse. Sustuleris sanè tyrannidem, id que noua quadam & inusitata ratione. Vides quàm multa tibi dono. Tamen obsistam tibi, nec sinam ferre præmium, propterea quòd ea via sustuleris, quæ legi non probatur, quæ non expediat moribus ciuitatis, quę non sit forti viro digna. Age quid si tyranni filium infantem in cunis iugulasses, & rursum adfuisset Delius ille, per quem certum præscire posses, fore vt necato puero pater sibi mortem accerseret,
B atque id euenisset, vtrùm te tanquam tyrannicidam suspiceret Respub. an potiùs tanquam immanem & ferum hominem execraretur, qui in eam sæuieris ætatem, cui etiam ab hoste armato parcitur, quæ leonibus etiam miserāda videatur? Quin ergo? Vtetur tuo maleficio Respub. cæterùm exemplum haudquaquam probabit. Quid si tyranni vxorem, quam ille miserè deamaret, per vim constuprasses, atque ille eius impatiens contumeliæ, fugerit è vita: vtrùm tyrannicidij laudem flagitabis, an raptus & adulterij supplí-
C cium potiùs formidabis? Res obscura nō est. Conferam tuo facto propiora. Quid si tyranni medicus quum esses, veneno ægrotanti dato, illum sustulisses, vtrùm vt veneficum oderit te Resp. an vt virum fortem admirabitur? Tyrannum sublatum gaudebit, facti rationem modúmq; detestabitur. Quid si quum te tyrannus familiariter vteretur, tu in conuiuio prętextu necessitudinis venenum porrigeres? Denique si per magicas imagines ac maleficas quasdam deuotiones tyranno vitam ademisses, vtrùm à lege præmium, an pœnam expectares? Atqui tyranni-
B μὴ γὰρ τοῦτ' ἀκούσας εὐθέως τις ἀπολάβῃ, ποῖος ἢ πόσος ὁ κάματος εἰς ἓν φάρμακον; πολλὰ γὰρ ὡς ἐπὶ τούτου προεῖδε δεῖ, καὶ ὡς ἐπιδοποιῆσαι τῇ πόσει, καὶ ὡς ἐπιδιαθερμαῦναι ῥᾴδιον ἐς ἵασιν τὸ σῶμα, καὶ τῆς ἀπάσης ἕξεως φερούσης, κενοῦντα, καὶ ἰσχναίνοντα, καὶ οἷς χρὴ τρέφοντα, καὶ κινοῦντα ἐς ὅσον χρήσιμον, καὶ ὕπνους ἐπινοοῦντα, καὶ ἐρημίας μηχανώμενον, ἃ μὲν οἱ μὴ ἄλλό τι νοσοῦντες, ῥᾳδίως πράττειεν ἂν· οἱ μεμηνότες δὲ, διὰ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ νοῦ, δυσάγωγοι, καὶ δυσπαραίτητοι, καὶ τῷ ἰατρῷ ἐπι-

C σφαλεῖς, καὶ τῇ θεραπείᾳ δυσκαταγώνιστοι. ὁπότε μοι πολλάκις ποιήσαντι, ἤδη πλησίον φέρεσθαι τοῦ τέλους, καὶ ἐλπίσαντι, ἐμπεσόν τι μικρὸν ἁμάρτημα, ἐπακμάσαντος τοῦ πάθους, ἅπαντα ῥᾳδίως ἀνέτρεψε, καὶ ἀνεπόδισε τὴν θεραπείαν, καὶ τὴν τέχνην διέσφηλε. τὸν οὖν τοῦτα πάντ' ἐπομεμηνότα, καὶ ὕπτιον χαλεπῷ νοσήματι προσπαλαίσαντα, καὶ πάθος ἀπόρων παθῶν ὃ δυσαλωτότατον νενικηκότα, ἐπὶ τούτῳ ἀποκηρύττειν ἀπιτρέψατε, καὶ τοῖς νόμοις ὡς βούλεται ἐρμηνεύειν καὶ

D ἐργάτου, συγχωρήσετε, καὶ τῇ Φύσει πολεμεῖν αὐτὸν ἐάσετε. ἐγὼ τῇ Φύσει πειθόμενος, σώζω, καὶ διαφυλάττω, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν πατέρα ἐμαυτῷ, κἂν ἀδικῇ σοῦ· εἰ δὲ τὸν ἐργατικὸν παῖδα τοῖς νόμοις, ὡς φησιν, ἀκολουθῶν διαφθείρει, καὶ τῶν γλυκέων ἀποστερεῖ, μισοπαῆς σοῦ, ἐγὼ φιλοπάτωρ γίγνομαι· ἐγὼ τῇ Φύσιν ἀσπάζομαι, σοῦ τὰ τῆς Φύσεως παραβαίνοντος, καὶ καθυβρίζοντος δίκαια. ὦ παῖ, μισοῦντος ἀδίκως· ὦ παιδός, φιλοῦντος ἀδικώτερον. ἐγκαλῶ γὰρ ἐμαυτῷ, τῷ παῖδα ἀναγκάζοντος, ὅτι μισούμενος, ὑπὸ δέον φιλῶ,

καὶ φιλῶ πλέον ἢ προσῆκε. καίτοι γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας μᾶλλον, ἢ τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ὑποπτεύει φιλεῖν. ἀλλ' οὗτος ἐκὼν καὶ τοὺς νόμους παρορᾷ, οἳ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας παῖδας τῷ ἡμῖ φυλάττουσι, καὶ τὴν φύσιν, ἢ τοὺς ἡμυησιδυσίας ἕλκει πρὸς πόθον τῶν τεθνηκότων πολύ, οὐχ ὅπως μείζους ἀρχὰς εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμὲ, μείζονα τὰ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας ἐσφέρῃ, καὶ ὑπεραίδωσιν· ἢ, τό γε ἔλαττον, ἐμὲ μιμεῖται, καὶ ζηλοῖ τὸ φίλτρον. ἀλλ', οἴμοι τῆς συμφορᾶς, προσέτι καὶ μισεῖ φιλοῦντα, καὶ ἀγαπῶντα ἐλαύνει, καὶ εὐεργετοῦντα ἀδικεῖ, καὶ ἀσπαζόμενον ἀποκηρύττῃ, καὶ τοὺς φιλοπαίδας νόμους, ὡς μισοπαίδας κατ' ἐμοῦ μεταχειρίζεται. ἐὰν μάχῃς, ὦ ἐσάγῃς πάτερ τοῖς νόμοις τὴν τῆς φύσεως. οὐκ ἔστι ταῦτα οὐκ ἔστιν ὡς θέλεις, κακῶς ἑρμηνεύῃς, ὦ πάτερ, κακῶς κειμένους τοὺς νόμους. οὐ πολεμεῖ φύσις καὶ νόμος ἐν ταῖς εὐνοίαις· ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις ἐνταῦθα, καὶ συναγωνίζονται τῇ λύσει τῶν ἀδικημάτων. ὑβρίζῃς τὸν εὐεργέτην, ἀδικεῖς τὴν φύσιν, τί καὶ τοῖς νόμοις συνάδικεῖς τὴν φύσιν; οἳς καλοῖς, καὶ δικαίοις, καὶ φιλοπαίδας εἶναι θέλουσι, ὑ συγχωρεῖς, καθ' ἑνὸς παιδὸς ὡς ἐν πολλῶν κινῶν πολλάκις, καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐῶν ἐν ταῖς τιμωρίαις, τοῖς ἐν ταῖς τῶν παίδων πρὸς τοὺς πατέρας εὐνοίαις ἡσυχάζειν ἐθέλουσι· καίτοι γε ὅτι τοῖς μηδὲν ἡμαρτηκόσι, μηδὲ κειμένοις. ἐγὼ μὲν οἵ γε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι δίδοασι τοῖς τῶν εὐεργέτας μὴ ἀντευποιοῦντων. ὁ δὲ πρὸς τοῦ μὴ ἀμείβεσθαι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς οἷς δεῖ πέπονθε κολάζειν ἀξιῶν, σκέψασθε εἴ τινα ὑποβολὴν ἀδικίας ἀπολέλοιπεν. ὡς μὲν οὖν οὔτε ἀποκηρύττειν ἔτι τοῦτῳ ἔξεστιν, ἅπαξ ἤδη τὴν πατρικὴν ἐξουσίαν ἀποπληρώσαντι, καὶ χρησαμένῳ τοῖς νόμοις, οὔτε ἄλλως δίκαιον εὐεργέτην εἰς τὰ τηλικαῦτα πεφυκότων ἀπωθεῖσθαι, καὶ τῆς οἰκίας παρεκτεῖσθαι, ἱκανῶς, οἶμαι, δέδεικται. ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν αἰτίαν ἐλθωμὲν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ ὃ ἔγκλημα ἐξετάσωμεν ὁποῖόν ἐστιν. ἀναλάβῃ γὰρ αὖθις ὅπῃ τὸν γνώμην ἀναδραμεῖν τοῦ νομοθέτου. ἵνα γάρ σοι καὶ τοῦτο βραχὺ ὀλίγον δῶμεν, ὃ ἐξῆν ὁσάκις ἂν ἐθέλῃς ἀποκη-

A & magis amo quàm oporteat. Atqui natura comparatum est, vt patres liberos ament magis, quàm liberi parentes. Verùm hic studio tum leges contemnit, quæ filios nihil commeritos familiæ seruant: tum naturam, quæ parentes ad vehemens natorum desiderium incitat. Non solùm enim cùm plures habeat in me beneuolentiæ caussas, maiorem, vti debebat, beneuolentiam non adiungit atque addit, aut quod est minus, me saltem imitatur, meúmque æmulatur amorem: sed ô calamitatem, quin insuper odit amantem, charitate prosequentem expellit, benemerentem B lædit, complectentem abdicat, legésque liberis fauentes, ceu liberis infensas, in me torquere conatur. O bellum, quod contra naturam legibus moues pater! Non sunt ista, non sunt, inquam, quemadmodum tu vis. Leges bene conditas, malè interpretaris pater. Non pugnat natura cum lege, in his quæ ad beneuolentiam pertinent. Hîc inter sese consentiunt, & altera vtrique auxilio est ad defendas iniurias. Contumelia afficis benemeritum, offendis naturam. Cur legibus quoque simul cum C natura facis iniuriam? Quæ cùm honestæ, iustæ, liberorum amantes esse cupiant, non pateris esse: quippe quas aduersus vnum filium tanquam aduersus multos sæpius tentes. Nec finis in *Alia à Lu-* suppliciis quietem inuenire, quæ ve- *ca.* lint in beneuolentia liberorum erga parentes conquiescere: quanquam alioqui ne positas quidem aduersus eos qui nihil peccarint. At sanè leges ingratitudinis actionem concedunt in eos qui benemeritis non retulerint gratiam. At qui non solùm non refert gratiam, verumetiam punire conatur ob ea ipsa quibus adiutus est beneficia, considerate num quicquam facere possit iniquius. D Itaque non posse hunc iam abdicare denuo, qui paternam potestatem semel expleuerit, ac lege sit vsus: præterea non esse æquum, eum qui tanta præstiterit beneficia, expellere, familiáque exigere, satis opinor demonstratum. Nunc autem ad ipsam abdicationis caussam veniamus, & crimen cuiusmodi sit, expendamus. Ac rursum ad mentem eius qui legem condidit, recurramus necesse est. Etenim vt istud tibi donemus ad breue tempus, licere quotiescunque velis abdicare, vt-

*Tractatio: III. Locus. Nullo iure se abdicari.*

que præterea poteſtatem iſtam tibi largiamur etiam aduerſus benemeritum, haud tamen ſimpliciter, opinor, neque quibuſlibet de cauſſis abdicabis. Neque hoc dicit legis conditor: Quicquid vtcunque criminatus fuerit pater, abdicato: vt ſatis ſit tantùm voluiſſe queri. Nam ſi id eſſet, quid opus erat iudicio? Verùm vos iſtud expendere iubet Iudices, num grauibus ac iuſtis de cauſſis iraſcatur pater, nécne. Hoc igitur in præſentia conſiderate. Exordiar autem ab iis quæ protinus huius inſaniam ſunt conſecuta. Iam primum omnium quod fecit ſanæ menti redditus, illud erat: Reſcidit abdicationem. Ego ſeruator, beneficus, breuiter omnia eram. In his (niſi fallor) nihil adhuc eſſe poterat quod cum crimine videretur eſſe coniunctum. Deinde quid eſt omnium quod accuſat? Quod obſequium, quam curam filio dignam prętermiſi? Quando foris cubui? Quas intempeſtiuas potationes, quas comeſſationes obiicis? Qui luxus? Quis leno pulſatus eſt? Quis accuſauit? Nemo profectò. Atqui hæc ſunt ob quæ præcipuè lex permittit abdicare. Cæterùm cœpit ęgrotare nouerca. Quid iſtud mihi vertis crimini? morbique pœnam à me repoſcis? Non repoſco, inquit. Sed quid? Quòd eam curare iuſſus recuſas, ob hoc dignus fueris qui abdiceris, quippe immorigerus patri? Aſt ego quidem cuiuſmodi ſint iſta quę iubet, in quibus quia non poſſim obſequi, videor immorigerus, pauliſper diſſeram. Sed illud priùs in totum dico. Neque lex huic concedit vt quiduis imperet, neque mihi neceſſe eſt in omnibus omnino parêre. Quædam enim mandata ſunt huiuſmodi, vt ſi non parueris, non ſis obnoxius pœnæ. Quędam id genus, vt niſi obtemperaris, ira ſupplicióque ſis dignus: veluti ſi ægrotes ipſe, & ego non curem. Si quid rerum domeſticarum curandum ſit, & ego negligam. Si quid circa rem ruſticã curandam mandas, atque ego recuſem. Hęc omnia, atque id genus alia, probabiles adferunt cauſſas paternæ querelæ. Porrò cætera noſtri ſunt arbitrij, nempe quæ ad artes & artium vſum pertinent: maximè ſi nulla in re fiat iniuria patri. Iam ſi cui pictori præcipiat pater, Hæc pinge fili, illa nequaquam: Rurſum muſico, Hanc pulſa harmoniam, illam ne pulſa.

*Ab antecęſa vita.*

*A qualitate cauſſa.*

*A ſimili.*

A ρύπλη, καὶ κατά γε τῦ βυεργέτου τοῦ σὲ τὴν
ἐξουσίαν ταύτην συγχωρήσωμεν, ὐχ ἁπλῶς,
οἶμαι, οὐδ' ὅτι πάσαις αἰτίαις ἀποκηρύξεις·
τοῦτο γὰρ ὁ νομοθέτης φησὶν, ὅ, τι ἂν τύχῃ ὁ
πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω, καὶ
ἀποχρῆν θελήσας μόνον, καὶ μεμφθαι· τί
γὰρ ἂν ἔδει δικαστηρίου; ἀλλ' ὑμᾶς ποιεῖ τῦ-
το, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, σκοπεῖν, εἴτ' ὀργὴ με-
γάλοις καὶ δικαίοις ὁ πατὴρ ὠργίζετο, εἴτε
μή. σκοπῶ τοίνυν ἤδη ἐξετάσατε. ἀρξομαι
δὲ ἀπὸ τῶν μετὰ τὴν μανίαν βίβλων. τὰ μὲν
δὴ πρῶτα τῆς σωφρονισθείσης τῦ παιδὸς, λύ-
σις ἦν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ σωτὴρ, καὶ βυερ-
γέτης, καὶ πάντα ἦν ἐγώ. καὶ τοίνυν, οἶμαι,
τούτοις ἔγκλημα προσῆν ἐδόκει. τὰ μὲν
ταῦτα δὲ, τί τῶν πρώτων αἴτια; τίνα θερα-
πείαν, τίνα ἐπιμέλειαν ἐμοῦ πρῶτα; πότε
ἀπόντες ἐλυπήμεν; τίνας πότους ἀκρίτους,
τίνας κώμους ἐγκαλεῖς; τίς ἀσωτεία; τίς
πορνοβοσκὸς ὕβρεισται; τίς ἠπάσατο; τοῦτο
εἰπέ. καὶ μὴν ταῦτά ἐστιν, ἐφ' οἷς μάλιστα ὁ
νόμος ἀποκηρύττειν ἐφίησιν. ἀλλὰ νοσεῖν ἤρ-
ξατο ἡ μητρυιά· τί οὖν ἐμοὶ τοῦτ' ἐγκαλεῖς,
καὶ νόσου δίκην ἀπαιτεῖς; οὐ φησιν. ἀλλὰ
τί; ὅτι θεραπεύειν προσετάττομεν, οὐ θέ-
λεις, καὶ διὰ τοῦτ' αὖ ἄξιος εἶ ἀποκηρύ-
ξεως, ἀπειθῶν τῷ πατρί. ἐγὼ δὲ ὃ μὴ
οἷα προστάττουσι αὐτῷ, ἀκοῦσαι οὐ δυ-
νάμενος, ἀπειθεῖν δοκῶ, προς ὀλίγον ἀνα-
θήσομαι. πρότερον δ' ἁπλῶς εἰπεῖν φη-
μι, ὡς οὐ πάντα προστάττειν οὔτε τούτῳ δέ-
δωκεν ὁ νόμος, οὔτ' ἐμοὶ τὸ πείθεσθαι πᾶσι
πάντως ἀναγκαῖον. εἰ δ' οὖν τοῖς τῶν προσ-
ταγμάτων τὰ μὲν δύναται, τὰ δ' ὀρ-
γῆς, καὶ συμφορᾶς ἄξια· ἐὰν νοσῇς αὐτὸς,
ἐγὼ δὲ ἀμελῶ· ἐάν τῶν κατ' οἶκον ἐπιμε-
λεῖσθαι, ἐγὼ δὲ ὀλιγωρῶ· ἐάν τὰ κατ' ἀ-
γρὸν ἐπισκοπεῖν προστάττῃς, ἐγὼ δὲ σκυ-
πάντα ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα δύλογος ἔχ
ταῖς προφάσεις, καὶ ταῖς μέμψεις πατρι-
κάς· τὰ δ' ἄλλα, ἐφ' ἡμῖν ἐστι τοῖς παισὶν,
ὅπως τῶν τεχνῶν, ἧς τούτων χρήσεως, καὶ μάλι-
στα, εἰ μηδὲν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀδικοῖτο. ἐπεί τε
καὶ τῶν γράφειν πατὴρ προστάττῃ, ταῦτα μὲν
τέκνον γράφε, ταύτῃ δὲ μή· καὶ τῶν μουσικῶν,
τοῦτο μὲν τοῦτο ἁρμονίαν κρῦε, τοῦτο δὲ ὃ μή.

καὶ

καὶ τῷ χαλκεύοντι, τοιαῦτα μὴν χάλκευε, A Tum fabro ærario, Ista cude, illa ne cu-
τοιαῦτα δὲ μή, ἆρα αὖ τις ἀνέχοιτο ἀποκη-
ρύττοντα, ὅτι μὴ κατὰ σεαυτοῦ δοκοῦντα ὁ
παῖς χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; οὐδεὶς οἶμαι. ὁ δὲ
τῆς ἰατρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι, καὶ τῷ βίῳ
χρησιμώτερον, τοσούτῳ καὶ ἐλευθεριώτερον εἶ-
ναι προσήκει τοῖς χρωμένοις, καὶ τινα προνο-
μείαν ἔχειν τὸν τέχνῃ δίκαιον τῇ ἀξιώσει τῆς
χρήσεως· ἀναγκάζεσθαι δὲ μηδὲν, μηδὲ προσ-
τάττεσθαι, πρᾶγμα ἱερὸν, καὶ θεῶν παίδευμα,
καὶ ἀνθρώπων σοφῶν ὑπηρέτημα· μηδ' ὑπὸ
δουλείαν ἦναι νόμῳ, μηδ' ὑπὸ φόβον, καὶ
ζημιώσεων δικαστηρίῳ, μηδ' ὑπὸ ψῆφον, καὶ B
παῖδας ἀπειλῶ, καὶ ὀργὴν ἰδιωτικήν. ὥστε καὶ
εἰ τοῦτό σοι σαφῶς ὑπῆν καὶ διαρρήδην ἐλέ-
γειν, ὃ βούλομαι, οὐδὲ παρρησιάζομαι δυνάμενος,
ἀλλ' ἐμαυτῷ μόνῳ τὸν τέχνῃν οἶδα, καὶ τῷ
πατρὶ, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν ἰδιώτης εἶ) βού-
λομαι· τίς τύραννος ὕπω βίαιος, ὡς ἀναγκάσαι
ἂν καὶ ἄκοντα χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; τὰ γὰρ
τοιαῦτα, ἱκετείαις, καὶ δεήσεσιν, ἢ νόμοις, καὶ ὀρ-
γαῖς, καὶ δικαστηρίοις ἐπάγειν, οἶμαι, προσή-
κει. πείθειν τὸν ἰατρὸν χρὴ, ἢ κελεύειν, βού-
λεσθαι, ἢ φοβεῖσθαι, ὅτι τὴν θεραπείαν οὐκ C
ἄτεχνος, ἐκεῖνα γ' ἐρχόμενον, ἥδεως· πατρικῆς
δ' αἰσχύνης ἄμοιρος, ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπου γε
τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ
προεδρίας, καὶ ἀτελείας, καὶ προνομείας δίδα-
σι. ταῦτα μὲν οὖν ἁπλῶς ἂν εἶχον εἰπεῖν ὑπὲρ
τῆς τέχνης, εἰ δὲ σὺ διδαξάμενός με, καὶ πολλὰ
ὀπιμυθήσαντος, καὶ διαλωσόμενος, ὡς μάθοιμι,
τὴν μὲν ὅμως θεραπείαν, ταύτην δυνα-
τὴν ἔσεσθαι, διατελέσαν. νυνὶ δὲ κακῶς σύνοισθα, D
ὡς πρὸς πάσαν ἀγνώμονα ποιεῖς, οὐκ ἐᾷς με
χρῆσθαι μετ' ἐλευθερίας ἐμῷ κτήματι. ταύ-
την ἐγὼ τὴν τέχνην οὐχ ὑφ' ὧν σὺ ἐδέξαμαι,
οὐδὲ τῷ σῷ νόμῳ ὑποκείμενος, ἀλλ' ὅμως αὐ-
τὴν μεμάθηκά σοι, καὶ προῖκα αὐτῆς ἀπολέ-
λαυκας, οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς ὃ μαθὼν ἔχων.
τίνα διδάσκαλον ἐμισθώσω; τίνα φαρμά-
κων παρεσκεύασα; οὐδ' ἰατρεῖα ἐπῳκοδόμησα· ἀλλὰ πε-
νόμενος ἐγὼ, καὶ τῶν αἰσχρῶν ἀπορούμενος,
καὶ ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐλεούμενος, ἐπαι-
δεύομην. καί μοι τοιαῦτα παρὰ τοῦ παῖδος ἦν
πρὸς ὃ μαθὼν ἐφόδια, λύπη, καὶ ἐρημία, καὶ ἀ-
πορία, μῖσος οἰκείων, καὶ ἀποστροφὴ συγγενῶν.

rem fabro, Ista cude, illa ne cude: num quisquam hunc patietur abdicare filium propterea quòd non ex ipsius arbitrio artem exerceat? Nemo opinor. Atqui medendi ars quanto est honoratior, vitæque conducibilior, tanto conuenit esse liberiores qui hac vtuntur: ac iustum est vt ars aliquo gaudeat priuilegio in exercendi facultate, vt neque cogatur vsquam, neque ferat imperium, res sacra, deorum doctrina, virorum eruditorum cura: neque in seruitutem trahatur legis: neque timori pœnisque tribunalium, neque calculis ac patris minis, & indocti hominis iræ sit obnoxia. Proinde si tibi palàm ac simpliciter ad hunc modum respondissem, Nolo curare cùm possim, sed artem soli mihi didici, ac patri, cæteris omnibus imperitus esse volo: quis est tyrannus vsqueadeo ferox, vt cogat etiam nolentem vti arte? Si quidem istiusmodi officia blanditiis precibúsque, ni fallor, non legibus, ira, iudiciis conuenit elicere: persuadere medico oportet, non iubere, vt velit, non vt metuat: neque ad sanandum adigendus est, sed vltro ac lubens accedat oportet. Immunis à compulsione patris, immunis est ars ipsa, quandoquidem ciuitates quoque publicitus honores, præeminentias, immunitates, priuilegia medicis tribuunt. Hæc igitur in genere poteram artis nomine respondere, etiamsi tu me illam docuisses, si multum studij, multum pecuniarum insumpsisses vt discerem, & vnam hanc curationem, etiam si eiusmodi esset vt præstare possem, recusassem. Nunc illud cogita, quàm rem modis omnibus ingratam & iniquam facias, qui non finas me à meipso mihi partis liberè vti. Hanc ego artem tum cùm non essem filius tuus, perdidici, neque tuis subiectus legibus. Atque hanc tamen tibi didici. Huius fructum primus sensisti, cùm nihil adiumenti contuleris ad eius cognitionem. Quem præceptorem mercede conduxisti? Quem pharmacorum apparatum comparasti? Nullum omnino. Verùm inops, ac rerum necessariarum indigens, à præceptoribus mei misertis sum edoctus. Nam abs te patre huiusmodi mihi dabatur ad discendum viaticum; molestia, solitudo, egestas, familiariũ odium, cognatorum auersatio.

A conditione artis.

A sua persona, & instrumento artis.

Pro iſtis itaque factis poſtulas vti arte mea, víſque earum rerum eſſe dominus, quas mihi paraui tum cùm mihi nõ eſſes dominus. Boni cõſule, ſi quid antehac vltro, nullo prouocatus officio, bene de te ſum meritus, cùm nullo nomine vllá abste gratiam poſſem repoſcere. Cæterùm non conuenit ſanè, vt meum beneficium mihi in reliquum tempus pariat neceſſitatem: vt quòd volẽs beneficio iuui, vertatur in occaſionem, vt poſtea nolenti præcipias: iámque in conſuetudinem trahatur, vt qui ſemel ſanauerit aliquem, ſemper deinde curet omnes quoſcunque voluerit is qui ſanatus eſt. Etenim ad iſtum modum fieret, vt quos curaremus, eos dominos nobis creauerimus, nóſque metipſos illis tradiderimus, mercedis loco ſeruitutem accepturi, & ad omnia quę iuſſerint, obtemperaturi; qua re quid eſſe poteſt iniquius? Quoniam te grauiter adeò laborantem reſtitui, ob id exiſtimas tibi ius eſſe arte vtendi mea? Atque hæc quidem dicere poteram, ſi mihi hic imperaſſet ea quæ meæ ſint facultatis, atque ego non omnino modis omnibus vel inuitus obtemperaſſem. At nunc tandem perpendite cuiuſmodi ſint huius imperata. Quandoquidem, inquit, me laborantem inſania, ſanaſti: inſanit autem & vxor, eodémq; tenetur morbo (ſic enim opinatur) & à cæteris medicis ad eundem modum deſtituta eſt: túque potes omnia, id quod re demonſtraſti: ſanato hanc quoque, ac morbo leuato. Id ſi quis ſimpliciter ad hunc audiat modum, vehementer æquum videatur, præſertim illiterato, artíſque medicinæ imperito. Sin autem me auſcultetis artis nomine reſpondentem, intelligetis nimirum nec omnia eſſe noſtræ facultatis, neque cõſimiles morborum naturas, nec eandem medendi rationem, nec eadem remedia in omnibus efficacia. Ac tum palàm fiet, quantum interſit, nolis quippiam, an non poſſis. Vos interim patienter auſcultate me hiſce de rebus philoſophantem: exiſtimantes nec inelegantem fore, nec extra cauſſam, nec alienam à re, nec intẽpeſtiuam de his diſputationem. Iam primùm naturę corporum ac temperaturæ, haudquaquam eædem ſunt: tametſi maximè in confeſſo eſt, iiſdem ex elementis conſtare. Verùm alia de his, alia de illis magis aut minùs participant: ídque loquor adhuc de corporibus virorum, quæ neque ſimilia ſunt omnibus,

*A conſequentibus.*

*A qualitate rei imperatæ.*

*Locus communis de natura & generemorborum & medicinarum.*

αὐτὴ τούτων τίνων χρῆσθαί μου τῇ τέχνῃ ἀξιοῖς, καὶ δεσπότης εἶ) δῆλός πῶ ὅτ' οὐκ ἦσθα δεσπότης, πεποιημένων. ἀγάπα, εἴ τί σε καὶ πρότερον ἐκὼν ὐ προφείλων, δι' ἐποίησα, μηδεμίαν μηδὲ τῦ γε χάριν ἀπαιτεῖσθαι δυνάμενος. οὐ δὴ δεῖ τὸν δι' ποίαν τὸν ἐμὸν, αἰσχίω ἐς τὸ λοιπὸν μοι γενέσθαι, σοὶ δ', ἐκόντα βιαζεσθῆναι, οὐδ' ἕνος ἐπάρξαι τῦτο, δ' ἅπαξ τινὰ ἰασάμενον, πρὸς ἀεὶ θεραπεύειν, ὁπόσους δὴ θεραπεύσεις δῆλον· ἐπεὶ δεσπότας αὐ οὕτω καθ' ἡμῶν εἰκῆ τοὺς θεραπευομένους κεχειροτονηκότες, καὶ μαθὸν δ δουλεύειν ἀνάγκης, καὶ δ πρόσταις κελεύουσιν ὑπηρετεῖν προδεδωκότες· ὅ τί γένοιτ' αὐ ἀδικώτερον; δέῃ σε νοσοῦσάν πω χαλεπῶς οὕτως αἰτῆσαι, δέῃ τῦτο νομίζεις ἔξεναί σοι καταχρῆσθαί μου τῇ τέχνῃ; ταῦτα μὲν οὖν εἶχον αὖ λέγειν, εἰ καὶ δυνατά μοι δόξ' προεστάτει. ἐγὼ δὲ μὲ πρόσταις ἅπασι, μηδὲ πρὸς ἀνάγκην ὑπακούων. νῦν δὲ ἤδη σκέψασθε καὶ οἷά ἐστιν αὐτῦ τὰ ἐπιτάγματα· ἐπεὶ γὰρ ἐμὲ ἰάσω, φησὶ, μεμηνότα, μέμηνε δὲ καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὰ ὅμοια πάσχει (τῦτο γὰρ οἴεται) καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀπεγνωσμένη, δυνάσαι ἢ σὺ πρόσταις ὡς ἔδοξας, ἰῶ καὶ ταύτην, καὶ ἀπάλλαξε ἤδη τῆς νόσου. τῦτο δὲ ὑτωσὶ μὲν ἁπλῶς ἀκούσαι, πρῶτον μὲν δόξειε, κὴ μάλιστα ἰδιώτῃ, κὴ ἀπείρῳ ἰατρικῆς. εἰ δέ μου ἀκούσετε ὑπὲρ τῆς τέχνης διαλεγομένου, μάθοιτ' αὖ ὡς οὔτε πρόσταις ἡμῖν δυνατά ἐστιν, οὔθ' αἱ τῶν νοσημάτων φύσεις πρὸς ἁπλήσιαι, οὔτ' ἴασις ἡ αὐτὴ, οὔτε φάρμακα τὰ αὐτὰ ὅπῃ πρώτων ἰσχυρὰ, καὶ πότ' ἔσῃ δῆλον, ὡς παμπόλυ τῦ μὴ βούλεσθαί τι, δ μὴ δύνασθαι διαφέρει. ἀνάσχεσθε δέ μου τὰ περὶ τούτων φιλοσοφοῦντος, καὶ μὴ ἀπειρόκαλον, μηδ' ἐξαγώνιον, μηδ' ἀλλότριον, ἢ ἀκαιρον, ἡγήσασθε τὸν περὶ τῶν τοιούτων λόγον. πρῶτα μὲν δὴ σωμάτων φύσις, κὴ κράσις οὐχ αἱ αὐταί, κἂν ὅτι μάλιστα ἐκ τῶν ὁμοίων συνεστάναι ὁμολογῶνται. ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν δε, τὰ δὲ τῶν δε, μᾶλλον ἢ ἔλαττον μετέχει. καὶ λέγω τῦτο ἐπὶ τῶν ἀνδρείων, ὡς οὐδὲ ταῦτα πᾶσιν ἴσα, ἢ ὅμοια,

ὅτε τῇ κράσει, ὅτε τῇ συστάσει, διάφορα δὴ καὶ μεγέθει, καὶ εἴδει, ἀναίτια καὶ τὰ νοσήματα ἐγγίνεσθαι αὐτοῖς· καὶ τὰ μὲν, εὐίατα ἐστί), καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν εὐαπεπλασμένα, τὰ δὲ, τέλεον ἀπεγνωσμένα, καὶ ῥᾳδίως ἁλισκόμενα, καὶ κατ' ἄκρας ὑπὸ τῶν νοσημάτων λαμβανόμενα. Τοίνυν οἴεσθαι πρώτα πυρετὸν, ἢ πάσημ φθίσιν, ἢ περιπνευμονίαν, ἢ μανίαν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἔσεσθαι τῷ γένει, ὁμοίαν ὅτι πάντες ἐσμὲν) σώματος, ἃ σωφρονούντων, οὐδὲ λελογισμένων, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἐξητακότων ἐστὶν ἀνδρῶν. Ἀλλὰ ὃ αὐτὸ ἐν μὲν τῷ δε, ῥᾴδιον ἰᾶσθαι, ἐν δὲ τῷ δε, οὐκ ἔστιν· ὥσπερ, οἶμαι, καὶ πυρὸν, εἰ τὸν αὐτὸν ἐς διαφόρους χώρας ἐμβάλοις, ἄλλως μὲν ἐν τῇ πεδινῇ, καὶ βαθείᾳ, καὶ ποτιζομένῃ, καὶ διηλίῳ, καὶ διυομένῳ, καὶ ἐξηργασμένῃ, καὶ ἀφύτευτα, διθαλοῦς, οἴμαι, καὶ δένδρεσι, καὶ πολύχρως καρποῦ, ἄλλως δὲ ἐν ὄρει, καὶ ἐν τολίθῳ γεώδει, ἄλλως δ' ἐν δυσπλίᾳ, ἀνύδρῳ δ' ἐν ἐπωρείᾳ, καὶ ὅλως, διαφόρως κατ' ἐκάστους τόπους. οὕτω δὲ καὶ τὰ νοσήματα κατὰ τοὺς ἐπιδεξαμένους τόπους, ἢ διαφορᾷ, ἢ ὑπερφυᾷ, ἢ ἐλαττώσει γίγνεται. τοῦτο τοίνυν ἐπιδὼν ὁ πατὴρ, καὶ ὅλον αὐτεξέπαστον καταλιπὼν, ἀξιοῖ πᾶσιν μανίαν τὴν ἐν ἀνθρώπου σώματι, ὁμοίαν ἔσεσθαι), καὶ τὴν θεραπείαν ἴσην. πρὸς δὲ τούτοις τοσούτοις οὖσιν, ὅτι τὰ γυναικεῖα σώματα πάμπολυ τῶν ἀνδρείων διαφέρει, πρός τε νόσου διαφθορὴν, καὶ πρὸς θεραπείας ἐλπίδα, ἢ ἀπόγνωσιν, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. τὰ μὲν γὰρ τῶν ἀνδρῶν ὑπαγῆ, καὶ ὕπνοις, πόνοις, καὶ κινήσεσι, καὶ ἐπαθρίῳ διαίτῃ γεγυμνασμένα, τὰ δ' ἔκλυτα, καὶ ἀσυμπαγῆ, ἐν σκιᾷ τεταφημένα, καὶ λευκὰ αἵματος ἐνδείᾳ, καὶ θερμοῦ ἀποείᾳ, καὶ ὑγροῦ πρὸς πολὺ ὑπερροίᾳ· διαλωτότερα τοίνυν τῶν ἀνδρείων, καὶ ταῖς νόσοις ἐπικείμενα, καὶ τὴν ἴασιν ἀπερείδοντα, καὶ μάλιστα πρὸς μανίας διχερέστερα. ἅτε γὰρ πολὺ τὸ ὀργίλον, καὶ καῦσον, καὶ ὀξυκίνητον ἔχουσαι, ὀλίγην τινὰ τοῦ σώματος αὐτῶν δύναμιν, ῥᾳδίως ἐς τὸ πάθος τοῦτο καταλιθαίνουσιν. ἀδίκημα τοίνυν πρὸς τῶν ἰατρῶν τὴν ὁμοίαν ἐπ' ἀμφοῖν θεραπείαν ἀπαιτῆσαι, εἰδότας ὡς πολὺ τοῦ μέσου, διὰ πάντων, καὶ πρὸς ἕξιν ὅλης, καὶ πάσιν ἐπιθυμίαις, ἐξ ἀρχῆς διαιρίσεως κεχωρισμένων.

neque eadem tẽperatura, neque eadem conſtitutione. Vnde neceſſariò cõſequitur, vt morbi quoque tum magnitudine tum ſpecie differentes, his accidãt: vtque alia ſanatu ſint facilia, atque ad curationem ſpõte propenſa: alia rurſum prorſus deſperata, vt quæ & facillimè corripiantur, & grauiſſimè à morbis prehendãtur. Proinde ſi quis exiſtimet, quamlibet febrim, aut quamuis tabem, aut peripneumoniam, aut inſaniam, quolibet in corpore vnam atque eandem eſſe genere: is non videatur ponendus inter ſobrios, neque doctos, neque inter eos qui in rebus huiuſmodi exquirẽdis elaboratũt. Quin idem malum in hoc corpore facilè ſanabitur, in hoc minimè: quemadmodũ videlicet triticum, ſi idem in diuerſos eiicias agros, aliter proueniet in plano ſolo, profundo, irriguo, aprico, ventis ſalubribus expoſito, exculto, nimirum vbere, læto, copioſóque fructu: rurſum aliter in mõtoſa petricoſáque terra; aliter in opaca, aliter in ſubiecta mõtibus. In ſumma, pro cuiuſque loci diuerſa natura, variè proueniet. Itidem & morbi, pro ratione corporum in quæ inciderint, aut maiores & vberiores, aut minores eueniunt. Verùm his omiſſis, pater, nec omnino diſcuſſa re, vult quãuis inſaniam in quouis corpore conſimilem eſſe, ſimilémque deſiderare curationem. Super hæc tam multa, muliebria corpora plurimùm differre à virorum corporibus, vel ad morbi corruptionem, vel ad ſanandi ſpem aut deſperationem, facile fuerit cognoſcere. Siquidem virorum corpora bene compacta ſunt, neruoſa, laboribus, agitationibus, vita ſub dio acta', exercitata: contrà fœminarum, flaccida, malè compacta, in vmbra alita: candida, ob ſanguinis inopiam, caloríſque penuriam, & humoris ſuperuacanei abundantiam. Quare faciliùs corripiuntur, quàm virorum: vtpote morbis expoſita, nec ferentia curationem: præcipuè verò ad inſaniam procliuiora. Nam cùm multum habeant iracundiæ ac leuitatis, faciléque commoueantur, porrò corporis exiguæ ſint vires, facilè in hoc malum prolabuntur. Proinde non conuenit, in vtriſque eandem à medicis ſanandi rationem requirere: cùm intelligatis, hæc ab illis longiſſimo diſtare interuallo, iam ab ipſo protinus ortu diſcreta, tum tota vitæ ratione, tum actionibus omnibus, tum ſtudiis atque exercitiis vniuerſis.

Quare cùm dicis, Insania laborat: adde hoc quoque: laborat mulier. Neque confundas hîc omnia, sub vnam & eandem insaniæ referens appellationem: verùm discretis iis, quemadmodum & natura discreuit, quid in quoque præstari possit, considera. Nam nos, quemadmodum initio dixisse memini, illud in primis spectamus, ægroti corporis naturam, ac temperaturam, & cuius qualitatis magis sit particeps, calidius an frigidius, vigens an ætate deficiens, magnum an pusillum, crassum an macilentum: reliquaque id genus omnia. Quæ si quis penitus expenderit, is demum erit idoneus cui fides habeatur vel desperanti, vel recipienti: quandoquidem & insaniæ innumerabilia sunt genera, & causæ complures: nec vocabula quidem eadem. Neque enim idem desipere ac delirare, rabere & insanire: verùm hæc omnia nomina significant magis aut minùs obnoxium esse morbo. Porrò causę aliæ sunt viris, alię fœminis. Rursum inter ipsos viros aliæ iuuenibus, alię senibus: puta iuuenibus immodica fermè repletio: senibus autem importuna calumnia, ira impotens, quæ sæpenumero incidit aduersus domesticos. Hæc initiò perturbat animum: deinde paulatim vergit in insaniam. Porrò mulierum corpora & multæ res infestant, & facilè in morbum adducunt: præcipuè verò si quem oderint vehementiùs, aut si inuideant inimico, secundis rerum successibus vtenti: aut si quid molestum sit, aut si cui succenseant. Hæc paulatim subgliscentia, multóque alita tempore, tandem in insaniam euadunt. Eiusmodi rerum aliquid vxori quoque vsuvenit, pater: & haud scio an nuper aliquid illi ægritùdinem aliquam attulerit. nihil enim illa oderat, quanquam morbo sanè tenetur, neque his malis vllius medici cura poterit eripi. Quòd si quis alius se facturum receperit, aut si quis eam liberarit: tum me oderis licet velut iniurium. Tametsi ne illud quidem verebor dicere pater: Etiamsi non prorsus esset, vt est, desperandum: sed adhuc aliqua salutis spes leuis ostenderetur, nec sic quidem facilè manum admouerem, neque statim auderem ministrare potionem: videlicet veritus fortunam, ac multorum hominum obtrectationem. Vides vt omnes arbitrantur priuignos inuisos esse nouercis omnibus,

*A periculo euentus, & persona nouerca.*

A ὅταν οὖν λέγῃς, ὅτι μέμηνε, προστίθη ὅτι
καὶ γυνὴ ὅσα μέμηνε· καὶ μὴ σύγχει ταῦτα
πρώτα τῷ τῆς μανίας ὀνόματι,
εἰ καὶ τῷ αὐτῷ δοκοῦσι· ἀλλὰ χωρίσας ὡς-
περ ἔστι, καὶ ὃν τῇ φύσει, ὃ δυνατὸν ἐφ' ἑκά-
στου σκόπει. καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὅπερ ἐν ἀρχῇ τῶν λό-
γων εἰπὼν μέμνημαι, τοῦτο πρῶτον ὑπισχνού-
μεθα, φύσιν σώματος τοῦ νοσοῦντος, καὶ κρᾶ-
σιν, καὶ τίνος πλείονος μετέχει, καὶ εἰ θερμότε-
ρον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ἀκμάζον, ἢ πρηνικός,
καὶ μέγα, ἢ μικρόν, καὶ πιμελές, ἢ ὀλιγόσαρ-
κον, καὶ πρῶτα τὰ τοιαῦτα. εἰ ὅλως αὖ τις αὖ-
B τῷ προσεξετάσῃ, πολὺ ἀξιόπιστος ἂν εἴη, ἀ-
ποχνώσκων τι, ἢ ὑποιχνούμενος· ἐπεὶ καὶ τῆς
μανίας αὐτῆς μυρία εἴδη ἔστι, καὶ παμπόλλας
ἔχει τὰς αἰτίας, καὶ οὐδὲ τὰς προσηγορίας αὐ-
τὰς ὁμοίας. τὸ γὰρ παραφρονεῖν, καὶ παρα-
παίειν, καὶ λυττᾶν, καὶ μεμηνέναι, ἀλλὰ ταῦτα
πρώτα τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον ἔχεσθαι τῇ νόσῳ,
ὀνόματά ἐστιν· αἰτίαι τε, τοῖς μὲν ἀνδράσιν,
ἄλλαι, ταῖς δὲ γυναιξίν, ἕτεραι, καὶ τῶν ἀν-
δρῶν αὐτῶν, τοῖς μὲν νέοις, ἄλλαι, τοῖς δὲ γε-
γηρακόσι, διάφοροι, οἷον, νέοις μὲν, πλῆθος
C ὡς τὸ πολὺ, γέρουσι δὲ, διαβολὴ ἄκαιρος, καὶ
ὀργὴ ἄλογος πολλάκις κατ' οἰκείων ἐμπε-
σοῦσα· τὸ μὲν πρῶτον, διετάραξεν, εἶτα,
κατ' ὀλίγον ἐς μανίαν προέτρεψε· γυναικὶ
δὲ πολλὰ καθικνῆται, καὶ ῥᾳδίως ἐς τὴν νόσον
ἐπάγεται, μάλιστα δὲ μῖσος κατά τινος πο-
λύ, ἢ φθόνος ἐπ' ἐχθρῷ δυτυχοῦντι, ἢ λύπη
τις, ἢ ὀργὴ κατ' ὀλίγον, ταῦτα ὑποτυφόμε-
να, καὶ μακρῷ χρόνῳ ὑπτεφόμενα, μανίαν
ἀποτελῇ. τοιαῦτά σοι, ὦ πάτερ, καὶ ἡ γυνὴ πέ-
πονθε, καὶ ἴσως τι λελύπηκεν αὐτὴν ἔναγχος.
D οὐδὲν γὰρ ἐκείνη ἐμίσει, πλὴν ἔχεταί γε, καὶ
οὐκ ἂν ἐκ τῶν παρόντων ὑπ' ἰατροῦ θερα-
πεύθείη δυναίατο, ὡς εἴτε ἄλλος τις ὑποδέ-
χοιτο, εἴ τις ἀπαλλάξει, μισῶ τότε ὡς ἀδι-
κοῦντα ἐμέ. καὶ μὴν καίτοι, ὦ πάτερ, οὐκ ἂν
ὀκνήσαιμι εἰπεῖν, ὅτι εἰ καὶ μὴ τελέως οὕτως
ἀπέγνωσο, ἀλλά τις ἔτι σωτηρίας ἐλπὶς ὑπε-
φαίνετο, οὐκ ἂν οὐδ' οὕτω ῥᾳδίως προσηφά-
μην, οὐδ' ἂν προχείρως φάρμακον ἐγχέαι ἐ-
τόλμησα, δεδιὼς τὴν τύχην, καὶ τὴν πολλὴν τῶν πολ-
λῶν δυσφημίαν. ὁρᾷς ὡς οἷον πάντες εἶναί
σε μῖσος πρὸς τοὺς προγόνους πάσους μητρυιᾶς,

καὶ ὧσι χρησταί, καὶ τίνα κοινὴν μανίαν ταύτην γυναικείαν αὐτοῖς μεμηνέναι; τάχα οὖν τις ἐπωφθυσεν, ἄλλως χωρήσαντος τοῦ κακοῦ, καὶ τῶν φαρμάκων ἀδυνηθέντων, κακοήθη καὶ δολερὰν τὴν θεραπείαν γεγενέναι. καὶ τὰ μὲν τῆς γυναικὸς, ὦ πάτερ, ὅτως ἔχει· καὶ πάνυ σοι τετηρικὼς λέγω. ὅ ποτε ῥᾷον ἔξει, κἂν μυριάκις πίῃ τὸ φαρμάκου· ὅθ' τοῦτ' ἐπιχειρεῖν οὐκ ἄξιον, εἰ μὴ τοῖς μόνον ὃ ἀποτυχεῖν με καταπείγῃς, καὶ κακοδοξίαν περιβαλεῖν θέλῃς. ἔασον ἐπὶ τῷ ὁμοτέχνων φθονεῖσθαι. ἐὰν δέ με ἀποκηρύξῃς πάλιν, ἐγὼ μὲν, καίτοι πάντων ἔρημος γενόμενος, οὐδὲν κατὰ σοῦ δεινὸν βούξομαι. τί δ' ἂν, ὅταν μὴ γένοιτο, αὖθις ἡ νόσος ἐπανέλθοι; (φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦτα ἐρεθιζόμενα, παλινδρομεῖν) τί με χρὴ ποιῆσαι δεινόν; θεραπεύσω μὲν ὅτι ἴαται καὶ τότε, καὶ ὅποτε λείψει τὴν τάξιν, ἣν τοῖς παῖσιν ἔταξεν ἡ φύσις, οὐδὲ τῶν γένους ὃ ἐγὼ ἐμαυτοῦ ἐπιλήσομαι. εἶτ' ἂν σωφρονήσῃς, αὖθις ἀναλαμβάνειν πάντοτε πιστεύσαι με δεῖ; ὁρᾷς ἤδη, καὶ ταῦτα ποιῶν, ὅτι σὺ τὴν νόσον, καὶ ἐπανομιμνήσκῃ ὃ πάθος· ἔρρεις, καὶ πρόπαλιν, ἐκ τηλικούτων κακῶν ἀνασφήλας, διατείνῃ, καὶ βοᾷς, καὶ ὃ μέγιστον, ὀργίζῃ, καὶ πρὸς μῖσος τρέπῃ, καὶ τοῖς νόμοις ἀνακαλῇς. οἴμοι πάτερ, τοιαῦτ' ἐστὶ σοῦ ἡ τῆς πάλαι μανίας τὰ προοίμια.

A etiamsi probæ fuerint: eásque hanc ceu communem quandam mulierum insaniam insanire. Quare facilè suspicatus fuisset aliquis, si malum hoc secus euenisset, neque profuissent re media, perfidam ac dolosam fuisse curationem. Atque vxoris quidem res pater ad hunc se- *Peroratio.*
se habent modum: ídque loquor, quod prorsus exploratum habeo: nunquam meliùs est habitura, etiamsi millies biberit pharmacum: eóque non operæpretium conari: nisi me in hoc solùm vrges, vt frustrer, idque vis, vt fœdam mi-
B hi famam accersam. Patere vt mihi eiusdem artis professores inuideant. Quòd si me rursum abdicaris, ego quidē etiamsi ab omnibus deserar, tamen tibi nihil imprecabor graue. Sed quid si (quod auertat Deus) redeat morbus? (solent istiusmodi fermè mala irritata recurrere) quid erit mihi faciendum? Curabo, vt nosti, tum quoque, neque vnquam defuturus sum officio quod liberis natura præscripsit: neque generis, quoad in me fuerit, obliuiscar. Deinde si resipueris, num credere debeo futurum vt me denuo re-
C cipias? illud vide. Iam ista quum facis, accersis morbum, pestémque refricas: heri ac nudiustertius è tantis elapsus malis, contendis, vociferaris: quódque grauissimum est, irascéris: ad odium propensus es: leges reuocas. Hei mihi pater, istiusmodi fuerant superioris insaniæ tuę procœmia. *Commonitio.*

---

## ΦΑΛΑΡΙΣ ΠΡΩΤΟΣ.

## PHALARIS PRIMVS. Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Phalaris Agrigentinorum tyrannus fuit: cui faber quidam Perillus siue Perilaus, taurum æreum obtulit, ita factum, vt in eum homines damnati coniecti succenso igne torrerentur, atque inter cruciandum dum vociferarentur, mugitus boum ederent. Hunc taurum fingitur hic Delphos mittere, vt ibi in templo inter cætera donaria deo consecraretur. Et quia apud omnes pro crudelissimo atque immanissimo idem habebatur, & ob id metuebat ne donum hoc Delphi, vt ab impio & nefario profectum, reiicerent, oratione hac contra famam hanc de se sparsam, per Legatos sese defendit. Oratio generis Iudicialis est, status qualitatis. Nam & tyrannidem occupasse, & nocentes quosdam punisse se fatetur, sed id iure ac necessitate quadam factum ostendit. Exordium à voto incipit. Narratione, consilia & caussus susceptæ tyrannidis, & quomodo eandem gesserit, postremò etiam qua necessitate ad supplicia sumenda, & custodiam corporis comparandam compulsus fuerit, exponit, quæ & ipsa confirmandi vicem habent. Post hæc autem Confirmatio sequitur, qua se à crimine crudelitatis defendit, argumentis à simili, à legibus, & caussa, à signis & comparatione sumptis, eleuando interim etiam tyranni nomen & inuidiam ab exemplis, & exaggerando necessitatem puniendi, ob multitudinem periculorum in dies in hoc genere succrescentium. Peracta caussa, ad commendationem muneris transit, quam à caussis & honestate dedicationis trahit. Peroratio ex persona Legatorum fit, quæ assenerationē dictorum, & ipsorum obtestatione perficitur.*

*Exordium à voto.*

MISIT nos huc Legatos, ô Delphi, princeps noſter Phalaris, taurum hunc Apollini adducturos, ac vobis pauca quædam auditu non inidonea, cùm ſuper duce noſtro, tum ſuper oblato munere verba facturos. Itaque quorum gratia huc profecti venimus, hæc ſunt. Cæterùm hæc vobis exponenda nobis in mandatis dedit: Ego, inquit, ô Delphi, talẽ de me apud omnes Græcos eſſe exiſtimationem, qualis ſum, at non qualem me odio proſequentium aut inuidorum mendax fama apud ignotos traduxit: pręomnibus rebus permutatione facta amplecti velim. Maximè verò omnium, apud vos talem de me opinionem eſſe optarim, qui & cæteros vitæ ſanctimonia antecellitis, & Pythii aſſeſſores eſtis, ac tantumnon Dei familiares atque domeſtici. Etenim perſuaſiſſimum habeo, ſi me vobis purgauero, atque oſtendero fruſtra crudelitatis ſuſpicionem de me incidiſſe, etiam aliis omnibus me per vos purgatum fore. Porrò autem ipſum Deum, eorum quæ dicturus ſum, teſtem inuoco, quem nullo modo poſſum decipere, aut falſo & ficto ſermone circunducere. Fortaſſe enim hominibus imponere haud operoſum eſt: at deo verba dare, maximè verò huic, id verò nullo modo fieri poteſt. Cęterùm ego inter Acragantinos non ex obſcuris ſum maioribus, verùm ſi quiſquam alius, ex illuſtri loco natus, ac liberaliter educatus: tum ingenuis diſciplinis & artibus imbutus, vrbi memet popularem exhibere non deſtiti: iis verò qui mecum in eadem verſabantur Repub. æquum & modeſtum me præſtiti. Violentiæ autem, aut illatę iniurię, aut contumeliæ, aut præcipitati iudicii, nemo me vnquam ſub prioribus vitæ annis inſimulauit. Verùm cùm argumentis non dubiis perſpicerem, eos qui diuerſam à me in adminiſtranda Republica rationem ſequebantur, vitæ meæ moliri inſidias, ac omnibus modis mei è medio tollendi occaſionem captare ac quærere, noſtra verò ciuitas ſeditionibus factioſis diſſecta ferueret: vnicum illud effugium in tantis rerum difficultatibus, ſecuritatémque, reperi, pariter & ciuitati tuendæ ſalutem, ſi occupato per vim principatu, illorum ferociam refrenarem, eóſque à ſtruendarũ inſidiarum ſtudio ſedatos retraherem, eadémq; opera ciuitatem popularium factionibus flagrantem, ad modeſtum & tranquillũ ſtatum adigerẽ. Et erant ſanè non parũ multi hoc meum inſtitutum collaudãtes, viri & modeſti, & amantes Reip. quibus & mea ſententia, & inſtituti iam conatus neceſſitas non fuit obſcura.

*Ratio.*

*Atteſtatio qua fidem facit orationi.*

*Narratio qua vitã & actiones ſuas expoſuit.*

*Cauſa & conſilium occupata tyrãnidis.*

A Πεμψαν ἡμᾶς, ὦ Δελφοὶ, ὁ ἡμέτερος δυνάστης Φάλαρις, ἄξοντας τῷ θεῷ τὸν ταῦρον τοῦτον, καὶ ὑμῖν διαλεξομένους τὰ εἰκότα ὑπέρ τε αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀναθήματος. ὧν μὲν οὖν ἕνεκα ἤκομεν, ταῦτά ἐστιν· ἃ δ' γε περὶ ἐμοῦ ὑμᾶς ἐπέστειλεν· Ἐγὼ, φησὶν, ὦ Δελφοὶ, καὶ παρὰ πᾶσι μὲν τοῖς Ἕλλησι, τοιοῦτος ὑπολαμβάνεσθαι, οἱοῖός εἰμι, ἀλλὰ μὴ οἷον ἡ τῶν μισούντων καὶ φθονούντων φήμη τῶν τε ἀγνοούντων ἀκοαῖς παραδέδωκεν, αὐτὶ πάντων B ἀλλαξαίμην ἄν. μάλιστα δ' πρὸ ὑμῶν, ἐφ' ᾧ ἱερεῖ τε ἔστε, καὶ πρέσβεσι τοῦ Πυθίου, καὶ μισθοῦ συνοίκοις, καὶ ὁμοεθνέσι τοῦ θεοῦ· ἡδυσμένη γὰρ, εἰ ὑμῖν ἀπολογησαίμην, καὶ πείσαιμι μάτην ὡμὸς ὑπολαμβάνεσθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δι' ὑμῶν ἀπολελογημένος ἔσεσθαι. καλῶ δὲ, ὧν ἐρᾷ, τὸν θεὸν αὐτὸν μάρτυρα, ὃν οὐκ ἔνι δήπου παραλογίσασθαι, οὐδὲ ψευδεῖ λόγῳ παρασατεῖν. ἀνθρώποις μὲν γὰρ, ἴσως ὀξὰ πάντα πᾶσι ῥᾴδιον. θεὸν δ', καὶ μάλιστα τῶν, ἀγνοεῖν ἀδύνατον. Ἐγὼ γὰρ ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων οὐκ ἀφανὴς C εἰμὶ, οὐδ' εἰ καί τις ἄλλος ἐκ γενετῆς, καὶ τραφεὶς ἐλευθερίως, καὶ παιδεία προσεχῶς, ἀεὶ διελέχθην, τῇ μὲν πόλει δημοτικὸν ἐμαυτὸν παρέχων, τοῖς δ' συμπολιτευομένοις, ὀπτικὴν, καὶ μέτριον. εἶναι δ', οὐ σκαιὸν, οὐ δύσκολον, οὐ αὐθέκαστον, οὐδεὶς ἂν δέοι ἐπεκαλέσασθαί μου τὸν παρόντα χρόνον. ὅπου δ' ἑώρων τοὺς πανταχοῦ μὲν πολιτευομένους ὀπτεύοντας, καὶ ἐξ ἅπαντος τρόπου αἱρεῖσθαί με ζητοῦντας (διήρητο δ' ἡμῶν τότε ἡ πόλις) μέσην ταύτην ὑποφυγὴν καὶ ἀσφάλειαν εὕρισκον, τῆς αὐτῶν ἅμα καὶ τῆς πόλεως σωτηρίας, D εἰ ὀπτῆθόμενος τῆς ἀρχῆς, ἐκείνους μὲ παύσαιμι, καὶ παύσαιμι ὀπτεύοντας, τὴν πόλιν δὲ σωφρονοῦσαν κατοικίσαιμι. καὶ ἦσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι ταῦτ' ἐπαινοῦντες ἄνδρες μέτριοι, καὶ φιλοπόλιδες, οἷς καὶ τὴν γνώμην ἤδεσθην τὴν ἐμὴν, καὶ τῆς ὑπαρχούσης τὴν ἀνάγκην.

τούτοις συναγωνισάμενος χρησάμενος, ῥᾳδίως
κατεργάσασα τῆς ἐπιχειρήσεως. ἐγὼ τεύθεν οἱ
μὲν οὐκ ἔτι ἐπαρτίον, ἀλλ' ὑπήκουον· ἐγὼ
δὲ ἦρχον, ἡ πόλις δ' ἀπῆρησίας ἐῶ. σφα-
γὰς δὲ, ἢ ἐλάσεις, ἢ δημεύσεις, οὐδὲ κατ' τῶν
ἐπιβεβουλευκότων εἰργαζόμην, καίτοι αἰσχί-
στων τὰ τοιαῦτα τολμᾶν ἐν ἀρχῇ τῆς δυνα-
στείας μάλιστα. φιλανθρωπίᾳ γὰρ, καὶ ὡραιό-
τητι, καὶ τῷ ἡμέρῳ, καὶ ἴσοτιμίας, θαυμα-
σίως ἐγὼ ἤλπιζον ἐς ὃ πείθεσθαι παρασκέ-
σεσθαι τούτοις. θᾶσσον χρῶ τοῖς μὲν ἐχθροῖς ἐπεί-
σημος, καὶ διαλλάγμος, καὶ συμβόλοις καὶ
συνεστίοις ἐχρώμην τοῖς πλείστοις αὐτῶν. τὴν
δὲ πόλιν αὐτὴν ὁρῶν ὀλιγωρίᾳ τῶν παρε-
σώντων διεφθαρμένην, τῶν πολλῶν κλε-
πτόντων, μᾶλλον δὲ ἁρπαζόντων τὰ κοινὰ,
ὑδάτων τε ἐπιῤῥοίαις ἀνεκτησάμην, καὶ οἰ-
κοδομημάτων ἀνασάσεσιν ἐκόσμησα, καὶ
τειχῶν περιβολῇ ἐκράτυνα, καὶ ταῖς παρεσό-
δοις, ὅσαι ἦσαν καιναὶ τῇ τῶν ἐφεστώτων ἐπι-
μελείᾳ, ῥᾳδίως ἐπήυξησα, καὶ τῆς νεολαίας
ἐπεμελούμην, καὶ τῶν γερόντων παρῆν ὁσίως,
καὶ τὸν δῆμον ἐν θεαῖς καὶ ἑορταῖς, καὶ πανη-
γύρεσι, καὶ δημοθοινίαις, διῆγον· ὕβρεις δὲ πρὸ-
θύρων, ἢ ἐφήβων ἁρπαγὰς, ἢ γυναικῶν ἀπα-
γωγαὶ, ἢ δορυφόρων ἐπιπέμψεις, ἢ δεσποτι-
κή τις ἀπειλὴ, ἀπεῖπαντό μοι καὶ ἀκούσαν
ἐῶ. ἤδη δὲ καὶ περὶ τῆς ἀφέσεως τῆς ἀρχῆς,
καὶ καταθέσθαι τὴν δυναστείαν, ἐσκοπούμην,
ὅπως μόνον ἀσφαλῶς παύσαιτο αὐτῆς τις ἐν-
νοῶν. ἐπεὶ τό γε ἄρχειν αὐτὸ, καὶ πάντα περᾶ-
τειν, ἐπαχθὲς ἤδη, καὶ σὺν φθόνῳ καμα-
τηρὸν ἐδόκει μοι εἶ). ὃ δ' ὅπως μηκέτι τοιαύ-
της τινὸς θεραπείας δεήσεται ἡ πόλις, τοῦτ'
ἐζήτουν ἐπὶ πολὺ μὲν ὁ ἀρχαῖος, περὶ ταῦ-
τα εἶχον. οἱ δὲ ἤδη τε συνίσαντο ἐπ' ἐμὲ, καὶ
περὶ τῆς ἔξω τῆς βουλῆς, καὶ ἀποστά-
σεως ἐσκοποῦντο, καὶ συνωμοσίας συνεκρό-
τουν, καὶ ὅπλα ἤθροιζον, καὶ χρήματα ἐπο-
εἴζοντο, καὶ τοὺς ἀσυλήτους ἐπεκαλοῦντο,

A Horum itaque vsus & opera & consilio, haud difficulter voti compos reddebar. Ex illo itaque illi quidem non ampliùs rebus nouandis, aut turbis concitandis studentes, inter se discordantes dissidebant, sed iussis obtemperabant: ego verò imperium obtinebam: ipsa autem ciuitas sua libertate carebat. Cæterùm cædes aut infectationes aut proscriptiones ne in eos quidem à quibus sæpenumero insidiosè petitus eram, vsurpaui aut exercui. Atqui operæpretium audere eiusmodi, in tuendo principatus imperio potissimùm. Etenim humanitate, comitate, & mansuetudine, præterea ex honoris & B dignitatis æqualitate mirificam in spem veniebam, fore vt ad obediendum omnes pertraherẽtur. Statim igitur omni simultate deposita, cum inimicis in pristinam & gratiam & concordiam redij, ac illorum plurimis & in dandis ineundísque consiliis, & in conuersatione domestica vtebar familiarissimè. Porrò cùm ipsam vrbem animaduerterem magistratuum negligentia atque incuria corruptam, multa furantium, aut potiùs communes ciuitatis opes rapientiũ: & aquæductus reparaui, & ædificiorum sumptuosis extructionibus exornaui, ac muro circunducto firmaui: prouentúsque, quotquot magistratuum cura communes erant, accessione non modica cumulaui: iuuentutis rectè educandæ impẽdiò magnam curam habui: senes peculiari reuerentia prosequebar. Populum verò spectaculis ac largitionibus, præterea solennitatibus atque epulis publicis mihi deuinctum detinui. Virginum verò contumelios as corruptiones, aut epheborum stupra abominanda & nefaria, aut iniurios as satellitum immissiones, aut cõminationes tyrannicas ita auersabar, vt ne audire quidem fas putarem. Iam verò de dimittendo quoque imperio, principatúque deponendo, mecum inito consilio deliberabam, si quo modo tranquillè atque securè à curarum fluctibus liberatus quiescerem. Etenim principem agere, ac res omnes vt rectè fierent administrare, prouinciam grauem ac odiosam esse existimabam, & rem non sine inuidia laboriosam. Sed enim ne posthac tali administratione egeret ciuitas, in ea cogitatione suscepta adhuc versabar, ac iam olim ea animo cogitabundo quærebam. Porrò autem ciues mei concitata seditione iam aduersus me insurrexerant, déque struendarum insidiarum ratione, faciendáq; defectione deliberabant. Quin etiam clandestinis conspirationibus iam coniurauerant, armáque collegerant, pecunias priuatis impensis comportauerant, ciuitates finitimas ad ferẽdum missis copiis auxilium accersiuerant,

*Modus administrationis.*

*Consilium deponendæ tyrannidis per insidiatores eneruatum.*

iámque in Græciam ad Lacedæmonios atque Athenienſes legatos petitum ſubſidium miſerant. Quorum autem criminum reum me facturi eſſent, iam illis deliberatum erat, tum quemadmodum ad mortem memetipſum mihi conſciſcendam adacturi forent, atrociter comminabantur. Præterea quæ ſupplicia excogitabant his qui publicè puniendi forent, occultè non tulerunt. At enim quòd nihil tale, præter illorum ſpem atque ſententiam, perpeſſus ſim, diis immortalibus acceptum refero, quorum opera mihi detectæ ſunt inſidiæ: omnium verò maximè Pythio, cuius beneficio & inſomnia mihi oſtenſa ſunt, illiique miſſi quorum iudicio ſingula cognoui, atque ſagaciter deprehendi. Ego verò hoc loco vos ô Delphi, in hoc ipſo metu quem nunc ipſa oratione quàm acerbus fuerit, facilè ſentitis, volo ſuper his quæ tunc acta ſunt, conſilium mihi detis, quo tempore nulla munitus cuſtodia fermè captus, rebus difficillimis vrgentibus ſalutem quærebam. Proinde pauliſper animo ſaltem ſuſcepta Acragantem verſus peregrinatione ad me, viſiſque illorum apparatibus, ac minis auditis, dicite quidnam faciendum ſit. Humanitaténe erga illos ampliùs vtendum eſt, conceſſaque impunitate, perditorum ciuium malignitati & nefariis conatibus parcendum, & diſſimulanter ferendum ſcelus illorum eſt, tametſi mihi actutum extrema perpetienda forent? Magis autem conueniebat, vt nudus à cruentis ciuibus miſeram cædem ſuſtinerem, eóſque qui mihi fuerunt chariſſimi, coràm crudeliter peremptos perire cernerem? An verò talia hominis fuiſſent nimiùm inſenſati, ſed conſentaneum erat generoſiori, viróque digniore cogitatione animo concepta, hominiſque prudentis, & iniuria affecti, iracundia ſuſcepta illos proſequi: mihi verò ipſe è præſentibus periculis emerſo, in poſterum ſecuritatem præpararem? Hæc ſat ſcio mihi facienda ſuaſiſſetis. Quid ergo ego poſt hæc feci, qui accerſitis reis atque noxiis, & conceſſa illis fandi atque reſpondendi copia, & adductis argumentis, ſingulíſque diligenter & accuratè exploratis atque conuictis, poſteaquam nihil ampliùs inficiari poterant, meritum de illis ſumpſi ſupplicium, vehementer excandeſcens, non quòd mihi perniciem machinati fuerant, ſed quòd in illo propoſito me permanere non ſiuiſſent, quod ab initio proſequendum mihi conſtitueram? Et iam ab illo tempore me ipſe comitatu ſatellitum ſtipatum cuſtodire non deſino, atque ex illis quotquot ex occulto inſidioſè me petiuerint, ſupplicio afficere pergo.

*Communicatio, qua aquitatem facti ſui colligit ex cauſis. I.*

*Ex circumſtantiis. II.*

*Propoſitio.*

καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους ἐπρεσβεύοντο. ἃ μὲν γὰρ ἔδει ἐμοῦ αὐτὸν, εἰ ληφθείην, ἐδέδοκτο ἤδη αὐτοῖς, καὶ ὅπως με αἰσχρείᾳ θανάτου ἀπαλλάσσεσθαι ἠπείλουν, καὶ ὡς κολάσεις ἐπενόουν, δημοσίᾳ τρεβλούμενοι, ἔξηπον. τὰ μὲν δὴ μηδὲν παθεῖν τοιοῦτον, οἱ θεοὶ αἴτιοι, φωράσαντες τὴν ἐπιβουλήν. ἡ μάλιστά γε ὁ Πύθιος, ὀνείρατά τε προδείξας, καὶ τοὺς μιαιφόνους ἕκαστα ἐπιπέμπων. ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα ἤδη ὑμᾶς, ὦ Δελφοὶ, ὅτι τὸν αὐτὸν δέος νῦν τῷ λογισμῷ ἡνιόχους ἀξιῶ μοι τὴν τότε προσκτέον συμβουλεῦσαι, ὅτε ἀφυλάκτως ὀλίγου δεῖν ληφθεὶς, ἐζήτουν τινὰ σωτηρίαν πρὸς τὴν παρόντων. πρὸς ὀλίγον οὖν τὴν γνώμην ἐς Ἀκράγαντα πρὸ ἐμοῦ ἀποδημήσαντες, καὶ ἰδόντες τὰς παρασκευὰς αὐτῶν, καὶ τὰς ἀπειλὰς ἀκούσαντες, εἴπατε τί δεῖ ποιεῖν. φιλανθρωπίᾳ χρήσασθαι πρὸς αὐτοὺς ἔτι καὶ φείδεσθαι, καὶ ἀνέχεσθαι, ὅσον αὐτίκα μελλήσοντα πείσεσθαι τὰ ὕστατα; μᾶλλον δὲ γυμνὸν ἤδη ὑπέχειν τὸν σφαγὸν, καὶ τὰ φίλτατα ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν ἀπολλύμενα; ἢ τὰ μὲν τοιαῦτα πολὺ ἀνθρώπου πλείονος ἦν, γυναῖα δὲ, καὶ ἀνδρῶδη διανοηθέντα, καὶ χολὴν ἐμφέροντα, καὶ ἠδικημένου ἀνδρὸς ἀναλαβόντα, μετελθεῖν ἐκείνους· ἐμαυτὸν δ' ἐκ τῶν παρόντων, τὸν ἐς ὕστερον ἀσφάλειαν προσλαβεῖν; ταῦτ' οἶδ' ὅτι συνεβουλεύσατε ἄν. τί οὖν ἐγὼ μὴ ταῦτ' ἐποίησα, μεταστειλάμενος τοὺς αἰτίους, καὶ λόγου μεταδοὺς αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἐλέγχους προσαγαγών, καὶ σαφῶς ἑξελέγξας ἕκαστα, ἐπεὶ μηδ' αὐτοὶ ἐπ' ἐξαρνοι ἦσαν, ἡμιμοίρων ἀγανακτῶν ὃ πλέον, οὐχ ὅτι ἐπεβεβουλεύμην, ἀλλ' ὅτι μὴ εἰάθην ἐπ' αὐτῷ ἐν ἐκείνῃ τῇ προαιρέσει μένειν, ὡς δὲ ἀρχῆς ἐνεστήκαμεν. καὶ ὃ ἀπ' ἐκείνου, φυλάττων μὲν ἐμαυτὸν, διατελῶ· ἐκείνων δὲ τοὺς ἀεὶ ἐπιβουλεύοντάς μοι κολάζων,

εἶτ' οἱ ἀνθρωποι ἐμὲ τῆς ὠμότητος αἰτιῶνται), A οὐκ ἐπὶ λογιζόμενοι πόθεν ποτέρου ἡμῶν ἰὼν ἡ τοιαύτη τούτων ἀρχὴ συνελόντες δὲ τὰς μέσῳ, καὶ ἐφ' οἷς σκολάζοντο, τὰς τιμωρίας αὐτοῖς ἐπιφέρουσι, καὶ τὰς δοκούσας ἐν αὐταῖς ὠμότητας. ὅμοιον ὡς εἴ τις πρὸ ὑμῶν ἱεροσυλόν τινα ἰδὼν ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπτούμενον, ἃ μὴ ἐτόλμησε, μὴ λογίζοιτο, ὡς νύκτωρ ἐς τὸ ἱερὸν παρῆλθε, καὶ κατέπασσε τὰ ἀναθήματα, καὶ τῷ ξοάνου ἥψατο, κατηγορεῖν δὲ ὑμῶν πολλῷ πλεῖστα, ὅτι Ἕλληνές τε, καὶ ἱερεῖς εἶ) λέγοντες, ἐπεμείνατε ἀνθρώπου Ἕλληνα πλησίον τοῦ ἱεροῦ (καὶ γὰρ ὁ πλησίον B πόρρω τῆς πόλεως εἶ) λέγεται ἡ πέτρα) κολάσει τοιαύτῃ περιβαλεῖν. ἀλλ', οἶμαι, αὐτοί τε γελάσεσθε, καὶ ἂν τοῦτο λέγῃ τις καθ' ὑμῶν, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἐπαινέσονται ὑμῶν πλὴν τῶν ἀσεβούντων ὠμότητα. ὃ δ' ὅλον, οἱ δῆμοι οὐκ ἀξιοῦσιν ὁποῖός τις ὁ τοῖς πράγμασιν ἐφεστὼς ἔστιν, εἴτε δίκαιος, εἴτ' ἄδικος, αὐτὸ ἁπλῶς τὸ τῆς τυραννίδος ὄνομα μισοῦσι, καὶ τὸν τύραννον· κἂν Αἰακὸς, ἢ Μίνως, ἢ Ῥαδάμανθυς ᾖ, ὁμοίως ἐξ ἁπάντων ἀνελεῖν σπεύδουσι, τοῖς μὲν πονηροῖς αὐτῶν, πρὸς C ὀφθαλμῶν πεφυκόσι, τοῖς δὲ χρηστοῖς, τῇ κοινωνίᾳ τῆς πρόσηκούσης, ᾧ ὁμοίῳ μίσει συμπεριλαμβάνοντες. ἐγὼ δ' οὖν ἀκούω καὶ πρὸ ὑμῶν τοῖς Ἕλλησι πολλοὺς γενέσθαι τυράννους σοφοὺς ἐπὶ φαύλῳ ὀνόματι δοκοῦντι, χρηστὸν τὸ ἥμερον ἦθος ὑποδεδυκότας· ὧν ἐνίων, καὶ λόγοις εἶ) βραχεῖς ἐν τῷ ἱερῷ ὑμῶν ἀποκειμένοις, ἀγάλματα, καὶ ἀναθήματα τῷ Πυθίῳ. ὁρᾶτε δὲ ἐς τοὺς νομοθέτας τῷ κολαστικῷ εἴδει τὸ πλέον νέμοντας, ὡς τῶν γε ἄλλων οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ φόβος προσείη, καὶ ἐλπὶς τῆς κολάσεως. ἡμῖν δὲ τοῦτο πολλῷ ἀναγκαιότερον τοῖς τυράννοις· ὅσῳ προσὸς αὐάλικα ἀξιούμεθα, ἐς μισοῦσί τε ἅμα, καὶ βουλεύουσιν ἀνθρώποις σωθῆσαι, ὅπου μηδὲ τὸ μορμολυκείων ὄφελός τι ἡμῖν γίγνεται, ἀλλὰ τῷ περὶ τὴν Ὕδρας μύθῳ τὸ πρᾶγμ' ἔοικεν. D

Deinde hominos crudelitatis me accuſant, non valde reputantes ab vtro noſtrûm primum huius mali initium ſubintroductum ſit: ea quæ in medio euenère, & quamobrem de ciuibus nefariis ſumptum ſit ſupplicium, negligenter complectentes: pœnas tamen ſceleratis ciuibus irrogatas, in crimen vocant, eáſque quæ ſibi in illis excruciandis committi viſæ ſunt crudelitates. Non diſſimile factum, ſi quis apud vos ſacrilegum quendam præcipitio mulctatum vidiſſet, cæterùm quæ nefariè deſignaſſet, non reputaret, quemadmodum noctu in templum ingreſſus, ſublatis furtim pretioſiſſimis quibuſque donariis, fanum religioſiſſimum impiè depeculatus eſſet, ac etiam ſtatuis manus ſceleratas admouiſſet, magnæ tandem crudelitatis vos accuſaret, quòd cùm & Græci & ſancti eſſe perhibeamini, ſupplicio affeciſſetis hominem Græcum prope templum. Etenim non ita procul ab vrbe fertur eſſe petra huic deſtinata ſupplicio. At vos, vt opinor, eiuſmodi hominis ſtoliditatem riſu proſecuturi eſſetis, ſi quis hæc aduerſus vos dicere auderet: alij autem omnes veſtram aduerſus impios maleficos crudelitatem collaudabunt. In ſumma, populi non perpendentes qualiſnam ille ſit qui rebus imperio præeſt, ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus, ſimpliciter ipſum nomen tyrannidis proſequuntur odio, ipſique tyranno extremè infenſi ſunt: & tametſi Æacus aut Minos aut Rhadamanthus principatum geſſerit, omnes tamen ex æquo è medio tollere approperant, malos illorum ante oculos ſibi proponentes, bonos verò communi accuſationi innocenter obnoxios eodem odio complectẽtes. Cæterùm audio apud vos quoque in Græcia multos fuiſſe tyrannos ſapientes, qui ſub hoc vitioſo (vt videtur) nomine commodos & manſuetos omnibus ſeſe vtendos præbuerint: è quorum numero nõnullorum orationes quoque breues & ſuccinctæ in delubro veſtro vnà cum ſtatuis ac muneribus Pythio repoſitæ continentur. Reſpicite autem ad legum ſcriptores etiã irrogandarum pœnarum rationi & conſuetudini plurimùm tribuentes, quaſi cæterarum rerum nulla expectanda ſit vtilitas, niſi metus malefactoribus eſſet propoſitus, ac certa ſpes conſtituta luendi pro flagitiis ſupplicij. Cæterùm nobis tyrannis in hoc lõgè maior impoſita eſt neceſſitas, qui cæteris neceſſariò præſumus, quíque communem cùm nobis odiosè inuidentibus tum necem machinantibus cõſuetudinem agimus, vbi ne perſonati quidem vllam ſecuritatis vtilitatem ſentimus, ſed omnis noſtra res perinde vt fabula quę de Hydra fertur, ſe habet.

*Confirmatio.*

*A ſimili. 1.*

*Locus pro tyranno.*

*Ab exemplo.*

*11. A legibus & cauſſa.*

*Tyrannorum periculum amplificat ſimilitudine.*

Quanto enim plures præciderimus, tanto plures nobis puniendi occasiones suppullulant. Est autem operæpretium vt ista feramus, ac capita subinde recrescentia semper recidamus, & per Iouem iuxta Iolai institutum igne quoque absumamus, si salui rerum potiri cupimus. Etenim eum qui necessitate coactus semel in hæc inciderit, & ipsum materiæ non dissimilem esse necesse est, aut sceleratis ciuibus parcentem, perire funditus. In summa, quem putatis vsqueadeo mentis esse agrestis, efferatęque immanitatis hominem, cui voluptati sit alios flagellis cędere, aut cruciatorum audire gemitus, aut cædes & carnificinas spectare, nisi vehementem infligēdarum pœnarum caussam haberet? Quoties igitur dum alij flagris cæderentur, lacrymatus sum? Quoties autem meam ipsius fortunam lugere ac deplorare cogor, grauius ego supplicium & diuturnius sufferens? Etenim viro natura bono, necessitate autem sæuo & amatulento, multo durius est de aliis sumere, quàm de se sumi supplicium. Si verò liberè quod sentio proferēdum est, ego profectò, si mihi daretur optio, vtrū velim nonnullos innocenter punire, an me ipsum potiùs mortem oppetere: planè persuasum habete, quòd nihil cunctatus, mori potiùs eligerē, quàm homines nihil mali præter æquum cōmeritos, supplicio afficere. Dixerit verò aliquis, Præoptas potiùs ô Phalari, ipse iniustè interire, quàm iustis ex caussis pœna affligere insidiatores? Velim profectò hoc. Rursus enim vos Delphos in consilium voco, vtrum præstabilius esse putatis, iniusta morte oppetere, an iniustè seruare eum qui exitium machinatus sit? Nemo, vt opinor, adeò vecors est, & egens animi, qui non viuere potiùs præeligat, quàm seruatis hostibus interire. Et quotnam ego ex iis qui manus mihi admouere conati sunt, seruaui, (quorum de numero est Acanthus ille cum Timocrate & Leogora) veteris quæ mihi cum illis fuit consuetudinis & amicitiæ recordatus? Cæterùm si ita vester fert animus, atque adeò vobis cordi est meos mores nosse propiùs, eos qui in Acraganta frequenter commeant hospites interrogate, cuiusmodi ego me erga illos gerere soleam, aut ostendere, & num humanum & liberalem me præbeam accedentibus, qui exploratores etiam in portis constitutos habeo, neque non auditores, quinam & vnde nauigarint, vt certior factus, pro dignitate honorem habens dimittam illos. Nonnulli quoque studiosè & sua sponte me visunt,

III. A signis.

Communicatio.

Clementia exempla.

IIII. A signis aliud.

λαι, καὶ κατεσκεύαστο, κεφαλὴ δράκοντος ὀθο-
νίνη, αὐθεντόμορφόν τι ἐπιφαίνουσα, καὶ πά-
νυ ἔγραφος, πολύ εἰκασμένη, ἐπὶ τὸ θρίξιν ἱπ-
πείαις ἀνοίγουσά τε, καὶ αὖθις ἐπικλείουσα τὸ
στόμα· καὶ γλῶττα, οἷα δρακόντων, δίτμη, μέ-
λαινα προέκυπτεν, ἐπὶ τὸ πιεχῶν καὶ αὐτὴ
ἑλκομένη. καὶ ὁ Πελλαῖος δὲ δράκων πρου-
πῆρχε, καὶ οἴκοι ἐτρέφετο, κἀν καιρῷ ἐπιφανη-
σόμενος αὐτοῖς, καὶ συνταραχωδέσων, μᾶλλον
δέ, προφητεύσων ἐσόμενος. ἤδη δὲ ἀρχέσθαι
δεον, μηχανᾶταί τι τοιόνδε· Νύκτωρ γὰρ ἐλ-
θὼν ἐπὶ τοὺς θεμελίους τοῦ νεὼ τοὺς ἀρτιορυ-
χομένους (συνῳκήκει δὲ τὸ αὐτοῖς ὕδωρ, ἢ αὐ-
τόθεν πόθεν συλλῳκόμενον, ἢ ὅτι χθονὸς πεσὸν)
ἐνταῦθα καταδὺς χλιδῶν ὠὸν προκεχευωμέ-
νον, ἔνδον φυλάττον ἑρπετόν τι ἐρτιγλύφητον· καὶ
βυθίσας τοῦτο ἐν μυχῷ τοῦ πηλοῦ, ὀπίσω αὖ-
θις ἀπηλλάττετο. ἕωθεν δὲ γυμνὸς ἐς τὸ ἀ-
γορὰν προπηδήσας, δᾷδα ζωμα ἐπεὶ ὁ αἰ-
δοῖον ἔχων, καταχρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ τὸ ἀρ-
πην ἐκεῖνο φέρων, σείων ἅμα τὸ κόμης
ἄειρεν, ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀλιάσοντές τε, καὶ
ἐνθεάζοντες, ἐδημηγόρει, ὅτι βωμόν τινα ὑ-
ψηλὸν ἀναβὰς, καὶ τὸ πόλιν ἐμακάριζεν, αὐ-
τίκα μάλα δεξομένῳ ἐπαρχῆ τὸν θεόν. οἱ
πρόσοντες δὲ (συνεδεδραμήκει γὰρ σχεδὸν ἅπα-
σα ἡ πόλις, ἅμα γυναιξὶ, καὶ ἡβῶσι, καὶ παι-
δίοις) ἐτεθήπεσάν, καὶ ἠυχοντο, καὶ προσεκύνουν.
ὁ δὲ, φωνάς τινας ἀσήμους φθεγγόμενος, οἵαις
χρῶνται οἱ Ἑβραίων, ἢ Φοινίκων, ἐξέπλητ-
τε τοὺς ἀνθρώπους, οὐκ εἰδότας ὅ, τι λέγει· πλὴν
τοῦτο μόνον, ὅτι πᾶσιν ἐγκατεμίγνυε τὸν
Ἀπόλλωνα, καὶ τὸν Ἀσκληπιόν. εἶτ' ἤδη δρό-
μῳ ὅτι τὸν ἐσόμενον νεών· καὶ ὅτι ὁ ὄρυγμα
ἐλθὼν, ἐς τὸ προκοδομημένῳ τῆς χρηστη-
ρίου πηγὴν, ἐμβὰς ἐς ὁ ὕδωρ, ὕμνησε τε ἅδειν
Ἀσκληπιὸν καὶ Ἀπόλλωνος, μελῴδῃ τῇ φωνῇ, ἐς
συνῳδὸν τὸν θεὸν ἥκειν τύχῃ ἀγαθῇ εἰς τὴν πόλιν.

A Alexander itaque multo pòst in patriam
irruens cum eiusmodi Tragœdia, con-
spicuus erat ac splendidus: quum interim
furore afflatum sese nõnunquam assimu-
labat, ore spuma cõpleto: id quod ille fa-
cilè efficiebat, radiculæ (ea est herba la-
uandis lanis idonea) radice commandu-
cata. Cęterùm illis diuinum quiddam ac
formidandum spuma videbatur. At mul-
to antea sibi finxerant parauerántque è
linteis confectum draconis caput, quod
speciem quandã humanam præ se ferret,
colorum fucis mirè adsimulatum, quódq;
pilis equinis os & aperiret, & claude-
ret. Tum lingua (sicut & draconũ) bisulca
B atra prominebat, quæ & ipsa pilis agebatur. Porrò Pellæus ille draco iam pridem
erat in promptu, domíque alebatur: cùm
res postularet, tum ab illis proferendus,
vnáque in partem tragœdiã acturus, vel
princeps potiùs huius futurus fabulę. Iam
verò vt erat maturum aggredi, tale quid-
dam machinatur: Noctu veniẽs ad tem-
pli fundamenta nuper effossa (constiterat
autem in eis aqua, siue quòd ea indidem
alicunde destillauerat, siue quòd ex æthe-
re deciderat) illic ouum antea excauatum
deponit, quod quidem intus occultabat
C fœtum recèns editum serpẽtis. Id quum
altè demersisset in abditas luti cauernas,
rursum illinc discessit. At mane cùm in
forum prosiliisset nudus, nisi quòd sub-
ligari circum pudenda tectus erat, eóque inaurato: tum falcem illam gestans,
simúlque solutam ventilans iactánsque
comam, eorum more qui à Cybele Deo-
rũ matre afflati conueniunt, ac numine
rapiuntur: conscẽsa sublimi quapiam ara
concionabatur, ciuitatem eam beatam
esse prædicans, quę mox deum propalàm
esset ostensura mortalibus. Porrò qui a-
derant (nam concurrerat vniuersa propè
D ciuitas) vnà cũ mulieribus, senibus, pue-
ris, admirabantur, ac vota facientes ado-
rabant. At ille voces quasdam sonans in-
cognitas, nihílque significãtes, cuiusmo-
di sint Hebræorum aut Phœnicum, attó-
nitos eos reddebat, vt qui nihil intelligè-
rent eorum quæ dicebat, nisi solum hõc,
quòd Apollinẽ Æsculapiúmq; passim ad-
miscebat. Sub hæc ad institutum templũ
curriculo fugiebat, accedénsque ad fossã
ac fontem illum quẽ iam ante conditum
oraculum præstruxerant, ingressus aquã,
magna voce cánebat laudes Apollinis
& Æsculapij, inuitabátque deum, vt
dexter ac felix in ciuitatem adueniret:

Deinde phialam postulat: eam porrectam à quopiam, facilè immergens, vnà cum aqua lutóque haurit, & ouum illud, in quo nimirum ille deum concluserat; candida cera cerussáque commissuram operculi ferruminans. Id cùm manu cepisset, affirmabat iam Æsculapium tenere sese. Interim illi stupidis defixísque intuebantur oculis, expectantes quídnam esset futurum postea, iamdudum admirantes ouum in aqua repertũ. Porrò posteaquam fregisset idem caua vola compressum, ac serpentis illius fœtum exclusum excepisset, simul atque mouentem hunc sese conspicerent ij qui aderant, ac digitis circumuoluentem, protinus vocem tollebant, deúmque consalutabant, ac ciuitatem eam fortunatã esse dictitabant: singulique affatim votis implebantur, thesauros, opes, prosperam valetudinem, aliáque id genus ab illo flagitantes bona. Hîc ille rursus cursim sese domum abripuit, vnà secum asportans modò editum in lucem Æsculapium, bis natum scilicet, cùm semel duntaxat nascantur homines: atque non ex Coronide per Iouem, id est cornicula (nam id matris nomẽ fertur) neq; ex cornice, verùm ex anſere progenitum. Populus autem vniuersus consequebatur, omnes afflati deo, atque ob spes animo conceptas furore correpti. Interdiu igitur se domi continebat, sperans fore, id quod & euênit, vt fama permoti Paphlagonum pars maxima concurreret. Ergo posteaquam vrbs ita esset hominibus referta, vt iam redundaret, sed quibus omnibus iam tum cerebrum, tum cor esset exemptum, nec vlla parte similes viderentur viris pane victitantibus (vt loquuntur poëtæ) verùm qui præter solam figuram nihil à pecudibus distarent: in ędiculis quibusdam in lecto residens, eo videlicet ornatu qui vatem mirè deceret, imponit in sinum Pellæum illum Æsculapium, qui quidem erat, vt dictum est, maximus pulcherrimúsque. Hunc totum vbi collo circundedisset, caudam foras prominere sinens (erat autem ingens adeò, vt cùm per pectus illius effunderetur, pars tamen humi traheretur) solum autem caput sub alis abditum teneret, illo nimirum omnia ferente: linteaceum illud draconis caput, altera in amictus parte contextũ ostendebat, quod prorsum illius esse draconis videretur, qui à pectore prominebat scilicet.

εἶτα φιάλην αἰτήσας, ἀναδύντες τινὸς, ῥᾳδίως ὑποβαλὼν, ἀναμᾶται μετὰ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ πηλοῦ τὸ ὠὸν ἐνῆν, ἐν ᾧ ὁ θεὸς αὐτὸν κατεκέκλειστο, κηρῷ λευκῷ, καὶ ψιμυθίῳ τινὶ ἁρμοζόμενος τὸ πώματος ξυγκεκολλημένον καὶ λαβὼν αὐτὸ εἰς τὰς χεῖρας, ἔχειν ἔφασκεν ἤδη τὸν Ἀσκληπιόν. οἱ δὲ, ἀτενὲς ἀπέβλεπον ὅ, τι καὶ γίγνοιτο, πολὺ μᾶλλον θαυμάσαντες τὸ ὠὸν ἐν τῷ ὕδατι διῃμένον. ἐπεὶ δὲ καὶ καπάξας αὐτὸ ἐς κοίλην τινὰ χεῖρα, ὑπεδέξατο τῇ ἑρπετῷ ἐκείνου ἔμβρυον, καὶ οἱ παρόντες εἶδον κινούμενον, καὶ περὶ ταῖς δακτύλοις εἰλούμενον, αἰέρασθαι ἀὐτοὺς, καὶ ἀπαίζοντο τὸν θεὸν, καὶ τινὰ πόλιν ἐμακάριζον, καὶ χαλδὸν ἕκαστος ἐπεμπλατο τῶν ἀὐτῶν, θησαυρούς, καὶ πλοῦτον, καὶ ὑγιείας, καὶ τἆλλα ἀγαθὰ αἰτῶν παρ' αὐτοῦ. ὁ δὲ, δρομαῖος αὖθις ὅπῃ τινὰ οἰκίαν ἴοι, φέρων ἅμα καὶ τὸν ἐρτιγένητον Ἀσκληπιὸν δὶς τεκόντα, ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτονται ἄνθρωποι, οὐκ ἐκ Κορωνίδος, μὰ Δί', οὐδ' ἐκ κορώνης, ἀλλ' ἐκ χηνὸς γεγενημένον. ὁ δὲ λεὼς ἅπας ἠκολούθει, πάντες ἔνθεοι, καὶ μεμηνότες ὑπὸ τῶν ἐλπίδων. ἡμέρας μὲν οὖν οἴκοι ἔμενεν, ἐλπίζων, ὅτῳ ἰῷ, ὑπὸ τῆς φήμης αὐτίκα μάλα παμπόλλους τῶν Παφλαγόνων συνδραμεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ ὑπερεπέπλησο δὴ ἀνθρώπων ἡ πόλις, ἀπαντῶν τοὺς ἐγκεφάλους, καὶ τὰς καρδίας παρεξυρημένων, οὐδὲν ἐοικότων σιτοφάγοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ μορφῇ μὴ οὐχὶ παῤῥάπαν εὖ ἀμφεφόντων, ὡ οἰκίσκῳ τινὶ ὅπῃ κλίνης κεκλιζόμενος, μάλα θεοπρεπῶς ἐσαλμένος, λαμβάνει εἰς τὸν κόλπον τὸν Πελλαῖον ἐκεῖνον Ἀσκληπιὸν, μέγιστόν τε, καὶ κάλλιστον, ὡς ἔφην, ὄντα. καὶ ὅλον τῷ αὐτοῦ τραχήλῳ περιειλήσας, καὶ τὸν οὐρὸν ἔξω ἀφεὶς (παλὶς δὲ ἰῶ, ὡς καὶ ὁ παῖς παρεκολπίῳ παρεκέχυθαι αὐτὸ, καὶ χαμαὶ ὃ μέρος ὑπισύρεσθαι) μόνον τὸν κεφαλὸν ὑπὸ μάλης ἔχων, καὶ ἀποκρύπτων, αἰεραμένου πάντα ἐκείνου, παρῄνει τὸν ὀδοντίνιον κεφαλὸν ἐπὶ θάτερα τοῦ χιτῶνος, ὡς δῆθεν ἐκεῖνο τὸ φαινόμενον πάντως ᾖσθαι.

εἶτα

εἶτά μοι ὀπτιόησον οἰκίσκων οὐ πάνυ φαιδρὸν, οὐδὲ ἐς κόρον τῷ φωτὸς δεχόμενον, ὃ πλῆθος ἀνθρώπων συγκλύδων, τεταραγμένων, καὶ προσεκπεπληγμένων, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπαιωρουμένων· οἷς εἰσελθοῦσι, τερέσιον ὡς εἰκὸς τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο, ὃν τῷ τέως μικροῦ ἑρπετῷ, ὄντος ὀλίγων ἡμερῶν τοσοῦτον δράκοντα πεφηνέναι ἀνθρωπόμορφον, καὶ ταῦτα, καὶ πήλινον. ἠπείγοντο δὲ αὐτίκα πρὸς τὴν ἔξοδον· καὶ πρὶν ἀκριβῶς ἰδεῖν, ὀξηλαύνοντο ὑπὸ τῶν ἀεὶ ἐπεισιόντων. ἐτετεύκτο δὲ κατ' ὀπίσω ἄλλη ἔξοδος, οἷόν τι τοῖς Μακεδόσιν ἐν Βαβυλῶνι ποιῆσαι ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ νοσοῦντι λόγος, ὅτε ὁ μὲν ἤδη πονήρως εἶχεν, οἱ δὲ, θεασάμενοι τὰ βασίλεια, ἐπόθουν ἰδεῖν αὐτὸν, καὶ προσειπεῖν ὃ ὕστατον. τὴν μὲν ὀπτασίαν τούτου, οὐκ ἄπαξ ὁ μιαρὸς, ἀλλὰ πολλάκις ποιῆσαι λέγεται, καὶ μάλιστα εἴ τινες τῶν πλουσίων ἀφίκοιντο νεαρώτεροι. σὺ δὲ τοῦτο, ὦ φίλε Κέλσε, εἰ δεῖ παλιλλογῆσαι λέγειν, συγγνώμην χρὴ ἀπονέμειν τοῖς Παφλαγόσι, καὶ Ποντικοῖς ἐκείνοις, παχέσι, καὶ ἀπαρδεύτοις ἀνθρώποις, εἰ ὀξυπαρατήθησαν ἀπόμενοι τὸν δράκοντος (καὶ γὰρ τοῦτο προεῖχε τοῖς βουλομένοις ὁ Ἀλέξανδρος) ὁρῶντες γε ἐν ἀμυδρῷ τῷ φωτὶ τὸ κεφαλεῖον δῆθεν αὐτοῦ ἀνοιγνύμενόν τε καὶ συγκλειόμενον τὸ στόμα, ὥστε πάνυ τὸ μηχάνημα ἐδεῖτο Δημοκρίτου τινὸς, ἢ καὶ αὐτοῦ Ἐπικούρου, ἢ Μητροδώρου, ἢ τινὸς ἄλλου, ἀδαμαντίνων πρὸς ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα, τὸν νόμιζον ἔχοντος, ὡς ἀπιστῆσαι, καὶ ὅπως ἴδῃ, εἰκάσαι, καὶ εἰ μὴ διρεῖν τὸν τρόπον ἐδύνατο, σκάφην γοῦν προσπεπεισμένου, ὅτι λέληθεν αὐτὸν ὁ τρόπος τῆς μαγγανείας· τὸ δ' οὖν πᾶν ψεῦδός ἐστι, καὶ γενέσθαι ἀδύνατον. κατ' ὀλίγον οὖν καὶ ἡ Βιθυνία, καὶ ἡ Γαλατία, καὶ ἡ Θρᾴκη, συνέῤῥει, ἕκαστου τῶν ἀπαγγελλόντων, ὡς ὁ εἰκὼς, λέγοντος, ὡς καὶ γενόμενον ἴδοι τὸν θεὸν, καὶ ὕστερον ἀναγορεύοντος μετ' ὀλίγον παμμεγέθους αὐτὸν γεγενημένου, καὶ τὸ πρόσωπον ἀνθρώπῳ ἐοικότος· γεγράφαί τε ὅτι τοιοῦτον, καὶ εἰκόνες, καὶ ξόανα, τὰ μὲν, οὐκ ἀπὸ χαλκοῦ, τὰ δ', ὃ ἀργύρου εἰργασμένα. ἐγὼ δὲ ὄνομά γε τῷ θεῷ ὀπιστεῦν.

Iã verò mihi cogita ædiculas non admodũ illustres, nec ad satietatẽ vsq; luminis capaces: tũ turbam hominum conuenarum, quiq; aliis ex locis alij concurrisset, tumultuãtes, ac priùs etiam quã ista viderent, mẽte attoniti stupefactique, deniq; spebus illis sublati: quibus ingressis nõ mirum si res visa est portẽtosa, videlicet ex modò pusillo serpẽte intra pauculos dies tã immanem extitisse draconẽ, humana specie, atq; eum insuper mãsuetũ tractabilémque. Protinus autem ad exitũ properabant, & priusquã exactiùs essent contemplati, protrudebantur ab iis qui noui semper ingrediebantur. Porrò è regione ianuæ per quã intrabatur, patefactum erat & aliud ostium, per quod exiretur: cuiusmodi quiddã & Macedonas in Babylone feciſſe ferunt in Alexandri morbo, cùm ille grauiter iã ægrotaret: illi obsessa regia desiderarent eum intueri, ac supremùm alloqui. Atque hoc spectaculi scelestus hic nõ semel, verùm crebriùs exhibuisse dicitur, maximè si qui diuites aduenissent recentiores ac nouitij. Hoc loco, mi chariſſime Celse, si vera fateri volumus, æquum est veniam dare Paphlagonibus ac Ponticis illis, hominibus nimirũ crassis & ineruditis, si delusi sint, cũ draconem manu cõtingerent, (nã hoc quoque largiebatur Alexander iis qui voluissent) cúmque cõspicerent in dubia malignáque luce imitatũ illud illius caput, os scilicet nunc aperiens, nunc claudẽs, tanto artificio, vt res planè Democritum aliquem requireret, aut certè Epicurũ, Metrodorúm ve, aut alium huiusmodi quempiam, qui prorsus adamantinam aduersus hæc atque id genus alia mentem obtineret: qui nullo pacto crederet: quique vel quid esset rei, cõiecturis colligeret: vel si viam etiam modúmque perueſtigare nõ quiret, illud tamen antea sibi persuasum haberet, fugere quidẽ sese modum rationémque præstigiaturæ: cæterũ quicquid esset negotij, prorsus simulatũ fucatúmq; esse, ac ne fieri quidẽ vlla ratione potuisse. Paucis ergo diebus confluxit tum Bithynia, tum Galatia, Thraciáque: eorum qui renunciabãt, vnoquoque, vt fit, affirmante sese primùm nascentem vidisse deum, deinde paulo pòst eundem cõtrectasse iam grandem admodum factum, vultu etiam homini adsimilem. Accedebãt ad hæc picturę, imagines, signa deum referentia, partim ex ære, partim argento efficta. Postremò nomen etiam inditum

nam Glycon appellatus est, idque iussu diuino carmine prodito: ad hunc enim modum eloquutus est Alexander:

*Sum ille Glycon, hominum lux, ex Ioue tertia proles.*

Ast vbi iam maturum esset, vt (cuius rei gratia hactenus omnia fuerant excogitata) responsa quoque redderet iis qui requisiuissent, diuinarétque, accepta videlicet ansa ab Antilocho, qui apud Cilices vatem egerat (nam is quoque post patris Amphiarei interitum, posteáque quàm ille inter Thebanos extare desiisset, patria pulsus, atque in Ciliciam profectus, haud incommodè rem gessit, cùm Cilicibus euentura prædiceret, binos obolos pro singulis accipiens responsis) ab hoc, inquam, arrepta ansa, prædicit Alexãder omnibus qui aduenerant, fore vt deus ipse responsa daret: eiúsque rei diem quẽdam certum prælocutus est. Iussit autem vt quisque, quod videretur, quódq; maximè discere vellet, id in libello conscriberet, cúmque funiculis obuinctum, cera argilláve, aut simili re quapiã obsignaret: Se verò receptis libellis, cùm subiisset adyta (iam enim oraculum erat extructũ, & apparatæ cortinæ) ordine per præconem ac theologum euocaturum eos qui tradidissent: dehinc vbi de singulis esset edoctus à deo, libellos redditurum, ita vt traditi fuerãt, obsignatos, subscripto illis responso pro cuiusque argumẽto, deo nimirũ respondente, quacunque de re quis esset scisciatus. Erat autẽ hic dolus, homini cuiusmodi tu es, aut etiã (si modò dictu non est inuidiosum) cuiusmodi sum ego, manifestarius, neque difficilis animaduersu, verùm idiotis, quibúsque nares essent mucco obsitæ, miniméque emunctę, prodigiosum planéque incredibile quiddã esse videbatur. Etenim cùm varias esset commentus artes quibus signa tollerentur, quæ quisque scisciabatur, ea legebat: atq; ita quæ viderentur, ad interrogata respõdebat. Deinde rursum obuincta obsignatáque reddebat, non sine summa admiratione eorum qui recipiebant. Plurimus enim hic inter illos erat sermo, quî tandem scire potuisset iste quę ego illi tradidi, sanè quàm diligẽter obsignata signis imitatu neutiquam facilibus, nisi reuera deus esset quispiam, cui cuncta sint perspicua? Sed iam quibus artibus effecerit, forsitan à me requires. Accipe, quò videlicet impostúras eiusmodi deprehendere queas, & coarguere.

A Γλύκων γὰρ ἐκαλεῖτο, ἔκ τινος ἐμμετρου καὶ θείου προστάγματος· ἀπεφώνησε γὰρ Ἀλέξανδρος·

Εἰμὶ Γλύκων, τρίτον αἷμα Διός, φάος ἀνθρώποισι.

καὶ ὅπως. καιρὸς ἦν, οὗπερ ἕνεκα τὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, καὶ χρᾶν τοῖς δεομένοις, καὶ θεσπίζειν πρὸ Ἀντιλόχου τοῦ ἐν Κιλικίᾳ τὸ ἐνδόξιμον λαχόντος (καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς τελευτὸν τὸν Ἀμφιάρεω, καὶ τὸν ἐν Θήβαις ἀφανισμὸν αὐτοῦ, ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας, εἰς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος, οὐ B πονήρως ἀπήλαξε, προθεσπίζων καὶ αὐτὸς τοῖς Κίλιξι τὰ μέλλοντα, καὶ δύ' ὀβολοὺς ἐφ' ἑκάστῳ χρησμῷ λαμβάνων) ἐκεῖθεν οὖν ὁ ἐνδόξιμον λαχὼν ὁ Ἀλέξανδρος, προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις, ὡς μαντεύσεται ὁ θεὸς, ῥητὴν τινα προθεσπίσας. ἐκέλευσε δὲ ἕκαστον, οὗ δέοιτο μὴ καὶ μάλιστα μαθεῖν ἐθέλοι, ἐς βιβλίον ἐγγράψαντα, καταῤῥάψαι τε, καὶ κατασημήνασθαι κηρῷ, ἢ πηλῷ, ἢ ἄλλῳ τοιούτῳ· αὐτὸς δὲ λαβὼν τὰ βιβλία, καὶ ἐς τὸ ἄδυτον κατελθὼν (ἤδη γὰρ C ὁ νεὼς ἐγήγερτο, καὶ ἡ σκηνὴ περιεπέπαστο) καλέσας ἐμέλλε τῇ τάξει τοὺς δεδακότας, τὸν κήρυκα, καὶ θεολόγον· καὶ προσὰς τῷ θεῷ ἀκούων ἕκαστα, τὸ μὲν βιβλίον ἀποδώσειν σεσημασμένον ὡς εἶχε, τὴν δὲ πρὸς αὐτὸ ἀπόκρισιν, ὑπογεγραμμένῳ πρὸς ἕπος, ἀμείβοντος τοῦ θεοῦ πρὸς ὅτου τις ἔροιτο. ἐμοὶ δὲ τὸ μηχάνημα τοῦτο, μὲν ὀρθὸν μὲν οἷόν σοι, εἰ δὲ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, καὶ οἷόν ἐμοὶ, πρόδηλον, καὶ γνῶναι ῥᾴδιον, τοῖς δὲ ἰδιώταις, ἐς κορύζης μεστοῖς τὸν ῥῖνα, τερατῶδες, καὶ πολ- D λῆ ἀπίστῳ ὁμοῖον. ὑπενόησας γὰρ ποικίλας τὰς σφραγῖδων τοῦ λύσης, ἀνεγίνωσκέ τε τὰς ἐρωτήσεις ἑκάστας, καὶ τὰ δοκοῦντα πρὸς αὐτὰς ἀπεκρίνατο, εἶτα κατειλήσας αὖθις, καὶ σημηνάμενος, ἀπεδίδου μετὰ πολλοῦ θαύματος τοῖς λαμβάνουσι. καὶ πολὺ ἰῶ πρὸ αὐτῶν ὅ, πόθεν γὰρ σοὶ ἠπίστατο, ἀ ἐγὼ πρόσφατα ἀσφαλῶς σημηνάμενος, αὐτὰ ἔδωκα τοῖς σφραγῖσι δυσμιμήτοις, εἰ μὴ θεός τις ἀληθῶς ὁ πρῶτα γιγνώσκων ἰῶ; τίνες οὖν αἱ ὑπόνοιαι, ἴσως ἐρήσῃ με. ἄκουε τοίνυν, ὡς ἔχεις ἐλέγχειν τὰ τοιαῦτα.

ἡ πρώτη μὲν ἐκείνη, ὦ φίλτατε Κέλσε· βε- A
λόνιον πυρώσας, ὃ ὑπὸ τὴν σφραγῖδα
μέρος τοῦ κηροῦ ἀφῆκεν, ἐξήρει, καὶ μετὰ
τοῦτο αὖθις ἐπιχλιάσας τὸν κηρὸν, τόν τε κάτω ὑπὸ τοῦ λίνου, καὶ τὸν αὖτις τὴν σφραγῖδα ἔχοντα, ῥᾳδίως συνεκόλλα. ἑτέρος δὲ τρόπος ὁ ἀφ' οὗ λεγομένου κολλυρίου σκιάσας δὲ τοῦτο ἔστιν ἐκ πίττης Βηρυτίας, καὶ ἀσφάλτου, καὶ λίθου τοῦ Ἀφαφαικοῦ πεπεμμένου, καὶ κηροῦ, καὶ μαστίχης· ἐκ δὲ τούτων ἁπάντων, ἀναπλάσας τὸ κολλύριον, καὶ θερμήνας πυρὶ, σάλῳ τὴν σφραγῖδα προσχρίσας, ἐπετίθη, καὶ ἀπέ- B
μασσε τὸν τύπον. εἶτα αὐτίκα ξηροῦ ἐκείνου γενομένου, λύσας ῥᾳδίως, καὶ ἀναγνούς, ὅπηδεὶς τὸν κηρὸν, ἀνετύπου, ὥσπερ ἐκ λίθου τὴν αὖτις σφραγῖδα τῷ μάλα τοῦ ἀρχετύπου ἐοικυῖαν. τρίτον ἄλλο πρὸς τούτοις ἄκουσον· πτάνου γὰρ ἐς κόλλαν ἐμβαλών, ἢ κολλῶσι τὰ βιβλία, καὶ κηρὸν ἐκ τούτου ποιήσας, ἔπι ὑγρὸν ὄντα ἐπετίθη τῇ σφραγῖδι, καὶ ἀφελὼν (αὐτίκα δὲ ξηρὸν γίγνεται, καὶ κέρατος, μᾶλλον δὲ σιδήρου, παγιώτερον) τούτῳ δὴ ἐχρῆτο πρὸς τὸν τύπον. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς C
τοῦτο ὑπενοημένα, ὧν οὐκ ἀναγκαῖον μνησθῆναι ἀπόντων, ὡς μὴ ἀπειρηκέναι εἰδοκίμῳ, καὶ μάλιστα σοί, ἐν οἷς καὶ μέγαν συνέγραψας, καλλίστους τε ἅμα, καὶ ὠφελιμωτάτοις συλλήμμασι, καὶ δυναμένοις σωφρονίζειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἱκανὰ νοῆσαι δοκοῦντας, καὶ πολλῷ τούτων πλείονα. ἔλεγεν οὖν, καὶ ἐθέσπιζε, πολλῇ τῇ συνέσει ἐπαιρόμενος, ἐς ὃ εἰκὸς τῇ ὑπονοίᾳ πρὸς ἅπαντα, τοῖς μὲν, λοξὰ καὶ ἀμφίβολα πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκρινόμενος, τοῖς δὲ, ἐς πάνυ ἀσαφῆ. D
χρησμῳδικὸν γὰρ καὶ τοῦτο αὐτῷ ἐδόκει. τοὺς δὲ ἀπέτρεπεν, ἢ προὔτρεπεν, ὡς ἄμεινον ἔδοξεν αὐτῷ εἰκάζοντι· τοῖς δὲ θεραπείας προὔλεγε, καὶ ἀφαίρεσις, εἰδὼς (ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔφην) πολλὰ καὶ χρήσιμα φάρμακα. μάλιστα δὲ ὠδοκίμησεν ὑπ' αὐτῷ αἱ καντμίδες, ἀκόπου τι ὄνομα πεπλασμένον, ἐκ λίπους ἀρχαίου συντεθειμένον. τοὺς μὲν ἐλπίδας, καὶ προσκοπὰς, καὶ κλήρων ἀφαδοχὰς εἰσαῦθις ἀεὶ ἀπεβάλλετο, προστιθεὶς ὅτι ἔσαι πάντα ὁπότ' ἂν ἐθελήσω ἐγὼ,

A Prima ratio sic habebat, Celse charissime. Eam ceræ partem quæ post signum hærebat, acu candefacta liquefactam diducebat: tum vbi legisset, rursum calefactam acu ceram eam quæ à tergo funiculi fuerat, signo eodem manente facilè coagmentabat. Porrò secundus modus constat per id quod collyrium vocant. Id conficitur ex pice Berytia, bitumine, ac lapide perspicuo trito, cum cera & mastiche. Confectum igitur ex his omnibus collyrium igni calfactum, inuncto priùs suillo pingui, signo applicabat, ac symboli figuram excipiebat. Id simul atque siccum esset factum (siccabatur autem protinus) commodè resignabat libellos: B quibus perlectis, impositò ceræ denuo, perinde atque è lapide signum idem imprimebat, ad archetypi similitudinem mirè effictum. Post hæc iam tertiam accipe rationem: Calce in gluten iniectâ, quo vulgo codicillos agglutinant, atque ex his confecta ceu cera, mollem adhuc eam admouebat signo, statímque detrahebat. Nam illico siccescit, adeò vti cornu vel ferro potiùs reddatur solidius. Hac ad imprimendum signum vti consueuerat. Sunt præter has & aliæ complures viæ, quas omnes referre ni- C hil necesse est, ne parum videar modestus, maximè cùm tu in his quos de Magorum artibus conscripsisti commentariis, tum pulcherrimis, tum vtilissimis, quíque modestos reddere queant, si quis in eis euoluendis versetur, abundè multa retuleris, longéque his nostris copiosiora. Reddebat igitur oracula, diuinabátque, non mediocri ad eam rem vtens ingenio, artéque negotium reddens probabilius, dum aliis obliqua quædam & ambigua respondet ad ea quæ proponebantur, aliis penitus obscura: quandoquidem & hoc oracu- D lis ille conuenire iudicabat. Alios item deterrebat, alios adhortabatur, prout sibi magis conducere coniectasset. Nonnullis remedia morborum, vitæque rationes præscribebat, cùm sciret (vt initiò diximus) complura atque efficacia pharmaca. Maiorem autem in modum cytmides ab illo probabantur: id est nomen confictum emplastri vrsino adipe confecti. Porrò spes, rerúmque successus & incrementa, neque non hæreditatum obuentus, semper in aliud tempus reiiciebat, illud interim addens: Cuncta hæc tum obtingent, cùm ipse volam,

quúmque vates meus Alexander me rogabit, próque vobis vota faciet. Denique merces erat vnicuique reſponſo prę-
A ſtituta, nempe drachma cum obolis duobus. Ne verò puſillum aut exiguum fuiſſe putes amice hunc quæſtum, quum in annos ſingulos ad ſeptuaginta aut octoginta millia redierit, vſque adeo auidis & inſatiabilibus hominibus, vt ſinguli ſupra decem aut quindecim rogationes traderent. Cæterùm ea quæ capiebat, non ipſe ſolus ſolitus eſt inſumere, nec rurſum ad congerendas opes in theſaurum reponere, verùm complureis & alios habebat ſecum adiutores & miniſtros, tum qui ſcitarentur, qui verſibus oracula conderent,
B qui reſponſa ſeruarent, qui ſubſcriberēt, qui obſignarent, qui interpretarentur: quorum vnicuique pro dignitate meritóque lucrum impartiebat. Ad hæc nōnullos foras & in longinquas regiones emandarat, qui famam eius oraculi inter gentes diſſiparent, affirmantes ipſum etiam prædicere reuocaréque fugitiuos, fures ac prædones indicare, theſauros effodiēdos oſtendere, morbo laborantibus mederi, quoſdam etiam vita defunctos in vitam reuocare. Concurrebatur igitur vndequaque, magnóque tumultu concitati
C approperabant, ſacrificabatur, dicabantur munera, eáque duplicata, prophetæ diſcipulóque dei. Iam enim & tale quoddam oraculum exierat:

*Muneribus decorare meum vatem atque miniſtrum*
*Præcipio: nec opum mihi cura, at maxima vatis.*

Verùm vbi iam plerique, quibus mentis pluſculum inerat, non ſecus atque ex alta ebrietate reſipiſcentes, conſpiraſſent in illum, præſertim ex his qui ſtudebant Epicuro: iámque paulatim in oppidis deprehenderetur vniuerſa prę-
D ſtigiatura, fictúſque fabulæ apparatus: horrendum quiddam in eos edidit, dicens, impiis & Chriſtianis impleri Pontum, qui non vererentur in ſeſe turpiſſimè maledicere: eos iuſſit lapidibus pellerent, ſi modò vellent propitium habere deum. Porrò ſuper Epicuro huiuſmodi quoddam oraculum prodidit: Sciſcitanti cuipiam quid ageret apud inferos Epicurus: Plumbeis, inquit, compedibus vinctus in cœno deſidet. Et adhuc miraris ſi magnopere creuit eius celebritas oraculi, cùm videas interrogationes adeuntium, quàm ſint prudentes, quámque eruditæ?

καὶ Ἀλέξανδρος ὁ προφήτης μου δεηθῇ, καὶ δώσῃ σοὶ ὑμῶν. ἐτέτακτο δὲ καὶ μισθὸς ἑφ' ἑκάστῳ χρησμῷ, δραχμὴ, καὶ δύ' ὀβολώ. μὴ μικρὸν οἰηθεὶς, ὦ ἑταῖρε, μηδ' ὀλίγον κεκτῆσθαι τὸν πόρον τοῦτον, ἀλλ' εἰς ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτὼ μυριάδας ἐκείνου ἔτους ἤθροιζεν, αἱ δὲ δέκα καὶ πεντεκαίδεκα χρησμοὶ τῶν δωδεκάτων σοῦ ἀπλησίας αἰτοῦντων. λαμβάνων δὲ, οὐκ αὐτὸς ἐχρῆτο μόνος, οὐδ' εἰς πλοῦτον ἀπετεθησαυρίζετο, ἀλλὰ πολλοὺς ἤδη περὶ αὐτὸν ἔχων συνεργοὺς, καὶ ὑποπρέσβεις, καὶ πυθῶνας, καὶ χρησμοποιοὺς, καὶ χρησμοφύλακας, καὶ ὑπογραφέας, καὶ ὑποσφραγιστὰς, καὶ ὀξηγητὰς, ἅπασιν ἐνεμὼ ἑκάστῳ ὃ κατ' ἀξίαν. ἤδη δέ τινας καὶ ὅτι τάχιστα ἀλλοδαπὴν ἐξέπεμπε, φήμας ἐμποιήσοντας τοῖς ἔθνεσιν ὑπὲρ τοῦ μαντείου, καὶ διηγησομένους, ὡς προσείποι, καὶ δώδεκα δραπέτας, καὶ κλέπτας, καὶ ληστὰς ἐξελέγξοι, καὶ θησαυροὺς ἀνορύξαι προδήλους, καὶ νοσοῦντας ἰάσαιτο, οἵους δὲ καὶ ἤδη ἀποθανόντας, ἀναστήσαι. δρόμος οὖν καὶ ὠθισμὸς ἀπαθὴς ἐγίνετο, καὶ θυσίαι, καὶ αἱματα, καὶ διπλάσια, τῷ προφήτῃ, καὶ μαθητῇ τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ ἤδη καὶ τοιόν τι ἐξέπεσεν ὁ χρησμός,

Τιμᾶσθαι κέλομαι τὸν ἐμὸν θεράποντα προφήτην.
Οὐ γάρ μοι κτεάνων μέλει ἄγαν, ἀλλ' ὑποφήτου.

Ἐπεὶ δὲ ἤδη πολλοὶ τῶν νοῦν ἐχόντων, ὥσπερ καὶ ἐκ μέθης βαθείας ἀναφέροντες, συνίσαντο ἐπ' αὐτὸν, καὶ μᾶλλον ὅσοι Ἐπικούρου ἑταῖροι ἦσαν, καὶ κατὰ τὰς πόλεσιν ἐπεφώρατο τὸ ῥᾴθυμα καὶ πᾶσα μαγγανεία, καὶ συσκιὴ τῶν δραμάτων, σκῆψίν τινα ἐπ' αὐτοῖς, λέγων, ἀθέων ἐμπεπλῆσθαι, καὶ Χριστιανῶν, τὸν Πόντον, οἳ περὶ αὐτὸν τολμῶσι τὰ κάκιστα βλασφημεῖν, ὃς ἐκέλευε λίθοις ἐλαύνειν, εἴτε ἐθέλουσιν ἵλεω ἔχειν τὸν θεόν. περὶ δὲ Ἐπικούρου, καὶ τοιοῦτόν τινα χρησμὸν ἀπεφθέγξατο. ἐρομένῳ γάρ τινος τί ποιεῖ ἐν ᾅδου ὁ Ἐπίκουρος, Μολυβδαίνας, ἔφη, ἔχων πέδας, ἐν βορβόρῳ κάθηται. εἶτα θαυμάζεις εἰ ὅτι μέγα ἤρθη τὸ χρηστήριον, ὁρῶν τὰς ἐρωτήσεις τῶν προσιόντων σοφὰς, καὶ πεπαιδευμένας;

ὅλως δὲ, ἀσπόνδος καὶ ἀκήρυκτος αὐτῷ ὁ πόλεμος τοῖς Ἐπικουρείοις ἦν, μάλα εἰκότως. τίνι γὰρ ἄλλῳ δικαιότερον τοῖς ἐπολέμει χρὴ αὐθέκαστος, καὶ τερατεία φίλος, ἀληθείᾳ δὲ ἔχθιστος, ἢ Ἐπικούρῳ, ἀνδρὶ τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων καταμεμαθηκότι, καὶ μόνῳ τῶν ἀνθρώπων ἀληθῆ εἰδότι; οἱ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα, καὶ Χρύσιππον, ἢ Πυθαγόραν, φίλοι, καὶ εἰρήνη βαθεῖα πρὸς ἐκείνους ἦν. ὁ δὲ ἀτρέκτος Ἐπίκουρος (οὕτω γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζεν) ἔχθιστος, δικαίως πάνυ τοῦτο ἂν γέλωτα καὶ παιδιὰν πᾶσιν ποιῶν. διὸ καὶ τοῖς Ἀμαστρεῦσιν ἐμίσει μάλιστα τῶν Ποντικῶν πόλεων, ὅτι ἠπίστατο, τοὺς μὲν Λέπιδον καὶ ἄλλους ὁμοίους αὐτοῖς, πολλοὺς ὄντας ἐν τῇ πόλει· θεὸν δὲ ἐχρησμῴδησε πώποτε Ἀμαστριανῷ οὐδεί. ὁπότε δὲ καὶ ἐτόλμησεν ἀδελφῷ συνκλητικῷ χρησμῳδῆσαι, καταγελάστως ἀπήλλαξεν, οὐ χθὲς ὢν οὐτ' αὐτὸς πλάσασθαι χρησμὸν δεξιὸν, οὔτε τὸν ποιήσαντα πρὸς καιρὸν αὐτῷ διωκόμενον· μεμφομένῳ γὰρ αὐτῷ στομάχου ὀδύνῃ, προστάξαι βουλόμενος ὕφον πόδα μὴ μαλάχης ἐσκυασμένον ἐσθίειν, οὕτως ἔφη,

Μάλβακα χοιρείων ἱερὴ κυμίνῳ σιπύδνῳ.

*Maluaca porcorum sacra cuminato sipydno.*

Πολλάκις μὲν, ὡς πρόσθεν, ἔδειξε τὸν δράκοντα τοῖς δεομένοις, οὐχ ὅλον, ἀλλὰ τὴν οὐρὰν μάλιστα· καὶ ὃ ἄλλο σῶμα προσεβλήκως, τὴν κεφαλὴν δὲ ἔνδον κόλπου ἀφέατον φυλάττων. ἐθελήσας δὲ καὶ μείζονας ἐκπλῆξαι ὃ πλῆθος, ἔσχε καὶ λαλοῦντα πρέσβιν τὸν θεὸν αὐτὸν, αὖθις ἔσω φήσας χρησμῳδοῦντα. εἶτα δ' ἀλεπῶς γεράνων ἀρτηρίας στρέψας, καὶ ἅμα τῆς κεφαλῆς ἐκείνης τῆς μεμηχανημένης πρὸς ὁμοιότατα δείρας, ἄλλου τινὸς ἔξωθεν ἐμβοῶντος, ἀπεκρίνετο πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τῆς φωνῆς ἅμα τῷ ὀδόντι ἐκείνου Ἀσκληπιοῦ προσπαλούσης. ἐκαλεῖτο δὲ οἱ χρησμοὶ οὗτοι, αὐτόφωνοι, καὶ ὑ πᾶσιν ἐδίδοντο, οὐδὲ ἀνέδην, ἀλλὰ τοῖς ὑπερφυέσι, καὶ πλουσίοις, καὶ μεγαλοδώροις. ὁ γοῦν Σεβηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς ἐς Ἀρμενίαν εἰσόδου, τὴν αὐτοφώνων καὶ αὐτὸς ἦν· προτρέπων γὰρ αὐτὸν ὅπη τὴν εἰσβολὴν, οὕτως ἔφη,

A Modis autem omnibus bellum erat illi cum Epicuro sæuum & irreconciliabile: idque iure optimo. Nam cum quo tandem iustiùs bellum gerat homo præstigiator, & monstris ac portentis amicus, veri inimicissimus, quàm cum Epicuro, viro videlicet qui rerum naturam perspectam haberet, quique vnus, quid in his esset verũ, videret? Nam Platoni, Chrysippo aut Pythagoræ erat amicus, atque alta cum illis pax intercedebat: at intractabilis ille Epicurus (sic enim appellat eum) erat illi plurimùm inuisus: atque id meritò: quippe qui hæc omnia ridicula ac ludicra duceret. Quam ob causam in-
B ter vrbes Ponticas Amastrim in primis habebat exosam, eò quòd acceperat, eos qui cum Lepido erant, alios item horum consimiles quamplurimos ea in ciuitate versari. Neque vnquam Amastrino cuiquam oraculum reddidit: quin vbi conaretur etiam fratri Proconsulis respondere, deridiculè profectò discessit, cùm nec ipse quemadmodum idoneum oraculum fingeret, inueniret, nec haberet qui sibi in tempore posset componere. Nam cùm illi de stomachi dolore conquerenti vellet præscribere vti suillum pedem
C cum malua præparatum ederet, hunc in modum ait:

*Maluaca porcorum sacra cuminato sipydno.*

Crebriùs autem (vt iam diximus) draconem ostendebat iis qui vellent, haud torum tamen, sed caudam potissimùm ac reliquum corpus oculis exponens: caput verò, ne videri posset, abditũ in sinu seruabat. Verùm quò magis etiam redderet attonitam multitudinem, pollicitus est sese exhibiturũ ipsum deum loquẽtem, citráque interpretem edentem oracula. Deinde non magno negotio, gruum ar-
D teriis contextis, ac per lineum illud draconis caput, quod erat arte adsimulatum, insertis, alio quopiam per has foris insonante, respondebat ad ea quæ proponebantur, voce nimirum per linteaceum illum Æsculapium ad aures promanante. Huiusmodi responsa αὐτόφωνα dicebãtur, id est, ipsius voce reddita: neque quibuslibet, neque passim dabantur, verùm splendidis modò atque opulentis, & qui grandia largirentur. Itaque quod Seueriano redditum est super expeditione in Armeniam suscipienda, ex autophonis erat. Adhortans enim illum ad incursum eius regionis, sic ait,

*Parthis Armeniisq; citato Marte subactis,*
*Romam vrbem repetes, & claras Tybridis vndas:*
*Vertice serta gerens radiis distincta serenis.*

Deinde posteaquam vecors ille Gallus persuasus incursionem fecisset, euenisset que vt vnà cum exercitu cęderetur ab Othryade, hoc oraculum à monumentis sustulit, atque aliud in eius locum substituit, huiusmodi:

*Agmen in Armenios ne duc: neque enim expedit isthuc.*
*Ne tibi femineis vir amictus vestibus, arcu*
*Exitium immittat, vitáque ac lumine priuet.*

Siquidem & hoc interim callidissimè fuerat commentus, vt posterioribus substitutitiisque responsis, ea quæ perperam maléque euenissent, sarciret ac mederetur. Sæpius enim ęgrotis, priusquam morerentur, prædixerat fore vt reualescerent: quibus morientibus, alterum oraculum illico paratum erat, quod superiori diuersa caneret:

*Posthac desine opem morbo petere exitiali:*
*Mors etenim manifesta, nec euitare licebit.*

Porrò cùm non ignoraret, qui in Claro ac Didymis Mallóque responsa ferebãt, ipsos quoque huiusmodi quadam arte diuinandi celebres haberi, eos sibi reddebat amicos, plerosque consultores ad illos remittens, his verbis:

*Nunc Claron ito, mei vocem patris audituros.* Et rursus:
*Branchidica accedis adyta, atque oracula quæras.* Et iterum:
*Mallon abi, Amphilochi quærens oracula vatis.*

Et hactenus quidem de iis quæ intra patriæ fines vsque ad Ioniam, Ciliciam, Paphlagoniam, Galatiámque designauit. Vt verò & in Italiam oraculi fama permanauit, ínque ipsam Romanorum vrbem: iam nemo omnium erat qui non alius alium anteuertere studeret, dum hi quidem eò proficiscuntur ipsi, illi verò mittunt, potissimùm ij qui potentia atque auctoritate plurimùm in Republ. pollebant: quibus princeps quasique signifer extitit Rutilianus, vir aliàs quidem honestus ac probus, tum compluribus in præliis Romanorum spectatæ virtutis: sed qui in iis quæ ad deos pertinent, parum sanè saperet, vt cui prodigiosa quędam de illis esset persuasa,

*Rutilianus Romanus.*

Παρθους Αρμηνίους τε θοῷ ἐπὶ δουρὶ δαμάσας,
Νοσήσῃς Ρώμυλον, ἡ Θύμβριδος ἀγλαὸν ὕδωρ,
Στέμμα φέρων χροτάφοισι, μεμιγμένον ἀκτίνεσσιν.

Εἶτ' ὀλίγῳ πιεθεὶς ὁ ἡλίθιος ἐξῆς Κελτὸς, εἰσέβαλε, καὶ ἀπήλαξεν, αὐτῇ στρατείᾳ ἐπὶ τῷ Ὀθρυάδου καταστρεψάμενος, τὸν μὲν τὸν χρησμὸν ὀξαρῆ ἐκ τῆς ἐπομνημόνευσε, ἑτέρῃσι δ' ἄλλον αὖτ' αὖτις (δὲ ἄμεινον,

Μὴ σύγ' ἐπ' Αρμηνίους ἐλάαν στρατὸν, ὅν
Μή σοι φηλυχίτης τις ἀνὴρ τόξῳ ἄπο λυγρὸν
Πότμον ὀπιπεύσειε, παύσῃ δ' ἐκ βίοτόν τε φάος τε.

καὶ δὲ αὖ ἐς τοῦτο σοφόν τινα ἐπενόησε, τοῖς μεταγενεστέροις χρησμοὺς ὅτι ἀφανεστέρους τῶν κακῶν προτεθεσπισμένους, καὶ ἀπολετευμένων. πολλάκις γὰρ τοῖς μὲν νοσοῦσι, πρὸ τοῦ τελευτᾶν, ὑγίειαν ἐπηγγέλλετο, ἀποθνῄσκοντων δὲ, χρησμὸς ἄλλος ἕτοιμος ἦν παλινῳδῶν,

Μηκέτι δίζησθαι νόσου λυγρῆς ἐπίρρωσιν.
Πότμος γὰρ φανερὸς, οὐδὲ φυγεῖν δυνατόν σοι.

Ἐδόκει δὲ τοῖς ἐν Κλάρῳ, καὶ Διδύμοις, καὶ Μάλλῳ, καὶ αὐτοῖς δοκιμωτάτοις ὅτι τῇ ὁμοίᾳ μαντικῇ ταύτῃ, φίλους αὐτοῖς ἐποιήσατο, πολλοὺς τῶν παρεστώτων πέμπων ἐπ' αὐτοὺς, λέγων,

Ες Κλάρον ἴθι νῦν, ἵνα μου πατρὸς ὡς ὄπα ἀκούσῃ. καὶ πάλιν,
Βραγχίδων αἰδύοισι παλαίου, ἠδὲ κλυὲ χρησμῶν. καὶ αὖθις,
Ες Μαλλὸν χάρῃ, θεσπίσματά τ' Αμφιλόχοιο.

Τούτοις μὲν ἐντὸς τῶν ὅρων μέχρι τῆς Ιωνίας, καὶ Κιλικίας, ἠδὲ Παφλαγονίας, καὶ Γαλατίας. ὡς δὲ ἐς τὴν Ιταλίαν διεφοίτησε τὸ μαντεῖον ὅ κλέος, καὶ εἰς τὴν Ρωμαίων πόλιν ἐπέπεσεν, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἄλλος παρ' ἄλλου ἠπείγετο· οἱ μὲν αὐτοὶ ἰόντες, οἱ δὲ πέμποντες, καὶ μάλιστα οἱ δυνατώτατοι, καὶ μέγιστον ἀξίωμα ἐν τῇ πόλει ἔχοντες· ὧν πρῶτος καὶ κορυφαῖος ἐλήλυθε Ρουτιλιανὸς, ἀνὴρ, τἄ μὲν ἄλλα, καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλοῖς τάξεσι Ρωμαϊκῆς ἐξηγησάμενος, τὰ δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς, πάνυ νοσῶν, καὶ ἀλλόκοτα περὶ αὐτῶν πεπεισμένος,

εἰ μόνον ἀλλιλιμμένον που λίθον, ἢ ἐστεφανωμένον θεάσαιτο, προσπίπτων ἀεὶ, καὶ προσκυνῶν, καὶ ὀπιπολὺ πρέσεως, καὶ δυσχόλμενος, καὶ παλαθὰ πρὸ αὐτοῦ αἰτῶν. οὗτος οἶνον ἀκούσας τὸ ὠδὶ τοῦ χρηστηρίου, μικροῦ μὲν ἐδέησεν ἀφεὶς τὸν ἐπικαθεσμένον ζῶον, εἰς ὃ τὸ Ἀβώνου τεῖχος ἀναπλῶαι. ἔπεμπε δ' οὖν ἄλλους ἐπ' ἄλλοις· οἱ δὲ πεμπόμενοι, ἰδιῶταί τινες οἰκέται ῥᾳδίως ἐξαπατηθέντες, ἐπῆλθόν τε, τὰ μὲν, ἰδόντες, τὰ δὲ, ὡς ἰδόντες καὶ ὡς ἀκούσαντες διηγεύμενοι, καὶ προσεπιμεξάμενοι ἐπὶ πλείοσι τούτων, ὡς σπουδαιότεροι εἶεν παρὰ τὰ δεδογμένα. ἐξέκαιον γοῦν τὸν ἄνδρα γέροντα, καὶ εἰς μανίαν ἐξεπομπεύσαν ἅπαντα. ὁ δὲ, ὡς καὶ τοῖς πλείοσι καὶ δυνατωτάτοις φίλος ὢν, ἅπερ ἦν, τὰ μὲν διηγούμενος ὡς ἀκούσας παρὰ τῶν προφήτων, τὰ δὲ καὶ πρὸς αὐτοῦ προσθείς. ἐπέπλησε δ' οὖν τὴν πόλιν, καὶ διεσάλευσεν ὅλην, καὶ τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τοὺς πλείστους διεθορύβησεν, οἳ αὐτίκα καὶ αὐτοὶ ἠπείγοντο ἀκοῦσαί τι τῶν κατ' αὐτούς. ὁ δὲ, τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος, ξενίαις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς πολυτελέσιν ἐργαζόμενος αὐτὸν, ἀπέπεμπεν, οὐκ ἀπαλλαγὴν μόνον τῶν ἐρωτήσεων, ἀλλὰ καὶ ὑμνήσοντας τὸν θεὸν, καὶ τερατεία ὑπὲρ τοῦ μαντείου, καὶ αὐτὸν ψευσομένους, καὶ μηχανᾶταί τι ὁ πεισθατέρων οὐκ ἄσοφον, οὐδὲ τοῦ παρόντος λήσου ἄξιον. λύων γὰρ τὰ πεμπόμενα βιβλία, καὶ ἀναγινώσκων, εἴ τι δύροι ὑποσφαλὲς, καὶ παραχαρασσόμενον ἐν ταῖς ἐρωτήσεσι, κατεῖχεν αὐτὸς, καὶ οὐκ ἀπέπεμπεν, ὡς ὑποφειδόμενος, καὶ μονονουχὶ δούλους ἀπὸ δέους ἔχοι τοὺς πεπομφότας, μεμνημένους οἷα ἐν ἀπορίᾳ ἦσαν. σεσίνοι δὲ, οἷα εἰκὸς, τοὺς πλησίον, καὶ μέγα δυναμένους, τοῖς πύξαις πιθανεύεσθαι. ἐλάμβανεν οὖν πολλὰ πρὸ ἐκείνων, εἰδότων ὅτι αὐτοῖς ὁ τὸς ἔχει τὴν ἀρχήν. θέλομεν δέ σοι καὶ τῶν Ρουτιλιανῷ δοθέντων χρησμῶν οἵους εἰπεῖν· πιθανομένῳ γὰρ αὐτῷ περὶ τοῦ παιδὸς ἐκ προτέρας γυναικὸς, παιδείας ὥρην ἔχοντος, ὅν τινα προσήσαιτο διδάσκαλον τῶν μαθημάτων αὐτοῦ, ἔφη,

A adeò vt ſicubi lapidem vel inunctum vel coronatum conſpexiſſet, continuò procideret atque adoraret, ac diutius adeò volutus vota faceret, bonáque ac læta ab illo poſtularet. Hic igitur ſimulatque de oraculo inaudiſſet, parum aberat quin omiſſo quem tenebat exercitu, in Aboni murum auolaret: alios autem poſt alios eò legabat. Porrò qui mittebantur, ſeruuli nimirum idiotæ quidam, facilè decepti domum redibant, referentes partim quæ viderant, partim tanquam vidiſſent audiſſentque, permulta inſuper accumulantes illis, quò domino fierent commendatiores. In-
B flammarunt itaque ſenem infelicem, & in vehementem inſaniam impulerunt. At ille paſſim ad omnes amicos accedēs, quos habebat cùm plurimos, tum potentiſſimos, enarrabat partim ea quæ ab iis quos miſerat, accepiſſet, partim quæ ex ſeſe effinxerat. Et ad eum modum iſte compleuit vrbem, concitauitque, quamplurimis item aulicis expauefactis atque attonitis: qui protinus & ipſi cupiditate flagrare cœperunt vt aliquid ſuis de rebus audirent. Porrò Alexander aduenientes comiter excipiebat, ac xeniis aliiſque magnificis donatos muneribus, ad
C eum remittebat: hoc agens, vti nō ſolùm renunciarent oracula, verumetiam dei laudes canerent, ac portentoſa quædam de oraculo, déque ipſo mentirentur. Excogitarat autem ter ſceleſtus ille quiddā neutiquam inſcitū, & ingenioſius quàm vt in vulgarem competat latronem. Etenim reſignatis libellis ac perlectis, ſi quid offendiſſet in iis quæ proponebantur, ita ſcriptū, vt cū periculo ac diſcrimine eius qui ſcripſiſſet, ſi proferretur, coniunctum videretur, apud ſe detinebat, neque remittebat, quò videlicet obnoxios ac propemodum ſeruos ob metum ſibi redderet eos qui miſerant, cùm in mentem illis
D veniret, cuiuſmodi de rebus conſuluiſſēt. Intelligebat autem eſſe conſentaneum, vt qui opibus ac potentia præcellerent, eiuſmodi rogationes eſſent propoſituri. Ab his munera quamplurima ferebat: quippe qui non ignorarent ſeſe intra caſſes eius teneri. Libet autem aliquot ex his reſponſis commemorare, quę Rutiliano reddidit. Huic ſciſcitanti de filio ex vxore priore ſuſcepto, qui iam per ætatem maturus eſſet vt diſciplinis erudiretur, quem inſtituendo in literis illi præceptorem deberet adhibere, ita reſpondit:

*Pythagoram, egregiéque canentem prælia vatem.*

Deinde, paucis pòst diebus extincto puero, ipse quidem hærebat, nec habebat quod incusantibus responderet, oraculo videlicet ita re præsenti confutato. At Rutilianus optimus vltro occupans, defendebat oraculum, affirmans hoc ipsum portendisse deum, qui iussisset neminem quidem è viuis adolescentulo deligi præceptorem, sed Pythagoram potiùs atque Homerum, iam olim defunctos, quibuscum credibile esset eum iam versari. Quid igitur Alexandro vitio vertere conuenit, si istiusmodi homunculos dignos habuit quibus fucum faceret? Rursum eidem percontanti cuius tandem animam esset sortitus, ait:

*Principiò fueras Pelides, deinde Menander,*
*Deinde is qui nunc es: pòst fax Phœbea futurus:*
*Octoginta enim ac centum produxeris annos.*

At hic septuagenarius interiit, in insaniam versus, haud expectato dei promisso: quanquam hoc quoque oraculum ex autophonis erat. Eidem item de vxore ducenda percontanti, aliquando incunctanter ac palàm respondit:

*Ducito Alexandro natam Lunáque puellam.*

Siquidem iam olim rumorem dissiparat, filiam quam habebat, è Luna sibi susceptam fuisse. Lunam enim ipsius amore captam fuisse, cùm dormiëtem aliquando conspexisset: nam id illi familiare est, & formosos somno sopitos adamare. Porrò Rutilianus vir prudentissimus, nihil cunctatus, protinus accersit virginem, nuptias conficit, sponsus iam sexagenarius, concumbitque, socrum suam Lunam solidis hecatombis placans. Iámque sibi vnus è cœlitum numero videbatur. At hic vbi semel in Italia rem esset aggressus, maiora in dies ad hæc excogitabat, & in omnes Romanæ ditionis partes, qui perferrent oracula, dimittebat, prædicens ciuitatibus cauendam esse pestilentiam, incendia, terræ motus: se certa remedia traditurum ne quid horum accideret, pollicebatur. Iámque cùm pestilentia increbruisset, vnum quoddam tale oraculum, autophonon & hoc, quoquouersum gentium prodiderat, vnico carmine comprehensum:

*Intonsus nubem pestis depellit Apollo.*

Πυθαγόρῃ, πολέμων τε διάκτορον ἐσθλὸν ἀοιδόν.

Εἶτα μετ' ὀλίγας ἡμέρας τοῦ παιδὸς ἀποθανόντος, ὁ μὲν ἠπόρει, καὶ οὐδὲν εἶχε λέγειν πρὸς τοὺς αἰτιωμένους, τοῦδε πόδας οὕτως ἐληλεγμένου τοῦ χρησμοῦ. ὁ δὲ Ρυτιλιανὸς αὐτὸς φθάσας ὁ βέλτιστος, ἀπελογεῖτο ὑπὲρ τοῦ μαντείου, λέγων, τοῦτο αὐτὸ προδεδηλωκέναι τὸν θεὸν, καὶ δι' αὐτὸ, ζῶντα μὴ κελεῦσαι μηδένα διδάσκαλον ἑλέσθαι αὐτῷ, Πυθαγόραν ἢ καὶ Ὅμηρον πάλαι τεθνεῶτας, οἷς εἰκὸς τὸ μειρακίσκιον ἐν ᾅδου νῦν συνεῖναι, διὰ τίνην μέμφεσθαι ἄξιον Ἀλεξάνδρῳ, εἰ τοιούτοις ἀθεφτίσκοις ἐσδιατρίβοι ἡξίωσεν; ὁ πευθανομένῳ αὐτῷ τινὶ τίνος ψυχὴν διεδέξατο, ἔφη,

Πρῶτον Πηλείδης ἐγένου· μετὰ ταῦτα, Μένανδρος·

Εἶθ' ὃς νῦν φαίνῃ, μετὰ δ' ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντ' ἔτεσιν ἡλιὰς
Ζώσῃς δ' ὀγδώκοντ' ἔτεσι τοῖς ἑκατὸν λυκάβαντας.

Ὁ δ' ἑβδομηκονταετὴς ἀπέθανε μελαγχολήσας, οὐδὲ τοῦ μέλλοντος τὴν τοῦ θεοῦ ὑποδοχὴν κατασχών. καὶ ἔστι ὁ χρησμὸς τῶν αὐτοφώνων ὧν ἐφθέγξατο ὁ αὐτὸς ποτε καὶ περὶ γάμου, ῥητῶς ἔφη,

Γῆμον Ἀλεξάνδρῳ τε, Σελήνης τε θύγατρα.

Διεδεδώκει δὲ πάλαι λόγον ὡς τῆς θυγατρὸς, ἣν εἶχεν, ἐκ Σελήνης αὐτῷ γεγονυίας· τὸν δὲ Σελήνην ἐρωτι ἁλῶναι αὐτοῦ, καθεύδοντα ποτὲ ἰδοῦσαν, ὅπερ αὐτῇ ἔθος, κεκμηκόσιν ἐρᾶν τῶν καλῶν. ὁ δ' οὐδὲν μεμηνὼς ὁ σωφρονέστατος Ρυτιλιανὸς, διὰ τοῦτο ἔπεμπεν ὅτι τὴν χώραν, καὶ τοὺς γάμους σωφρονέστατος ἐξηκοντούτης νυμφίος, καὶ σωφρῶν, πολὺ πενθερὸν Σελήνην ἑκατόμβαις ὅλαις ἱλασκόμενος, καὶ τῷ ἐπουρανίων εἷς καὶ αὐτὸς οἰόμενος γεγενέναι. ὁ δ' ὡς ἅπαξ τὸ ἐν Ἰταλίᾳ πρᾶγμ' ἐλάβετο, μείζω ἀεὶ προσεπενόει, καὶ πάντοσε τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς ἔπεμπε χρησμοφόρους, ταῖς πόλεσι προλέγων, λοιμοὺς, καὶ πυρκαϊὰς φυλάττεσθαι, καὶ σεισμοὺς, ἃ ἀσφαλῶς βοηθήσειν, ὡς μὴ γένοιτό τι τούτων, αὐτὸς ἐπαγγέλλοιτο αὐτοῖς. ἕνα δή τινα χρησμὸν αὐτόφωνον ἐς αὐτὸν, εἰς ἅπαντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ λοιμῷ διεπέμψατο. ἦν δὲ ὅδε τὸ ἔπος ἓν,

Φοῖβος ἀκερσεκόμης λοιμὸν νέφελην ἀπαφύσσει.

Καὶ τοῦτο ἰδεῖν ὃ ἔπος πολλαχοῦ ὅτι τῶν πυλώνων γεγραμμένον, ὡς τοῦ λοιμοῦ ἀλεξιφάρμακον. τὸ δ' ἐς τοὐναντίον τοῖς πλείστοις τοῦ χώρου. καὶ γάρ τινα τύχῃ αὐτῶν μᾶλιστα αἱ οἰκίαι ἐκενώθησαν, οἷς ὃ ἔπος ἐπεγέγραπτο. καὶ μή με νομίσῃς τοῦτο λέγειν ὅτι ἀφ' ὃ ἔπος ἀπώλλυτο, ἀλλὰ τύχη τινὶ οὕτως ἐγένετο. τάχα δὲ οἱ πολλοὶ καὶ καταθαρροῦντες τοῦ στίχου, ἠμέλουν, ῥᾳθυμότερον διῆγον, οὐδὲν τοῦ χρησμοῦ πρὸς τὸ νόσον συντελοῦντες, ὡς αὐτὸ ἔχοντες προμαχοῦντα αὐτοῖς συλλαβάς, καὶ τὸν ἀκερσεκόμην Φοῖβον ἀποτοξεύοντα τὸν λοιμόν. πολλοῖς μὲν οὖν τοῖς ἐν αὐτῇ Ρώμῃ κατεσκήπτετο πολλοὺς τῶν συνωμοτῶν, οἳ τοῖς ἑκάστου γνώμας διήγγελλον αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἐρωτήσοις προεμελέτων, καὶ ὧν μάλιστα ἐφίενται· ὡς ἕτοιμον αὐτὸν πρὸς τὰς ἀποκρίσεις, καὶ πρὶν ἥκειν τοὺς πεμπομένους, καταλαμβάνεσθαι. καὶ πρὸς μὲν τὰς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προεμηχανᾶτο. τελετὴν τε γάρ τινα συνίστασθαι, καὶ δᾳδουχίας, καὶ ἱεροφαντίας, τελεῖν ἐξῆς ἀεὶ τελουμένων ἡμερῶν. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ, προῤῥήσεις ἦσαν, ὥσπερ Ἀθήνησι, τοιαύτη· Εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω· οἱ δὲ πιστεύοντες τοῦ θεῷ, τελείσθωσαν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. εἶτ' εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἐξέλασις ἐλέγετο· καὶ ὁ μὲν ἡγεῖτο, λέγων, ἔξω Χριστιανοί. ὁ δὲ πλῆθος ἅπαν ἐπεφθέγγετο, ἔξω Ἐπικούρειοι. εἶτα Λητοῦς ἐλέγετο λοχεία, καὶ Ἀπόλλωνος γονή, καὶ Κορωνίδος γάμος, ἔπειτα Ἀσκληπιοῦ ἐτίκτετο. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, Γλύκωνος ἐπιφάνεια, καὶ γένεσις τοῦ θεοῦ. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ, Ποδαλειρίου τε ἐγένετο καὶ τῆς μητρὸς Ἀλεξάνδρου γάμος. Δαδὶς δὲ ἐκαλεῖτο, καὶ δᾷδες δὲ ἐκαίοντο. καὶ τελευταῖον, Σελήνης καὶ Ἀλεξάνδρου ἔρως, καὶ πικρομήνη τοῦ Ρουτιλλιανοῦ ἡ γυνή. ἐνδᾳδουχεῖ δὲ καὶ ἱεροφαντεῖ ὁ Ἐνδυμίων Ἀλέξανδρος, καὶ ὁ μὲν, καθεύδων δῆθεν, κατέκειτο ἐν τῷ μέσῳ. κατῄει δὲ ἐπ' αὐτὸν ἐκ τῆς ὀροφῆς ὡς ἐξ οὐρανοῦ δή τις Σελήνης, Ρουτιλλία τις ὡραιοτάτη,

A Atque hunc versiculum videre erat passim pro foribus descriptum, tanquam aduersus pestilentiam remedio futurum. Verùm ea res plurimis diuersam in partē euênit, propterea quòd fortuna quadam sic accidit, vt eæ domus quibus hic versus esset inscriptus, potissimùm desolarentur. Neque verò me putes illud dicere, carmen in caussa fuisse vt interierint, verùm casu quodam ad hunc modum accidit. Et haud scio an pleriq; freti carmine, negligentiùs ac securiùs vixerint, nihil aduersum pestem præter oraculum adhibentes: perinde quasi syllabas pro sese pugnantes haberent, & intonsum Apollinem telis pestem propellentem. Exploratores item ex sua coniuratione quamplurimos Romæ constituerat, qui sibi qua quisque mente esset, indicarent: ac priusquam oraculum adiissent, illi significarēt quidnam essent percontaturi, quídque potissimùm cupere viderentur: vt etiam priusquam aduenissent ij qui mittebantur, ille iam ad respōdēdum instructus ac paratus esset. Atque hęc quidem & id genus alia machinamēta aduersus Italicas vrbes pręstruxerat. Nam præter hæc & initiationes quasdam instituerat, tędarum per manus tradendarum gestationes, & sacrorum ceremonias, quæ quidem tribus ex ordine diebus continenter peragerētur. Ac primo quidem die Athenienſium ritu denuntiatio fiebat huiusmodi: Si quis impius, aut Christianus, aut Epicureus, mysteriorum explorator accessit, discedat. Cæterùm qui deo credunt & parent, sacris feliciter initiētur. Sub hæc protinus exigebātur illo præeunte, dicētéque: Foras pellantur Christiani. Tum multitudo acclamabat vniuersa: Foras pellātur Epicurei. Dehinc Latonæ puerperium agebatur, & Apollinis natiuitas: tum Coronidis nuptiæ: demum nascebatur Æsculapius. Altero die Glycon in lucem emergens, deiqúe exortus. Rorrò tertio die Podalirij cum Alexandri matre coniugium agebatur. Dadis autem is appellabatur, idque ex re, propterea quòd faces quædā incenderētur. Postremo loco, Lunæ atque Alexandri amores ac nascens Rutiliani coniunx. At verò facem gestabat, mysteriáque agebat Endymion Alexander, cùm hic dormiens scilicet in medio iaceret: descenderet autem in eum è tecti fastigio, tanquam è cœlo, Lunæ vicem agēs, Rutilia quædam formosissima,

cuiusdam è Cæsareæ domus præfecti vxor, quę nimirum vt amabat Alexandrũ, ita vicissim ab illo amabatur. Ac sub oculis perditissimi illius mariti, tum complexus agebantur, tum oscula, ídque in propatulo. Quòd nisi complures fuissent tędæ, forsan nonnihil & eorum quæ fieri solent infra sinum, patratum fuisset. Paulo pòst rursum introibat ornatu sacerdotali, multo cum silentio. Deinde ipse primus clara voce sonabat, Io Glycon. Assonabant autem bene canori scilicet homines, nempe præcones aliquot Paphlagones, carbatinis calceati, plurimum allij nidorem ructantes, Io Alexander. Porrò subinde inter gestandas tædas atque inter mysticas saltationes, femur illius, de industria renudatum, aureum apparebat; pelle, sicuti coniicio, inaurata circundata, atque ad tædarum fulgorem relucente. Itaque cùm duobus quibusdam ex eorum numero qui desipienter sapientes sunt, super hac re verteretur altercatio, vtrùm Pythagoræ animum possideret, videlicet ob femur aureum, an alium Pythagorico illi consimilem, atque eam controuersiam ad ipsum Alexandrum retulissent: rex Glycon oraculo litem dissoluit:

*Pythagoræ mens emoritúrque oritúrque vicissim,*
*Vatis at est animus diuina è mente profectus.*
*Hunc pater auxilio misit iustísque piísque.* Et rursum:
*Tecta Iouis repetet, Iouiali fulmine tactus.*

Porrò cùm cunctis aliis denunciaret vt à puerili concubitu temperarent, ceu re nefaria, vir ille egregius tale quiddam ipse machinatus est. Ponticis ac Paphlagonicis vrbibus imperabat, vt tertio quoque anno mitterent qui deo dicarentur, eiúsque laudes apud se canerent. Verùm mitti oportere spectatos ac selectos: nempe nobilissimos, & ætate florentissimos, formáque eximios. Quibus inclusis perinde vt emptitiis ad libidinem abutebatur, modis omnibus in eos debacchari solitus. Præterea legem quoque condiderat, ne quis maior annis octodecim sese admoto ore complecteretur, neve cum basio salutaret: sed reliquis manum duntaxat osculandam porrigens, solis ætate formáque floridis osculum dabat: atque his quidem inde cognomen inditum, vt intra osculum constituti dicerentur.

A τῷ Καίσαρος οἰκονόμων τινὸς γυνὴ, ὡς ἀληθῶς ἐρασθεῖσα τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀντερωμένη ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ὁλεθρίου ἐκείνου ἀνδρὸς, φιλήματά τε ἐλάμβανε ἐν τῷ μέσῳ, καὶ περιεπλέκετο· εἰ δὲ μὴ πολλαὶ ἦσαν αἱ δᾷδες, τάχ' ἂν τι καὶ τῶν ὑπὸ κόλπου ἐπράχθη. μετὰ μικρὸν δὲ εἰσῆλθε πάλιν ἱεροφαντικῶς ἐσκευασμένος ἐν πολλῇ τῇ σιωπῇ· καὶ αὐτὸς μὲν ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἰὴ Γλύκων· ἐπεφθέγγοντο δ' αὐτῷ ἐπακολουθοῦντες βομβητίδας δῆθεν, καὶ κήρυκές τινες Παφλαγόνες, καρβατίνας ὑποδεδεμένοι, πολλῷ τῷ
B σκορόδῳ ἐρυγαίνοντες, ἰὴ Ἀλέξανδρε. πολλάκις δ' ἐν τῇ διαδοχίᾳ καὶ τοῖς μυστικοῖς σκιρτήμασι γυμνωθεὶς ὁ μηρὸς αὐτοῦ ἔξεπίτηδες, χρυσοῦς διεφαίνη, δέρματος, ὡς εἰκός, ὅτι χρύσου περιτεθέντος, καὶ περὶς τὸν αὐλὸν τῶν λαμπάδων ἀποστίλβοντος. ὥστε καὶ ἅμα ἰδίᾳ ποτὲ ζητήσεως δύο τισὶ τῶν μωροσόφων, ὑπ' αὐτοῦ, εἴτε Πυθαγόρου ψυχὴ ἔχοι ἀφ' τὸν χρυσοῦν μηρὸν, εἴτε ἄλλου ὁμοίαν αὐτῇ, ἐπὶ τῇ ζητήσει ταύτῃ αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐπαναφερόντων, ὁ βασιλεὺς
C Γλύκων χρησμῷ ἔλυσε τὴν ἀπορίαν·

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ' αὖξει·
Ἦ γὰρ φρονίη, δίης φρενὸς ὅρμος ἀπορρώξ.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπίρρωτον. καὶ πάλιν,
Ἐς Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Περιόντων δὲ πᾶσιν ἀπέχεσθαι παιδὸς συνουσίας, ὡς ἀσεβὲς ὄν, αὐτὸς τοιόνδε τι ὁ γυναδᾶς ἐτεχνήσατο. ταῖς γὰρ πόλεσι ταῖς Ποντικαῖς, καὶ ταῖς Παφλαγονικαῖς, ἐπῄγγελλε θεοπρόπους πέμπειν ἐς τελετὰς, ὑμνήσοντας
D πρὸς αὐτοῦ τὸν θεόν. καὶ ἐδόκιμαζεν, καὶ προκρίνοντας τοὺς δυνατωτάτους, καὶ ὡραιοτάτους, καὶ κάλλει διαφέροντας, πέμπεσθαι. οἷς ἐγκλείσας μάλιστα, ὡς μὴ ἀργυρωνήτοις ἐχρῆτο συγκαθεύδων, καὶ πρώτα ἔσπον ἐμπαραινῶν. καὶ νόμον δὲ ἐπέθηκε, μὴ πρὸ τῶν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν, μηδένα τοῦ αὐτοῦ στόματι δέξασθαι, μηδὲ φιλήματι διαπάζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις προτείνων τὴν χεῖρα κυσαι, μόνους τοὺς ὡραίους καταφίλει, καὶ ἐκαλεῖτο οὗτοι οἱ ἐντὸς τοῦ φιλήματος.

τοιαῦτα σοφιζόμενος, τοῖς ἀνοήτοις διετέλει, γυναικός τε αἰσχρῶς ἀφθόνως διαφθείρων, καὶ παισὶ σεσωσμένοις. καὶ ἦν μέγα καὶ βίκτον ἑκάστῳ, εἴ τινος γυναικὶ προσβλέψειεν· εἰ δέ τι καὶ φιλήματος ἀξιώσειεν, ἀθέατον τὸν ἀγαθὸν τύχην ᾤετο ἕκαστος εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσρυήσεσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ ἤδη ἐπὶ τούτῳ τεκοῦσαι πρὸς αὐτόν, καὶ οἱ ἄνδρες ἐπεμαρτύρουν ὅτι ἀληθῶς λέγοιεν. ἐθέλω δέ σοι καὶ διάλογον διηγήσασθαι τοῦ Γλύκωνος, καὶ τοῦ Σακέρδωτος, Τιανοῦ τινος ἀνδρὸς σοφοῦ, ὁποίου τινὸς τὸν σοφὸν εἶναι ἀπὸ τῶν ἐρωτήσεων. ἀνέγνων δὲ αὐτὸν, χρυσοῖς γράμμασι γεγραμμένον ἐν Τίῳ, ἐν τῇ τοῦ Σακέρδωτος οἰκίᾳ. εἶπε γάρ μοι, ἔφη, ὦ δέσποτα Γλύκων, τίς εἶ; ἐγὼ, ἦ δ' ὅς, Ἀσκληπιὸς νέος. ἄλλος πρὸ ἐκείνου τὸν πρότερον; πῶς λέγεις; ὑπὸ θέμις ἀκοῦσαί σε τοῦτό γε. πόσα δὲ ἡμῖν ἔτη παραμενεῖς χρησμῳδῶν; τρίτον πρὸς τοῖς χιλίοις. εἶτα, ποῖ μεταστήσῃ; ἐς Βάκτρα, καὶ πρὸς ἐκεῖνους· δεῖ γὰρ ἀπολαῦσαί σε τοὺς βαρβάρους ὁπτῆς ἐμῆς. τὰ δὲ ἄλλα χρηστήρια, ὁ μὲν ἐν Διδύμοις, ἢ ὁ ἐν Κλάρῳ, ἢ ὁ ἐν Δελφοῖς, ἔχουσι τὸν πρόπατορα τὸν Ἀπόλλω χρησμῳδοῦντα, ἢ ψευδεῖς εἰσιν οἱ νῦν ἐκπίπτοντες ἐκεῖ χρησμοί; μηδὲ τοῦτ' ἐθελήσῃς εἰδέναι, οὐ γὰρ θέμις. ἐγὼ δὲ τίς ἔσομαι μετὰ τὸν νῦν βίον; κάμηλος, εἶτα, ἵππος, εἶτ' αὖθις σοφὸς, καὶ προφήτης οὐ μείων Ἀλεξάνδρου. τοιαῦτα μὲν ὁ Γλύκων τῷ Σακέρδωτι διελέχθη. ὅτι τέλος δὲ, χρησμὸν ἐμμέδην ἐφθέγξατο, εἰδὼς αὐτὸν Λεπίδῳ ἑταῖρον ὄντα·

Μὴ πείθου Λεπίδῳ· ἐπεὶ οἱ λυγρὸς οἶτος ὀπηδεῖ.

Παῦν γὰρ ἐδεδίει τὸν Ἐπίκουρον, ὡς πρόσπολον, ὡς τινα αὐτῷ τέχνον, καὶ αὐτοσοφιστὴν τῆς μαγγανείας αὐτοῦ. ἕνα γοῦν τινα τῶν Ἐπικουρείων ἐλυμήνατο καὶ διελέγχειν αὐτὸν ὅτι πολλῶν παρόντων, ἐς κίνδυνον οὐ μικρὸν κατέστησεν. ὁ μὲν γὰρ προσελθὼν, ἔλεγε μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Σὺ μέντοι γε, ὦ Ἀλέξανδρε, τὸν δεινὸν Παφλαγόνα προσαγαγεῖν οἰκέτας αὐτοῦ τῷ ἡγεμόνι τῆς Γαλατίας, τὸν ὅτι θανάτου ἀπέπεισας, ὡς ἀποκτοναῖς τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὃν Ἀλεξανδρείᾳ παιδεύομενον,

A Atque in hunc modum vecordibus ac ſtupidis mortalibus illudens, perpetuò deinceps ſuas nequitias exercebat, paſſim conſtuprans vxores, paſſim liberis abvtens. Quin magnum quiddã, cunctíſque optandum videbatur, ſi cuius vxorem vel aſpexiſſet modò. Porrò ſi quam etiam oſculo dignatus fuiſſet, nemo non ita putabat, quicquid eſſet bonarum felicitatum, id omne ſemel in eam domum influxurum eſſe. Erant inſuper, atque eæ non paucæ, quæ ſeſe etiam peperiſſe ex illo iactarent: quod ita eſſe mariti ſuo teſtimonio confirmabant. Lubet etiam dialogum tibi referre Glyconis & Sa-
B cerdotis, viri cuiuſdam Tianei, cuius ſapientiam ex his quæ ſciſcitatus eſt, coniicias licebit. Hunc equidem legi pridem aureis deſcriptum literis Tij, in ipſis Sacerdotis ædibus. Dic, inquit, mihi, rex Glycon, quiſnam es? Sum ille, inquit, minor Æſculapius. Num alius ab illo priore? quid ais? Haud fas eſt vt iſthuc audias. Sed quot annos apud nos permanſurus, atque oracula redditurus? Ad milleſimum tertium. Deinde quò demigraturus? Ad Bactra, atque in eas regiones. Siquidem oportet & barbaros
C meo conuictu meáque præſentia frui. At reliquæ ſortes, puta quæ in Didymis, Claro, Delphíſque redduntur, vtrùm ab auctore proficiſcuntur Apolline, an vana ſunt quæ illic eduntur oracula? Ne iſthuc quidem ſcire quæſieris: nefas enim. Cæterùm ego quis tandem poſt hanc vitam futurus ſum? Camelus, deinde equus, poſt hæc vir ſapiens, ac vates non inferior Alexandro. Atque hęc Glyconis cum ſacerdote confabulatio. Poſtremò & oraculum carmine comprehenſum edidit, quum non ignoraret illum amicum eſſe Lepido:

*Ne pare Lepido: nanque huic fatum inſtat acerbum.*

D Mirum etenim in modum metuebat Epicurum, ſicuti ſuperiùs dictum eſt, nimirum vt artificem ac ſapientem, ſuis artibus atque impoſturis hoſtem atque infenſum. Itaque ex Epicureis quempiam auſum ſe multis præſentibus coarguere, propemodum in vitæ diſcrimen adduxerat. Siquidem adiens ille, clara voce dicebat: Tu nimirum Alexander Paphlagoni cuidam perſuaſiſti vt ſeruos ſuos apud Galatiæ præfectum capitis accerſeret, hoc nomine, quaſi filium ipſius qui tum Alexandriæ erudiebatur,

occidissent: atqui viuit adolescens, incolumisque reuersus est, famulis iam supplicio affectis, qui tua opera bestiis traditi perierunt. Porrò huiusmodi quiddam acciderat. Cùm adolescentulus amne aduerso in Ægyptum nauigasset, ad inundationem vsque subducto nauigio, persuasus est vti pariter in Indiã nauigaret. Itaque dum diutiùs abesset, infelices illi eius ministri rati videlicet vel in Nilo nauigantem interisse puerum, vel à latronibus (nam id tẽporis permulti grassabantur) esse perẽptum, reuersi sunt domum renunciãtes quemadmodũ è medio sublatus esset. Deinde proditum oraculum, damnati serui: sub hæc adest adolescentulus, peregrinationem suam enarrans. Atque hæc quidem ille: at Alexander indignatione percitus, quòd coargueretur, neq; ferens opprobratam sibi vanitatem, iussit vt qui adessent, lapidibus illum impeterent: alioqui & ipsos impios futuros, atque Epicureos appellandos. Dúmque illi iam lapidare cœpissent, Demostratus quidam, qui diuersabatur in ponte, primus hominem sui corporis obtegens obiectu, morti subduxit, alioqui lapidibus obruẽdum, idque iure optimo. Quid enim oportebat vnum inter tam multos insanientes sanum esse, atque à Paphlagonum stultitia malum sibi accersere? Et illi quidem hæc euenerunt. Cęterùm aduocatis iuxta oraculorũ ordinem iis qui proposuerãt (nam id fiebat pridie quàm responsa redderet) præcone rogante an vaticinari vellet, si cuipiam illorum ex adyto respondisset, In malam rem: huiusmodi hominem neque tecto quisquam excipiebat, neque igni aquáve impertiebat: verùm erat illi solum aliud alió vertendum, tanquã impio, deorúmque contemptori, atque Epicureo: quod quidem probrum omniũ erat grauissimum. Quapropter vnum etiam Alexander quiddã designauit ridiculum. Nactus peculiares Epicuri sententias, librum (vt scis) longè pulcherrimum, summatim Epicureæ disciplinæ decreta complectentem, medium in forum deportauit, ac lignis ficulnis exussit, tanquã auctorem ipsum exureret scilicet: ac cinerem abiecit in mare, oracuło insuper eam in rem edito:

*Edico decreta senis comburere cæci.*

Haud perpendit scelestus ille quantum adferret is liber commoditatum iis qui in eo legendo versarentur, quantámque illis quietem, tranquillitatem,

A ὁ δὲ νεανίσκος ζῇ, καὶ ἐπῆλθε ζῶν μὲν τὴν τῶν οἰκετῶν ἀπώλειαν, θηρίοις ὑπὸ σοῦ παραδοθέντων. Τοιοῦτον δέ τι ἐγένετο· ἀναπλέουσα ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον ἄμα τῇ κλύσμασι, πλοίου ἀναγομένου, ἐπείθη ἐς αὐτὸς εἰς Ινδίαν πλεῖσαι, καὶ πεισθὼν ἐξεφάνη. οἱ δυστυχεῖς ἐκεῖνοι οἰκέται αὐτὸ, οἰηθέντες ἢ ὑπὸ τῷ Νείλῳ πλέοντα διεφθάρθαι τὸν νεανίσκον, ἢ καὶ ὑπὸ λῃστῶν, (πολλοὶ δὲ ἦσαν τότε) ἀνῃρῆσθαι, ἐπανῆλθον ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ τὸν ἀφανισμόν. εἶτα ὁ χρησμός, καὶ ἡ κατάδικη· μὴ ὧν ἐπέσχε ὁ νεανίσκος, δικηγορήσας τῷ ἀποδημίαν. ὁ μὲν δὴ οὕτω ἐλέγχω· ὁ δὲ Αλέξανδρος, ἀγανακτήσας ὅτι τῷ ἐλέγχω, καὶ μὴ φέρων τὴν ὀνείδους τῷ ἀληθῆ, ἐκέλευσε τοῖς παροῦσι λίθοις βάλλειν αὐτὸν, ἢ καὶ αὐτοῖς ἀναγκῆς ἔσεσθαι, καὶ Επικούρειος κληθήσεσθαι. τῶν δὲ βάλλειν ἀρξαμένων, Δημόστρατός τις ὑπὸ δημοσίῳ τῷ Πόντῳ, τοῦτον τοιχυθεὶς, ἐρρύσατο τὸν θανάτου τὸν ἄνθρωπον, μικροῦ δεῖν καταλιθωθέντα, πάνυ δικαίως. Τί γὰρ ἔδει μόνον φρονεῖν ἐν τοσούτοις μαινομένοις, καὶ παραπλῆσαι τῆς Παφλαγόνων μωρίας; καὶ τὰ μὲν κατ' οἶκον, τοιαῦτα. εἰ δέ τινι τοῦτο καλλωπισμάτων ἢ τάξιν τῷ χρησμῷ (περὶ μιᾶς ἦν τούτου τοῦ θεσπίσματος ἐλέγετο,) καὶ ἐρωτῶν τὸν κήρυκος εἰ θαρροῖ, τῷ δὲ ἀνέφερεν ἔνδοθεν, Ες κύβακας, οὐκ ἐπὶ τὸν τοιοῦτον οὔτε στέγη τις ἐδέχετο, οὔτε πυρὸς, ἢ ὕδατος κοινωνίᾳ, ἀλλ' ἔδει πάντων περὶ γῆς ἐλαύνεσθαι, ὡς ἀσεβῆ, καὶ ἄθεον, καὶ Επικούρειον· ἦν γὰρ τῷ ἡ μεγίστη λοιδορία. ἐν χρῷ δὲ γελοιότατον ἐποίησεν ὁ Αλέξανδρος. βίβλον γὰρ τῆς Επικούρου κυρίας δόξας, ὃ κάλλιστον, ὡς οἶσθα, τῶν βιβλίων, καὶ κεφαλαιώδες, ἀφελόμενον τῆς ταύτης σοφίας τὰ δόγματα, καμίσας ἐς τὸν ἀγορᾶν μέσην, ἔκαυσεν ὅτι ξύλων συκίνων, ὡς δῆθεν αὐτὸν καταφλέγων, καὶ τὸν καπνὸν ἐς θάλασσαν ὀξέβαλεν, ἐπὶ καὶ χρησμὸν ὑπεφθεγξάμενος·

Πυρπολέω κέλομαι δόξας ἀλαοῖσι γέροντος.

Οὐκ εἰδὼς ὁ κατάρατος ὅσων ἀγαθῶν ὃ βιβλίον ἐκεῖνο τοῖς ἐντυχοῦσιν αἴτιον γίγνεται, καὶ ὅσην αὐτοῖς εἰρήνην, καὶ ἀταραξίαν,

καὶ

καὶ ἐλευθερίαν ἐνεργάζεται, δείμ[α]τ[ος] μὲν, καὶ φασμ[ά]τ[ων], καὶ τεράτων ἀπαλλάττον, καὶ ἐλπίδων ματαίων, καὶ πλείστων ἐπιθυμιῶν· νοῦν δὲ, καὶ ἀλήθειαν ἐντιθὲν, καὶ καθαίρον, ὡς ἀληθῶς, τὰς γνώμας, οὐχὶ τῶν δᾳδῶν, καὶ σκίλλης, καὶ τοιούτοις φλυαρίαις, ἀλλὰ λόγῳ ὀρθῷ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ παῤῥησίᾳ. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἔν τι καὶ μέγιστον τόλμημα τοῦ μακαρτοῦ ἀνδρὸς ἀκούσατε. ἔχων γὰρ ὁ μικρὸν ἔμπροσθεν ὅτι τὰ βασίλεια, καὶ τὸν αὐλὸν, καὶ τὸν Ρουτιλιανὸν εὐδοκιμοῦντα παρόδου, ἔξεπέμπετο χρησμὸν τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος· ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. ἦν δὲ ὁ χρησμὸς δύο λέοντας ἐμβληθῆναι ζῶντας ἐς τὸν Ἴστρον μετὰ πολλῶν ἀρωμάτ[ων], καὶ θυσιῶν μεγαλοπρεπῶν. ἄμεινον δ' αὐτὸν εἰπεῖν τὸν χρησμόν·

Ἐς δίνας Ἴστροιο δι' ἠπετέος ποταμοῖο,
Ἐμβαλέειν κέλομαι δισσοὺς Κυβέλης θεράποντας,
(ἀὴρ
Θῆρας ὀρεσσιφέας· καὶ ὅσα τρέφει Ἰνδικὸς
Ἀνθεα, καὶ βοτάνας βιώδεας· αὐτίκα δ' ἔσται
Νίκη, καὶ μέγα κῦδος, ἁμὲ εἰρήνη ἐρατεινή.

Γενομένων δὲ τούτων, ὡς προσέταξε, τοὺς μὲν λέοντας, ἐκνηξαμένους ἐς τὴν πολεμίαν, οἱ βάρβαροι ξύλοις κατειργάσαντο, ὡς πίνας κύνας, ἢ λύκους ξενικούς. αὐτίκα δὲ ὁ μέγιστος τραῦμα τοῖς ἡμετέροις ἐνέμετο, δισμυρίων που μᾶλλον ἀνθρώπων ἀπολομένων. εἶτα ἠκολούθησε τὰ περὶ Ἀκυλήϊαν γενόμενα, καὶ ἡ πόλις μικρὸν τῆς πόλεως ἐκείνης ἅλωσις. ὁ δὲ, πρὸς ὃ ἀπεβεβήκει τὴν Δελφικὴν ἐκείνην ἀπολογίαν, καὶ τὸν τοῦ Κρίσου χρησμὸν ψυχρῶς πως ἔφερε, νίκην μὲν γὰρ προφητεῦσαι τὸν θεὸν, μὴ μέντοι δηλῶσαι, Ρωμαίων ἢ τῶν πολεμίων. ἤδη δὲ πολλῶν ἐπιῤῥεόντων, καὶ τῆς πόλεως αὐτῶν ἀλιζομένης ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἅτε τὸ χρηστήριον ἀφικνουμένων, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἀφθονίαν μὴ ἐχούσης, ἐπενοήθη τοῖς νυκτερινοὺς καλουμένους χρησμοὺς λαμβάνειν· τὰ βιβλία, ἐπεκοιμᾶτο, ὡς ἔφασκεν, αὐτοῖς, καὶ ὡς ὄναρ τὰ θεοῦ ἀκούων ἀπεκρίνετο, οὐ μέντοι σαφεῖς τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ καὶ ἀμφιβόλους, καὶ τεταραγμένους, καὶ μάλιστα εἴ ποτε θεάσαιτο πεπερασμένον τὸ βιβλίον κατεσφραγισμένον.

A libertatémque pareret, propterea quòd à pauoribus, ſpectris, ac prodigiis liberaret: tum ſpes inanes, atque immodicas adimeret cupiditates, mentem ſanam ac veritatem inſereret, planè luſtraret animum, non tæda quidem, aut ſquilla, aut aliis id genus nugamentis: imò recta ratione, vero, ac libertate. Accipe iam facinus quoddam hominis ſceleratiſſimi, vnũ inter omnia multo impudentiſſimum. Quum iam non mediocrem in Regiam aditum ſibi patefeciſſet, inque aulam Cęſaream, præſertim Rutiliano rem adiuuante, atque approbante: quum bellum quod in Germania gerebatur, maximè
B flagraret, diuo Marco cum Marcomãnis & Quadis conſerente, oraculũ diuulgauit, quo iubebat vti duos leones viuos in Danubium immitterent, varijs cum odoribus, ac ſacris quibuſdam magnificis: ſed præſtat ipſum oraculum referre:

*Gurgitibus fluuij turgentis ab imbribus Iſtri*
*Immiſiſſe duos Cybeles edico miniſtros,*
*Monte feras alitas: tum quantum alit Indicus aër*
*Florum atque herbarum bene olẽtum: móxque futura eſt*
*Et victoria, pax & amabilis, & decus ingẽs.*

C Ea quum eſſent facta quemadmodum ille præſcripſerat: leones quidem ſimul atque in hoſtium regionẽ enataſſent, Barbari canes quoſpiã aut lupos eſſe rati, fuſtibus arcebant. At noſtrorum protinus maxima ſtrages eſt conſequuta, viginti fermè millibus ſimul extinctis. His conſimilia ſunt ea quæ in Aquileia contigerunt, quum parum abfuerat vt vrbs ea caperetur. At is ad id quod euenerat, Delphicam illam reſponſionem, Crœſóque redditum oraculum, frigidè ſanè detorſit, dicens deum quidem prædixiſſe victoriam, haud tamen explicuiſſe vtrùm
D Romanorum eſset futura, an hoſtium. Tandem cùm plurimi iam eam in vrbem confluerent, premeretúrque Abonotichitarum ciuitas multitudine eorum qui ad oraculum ventitabant, neque ſufficeret ſuppeditandis iis quę ad victum erant neceſſaria, comminiſcitur oraculorum genus quoddam, id quod nocturnum appellabatur. Siquidem libellis indormire ſolebat, vt aiebat ipſe, deinde tanquam in ſomnio diuinitus edoctus reſpondebat: nihil certi tamen, ſed ambiguè plerunque, ac confuſim: maximè ſi quos libellos conſpexiſſet accuratiùs atque obſeruantiùs obſignatos.

*Nocturna oracula.*

Ad hunc enim modum citra vllum resi-
gnandi periculum, quicquid temerè in
mentem veniſſet, ſubſcribebat: ratus &
hoc ipſum oraculis conuenire. Erant au-
tem ad id nonnulli conſtituti interpre-
tes, qui mercedem non exiguam colli-
gebant ab iis qui eiuſmodi capiebant o-
racula, vt enarrarent ea, explicarentque:
atque hoc illorum munus conductitium
erat. Nam interpretum quiſque talen-
tum Atticum pẽdebat Alexandro. Non-
nunquam, quum neque conſuleret quiſ-
quã, neque miſſus eſſet aliquis: imò cùm
ne eſſet quidem huiuſmodi quippiam:
tamen oraculum edebat, vti ſtultos mor-
tales redderet attonitos: quod genus il-
lud erat:

*Hunc age quere, tuam qui, tectus in adibus, ac te*
*Clam prorſum, vxorem vultúque oculíſque decoram*
*Stuprat adulterio, ſeruorũ ex agmine primus:*
*Ipſe cui ſolus ſuaſiſti hæc omnia demens.*
*Eius enim florem libaſti: hoc dedecus ille*
*Nunc tibi compenſans, cum coniuge dormit herili.*
*Quin iidem tibi iam pridẽ lethale venenũ*
*(Vt neque quæ faciant, poſſis audire, nec vnquam*
*Cernere luminibus) tectè furtimq́; pararũt.*
*Inuenieſq́; tuo ſub lecto pharmaca, iuxta*
*Parietem, ſub cerùicali condita: porrò*
*Iſtis cõſcia criminibus tua ſerua Calypſo eſt.*

Quis Democritus principiò non com-
moueretur, vbi nominatim & auctores &
loca palàm audiſſet deſignari? Verùm illi-
co deſpuiſſet, ſimul atque cognouiſſet
quo hæc artificio gererentur. Inſuper &
Barbaris non rarò reſpõdit, ſi quis patria
lingua ſciſcitaretur, puta Syriacè aut Gal-
licè, quoties difficile erat inuenire con-
terraneos eorum qui rogationem pro-
poſuiſſent: proinde receptis libellis, mul-
tum intercedere ſolebat interualli priuſ-
quam oraculum redderet, quò videlicet
interim per otium poſſet & ſoluere tutò
libellos, & nanciſci qui cuncta poſſent
interpretari: quod genus erat & illud
Scythæ cuiuſdam redditum oraculum:

*Morphi ebargulis in vmbram chnenchicranc,*
*relinquet lucem.*

Aliàs rurſum quum nec adeſſet itẽ quiſ-
piam, neque tale quicquam omnino cõ-
tigiſſet, citra carmen eloquutus eſt: Re-
dito vnde veniſti: ſiquidem is qui te mi-
ſit, hodie periit, interemptus à Diocle
vicino, accedentibus latronibus, Mãgo,

A ἐ γὰ παξαικινδυνεύοντι ὃ τι ἐπῆλθεν ἄνλως ἐπέγραφε, χρησμοῖς πρέπον· ἦ ὃ Διόδοτον οἰόμενος· ἦ ἤσθή τινες ἐξηγηταὶ ὅτι τοῦτο καθήμενοι, ἦ μαθοῦσι σὺν ὀλίγοις συλλέγοντες παρὰ τῶν τοὺς Διούτους χρησμοὺς ἐπιλαμβανόντων ὅτι τῇ ἐξηγήσει ἦ ἀφελοῦσι αὐτῶν· ἐ τοῦτο αὐτῷ ὃ ἔργον ἐπομιθον ἰῶ· ἐτέλουν γὰ οἱ ἐξηγηταὶ τῷ Αλεξάνδρῳ πάλαντον Αττικὸν ἕκαστος· σπότε δὲ, μήτε ἐρομένου τινὸς, μήτε πεμφθέντος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ὄντος, ἐχρησμῴδει πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἀνοήτων, οἷ ἐ τοῦτο·

B Δίζεαι ὅστις σὴν ἄλοχον μάλα πάγχυ λελησθὼς
Καλλιγύναι ἐπ' ἰχέων σαλάγοι, ἦ δῶμα
Δοῦλος πρηνγλυπὴς, τῷ δὴ σύ γε πόλλα πέποιθας.
Ὧπυες γὰ ἔκφυον, ὃν' αὖθις σὴν παράκοιτιν,
Αντίδοσιν τούτην ὕβρεως ἰδίας ἀποτίνων.
Αλλ' ὅτι σοι δὴ φάρμακ' ἀπ' αὐτῶν λυγρὰ τέτυκται,
C Ὡς μήτ' εἰσαίοις, μήτ' εἰσορόαις ἃ ποιῦσιν. (τοίγυ,
Εὑρήσεις ὑπὸ κεῖτο ἐπὸ σῷ λέχεϊ ἐγχόθι
Πρὸς κεφαλῆς· ἐ σὴ θεράπαινα συνοίδε Καλυψώ.

Τίς ἂν οὖ Δημόκριτος διεταράχθη, ἀκούσας ὀνόματα, ἦ τόπους ἀκριβῶς; εἶτα μετ' ὀλίγον κατέπαυσεν ἄν, συνεὶς τὴν ὑπόνοιαν αὐτῶν; ἀλλὰ ἦ βαρβάροις πολλάκις ἐχρήσεν, εἴ τις τῇ πατρίῳ ἔροιτο φωνῇ Συρισὶ, ἢ Κελτισὶ, ἢ ῥᾳδίως ἐξευρίσκων τινὰς ὑπομνημονεύσας ὁμοεθνεῖς τοῖς δεδωκόσι. διὰ τοῦτο ἦ πολὺς ἐν D μέσῳ χρόνος ἰῶν τῆς τε δόσεως τῶν βιβλίων, ἐ τῆς χρησμῳδίας, ὡς ἐν τοσούτῳ κἠ σχολὴν λύοιντό τε οἱ χρησμοὶ ἀσφαλῶς, ἦ διείσχοιντο οἱ ἑρμηνεῦσαι δυνάμενοι ἕκαστα, οἷος ἐ ὁ τῶν Σκύθη δοθεὶς χρησμὸς ἰών·

Μόρφι ἐβαργύλις εἰς σκιλὼ χνέγχικραγκε λείψει φάος.

ἄλλως πάλιν, ὅτε παρόντι, ὅτε ὅλως τινὶ ὄντι, ἔφη αὐτὸ μέλλον, ἀναχρέφειν ὀπίσω. ὁ γὰ πέμψας σε, τέθνηκεν ὑπὸ τῶ γείτονος Διοκλέους τὴμερον, ληστῶν προσελθόντων Μάγου,

καὶ Κέλερες, καὶ Βυβάλε, οἱ καὶ ἤδη δεδεμένοι λη- A
φθέντες. ὀλίγοις γ' ἃ καὶ τῶν ἐμοὶ δοθέντων ἄκουσον. ἐρομένου γάρ μου εἰ φαλακρός ἐστιν Ἀλέξανδρος, καὶ κατασημηναμένου τὰ βιβλία, καὶ τοῦτο φανερῶς, ἐπέγραψεν χρησμὸς νυκτερήσιος, σαβαρδαλάχου μάλαχ ἄτις ἄλλος ἦν. καὶ πάλιν ἐμοῦ ἐρομένου ἐν δύο βιβλίοις διαφόροις τὸ αὐτὸν ἐρώτησιν, πόθεν ἐστὶν Ὅμηρος ὁ ποιητής, ἐπ' ἄλλου καὶ ἄλλου ὀνόματος, τῷ ἑτέρῳ μὲν ἐπέγραψεν, ἐξαπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐμοῦ νεανίσκου (ἐρωτηθεὶς γὰρ ἐφ' ὅ, τι ἦκε, θεραπείαν, ἔφη, αἰτήσων τοῖς ὀδύνην πλευρᾶς)

Κυτμίδι σε χρίεσθαι κέλομαι, δροσίζων B
τέ σε Λητῶς.

Τῷ δὲ ἑτέρῳ, ὅπερ καὶ τοῦτο ἠκηκόει, ὡς ἐρομένου τὸ πέμψαντος, εἴτε μοι πλεῦσαι ἐπ' Ἰταλίαν, εἴτε πεζοπορῆσαι λῷον, ἀπεκρίνατο οὐδὲν πρὸς τὸν Ὅμηρον,

Μὴ σύ γε πλωέμεναι, πεζὸν δέ σε καδ' οἶμον ὄρσαι.

Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἐπεμηχανησάμην αὐτῷ· οἷς καὶ σκῆνος, μίαν ἐρώτησιν ἐφωτήσας, ἐπέγραψε τῷ βιβλίῳ καὶ ὄνος, τὸ δεύτερον χρησμοὶ ὀκτώ, ψευσάμενός τι ὄνομα, καὶ τὰς ὀκτὼ δραχμάς, ἃς ὑπελάμβανον ἐπὶ πρὸς C ταύτας πέμψας· ὁ δὲ, πεισθεὶς τῇ ἐπιπομπῇ τοῦ μισθοῦ, καὶ τῇ ὑπογραφῇ τοῦ βιβλίου, τοῖς μίαν ἐρώτησιν (ἣν ἦν αὕτη, πότε ἁλώσεται μεγαλωθὼν Ἀλέξανδρος) ὀκτὼ μοι χρησμοὺς ἔπεμψεν, οὔτε γῆς, φασίν, οὔτε θαλάσσης ἁπτομένους, ἀσήπτους καὶ δυσνόητους ἅπασι τοῖς ἄλλοις. ἐπὶ δὲ τούτοις ἀγαθόμενος, καὶ ὅτι Ῥουτιλιανὸν ἐγὼ ἀπέτρεπον τοῦ γάμου, καὶ τοῦ πρὸς τοῖς χρηστηρίου ἐλπίσιν, ἐμίσει, ὡς ὁ εἰκὸς, καὶ ἐλάχιστον ἠγεῖτο. καί ποτε περὶ D ἐμοῦ ἐρομένῳ τῷ Ῥουτιλιανῷ, ἔφη,

Νυκτιπλανοῖς ἀάγοις χαίρει, κοίταις τε δυσάγνοις.

Καὶ ὅλως, ἐλάχιστος εἰκότως ἐμοὶ ἐγώ. καὶ ἐπειδὴ ἐσελθόντα με ἐς τὴν πόλιν ἤσθετο, καὶ ἔμαθεν ὡς σκῆνος εἴην ὁ Λυκιανὸς (ἐπηκόει δὲ καὶ στρατιώτας δύο, λογχοφόρον καὶ κοντοφόρον παρὰ τοῦ ἡγουμένου τῆς Καππαδοκίας, φίλου τότε ὄντος, λαβών, ὡς με προπέμψειαν μέχρι ἐπὶ τὴν θάλατταν) αὐτίκα μεταστέλλεται δεξιῶς πάνυ, καὶ μετὰ πολλῆς φιλοφροσύνης.

Celere, ac Bubalo, qui nunc etiam comprehensi tenentur in vinculis. Cæterùm pauca nunc accipe ex his quę mihiipsi respondit. Scisciato an caluus esset Alexander: cùm libellos palàm atque accuratè obsignassem, responsum nocturnum subscribitur: Sabar Dalachi Malach Attis alter erat. Rursum cùm diuersis libellis eandem rogationem proposuissem, puta cuiatis esset vates Homerus, idque alio atque alio nomine: alteri subscripsit, videlicet deceptus à puero, qui rogatus qua gratia venit, vt remedium, inquit, peterem aduersus laterum dolorem:

*Cytmide te iubeo, ac Latonæ rore perungi.*

Alteri verò, vbi scisciranti ei dictum esset, vtrum mihi satius esset, in Italiam nauigio, an pedestri itinere proficisci, respondit, nihil quidem quod ad Homerum attineret:

*Carpe viam pedibus, rate ne sulcaueris vndas:*

Multa id genus aduersus illum sum machinatus, quorum de numero fuit & illud: vnica rogatione proposita libello pro more inscripto, talis cuiusdam rogationes octo, nomen aliquod ementitus, missis drachmis item octo: prętera quod fieri solitum esset, adiungens. At ille persuasus partim missa mercede, partim inscriptione libelli, ad vnicam rogationem (ea erat huiusmodi, quando deprehendendus esset impostor Alexander) octo misit oracula, sed quæ neque cœlum (quod aiunt) neque terram attingerent, verùm absurda, & intellectu difficilia omnia. Quod ille vbi in posterum persensisset, prætera quòd Rutilianum à matrimonio conatus essem auertere, suasissémque ne prorsus in diuinatione spes reponeret suas, oderat me videlicet, ita vti par erat, sibíque acerrimum hostem iudicabat. Quodam itaque tempore percontanti de me Rutiliano ita respondit:

*Noctiuagis gaudet scortis, spurcóque cubili.*

In summa, iure optimo me inuisissimum habebat. Proinde cùm me in oppidum aduenisse sensisset, méque Lucianum esse illum cognouisset: (adduxeram autem milites duos, alterum lancea, alterum conto armatum, quos quidem à Cappadociæ præside mihi tum amico acceperam, quò me ad mare vsque deducerent) accersit illico, sanè quàm comiter, multáque cum humanitate.

Ego quum aduenissem, complures apud illum reperio: porrò bona quadam fortuna & milites vnà mecum adduxeram. tum ille manum mihi porrigit osculandam, quemadmodum vulgò facere consueuerat: ego admotus perinde atque osculum daturus, acri morsu corripio, ita vt parum abfuerit quominus illi manum mancam reddiderim. Itaque qui præsentes erant, præfocare me accedere conati sunt, tanquam hominem sacrilegum: quippe qui iam inde ab initio grauiter tulerant, quòd Alexandrum illum, non autem prophetam compellassem. At ille oppidoquàm generosè obnitens compescuit illos, pollicitúsque est se facilè me placidum redditurum, declaraturúmque quantum posset Glycon, qui nimirum & hos qui maximè sæuirent ferociréntque, sibi redderet amicos. Móxque ablegatis omnibus, mecum expostulauit, negans se clam esse quæ suasissem Rutiliano: Ecquid me læsisset vt ista in sese facerem, quum possem illius opera apud illum magnas ad res promoueri? Equidem hanc hominis humanitatem commoditatémque libenter accipio, perpendens nimirum quo forem in periculo constitutus. paulóque pòst prodibam iam illi factus amicus. Ea res profectò iis qui videbant, vehementer erat stupenda, quòd tam facilè fuissem commutatus. Post hæc quum iam nauigare statuissem, missis xeniis ac muneribus permultis (eram autem fortè solus cum Xenophonte, patre cum reliquis meis in Amastrim præmisso) pollicetur & nauim præbiturum sese, & remiges qui nos aueherent. Etenim arbitrabar hæc animo simplici, atque officiosè fieri: verùm vbi iam in medio essemus mari, viderémque gubernatorem lacrymantem, & nescio quid reliquis nautis contradicentem, non optimæ de euentu spes me ceperunt. Erat autem illis ab Alexandro mandatum, vt tollentes nos in mare præcipites darent. Quod si contigisset, facilè quod mecũ gerebat bellum, illi debellatum fuisset: sed is qui lacrymabatur, effecit ne quid in nos grauius patrarent. Ac mihi quidẽ ita loquutus est: Annos natus, vti vides, sexaginta, quum ante hac piè atque inculpatè vixerim, haudquaquam velim in hac tam grandi ætate, præsertim quum vxorem & liberos habeam, homicidio manus impiare: indicans videlicet, cuius rei gratia nos susceperisset, quęq; sibi mãdasset Alexãder.

A ἐλθὼν δὲ ἐγὼ, καταλαμβάνω πολλοὺς παρ' αὐτὸν· συνεπηγόμην δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας τύχη τινὶ ἀγαθῇ. καὶ ὁ μὲν, παρεῖτεινέ μοι κῦσαι τὴν δεξιάν, ὥσπερ εἴωθε τοῖς πολλοῖς, ἐγὼ δὲ παρασφὶς ὡς φιλήσων, δήγματι χρηστῷ πάνυ μικροῦ δεῖν χαλινὸν αὐτῷ ἐποίησα τὴν χεῖρα. οἱ μὲν οὖν παρόντες, ἄγχειν με καὶ παίειν ἐπειρῶντο, ὡς ἱεροσύλον· καὶ παρῆσαν ἐπὶ ἀγανακτήσαντες ὅτι Ἀλέξανδρον αὐτὸν, ἀλλὰ μὴ προφήτην παρεῖπον· ὁ δὲ, πάνυ γενναίως καρτερήσας, κατέπαυέ τε αὐτοὺς, καὶ ἐπαγόμενος πιθανόν με ῥᾳδίως ἀπο-

B φαίνει, καὶ δείξειν τὴν Γλύκωνος ἀρετὴν, ὅτι καὶ τοὺς πάνυ πρασσομένους, φίλους ἀπεργάζεται, καὶ μετασπάσθαι ἀπόνως, ἐδικαιολογεῖτο παρ' ἐμοὶ, λέγων πάνυ με εἰδέναι καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ Ῥουτιλιανῷ συμβαλλόμενα· καὶ τί παθὼν, ταῦτά με εἰργάσω, δυνάμενος ὑπ' ἐμοῦ δὴ μέγα παρ' ἀξίωσιν πρὸς αὐτοῦ; κἀγὼ ἄσμενος ἤδη ἐδεχόμην τὴν φιλοφρόνησιν ταύτην, ὁρῶν οἱ κινδύνου καθεστήκειν· καὶ μετ' ὀλίγον παρῆλθον φίλος γεγενημένος. καὶ τοῦτο μικρὸν θαῦμα τοῖς ὁρῶσιν ἔδοξεν, οὕτω μοι ῥᾳδίας γενομένης μεταβολῆς. εἶτα δή μου σὺν πλείονι παρασκευῇ, ξένια, καὶ δῶρα πολλὰ

C πέμψας (μόνος δὲ συνῆν τῷ Ξενοφῶντι ἐτύγχανον ὀπτεδημηκὼς, τὸν πατέρα, καὶ τοὺς ἐμοὺς ἐς Ἀμαστρίν παρεπομφώς) ὑπεσχνεῖτο καὶ πλοῖον αὐτὸς παρέξειν, καὶ ἐρέτας τοὺς ἀπάξοντας· κἀγὼ μὲν ὥμην ἁπλοῦν τι εἶναι, καὶ δεξιόν. ἐπεὶ δὲ κατὰ μέσον τὸν πόντον ἐγενόμην, δακρύοντα ὁρῶν τὸν κυβερνήτην, καὶ τοῖς ναύταις τι ἀπολέγοντα, οὐκ ἀγαθὰς εἶχον

D περὶ τῶν μελλόντων τὰς ἐλπίδας. ἵνα γὰρ αὐτοῖς ἐπεστάλκει τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀναμασσόμενοι ῥίψαι ἡμᾶς εἰς τὸν θάλασσαν· ὅπερ εἰ ἐγένετο, ῥᾳδίως αὐτῷ ἐπεπολέμητο τὰ πρὸς ἐμέ. ἀλλὰ δακρύων οὗτος, ἔπεισε καὶ τοὺς συναύτας μηδὲν δεινὸν ἡμᾶς ἐργάσασθαι· καὶ πρὸς ἐμὲ ἔφη, Ἐτῶν ἑξήκοντα, ὡς ὁρᾷς, διεπέλασσον βίον καὶ ὅσιον πρὸς θεῶν, οὐκ αὐθαδέστερον ἢ τούτῳ τῇ ἡλικίᾳ καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα ἔχων, μιαίνειν φόνῳ τὰς χεῖρας· δηλῶν ἐφ' ὅπερ ἡμᾶς ἀπειλήφει, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου πρόσταγμένα.

καταδήμους δὲ ἡμᾶς ἐν αἰγιαλοῖς, ὧν καὶ ὁ καλὸς Ὅμηρος μέμνηται, ὀπίσω ἀπήλαυνεν. ἔνθα ἐγὼ τῶν παρόντων πλείονας βύρων Βοσπορανούς τινας πρέσβεις, πρὸ Εὐπάτορος τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Βιθυνίαν ἀποστάντας ὅτι κομιδῇ τῆς ἐπετείου στρωτάξεως, καὶ διηνεκέστερον ἡμᾶς κίνδυνον, ᾗ δεξιῶς αὐτῷ τυχόν, ἀσμένως εἰς τὸ πλοῖον, ἀσφαλῶς ἐς τὴν Ἀμαστριν, ὀλίγου τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθανών. τοιοῦτος καὶ αὐτὸς ἐπεκορυσσόμην αὐτῷ, καὶ πάντα κάλλων σκίνων, ἀμύνασθαι βουλόμενος, καὶ περὶ τῆς ὑποβολῆς ἤδη μισῶν αὐτὸν, καὶ ἐλθίσιον ἡγούμενος ἀφ' ἑνὸς τοῦ ζῆν μισεῖσθαι, καὶ περὶς τὴν κατηγορίαν ὡρμημένον, πολλοὺς συναγωνιστὰς ἔχων, καὶ μάλιστα τοὺς ἀπὸ Τιμοκράτους τοῦ Ἡρακλεώτου φιλοσόφους. ἀλλ' ὁ τότε ἡγούμενος Βιθυνίας, καὶ τοῦ Πόντου, αὐτὸς ἐπέσχε, μετανουχὶ ἱκετεύων, καὶ δυσωπῶν παύσασθαι. ἀφ' γὰρ τὴν περὶς Ρουτιλιανὸν ὕνοιαν, μὴ ἂν δυνάσθαι, καὶ εἰ φανερῶς λάβοι ἀδικοῦντα, κολάσαι αὐτόν. οὕτω μὴν ἀνεκόπην τῆς ὀργῆς, καὶ ἀνεπαυόμην, οὐκ ἐνδεὲς τι θρασυνόμενος, ἐφ' οὕτω δικαιοῦ ἀφαιρεμένου. ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ μέγα ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ τόλμημα τοῦ Ἀλεξάνδρου, τὸ αἰτῆσαι παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος μετονομασθῆναι τὸ Ἀβώνου τεῖχος, καὶ Ἰωνόπολιν κληθῆναι, καὶ νόμισμα καινὸν ἐκκεχαραγμένον, τῇ μὲν, τοῦ Γλύκωνος, τῇ δὲ τέρα δὲ, Ἀλεξάνδρου, σέμνωμά τε τοῦ πάππου Ἀσκληπιοῦ, καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ τοῦ παῤῥὸς τοῦ Περσέως ἔχοντος; περὶ τῶν δὲ ἀφ' χρησμοῦ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ζήσας εἴρηται αὐτῷ ἔτη πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν, εἶτα κεραυνῷ βληθέντα, ἀποθανεῖν οἰκτίστῳ τέλει, οὐδὲ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς, ἀπέθανεν, ὡς Ποδαλειρίου υἱὸς, ἁψάμενος τὸν πόδα μέχρι τοῦ βουβῶνος, καὶ σκωλήκων ζέσας, ὅτε καὶ ἐφωράθη φαλακρὸς ὤν, πρέχων τοῖς ἰατροῖς ὑποβρέχειν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφ' τὸν ὀδυνῶν· ὃ οὐκ ἂν ποιήσας ἐδυνάσατο, μὴ ἀχρὶ τῆς φενάκης ἀφῃρημένης. τοιοῦτο τέλος τῆς Ἀλεξάνδρου παγῳδίας, καὶ αὕτη τοῦ πρωτοῦ δράματος ἡ καταστροφὴ ἐγένετο.

A Expositis autem nobis in Ægialos, quorum etiam egregius meminit Homerus, retrò legit cursum. Ibi fortè nactus præternauigantes legatos quosdam Bosporanos, Eupatoris regis nomine in Bithyniam proficiscentes, deportandi vectigalis gratia, quod in singulos pendebatur annos: cùm exposuissem illis, quod me periculum circumuallaret, atque illi se mihi commodos facilésque præberent, receptus in nauigium, incolumis in Amastrim perueni: tantillum abfuerat vt perierim. Ex hoc nimirum tempore & ipse aduersus illum arma capiebam, omnemque (quod aiunt) mouebam fu-
B nem, quò hominem vlciscerer, quem iam tum ante mihi structas insidias oderam, próque summo ducebam hoste, propter morum impietatem. Iámque ad accusationem intenderam animum, non paucis mecum facientibus, maximéque qui erant ex Timocratis Heracleotæ schola philosophi. Verùm qui tum Bithyniæ Pontoque præsidebat, nos cohibuit, penè supplicans & obsecrans vti desisteremus: etenim ob necessitudinem quæ sibi cum Rutiliano intercederet, nequaquam posse supplicio afficere, nec si ma-
C nifesto in crimine deprehendisset. Atque ita quidem ab iracundia destiti, méque repressi, non in tempore rem aggressurus, cùm iudicem haberem ad eum modum affectum. Sed quid? an non & hoc inter alia facinus audax Alexandri, à Principe Romano postulare vt Aboni murus, commutato vocabulo, Ionopolis appellaretur? vtq; nomisma nouum signaret, altera quidem parte Glyconis obtinens imaginem, altera verò Alexandri, qui insignia aui Æsculapij, ac falcem illam Persei, vnde maternum ducebat genus, teneret? Porrò cùm esset de
D se vaticinatus, oracuio prodito fatis decretum esse, vt annos viueret centum & quinquaginta, dehinc fulmine ictum, interitu maximè miserando periturum: nondum septuaginta natus annos interiit, videlicet (vti conueniebat Podalirij filio) pede ad inguen vsque putrefacto, & vermibus scatens. Quo tempore simul & illud deprehensum est, quòd caluus esset, quum medicis caput humectandum præberet ad mitigandum cruciatum: id quod haud quaquam facere potuisset, nisi detracto galericulo. Hũc habuit exitum Alexandri tragœdia, atque hæc fuit totius fabulæ catastrophe:

vt res videri possit prouidentia quadam esse gesta, cùm casu nimirum ad hunc modum euenerit. Restabat illud, vt & epitaphium vita acta dignum ei constitueretur: neque non certamina quædam agerentur ab iis qui in vaticinium coniurauerant, videlicet impostoribus insignibus ac præcipuis, ad Rutilianum arbitrũ sese conferentibus, vt is pronunciaret quem ex ipsis oporteret in oraculi successionem capessendam eligi, atque sacerdotali propheticáque corona redimiri. Erat autem in hoc numero simul & Pætus, qui artis professione medicus, tũ canus cùm esset, ista faciebat, neque medico, neque homini cano decora. At Rutilianus certaminis arbiter, incoronatos eos remittebat, ipsi sibi diuinandi auctoritatem seruans, posteaquam inde iam demigrauerat. Hęc amice ex plurimis pauca, quò degustamẽtum hominis præberem, scribẽda putaui, cùm vti tibi gratificarer, homini familiari atque amico, quémque ego vnum omnium maximè suspicio, idque pluribus nominibus, vel propter sapientiam singularem, vel ob amorem veri, vel ob morum mansuetudinem ac moderationem, vel ob vitæ tranquillitatem, postremò comitatem atque humanitatem erga hos quibuscũ viuis: tum verò (quod quidem tibi fuerit etiam iucundius) vt Epicurum vlciscerer, virũ verè sacrum, ingenióque diuino, quique solus quæ verè sunt honesta, & nouerit & tradiderit, quique solus extiterit qui liberos reddere solitus sit eos qui secum haberent consuetudinem.

*Conclusio & dedicatio operis.*

A ὡς εἰκάζειν τινὸς θεοῦ τοιοῦτο, εἰ καὶ τύχῃ συνέβη. ἔδει δὲ καὶ τὸν ἐπιτάφιον αὐτῷ ἄξιον γενέσθαι τοῦ βίου, καὶ ἀγῶνα τινὰ συνῆσθαι ὑπὲρ τοῦ χρηστηρίου τῶν συνωμοτῶν, καὶ γόητων, ὅσοι κορυφαῖοι ἦσαν, ἀφικνουμένων ἐπὶ διαιτητὴν τὸν Ρουτιλλιανόν, τινα χρὴ προκρίναντα αὐτῶν, καὶ δεδέχθαι τὸ μαντεῖον, καὶ στεφανωθῆναι τῷ ἱερατικῷ καὶ προφητικῷ στέμματι. ὧν δὲ καὶ αὐτοῖς καὶ Παίτος ἰατρὸς τῶν τέχνῃ, πολίτης ὤν, οὔτε ἰατρῷ πρέποντα, οὔτε πολιῷ ἀνδρὶ τοιαῦτα ποιῶν. ἀλλ' ὁ ἀγωνοθέτης Ρυτιλλιανὸς, B ἀστεφανώτους αὐτοὺς ἀπέπεμψεν, αὐτῷ τῷ προφητεύειν φυλάττων μὲν τῷ ἐπιτρέπειν ἀπαλλαγήν. Ταῦτα, ὦ φίλτατε, ὀλίγα ἐκ πολλῶν δείγματος ἕνεκα γράψαι ἠξίωσα, σοὶ μὲν χαριζόμενος ἀνδρὶ ἑταίρῳ, καὶ φίλῳ, ὃν ἐγὼ πάντων μάλιστα θαυμάσας ἔχω, διά τε σοφίαν, καὶ τὴν πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτα, καὶ ἐπιείκειαν τρόπου, καὶ διάθεσιν, καὶ γαλήνην βίου, καὶ δεξιότητα πρὸς τοὺς συνόντας. ὃ πλέον δὲ, ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιστον, Ἐπικούρῳ τιμωρῶν, ἀνδρὶ ὡς ἀληθῶς ἱερῷ, καὶ θεσπεσίῳ τὴν φύσιν, καὶ μόνῳ μετ' ἀληθείας τὰ καλὰ ἐγνωκότι, καὶ διδαξαντι, καὶ ἐλευθερώσαντι τοὺς ὁμιλήσαντων αὐτῷ θυμοῦ. οἶμαι δὲ, ὅτι καὶ τοῖς ἐντυχοῦσι, χρήσιμόν τι ἔχειν δόξει ἡ γραφὴ, τὰ μὲν διεξελέγχουσα, τὰ δὲ καὶ ταῖς τῶν C θεσπεσιωτάτων γνώμαις βεβαιοῦσα.

Denique arbitror fore, vt iis qui in hanc lectionem inciderint, liber hic nonnihil vtilitatis afferre videatur, dum quædam redarguit, quædam in opinionibus horum qui & rectè sentiunt, confirmat ac stabilit.

---

## ΠΕΡΙ ΟΡΧΗΣΕΩΣ.

## DE SALTATIONE. Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Defendit hac oratione saltandi artem Lucianus contra Cratonem quendam, à quo studium eius rei reprehendebatur vt effœminatum ac molle, ac viro præsertim philosopho indignum. Colligit autem honestatem ac dignitatem artis primùm ab antiquitate, multis ac variis exemplis ostendẽs quantum in vsu saltandi studium veteribus fuerit, & quantopere eo omnes propè gentes iam inde ab initio delectatæ sint: quibus item laudibus eam artem cùm poetæ tum alij quidam celebrarint, confutata interim tragœdiæ comœdiæque præstantia, quarum certamina atque actiones Crato saltationibus antepoſuerat. Deinde & præstantiã artis à difficultate commendat, docens multarum ac variarum rerum peritum, multísque tum ingenij tum corporis dotibus saltatorem præditum esse oportere. Inter quæ & affectum ac vim artis prosequitur, docens non oblectare tantùm eam, verùm*

*& corporis agilitatem quandam decentem atque vtilem inde comparari, robúrque & vires augeri. Deinde & animi quandam sapientiam ac mores hominum formari. Idque exemplis tum philosophorum tum barbarorum quorundam amplificat. Postremò & vitia saltatorum aliquot recenset, & præcipuè quantum noceat, aut aliàs, ista vel in primis in hac arte Cacozelia seu nimia affectatio, exemplis docet, quæ res & ipsa ad difficultatem artis confirmandam pertinet. Exordium ab occasione sumitur: à quo mox Cratonis reprehensio sequitur, qui studium huius rei in Luciano reprehendit, à personæ qualitate, & modo rei, addita etiam amplificatione quadam à collatione, quam antequam ad rem accedit, Lucianus ab inæqualitate refutat, ipsúmque Cratonem indignè & absurdè facere ostendit, qui rem nec visam, neç cognitã, temerè reprehendat. Atque ita ad argumentum, illo auscultandi operam pollicente, descendit.*

Ἐπεὶ τοίνυν, ὦ Κράτων, δι- A
ηλύω τινα τούτῳ κατηγορίαν ὑπὸ πολλοῦ, οἶμαι, παρεσκευασμένος κατηγόρηκας, ὀρχήσεών τε, καὶ αὐτῆς ὀρχηστικῆς, καὶ τοσοῦτόν γε τῶν χαιρόντων τῇ τοιαύτῃ θέᾳ, ὡς ὅτι φαύλῳ καὶ γυναικείῳ τοσοῦτον μεγάλην ἀσυδὴν ποιουμένων, ἄκουσον ὅσον τοῦ ὀρθοῦ διημάρτηκας, καὶ ὡς λέληθας σεαυτὸν τοῦ μείζονος τῶν ἐν τῷ βίῳ ἀγαθῶν κατηγορῶν. καὶ συγγνώμη σοι, εἰ ἐξ ἀρχῆς οἵῳ ἀυχμηρῷ συζῶν, καὶ μόνον ὃ σκληρὸν ἀγαθὸν ἠρυθμος, ὑπ' ἀπειρίας αὐτῶν, κατηγορίας ἀξια εἰ νενόμικας. KP. ἀνὴρ δέ τις ὢν, ὦ λῷστε, καὶ τοῦτο, παιδείᾳ σωφρονοῦς, καὶ φιλοσοφίᾳ τὰ μέτρια ὁμιλικῶς, ἀφέλιμος, ὦ Λυκῖνε, τοῦ σοῦ τὰ βέλτιω ἀσυδαίζειν, καὶ τοῖς παλαιοῖς σωφρονεῖν, κάθησαι καταγελώμενος, ἡλυδρίαν ἀνδρὸς τοιοῦτον ὁρῶν, ἐσθῆτι μαλακῇ, καὶ ἄσμασιν ἀκολάστοις ἐναβρυνόμενον, καὶ μιμούμενον ἐρωτικὰ γυναῖα τῶν πάλαι, ταῖς μαχλοτάταις Φαίδρας καὶ Παρθενόπας, καὶ Ροδόπας τινάς, καὶ ταῦτα πόῤῥω ὑπὸ χρούμασι, καὶ τερετίσμασι, καὶ ποδῶν κτύπῳ καταγέλαστα ὡς ἀληθῶς πεφήνατε, καὶ ἤκιστα ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ, καὶ οἵῳ σοὶ πρέποντα· ὥστε ἔγωγε πυθόμενος ὡς ὅτι τοιαύτη θέα ὀλισθήσει, οὐκ ἠδέσθην μόνον ὑπὲρ σοῦ, ἀλλὰ καὶ ἠνιάσθην, εἰ Πλάτωνος, καὶ Χρυσίππου, καὶ Ἀριστοτέλους ὀκλαδόν, καθήσαι, τὰ ὅμοια πεπονθὼς τοῖς τὰ ὦτα πρὸς ἡδυφώνοις κεκομμένοις· καὶ ταῦτα, μυείων ἄλλων ὄντων ἀκουσμάτων, καὶ θαμὰ ἀσυδαίων, εἰ τούτων τις δέοιτο τῶν κυκλικῶν αὐλητῶν, καὶ τῶν κιθάρᾳ τὰ ἔννομα προσαδόντων, καὶ μήτοι γ' εὐμενῆς βαγῳδίας,

PO steaquam tu Craton, LVCIA-
iam olim acerba quadã NVS.
accusatione adornata, ac diu multúmq; meditata, in ius vocasti cũ saltationes, tum ipsum saltãdi artificium, insuper autẽ & nos reos fecisti tali gaudentes spectaculo, quasi in re friuola & muliebri multũ ponamus operæ: audi obsecro quãtum à recto aberraris, tum quemadmodũ deceptus per imprudentiã, rem omnium in mortalium vita optimam innocẽter accusaris. Et equidẽ venia tibi habenda est, si statim sub initiũ asperæ vitæ temet assuescens, & tantùm
B quòd durũ fuerat, bonum existimans, rerũ ductus imperitia, ista accusatione digna censueris. CRA. Cùm vir sies, ô optime, & maximè disciplinis liberalibus innutritus, necnõ in Philosophiæ studiis mediocriter versatus, posthabeas autẽ ô Luciane rerum optimarũ exercitium, & priscorũ illorum conuictũ, cęterùm sedere sustineas in theatro omnium posticas sannas excipiẽs, & hominẽ effœminatum spectans mollibus vestimentis indutũ, ac cantilenis lasciuis & turpibus perstrepentem, tum prisci seculi mulierculas amatorias imitãtem, nẽpe libidinosissimas Phędras & Parthenopas, & Rhodopas, & hęc
C omnia cũ pulsationibus, & lasciuis & obscœnis carminibus, & pedum strepitu: hæc inquã res est perquã ridicula, & quæ hominem ingenuum, qualẽ te esse conspicio, minimè deceat. Quare ego cùm certior factus essem huic tam turpi te incũbere spectaculo, non tãtùm me tui puduit, sed vehementer etiam discruciatus sum animo, si Platonis & Chrysippi & Aristotelis oblitus, sederes non dissimilia cum iis passus, quorum aures penna leuiter perfricantur, maximè verò aliis innumeris disciplinis existẽtibus & spectaculis grauibus & seriis, si quis omnino choraules exigat, ac citharœdos artificiosè canentes requirat: cum primis verò cùm grauem aliquam spectando tragœdiam,

aut plenã hilaritatis comœdiam, non minorem voluptatem capere possis, de quarum palmario certamina quoque poëtis proponi solent. Multa itaq; & accurata, ô generose defensione apud eruditos tibi opus erit, si nolis per omnia videri excidisse, & è bonorum grege exactus esse. Atque istud mihi optimum factu videtur vt his omnibus constanti negatione medearis, neque sub initium fatearis aliquid tale te flagitiosè deliquisse. In reliquum verò caue, ne nobis ignorantibus, ex viro quem olim egisti, in Lyden quampiã aut Baccham amissa pristina facie trãsmuteris. Qua in re nõ tibi solùm, sed & nobis culpa imputãda foret, si nõ Vlyssis in morem à Loto degustata abstractum, ad cõsueta literarum & Philosophię cõmercia & studia te reduceremus, priusquam omnino deceptus à Sirenibus in theatro excubantibus occuperis. Iam illę solis insidiantur auribus, eámque ob rem hasce nauigio prætereuntibus cera opus est. Cæterùm tu & ab oculis videre prorsus illarum præstigiis esse subactus. LVC. Papæ ô Craton! quàm verò robustum in nos canem solutis loris concitasti! Nisi quòd exẽplum sumptum à Lotophagis, & comparationem tractã à Sirenibus, parum scitè, atque adeò ineptissimè mihi induxisse videris ad ea quæ mihi acciderunt. Etenim iis qui Lotum degustauerãt, ac Sirenas cantillantes audierãt, exitio fuit manducationis & auditionis prolubium. Mihi verò pręterquam quòd voluptatem spectando cepi mirificam & iucundissimam, etiam finis pervenustè cecidit. Neque enim in obliuionem rerum domesticarum, aut negotiorum præsentium incognitionem delapsus sum, sed si mihi ingenuè veritas fatenda est, longè sapientia excultior, ac in rebus humanis multo solertior atque prouidentior ex theatro regressus sum. Magis autem illud Homeri in præsentia adducere perpulchrum esse existimo, quòd is cui illud visum sit spectaculum,

*Multorum gnarus simul oblectatus abiuit.*

CR. O Dij immortales, Luciane, qualia pateris quem istorum ne pudeat quidem, sed iactãter etiam laudi tibi ducere videris! Igitur quod hac in re grauissimũ est, nullam spem curationis aut remedij nobis ostendisti, qui laudibus efferre audeas tam execranda & turpia. LVC. Age hoc mihi respõde Craton: istud de saltatione, tum ea quæ fieri in theatro consueuerũt,

A καὶ τῆς φαγδοπάτης κωμῳδίας, ἆρ' καὶ ἀγαγώνια εἴη ἠξίωται. πολλῆς εἶω, ὦ γυναῖε, τῆς ἀπολογίας σοι δεήσῃ πρὸς τοὺς πεπαιδυμμένους, εἰ βύλῃ μὴ πάντα πάσιν ἐκκεκρίθαι, καὶ τῆς τῶν ἀουδαίων ἀγέλης ἐξεληλάθαι. καίτοι τόγε ἄμεινον ἐκεῖνό ἐστιν, οἶμαι, ἀρνήσῃ δ' πρῶ ἰάσασθαι, καὶ μηδὲ τὸ ἀρχὸ ὁμολογεῖν τι τοιοῦτον πρᾶγμενομῆσθαί σοι. πρὸς δὴ τύπτιον, ὅρα ὅπως μὴ λάθῃς ἡμῖν ἐξ αὐδρὸς τὸ πάλαι, Λυδή τις ἢ Βάκχη γυόμμος. ὅρᾳ οὐ σὸν αὖ ἐγκλημα εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κατὰ τὸν
B Ὀδυσέα τῶ λωτῶ ἀποπαύσαντες, ὅτι τᾶς σειρήτεσσας ἐπῳάξομεν, πρὶν λάθῃς τελέως ὑπὸ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ σφρώων κατεχόμμος. καίτοι ἐκεῖναι μὲν, τοῖς ὠὶ μόνοις ἐπεβούλευον, καὶ ἀφ' τῶτο κηρὸν ἐδέησε πρὸς τὸν πρόπλουν αὐτῶν. σὺ δὲ, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλως δεδουλῶσθαι. ΛΥΚΙΝ. παπαῖ, ὦ Κράτων, ὡς κεἰρχαρόν τινα ἔλυσας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτῶ κύνα. πλὴν τόγε πρόβλημα τὸ τῶν Λωτοφάγων, καὶ Σφρώων εἰκόνα,
C πρῶν αἰσθοιτο πάτλη μοι δοκεῖς εἰρηκέναι, ὧν πέπονθα. πρ' ὅσον, τοῖς μὲν τῶ λωτῶ γλυκαμμόοις, καὶ τῶν Σφρώων ἀκούσασιν, ὄλεθρος ἦν τῆς τε ἐδωδῆς, καὶ τῆς ἀκροάσεως τὸ πίτιμον. ἐμοὶ δὲ, πρὸς τῷ τὸ ἡδονῇ πρὸ παντὸς ἡδίω πεφηνέναι, καὶ τέλος ἀγαθὸν ἀποβέβηκεν. ὑ γὰρ εἰς λήθην τῶν οἴκοι, οὐδ' εἰς ἀγνωσίαν τῶν κατ' ἐμαυτὸν πρεῖσαμαι, ἀλλ' εἰ χρὴ μηδὲν ὑπόκρυμμα εἰπεῖν, μακρῷ πινυτώτερος, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ δραστικώτερος, ἐκ τῦ θεάτρου ἐπανελήλυθα. μᾶλ-
D λον δὲ ὃ τῦ Ὁμήρου αὐτὸ εἰπεῖν καλὸν, ὅτι ὁ τῦτο ἰδὼν ὃ θέαμα, Τερψάμμος νέστα, καὶ πλείονα εἰδώς. ΚΡΑ. Ἡσύχλης, ὦ Λυκῖνε, οἷα πέπονθας. ὃς οὐδ' αἰσθάνῃ ἐαυτὸν ἀλόγως, ἀλλὰ καὶ σεμνυνομμόῳ ἔοικας. ὃ γοῦν δεινότατον τῦτό ἐστιν, ὅτι μηδὲ ἰάσεως τινὰ ἡμῖν ὑποφαίνεις ἐλπίδα, ἐπαινεῖν τολμῶν τὰ οὕτως αἰσχρὰ, καὶ καταπύστα. ΛΥΚΙΝΟΣ. Εἶπέ μοι, ὦ Κράτων, τοῦτι δὲ περὶ ὀρχήσεως, καὶ τῶν ἐν τῷ θεάτρῳ γυομμόων ἰδὼν, πολλάκις

αὐτὸς ὑπτιμᾷς, ἢ ἀπείρατος ὢν τῶν θεάμα- A
τος, ὅμως αἰσχρὸν αὐτὸ καὶ καταπύστιον, ὡς
φὴς, νομίζεις; εἰ μὲν γὰρ εἶδες, ὀξὺ ἴσον ἡμῖν
καὶ σὺ γελάσεις· εἰ δὲ μή, ὅρα μὴ ἄλογος
ἡ ὑπτίμησις εἶναί σου δόξῃ, καὶ ἀφροσύνη,
κατηγορεῖσθαι, ὧν ἀγνοεῖς. ΚΡΑ. ἐπὶ γὰρ
τοῦτό μοι τὸ λοιπὸν οὗτος ἐμβαθεῖ τούτῳ πώ-
γωνι, καὶ πολιᾷ τῇ κόμῃ, καθῆσθαι μέσον
ἐν τοῖς γυναίοις, καὶ τοῖς μεμηνόσιν ἐκεί-
νοις θεαταῖς, κροτοῦντά τε τοῦ ἐπὶ
νοις ἀτρεπέσιν ὑπισοῦντα, ὀλέθρῳ τινὶ
αὐθέκτῳ εἰς ὄνθον δεῖον καλαχλωμύῳ;
ΛΥΚΙΝ. σύγνωστά σου ταῦτα, ὦ Κρά- B
των· εἰ δέ μοι πειθεῖς ποτὲ, καὶ ὅσον πρί-
σεως ἕνεκα τοῖς ἀκροις ἑαυτὸν, ἀναπετάσας
τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὧν οἶδα, ὡς οὐκ ἀνάκριτοι
αὖ, μὴ οὐχὶ τοῦ τῶν ἄλλων θεᾶσθαι ὑπτιο-
δείᾳ καταγελάσαιον· ὅθεν καὶ ὄψει ἀκριβῶς,
καὶ ἀκούσῃ ἅπαντα. ΚΡΑ. μὴ ὦφελόν
ἄρα ἰκοίμιλλον, εἴ τι πρόσθεν ἀνάκριτον πο-
τὲ, ἔστ' ἂν δασύς τε εἴλω τὰ σκέλη, καὶ ὁ
γλῶσσον ἀποθάπλης, ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἤδη
ἐλεῶ, τελέως ἡμῖν ἐκβεβακχιλμένον.
ΛΥΚΙΝ. βούλῃ οὖν ἀφέλιμος, ὦ ἑταῖρε, C
τῆς βλασφημίας τούτων, ἀκοῦσαί μου τι
περὶ ὀρχήσεως λέγοντος, καὶ τῆς ἐν αὐτῇ κα-
λοῦ, καὶ ὡς οὐ τερπνὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠφέ-
λιμόν ἐστι τοῖς θεωμένοις, καὶ ὅσα παιδεύει, καὶ
ὅσα διδάσκει, καὶ ὡς ῥυθμίζει τῶν ὁρώντων
τὰς ψυχὰς, κρείττοσι θεάμασιν ἐγκυμαίνου-
σα, καὶ ἐρίσσοις ἀκούσμασιν ἐναβρυνομένη,
καὶ κοινόν τι ψυχῆς καὶ σώματος κάλλος
ἐπιδεικνυμένη; ὃ γὰρ καὶ μὴ μουσικῆς, καὶ
ῥυθμοῦ, ταῦτα πάντα ποιεῖν, οὐ φόβος αὐ
αὐτῆς, ἀλλ' ἔπαινος αὐ εἴη. ΚΡΑ. ἐμοὶ D
μὲν οὐ πάνυ σχολὴ μεμηνότος αὐθέκτου ἀ-
κροᾶσθαι, τὸν νόσον τὸν αὑτῆς ἐπαινοῦντος,
σὺ δὲ, εἰ βούλει, λῆρόν τινα καταστεδάσαί
μου, ἕτοιμος φιλικῶς ταύτην λειτουργίαν
ὑποστῆναι, καὶ προσέχειν τὰ ὦτα, καὶ ἀ-
νδρὶ κηρὸν προσκεῖσθαι τῶν φαύλων δυνά-
μενος. ὥστε ἤδη σιωπήσομαί σοι, καὶ λέγε
ὁπόσα ἐθέλοις, ὡς μηδὲ ἀκούοντός τινος.

coràmne tibi visa sunt, vt ea ita crebrò probrosis dictis insecteris: aut an potiùs spectaculi prorsus expers atque ignarus, nihilo seçus tamen illud vt turpe atque execrãdum (vt ais) existimas? Quòd si enim aliquando ea præsens vidisti, iam nobis & tu hac stulta spectandi curiositate paria fecisti. Sin non, vide ne parum modesta & nimis temeraria tua videatur esse insectatio, ea in crimen vocãs, de quibus nihil habes comperti. CRA. Ergo hoc mihi adhuc supererat, vt in tam profunda barba & cano capite sederẽ inter mulierculas, & insanientes illos spectatores, applaudens & præconiis ineptissimis acclamans homuncioni cuipiã perdito, nulla necessitate lacrymas profundenti? LV. Est equidem hoc tibi ignoscendũ ô Craton: illud tamen pro certo exploratũ habeo, si meis monitis morẽ gerens, tantum tempusculi spectandis saltationibus impertires, quantum vel periculo faciendo sufficeret, nihil tibi posthac rebus omnibus fore prius aut antiquius, quã vt loco cõmodo occupato, seruire queas spectaculis, vnde exactè & videre, & clarè audire possis omnia. CR. Nunquam ego forma fiam amabilis, si quid tale vnquã prudens ac sciẽs fecero, semper autem membris hirsutis, & barba incõpta atque horrida, vt me nunc tui ex animo miseret, omnibus modis insanientis. LVC. Vis ergo, ô amice, omissis blasphemiis atque conuiciis, arrectis auribus attentè mihi dare operam, nonnihil super saltatione, eiúsque virtutibus differenti, tum quemadmodum non solùm oblectamento sit spectantibus, verumetiam emolumento, tum quantis de rebus hominum animos commodè admoneat & erudiat: præterea quemadmodum spectantium mentes aptè componat, pulcherrimis exercens spectaculis, ac optimis præceptis imbuẽs: ad hæc communem quandam corporis & animæ pulchritudinem ostendens? Etenim quæ illi accedunt à Musica & modulationibus, hæc inquam omnia facere, non dedecori aut vituperio, sed illi potiùs laudi tribuenda sunt. CRAT. Quanquam mihi in præsentia otium non est insanientem hominem auscultandi, suum ipsius morbum laudibus efferẽtem, attamen si nugis & inanibus fabularum commentis me opplere tibi consultum factu visum est, paratus sum in hoc tibi officiosè inseruire, & aures præbere, vel sine cera inutilia verba obaudire valens. Quare compressa voce hanc tibi operam dabo. Dic verò quodcunque animo tuo libitum fuerit, quasi nemine auscultante.

LVC. Euge ô Craton, istuc ipsum omnium maximè mihi egenti in optatis fuit. Paulo enim pòst ipsa re comperies num nugæ tibi censendæ sint quæ in medium producturus sum. Ac principiò quidem illud planissimè mihi ignorare vidêre, quàm non nouitium inuentum sit saltatio, neque heri aut nuper natum & inceptum, puta apud maiores nostros, aut illorum: sed qui super saltationis ortu quàm verissima perscrutati sunt, affirmant, illam vnà cum mundi ac omnium rerum generatione natam esse, & cum Amore deo illo vetustissimo in lucem prodiisse. Etenim ipsa syderum chorea, & errantium cum non errantibus coniunctio, eorumdémque modulata atque concinna participatio, & illa bella, tum pulchrè instituta harmonia, primogenitæ saltationis argumenta fuere, & indicia certissima. Ea verò temporis progressu subinde incremẽtis aucta maioribus, neque non additiones melioris inuenti sortita non modicas, summo nunc absoluta videtur esse fastigio, ac res esse omnifariam varia, & omnibus modis concinna & congruens, tum bonum multiplicis ornatus & scientiæ. Hoc verò saltandi artificio aiunt Rheam potissimùm oblectatam, in Phrygia quidem Corybantas, in Creta autem Curetas saltare iussisse. Neque verò modicum cepit ex illorum arte compendium. Quippe circũsaltantes Iouem illi seruarunt incolumem, ita vt Iupiter non grauatè fateatur salutis contributæ præmia se illis debere, per illorum saltationem patrios dentes effugiens. Porrò autem hæc saltatio ab armatis desaltabatur, gladios ad scuta collidẽtibus, ac bellicum quiddam & attonitum saltantibus. Mox verò inter Cretenses vt quisque maximè nobilitate præcellebat, summo studio hanc rem exercentes, præstantissimi saltatores reddebantur, non tantùm homines priuati, & humili loco orti, sed nobiliores quoque, & regij sanguinis, & primates in populo. Homerus quoque Merionem non suggillare, verùm pulcherrimo laudis testimonio ornare volens, saltatorem nominauit: itaque in tantum claritudinis & notitiæ ob saltandi peritiam apud omnes venerat, vt hæc non Græci solùm de illo comperta tenerent, sed & Troianis hostibus non ignota forent. Videbant enim, vt mea est opinio, eius in bellando agilitatem, & concinnum membrorum motum, quæ ex saltatione in vsum conuersa peculiariter possidebat. Versiculi Homeri ad hunc loquuntur modum:

ΛΥΚ. Εὖγε, ὦ Κράτων, ἐ τούτου ἐδεόμην μάλιστα. εἰσῃ γὰρ κατ' ὀλίγον εἰ λῆρος εἶναί σοι δόξῃ τὰ λεχθησόμενα, καὶ πρῶτόν γε ἐκ τοῦ πάνυ ἠγνοηκέναι μοι δοκεῖς, ὡς ὑ νεώτερον ὂν τῆς ὀρχήσεως ὑπειτηδεύμα τοῦτό ἐστιν, οὐδὲ χθὲς, καὶ πρῴην ἀρξάμενον, οὔ κ τοῖς πρὸ πάππους ἡμῶν, ἢ τοὺς ἐκείνων, ἀλλ' οἵ γε παλαιότατοι ὀρχήσεως πέρι γλυκαλογοῦντες, ἅμα τῇ πρώτῃ γλυφῇ τῶν ὅλων φαῖεν ἂν σοι κ ὄρχησιν ἀναφῦναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ ἔρωτι συναναφανέντα. ἡ γοῦν χορεία τῶν ἀστέρων, κ ἡ πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς τ πλανήτων συμπλοκὴ, καὶ ῥυθμὸς αὐτῶν κοινωνία, καὶ ἄτακτος ἁρμονία, τῆς πρωτογόνου ὀρχήσεως δείγματά ἐστι. κατ' ὀλίγον δὲ αὐξανομένη, καὶ τῆς πρὸς τὸ βέλτιον ἀεὶ προσθήκης τυγχάνουσα, νῦν ἔοικεν ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετελέσθαι, καὶ μεμῆσθαι ποικίλον τι, ἐ πάμαρμόνιον, καὶ πολύμουσον ἀγαθόν. πρῶτον δέ φασι Ῥέαν ἡσθῆσθαι τῇ τέχνῃ, ἐν Φρυγίᾳ μὲν, τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ, τοὺς Κουρῆτας ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι, καὶ ὑ τὰ μέτρια ὠνατο τῆς τέχνης αὐτῶν. οἱ γὰρ περιορχούμενοι, διεσώσαντο αὐτῇ τὸν Δία, ὥστε κ σῶτρα εἰκότως αὖ ὁ Ζεὺς ὀφείλειν ὁμολογῇ αὐλοῖς, ἐκφυγὼν δῆθεν αὐτῶν ὀρχησιν τοὺς πατρῴους ὀδόντας· ἐν ὅπλοις δὲ αὐτῶν ἡ ὄρχησις ἦν, τὰ ξίφη μεταξὺ κροτούντων πρὸς τὰς ἀσπίδας, ἐ πηδώντων ἔνθεόν τι, ἐ πολεμικόν. μετὰ δὲ, Κρησὶν οἱ κράτιστοι σπουδῇ ὑπειτηδεύσαντες αὐτὸ, ἄριστοι ὀρχησταὶ ἐγένοντο, κ οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλικώτεροι, καὶ πρωτεύειν ἀξιοῦντες. ὁ γοῦν Ὅμηρος τὸν Μηριόνην οὐκ αἰσχύνῃ βουλόμενος, ἀλλὰ κοσμῆσαι, ὀρχηστὴν πρόσφατο, κ οὕτως ἄρα ὑπέστησε λίαν, κ γνώριμος ἅπασιν ὑπὸ τῆ ὀρχηστικῇ, ὥστε οὐ κ οἱ Ἕλληνες μόνον ταῦτα ἠπίσαντο περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ κ οἱ Τρῶες αὐτοὶ, καίτοι πολέμιοι ὄντες. ἑῶρων γάρ, οἶμαι, κ τὸ αὐτοῦ τὴν πολεμεῖν αὐτὸ κευφότητα, καὶ ῥυθμόν, οἷς ὀρχήσεως ἐκέκτητο. φησὶ δὲ τὰ ἔπη ὧδέ πως,

B C D

Μηριόνη, τάχα κέν σε καὶ ὀρχησ-τὸν περ ἐόντα,
Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε·

καὶ ὅμως οὐ κατέπαυσεν αὐτόν. ἅτε γὰρ ἀσκημένος ἐν τῇ ὀρχηστικῇ, ῥᾳδίως οἶμαι διεδύσετο τὰς ἐπ' αὐτὸν ἀφιείσας τῶν ἀκοντίων. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους τῶν ἡρώων εἰπεῖν ἔχων τοῖς αὐλοῖς ἐγγεγυμνασμένους, καὶ τέχνῃ τὸ πρᾶγμα πεποιημένους, ἱκανὸν ἡγοῦμαι τὸν Νεοπτόλεμον, Ἀχιλλέως μὲν παῖδα ὄντα, πάνυ δὲ διαφέροντα ὅτι τῇ ὀρχηστικῇ, καὶ εἶδος τὸ κάλλιστον αὐτῇ προσπεφευρόντα, Πυρρίχιον ἀπ' αὐτοῦ κεκλημένον. καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς ταῦτα γοῦν τὸν παῖδος πυθανόμενος, μᾶλλον ἔχαιρεν, οἶμαι, ἢ ὅτι τοῦ κάλλει, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀλκῇ αὐτοῦ. ὑπῆρχον οὖν τῷ Ἰλίῳ τέως ἀάλωτον οὔσῃ ἡ ἐκείνου ὀρχηστικὴ καθεῖλε, καὶ εἰς ἔδαφος κατέῤῥιψε. Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων εἰς δεκαοῦτες, τοῖς Πολυδεύκεσι καὶ Κάστορος καρυατίζειν μαθόντες (ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς διδασκόμενον) ἅπαντα μετὰ μουσῶν ποιοῦσιν, ἄγειν τὸν πολεμεῖν τοῖς αὐλοῖς, καὶ ῥυθμὸν, καὶ εὔτακτον ἐμβασιν τοῦ ποδός· καὶ ὃ τοῖς ὅπλοις σύνθημα Λακεδαιμονίοις τοῖς τῷ μάχῃ ὁ αὐλὸς ἐνδίδωσι. ὑπηρετοῦντος καὶ ἐκείνου ἅπαντων, μετρικῆς αὐλῶν καὶ εὐρυθμίας ἡγουμένης. ἴδοις δ' ἂν καὶ τοὺς ἐφήβους αὐτῶν οὐ μεῖον ὀρχεῖσθαι ἢ ὁπλομαχεῖν μανθάνοντας. ὅταν γὰρ ἀκροχειρωσάμενοι, καὶ παίσαντες ἀλλήλους, καὶ παθόντες, ἐν τοῦ μέρει παύσωνται, εἰς ὄρχησιν αὐλῶν ἡ ἀγωνία τελοῦσα. καὶ αὐλητὴς μὲν, ἐν τῷ μέσῳ καθήμενος ἐπαυλεῖ, καὶ κτυποῦσι τῷ ποδὶ, οἱ δὲ, καθ' εἱρμὸν ἀλλήλοις ἑπόμενοι, σχήματα πολυτρόπως διαπλέκουσιν, τοῖς ῥυθμὸν ἐμβαίνοντες, ἄρτι μὲν πολεμικὰ, καὶ μετ' ὀλίγον δὲ χορευτικὰ, ἃ Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ φίλα. ὑπηρετοῦντος καὶ τὸ ᾆσμα, ὃ μεταξὺ ὀργούμενοι ᾄδουσιν, Ἀφροδίτης ἐπίκλησίς ἐστι, καὶ Ἐρώτων, ὡς συγκωμάζοιεν αὐλοῖς, καὶ σκιρτῷεν. καὶ θάτερον δὲ τῶν ᾀσμάτων (δύο γὰρ ᾄδεται) διδασκαλίαν ἔχει ὡς χρὴ ὀρχεῖσθαι.

A *Te citò Merione, quanuis ſaltare peritum,*
*Strauiſſem in dura confoſſum cuſpide pugna.*

Tametſi eundem non ſtrauerat: vt enim in ſaltando ſemet magno ſtudio exercuerat, ſic facilè, vt opinor, effugiebat iacula in eum contorta atque emiſſa. Iam quanquam & alios complures ex heroibus enumerare poſſim eo ipſo ſaltandi ſtudio diligẽtiſſimè exercitatos, quíque ex hac ipſa re artem fecerint: ſufficere tamen ſuſpicor vno à me producto Neoptolemo Achillis filio, qui vſque adeò hoc præcelluit artificio, vt cùm ſpeciem quoque ſaltandi pulcherrimam ſibi adieciſſet, Pyrrhichij nomẽ ab illo acceperit. Achilles quoque ipſe his de filio ſuo inauditis, maiori gaudio ſuffuſus eſt, vt ego exiſtimo, quàm propter eius formę prętſtantiã, & membrorum robur inſuperabile. Atqui interea ſemper Ilion fuit inexpugnabile, donec illius ſaltatione captum concideret, & direptum ſolo æquaretur. Lacœdæmonij quoque, qui Gręcorum præſtantiſſimi eſſe cenſebãtur, cùm à Caſtore & Polluce caryatiſſare perdidiciſsẽt, quæ ſaltationis ſpecies à Caryis vrbe Laconiæ ducta erat, omnia cum carminibus facere ſoliti ſunt, adeò vt ad tibiarũ quoque modulos & rhythmum, & moderatũ pedis ingreſſum, prælium committere illi genti moris fuerit. Ac primùm quidem conſerendarum manuum ſignum Lacedæmoniis tibia dari ſolitum eſt: proinde de omnibus quoque reportant victoriã, muſica & modulorum concinnitate illos ducente. Videres itaque illorum ephebos nihilo minore cura ſaltationi quàm armis exercendis dare operam. Vbi enim iam ſummis colluctati ſunt digitis, ac mutuis ictibus ſemet ceciderunt, quieſcunt parumper, & omne illorum certamen in ſaltationem ſolutum cõuertitur. Quorum in medio tibicen locatus eſt, tibiam incinens, ac pedibus inſtrepens. Cæterùm illi per ordinem alter alterum ſequentes, omnigenas figuras corporis agilitate exprimunt ad rhythmum ingredientes, alias quidem bellicas, alias verò ſaltatorias, quæ Baccho & Veneri gratæ ſunt. Quinetiam cantus quem inter ſaltandum modulantur, Veneris & Cupidinum cognomento nobilitatus eſt, quaſi vnà cum Venere & Cupidinibus communi choreæ ſaltationi indulgerent. Et altera quidem cantilena (duæ enim canuntur) rationem quoque & præcepta ſaltandi in ſe complectitur.

*Neoptolemus.*

*Laconum ſaltatio.*

Procul,ai unt,ô pueri,promouete pedem & ſaltate perfectiùs. Non diſparia faciũt quibus Hormum ſaltare curæ eſt. Hormus autem genus ſaltationis eſt adoleſcentibus virginibúſque commune,alternatim ad choream diſpoſitis, vt planè hormum, hoc eſt, ſegmentum,referant. Solet autem adoleſcens chorum ducere more iuuenili ſaltans,quo poſtea in adoriendis hoſtibus vſurus ſit. Sequebatur hunc puella modeſtia quadam conſpicua, quæ fœmineum ſaltum decẽter admodum peragebat: vt hormum ex temperantia & fortitudine cõpoſitum rectè dicere poſſimus. Cæterũ quæ Homerus ſuper Ariadne in clypeo memoriæ prodidit,déque choro quem illi Dædalus inſtituerat,ea,vt iam olim tibi lecta,prętеribo ſilẽtio: Præterea duos illos ſaltatores, quos eodem in loco Poëta Cybeſteteras vocat chorum ducentes: Rurſus quæ in clypeo memorat,

*In medióque duos iuuenes agitare choreas*
*Cernere erat,*

tanquam rem omniũ pulcherrimã,ſaltationem Vulcanus clypeo addidiſſet. Etenim Phæacas ſaltatione,vt par erat, vehementer fuiſſe oblectatos,mirum videri non debet,cùm tantis affluerent deliciis, ac in omni rerum abundantia & fortunæ indulgentia victitarent. Quare Homerus Vlyſſem ex omnibus quæ viſenda apud Phæacas conſpexerat,hoc cum primis admirantem teſtatur, agiléſque pedum motiones ſpectantem. Iam in Theſſalia eouſque progreſſum eſt ſaltationis exercitium, vt populi præſides, & anteſignanos illorum, præſaltatores vocare non dubitarint. Cui rei etiamnum ſtatuarum inſcriptiones & tituli ſuo ſuffragantur teſtimonio, quas iis qui in bello optimam nauaſſent operam, erexerunt. Prætulit inquit,prę ſaltatorem ciuitas. Et iterum, Eilationi poſuit hanc imaginem populus, propterea quòd pugnam probè deſaltarit. Mitto illud, apud veteres nullas vnquam fuiſſe celebratas feſtiuitates aut ceremonias citra ſaltationem: quippe quas ab Orpheo & Muſæo optimis tunc ſaltatoribus conſtitutas fuiſſe ſatis certè conſtat, qui & hoc, vt cætera omnia, vt honeſtiſſimum quiddam legibus ſanxiſſe videntur, initiari cum rythmo & ſaltatione. Quòd autem hoc ita ſe habeat, reticenda erant orgia, propter prophanos nondum initiatos. Illud autem omnes audiunt, quòd ij qui linguæ vitio atque incontinentia myſteria prodidiſſent, plerique eos deſaltaſſe dictitarent.

πόρρω γὰρ φασιν, ὦ παῖδες, πόδα μεπάβατε, καὶ κομάσατε βέλτιον, τουτέστιν, ἀμείνον ὀρχήσασθε. ὅμοια δὲ καὶ οἱ τὸν ὅρμον καλούμενον ὀρχούμενοι ποιοῦσιν. ὁ δὲ ὅρμος, ὄρχησίς ἐστι κοινὴ ἐφήβων τε, καὶ παρθένων, παρ' ἕνα χορεύοντων, καὶ ὡς ἀληθῶς ὅρμιόν ἐοικότων. καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβος, τὰ νεανικὰ ὀρχούμενος, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται, ἡ παρθένος δὲ ἕπεται κοσμίως, ὃ δῆλον χορεύειν διδάσκουσα, ὡς εἰ τὸν ὅρμον ἐκ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας πλεκόμενον· καὶ αἱ γυμνοποδίαι δὲ, αὐτοῖς ὁμοίως ὄρχησίς ἐστιν. ἃ δὲ Ὅμηρος φησὶν Ἀριάδνης ἐν τῇ ἀσπίδι πεποίηκε, καὶ τὸν χορόν, ὃν αὐτῇ Δαίδαλος ἤσκησεν, ὡς ἀναγνώσῃ σοι παρίημι· καὶ τοὺς ὀρχηστὰς δὲ τοὺς δύο, οὓς ἐκεῖ ὁ ποιητὴς κυβιστητῆρας καλεῖ, ἡγουμένους τοῦ χοροῦ· καὶ πάλιν, ἃ ἐν τῇ ἀσπίδι λέγει· Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον. ὡς τι κάλλιστον τοῦτο τῶν Φαίακος ἐμποιήσαντες τῇ ἀσπίδι. τοὺς μὲν γὰρ Φαίακας καὶ πάνυ εἰκὸς ἐν ὀρχήσει χαίρειν, ἁβρούς τε ὄντας, καὶ ἐν παντὶ εὐδαιμονίᾳ διατρίβοντας. ὁ γοῦν Ὅμηρος τοῦτο αὐτῶν μάλιστα θαυμάζοντα πεποίηκε τὸν Ὀδυσσέα, καὶ τὰς μυρμυγὰς τῶν ποδῶν θεώμενον. ἐν μὲν γε Θεσσαλίᾳ, τοσοῦτον ἐπέδωκε τῆς ὀρχηστικῆς ἡ ἄσκησις, ὥστε τοῖς προεστῶσι καὶ προαγωνισταῖς αὐτῶν, προορχηστῆρας ἐκάλουν. καὶ δηλοῦσι τοῦτο αἱ τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφαί, οἷς τοῖς ἀριστεύουσιν ἀνέστησαν. Προὔκειτο γάρ, φησι, προορχηστῆρα ἡ πόλις. καὶ αὖθις, Εἰλατίωνι τὰς εἰκόνας ὁ δῆμος, ὃ ὀρχησαμένῳ τὴν μάχαν. ἐγὼ λέγω ὅτι τελετῶν ἀρχαίαν σοβαρόν ἐστιν ἀνδρεῖον, μᾶλλον ὀρχήσεως, Ὀρφέως δηλαδὴ, καὶ Μουσαίου, καὶ τῶν τότε ἀρίστων ὀρχηστῶν καταστησαμένων αὐτάς, ὡς τι κάλλιστον καὶ τοῦτο νομοθετησάμενον σὺν ῥυθμῷ, καὶ ὀρχήσει μυεῖσθαι. ὅτι δ' οὕτως ἔχει, τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον, τῶν ἀμυήτων ἕνεκα. ὅτι δὲ πάντες ἀκούουσιν, ὅτι τοὺς ἀξαγροῦντας τὰ μυστήρια, ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοί.

ὦ Δήλῳ

ὧν Δήλῳ δέ τε οὐδὲ αἱ θυσίαι αἵθυ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σεμνὴ ταύτη, καὶ μὴ μουσικῆς ἐλίνοντο. παίδων χοροὶ σωνελθόντες ἐν αὐλῷ, καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄνδρες, προχριθέντες ἐξ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τοιαῦτα ἄσματα, ὑπορχήματα ἐκάλουν, καὶ ἐμπέπλεκτο τοιούτων ἡ λύρα. καὶ τί σοι τοὺς Ἕλληνας λέγω, ὅπου καὶ Ἰνδοὶ, ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες, προσεύχωνται τὸν Ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τῷ χεῖρε κύσαντες, ἡγούμεθα τελεῖν ἡμῶν εἰς τὸν θεὸν, ἀλλ' ἐκφύλοι προσ τὸν ἀνατολὰς στάντες, ὀρχήσει τὸν Ἥλιον ἀσπάζονται, χηματίζοντες ἑαυτοὺς σιωπῇ, καὶ μιμούμενοι τὸν χορείαν τοῦ θεοῦ. καὶ τοῦτ' ἔστιν Ἰνδῶν ἡ εὐχὴ, καὶ χοροὶ, καὶ θυσία. δι' ἃ καὶ τούτοις ἐλεῦνται τὸν θεὸν δὶς, καὶ ἑσπερινῆς καὶ ὀρθρινῆς τῆς ἡμέρας. Αἰθίοπες δέ τε, καὶ πολεμιώτατοι, σὺν ὀρχήσει αὐτὸ δρῶσιν· καὶ οὐκ ἂν ἀφίη ὀιστὸν Αἰθίοψ αἰπὺ, ἀφελὼν τῆς κεφαλῆς (ταύτῃ γὰρ αὐτὶ φαρέτρας χρῶνται, προσιδέοντες αὐτῇ ἀκτινηδὸν τὰ βέλη) εἰ μὴ πρότερον ὀρχήσαιτο, καὶ τῷ χήματι ἀπειλήσῃ, καὶ προσεκφοβήσῃ τῇ ὀρχήσει τὸν πολέμιον. ἄξιον δ', ἐπεὶ τῶν Ἰνδικῶν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διεξεληλύθαμεν, καὶ ἐς τὸν χείτονα αὖθις Αἴγυπτον καταβῶμεν τῷ λόγῳ. δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον, οὐκ ἄλλό τι ἢ ὀρχηστήν τινα γενέσθαι λέγειν, μιμητικὸν αὖ θέσπιν, καὶ πρὸς πάντα χηματίζεσθαι, καὶ μεταβάλλεσθαι δυνάμενον, ὡς καὶ ὕδατος ὑγρότητα μιμεῖσθαι, καὶ πυρὸς ὀξύτητα σὺν τῇ τῆς κινήσεως σφοδρότητι, καὶ λέοντος ἀγριότητα, καὶ παρδάλεως θυμὸν, καὶ δένδρου δόνημα· καὶ ὅλως, ὅ, τι καὶ θελήσειεν. ὁ δὲ μῦθος παραλαβὼν πρὸς τὸ παραδοξότερον, τὴν φύσιν αὐτοῦ διηγήσατο, ὡς γινομένην ταῦτα, ἅπερ ἐμιμεῖτο· ὅπερ δὴ καὶ πρὸς τῶν ὀρχουμένοις προσέσειν. ἴδοις τ' ἂν ὧν αὐλοὺς πρὸς τὸν αὐτὸν καιρὸν ὠχέως διαλλαττομένους, καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὸν Πρωτέα. εἰκάζω δὲ χρῆναι καὶ τὴν Ἐμπουσὰν τὴν ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην, τοιαύτην τινὰ αἴθεσπιν εἶναι τὸν μύθου παραδεδόσθαι.

A Porrò autem in Delo nulla sacra peragebantur, quibus saltatio non fuisset adhibita, sed & cum illa & cùm musica cuncta persoluebantur. Ingressi verò puerorum chori, tibia & cithara præcinentibus saltabant, quos subsecuti optimi facto delectu choreis excipiebant. Itaque & cantilenas illiusmodi choris conscriptas hyporchemata nominare consueuerunt, talibúsque lyra impleta fuerat. Quid verò Græcorum gẽtes tibi commemorem, cùm Indi quoque posteaquam mane è strato surrexerint, Solem precibus venerati fuerint, non quemadmodum nos deosculata manu perfectam precationem esse arbitramur, verùm illi ad orientem conuersi, saltatione Solem consalutant, sed cum silentio seipsos conformantes, dei choream imitari atque effingere conantur? Et hæc Indorum est precatio, & chori, & sacrificium. Duabus verò vicibus ad hunc modum Deum placare solent, nempe mane, & vesperi. Atenim Æthiopes non alia quàm saltandi ratione illatis iam signis bellum ingrediuntur, nec quisquam Æthiopum vel sagittam excussam emitteret auulsam à capite (hoc enim vice pharetræ vtuntur, radiorum instar tela capiti circũponentes) nisi priùs saltauerit, & saltatione hosti terrorem incusserit. Consentaneum verò esse opinor, posteaquam totam Indiam & Æthiopiam peragrauimus, vt in vicinam Ægyptum oratione diuertamus. Etenim vetus illa fabula Proteum Ægyptium nihil aliud quàm saltatorem fuisse eximium, mihi planè confirmare videtur, hominem effingendi imitandíque peritum, quíque semet in varias rerum facies demutare & transformare potuerit, vt modò in aquas tenues dilapsus abiret imita[illegible], modò ignis celeritatem & vehementiam agilitate corporis, inox leonis immanitatem, ac Pardalis impetum, deinde arboris motum flexibilem, postremò in summa quicquid collibuisset, exprimeret. Cæterùm fabula eas Protei proprietates ad inusitatiorem opinionem detorquens, eam eius naturam fuisse commenta est, quasi ea ipsa quoque fieret, quæcumque saltandi artificio imitaretur. Qua facultate & eos qui hodie saltationibus nauant operam, præditos esse animaduertimus, videásque illos eodẽ tempore diuersissimis modis immutari, ac planè ipsius Protei esse æmulos. Et si quid coniectura assequendum est, & Empusam suspicor (quæ & ipsa in varias rerũ facies semet transfundere dicta est) non aliam quàm saltatricem fuisse, fabularum inuolucro significare voluisse homines.

Ad hæc iustum esse opinor, ne Romanorum quidem saltationem præterire tacitam, quam nobilissimi quique illorum, quos vocant Salios (est autem nomen sacerdotij) Marti Deo bellicosissimo saltant grauissimè, & religiosissimè. Neque verò Bithynicæ fabulæ commentum ab Italorum instituto abhorret admodum, perhibentium Priapum Deum bellicosum, vnum vt opinor, ex Titanibus, aut Idæis Dactylis, illud opus factum, rebus militaribus instituendum fuisse, quem Mars à Iunone offerente acceptum adhuc puerum, durum porrò, & rudem, & supra modum virilem, non priùs amorũ peritum reddidit, quàm perfectum eundem saltatorem effecisset. Quamobrem & merces illi à Iunone destinata est, vt ab illo semper decimam partem spoliorum in bello partorum reciperet. Vt autem Dionysiaca & Bacchica tibi expediam, opinor te non expectaturum vt audias, cuius tota actio nihil aliud quàm saltationem complectitur. Cùm itaque tria sint celeberrimarum saltationum genera, Cordacis & Sicinnidis & Emmeliç, Bacchi ministri Satyri his à se ipsis inuentis, de se cuique nomen indiderũt: & hac saltandi arte vtens Bacchus, Tyrrhenos & Indos & Lydos deuictos subiugauit, ac gentes adeò bellicosas ipsis saltem thyrsis desaltauit. Quocirca, ô admirande, vide ne parum pium aut religiosum sit, in crimen vocare exercitium adeò diuinum & mysticum, & cui colendo tanti Dij nauarint operam, quódque in illorum honorem & cultum toties peragitur, insuper quod tantum oblectamentum simul atque institutionem adeò vtilem exhibere solet. Illud ego demiror, non ignorans, Homeri atque Hesiodi te amatorẽ esse maximum (iterum enim ad poëtas me conferam) qua fronte illis contradicere audeas, præ omnibus saltationem summè laudantibus. Siquidem Homerus cùm res mortalium longè iucundissimas iuxtà ac elegantissimas vno quasi fasce coniunctim efferret, nempe somnum, amorem, cantum, atque saltationem: hanc tamen solam præclaro nobilitauit encomio, inculpata eadem nominata, ascribens per Iouem cantui dulcedinem, quæ vtraque saltandi artificio adesse videmus, & dulces modulos, & saltationem inculpatam, quam vituperare cogitas. Rursus alia in parte suæ poëseos ita inquit:

*Saliorum apud Rom. saltatio.*

*Priapi.*

*Saltationum genera tria.*

A ὅτι τούτοις δίκαιον, μηδὲ τῆς Ῥωμαίων ὀρχήσεως ἀμνημονεῖν, ὧν οἱ βέλτιστοι αὐτῷ τῷ πολεμικωτάτῳ τῶν θεῶν Ἄρει, οἱ Σάλιοι καλούμενοι (ἱερωσύνης δὲ τοῦτο ὄνομα) ὀρχοῦνται σεμνοπρεπῶς τε ἅμα, καὶ ἱερωτάτως. Βιθυνὸς δὲ μῦθος καὶ οὗτος, οὐ πάνυ τῶν Ἰταλιωτικῶν ἀλλότριος, οἱ τὸν Πρίαπον δαίμονα πολεμιστὴν, τῶν Τιτάνων, οἶμαι, ἕνα, ἢ τῶν Ἰδαίων δακτύλων, τοῦτο ἔργον πεποιημένον, ὃ σκόπελια παιδνύσι, τῶν θαλαττίων τῶν ἀπὸ τῆς Ἥρας τὸν Ἄρη, παῖδα μὲν ἔτι, σκληρὸν δὲ, καὶ πέρα τοῦ μετρίου

B ἀνδρικὸν, μὴ πρότερον ὁπλομαχεῖν διδάξαι, πρὶν τέλειον ὀρχηστὴν ἀπεργάσατο· ὅτι τοίνυν καὶ μισθὸς αὐτῷ τῶν ἀπὸ τῆς Ἥρας ἐγένετο, δεκάτην ἀεὶ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου πρωτευομένων τῷ Ἄρει, πρῶτ' αὐτὸν λαμβάνειν. Τὰ μὲν γὰρ Διονυσιακὰ, καὶ Βακχικὰ, οἶμαί σε μὴ προειδέναι ἐμοῦ ἀκούσαντα, ὅτι ὄρχησις σχεδία πάντα ἐστὶ. τριῶν γοῦν ὄντων τῶν γλαφυρωτάτων ὀρχήσεων, Κόρδακος, καὶ Σικιννίδος, καὶ Ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες, οἱ Σάτυροι, ταύτας ἐφεύροντες, ἀφ' αὑτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. ᾗ ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρώμενος ὁ Διόνυσος, Τυρρηνοὺς, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Λυδοὺς ἐχειρώσατο, καὶ φιλεῖ οὕτω μάχιμον τοῖς αὐτοῖς θιάσοις κατωρχήσατο. ὥστε, ὦ θαυμάσιε, ὅρα μὴ ἀνόσιον ᾖ, κατηγορεῖν ὀπτιθόμενος θείου τε ἅμα, καὶ μυστικοῦ, καὶ τοσούτοις θεοῖς ἐσπουδασμένου, καὶ ὅτι τιμῇ αὐτῶν δρωμένου, καὶ τοσαύτην τέρψιν ἅμα, καὶ παιδείαν ὠφέλιμον παρεχομένου. θαυμάζω δέ σου κἀκεῖνο, εἰδὼς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου μάλιστα

D ἐρασθέντα· ὅπως σε (αὖθις γὰρ ὅτι τοῖς ποιηταῖς ἐπιμείνωμι) πῶς ἀντιφθέγξεσθαι ἐκείνοις τολμᾷς, περὶ τῶν πάντων ὄρχησιν ἐπαινοῦσιν. ὁ μὲν γὰρ Ὁμήρος τὰ ἥδιστα καὶ κάλλιστα καταλέγων, ὕπνον, καὶ φιλότητα, καὶ μολπὴν, καὶ ὄρχησιν, μόνην ταύτην ἀμύμονα ὠνόμασε, προσμαρτυρήσας, νὴ Δία, καὶ ὅτι ἡδὺ τῇ μολπῇ, ἅτε ἀμφοτέρα τῇ ὀρχηστικῇ προέσει, καὶ ᾠδὴ γλυκερὰ, καὶ ὀρχησμὸς ἀμύμων, ὃν σὺ νῦν μεμάθηκας ὀπτικῶς. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως·

Αλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα,
Αλλῳ δ' ὀρχηςυῖ τε, καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

*Iuppiter hunc belli reddit virtute potentem,*
*At leuibus membris alium ſaltare peritum:*
*Eſt quem dulciſona ſuſtollit voce canendi.*

Ἱμερόεσσα γὰρ ὡς ἀληθῶς, ἡ μετ' ὀρχήσεως ᾠδή, καὶ δῶρον θεῶν τοῦτο κάλλιστον. καὶ ἔοικεν εἰς δύο διηρημένως ὁ Ομηρος τὰ πάντα τῶν ἀνθρωπείων πράγματα, πόλεμον, καὶ εἰρήνην, τοῖς τοῦ πολέμου μόνα ταῦτα ὡς κάλλιστα ἀντιτεθεικέναι. ὁ δὲ Ησίοδος, οὐ πρὸ ἄλλου ἀκούσας, ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸς ἑωθεν ἀθρόους ὀρχουμένους ταῖς Μούσαις, εὐθὺς ἀρχὴν τῶν ἐπῶν τοῦτο περὶ αὐτῶν τὸ μέγιστον ἐγκώμιον διηγεῖται, ὅτι περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν ὀρχεῦνται, τοῦ πάγης τὸν βωμὸν περιχορεύουσαι. ἀλλὰ σὺ μὲν, ὦ γενναῖε, μονονουχὶ θεομαχῶν, ὑβρίζῃς εἰς τὴν ὀρχηςικήν. ὁ Σωκράτης δὲ, σοφώτατος ἀνὴρ, εἴγε τις ἄλλος τοῦτο περὶ αὐτῆς λέγοντι τῷ Πυθίῳ, οὐ μόνον ἐπαινεῖ τὴν ὀρχηςικὴν, ἀλλὰ καὶ ἐκμανθάνειν αὐτὴν ἄξιον, μέγιστον νέμων ῥυθμίᾳ καὶ εὐμουσίᾳ, καὶ κινήσει ἐμμελεῖ, καὶ εὐσχημοσύνῃ τοῦ κινουμένου, καὶ οὐκ ἠδεῖτο γέρων ἀνὴρ, ἐν τοῖς σπουδαιοτάτοις μαθήμασιν καὶ τοῦτο ἡγούμενος εἶναι· καὶ ἔμελέ γε σφόδρα περὶ ὀρχηςικὴν οὐ μετρίως σπουδάσεσθαι, ὅσα γε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ἄκνει μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν αὐληςρίδων ἐφοίτα, καὶ πρὸ ἑταίρας γυναικὸς οὐκ ἀπεξίου σπουδαῖόν τι ἀκούειν τῆς Ασπασίας· καίτοι σφόδρα περὶ ὀρχουμένου ἐώρα τὴν τέχνην, καὶ οὐδέπω εἰς τοσοῦτον κάλλος διηρθρωμένην. εἰ δὲ τοῖς νῦν ὅτι μέγιστον προσαναβήσας αὐτὴν ἐθεᾶτο, οἶδα, πάντων αὖ σφόδρα γε ἀφέλιμος, μόνῳ τῷ θεάματι τούτῳ τὸν νοῦν αὖ προσσχὼν, καὶ τοῖς παῖδας οὐκ ἂν ἄλλό τι περὶ αὐτῆς ἐδιδάξατο. δοκεῖς δέ μοι ὅταν κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπαινῇς, ὑπολελῆθθαι ὅτι καὶ σὲ ἑκατέρα σχεῖν ὀρχήσεως ἴδιόν τι εἶδος ἔστιν, οἷς, τραγικὴ μὲν, ἡ Εμμέλεια· κωμῳδικὴ δὲ, ὁ Κόρδαξ. σπάνιον δὲ καὶ τρίτη, Σικιννίδος περιλαμβανομένης. ἐπεὶ δὲ σὺ ἀρχὴν καὶ προεπήνεσας τῆς ὀρχήσεως, τὸ τραγῳδίαν, καὶ τὸ κωμῳδίαν, καὶ αὐλητῶν κύκλους, καὶ κιθαρῳδίαν, ἀγῶνα τοῦτο,

Suauis profectò eſt vocum modulatio, quæ ſaltationi adiuncta eſt, ac munus quod à diis immortalibus præſtari potuit longè pulcherrimum. Ac mihi apparet Homerus omnes res mortalium in duo tantùm diuiſiſſe, nempe in bellum, & pacem: cæterùm rebus bellicis tantùm hęc tanquam præſtantiſſima ſtudia pacis oppoſuiſſe. At verò Heſiodus, qui non ab alio percenſente hoc auditu percepit, ſed ipſe ſtatim ſub aurorę exortum Muſas ſaltantes viderit, in carminis ſui initio de illis hoc ſummum & elegantiſſimum referre non eſt veritus encomium, nimirum eas circa fontem floridum mollibus ſaltare pedibus, iuxta patris aram agentes tripudium. At tu, ô generoſe, tantumnon cum Diis ipſis pugnans, ſaltationem conſcindis contumelioſis conuiciis. Cæterùm ipſe Socrates, vir omniũ ſapientiſſimus, ſi Pythio hoc illum teſtimonio cohoneſtanti fides habenda eſt, non tantùm ſaltationem laudibus extulit, ſed illam quoque diſcere non erubuit aut grauatus eſt, plurimum tribuens venuſtæ concinnitati & elegantiæ, tum apto motui, neque non mouentis afformationi. Nec veritus eſt iam natu grandior ſaltationem inter ſerias habere diſciplinas: videbatúrque non parum huic rei perdiſcendæ impenſurus operæ, quem leuiora ac viliora perdiſcere non piguit: ſed tibicinarum quoque ſcholas frequẽtare ſolebat, neque à meretrice muliere Aſpaſia quiddam audire dedignatus eſt. Atqui illo artem non ita pridem natam vidit, necdum tanta elegantia & pulchritudinis acceſſione auctam & elatam. Qui ſi nunc eos quorum opera in ſummum vſque faſtigium euecta eſt, ſpectaret, ſat ſcio illum omnibus reliquis poſthabitis, hiſce tantùm ſpectaculis operam daturum, neque puerosquicquam perinde atque ſaltationem docturum. Videris autem mihi, laudans Comœdiã atque Tragœdiam, oblitus eſſe, in vtraque illarum proprium quoddam ſaltationis genus exerceri, ac tragicam quidẽ eſſe Emmeliam, comicam verò eſſe Cordaca: nonnunquam vſurpari & tertiam, nempe Sicinnidẽ. Poſtea verò quàm in principio ſaltationi tragœdiam & comœdiam, tibicinásque & citharam anteferre nõ dubitaris, tanquam iſta in certamen veniant,

atque per hoc grauia dicenda sint, age vicissim ista singulatim excutiamus, tibias autem & citharam relinquamus. Etenim & istæ saltationis partes sunt ducendis choreis subseruientes. Porrò autem ipsã tragœdiam primùm ab habitu contemplemur, cuiusmodi sit, quàm turpe & minimè iucundum spectaculum, homo longitudine deformi atque incomposita exornatus, altis calceamentis ingrediẽs, caput larua minaci obductum habens, tum peramplo ore hiante, quasi spectatores esset deuoraturus. Mitto adscititia pectora, & ventres factitios, adiunctam & arte compositam corporis crassitudinem, ne longitudine discors compositio in tenui corpusculo magis reprehendẽda veniat. Deinde indecora histrionis vociferatio, iam se ipsum inclamantis, iam verberantis, aliquando etiam iambicos versiculos cantillãtis, &, quod turpissimum est, grauissimas calamitates modulantis, ac sola voce semetipsum reprehendẽdum exhibentis. Quippe alia priscorum poëtarum industria inuenta sunt. Et quandiu quis Andromachen agit, aut Hecubam, tolerabilis est concio: vbi verò ipse Hercules carmine lugubri in scenam ingressus est, sui oblitus, neque leoninam, neq; clauam quæ proponitur, veneratur, adeò vt sanę mentis homo quispiam iure optimo talẽ actionem solœcismum vitiosum possit reprehẽdere. Iam quod cũ primis quoque in saltatione dãnasti, viros histriones mulierũ mores imitari, hoc equidem cõmune quoq; est tragœdiæ & comœdię vitiũ. Etenim in vtraque plures introducuntur mulieres quàm viri. Quinetiam Comœdia partem personarũ omnium maximè ridiculam & oblectationis plenam huic tribuit, videlicet lampadum & tibicinarum & coquorũ personas. Sed enim saltationis habitus quàm decẽs sit & modestus, quorsum attinet dicere, cùm cæcis quoq; ista sint perspicua? Larua ipsa pulcherrima, & subiectæ fabulę respondens, non immane hiat, vt illæ, sed saltationi per omnia conuenit. Habet enim permultos sub illa vociferantes. Olim verò ipsi quoque saltatores canebãt, & vnà saltabant. Deinde animaduertentes cõtinuo motu grauari anhelitum, & per hunc turbari cantilenam, visum est factu longè consultius, vt alij saltantibus succinerent. Porrò autẽ argumenta vtrisque communia sunt, neque vlla in re à tragicis distinctim separata sunt saltatoria,

*Tragici habitus deformitas.*

A καὶ δεῖ τοῦτο σεμνὰ ποιοῦντων, φέρε νῦν αὐτεξεταστέον τῇ ὀρχήσει ἕκαστον αὐτῶν. καίτοι τὸν μὲν αὐλὸν, εἰ δοκεῖ, καὶ τὸν κιθαριστὴν, παραλείπω. μέρη γὰρ τῆς τοῦ ὀρχηστοῦ ὑπηρεσίας καὶ ταῦτα. τὸν τραγῳδίαν δέ γε ἀπὸ τοῦ σχήματος ποιητοῦ καταμάθωμεν, οἷά ἐστιν, ὡς εἰδεχθὲς ἅμα καὶ φοβερὸν θέαμα εἰς μῆκος ἄρρυθμον ἠσκημένος ἀνθρωπος, ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, προσωπον ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμενον ὀπτικείμενος, καὶ σῶμα κεχηνὸς πάμμεγα, ὡς καταπιόμενος τοὺς θεατάς. ἐπὶ λέγειν προστερνίζεται, καὶ προγαστρίζεται, προσθετὴν καὶ ὑπτιεχνητὸν παχύτητα προσποιούμενος, ὡς μὴ τῷ μήκει ἡ ἀρρυθμία ἐν λεπτῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο· εἶτ' ἔνδοθεν αὐτὸς κεκραγὼς, ἑαυτὸν αἰκαλῶν, καὶ καταικλῶν, ἐνίοτε καὶ προσάδων τὰ ἰαμβεῖα, καὶ ὃ δὴ αἴσχιστον, μελῳδῶν τὰς συμφορὰς, καὶ μόνης τῆς φωνῆς ὑποκείμενον παρέχων ἑαυτόν. τὰ γὰρ ἄλλα τῆς ποιητικῆς ἐμέλησε, πρόπολοι ποτὲ γενομένοις. καὶ μέχρι μὲν Ἀνδρομάχης τις, ἢ Ἑκάβη ἐστὶ, φορητὸς ἡ ᾠδή. ὅταν δὲ Ἡρακλῆς αὐτὸς εἰσελθὼν μονῳδῇ, ὁπλοθήκην αὐτῷ, καὶ μήτε τὸν λεοντῆν αἰδεσθεὶς, μήτε ὃ ῥόπαλον, ὃ προσεῖκεται, συλοικίαν δῆθεν φερουσῶν εἰκότως φαίη ἄν τις ὃ πρᾶγμα. καὶ γὰρ αὖ, ὅταν ἐνεκαλῇ τῇ ὀρχηστικῇ, ὃ, ἄνδρας ὄντας μιμεῖσθαι γυναῖκας, κοινὸν τοῦτο καὶ τῆς τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας ἔγκλημα δῶ εἶναι. πλείους γοῦν ἐν αὐταῖς τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες· ἡ κωμῳδία δὲ, καὶ τῶν προσώπων αὐτῶν ὃ καταγέλαστον, μέρος τῆς τερπνοῦ αὐτῇ νενέμηκεν, οἷα λαμπάδων, καὶ πυρίων, καὶ μαγείρων πρόσωπα. ὃ δὲ τῆς ὀρχήσεως σχῆμα, ὡς μὲν κόσμιον, καὶ σώφρονες, οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν· δῆλα γὰρ τοῖς μὴ τυφλοῖς ταῦτα. ὃ δὲ προσωπον αὐτὸ, ὡς κάλλιστον, καὶ τῷ ὑποκειμένῳ δράματι ἐοικὸς, ὑπὲρ κεχηνὸς δὲ, ὡς σκῆνα, ἀλλὰ συμμεμυκός· ἔχει γὰρ πολλοὺς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ᾄδοντας. πάλαι μὲν γὰρ αὐλεῖ καὶ ᾖδον, καὶ ὠρχοῦντο· εἶτ' ὀπτῶ κινουμένων ὃ ἄθλημα τῷ ᾠδικῷ ἐπετάραττεν, ἄμεινον ἔδοξεν ἄλλοις αὐλοῖς ὑποᾄδειν· αἱ δὲ ὑποφήσεις κοιναὶ ἀμφοτέροις, καὶ οὐδέν τι διήκειται τῷ τραγικῷ αἱ ὀρχηστικαὶ,

πλεῖω ὅτι ποικιλώτερα αὐτὰ, καὶ πολυμαθέστερα, καὶ μυρίας μεταβολὰς ἔχουσα. εἰ δὲ μὴ ἀγωνίος ἡ ὄρχησις, ἐκεῖνο φημὶ τὴν αἰτίαν, ὃ δόξαι τοῖς ἀγωνοθέταις μεῖζον καὶ σεμνότερον ὂν τὸ σῶμα, ἢ ὥστε εἰς ἐξέτασιν καλεῖσθαι. ἐὰν λέγω ὅτι πόλις ἐν Ἰταλίᾳ, τῆς Χαλκιδικοῦ γένους ἡ Θρῄκη, καὶ τοῦτο ὥσπερ τι κόσμημα, τῷ περὶ αὐλοῖς ἀγῶνι προστέθηκεν. ἐθέλω δέ σοι καὶ ταῦτα ἤδη ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ τῶν παραλελειμμένων τῷ λόγῳ, παμπόλλων ὄντων, ὡς μὴ δόξαν ἀγνοίας ἢ ἀμαθίας προσάψωμαι. οὐ γάρ με λέληθεν. ὅτι πολλοὶ περὶ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγραφότες, τὸν πλείστην διατελοῦσι τῆς γραφῆς ἐποιήσαντο, πόθεν τῆς ὀρχήσεως τὰ εἴδη ἐπεξιόντες, καὶ ὀνόματα αὐτῶν καταλέγοντες, καὶ οἷα ἕκαστα, καὶ ὑφ' ὅτου εὑρέθη, πολυμαθείας ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι πρέξειν. ἐγὼ δὲ μάλιστα μὲν τὸν περὶ ταῦτα φιλοτιμίαν, ἀπειρηκαλόν τε, καὶ ὀμμαθῆ, καὶ ἐμφυτῷ ἄχαριν οἰόμενος εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο παρίημι. ἔπειτα δὲ, κἀκεῖνό σε ἀξιῶ ἐννοεῖν, καὶ μεμνῆσθαι, ὅτι μοι νῦν οὐ πᾶσαν ὄρχησιν προκειται διαλογεῖν, οὐδὲ τοῦτον τὸν σκοπὸν ὑπεστησάμην τῷ λόγῳ, ὀρχήσεων ὀνόματα καταριθμήσασθαι, πλὴν ὅσων ἐν ἀρχῇ ὀλίγων ἐπεμνήσθην διὰ τὸ γνησιωτέρας αὐτῶν προχειρίσασθαι. ἀλλὰ τόγε ἐν τῷ παρόντι μοι κεφάλαιον τοῦ λόγου, τοῦτό ἐστι, τὴν νῦν ὄρχησιν καθεστῶσαν ἐπαινέσαι, καὶ δεῖξαι ὅσα ἐν αὐτῇ τέρπνα, καὶ χρήσιμα περιειλημμένα ἔχει, οὐ πάλαι ἀρξαμένην ἐς τοσοῦτον κάλλος ἐπιδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὸν σύμπαντα μάλιστα. αἱ μὲν γὰρ πρῶται ἐκείναι, ὥσπερ τινες ῥίζαι, καὶ θεμέλιοι τῆς ὀρχήσεως ἦσαν· ὁ δὲ ἄνθος αὐτῆς, καὶ τὸν τελεώτατον καρπὸν, ὅσον νῦν μάλιστα ἐς ἀκρότατον ἐπετετέλεσται, τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται, πρὶν ὃ θερμαυστρίζειν, καὶ γλαφυρὸν ὀρχεῖσθαι, καὶ τὰ ἄλλα, ὡς μηδὲν τῇ νῦν ταύτῃ ἐπισήκοντα. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ὁ Φρύγιον τὸ ὀρχήσεως εἶδος, ὃ πρόσφορον

A quàm quòd multipliciori varietate exornata sunt illa, maioríque studio perdiscenda, atque infinitas mutationes habentia. Quòd autem saltationum nulla sunt certamina, hanc ego causam esse opinor, quòd certaminum auctoribus res maior & grauior visa sit esse saltatio, quã vt de ea exactè pronũciari possit. Vt prẽteream ciuitatẽ in Italia Chalcidici generis præstantissimam, & hanc quemadmodum ornamentum aliquod certamini quod apud ipsos decertandum præponitur, adiecisse. Iam verò super iis respondere tibi stat sententia, quę oratione mihi omissa sunt, quæ non pauca esse video,
B ne quam ignorantiæ aut imperitiæ opinionem apud te incurram. Neque mihi obscurum est, complures ante nos de saltatione libellos conscripsisse, ac omnem suam in conscribendo operam & industriam in hoc posuisse, vt omnia saltationis genera atque species numero comprehenderent, earundémq; nomina percenserent, tum cuiusmodi vnaquæque illarũ, aut quo auctore foret inuenta, quo instituto magnã multiplicis scientiæ opinionem sibi adiuncturos existimabant.
Ego verò hanc ambitiosam super hisce
C rebus contentionem, & ineptam, & seræ cognitionis & mihi ipsi in præsens minimè tempestiuam & accommodam esse arbitror, eámque ob rem illa supersedeo. Deinde & hoc te cogitare velim, ac tenere memoria, quòd neque in præsentia statuerim omnem saltationem à prima stirpe repetitam velle indagare, neque hunc orationis meæ scopum esse propositum, saltationum nomina numero complecti velle, præter paucas illas quarum initiò memini, tanquam generosioribus propositis. Verùm hoc orationis meæ caput & summa futura est, vt eam saltandi ra-
D tionẽ quæ nunc cõstituta in vsu versatur, laudibus illustrẽ, planúmq; faciam, quantum cùm voluptatis tum fructus in se cõplectatur, & quàm non nuper primùm incepta, ad tantum venustatis & elegantiæ culmen & fastigium peruenerit, nec minùs de se exhibens reuerentię. Quippe priores illæ perinde vt radices & saltationis fundamenta fuerunt. Eius autem floridam venustatem, & fructum absolutissimum, qui nunc omnium perfectissimè cunctis augmentis ematuruit, illum nunc in præsens oratione nostra explicabimus, posthabita Thermaystride, & gruum saltatione, & aliis præsenti parum conuenientibus. Sed ne Phrygiam quidem illam saltandi speciem aptam conuiuiis

& compotationibus,& quæ tãtùm ebrietate duce exerceri ſolet, hominibus ruſticis ſæpenumero ad tibiam muliebriter ſaltantibus ſaltus duros & laborioſos, & quos etiamnum agreſtium ſtudio relictos videmus,præ ignorantia obticui:ſed quia à præſenti ſaltatione omnibus modis aliena eſt, nec quicquã cum illo commune habet: quandoquidem ipſe quoque Plato in legibus,nonnullas illius ſpecies commendat, nonnullas verò in totum reprobat, diuidens eas iuxta voluptatem & vtilitatem,exigens ex illis quæ ſunt indecentiores,anteponens autem & admirans reliquas: Et de ipſa quidem ſaltandi ratione hæc dicta ſufficiãt. Etenim ſingulis perſequendis orationem extendere,abſurdum mihi videtur, & ineptũ. Iam verò ea quæ ſaltatorem eximium habere oportet,tum qua ratione iis quæ perdidicit,rectè vti, quibúſque rebus artem poſſit aſſequi, tibi expediam, vt cognoſcas quàm non iſta ars omnino ſit comprehenſu facilis,& cuiuſuis ingenio obuia & expoſita, ſed omnium diſciplinarum exactiſſimè cognitarum adminiculo excolenda ſit,non muſices tantùm, verùm etiam rhythmices & geometrices, cum primis verò philoſophiæ tuæ naturalis & moralis. Solùm verò dialecticam illi tanquam ſuperfluam & parum commodam exiſtimatum eſt. Neque verò abhorret à Rhetorica, ſed & illius eſt particeps, quatenus mores atque affectus demonſtrat, quorum indicandorum cupidi ſunt etiam Rhetores. Sed nec à graphice excluſa eſt & plaſtice, verùm harum in membris exprimendis concinnitatem magnopere imitari videtur,adeò vt ne Phidias quidem in tãtum, aut Apelles in ea videtur præcellere. Ante omnia verò præſens & ſingularis in ſaltatore requiritur memoria, eiúſque filia Polymnia, vt omnium rerum callentiſſimè memor ſit. Etenim iuxta Calchantem Homericum ſaltatorem ſcire neceſſe eſt, *Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur*: ne quid rerum prorſus ignoret, ſed memoriam habeat promptam & expeditam. Caput autem argumenti eſt imitationis atque demonſtrationis ſcientia,ac rerum mente cõceptarum explicatio,neque non obſcurorũ perſpicua declaratio. Et quod de Pericle literis ac memoriæ prodidit Thucydides, eum virum collaudans, hanc ſummam & clariſſimã eſſe ſaltatoris laudẽ,noſſe quid deceat,& id ipſum explicare poſſe.

A τὴ συμποτικὴν, μὴ μέθης νηνόμφων, ἀγελείχων πολλάκις τοὺς αὐλητὰς γυναικεῖον ὀρχουμένων, σφοδρὰ τὴ καματηρὰ πηδήματα, τὴ νῦν ἔτι ταῖς ἀγελείαις ὑπιπολάζοντα, ὑπ' ἀγνοίας παρέλιπον, ἀλλ' ὅτι μηδὲν τούτων τῇ νῦν ὀρχήσει κοινωνῇ· τὴ γὰρ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις, τὰ μὲν τινα εἴδη ἐπαινῇ τούτης, τὰ δὲ πόρρω ἀπαξιοῖ, διαιρῶν αὐτὰ ἐς τε τὸ τερπνὸν, καὶ τὸ χρήσιμον, καὶ ἀπεχθεστέρων αὐτῶν τὰ ἀσημονέστερα, τοῦ σπουδαίου δὲ καὶ θαυμάζων θατέρα. τὴ τοίνυν περὶ αὐτῆς ὀρχήσεως, τοσαῦτα. τὸ γὰρ, πόρρω ἐπεξιόντα μηκύνειν τὸν λόγον, ἀπειρόκαλον· αἱ δὲ τὸν ὀρχηστὴν αὐτὸν ἔχειν χρὴ, τὴ ὅπως δεῖ ἀσκῆσθαι, καὶ ἃ μεμαθηκέναι, τὴ οἷς κεκτῆσθαι τὸ ἔργον, ἤδη σοι δίδωμι, ὡς μάθῃς, ὅ τι τῶν ῥᾳδίων, τὴ τῶν θεμελιωδεστάτων οὔσαν τῷ τέχνῃ, ἀλλὰ πάσης παιδεύσεως ἐς τὸ ἀκρότατον ἀφικνουμένην, ὄ μουσικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ῥυθμικῆς, τὴ γεωμετρικῆς, τὴ τῆς σῆς φιλοσοφίας μάλιστα, τῆς τε φυσικῆς, καὶ τῆς ἠθικῆς. τῷ γὰρ διαλεκτικῷ αὐτῆς περιεργόν, ἄχαριν αὐτὴν νενόμικεν. ὅ μὲν οὖν ῥητορικῆς ἀφέστηκεν, ἀλλὰ καὶ τούτης μετέχει, καθ' ὅσον ἤθους τε καὶ παθῶν ὑποδεικτική ἐστιν, ὧν καὶ οἱ ῥήτορες ἐρῶσι τυγχάνουσι. σκιαγραφίας δὲ καὶ γραφικῆς, τὴ πλαστικῆς, ἀλλὰ τὴ τῷ τούτοις διρυθμίαν μάλιστα μιμουμένη φαίνεται, ὡς μηδὲν ἀμείνω μήτε Φειδίαν αὐτῆς, μήτε Ἀπελλῆν εἰδέναι. τοῦ πάντων δὲ, Μνημοσύνῃ, τὴ τῷ θυγατέρα αὐτῆς Πολύμνιαν, ἵλεων ἔχειν αὐτῇ προσήκει, καὶ μεμνῆσθαι πειρᾶται ἀπάντων. χρὴ γάρ τοι τὸν Ὁμηρικὸν Κάλχαντα τὸν ὀρχηστὴν εἰδέναι χρὴ, τά τ' ὄντα, τά τ' ἐσόμενα, πρό τ' ἐόντα, ὡς μηδὲν αὐτὸν λαθαίνειν, ἀλλ' εἰς τὸν προχείρων τῷ μνήμῃ αὐτῶν, τὴ ὃ μὲν κεφάλαιον τῆς ὑποθέσεως, μιμητική τίς ἐστιν ὑπόκρισις, καὶ δεικτική, καὶ τῶν ὑπονοηθέντων ἐξαγορευτική, καὶ τῶν ἀφανῶν σαφήνισις. τὴ ὅπερ ὁ Θουκυδίδης περὶ τοῦ Περικλέους ἔφη, ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τοῦ ὀρχηστοῦ ἀκρότατον ἂν ἐγκώμιον εἴη, γνῶναί τε τὰ δέοντα, τὴ ἑρμηνεῦσαι αὐτά.

ἑρμηνείαν δὲ νῦν, τὴν σαφήνειαν τῶν σχημάτων λέγω. ἡ δὲ πᾶσα τοῦ ἔργου χορηγία, ἣ παλαιὰ ἱστορία ἐστίν, ὡς τοῦτον, καὶ ἡ τοιαύτης μνήμη τε, καὶ μετ' εὐσχημοσύνης ἀπόδειξις. ἀπὸ γὰρ χάους εὐθὺς, καὶ τῆς τοῦτου τοῦ κόσμου γενέσεως ἀρξάμενον, χρὴ αὐτὸν ἅπαντα εἰδέναι, ἄχρι τῶν καθ' ἡμᾶς Κλεοπάτρας τῆς Αἰγυπτίας. οὕτω γὰρ τοῦ διαστήματος τοιαύτη περιγραφὴ ἡμῖν ἡ τῆς ὀρχήσεως πολυμάθεια, καὶ τὰ διὰ μέσου μάλιστα ἴσως, Οὐρανοῦ τομὴν, Ἀφροδίτης γονὰς, Τιτάνων μάχην, Διὸς γένεσιν, Ῥέας ἀπάτην, Λίθου ἐπιβολὴν, Κρόνου δεσμὰ, τὸν τῶν τοιῶν Ἀδελφῶν κλῆρον. εἶτα ἑξῆς, Γιγάντων ἐπανάστασιν, πυρὸς κλοπὴν, ἀνθρώπων πλάσιν, Προμηθέως κόλασιν, Ἔρωτος ἰσχὺν ἑκατέρου· καὶ μετὰ ταῦτα, Δήλου πλάνην, καὶ Λητοῦς ὠδῖνας, καὶ Πύθωνος ἀναίρεσιν, καὶ Τιτυοῦ ἐπιβουλὴν, καὶ τὸ μέσον τῆς γῆς διεκπόμπευσιν, ὑπὸ τῶν ἀετῶν· Δευκαλίωνα ὑπὸ τούτοις, καὶ τὸν μεγάλων ὑπὸ τοῦτον τὸν βίου ναυαγίαν, καὶ λάρνακα μόνην, λείψανον τοῦ ἀνθρωπείου γένους φυλάττουσαν· καὶ ἐκ λίθων ἀνθρώπους πάλιν· εἶτα Ἰάχου σπαραγμὸν, καὶ Ἥρας δόλον, καὶ Σεμέλης κατάφλεξιν, καὶ Διονύσου ἀμφοτέρας τὰς γονὰς, καὶ ὅσα περὶ Ἀθηνᾶς, καὶ ὅσα Ἡφαίστου, καὶ Ἐριχθονίου, καὶ τὴν ἔριν τὴν περὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ ἀλιρρόθιον, καὶ τὸν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίσιν, καὶ ὅλως, τὸν Ἀττικὸν πᾶσαν μυθολογίαν· ἐξαιρέτως δὲ, τὸν Δήμητρος πλάνον, καὶ Κόρης εὕρεσιν, καὶ Κελεοῦ ξενίαν, καὶ Τριπτολέμου γεωργίαν, καὶ Ἰκαρίου ἀμπελουργίαν, καὶ τὴν Ἠριγόνης συμφοράν, καὶ ὅσα περὶ Βορέου, καὶ ὅσα περὶ Ὠρειθυίας, καὶ Θησέως, καὶ Αἰγέως· ἔτι δὲ, τὴν Μηδείας ἐπανοδὸν, καὶ αὖθις εἰς Πέρσας φυγὴν, καὶ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας, καὶ τὰς Πανδίονος· ἅπερ ἐν Θρᾴκῃ ἔπαθον, καὶ ἔδρασαν· εἶτα, ὁ Ἀκάμας, καὶ ἡ Φυλλὶς, καὶ ἡ πρώτη δὲ τῆς Ἑλένης ἁρπαγὴ, καὶ ἡ στρατεία τῶν Διοσκούρων ὑπὲρ τὴν πόλιν, καὶ ὁ Ἱππολύτου πάθος, καὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδος. Ἀττικὰ γὰρ καὶ ταῦτα εἰκότως ἂν νομίζοιτο.

A Explicationem autem, habituum perſpicuitatem ego dico. Cæterùm ad hanc rem potiſſimùm facere videtur omnis illa rerum priſcarum hiſtoria, vt à me prædictum eſt, cùm prompta memoria, tum decenti geſticulationi coniuncta demõſtratio. Statim enim à Chao & prima terræ generatione facto exordio, cuncta illi ad vnguẽ cognita eſſe neceſſe eſt, vſque ad Cleopatræ Ægyptiæ tempora. Hoc enim ſeculorum interuallo circunſcripta eſt nobis multiplex illa ſaltatori paranda cognitio. Media omnia perfectiſſimè calleat, Cœli ſectionẽ, Veneris partus, Titanũ pugnam, Iouis incunabula & natiuitatẽ, Rheæ fraudulẽtam impoſturã, lapidis ſuppoſitionem, Saturni vincula, trium fratrum regna per ſortem diuiſa: Deinde Gigantum ſeditioſam rebellionẽ, ignem furto Promethei ſubtractum, Hominum formationem, Promethei ſupplicium, Amoris vtriuſque robur & violentiam. Poſt hæc Deli errationem, & Latonę ex partũ dolores, & Pythonis cædẽ, & Tityi inſidias, ac mox quemadmodum medium terræ aquilarum volatu inuentum ſit. Ad hæc Deucalionem, ac magnum illud, id ætatis naufragium, tum vnicam illam arcam humani generis reliquias cõſeruantem: Præterea quemadmodum denuo ex lapidibus homines prognati ſunt: Mox Iachi dilaniationẽ, & Iunonis dolũ, & Semeles conflagrationẽ, & Bacchi vtranque ſtirpem. Tum quæcunque de Minerua referuntur in fabulis, quæcunque de Vulcano, atque Erichthonio, ac diſceptationem illam de Attica, & primum in Areopago iudicium. In ſumma, totum illum ſermonem Atticum fabuloſis narrationibus refertiſſimum. Præcipuè tamen memoria teneat Cereris errorem, atque inuentã Proſerpinam, & Celei hoſpitalitatem, & Triptolemi agriculturã, & vitium plantationem factam ab Icaro, & Erigones ęrũnas: præterea quæcunque de Borea, quæcunque de Orithyia, & Theſeo & Ægeo memoriæ prodita ſunt. Adde his Medeæ ſuſceptionem, eiúſque denuo in Perſas fugam, ac regis Erechthei filias, & natas Pandionis, tum quæcunque in Thracia per peſſæ ſunt & fecerunt. Deinde non ignorãdus eſt illi Acamas, nõ Phyllis, non primus raptus Helenæ, tũ Caſtoris atque Pollucis aduerſus vrbem expeditio, neque non mors Hippolyti, & Heraclidarum reditus. Iure enim & iſta in fabulis Atticis cenſebũtur.

Et hæc quidē ex rebus geſtis Athenienſium ſanè quàm paucaexempli gratia ex multis à me prætermiſſis percurri. Deinceps verò memoria quoque tenenda eſt Megara,& Niſus, & Scylla,& crines purpurei,& Minois regis Cretenſium diſceſſus,ac erga bene de ſe meritam ingratitudo. Quibus poſtea annectenda ſunt cum Cithærone quæcunque Thebanis ciuibus acta ſunt, & Labdacidarum ærumnæ, & Cadmi peregrinatio, & bouis procubitus, & dentes ſerpentini, & Spartanorum retributio. Et rurſus Cadmi in ſerpētem tranſmutatio, & ad lyram præcinentem murorum ſubſtructio, & murorum inſtauratoris inſania,& vxoris eius,nempe Niobes,ſibi ac ſuis exitioſa iactantia, & in luctu ſilentium: tum quæcunque de Pentheo,quæcunque de Actæone,quæcūque de Oedipode,quæcunque de Hercule cum omnibus illius certaminibus literis prodita ſunt, eiúſq; liberorū per inſaniam facta internecio. Deinde Corinthus,& ipſa plena fabulis, Glaucam & Creonta habens, & ante illos Bellerophontem, & Sthenebœam, Soliſque & Neptuni pugnam. Poſt hæc autem Athamantis furentem inſaniam, ac Nubis liberorum in ariete fugam aëriam, Inus & Melicertæ ſuſceptionem. Ad hæc neque Pelopidarum facta ſaltatori negligenda ſunt,neque Mycenæ,& quæcunque in illis memorabiliter geſta ſunt.Et ante illos Inachus & Io, & ipſius cuſtos Argus, & Atreus, & Thyeſtes, & Aërope, & vellus aureum , & Pelopiæ nuptiæ,& Agamemnonis interfectio, & Clytemneſtræ ſuppliciū. Iam adhuc ante illos ſeptem principum aduerſus Thebas expeditio, & generorum exulum Adraſti ſuſceptio, & oraculum de illis proditum, prætereа ducum in bello cæſorum interdicta ſepultura , & propter hanc Antigones & Menœcei miſerabilis interitus. Inſuper quæcunque feruntur in Nemea,Hypſipyle & Archemorus, ſaltatori monimenta cum primis neceſſaria. At etiam quæ ante illa tempora acciderunt,exactè callebit, Danaës virginitatē,Perſei natiuitatē, certamen quod aduerſus Gorgonas ſuſcepit. Adde illis & Æthiopicam narrationem, Caſſiopeam, & Andromedam, & Cepheum, quos inter aſtra annumerauit quoque hominum id ætatis credulitas. Quin etiam illa non ignorabit priſca facta Ægypti & Danai,& inſidias quibus petitę ſunt nuptiæ. Non pauca verò eius generis ſuppedi-

A ταῦτα μὲν τὰ Ἀθηναίων, ὀλίγα πάνυ δείγματος ἕνεκα ἐκ πολλῶν τῶν παραλελειμμένων διῆλθον. ἑξῆς δὲ, Μέγαρα, καὶ Νῖσος, & Σκύλλα, & πορφυρᾶς πλόκαμος, & Μίνωος πόρος, & περὶ τὴν ἀνεργέτην ἀναισθησία. οἷς ἑξῆς ὁ Κιθαιρών, καὶ τὰ Θηβαίων, & τὰ Λαβδακιδῶν πάθη, καὶ Κάδμου ἀποδημία, & βοὸς ὄκλασις, & ὄφεως ὀδόντες, καὶ Σπαρτῶν ἀνάδοσις, καὶ αὖθις, τοῦ Κάδμου εἰς δράκοντα μεταβολή, & πρὸς λύραν τείχισις, & μανία τοῦ τειχοποιοῦ, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς Νιόβης ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ ὅτι τῷ πένθει σιγή, & τὰ Πενθέως, καὶ Ἀκταίωνος, & τὰ Οἰδίποδος, καὶ Ἡρακλῆς σὺν τοῖς ἄθλοις αὐτοῦ ἅπασι, καὶ ἡ τῶν παίδων σφαγή, εἶθ' ἡ Κόρινθος, πλέα καὶ αὐτὴ μύθων, τὴν Γλαύκην καὶ τὸν Κρέοντα ἔχουσα· καὶ πρὸ αὐτῶν, τὸν Βελλεροφόντην, καὶ τὴν Σθενέβοιαν, καὶ Ἡλίου μάχην, καὶ Ποσειδῶνος· καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν Ἀθάμαντος μανίαν, καὶ τῶν Νεφέλης παίδων ὅτι τοῦ χρυσοῦ τὴν δερέειον φυγήν, Ἰνοῦς καὶ Μελικέρτου ὑποδοχήν. ὅτι τούτοις, τὰ Πελοπιδῶν, καὶ Μυκήνας, & τὰ ἐν αὐταῖς, & πρὸ αὐτῶν, Ἰνάχου, & Ἰοῦς, & ὁ φυλακὴς αὐτῆς Ἄργος, καὶ Ἀτρεύς, καὶ Θυέστης, καὶ Ἀερόπη, καὶ ὁ χρυσοῦν δέρας, καὶ Πελοπείας γάμος, & Ἀγαμέμνονος σφαγή, καὶ Κλυταιμνήστρας τιμωρεῖα. καὶ ἔτι πρὸ τούτων, ἡ τῶν ἑπτὰ λοχαγῶν στρατεία, καὶ ἡ τῶν Φυγάδων γαμβρῶν τοῦ Ἀδράστου ὑποδοχή, καὶ ὁ ἐπ' αὐτοῖς χρησμός, καὶ ἡ τῶ πεσόντων ἀταφία, καὶ Ἀντιγόνης δι' ἣν ταῦτα καὶ Μενοικέως ἀπώλεια. καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ ὑπ', ἡ Ὑψιπύλη, καὶ Ἀρχέμορος, ἀναγκαιότατα τῷ ὀρχηστῇ μνημονεύματα. καὶ πρὸ αὐτῶν, εἴσεται τὴν Δαναὴς παρθενίαν, καὶ Περσέως γένεσιν, καὶ τὸ ὅτι τὰς Γοργόνας ἆθλον αὐτῷ προηρημένον, & οἰκεία καὶ ἡ Αἰθιοπικὴ διήγησις, Κασσιόπεια, καὶ Ἀνδρομέδα, καὶ Κηφεύς, οὓς καὶ ἄστροις ἐγκατέλεξεν ἡ τῶν μυθῶν ταῦτα πίστις. καὶἐκεῖνα δὲ τὰ ἀρχαῖα τὰ Αἰγύπτου, καὶ Δαναοῦ, εἴσεται, καὶ τὴν ὑπὸ ἀλλήλων βουλήν. οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ ἡ Λακεδαιμων

τοιαῦτα προέχεται, τὸν Υάκινθον, καὶ τὸν τῦ Ἀπόλλωνος αἰτεφαςὴν Ζέφυρον, καὶ τλιὸ ἐκ τοῦ τοῦ δίσκου τῦ μειρακίου σφαγλὸ, καὶ τὸ ἐκ τῦ αἵματος ἄνθος, καὶ τλιὸ ἐν αὐτῷ αἰάζοντα ὑπογραφλὸ, καὶ τλιὸ Τυνδάρεω ἀνάστασιν, καὶ τλιὸ Διὸς ὅτι τούτῳ κατ' Ἀσκληπιοῦ ὀργλό. ἔτι δὲ, καὶ τὸν Πάριδος ξενισμὸν, καὶ τλιὸ Ἑλένης ἁρπαγλό, μετ' τλιὸ ὅτι τοῦ μήλου χρίσιν. νομιστέον γὰρ τῇ Σπαρτιατικῇ ἱστορίᾳ, καὶ τλιὸ Ἰλιακὴν συνῆφθαι, πολλλὸ ὄγκον, καὶ πολυπροσωπον. καθ' ἕκαστον γοῦν τῶν ἐκεῖ πεσόντων, δρᾶμα τῇ σκηνῇ προέχεται. καὶ μεμνῆσθαι δὲ τούτων ἀεὶ, μάλιστα ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς βούλεται, ἄχρι τῶν ἐν τοῖς νόστοις γεγυμνασμένων, καὶ τῆς Αἰνείου πλάνης καὶ Διδοῦς ἔρωτος, ὧν οὐκ ἀλλότρια, καὶ τὰ περὶ τὸν Ὀρέστην δράματα, καὶ τὰ ἐν Σκυθίᾳ τοῦ ἥρωϊ τετολμημένα. οὐκ ἀπιστήσει γ' οὐ καὶ τὰ πρὸ τούτων, ἀλλὰ τοῖς Ἰλιακοῖς συγγενῆ, Ἀχιλλέως ἐν Σκύρῳ παρθένοις, Ὀδυσσέως μανία, καὶ Φιλοκτήτου ἐρημία. καὶ ὅλως, ἃ πάντα Ὀδύσσειος πλάνη, καὶ Κίρκη, καὶ Τηλέγονος, καὶ ἡ Αἰόλου τῶν ἀνέμων δυναστεία, καὶ τὰ ἄλλα, μέχρι τῆς τῶν μνηστήρων τιμωρίας· καὶ πρὸ τούτων, ἡ τοῦ Παλαμήδους ἐπιβολὴ, καὶ ἡ Ναυπλίου ὀργὴ, καὶ ἡ Αἴαντος μανία, καὶ ἡ θατέρου ἐν ταῖς πέτραις ἀπώλεια. ἔχοι πολλὰς ἀφορμὰς καὶ Ἦλις τοῖς ὀρχεῖσθαι πειρωμένοις, τὸν Οἰνόμαον, τὸν Μυρτίλον, τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τοὺς πρώτους τῶν Ὀλυμπίων ἀγωνιστάς. πολλὴ δὲ καὶ ἡ κατ' Ἀρκαδίαν μυθολογία, Δάφνης φυγὴ, Καλλιστοῦς θηρίωσις, Κενταύρων παρουσία, καὶ Πανὸς γονὰ, Ἀλφειοῦ ἔρως, καὶ Ὑφαλος ἀποδημία. ἀλλὰ κἂν εἰς τλιὸ Κρητίκὸ ἀφίκῃ τοῦ λόγου, πάμπολλα κἀκεῖθεν ἡ ὄρχησις ἐρανίζεται, τλιὸ Εὐρώπην, τλιὸ Πασιφάᾳ, τοὺς ταύρους ἀμφοτέρους, τὸν Λαβύρινθον, τλιὸ Ἀριάδνλιο, τλιὸ Φαίδρας, τὸν Ἀνδρόγεων, τὸν Δαίδαλον, τὸν Ἴκαρον, τὸν Γλαῦκον, τλιὸ Πολυίδου μαντικλιό, τὸν Τάλω, τὸν χαλκοῦν τῆς Κρήτης περίπολον. κἂν εἰς Αἰτωλίαν μετέλθῃς, κἀκεῖ πολλὰ ἡ ὄρχησις καταλαμβάνει, τλιὸ Ἀλθαίας, τὸν Μελέαγρον, τλιὸ Ἀταλάντην, τὸν Δαλὸν, καὶ ποταμοῦ καὶ Ἡρακλέους πάλην, καὶ Σφιγγῶν γόους, καὶ Ἐχινάδων ἀπάδοσιν,

tabit & Lacedæmon, videlicet Hyacinthum, & Apollinis ritualem Zephyrum, & pueri exitium à discо illatum, enatúmque ex illius sanguine flosculum, & gementem in eodem inscriptionem, αι, αι, & Tyndarum à morte reducem, & Iouis ob hoc ipsum aduersus Æsculapium excandescentiam. Præterea Paridis apud Menelaum hospitium, & Helenæ raptum post factum propter pomum iudicium. Planè enim existimet Spartanæ historiæ & Iliacam esse adiunctam, copiosam profectò & multiplicem. Itaque iuxta vnumquenque apud Troiam occisorum fabula agenda scenæ proponitur. Consentaneum verò est, vt horum subinde memor sit, cum primis verò eorum quæ mox à raptu vsque ad Græcorum procerum in patriam reditum peracta sunt. Neque Æneæ erroris obliuiscatur, neque Didonis amoris. Inter quæ locum quoque habebunt quæ de Oreste circunferuntur fabulæ, tum qualia satis fidenter ausus est in Scythia. Sed nec illa quæ antehac gesta sunt, inepta putabit, Achillis in Scyro cum virginibus cõuersationem, Vlyssis insaniam, Philoctetæ à Græcis derelictionem: In summa, totã Vlysseam errationem, & Circen, & Telegonum, & Æoli in ventos imperium, aliáque vsque ad procorum supplicia. Ante hæc verò quibus sycophantiis Palamedi perniciem machinatus est, & ira Nauplij, & Aiacis furentis insania, & alterius ad petras naufragium facientis exitium. Quin etiam Elis multas occasiones præbebit saltare conantibus, Oenomaum, Myrtilum, Saturnum, Iouem, primos Olympiarum athletas. Atqui nec Arcadia fabularum expers est, Daphnes fugam, Callistus ferinam vitam, Centaurorum temulentiam, Panos parentes, Alphei amorem, & Hyphali peregrinationem exhibens. Iam si oratione in Cretam descenderit, permulta inde sumet saltatio, Europam, Pasiphaën, tauros vtrosque, Labyrinthum, Ariadnen, Phædram, Androgeum, Dædalum, Icarum, Glaucum, Polyidi vaticinium, Talo, æneum Cretę custodem. At si in Ætoliam diuerteris, habet & illic non pauca quæ mutuò sumet saltatio, Althæam, Meleagrum, Atalanten, Dalum, fluminis cum Hercule luctam, Sirenum procreationem, Echinadum retributionem,

& poſt inſaniam, Alcmæonis habitatio- A
nem, deinde Neſſum, & Deianiræ zelo-
typiam, cui applicanda eſt Herculis in
Oeta monte pyra & conflagratio. Habet
etiam Thracia non parum multa ſaltanti
neceſſaria, nempe Orpheum, & illius fa-
ctam à mulierculis dilaniationem, eiúſ-
que caput loquens, idémque vnà cum ly-
ra natans. Præterea Hæmum & Rhodo-
pen, tum Lycurgi ſupplicium. Porrò
Theſſalia adhuc plura his ſubminiſtra-
bit, Peliam, Iaſonem, Alceſtin, claſſem
quinquaginta nauibus congregatam, Ar-
go, & loquacem eius carinam. Inſuper
res in Lemno geſtas, Æëtam, Medeæ
ſomnium, Abſyrti dilacerationem, tum B
omnia illa quæ inter nauigandum acci-
derunt. Poſt hæc autem Proteſilaum &
Laodamiam. Rurſus ſi in Aſiam poſtlimi-
niò te contuleris, multam ibi inuenies fa-
bularum copiam. Statim enim tibi oc-
curret Samus, mox Polycratis calamitas,
atque filiæ eius vſque ad Perſas erratio.
Quin etiam his adhuc antiquiora, nimi-
rum Tantali loquax incontinentia, tum
deorum apud eundem conuiuium, & Pe-
lopis carnea depaſtio, eiúſque elephan-
tinus humerus. In Italia verò Eridanus
& Phaëthon, & Populi lugentes ſorores,
& electrum lacrymantes. Sciet eiuſmodi C
quoque Heſperidas, & cuſtodem aurei
fructus Draconem, & Atlantis laborem,
& Geryonem, tum boum ex Erythia ab-
actionem. Neque ignorabit omnes fabu-
loſas formarum transformationes, quæ-
cunque in arbores aut animantes aut a-
ues tranſmutatę ſunt, & quot ex muliе-
ribus viri facti ſunt: dico autem Cænea,
& vatem Tireſiam. Super hæc in Phœni-
cia Myrrham, & luctum illum Aſſyrium,
qui geminus eſt. Et hæc habebit cogni-
ta, & adhuc recentiora, quæcũque poſt
Macedonum imperſum auſus eſt Anti-
pater & Seleucus ob amorem Stratoni- D
ces. Ægyptiorum quæ magis erunt ar-
cana, cognoſcet quidem, ea autem ſal-
tando repræſentabit ſignificantiùs: E-
paphũ dico & Oſirim, præterea Deorum
in animalia tranſmutationes. Ante o-
mnia verò ea quæ circa amores illorum
variè & mirificè contigerunt, quæque
de Ioue ipſo feruntur fabulæ, tum in
quaſcunque facies ſemet transfigurárit.
Omnem verò inferorum tragœdiam
tanquam digitos vnguéſque ſuos tene-
bit, tum ſuppliciorum genera, & quæ
cuiuſque cauſſa extiterit, & Pitithoi

καὶ μὴ τὴν μανίαν, Ἀλκμαίωνος οἴκησιν.
εἶτα Νέσσον, καὶ Δηϊανείρας ζηλοτυπίαν,
ἐφ' ᾗ τὴν ὑπ' Οἴτῃ πυρὰν ἕλκει καὶ Θρᾴκη
πολλὰ τῷ ὀρχησομένῳ ἀναγκαῖα, τὸν Ορ-
φέα, τὸν ἐκείνου σπαραγμὸν, καὶ τὴν λά-
λον αὐτοῦ κεφαλὴν τὴν ὑπὸ πλεούσῃ τῇ
λύρᾳ, καὶ τὸν Αἷμον, καὶ τὴν Ροδόπην, καὶ τὴν
Λυκούργου κόλασιν. καὶ Θεσσαλία δὲ ἔτι
πλείω παρέξεται, τὸν Πελίαν, τὸν Ἰάσονα, τὴν
Ἄλκησιν, τὸν τῶν πεντήκοντα νεῶν στόλον, τὴν
Ἀργὼ, τὴν λάλον αὐτῆς ἐρῖνν· τὰ δὲ ἐν Λή-
μνῳ, τὸν Αἰήτην, τὸν Μηδείας ὄνειρον, τὸν
Ἄψυρτου σπαραγμὸν, καὶ τὰ ἐν τῷ πλῷ
γενόμενα· καὶ μὴ ταῦτα, τὸν Πρωτε-
σίλαον, καὶ τὴν Λαοδάμειαν. κἂν εἰς τὴν
Ἀσίαν πάλιν ἀφίκῃ, πολλὰ καὶ ἐκεῖ δρά-
ματα. ἡ γὰρ Σάμος ἀθρήσει, καὶ ὁ Πολυ-
κράτους πάθος, καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ μέχρι
Περσῶν πλάνη· καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα, ἡ τοῦ
Ταντάλου φλυαρία, καὶ ἡ πρὸ αὐτοῦ θεῶν
ἑστίασις, καὶ ἡ Πέλοπος κρεουργία, καὶ ὁ ἐλε-
φάντινος ὦμος αὐτοῦ. ἐν δὲ Ἰταλίᾳ δὲ, ὁ Ηρι-
δανὸς, καὶ Φαέθων, καὶ Αἴγλεσι ἀδελφαὶ θρη-
νοῦσαι, καὶ ἤλεκτρον δακρύουσαι. εἴσεται δὲ ὁ
Διόδοτος καὶ τὰς Ἑσπερίδας, καὶ τὸν φυλακὴν
τῆς χρυσῆς ὀπώρας δράκοντα, καὶ τὸν Ατλαν-
τος μόχθον, καὶ τὸν Γηρυόνην, καὶ τὴν ἐξ
Ερυθείας ἔλασιν τῶν βοῶν. οὐκ ἀγνοήσει δὲ καὶ
τὰς μυθικὰς μεταμορφώσεις ἁπάσας, ὅσαι
εἰς δένδρα, ἢ θηρία, ἢ ὄρνεα μετάγονται, καὶ
ὅσαι ἐκ γυναικῶν ἄνδρες ἐγένοντο, τὸν Και-
νέα λέγω, καὶ τὸν Τειρεσίαν, καὶ τοὺς τοιούτους.
καὶ ἐν Φοινίκῃ δὲ, Μύρραν, καὶ τὸ Ασσύριον
ἐκεῖνο πένθος μεμιξόμενον. καὶ ταῦτα εἴσε-
ται· καὶ τὰ νεώτερα δὲ, ὅσα μὴ τὴν Μα-
κεδόνων ἀρχὴν ἐτόλμησεν ὁ τε Αντι-
πάτρου, καὶ ὁ Σελεύκου ὑπὲρ τῆς Στρατο-
νίκης ἔρωτι. τὰ δὲ Αἰγυπτίων μυστικώτερα
ὄντα εἴσεται μὲν, συμβολικώτερον δὲ ὑπο-
δείξεται, τὸν Επαφον λέγω, καὶ τὸν Οσιριν,
καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰς τὰ ζῶα μεταβολάς. περὶ
πάντων δὲ, τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας αὐτῶν,
καὶ αὐτοῦ τοῦ Διὸς, καὶ εἰς ὅσα ἑαυτὸν με-
τεσκεύασεν. εἴσεται δὲ καὶ τὴν ἐν ᾅδου
ἅπασαν τραγῳδίαν, καὶ τὰς κολάσεις, καὶ
τὰς ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίας, καὶ τὴν Πειρίθου,

καὶ Θησέως ἄχρι τῆς ᾅδου ἐπαρείας. σιωπήσονται δὲ εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν, καὶ μάλιστα τῆς τραγῳδίας λεγομένων, ἀγνοήσει. ταῦτα πάνυ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων ὁ πλοῦτος ἐξελών, τὰ κεφαλαιωδέστερα κατέλεξα, τὰ ἄλλα τοῖς τε ποιηταῖς ἅδην ἀφείς, καὶ τοῖς ὀρχησταῖς αὐτοῖς δηκνύναι, καὶ σοὶ τοῦτο ἐξευρίσκειν κατ' ὁμοιότητα τῶν προφερομένων, ἃ δεῖ πάντα παρεῖναι καὶ τοῖς τὸν χορὸν ἔχουσιν ὦ ὀρχήσῃ παρεσκευασμένα, καὶ προτεταμιευμένα κεῖσθαι αἰσχύνην. ἐπεὶ δὲ μιμητικὸς ὅδε, καὶ κινήμασι τὰ ἀόρατα δείξειν ὑπισχνῆται, αἰσχύνην αὐτῷ, ὅσα καὶ τοῖς ῥήτορσι, φιλοτιμίαν ἀσκεῖν, ὡς ἔοικεν τῶν δηκνυμένων ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦσθαι, μηδενὸς ἔξηγητοῦ δεόμενον. μὴ, ὅπερ ἔφη ὁ Πυθικὸς χρησμὸς, δεῖν τὸν θεώμενον ὄρχησιν, καὶ κωφῷ σιωπᾶν, καὶ μὴ λαλέοντος τοῦ ὀρχηστοῦ ἀκούειν. ὃ δὴ καὶ Δημήτριον τὸν Κυνικὸν παθεῖν λέγουσιν. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὅμοιά σοι κατηγόρει τῆς ὀρχηστικῆς, λέγων τὸν αὐλητὴν, καὶ τὸν συρίσκον, καὶ τὸν κτύπον, περιττόν τι τῶν ὀρχηστῶν εἶναι, μηδὲν αὐτῶν πρὸς τὸ δρᾶμα συντελοῦντα, κινήματον ἄλλοθεν ἄλλως κίνησιν, καὶ μέτρον, οὐδενὸς αὐτῇ νοῦν προσόντος· τὸν δ' αὐλητὴν τοῖς περὶ τὸ πρᾶγμα γοητευομένοις, ἐναπτὶ Σειρῆνι, καὶ παρασωτείῳ θορυβεῖν, αὐλῷ τε, καὶ τερετίσμασι, καὶ τῇ τῶν ᾀδόντων βοῇ, οἷς κοσμεῖσθαι μηδὲν ὂν τὸ τῆς ὀρχήσεως πρᾶγμα. ὁ τότε κατὰ τὸν Νέρωνα βιοὺς ἀκμῇ ὀρχηστὴς, οὐκ ἀσυνέτους, ὡς φασιν, ἀλλ' εἴ τις ἄλλος, ἔν τε ἱστορίας μνήμῃ, καὶ κινήσεως κάλλει διενεγκὼν, ἐδεήθη τῆς Δημητρίου βουκωμωνεστάτου, οἶμαι, τὴν δέησιν, ἰδεῖν ὀρχούμενον, ἔπειτα κατηγορῆσαι αὐτοῦ, καὶ ὑπέσχετό γε αὐλῷ αὐλεῖν, καὶ ἀσυμφώνως ἐπιδείξεσθαι αὐτῷ· καὶ ἅτε ἐποίησε· ἡσυχίαν γὰρ τοῖς τε κτύποις, καὶ τοῖς αὐλοῖς, καὶ αὐτῷ παραγγείλας τῷ χορῷ, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ ὠρχήσατο τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως μοιχείαν, Ἡλίου μηνύοντα, καὶ Ἡφαίστου δεσμεύοντα, καὶ τοῖς δεσμοῖς ἀμφοτέρους, τήν τε Ἀφροδίτην, καὶ τὸν Ἄρη σα-

& Theſei indiuulſã vſque ad inferos amicitiã. Vt autẽ vno quaſi faſce ſummatim perſtringam omnia, nihil quod ab Homero & Heſiodo, tum ab reliquis poëtis eximiis & excellẽtibus, maximè tragicis, dictum eſt, ignorabit. Hæc admodũ pauca ex multis, aut potiùs ex innumeris iſtã ſyluam, rerúmque ſaltationi neceſſariarum ſaltem capita aliquot percenſui. Reliqua verò cùm poëtis, tum ipſis ſaltatoribus demonſtranda reliqui, ac tibi quoque iuxta dictorum ſimilitudinem indaganda. Quæ omnia in numerato parata ſaltatori reponenda ſunt, vt cùm tempus exegerit, nullo negotio poſſit expromere. Quoniam verò imitatrix eſt ſaltatio, motibúſque & geſticulatione ea quæ cãtantur, ſemet expreſſuram pollicetur, ſummopere illi neceſſarium eſt, (quod & rhetores factitare conſueuerunt) vt perſpicuitatem exerceat, vt vnumquodque quod ab illa demonſtratum fuerit, ita clarè, ita perſpicuè ob oculos poſitũ repræſentetur, vt nullius enarratoris egeat opera. Sed, quod Pythico oraculo proditum eſt, oportet ſaltationis ſpectatorem, & mutum ſaltatorem intelligere, & nihil loquentem audire. Id quod Demetrio Cynico quoque accidiſſe fama eſt: quandoquidem & ipſe non ſecus atque tu in iudicium vocare ſolebat Orcheſticen, dicens, tibiæ & fiſtularum & ſtrepituum ſuperuacuum quiddam eſſe ſaltatorem, quippe qui argumento conficiendæ fabulæ parum afferret, motum modò inſulſum & vanũ adhiberet, ab omni ratione atque intelligentia ſeiunctũ. Cæterùm homines qui hac in re præſtigiis illuderentur, veſtitu ſerico, perſonatúque aptè accommodato, tibiáque & laſciuis cantilenis, & canentiũ modulata cõcinnitate, quibus exornaretur, nequaquam ſaltatoris eſſe officiũ. Saltator ergo Neronis tempeſtate eximius & celebris, nec, vt ferebatur, imprudens, ſed ſi quis etiam alius, hiſtoriarum memoria & mouendi eleganti artificio præcellens plurimùm, precatus eſt Demetrium, ſapientiſſimis, vt mihi videtur, precibus, vt eum ſaltantem ſpectare velit; deinde ſi videretur, reprehenderet, ac ſaltationem acerbiſſimè accuſatam exibilaret atque exploderet. Pollicebatur ad hæc ſe nullis tibiis & cantilenis adhibitis ſaltaturum, quemadmodum & fecit. Etenim ſtrepitibus & tibiis & choro impoſito ſilentio, ipſe per ſe ſaltauit Veneris & Martis adulterium, Solem furtiui concubitus proditorem, Vulcanum mœchantibus inſidias machinantem, ac vinculis vtroſque & Martem & Venerem illaquean-

Nam frigoris impatiens ſum, & tepefactus libentiùs audiuero digitis geſticulantes iſtos, tibicinem puto & Barbitœdum. Quid hæc ais, Eudeme, inquam, an tu ſilentium nobis imperas, tanquam ore carentibus, & lingua ſpoliatis? Mihi verò & lingua iamprídem dicturit, adeóque iam animo prouehebar quaſi antiqua vobis narraturus quædam, & ablaturus omnes vos lingua. Sed tu ſimile quiddam feciſti mihi, ac ſi quis nauem onerariam tribus inſtructam velis, ſecundo vento nauigantem, implentibus lintea Notis, proſperè labentem, & per ſummos fluctus euntem, retinaculis quibuſdam ancipitibus, ancoris ferreis, naualibúſque pedicis demiſſis retineat, & curſus impetum inhibeat, inuidens videlicet trãquillitati. Proinde, inquit ille, tu quidem, ſi placet, nauiga, & nata, & curre per vndas intempeſtas: ego autem interea bibens, de terra, vt Homericus ille Iupiter de rupibu alicunde, aut de ſummo cœli vertice, ſpectabo & te iactari fluctibus, & nauem ipſam de puppi à vento aquis immerſari. LVC. Satis ô Lexiphanes & potus & lectionis iſtius. Ego enim tibi ebrius iam ſum, & nauſeo: & niſi quamprimũ euomuero iſta omnia quæcũque recitando perſecutus es, ſat ſcias, videor mihi mox inſanus ac furioſus fore, obſtrepentibus mihi vndique verbis iſtis, quæ mihi modò offudiſti. Quanquam à principio ridere in mentem veniebat mihi illorum gratia. Verùm poſtquam ea multa atque omnino ſimilia erant, miſerebar tui ob miſeriam & infelicitatem iſtam, cùm viderem in labyrinthum quendam irremeabilem incidiſſe te, morbúmque ægrotare maximum, imò verò atra bile percitũ. Cogito itaque apud me ipſum, vnde tã multa mala collegeris, & quàm longo tempore, & vbi denique concluſum habueris tantum examen abſurdarum ac diſtortarum vocum, quarum alias quidem ipſe finxiſti, alias autem defoſſas alicunde eruens, iuxta iambicum illud,

*Pereas, miſeriasque qui eligis mortalium*:

tantum cœnum vndequaque cogens, in me exhauſiſti. Porrò videris mihi neminem amicum, aut familiarem, aut beneuolum habere, neque etiam in virum liberum, & qui loquendi libertate vteretur, incidiſſe vnquam, qui vera monẽdo, liberaret te à morbo iſto intercutaneo, quo quidem correptus es, & præ malo illius, periculum ne diſrumparis, ſuſtines,

A καὶ μὰ χαμοθνὴς εἰμι, καὶ χλιαυθεὶς, ἥδιον ἀκούοιμι τῶν χλεσόφων τούτων, τῦ τε αὐλητῦ, καὶ τῆς βαρβιτῳδοῦ. ἢ ταῦτα ἔφην ἄθα, ὦ Εὐδημε; ἰῶ σ' ἐγὼ· ἀλογίαν ἡμῖν ὑπιτάτ|ης ὡς ἀστόμοις οὖσι, καὶ ἀπεγλωττισμένοις· ἐμοὶ δὲ, ἡ γλῶτ|ά τε ἤδη λεγᾶ, καὶ δὴ αἰσχύμην γε ὡς ἀρχαιολογήσων ὑμῖν, ⁊ καταδύων ἀπὸ γλώττης ἄπωθεν· ἀλλὰ σὺ ὅμοιον εἰργάσω με, ὥσπερ εἴ τις ὁλκάδα τεταρίχνον ἐυδείῳ πλέουσαν, ἐμπεπνυματωμένου τῦ ἀκατίου, διφορουσῶν τε, καὶ ἀκροκυματῦσαν, ἔκτοθεν πίνας ἀμ-

B φιχόμους, καὶ ἰσχάδας σιδηρᾶς ἀφεὶς, ἢ ναυσιπέδας, ἀναχαιτίζοι τῦ δρόμου ὃ ῥόθιον, φθόνῳ τῆς διλιμεμίας. ὀκνοῦ, ἦδ' ὅς, σὺ μὰ, εἰ βέλει, πλῆ, καὶ νῆ, καὶ θεῖ κατὰ τῦ κλύδωνος· ἐγὼ δὲ ἀπόγλος, πίνων ἅμα, ὥσπερ ὁ τῦ Ομήρου Ζεύς, ἢ ἀπὸ φαλακρῶν ἢ ἀπὸ τῆς ἀκρουρανίας, ὄψομαι ἀφορεόμενόν σε τε, καὶ τὴν ναῦν φρύμνηθεν ἀπὸ τῦ πνεύματος καθυρουμένην. ΛΥΚ. ἅλις ὦ Λεξίφανες καὶ πότῦ, καὶ ἀναγνώσεως. ἐγὼ γοῦν ἤδη μεθύω σοι, καὶ ναυτιῶ, καὶ ἰῶ μὴ

C τάχιστα ἐξεμέσω ταῦτα πάντα ὁπόσα διεξελήλυθας, ὦ ἴαθι, κορυβαντιάσειν μοι δοκῶ, παρακομβούμενος ὑφ' ὧν κατεσκέδασας μου ὀνομάτων. καίτοι τὸ μὰ πρῶτον, γελᾶν ἐπήει μοι ἐπ' αὐτοῖς· ὅπῃ δὲ πολλὰ, ⁊ πάντα ὅμοια ἰῶ, ἠλέουν σε τῆς κακοδαιμονίας, ὁρῶν εἰς λαβύρινθον ἄφυκτον ἐμπεπτωκότα, καὶ νοσεῖν τὸν νόσον τὸν μεγίστων, μᾶλλον δὲ, μελαγχολᾶντα. ζητῶ οὖν πρὸς ἐμαυτὸν, ὁπόθεν τὰ τοσαῦτα κακὰ συνελέξω, καὶ ἐν ὁπόσῳ χρόνῳ, καὶ ὅπου κατα-

D κλείσας εἶχες τοσοῦτον ἐσμὸν ἀτόπων καὶ δυσφρόνων ὀνομάτων, ὧν τὰ μὰ αὐτὸς ἐποίησας, τὰ δὲ, καθορωρυγμένα πόθεν ἀνάσσων, καὶ ὃ ἰαμβῖον,

Ὀλοιο, θνητῶν ὅλεθρε τᾶς συμφορᾶς τοσοῦτον βόρβορον συνερανίσας, καταπλήσας μου, μηδέν σε δίκην εἰργασμένου. δοκεῖς δέ μοι μήτε φίλον τινὰ, ἢ οἰκεῖον, ἢ εὔνοον ἔχειν, μήτε ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πώποτε, ⁊ παῤῥησίαν ἄγοντι ἐντετυχηκέναι, ὃς ταληθὲς εἰπὼν, ἔπαυσεν ἄν σε ὑδέρῳ μὰ ἐχόμενον, καὶ τοῦ τῆς πάθους διαῤῥαχῶναι κινδυνεύοντα,

σαυτὸν δὲ δύρκην εἶναι δοκοῦντα, καὶ δύρωσίαν οἰόμενον τῷ συμφορᾷ, καὶ ὑπὸ μὲν τῶν ἀνοήτων ἐπαινούμενον, ἀγνοουμένων σὲ πάσχειν, ὑπὸ δὲ τῶν πεπαιδευμένων, εἰκότως ἐλεούμενον. ἀλλ' εἰς καλὸν γὰρ τοῦτον Σώπολιν ὁρῶ τὸν ἰατρὸν προσιόντα, φέρε τούτῳ ἐγχειρίσωμέν σε, καὶ διαλεχθέντες ὑπὲρ τῆς νόσου, ἴασίν τινά σοι δύρωμεθα, σοφὸς γὰρ ἀνήρ, καὶ πολλοὺς ἤδη προσλαβὼν, ὥσπερ σὲ ἠμιμανεῖς, καὶ κορυζῶντας, ἀπήλλαξεν, ὑγιεῖς φαρμακὸν. χαῖρε Σώπολι, καὶ τουτονὶ Λεξιφάνη προσλαβὼν, ἐπαίρου, ὡς οἶδα, ἡμῖν ὄντα, λήρῳ δὲ νῦν, καὶ ξένῃ B περὶ τὴν φωνὴν νόσῳ ξυόντα, καὶ κινδυνεύοντα, ἤδη τελέως ἀπολωλέναι, σῶσον ἐνίκησας τῷ ἔπει. ΛΕΞ. μὴ ἐμέ Σώπολι, ἀλλὰ τουτονὶ Λυκῖνον, ὃς προφανῶς μαίνεται, καὶ δύο ἄνδρας παφρενοπλήκτους ὀλιγογνωμεῖν οἴεται, καὶ τὸν Μνησάρχου τὸν Σάμιον, σιωπὴν καὶ γλωττάρχιόν ἡμῖν ἐπιβάλλει, ἀλλά, μὰ τὴν αἰσχύνην τὴν Ἀθηνᾶς, καὶ τὸν μέγαν θηριομάχην Ἡρακλέα, δεῖ ὅσον τοῦ χρῆ, καὶ τῇ φύσει φθονητοῦμεν αὐτόν. ὀπθύομαι οὖν μηδὲ ὅλως ἐντυχάνειν αὐτῷ· ἔοικα δὲ καὶ ῥινασχῆσθαι, τοιαῦτα ὑποπτεύοντος ἀκούων. καὶ ἤδη γε ἀπειμι πρὸς τὸν ἑταῖρον Κλεινίαν, ὅτι πεπυθάνομαι χρόνου ἤδη ἀκάθαρτον εἶναι αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, καὶ τοῦτο νοσεῖν, ὅτι μὴ ῥᾳ. ὥστε οὐκέτι οὐδὲ αἰσχύνῃ αὐτῷ, ἀλλ' ἄβατος καὶ ἀνήεργτός ἐστι. ΣΩ. τί δὲ νοσεῖ, ὦ Λυκῖνε, Λεξιφάνης; ΛΥΚ. αὐτὰ ταῦτα, ὦ Σώπολι, οὐκ ἀκούεις, οἷα φθέγγεται; καὶ ἡμᾶς τοὺς νῦν προσομιλοῦντας καταλιπὼν, πρὸ χιλίων ἐτῶν ἡμῖν διαλέγεται, διαστρέφων τὴν γλῶτταν, καὶ τοῦτι τὰ ἀλλόκοτα C συντιθεὶς, καὶ κατυδλῶ ποιούμενος ἐπ' αὐτοῖς, ὡς δῆτα μέγα ὄν, εἴτι ξενίζοι καὶ ὃ καθεστηκὸς νόμισμα τῆς φωνῆς παράκοπτοι. ΣΩ. μὰ Δί', οὐ μικρόν τινα λέγεις τὸν νόσον, ὦ Λυκῖνε. βοηθητέα γοῦν τῷ ἀνδρὶ πάσῃ μηχανῇ, καὶ τὸν θεὸν γάρ, τὸν γλωττῶν τινι φάρμακον τοῦτι κεκασάμενος ἀπῆν, ὡς πιὼν ἐμέσαι· φέρε αὐτὸς αὐτὸς πίθι, ὦ Λεξίφανες, ὡς ὑγιὴς ἡμῖν καὶ καθαρὸς γένοιο, τῆς τοιαύτης τῶν λόγων ἀτοπίας κενωθείς· ἀλλὰ πείθητί μοι, καὶ πῖθι, καὶ ῥᾷον ἔσῃ.

tibi ipsi autem bene habito corpore esse videris, & calamitatem istam pro bona valetudine ducis, ac ab iis quidem qui nihil intelligunt, laudaris, quando illi quid tu patiaris, ignorant: à doctis autem miseratione dignus putaris. Sed commodũ Sosipolim hunc medicũ accedere video: age, huic tradendo te, & super modo differendo, remedium aliquod inueniamus tibi. Intelligens enim vir est, ac multos iã ad se receptos itidem vt te, semisanos & infatuatos à morbo infuso pharmaco liberauit. Salue Sosipoli, atque hunc Lexiphanem quæso ad te receptum, sodalem, vt scis, nostrum, nugis autem in-præsentia quibusdam, & peregrino circa sermonem morbo correptum, periculúmque sustinentem ne prorsus pereat, serua, quocunque tandem modo. LEX. Nequaquam Sosipoli me, sed hunc Lycinum, qui manifestè desipit, & homines mente præditos parũ sapere existimat, ac iuxta Mnesarchi filium, Samium illum, silentium ac linguæ ignauiam nobis intendit. Sed per Mineruam, haud vnquã erubescentem, aut trepidam, & per magnum ferarum debellatorem Herculem, ne tanti ipsum quantum Gry vel Phuy faciamus. Moneo autẽ omnino ne obuiam quidem veniendum ipsi esse. Videor mihi verò etiam ringi, cùm talia increpantem audio. Ac iam vtique abeo ad sodalẽ Cliniam, quoniam audio vxorem eius iamdiu mẽsibus non laborasse, & ex eo ægrotare illam, quia non fluit: quare non ampliùs ne inscenditur quidem, sed inaccessa & inarabilis est. SO. Quid autem? an ægrotat, Lycine, Lexiphanes? LYC. Ipsa hęc, Sosipoli, an nõ audis qualia loquitur, ac nobis, qui nunc cum eo conuersamur, relictis, quasi ante mille annos nobiscum sermocinatur, distorquens linguã, ac aliena atq; externa hæc cõponens, omnémque operam in illis sumens? perinde ac si magnum quiddã foret, si peregrinis verbis vtatur, & consuetam atque receptam monetam sermonis adulteret. SO. Per Iouem haud paruum quendam morbum narras Lycine. Subueniẽdum itaque homini est quauis arte. Atque adeò diuino quodam instinctu insanorum ac bile percitorum alicui pharmacum hoc mixturus, domo abij, vt epoto hoc vomeret. Age primus ipse bibe Lexiphanes, vt sanus nobis & mundus fias, tali verborum absurditate euacuatus. Verùm obedi mihi, ac bibe, & minùs difficilis eris.

LEXIPH. Nescio quidnam etiam facietis mihi, Sosipoli, tu & Lycinus hic, obtrudentes mihi pharmacum hoc epotandum. Metuo itaque ne ruina quædam mihi fit sermonum potio hæc. LYCIN. Bibe, & ne cunctare, vt humana deinceps sapias ac loquaris. LEXIPH. Ecce obœdio, & bibo. Pheû! Quid hoc rei est? Quantus tumultus ventris? Equidem diuinatorem quendam dæmonem videor mihi imbibisse. SOSIP. Incipe igitur vomere. Papæ! Primùm hoc πῶ. deinde post illud exiuit κᾶδα istud. postea & ὠὶ ὀῖ, & ἀμηλέπη, & λῶτε, & δήπουθεν, & continuum illud ἄπλα. At coge tamen & insere in fauces digitos. Nondum verò ἵκταρ istud euomuisti, neque σκορδινᾶσθαι illud, aut ταυτάζεσθαι, aut σκύλλεσθαι: multa adhuc intus abdita latent. Satius autem fuerit, si per inferiora quoque secernantur nonnulla. συλλαπόρδια siquidem ista magnum strepitum faciet, vnà cum strepitu erumpens. At iam quidem mundus hic est, nisi si quid remansit reliquum in inferioribus intestinis. Tu verò posthac acceptum eum Lycine dedoce, atque institue quæ decet loqui. LYCIN. Ita faciemus, Sosipoli, postquam nobis via iam ad eam rem abs te patefacta est. Ac tecum deinceps, Lexiphanes, consultatio mihi est. Quòd si igitur cupis verè ob dicendi potestatem laudari, ac in multitudine hominum celebrari, huiusce modi quidem omnia fuge atque auersare. Vbi autem exorsus fueris ab optimis poëtis, & sub præceptoribus eos legeris, transi inde ad oratores. Cùm iam cum illorum sermone quasi educatus vnà fueris, ad Thucydidis & Platonis scripta in tempore accede, multum adeò & in pulchra comœdia, & in graui tragœdia te ipsum exercitando. Ex his enim vbi pulcherrima quæque decerpseris, eris aliquis dicendo. Nam nunc certè, non animaduertens, similem te præbuisti iis quæ à luti figulis ad forum finguntur, foris quidem illitus minio ac cæruleo, intus autem & luteus & fragilis existens. Hæc si feceris, & non recusaueris aliquandiu ob inscitiam refelli, neque etiam dedisce re erubueris, bono animo esto, versaberis in multitudine: & non quemadmodum nunc irrideberis, neque etiam in ore peiore conditione melioribus eris,

ΛΕΞ. οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ δράσετέ με; ὦ Σώπολι, σύ τε, καὶ Λυκῖνος, πιπίσκοντες ἐμοὶ τοῦτὶ τὸ φάρμακον. δέδοικα γοῦν μὴ τῶῦ-μα γένοιτό μοι τοῦτο τὸ λόγων τὸ πόμα. ΛΥ. πίθι, καὶ μὴ μέλλε, ὡς ἂν ἀνθρωπίνα ἤδη φρονοίης, καὶ λέγοις. ΛΥΚ. ἰδοὺ πείθομαι, καὶ πίομαι· φεῦ, τί τοῦτο; πολὺς βορβορυγμὸς ἐγκαρίζοντά τινα ἔοικα πεπωκέναι. ΣΩΣ. ἄρξαι δὴ ἐμεῖν, βαδαῖ· ὡς ὄντων τουτὶ τὸ, μῶῦ. εἶτα μετ' αὐτὸ, ὀξελήλυθε τὸ, κᾶδα· εἶτα ἐπ' αὐτοῖς, τὸ, ὦὶ ὀῖ, καὶ, ἀμηλέπη, καὶ, λῶτε, καὶ, δήπουθεν, καὶ συνεχὲς τὸ, ἄπλα. Β βίασαι δ' ὅμως, καὶ κάθες εἰς τὸῶ φάρυγγα τοὺς δακτύλους, οὐδέπω τὸ ἵκταρ ἐμέσεις, οὐδὲ τὸ σκορδινᾶσθαι, οὐδὲ τὸ ταυτάζεσθαι, οὐδὲ τὸ σκύλλεσθαι, πολλὰ ἔτι ἔνδοθέν-τε, καὶ μέχρι σοῦ αὐτῷ ἡ γαστήρ. ἄμεινον δὲ εἰ C κάτω διεχωρήσεν ἂῦ ἔνια. ἡ γοῦν συλλαπορδία, μέγαν τὸν ψόφον ἐργάσε) συνεκπεσοῦσα μετὰ τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ἤδη μοὶ καθαρὸς ὑπνοῖ, πλὴῶ εἴ τι μεμένηκεν ἔνδοθεν λοιπὸν ἐν τοῖς κάτω ἐντέροις· σὺ δὲ τὸ μετὰ τοῦτο, ἀποδιδασκάλησον αὐτὸν, ὦ Λυκῖνε, μεταπαίδευε, καὶ δίδασκε ἃ χρὴ λέγειν. ΛΥΚ. οὕτω ποιήσομεν ὦ Σώπολι, ἐπειδὴ καθ' ἡμῖν πρόοδοποίηται τὰ πρὸς σέ· D σὲ δὲ τοῦ λοιπὸν, ὦ Λεξίφανες, ἡ συμβουλή. εἴπερ ἄρ' ἐθέλεις ὡς ἀληθῶς ἐπαινεῖσθαι ὅτι λέγεις, καὶ ἐν τοῖς πλήθεσιν ἀνδοκιμεῖν, τὰ μὲῶ τοιαῦτα πάντα φεῦγε, καὶ ἀποτρέπου, ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῶῦ ἀρίστων ποιητῶῦ, καὶ ἔνδοθεν διδασκάλοις αὐτοῖς ἀναγνοὺς, μέτιθι ὅτι τοὺς ῥήτορας, καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφείς, ὅτι τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ, καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγυμνασάμενος. τῶῦδε γὰρ τούτων ἀποκνᾶν τὰ κάλλιστα ἀποθησάμενος, ἔσῃ τις ἐν λόγοις· ὡς νῦῦ γε ἐλελήθεις σαυτὸν τοῖς ἔνδοθεν τῶῦ κοε πλάθων εἰς τὴν ἀνθρωπίνην πλαστομένοις ἐοικὼς, κεχρωσμένος μὲῶ τῇ μίλτῳ ἔ τοῦ κυανοῦ, τὸ δ' ἔνδοθεν, πήλινός τε καὶ εὔθρυπτος ὤῶν. ἐὰῶ ταῦτα ποιῇς, τάχ' ὀλίγου τὸν ὅτι τῇ ἀπαιδευσίᾳ ἐλέγχειν ἔνδομένας, ἔ μὴ αἰδεσθεὶς μεταμανθάνων, θαῤῥῶῦ ὁμιλήσεις τοῖς πλήθεσι, καὶ καταγελασθήσῃ, ὥσπερ νῦῦ, οὐδὲ σχήματος ὅτι τοῦ χείρονος τοῖς ἀρίστοις ἔσῃ,

Ελλήνα καὶ Ἀττικὸν ἀποκαλοιώτων σε, τὸν μηδὲ βάρβαρον ἐν τοῖς σαφεστάτοις ἀριθμεῖσθαι ἄξιον. πρὸ πάντων δὲ ἐκεῖνο μέμνησό μοι, μὴ μιμεῖσθαι τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν γεγονότων σοφιστῶν τὰ φαυλότατα, μηδὲ τερατείδη ἐκεῖνα, ὥσπερ νυνὶ, ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καταπατεῖν, ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαῖα τῶν παλαιγμάτων. μηδέ σε θελγέτωσάν αἱ ἀνεμώναι τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν ἀθλητῶν νόμον, ἡ τερπνά σοι δοκῇ, στιβηρὸς ἔστω, μάλιστα δὲ, χάεισι, καὶ σαφήνειαν θύε, ὧν πάμπολυ λίαν νυνὶ ἀπολέλειψο. καὶ ὁ τύφος δὲ, καὶ ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ κακοήθεια, καὶ ὁ βρενθύεσθαι, καὶ λαρυγίζειν, ἀπέστω, καὶ ὁ διασπιλαίνειν τὰ τῶν ἄλλων, καὶ οἴεσθαι ὅτι πρῶτος ἔσῃ αὐτὸς, ἐὰν τὰ πάντων συκοφαντῇς. καὶ μὴν κἀκεῖνο οὐ μικρὸν, μᾶλλον δὲ ὁ μέγιστον ἁμάρτημα, ὅτι οὐ πρότερον ταῖς διανοίαις τῶν λέξεων προδιασκευάσῃ, ἔπειτα καταχοσμεῖς τοῖς ῥήμασι, καὶ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ' ἐάν που ῥῆμα ἔκφυλον εὕρῃς, ἢ αὐτὸς πλασάμενος οἰηθῇς εἶναι καλὸν, τούτῳ ζητεῖς διάνοιαν ἐφαρμόσαι, καὶ ζημίαν ἡγῇ, ἂν μὴ παρεμβύσῃς αὐτό που, κἂν τῷ λεγομένῳ μηδὲν ἀναγκαῖον ᾖ· οἷον πρόλωπα, οὐδὲ εἰδὼς ὅ,τι σημαίνει, ἀπερρίψας, οὐδὲν ἐοικότα τῷ ὑποκειμένῳ. καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται πάντες ἐτεθήπεισάν, ὑπὸ τοῦ ξένου πλαγέντες τὰ ὦτα· οἱ δὲ πεπαιδευμένοι, ἐπὶ ἀμφοτέροις, καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἐπαινοῦσιν, ἐγέλων. ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ὑποφαίνεις εἶναι ἀξιᾷς, καὶ τῇ φωνῇ εἰς ὃ ἀρχαιότατον ἀπηκριβωμένος, τοιαῦτα ἐνία, μᾶλλον δὲ τὰ πλεῖστα ἐγκαταμιγνύεις τοῖς λόγοις, ἃ μηδὲ παῖς ἄρτι μεμαθήκως, ἀγνοήσειεν. οἷον ἐκεῖνα, πῶς οἴει, καὶ γῆς δοῦναί μοι ἡυχόμην, ἀκούων σου ὑπερδεικνυμένου· ὅτε χιτώνιον μὲν, καὶ τὸν ἀνδρεῖον, ὡς λέγεσθαι· δουλάρια δὲ, καὶ τοὺς ἀρρένας τῶν ἀκολούθων ἀπεκάλεις· ἃ τίς οὐκ οἶδεν ὅτι χιτώνιον μὲν, γυναικὸς ἐσθὴς, δουλάρια δὲ τὰ θήλεα καλοῦσι; καὶ ἄλλα πολὺ τούτων προφανέστερα, οἷον ὅ, ἵππατο, καὶ ὅ, ἀπανθρωπόμυος, καὶ ὅ, καλοδεῖς, οὐδὲ μετρίκιά τ' Ἀθηναίων φωνῆς.

A Græcum atque Atticum vocitantibus te, qui ne cum barbaris quidem inter manifestissimos recensèri dignus sis. Ante omnia verò illud memineris mihi, ne imiteris Sophistarum eorum qui paulo ante nostram ætatem fuere, vilissima quæque, néve etiam depascas illa, perinde vt nũc, sed talia quidem proculca pedibus: imitare autem vetera exempla. Neque verò demulceant te anemonæ verborum, sed iuxta legem athletarum, solidus tibi cultus, consuetus ac familiaris sit. Præcipuè autem Gratiis & Perspicuitati sacrifica: à quibus plus quàm nimis nunc à tergo relictus es. Et fastus autem, & iactantia, &
B mala ista scribendi cupiditas, præterea & tumidum istud, atque insolentem te gerere, verbáque plus æquo dilatare, procul absit; & acerbum illud, irridere aliorum scripta, & putare quòd tum demum primus ipse futurus sis, vbi aliorũ omnium verba & orationes calumniosè reprehenderis. Iam verò neque illud paruum, imò verò maximum vitium committis, quòd non antea sententias ac res, quàm verba, paratas habes, ac postea verbis eas exornas, sed sicubi verbum alienũ ac peregrinum reperisti, aut ipse fingens, pulchrum
C putasti esse, huic postea quæris sentẽtiam accõmodare: ac damnum quoddam existimas, si illud non alicubi intruseris, etiãsi ad id quod dicitur, minimè eo opus sit: quemadmodum paulo antè οὐμάλωπα illum, nescíens quidem quid significaret, proiecisti, cùm ille cum argumento nihil conueniret. Atqui idiotæ & indocti quidem omnes obstupuerant, prę peregrinitate perculsis atque attonitis illorum auribus: at qui docti erãt, amborum causſa, & tui, & eorũ qui te laudabant, ridebant. Illud verò omnium maximè ridiculum
D est, quòd cùm plus quàm Atticus videri cupias, & sermonem ad vetustissimam dicendi formam diligenter exercuisse, talia quædam, imò verò plurima intermiscs verba, quæ ne puer quidem qui nuper discere cœpit, ignorare queat, qualia sunt illa, πῶς οἴει, καὶ γῆς δοῦναί μοι ἡυχόμην, ἀκούων σου ὑπερδεικνυμένου. Cùm χιτώνιον quidem etiam virilem vestem dici putabas, δουλάρια autem masculos pedisequos appellabas. Quæ quis nõ nouit? quòd videlicet χιτώνιον quidem muliebris vestitus, δουλάρια verò de fœminis tantùm dicantur? Atque alia multa longè his clariora, quale est ἵππατο & ἀπανθρωπόμυος, & καλοδεῖς illud, quæ ne inquilina quidem Attici sermonis sunt.

Nos autem ne poëtas quidem laudamus qui verbis obscurioribus & minùs vsitatis poëmata scribunt. Tua verò, vt pedestrem orationem cum carmine conferamus, perinde vt Dosiadæ ara, & Lycophronis Alexandra, sese habent, & si quid istis sermone etiam miseriore scriptum est. Quòd si igitur hæc imitatus fueris, & didiceris, optimè de te ipso statueris. Sin autem nihil animaduertens, iterum in auiditatem istam prolapsus fueris: ego quidem admonitioni atque officio meo satisfeciſſe videbor, tu verò te ipsum accusabis, si vtique etiam intellexeris deteriorem esse te factum.

A ἡμεῖς δ' οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν τοὺς κατὰ γλῶτταν γράφοντας ποιήματα· τὰ δὲ σά, ὡς πεζὰ μέτρων πρὸς ἀλλάττῃ, καθάπερ ὁ Δωσιάδα λωμὸς αὐ εἴη, καὶ ἡ τῆς Λυκόφρονος Ἀλεξάνδρα, καὶ εἴ τις ἔτι τούτων τλιὼ φαυλότερος καὶ κακοδαιμονέστερος· αὐ τοῦτα ζηλώσῃς, καὶ μεταμάθῃς, ἄμεινον βεβουλευμένος ἴσως ἐσῇ. ἰὼν δὲ λάθῃς αὖθις εἰς τλιὼ λυχείαν καὶ ἑλιάδων, ἐμοὶ μὲν ἀποπεπλήρωται ἡ παραίνεσις, σὺ δὲ σαυτὸν αἰτιάσῃ, αὖγε καὶ ξυνῆς χείρων ἡμόμενος.

## EVNOVCHOS.

## EVNVCHVS, SEV PAMPHILVS.

### Erasmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Historica quædam narratio est, qua Dioclis & Bagoæ Peripatheticorum philosophorum inter se contentionem exponit. Eunuchus autem inscribitur, quòd potissima contentionis pars in eo versetur, vtrùm Eunuchus debeat aut possit philosophum agere: cùm alter ab indignitate rei, & ab accidentibus philosophicæ professionis hoc negaret, alter autem exemplis, & fine seu officio philosophi, item à consequentibus sese tueretur. Vbi interim tacitè illud quoque indicat Lucianus, quòd ea tum ætate philosophi ex vitiis & sceleribus magis quàm ex doctrina & vitæ integritate censebantur. Exordium ab admiratione trahitur, qua attentos facit, amplificando conditionem & professionem personarum, & rei qualitatem.*

PAMPHILVS. VNde nobis aduenis Luciane, seu quidnã rides? Semper tu quidem & aliàs consueuisti nobis hilaris ac festiuus occurrere: verùm istuc maius aliquid solito videtur esse, de quo risum nec compescere queas. LVC. E foro tibi adsum ô Pãphile: porrò mox efficiam vt tu quoque mecum rideas, simul atque audieris cuiusmodi litis adfuerim actioni, duobus philosophis inter sese contendentibus. PAM. Iam istuc ipsum profectò ridiculum est quod ais, philosophos inuicem lites agitare. Nam etiam si quid magni fuisset negotij, inter ipsos modestè citráque pugnam controuersiam composita oportuit. LVC. Quid ais? tranquillè componant illi, qui quidem solida plaustra conuiciis onusta alter in alterum effuderint, vociferantes, miráque peruicacia cõtendentes? PAMPHIL. Videlicet de disciplinis atque opinionibus, Luciane, ita vt assolent, dissentiebant, quòd erant diuersę factionis.

B Πόθεν, ὦ Λυκῖνε, ἢ τί γελῶν ἡμῖν ἀφῖξαι; ἀεὶ μὲν γὰρ φαιδρὸς ὢν τυγχάνεις. ἴσως δ' ἂν πλέον τῶν σωμήδους εἶναί μοι δοκεῖς, ἐφ' ὅτῳ μηδὲ κατέχειν δύνασαι εἰ τὸν γέλωτα. ΛΥΚΙ. ὀρθῶς ἀγγέλου μὲν ἥκω σοι, ὦ Πάμφιλε· τοῦ γέλωτος δέ, αὐτίκα κοινωνὸν ποιήσομαί σε, ἰὼν ἀκούσῃ οἵᾳ δίκῃ δικαζομένῃ παρεγενόμην, φιλοσόφων πρὸς ἀλλήλους ἐριζόντων. ΠΑΜ. καὶ τοῦτο μὲν ὡς ἀληθῶς γελοῖον λέγεις, ὃ, φιλοσοφοῦντας δικάζεσθαι C πρὸς ἀλλήλους· δέον, εἰ καί τι μέγα εἶπε, κατ' εἰρωνείαν ἂν σφίσι διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα. ΛΥΚ. πόθεν, ὦ μακάριε, κατ' εἰρωνείαν ἐκφέροι, οἵ γε ξυμπεσόντες, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων, κεκραγότες, καὶ ὑπερδιατεινόμενοι; ΠΑΜ. ἤπου, ὦ Λυκῖνε, περὶ τῶν λόγων διεφέροντο, τὰ σωμήδη ταῦτα, ἑτεροδόξοι τυγχάνοντες.

ΛΥΚ. οὐδαμῶς· ἀλλ' ἕτερόν τι τοῦτο ἦν· ὁμοδόξοι γὰρ ἄμφω, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς λόγων· δίκη δὲ ὅμως συνεστήκει, καὶ δικασταὶ ψηφοφορούμενοι ἦσαν οἱ ἄριστοι, καὶ πρεσβύτατοι, καὶ σοφώτατοι τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐφ' ὧν αἰ τις ἠδέσθη, τῶν δὲ μέλος τι φθεγξάμενος, οὐχ ὅπως ἐς τοσαύτην ἀναίσχυντος πρὸς πομπὸς. ΠΑΜ. σὺ οὖν λέγοις αὖ ἤδη τὸ κεφάλαιον τῆς δίκης, ὡς καὶ αὐτὸς εἰδείην ὅ, τί σοι τὸ κεντρικὸς εἴη τὸν τοσοῦτον γέλωτα; ΛΥΚ. συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις ἡ φαύλη καὶ χλιὴ τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τῆς Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. ἐδόκει δὲ ἀποθανόντος αὐτῶν τινος, ἄλλον ἀντικαθίσασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. καὶ τὰ ἆθλα, οὐ βοείη τις ἦν, οὐδὲ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱερεῖον, ἀλλὰ μύριαι καὶ τὸν ἑκάστου, ἐφ' ὅτῳ σωφρονεῖν τοὺς νέους. ΠΑΜ. οἶδα ταῦτα· καί τινα φασὶν αὐτῶν ἔναγχος ἀποθανεῖν, τῶν Περιπατητικῶν, οἶμαι, τὸν ἕτερον. ΛΥΚ. αὕτη, ὦ Πάμφιλε, ἡ Ἑλένη, ὑφ' ἧς ἐμαινόμαχουν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἄγει γε τοῦτο, γελοῖον ὄντως ἐν τοῖς ἐκείνοις, ὡς ὁ φιλόσοφος εἰ φάσκοντας, καὶ χρημάτων καταφρονεῖν· ἔπειτα ὑφ' οὗτοι, ὡς ὑφ' πατείδος κινδυνευούσης, καὶ ἱερῶν πατρῴων, καὶ τάφων προγονικῶν, ἀγωνίζεσθαι. ΠΑΜΦ. καὶ μὴν καὶ τὸ δόγμα τοῦτό γε ὀρθῶς τοῖς Περιπατητικοῖς, τὸ μὴ σφόδρα καταφρονεῖν χρημάτων, ἀλλὰ τίθεσθαι τι ἀγαθὸν, καὶ τοῦτο οἴεσθαι. ΛΥΚ. ὀρθῶς λέγεις· φασὶ γὰρ οὕτω ταῦτα καὶ κατὰ τὰ πάτρια ἐγίγνετο αὐτοῖς ὁ πόλεμος· τὰ μὲν ταῦτα δὲ, ἤδη ἄγνωστα. πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι, τὸν ὁπλοφόρον τοῦ ἀποθανόντος ἐκείνου ἠγωνίζοντο. δύο δὲ μάλιστα ἦν ἐν οἱ ἀμφήεσσι αὐτῶν, Διοκλῆς τε ὁ πρεσβύτης, οἶσθα οὗ λέγω, τὸν ἐρεστικὸν, καὶ Βαγώας ὁ εὐνοῦχος εἰ δοκεῖν. τὰ μὲν οὖν τῶν λόγων προηγώνισο αὐτοῖς, καὶ πολὺ ἐμπειρίαν ἐκάτερος τῶν δογμάτων ἐπεδείξατο, καὶ ὅτι τῶν Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν ἐκείνῳ δοκούντων, εἴητον

A LVC. Nequaquam: imò aliud quiddam erat hoc de quo dissidebant: nam eiusdem sectæ erãt ambo, eiusdémque scholæ, & tamen orta inter eos lis erat. Porrò iudices qui cognoscebant, primates erãt huius Reip. natúque maximi, ac sapientissimi, breuiter, apud quos pudescat aliquis etiam parum aptè quippiam eloquutus, nedum ad tantam prouectus inverecundiam. PAM. Quin tu igitur litis argumentum exponis, quo videlicet ipse etiam cognoscam quæ res tibi tantum risum concitarit? LVC. Scis Pamphile, salarium, idque nuntiquã exiguum, ab imperatore fuisse constitutum singulis philosophorum generibus, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, cúmque his etiam Peripateticis: ita vt vnicuique sectæ præmiũ esset æquale. Cæterùm demortuo ex his quopiam, alius aliquis in eius locum subrogandus est, qui sit optimatum calculis probatus. Porrò præmium illud neque bubula pellis erat quæpiam, quemadmodum ait poëta, nec porcellus: verùm singulos in annos decies mille nũmûm, quos accipiunt vti doceant iuuentutem. PAM. Memini quidẽ ista. Quin aiunt nuper ex illis diem obiisse quempiam, alterum (ni fallor) è Peripateticis. LVCIA. Hæc ipsa Pamphile Helena, propter quam illi inter sese singulari certamine conflictabant. Et hactenus quidem nihil etiam ridendum erat in illis præter hoc, quòd quum philosophos esse se profiterentur, ac pecunias pro nihilo ducere: tamen earum gratia perinde atque pro patria in discrimen adducta, pro religione maiorum, pro monumentis progenitorum, decertarent. PAM. Atqui Peripateticorum istud est decretum, non admodum esse negligendas pecunias, verùm eas in tertio quodam bonorum ordine esse ponendas. LVCIA. Rectè dicis. Nam ista quidem aiunt. Proinde bellum hoc ex maiorum iudicio sententiáque illis extitit: verùm quæ postea consequuta sint, iam ausculta. Primùm complures quidem alij in defuncti illius funebribus ludis decertabant: sed inter hos præcipuè duo viribus pares: puta Diocles ille senex: nosti quem dicam, contentiosum illum inquã: præterea Bagoas, qui quidem ea specie est, vt Eunuchus esse videatur. Inter hos initio de doctrina, déque philosophiæ decretis atque opinionibus est decertatum: vterque sui specimen ac documentum dedit, quòd esset Aristotelicę factionis, quódque eius placita sequeretur, ostendit.

At per Iouem in hoc certamine neuter altero ſuperior erat. Lis igitur huc deflexit denique. Diocles deſinens iam eruditionis ſuæ periculum ac ſpecimen oſtendere, ad Bagoam deſcendit, ac vitam illius in primis carpere eſt aggreſſus: Bagoas itidem huius vitam viciſſim taxabat. PAM. Idque meritò Luciane. Siquidem eius rei magis erat habenda ratio. Proinde ſi ego fortè iudex cauſſæ ſediſſem, magis in hoc, vt mihi videtur, futurus eram occupatus, potiúſque ſpectaſſem vter moribus eſſet præſtantior, quàm vter ad diſputandum ac dicẽdum promptior: atque illi potiùs quàm huic victoriam adiudicaſſem. LVCIA. Rectè dicis. Equidem iſti tuæ ſententiæ meum & ipſe calculum addo. Verùm vbi iam conuiciis, vbi maledictis eſſent ſatiati, tandem Diocles illud aiebat, nefas eſſe vel conari aut proponere Bagoam, vti cum philoſophiæ ſtudio, cúmque pulcherrimis illius præmiis commercium haberet, qui quidem Eunuchus eſſet: imò hoc hominum genus non ſolùm ab eiuſmodi contubernio ſecludi oportere, verùm ab ipſis etiam ſacris, ac vaſis puris, breuiter ab omnibus publicis cœtibus eiici: oſtendẽs inauſpicatum quoddam & occurſu infauſtum ſpectaculum fore, ſi quis mane domo egreſſus vel videat iſtiuſmodi quippiam. Atque hac de re multis verbis diſſerebat, affirmans, Eunuchum neque virum eſſe, neque mulierem, ſed quiddam vtrinque compoſitum & conflatum, planéque monſtrum ab hominũ natura ſpecieque alienum. PAM. Nouam accuſandi rationem nobis narras Luciane. Iámque & ipſe ridere compellor, crimen audiens tam inauditum. Sed alter ille quid? Num obticebat? an viciſſim & ipſe quiddam auſus eſt ad iſta reſpondere? LVCIA. Initiò quidem pudore ac metu (nam id eſt iſtis familiare) diutiùs obticebat, erubeſcens interim, palámque præ ſe ferens id quod erat. Tandem autem tenuem quandam ac muliebrem edens vocem, negabat æquum facere Dioclem, qui ſe quòd Eunuchus eſſet, ob id à Philoſophia ſecluderet, cum qua fœminis etiam eſſet commercium. Allegabantur Aſpaſia, Diotima, Thargelia, quæ cauſſam illius adiuuabant. Præterea Academicus quidam Eunuchus natione Gallus, qui paulo ante noſtram ætatem maximi nominis apud Græcos floruiſſet.

καὶ, μὰ τὸν Δί', οὐδέτερος αὐτῶν ἀμείνων ἰών. ὁ δ' οὖν τέλος τῆς δίκης ἐς τοῦτο περιέστη· ἀφέμενος γὰρ ὁ Διοκλῆς τῆ δηκρύνας τὰ αὑτῆ, μετέβαινεν ὅπῃ τὸν Βαγώαν, καὶ διελέγχειν ἐπειρᾶτο μάλιστα τὸν βίον αὐτοῦ· κἀ ταυτὰ δὲ καὶ ὁ Βαγώας, ἀντεξήταζε τὸν ἐκείνου βίον. ΠΑΜ. εἰκότως, ὦ Λυκῖνε· καὶ τὰ πλείω γε τῆ λόγου ἀφεὶ τούτου μᾶλλον ἐχοίμ' ἂν ἐγὼ εἰς αὐτὸς· ὡς ἔγωγε, εἰ δικάζων ἐτύγχανον, ὅπῃ τῷ τοιούτῳ ὂν πλέον ἀφικνεῖσθαι δόξαι μοι δοκῶ, τὸν ἄμεινον βιοῦντα μᾶλλον, ἢ τὸν ἐν τοῖς λόγοις αὖ τοῖς ἀγχεότερον ζητῶν, καὶ οἰκειότερον τῆ νίκῃ νομίζων. ΛΥΚ. οὐ λέγεις, κἀμὲ ὁμόψηφον ἐν τούτῳ ἔχεις. ἐπεὶ δὲ ἄλις μὲν εἶχεν ὑβρισμάτων, ἄλις δὲ ἐλέγχων, ὁ τελευταῖον, ἤδη ὁ Διοκλῆς ἔφη, μηδὲ τὸν ἀρχὴν ἐπιτρέπειν τῷ Βαγώᾳ μεταποιεῖσθαι φιλοσοφίας, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῇ ἀρίστων, οὐ νοῦν γε ὄντι, ἀλλὰ τοῖς τοιούτοις οὐχ ὅπως τούτων ἀποκεκλεῖσθαι χρῆναι, ἀλλὰ καὶ ἱερῶν αὐτῶν, καὶ περιῤῥαντηρίων, καὶ τῶν κοινῶν ἀποβρήτων συλλόγων, δυσοιώνιστόν τι ἀποφαίνων, καὶ δυσαπότροπον θέαμα, εἴ τις ἕωθεν ὄξιων ἐκ τῆς οἰκίας, ἴδοι τοιοῦτόν τινα. ἡ πολὺς ἰὼ ὁ περὶ τούτου λόγος, οὔτε ἄνδρα οὔτε γυναῖκα εἶναι τὸν δυνοῦχον λέγοντος, ἀλλά τι σιῶδες, καὶ μικτὸν, καὶ τερατῶδες, ἔξω τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. ΠΑΜ. κομψόν γε τὸ ἔγκλημα φῄς, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἤδη γελᾷν καὶ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, προσάγομαι, τῆς καταδόξου ταύτης κατηγορίας ἀκούων. τί δ' οὖν ἄτερος; ἆρα τὸν ἡσυχίαν ἦγαγε; ἢ τί πρὸς ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀντειπεῖν ἐτόλμησε; ΛΥΚΙΝΟΣ. τὰ μὲν πρῶτα, ὥσπερ αἰδοῖς, καὶ δειλίας (οἰκεῖον γὰρ αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον) ὅτι πολὺ ἐσιώπα, καὶ ἐρυθρία, καὶ ἰδίων φανερὸς ἦν· τέλος δὲ, λεπτόν τι καὶ γυναικεῖον ἐμφθεγξάμενος, οὐ δίκαια ποιεῖν ἔφη τὸν Διοκλέα, φιλοσοφίας ἀποκλείοντα, δυνοῦχον ὄντα, ἧς καὶ γυναιξὶ μετεῖναι. καὶ παρήγοντο Ἀσπασία, καὶ Διοτίμα, καὶ Θαργηλία, συνηγορούσας αὐτῷ· καὶ τις Ἀκαδημαϊκὸς δυνοῦχος ἐκ Κελτῶν, ὀλίγον πρὸ ἡμῶν δοκιμήσας ἐν τοῖς Ἕλλησιν.

ὁ Διοκλῆς δὲ καὶ ἐκεῖνον αὐτὸν, εἴπερ ἐῶ καὶ τῶν ὁμοίων μετεποιεῖτο, εἴρξειν αὐτὸν, ἢ καταπλαγεὶς αὐτοῦ τὸν τρόπον τοῖς πολλοῖς δόξαι καὶ τινὰς καὶ αὐτὸς ἀπεμνημόνευε λόγους, καὶ πρὸς ὀκλασιν τοῦ τε Στωϊκοῦ καὶ Κυνικοῦ μάλιστα εἰρημένους πρὸς ὃ γελοιότερον, ὅτι τοῦ ἀτελοῦς τοῦ σώματος. ἐν τούτοις ἦν τοῖς δικασταῖς ἡ διατριβή· ἐκ δὲ κεφάλαιον ἤδη τοῦ σκέμματος τοῦτο ἐτύγχανεν ὄν, εἰ δικαιοῦχος ὁτιοῦν φιλοσοφίαν προελθεῖν, καὶ νέων προστασίαν ἐγχειρισθῆναι ἀξιοῦν τὸν μὴν, καὶ σχῆμα, ἐκ σώματος εὐρυθμίαν προσῆκειν φιλοσόφου δεῖν λέγοντες; καὶ ὁ μὲν γὰρ πώγωνα καθὸν ἔχειν αὐτὸν καὶ τοῖς προσιοῦσι, καὶ μανθάνειν βουλομένοις, ἀξιόπιστον, καὶ πρέπον τὰς μειρακίοις, ἂν χρὴ τοῦτο βασιλέως ἀποφέρεσθαι· ὁ δὲ τοῦ διοῦχου, καὶ τῶν βακήλων, χεῖρον εἶναι. τοὺς μὲν γὰρ καὶ πεπειρᾶσθαί ποτε ἀνδρείας, τοῦτον δὲ ἐξ ἀρχῆς ἀθύρους ἀποκεκόφθαι, καὶ ἀμφίβολόν τι ζῶον εἰς τὸ τοιοῦτο τὰς κορώνας, αἳ μήτε περιστερᾶς, μήτε κόρακος ἀριθμοῦνται μέν. τοῦ δὲ, οὐ σωματικῷ λέγοντος εἶναι τῷ χρίσει, ἀλλ' ἀλλῷ ψυχῆς, καὶ τῆς γνώμης ἐξέτασιν δεῖν γίνεσθαι, καὶ τῆς τῶν δογμάτων διαιρήσεως. εἶθ' ὁ Ἀριστοτέλης ἐκαλεῖτο μάρτυς τοῦ λόγου, εἰς ἐπιβολὴν θαυμάσας Ἑρμείαν τὸν διοῦχον, τὸν ἐκ τῆς Ἀταρνέως τύραννον, ἄμεινον τοῦ καὶ θύειν αὐτῷ κατὰ τοιοῦτο τοῖς θεοῖς. καίτοι καὶ ἔγκλημα προσπλέκειν ὁ Βαγώας τοιοῦτον, ὡς πολὺ ὑπερτελεστέρους διοῦχος τοῖς νέοις διδάσκαλος, οὐδὲ ἐπιβολὴν τινα προσῆκον αὐτοῖς ἐνδέχεσθαι δυνάμενος, οὐδὲ τοῦ Σωκρατικοῦ ἐκεῖνο ἔγκλημα παθεῖν ἂν, ὡς διαφθείρων τὰ μειράκια. ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς ὃ ἀγελαιότατον μάλιστα ἐσκώφθη, προειπόντος τοῦτο ὡς γοῦν ἦεν, προσέρριψεν. Εἰ γὰρ ἀπὸ πώγωνος, ἔφη, βαθέος κρίνεσθαι δεῖ τοὺς φιλοσοφοῦντας, τὸν τράγον ἂν δικαιότερον προκριθῆναι πάντων. ἐν τούτῳ, τέλος ἄλλος πρεσβύτης (ὃ δὲ ὄνομα ἐν ἀφανεῖ κείσθω) Καὶ μὴν, ἔφη, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐπω ὁ τὰς γναθους λιπὼν, καὶ ὁ φώνημα γυναικεῖος, καὶ τἄλλα διοῦχῳ ἐοικὼς, εἰ ἀποδύσαιτο, πάνυ ἀνδρὸς ὑμῖν φανεῖται.

A Porrò Diocles etiam illum ipsum, si quidem extaret, ac simili negotio sese misceret, prohibiturum sese respondit, nihil expauefactum opinione quam apud vulgus obtinebat. Ad hæc cùm ipse quędam dicteria in illum iaciebat, tum referebat in eum quæ à Stoicis maximéque Cynicis dicta ad risum concitandũ erant idonea, de corpore mutilo atque imperfecto. Hac in re iudicum cognitio versabatur. Denique totius causſæ iam illud caput esse cœpit, nũ Eunuchus idoneus esset censendus qui ad philosophiam admitteretur, quíque iuuenibus præfici postularet, quum alter interim formam etiã B ac corporis integritatem in philosopho requirendam esse diceret. Maximè verò vti barbam altã ac promissam gerat, quò videlicet ijs qui discendi cupidi aduenirent, vir grauis appareat, & is cui fides haberi debeat, neque indignus videatur decem illis drachmarũ millibus quæ forent ab Imperatore capienda. Cæterùm Eunuchorum conditionem etiam quàm Spadonum esse viliorem. Nam illos aliquando virile quiddã expertos fuisse, at hunc ab ipso statim ortu fuisse exectum, planéque animal esse quoddam varium C atque anceps, non aliter quàm cornices, quæ neque inter columbas, neque inter coruos numerari queãt. Alter contrà responderet, eo iudicio non de corporis agi figura, verùm de animi virtute, proinde mentis qualitatem expendi oportere, déque dogmatum cognitione quærendum esse. Eius rei testis citatus Aristoteles, qui quidem Hermeam Eunuchum Atarne oriundum tyrannum supra modum sit admiratus, adeò vt illi perinde atque Diis sacra fecerit. Ausus est & illud addere Bagoas, multo magis idoneũ esse Eunuchum cui adolescentes eruditendi credantur, quòd ab hoc nulla in illos calumnia possit hærere, neque Socraticum illud crimen in hunc competat, quòd adolescentulos corrumpat. Deinde quæ ille potissimùm in mentum imberbe fuerat cauillatus, ea hic facetè, vt ipsi quidem videbatur, reiecit. Etenim si è barbæ prolixitate, inquit, philosophos æstimare conuenit, nimirum hircus ante omneis primas tenebit. Hìc tertius quidam assistens (nomen hominis silebitur) Atqui Iudices, inquit, hic malis leuibus, ac fœminea voce, reliquóque corporis habitu Eunucho adsimilis, si quis vestes detrahat, egregiè vir esse videbitur.

Alioqui mentiuntur qui ferunt eum aliquando in adulterio deprehẽsum, membra in membris, vt legum tabulę loquuntur, habentem: atque id quidem temporis ad Eunuchum confugisse, eáque reperta latebra absolutum fuisse, quum iudicibus crimen persuaderi non posset, vt qui è specie hominem iudicarent Eunuchum. At nunc mihi palinodiã cantaturus videtur, ídque propter ostentatum præmium. Hæc cùm dicerentur, omnibus, vt par erat, risus est obortus. Porrò Bagoas magis etiã perturbabatur, omnẽ in speciem sese varians, atque in innumerabiles versus colores, tum frigido sudore fluens: ac neque decorum sibi existimabat adulterij crimen agnoscere, neque rursum eam accusationem inutilem ad præsens certamẽ arbitrabatur. PAM. Profectò deridicula sunt ista, Luciane, neque vulgarem vobis vti coniectandum est, voluptatem præbuerunt. Verùm quò tandem res euasit, & quid super his pronuntiarunt iudices? LVCIA. Non erat eadem omnium sententia: verùm aliis quidem visum est, vti nudato illo, quemadmodum in emptitiis seruis fieri consueuit, inspicerent, num in iis quæ ad penem pertinent, philosophari posset. Alij verò sententiam dixere multo magis etiam hac ridiculam, nempe vt accersitis è lustro mulieribus aliquot, iuberent illum cum illis congredi, ac viri officio fungi, astante interim è iudicibus quopiam, qui quidem esset natu maximus, fidéque spectatissima, qui inspiceret num philosophum præstaret. Hæc vbi omniũ risu fuissent excepta, neque quisquam omnino adesset cui non doleret aluus risu concussa, visum est vt integra caussa in Italiam reiiceretur. Et nunc alter, vt aiunt, ad eloquentiæ ostentationem semet exercet atque instruit, & accusationem quam elaboratissimã meditatur, adulterij crimen aggrediens, id quod ipsi maximè aduersatur. Quod quidem & hic facit iuxta malorum rhetorum morem, cùm ex ipso crimine aduersarium inter viros recensẽt. Contrà Bagoas diuersa cura, quemadmodum audio, & assiduè virum agit, negotiúmque præ manibus habet. Postremò victurum sese sperat, si modò docere possit, se nihilo deteriorem esse equas ineuntibus asinis: Id enim amicè visum est optimum philosophiæ documentum, atque vna demonstratio, quæ refelli non queat.

A εἰ δὲ μή, ψεύδονται οἱ ταῦτ' αὐτὸ λέγοντες, ἐμοιχὸς ἑάλω ποτὲ, ὡς ὁ Αξων φησὶν, ἀρ-ρηφα ἐν ἀρθρίς ἔχων· ἀλλὰ τότε μὲν ἐς τὸν εὐνοῦχον ἀναφυγὼν, καὶ τοῦτο κρησφύγετον εὑρόμενος, ἀφείθη, ἀπιστηθέντων τῇ κατηγορίᾳ τῶν τότε δικαστῶν, ἀπό γε τῆς φανερᾶς ὄψεως. νῦν δὲ καὶν παλινῳδήσαί μοι δόκῃ, τῷ παρακειμένου μισθοῦ ἕνεκα. Τούτων δὴ λεγομένων, τῷ δὲ πάντων μὲν γέλως ἐγίγνετο, ὡς εἰκός. Βαγώας δὲ μᾶλλον ἐταράττετο, καὶ πάντοσε ὡς ἐς μυρία πρόσωπος χρώματα, καὶ ψυχρῷ τῷ ἱδρῶτι ῥεόμενος, καὶ οὔτε συγκαταθέσθαι τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι καλῶς ἔχειν ᾤετο, οὔτε ἀχρεῖον αὖτῷ τὴν κατηγορίαν ταύτην ἐς τὸν παρόντα ἀγῶνα ἡγεῖτο εἶναι. ΠΑΜΦ. γελοῖα, ὦ Λυκῖνε, ὡς ἀληθῶς ταῦτα, καὶ ἔοικεν οὐ τὴν τυχοῦσαν ὑμῖν ἀφορμὴν παρεσχῆσθαι. Ὁ δὴ οὖν τέλος τί ἐγένετο, καὶ πῶς ἔγνωσαν ὑμῶν αὐτῶν οἱ δικασταί; ΛΥΚ. οὐχ ὁμόφωνοι πάντες ἦσαν, ἀλλ' οἱ μὲν ἠξίουν ἀποδύσαντες αὐτὸν, ὥσπερ τοὺς ἀργυρωνήτους, διασκοπεῖν εἰ δυνατὸν φιλοσοφῆν πάγε πρὸς τὴν ὄρχεων· οἱ δὲ, ἔτι γελοιότερον, μεθυσθέντας τινὰς τῶν ἐξ οἰκήματος γυναικῶν, κελεύειν αὐτὸν σπουδῆναι, καὶ ὀπύειν, καὶ τινα τῶν δικαστῶν τὸν πρεσβύτατον τε καὶ πιότατον, ἐφεστῶτα, ὁρᾶν εἰ φιλοσοφεῖ. μετὰ δὲ, ἐπεὶ πάντας ὁ γέλως κατεῖχε, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ τῷ γαστρὶ ἅλλῃ βεβασανισμένος ὑπ' αὐτοῦ, ἔγνωσαν ἀναπόμπιμον εἶναι τὸν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὸν δίκην. καὶ νῦν ἄτρεγες μὲν, πρὸς τὸν τῶν λόγων ἐπίδειξιν, ὡς φασι, γυμνάζεται, καὶ παρασκευάζεται, καὶ κατηγορίαν συγκροτεῖ, καὶ ὁ τῆς μοιχείας ἔγκλημα ὑποκινεῖ, ἐναντιώτατον αὐτῷ καὶ οὐδὲ χεῖ τοῖς φαύλοις τῶν ῥητόρων τοῦτο ποιῶν, καὶ εἰς τοὺς ἀνδρας τὸν ἀντίδικον ἐκ τοῦ ἐγκλήματος καταλέγων. τῷ Βαγώᾳ δὲ ἕτερα, ὡς φασι, μέλει, καὶ ἀναῤῥίζεται τὰ πολλὰ, καὶ παρ' χρεὼν ἔχει τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος, κρατήσειν ἐλπίζει, ὡς ἐπιδείξων ὡς οὐδὲν χείρων ὄντι τῶν ἵππων ἀναβαινόντων ὄνων. αὕτη γὰρ, ὦ ἑταῖρε, φιλοσοφίας ἄριστη κρίσις ἔοικεν εἶναι, καὶ ἀπόδειξις ἀναντίλεκτος.

ὥστε καὶ τὸν υἱὸν (ἔτι δέ μοι κομιδῇ νέος ὅστιν) A Proinde optarim vt filius qui mihi est adhuc admodum adolescens, non animum & linguam, sed penem haberet ad philosophiam idoneum.
ὀξαίμιον αὖ, ἢ τλῶ γνώμιν, οὐδὲ τλῶ γλῶτταν, ἀλλὰ ὃ αἰδοῖον ἕτοιμον ἐς φιλοσοφίαν ἔχῃ.

---

## ΠΕΡΙ ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΑΣ.

## DE ASTROLOGIA. Erasmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Astrologiæ defensio quædam est, à dignitate videlicet, quam ab antiquitate & præstantia eorum qui illã ab initio coluerũt, trahit, & à certitudine, quam ex similibus & signis ratiocinatione quadam colligit. Recenset autem principiò varias gentes & populos à quibus illa inuenta, tractata, ac locupletata fuerit. Deinde & homines: & quid quisque in illa singulatim vel obseruarit, vel tractarit: quo loco & fabulas pleraſque Græcorum poëtarum de Orpheo, Tiresia, Atreo, Thyeste, Bellerophonte, Phryxo, Dædalo, Endymione, Phaëthonte, ac cæteris quibusdam explicat. Postremò & vtilitatem artis tradit, quo futuris rebus per hanc obseruatis, & mala faciliùs tolerare, vtpote præuidentes illa, possimus: & bonorum spe nos ipsos confirmare. Exordio dociles facit, statim proposito de quo & qualiter dicturus sit: & obiurgat eos qui artem ob imperitiam vtentium ac profitentium reprehendunt.*

ΑΜφί τε οὐρανοῦ, ἀμφί τε B ἀστέρων ἡ γραφή· οὐκ αὐτῶν ἀστέρων, οὐδ' ἀπὸ πέρι οὐρανοῦ, ἀλλὰ μαντείης, καὶ ἀληθείης, ἣ δὴ ἐκ τουτέων ἐς ἀνθρώπων βίον ἔρχεται. ὁ δέ μοι λόγος, οὐχ ὑποθημοσυνίω ἔοικε, οὐδὲ διδασκαλίω ἐπαγγέλλεται, ὅκως ταύτην τὴν μεμοσύνην δυνατόν, ἀλλὰ μέμφομαι ὁκόσοι σοφοὶ ἐόντες, τὰ μὲν ἄλλα ἐπασκέουσι, καὶ πᾶσι τοῖς ἑωυτέων ἀπημέουσι· μοῦνον δ' ἀστρολογίην, οὔτε πρήσσουσιν, οὔτ' ἐπασκέουσι. ἔστι δὲ ἡ μὲν σοφίη, παλαιὴ, οὐδὲ νέον ἐς ἡμέας ἀφίκετο, ἀλλ' ἔστιν ἔργον ἀρχαίων βασιλήων, θεοφιλέων. οἱ δὲ νῦν, ἀμαθίη, καὶ ῥᾳθυμίη, καὶ τρυφῇ, μισοπονίη, κείροισί τε αὐτίζοα φρονέουσι, καὶ ὅτ' αὖ αὐθράσιν ὑπικρίωσι, ψευδέα μαντευόμενοι, ἄστρων τε κατηγορέουσι, καὶ αὐτὴν ἀστρολογίην μισέουσιν, οὐδὲ μὲν ὅτε ὑγιέα, ὅτε ἀληθέα νομίζοισιν, ἀλλὰ λόγον ψευδέα, C ἀνεμώλιον, καὶ δικαίως, ἐμοὶ δοκέειν, φρονέοντες. ὅτε γὰρ τέκτονος αἰτιῆται, τεκτοσύνης αὐτῆς ἀφυίη, οὐδὲ αὐλητέω ἀμουσίη, μουσικῆς ἀσοφίη. ἀλλ' οἱ μὲν ἀμαθέες τῶν τεχνέων, ἐκάστη δ' ἐν ἑωυτῇ σοφή. πρῶτον μὲν οὖν Αἰθίοπες τόνδε τὸν λόγον ἀνθρώποισι κατεστήσαντο. αἵπερ οὐτέοισι, τὰ μὲν, ἡ σοφίη τῶν ἐθνέων·

E cœlo, dèque astris est nobis institutus sermo: non de ipsis quidem astris, neque ipso de cœlo, verùm de diuinatione ac veritate quæ ab illis in hominum vitam proficiscitur. Neque rursum mihi libellus hic se traditurum aut docturum profitetur quo pacto diuinationem hanc assequi liceat: sed illud queror, doctos omneis cùm in cæteris omnibus exerceant seſe, suísque omnibus tradant, solam Astrologiam nec habere in pretio, nec exercere. Atqui hoc doctrinæ genus vetustum est, neque nuper ad nos peruênit, sed inuentum est priscorum regum, quos Dij amabant. At huius ætatis mortales non solùm inscitia socordiáque, verumetiam odio laboris diuersa ab illis sentiunt. Cúmque fortè inciderint in eos qui falsa prædicunt, tum & astra culpant, & ipsam Astrologiam habent exosam, neque salutarem eam neque veridicam arbitrantes, sed autem magis falsam atque inanem, haud rectè, sicuti mihi quidem videtur, sentientes. Neque enim ob imperitiam fabri, ars ipsa culpatur: neque ob cantoris inscitiam, ipsa musica parum est eruditæ quin illi potiùs artium sunt ignari: cæterùm ars vnaquæque suapte natura scita est. Primùm igitur Æthiopes hanc rationem mortalibus tradiderunt. In causſa fuit partim gentis eius sapientia,

(nam cæteris quoque in rebus Æthiopes reliquos homines antecellunt ſapientia) partim regionis quam incolunt, opportunitas, propterea quòd apud eos perpetua ſit cœli ſerenitas, trãquillitáſque, nec patiuntur anni mutationes, ſed eadem temperie viuunt. Itaque cùm primùm vidĕt lunam nõ ſemper eodem vultu apparentem, ſed varia ſubinde ſpecie, & in aliam atque aliam verti formam, viſa eſt illis ea res admiratione atque diſquiſitione digna. Deinde cùm inquiſiſſent, repererunt hanc eſſe earum rerum cauſſam, quòd lunæ non eſſet lumen proprium, ſed à ſole mutuatum. Inuenerunt autem & reliquarum ſtellarum motus, harum quas nos errones appellamus: (nam ſtellarum hæ ſolæ mouentur) naturámque earum ac poteſtatem, & effectus quos vnaquæque præſtet, nominibus quoque inditis, non illis quidem vtcunque viſum eſt, confictis, ſed quà notæ rerum eſſent. Hęc igitur in cœlo perſpexerunt Æthiopes: mox Ægyptiis finitimis artem imperfectam tradiderunt. Porrò Ægyptij diuinandi rationem, quam ab illis dimidiatam acceperant, in maius prouexerunt: quippe qui menſuram etiam ad quam vnaquæque ſtella moueretur, indicarint. Ad hæc annorum, menſium, horarúmque numerum inſtituerunt. Ac menſes quidem illi luna metiuntur, atque eius recurſu finiunt: annum verò ſole, & huius circuitu metiuntur. Quin his etiam maiora oſtenderunt. Nam ex vniuerſo cœlo, reliquiſq; ſtellis & errãtibus, & fixis, neque ſimul cum cæteris ſeſe mouentibus, duodecim partes effecerunt in his quæ mouentur, & vnamquamque ſuis animantibus repræſentarunt, partim marinis, partim homine, partim feris, partim volatilibus, partim pecudibus. Vnde & ſacra Ægyptiorum variè fiunt. Neque enim omnes Ægyptij ex omnibus duodecim partibus diuinabant, ſed alij aliis vtebantur partibus. Itaque arietem colunt, qui ad Arietem ſpectabant: piſcibus non veſcuntur, qui Piſces annotarant: nec hircum mactant, qui Capricornum viderant: atque alij item alia venerabantur, quæ quiſque inuenerat. Quin taurum etiam ob honorem cœleſtis Tauri colunt. Nam Apis apud illos res in primis ſacra, regionem ſortitus eſt: & qui eam incolunt partem, oraculum quoque dicarunt, ſignum videlicet diuinationis, quam à cœleſti Tauro petunt.

A (καὶ γὰρ τἆλλα, τῶν ἄλλων σοφώτεροι Αἰθίοπες) ταῦτ᾽, ἐς τῆς οἰκήσεως ἡ εὐμοιρίη· αἰεὶ γὰρ σφέας αὐδὴν ἐς γαλήνωσιν ἀειράτην· οὐδὲ τῶν τῷ ἔτεος ἑρπέων ἀνέχονται, ἀλλ᾽ ἐν μὴ ὥρῃ οἰκέουσιν. ἰδόντες οὖν ἄρα τὴν σελήνην οὐκ ἐς πάμπαν ὁμοίην φαινομένην, ἀλλὰ πολυειδέα τε γιγνομένην, ἐς ἐν ἄλλοτε ἄλλῃ μορφῇ τρεπομένην, ἐδόκεον αὐτέοισι ἕν χρῆμα θωύματος καὶ ἀπορείης ἄξιον. ἔνθεν δὴ ζητέοντες, εὗρον τουτέων τὴν αἰτίην, ὅτι οὐκ ἴδιον τῇ σελήνῃ τὸ φέγος, ἀλλά οἱ πρὸς ἡελίου ἔρχεται. εὗρον δὲ ἐς τὴν ἄλλων ἀστέρων τε φορήν, B τοὺς δὴ πλανήτας ἡμεῖς καλέομεν (μοῦνοι γὰρ τῶν ἄλλων ἀστέρων κινέονται) φύσιν τε αὐτῶν, καὶ δυναστείην, καὶ ἔργα, τά ἕκαστος ἐπιτελέουσιν. ἐς δὲ καὶ ὀνόματα αὐτέοισιν ἐπέθεσαν, οὐκ ὀνόματα, ὅκως ἐτύχθη, ἀλλὰ σημήια. ταῦτα μὲν οὖν Αἰθίοπες ἐς τὸ οὐρανὸν ἐπέβλεψαν μοῦνοι δή, κείτοισιν ἔσω Αἰγυπτίοισιν, ἀτελέα τὸν λόγον παρέδοσαν, Αἰγύπτιοι δὲ καὶ σφέων ἐκδεξάμενοι ἡμιτρέα τὴν μαντικήν, ὅτι μέζον ἤδεσαν, μέτρα τε τοῦ σκιάδος κινήσεως ἐσημήναντο, καὶ ἐτέων ἀριθμὸν, καὶ μηνέων καὶ ὡρέων C διεπάξαντο. ἐς μὲν οὖν μοῦνον σφίσι μέζον ἡ σελήνη, καὶ ἡ ταύτης ἀναστροφὴ ἐλύετο· ἔτεος δὲ, ἥλιος, καὶ ἡ τοῦ ἡλίου περίοδος. οἱ δὲ καὶ ἄλλα ἐμήσαντο πολλῷ μέζω τουτέων. σὺν γὰρ δὴ τῷ πρώτῳ οὐρανῷ, ἐς ἀστέρων τῶν ἄλλων, ἀπλανέων τε, ἐς βυσταζόντων, ἐς ἅμα κινεομένων, δυώδεκα μοίρας ἐτάμοντο· ἐν τοῖσι κινεομένοισι, καὶ οἰκεῖα ζῷα ἐόντα, ἕκαστον αὐτῶν ἐς ἄλλων μορφὴν μεμιμέαται, τὰ μὲν ἀνάλια, τὰ δὲ, αἰθερίων, τὰ δὲ, θηρῶν, τὰ δὲ, πτηνῶν, τὰ δὲ, κτηνέων. ἀπὸ τέων δὴ καὶ ἱερὰ D τὰ Αἰγύπτια πολυειδέα ποιέεται. οὐ γὰρ πάντες Αἰγύπτιοι ἐκ τῶν δυώδεκα μοιρέων πασέων ἐμαντεύοντο, ἄλλοι δὲ ἄλλοίῃσι μοίρῃσιν ἐχρέωντο· καὶ κριὸν μὲν σέβουσιν, ὁκόσοι ἐς κριὸν ἀπέβλεπον· ἰχθύας δὲ οὐ σιτέονται, ὁκόσοι ἰχθύας ἐπεσημήναντο· οὐδὲ τράγον κτείνουσιν ὅσοι αἰγόκερων ἤδεσαν· καὶ οἱ ἄλλοι τἆλλα, ὡς ἕκαστοι ἐλάσχοντο. ναὶ μὲν καὶ ταῦρον ἐς ἡμεῖς τὸν οὐράνιον ταῦρον σεβίζονται. καὶ ὁ Απις αὐτοῖς ἱρὸν ἱερώτατον, τῷ χώρῳ ὀπηνέμεται, καὶ οἱ σὺν μαντήιόν τε ἀναπθέασι, σημήιον τῆς ἐκείνου τοῦ ταύρου μαντικῆς.

οὐ μὴν

ὐ μὴν πολλὸν δὲ χ̀ Λίβυες ἐπέβησαν τῷ λόγῳ. ἔστι γὰρ ὁ Λιβύων μαντήιον τοῦ Ἀμμωνος, καὶ τοῦτο ἐς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐς τὴν τούτου σοφίην εἴρηται, τῷ δὲ τὸν Ἄμμωνα, κατὰ ὅτι κριοπρόσωπον ποιέονται. ἔγνωσται δὲ τούτεων ἔτι καὶ Βαβυλώνιοι, ὅτι μὲν λέγουσι καὶ αὐτοὶ τῶν ἄλλων· ἐμοὶ δὲ δοκέειν, πολλὸν ὕστερον ἐς τούτους ὁ λόγος ἀφίκετο. Ἕλληνες δὲ, ὅτε περὶ Αἰθιόπων, ὅτε περὶ Αἰγυπτίων ἀστρολογίης πέρι οὐδὲν ἤκουσαν, ἀλλὰ σφίσιν Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου καὶ Καλλιόπης, οὗτος τὰ δὲ ἀπηγήσατο, ὅ μάλα ἐμφανέως, οὐδὲ ἐς φάος τὸν λόγον προήγαγεν, ἀλλ' εἰς γοητείην, καὶ ἱερολογίην, οἵην ἄμφι οἱ εἶναι. πηξάμενος γὰρ λύρην, ὄργιά τε ἐποιέετο, καὶ τὰ ἱερὰ ἤιδεν· ἡ δὲ λύρη, ἑπτάμιτος ἐοῦσα, τὴν τῶν κινεομένων ἀστέρων ἁρμονίην συνεβάλλετο. ταῦτα Ὀρφεὺς διζήμενος, καὶ ταῦτα ἀνακινέων, πάντα ἔθελγε, καὶ πάντων ἐκράτεεν. οὐ γὰρ ἐκείνην τὴν λύρην ἔβλεπεν, οὐδὲ οἱ ἄλλης ἔμελε μουσουργίης, ἀλλ' αὕτη Ὀρφέος ἡ μεγάλη λύρη. Ἕλλησί τε τὰ δὲ τιμέοντες, μοῖραν οἱ αὐτοῦ θεσπεσίην ἀπέκριναν, καὶ ἀστέρες πολλοὶ καλέονται λύρη Ὀρφέος. ἔστι δέ κοτε Ὀρφέα ἰδεῖν, ἢ λίθοισιν, ἢ γραπτῇ μεμιμημένον, μέσῳ ἕζεται εἰκελος ἀείδοντι, μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύρην· ἀμφὶ δὲ μιν, ζῷα μυρία ἕστηκεν, ἐν οἷς καὶ ἄνθρωπος, καὶ ταῦρος καὶ λέων· καὶ τὴν ἕκαστον, ἢν τ' αὐ σκῆνα ἴδῃς, μέμνησό μοι τουτέων, οἵη ἐκείνου ἀοιδὴ, οἵη δὲ ἡ λύρη, οἷος δὲ ὁ ταῦρος, ἢ ὁ οἷος λέων, Ὀρφέος ἐπαίοισιν. ἢν δὲ τὰ λέγω αἴτια γνοίης, σὺ δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν δέρκεο ἕκαστον τουτέων. λέγουσι δὲ Τειρεσίην, ἄνδρα Βοιώτιον, τὸ δὴ κλέος μαντοσύνης πέρι πολλὸν ἀείρεται, τοῦτον τὸν Τειρεσίην οἱ Ἕλλησιν εἰπεῖν, ὅτι τῶν πλανεομένων ἀστέρων, οἱ μὲν θήλεες, οἱ δὲ ἄρρενες ἐόντες, οὐκ ἴσα ἐκτελέουσι· τῷ καὶ μιν διφυέα γενέσθαι, καὶ ἀμφίβιον Τειρεσίην μυθολογέουσιν, ἄλλοτε μὲν θῆλυν, ἄλλοτε δ' ἄρρενα. Ἀτρέως δὲ καὶ Θυέστεω περὶ τῇ πατρώῃ βασιληίῃ φιλονεικεόντων, ἤδη τοῖσιν Ἕλλησιν ἀναφανδὸν ἀστρολογίης τε, καὶ σοφίης τῆς ἀρετῆς, μάλιστ' ἔμελε. καὶ δὴ ξυνὸν τῶν Ἀργείων, ἀρχὴν ἔγνωσαν ἑωυτῶν, ὁστις τε ἕτερα σοφίῃ προφερέστερος.

A Ac non multò pòst Libyes quoque artem hanc sunt aggressi. Siquidem & oraculum quod est apud illos, Ammonis, ad cœlum, & huius sententiam refertur, iuxta Ammonem, quem illi arietis specie fingunt. Calluerunt autem hæc omnia & Babylonij: atque hi quidem affirmant se primos omnium fuisse. Verùm, vt ego existimo, multo posteriùs ad hos scientia peruenit. At verò Græci nec ab Æthiopibus nec Ægyptiis de Astrologia quicquam audierunt: verùm illis Orpheus Oeagro Calliopéque prognatus, primus ista monstrauit: non ille quidem admodum dilucidè, neque rem clarè docuit, sed præstigiis ac mysticis inuolucris obtexit. Sic enim illi visum est. Nam concinnata lyra Orgia instituit, sacráque cantiones decantabat. Porrò lyra cùm septem haberet chordas, concentum mobilium stellarum repræsentabat. Hæc conquirens atque hæc agitans Orpheus, omnia delenibat, omniáque vincebat. Neque enim illam hominis lyram spectabant, neque illi alterius musices studium erat, verùm hæc magna illa Orphei lyra. Hisce rebus cùm Græci honorem habere vellent, locum illi in ipso cœlo designarunt, & compluscula stellæ vocantur Orphei lyra. Quòd si quando Orpheum videris vel saxo expressum, vel coloribus effictum, sedet in medio, canenti similis, manibus tenens lyram: circum hunc animantium innumera multitudo, inter quæ & homo, & taurus, & leo. Cúmque horum singula videris, fac horum mihi memineris, cuiusmodi sit illius cantus, cuiusmodi lyra, cuiusmodi taurus & cuiusmodi leo Orpheum audiant. Quòd si eorum quæ dico, causas intelligas, tum & in cœlo horum vnumquodque contemplator. Fertur autem & Tiresia genere Bœotius, diuinandi gloria multùm celebris fuisse. Hunc Tiresiam ex Græcis aiunt dixisse, stellarum erraticarum alias esse fœminas, alias mares, non tamen eadem efficere. Vnde eundem ancipiti quoque sexu fuisse fabulantur, aliquando fœminam, aliquando marem. Porrò Atreo & Thyeste de regno paterno decertantibus, iam tum maximam Astrologiæ cœlestisque doctrinæ curam fuisse Græcis, palàm est. Ac publico consensu statuerunt Argiui, vt vter scientia præcelleret, is imperio potiretur.

Ibi Thyestes arietem illis in cœlo demonstrauit, atque hinc aureum arietem Thyestæ fuisse proditum est fabulis. At Atreus de sole, déque vario illius exortu locutus est, ostendens non eodem modo ferri solem & mundum, sed contrario inter se cursu rapi: & qui nunc videtur occasus, cùm sit occasus mundi, Solis exortum esse. Hæc locutum Argiui regem crearunt, magnámque doctrinæ laudem est assecutus. Equidem & de Bellerophonte similia sentio. Nam alatũ equum illi fuisse, non admodum credo: verùm arbitror illum hanc disciplinam sectantem, sublimiáque cogitantem, & inter astra versantem, in cœlum nõ equo ascendisse, sed animo. Eadem de Phryxo Athamantis filio dixerim, quem aureo ariete per aërem vectum fabulãtur. Quin & ipsum sanè Dædalum Athenienſem, etiamsi res est noua auditu, tamen haud existimo eum ab Astrologia fuisse alienum: sed cùm ipse ea maximè est vsus, tum filium suum eandem perdocuit. Ast Icarus cùm iuuentutis calore & insciti, non ea disquireret quæ conueniebant, sed ad ipsum vsque polum animo tolleretur, delapsus est à vero, totáque aberrauit arte, & in mare præceps decidit rerum immẽsæ profunditatis: de quo Græci secus fabulantur, qui ex huius nomine sinum eius maris Icarium frustra vocant. Fieri potest, vt Pasiphaë quoque cùm ex Dædalo de Tauro audisset inter stellas apparente, déque ipsa Astrologia, in artis amorem inciderit: ob id existimant factum, vt Dædalus illam tauro copularit. Sunt autem qui scientiam in portiones partiti, in singulis partibus singuli elaborarint, alij in iis quæ ad lunam, alij quæ ad Iouem, alij quæ ad solem pertinent, congerentes, neque non cursum ac motum & vim illorum. Atque Endymion lunæ rationem tradidit, Phaëton solis cursum deprehendit, non ille quidem verè, sed moriens imperfectam artem reliquit. Hæc qui ignorant, Phaëthontem solis filium credunt, fabulámque de illo haudquaquam veram narrant, adiisse Solem patrem, ac postulasse ab eo vt sibi liceret lucis currum moderari: illum id concessisse, monuisséque qua ratione foret aurigãdum:

in vnum aliquod istorum conuiuiorum accumbamus, vt per otium & cum silentio & audire & dicere quæ cuique libet, liceat. Illud autem memineritis, quòd qui hodie victus fuerit, is in posterùm nobis de iisdem rebus ampliùs molestus futurus non sit. Rectè visus sum hæc dicere. Et eôdem cohortantibus etiam illis, exiuimus, ego quidem lętus, nulla me premente cura: illi verò cogitabundi, magnam apud sese in animis disputationem sursum ac deorsum versantes, perinde ac si de principatu ac ductu apud Platæas certaturi essent. Postquam autem venimus in densum quoddam atque vmbrosum pro ætatis tempore receptaculum, vbi commodè requiescere licebat: Suauis hic locus, inquiens ego, (nam & supra verticem, canorum quoddam resonant cicadæ) in medio admodum iudiciali more considebam, ipsam illam superciliis præ me ferens Eliæam. Proposita autem vtrisque sorte super eo, vtrum priore loco dicere oporteret, posteaquam Charicles priorem locũ sortitus est, continuò vt auspicaretur orationem, hortatus sum. Ille verò cùm dextera faciem paulum attriuisset cum silentio, & parumper sustinuisset sese, mox ad hunc fermè modum orditur: Te domina orationi meæ, Venus, te auxiliatricem preces meæ vocant. Nam cùm omne opus, si vel exiguum propriæ suadelæ instillaueris illi, absolutissimum esse solet, tum verò amatorij sermones præter cætera te indigent. Tu enim eorũ germana adeò mater es. Ades itaque mulieribus patrona; fœmina nimirum ipsa. Largire autem & viris vt maneant mares, perinde atq; generati sunt. Ego igitur statim ab initio orationis primam omnium matrem, & totius generationis radicem ac seminarium, eorum quæ propono testem aduoco. Dico autem sacram illam vniuersorum naturam, quę primis illis inter se conglutinatis elementis mundi, terra videlicet, aëre, igne & aqua, mutua illorum & temperata commixtione omne procreauit animatum. Sciens deinde quòd omnes mortalis sumus materiæ opificium, & quòd breue adeò tempus viuendi vnicuique fato præstitutum est: alterius interitum, vt alterius ortus esset, excogitauit: ac morienti, id quod nascitur, è diuerso appendit, vt mutuis successionibus in perpetuum tempus viueremus. Postquam autem impossibile propè erat ex singulis seorsum aliquid procreari, duplicem in vnoquoque genere naturam effinxit.

*Alludit ad contentionẽ & ambitionem Atheniensium & Lacedæmoniorum, quæ de principatu inter se ante pugnam Platæensẽ contenderunt. Vide Herodotũ. 1 Forum Athenienses: vnde Eliastæ iudices vocabantur.*

Nam maribus quidem propria ſeminum quaſi quædam fundamenta largita eſt, fœminam autem perinde vt receptaculum quoddam genitalis ſeminis eſſe fecit. Communi igitur vtrique ſexui deſiderio indito, coniunxit inter ſe mutuò illos, lege neceſſitatis ſancta quadam præſcriptos, vt manerent propria vterque natura contenti, & neque fœmina præter naturam in marem tranſiret, neque mas indecorè ac turpiter emolleſceret. Atque hoc pacto virorum cum mulieribus conuerſationes, in hoc vſque tempus hominum vitam immortalibus quibuſdam ſucceſſionibus conſeruant: neque quiſquam vir ex viro ſe natum eſſe gloriatur. Intra duo autem nomina venerabilia omnis honor manet eorum qui ex æquo matrem ac patrem adorãt. Ab initio igitur cùm adhuc Heroica ſaperet vita, & vicinam deorum coleret virtutem, legibus à natura conſtitutis obtẽperabat: ac ſecundùm ætatis menſuram cum mulieribus coniuncti, generoſorum patres fiebant liberorum. Paulo autẽ poſt tempus à magnitudine illa ad voluptatis deſcendẽdo voragines, nouas & commutatas fruendi vias aperuit. Deinde, quæ nihil non audet, voluptas, naturam ipſam contempta lege violauit. Atque aliquis igitur primus oculis aſpexit marem perinde vt fœminam, ex alterutra videlicet horum cauſſa, aut quòd vi tyrannica eò illum compulerit, aut quòd verbis doloſè ac fraudulenter induxit. Conuenit autem in vnum lectum vna eadémque natura; ac ſeipſos inter ſe mutuò aſpicientes, neque eorum quæ faciunt, neque quæ patiuntur, pudore afficiuntur. Per rupes autem, vt dici ſolet, ſteriles proiecto ſemine, permutatione facta, pro modica voluptate magnam accipiunt infamiam. Dixeris verò eouſque tyrannicæ violentię audaciam ipſam progreſſam eſſe, vt iam & ferro naturam ſacrilego quodammodo deprædentur: ac marum virilitate exhauſta & exinanita, inuenerunt voluptatis ſupernacaneos & appoſititios modos. Miſeri autem illi & infelices, vt eò magis pueri ſint, iam ne viri quidem amplius manent, ambiguum naturæ duplicis obſcuramentum, cùm neque ad quod nati ſunt, conſeruentur, neque id ad quod tranſiere, habeant: flos autem ille qui in iuuentute adeſt ac manet, in ſenium præmaturum marceſcere ipſos facit. Simul enim inter pueros numerantur, & iam conſenuere, nullum virilitatis interuallum habentes. Ita ſceleſta illa,

A τοῖς μὲν γὰρ ἄρρεσιν ἰδίας καταβολὰς σπερμάτων ἐθεμελιώσατο, τὸ θῆλυ δ' ὡσπερ γονῆς τι δοχεῖον ἀποφήνασα. κοινὸν οὖν ἀμφοτέρῳ γένει πόθον ἐγκεφυσαμένη, συνέζευξεν ἀλλήλοις θεσμὸν ἀνάγκης ὅσιον, καταγράψασα μέντοι ὅπως τῆς οἰκείας φύσεως ἑκάτερον, καὶ μήτε τὸ θῆλυ παρὰ φύσιν ἄρρενοῦσθαι, μήτε τἄρρεν ἀπρεπῶς μαλακίζεσθαι. Ἀφ' ὧν αἱ συνουσίαι γυναιξὶν ἀνδρῶν ὁμιλίαι, μέχρι δεῦρο τὸν ἀνθρώπινον βίον ἀθανάτοις ἀμοιβαῖς φυλάττουσιν· οὐδεὶς ἀνὴρ ἀπ' ἀνδρὸς αὐχεῖ γενέσθαι.

B δυοῖν δ' ὀνομάτοιν σεβασμίοιν πᾶσα τιμὴ μένουσιν, ἰσοῦται πατρὶ μητέρα προσκυνουμένων. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἔθ' ἡρῳϊκὴ φερομένου ὁ βίος, καὶ τὸ πλεῖστον θεῶν σέβων ἀρετῷ, οἷς νομοθέτησεν ἡ φύσις ἐπιθαρρεῖ, καὶ κατ' ἡλικίας μέτρα γυναιξὶ ζυγούμενοι, γνησίων πατέρες ἐγίγνοντο τέκνων. κατὰ μικρὸν δ' ὁ χρόνος ἀπ' ἐκείνου τοῦ μεγέθους ἐς τὰ τῆς ἡδονῆς καταβαίνων βάραθρα, ξένας ὁδοὺς καὶ παλλαγμένας ἀπολαύσεων ἔτεμεν. εἶθ' ἡ πάντα τολμῶσα τυφή, τὸν φύσιν αὐτὸν προὐμήσατο·

C καί τις ἄρα πρῶτος ὀφθαλμοῖς ὁ ἄρρεν εἶδεν ὡς θῆλυ, δυοῖν θάτερον, ἢ τυραννικῶς βιασάμενος, ἢ πείσας πανούργως. συνῆλθε δ' εἰς μίαν κοίτην μία φύσις· αὐγὴς δ' ἐν ἀλλήλοις ὁρῶντες, ὅθ' ἃ δρῶσιν, ὅθ' ἃ πάσχουσιν, ἠδέως τε· καὶ πεπεῶν δέ, φασιν, ἀγόνων ἀπείραντες, ὀλίγης ἡδονῆς ἀντικατηλλάξαντο μεγάλων ἀδοξίαν. εἰ ποῖς γε μὴν εἰς τοσοῦτον τυραννικῆς βίας ἡ τόλμα προσέκοψεν, ὡς μέχρι σιδήρου τὸν φύσιν ἱεροσυλῆσαι· τῶν δ' ἀρρένων τὸ ἄρρεν ἐκκενώσαντες,

D λέχους ἡδονῆς πρέλκεντα μέτρα. οἱ δ' ἄθλιοι, καὶ δυσμενεῖς, ἵν' ὅτι πλέον ὦσι παῖδες, οὐδὲ ἐπὶ μόνοισιν ἄνδρες, ἀμφίβολον αἴνιγμα δι' ἁπλῆς φύσεως, ὅτ' εἰς ὁ μεγάλως τὰ φυλαχθέντες, ὅτ' ἔχοντες ἐφ' ὁ μετέβησαν. ὃ δ' ἐν νεότητι προδαμέντα ἄνδρα, εἰς γῆρας αὖθις μύραινει πρόσωπον. ἅμα γὰρ ἐν παισὶν ἀριθμοῦνται, καὶ γεγηράκασιν, οὐδὲν ἀνδρῶν μεταίχμιον ἔχοντες· οὕτως ἡ μιαρὰ,

καὶ πάντος κακοῦ διδάσκαλος τρυφὴ, ἄλλων ἀπ' ἄλλης ἡδονὰς ἀναμηχανωμένη τοῖς ὑπνοῦσα, μέχρι τῆς νόσου καταγέλαστον, ἵνα μηδὲν ἀγνοῇ μέρος ἀσελγείας. εἰ δ' ἐφ' ὧν ἡ θεία δεσμὸν ἔταξεν ἡμᾶς ἕκαστος ἱδρυτο, ταῖς μὴ γυναικῶν αἰ ὁμιλίαις ἠρκούμεθα, καὶ πάντος ἂν εἰδέναι ὁ βίος ἐκαθάρευεν. ἀμέλει καὶ δὲ τοῖς οὐδὲν ἐκ πονηρᾶς μαθήσεως καὶ κακίας δυναμένοις ζῴοις, ἄκρατος ἡ τῆς φύσεως νομοθεσία φυλάττεται. λέοντες οὐκ ὑπομαίνονται λέαινοις, ἀλλ' ἡ κατ' καιρὸν ἀφροδίτη καὶ ὃ ταῦρος τῇ ὀρέξει αὐτῶν ἐκκαλεῖται. ταῦροι ἀγελάρχης βουσὶν ὀπτ. θορνυται, καὶ κριὸς ὅλῳ τῷ ποιμνίῳ ἄῤῥενος πληροῖ σπέρματος. τί δὲ, ὑὸς ὗν μὴ θήλειαν μεταδιώκουσι καὶ καπροί; λυκαίνας δ' ὑπομίγνυνται λύκοι, καὶ δολιχὸν δ' εἰπεῖν, πάντ' οἱ ἄλογα ζῴων ὄρνιθες, οὐδ' ὅσα τῷ ὑγρᾷ καθ' ὕδατος εἴληχε λῆξιν, ἀλλ' ὑδ' ὅτι γῆς τι ζῷον, ἄῤῥενος ὁμιλίας ἐπωρέγεται, μόνῃ δ' ἀκίνητα τῆς προνοίας τὰ δόγματα. ὑμᾶς δ', ὦ μάτην ὅτι τῷ φρονεῖν δίλογοι μῦθοι, θεῖον ὡς ἀληθῶς φάσλον αἴσθεσθαι, τίνι κομιῇ νόσῳ τοσαυτομίσητες, ὅτι τῷ κατ' ἀλλήλων ὕβρεις ἠρέθισθε; τίνα τ' ψυχῆς τυφλὴν αἴσθησιν καταγέαντες, ἀμφοῖν ἠσχήκατε, φεύγοντες ἃ διώκειν ἔδει, καὶ διώκοντες ἀφ' ὧν ἔδει φεύγειν; ἓν καθ' ἕνα τοιαῦτα ζηλωτὰ πάντων ἐλομένων, οὐδὲ εἷς ἔσαι. σιγᾶν γὰρ ἐχρῆν τοῖς Σωκρατικοῖς καὶ ὁ θαυμασὸς ἀναφύεται λόγος, ὑφ' ὃν παιδικῇ μὴ ἀκοαὶ, τελείων ἐνδεᾶς λογισμῶν φαινακίζονται. ὃ δ' ἤδη καὶ φρονοῦσιν ἐς ἀκρον ἔρωτ, οὐκ ἂν ἐκφεύγειν δύναιτο. ψυχῆς γὰρ ἔρωτα πλάττουσι, καὶ ὃ τ' σώματος εὔμορφον αἰδούμενοι φιλεῖν ἀρετῆς καλοῦσιν αὐτοῖς ἐρασταί· ἐφ' οἷς μοι πολλάκις καγχάζειν ἐπῆλθε. τί γὰρ παθόντες, ὦ σπουδαῖοι φιλόσοφοι, ὃ μὴ πάλαι μακρῷ χρόνῳ δεδωκὸς ἑαυτῷ πεῖραν ὁποῖόν ἐστιν, ὦ πολιὰ προσήκουσα, καὶ γήρως ἀρετὴν μάρτυρες, δι' ὀλιγωρίας ἀπεμπέτε; πᾶς γὰρ ὁ σοφὸς ἔρως ὅτι ὃ νέον ἐφίεται, μηδέπω τὸν λογισμὸν ἐν αὐτῷ, πρὸς ἃ πρέπουσι, χρῖσιν ἐχόντων;

A & omnis mali magistra, mollities, voluptates impudicas aliam ex aliaexcogitando, in eum morbum qui ne dici quidem amplius decorè potest, prolapsa est, vt nullam videlicet partem petulantiæ & obscœnitatis ignoraret. Quòd si verò in iis de quibus ipsa Prouidentia legem sanciuit, vnusquisque nostrûm sese firmaret, ac persisteret: conuersationibus iis quæ cum mulieribus fiunt, cõtenti essemus, & ab omni conuitio ac probro vita nostra pura atque integra foret. Certè inter ea animantia quæ nihil ex mala atque peruersa affectatione deprauare possunt, illibata naturę legislatura illa custo-

B ditur. Leones non insaniunt in leones: sed quæ tempore suo accedit venus, in fœmineum sexum concupiscentiam illorum excitat. Taurus armenti dux cum bobus miscetur, & aries totum gregem masculo implet semine. Quid autem? An non suum cubilia sectantur apri? lupas autem ineunt lupi? Et vt in summa dicam, neque quæ aërem volatu perstrepunt aues, neque quæ humidam aquæ sortita sunt mansionem, neque etiam aliquod in terris animal congressum maris appetit, sed manent inter ea immota Prouidentiæ decreta.

C Vos autem, ô frustra sapientiæ nomine iactati, animal, vt verè dicam, vile ac malum, homines, quonam nouo morbo delinquentes, in mutuam inter vos contumeliam accensi estis? Quonam animi cæco stupore effuso, adeò ab vtraque aberratis via, fugientes videlicet ea quæ sectari vos decebat, & contrà sectantes illa à quibus refugere oportebat? ac singula talia æmulari omnibus volentibus, ne vnus quidem postremò reliquus erit. At enim hîc Socraticis istis etiam præclara illa oratio renascitur, qua puerorum quidem auditus, perfectis ratiocinandi viribus adhuc carentes, decipiuntur: illud autem quod iam per prudentiam ad summum euasit, subduci facilè nequit. Animi enim amorem quendam comminiscuntur: & cùm corporis pulchritudinem vereantur amare, virtutis vocant sese amatores. Ob quæ sæpenumero risu diffluere, in mentem mihi venit. Nam quid vobis accidit, ô nimiùm graues philosophi, quòd id quod longo iam tẽpore sui experimentum de se quale sit, præbuit, cui vanities accedens & senectus virtutis testimonium dat, per negligentiam adeò dimittitis: omnis autem ille præclarus amor in iuuenem cõcitatur, cùm tamen in eo ratio & vis colligendi nondum habeant ad quæ iudicium conuertant?

An hæc veluti lex quædam est, vt omnis quidem deformitas, malitiæ damnata sit: pulchrum autem quod est, id recta via vt bonum & honestum laudetur? At verò iuxta magnum veritatis interpretem Homerum,

*alius pulchra minùs enitet ore,*
*At formam deus exornat virtute loquendi,*
*Quique vident illum, verbis mulcentur, at ipse*
*Intrepidus fatur suaui commixta pudore,*
*Et medios inter vultu supereminet amnes,*
*Perque vrbem aspiciunt venientem numinis instar.*

Et rursum alibi dicens, inquit:

*At tibi formoso sub corpore nulla fuit mens.*

Certè formoso illo Nireo cordatus Vlysses magis laudatur. Quo pacto igitur sapientiæ quidem, aut iustitiæ, ac cæterarum virtutum, quæ cum perfectis viris consortem & quasi hæreditarium nactæ sunt ordinem, nullus amor conueniens vobis est; pulchritudo autem in pueris illa, vehementissimos affectuum impetus excitat? Prorsus enim amari oportebat Phædrum propter Lysiam, ô Plato, quem prodidit? Aut virtutem Alcibiadis amari probabile fuit, quando ille deorum statuas amputando violabat, & sacris Eleusiniis illæ inter potandum iactatæ voces insultabant? Quis igitur amatorem illius fuisse se perhibet, cùm Athenæ proderentur, & Decelea munitionibus obsirmaretur, ac tota vita ad tyrannidem spectaret? At donec quidem barba nondum (iuxta sacrum illum Platonem) obsitus erat, omnibus amabilis fuit: postquam autem transiit à puero in virum, qua ætate intellectus (qui tamen imperfectus erat) totam ac plenam ratiocinandi vim consequebatur, ab omnibus odio habebatur. Quid igitur affectibus turpibus verborum prætendentes verecundiam, animi virtutem appellant, corporis elegantiam, iuuenum isti amatores magis quàm sapientiæ? Atque hæc quidem à nobis dicta sufficiant, ne videamur clarorum virorum inuidiosè nimis mentionem facere. Parumper autem à vehementiori studio ad vestram Callicratida voluptatem descendendo, ostendam puerorum consuetudine muliebrem multo potiorem esse. Ac principiò quidem omnem ego delectationem censeo iucundiorem esse, quæ diutùrnior est. Acuta siquidem voluptas, quæ celeriter præreuolat: priusquam satis percipiatur cognitione ac sensu, desinit. Illud autem quod lætitiam affert, quo magis abundat, eo potius est.

*De his in Symposio & Phædro Platonis.*

*Vide Plutarchum in vita Alcibiadis, & Thucydidem.*

A ἢ νόμος ὅστ', πᾶσαν μὲν ἀμορφίαν πονηρίας
εἶδος καταγνῶναι, τὸ δὲ καλὸν πῶς ἀγαθὸν ἐπαινεῖσθαι τὸν καλόν; ἀλλά τοι κατὰ τὸν μέγαν ἀληθείας θεσπέσιον Ὅμηρον,

εἰδὸς τις ἀκιδνότερος πέλε αὐτὴρ·
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἐπέσσι κέρσε· οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
Τέρπόμενοι λεύσσουσιν, ὁδὶ ἀσφαλέως ἀγορεύει·
Αἰδοῖ μειλιχίῃ, μετὰ δὲ θρασὺς ἀλκτὴρ ἐοικὼς
Ἐρχόμενον δ' αἰεὶ ἄγυ, θεὸν ὡς εἰσορόωσι.

καὶ πάλιν εἶπέ που λέγων,

B σὺ δὲ ἄρα σοί γ' ὀπὶ εἶδεϊ κὴ φρένες ἦσαν ἐσθλαί.

ἀμέλει τῷ καλῷ Νιρέως ὁ σοφὸς Ὀδυσσεὺς πλέον ἐπαινῆται. πῶς οὖν φρονήσεως μὲν, ἢ δικαιοσύνης, ἢ τε λοιπῶν ἀρετῶν, αἷς τελείοις ἀνδράσι συνῆκται εἰλήχασι τάξιν, σοφοῖς ἔρως ἐπῆλθε, τὸ δ' ἐν παισὶ κάλλος ὀξυτάτας ὁρμὰς παθῶν ἐτείρει; πάνυ γοῦν ἐρᾷν ἔδει Φαίδρου δηλ. Λυσίου, ὦ Πλάτων, ὃν παρῴδησεν; ἢ τιμᾷ ἀρετὴν φίλην Ἀλκιβιάδης εἰκὸς ἦν, ὅτε ἱεροσυλίαις τὰ θεῶν ἀγάλματα, κὴ τελετὰς ἐν Ἐλευσῖνι τελετὰς αἱ παρῳδοὶ πότον ἐξ-
C ορχοῦνται φωναί; τίς ἔρασις ὁμολογεῖ γεγέσθαι, παρῳδουμένων Ἀθηνῶν, κὴ Δεκελείας ἐπιτειχιζομένης, κὴ βίᾳ τυραννίδα βλέποντος; μὴ ἄγε μὲν οὖν πάντα κὴ τὸν ἱερὸν Πλάτωνα πώγωνος ἐμπί πλατο, πᾶσιν ἐπῳδὸς ἦν. μεταβὰς δ' ἀπὸ τοῦ παιδὸς εἰς τὸν ἄνδρα, καθ' ἣν ἡλικίαν ἡ τέως ἀτελὴς φρόνησις ὁλόκληρον εἶχε τὸν λογισμὸν, ὑπὸ πάντων ἐμισεῖτο. τί δὴ πάθεσιν αἰσχροῖς ὀνομάτων ἐπιγραφόντες αἰδῶ, ψυχῆς ἀρετὴν λέγουσι τὴν τοῦ σώματος ὑπερέπειαν, οἱ φιλόνεοι μᾶλλον, ἢ φιλόσοφοι; κὴ ταῦτα μὲν ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ὑπισχνεῖσθαι ἀνδρῶν φιλαπεχθημόνως μνημονεύειν, ὅτι τοσοῦτον εἰρήσθω. μικρὰ δ' ἀπὸ τῆς ἀγανακτοῦντος ὅτι τὴν ὑμετέραν, ὦ Καλλικρατίδα,
D καταβὰς ἡδονὴν, ὑπιδείξω παιδικῆς χρήσεως πολὺ τὴν γυναικείαν ἀμείνω, κ τὸ τε πρῶτον, ἐγὼ πᾶσαν ἀπόλαυσιν ἡδυσμοῦ τερπνοτέραν εἶναι, τὴν χρονιωτέραν· ὀξεῖα γὰρ ἡδονὴ πρᾶξαι, φθάνει πρὶν ἢ γνωσθῆναι πεπαυμένη· τὸ δ' ὑφεῖνον, ἐν τῷ προέλκοντι χρῆσθαι,

ὡς εἴθε καὶ βίου μακρὰς παρθησμίας ἡ μι- A
κρολόγος ἡμῖν ἐπέκλωσε μοῖρα, καὶ ὁ πᾶν
ἰῶ διήκων ὑγίεια, μηδεμιᾶς λύπης τὸν
Δαίμονιον σκυθρωπούσης. ἑορτὴν γὰρ αὖ, καὶ
πανήγυριν τὸν ὅλον χρόνον ἤγομεν. ἀλλ' ἐπεὶ
τῶν μειζόνων ἀγαθῶν ὁ βάσκανος δαίμων
ἐνεμέσησεν, ἔν γε τοῖς παροῦσιν ἥδιστα τὰ
πρόσκοντα. καὶ μὴν τῶν ἀπὸ παρθένου μέ-
χρις ἡλικίας μέσης, πρὶν ἢ τελέως τὴν ἐσχά-
την ῥυτίδα τοῦ γήρως ὑπισθαμεῖν, δι' ἁλίσκε-
σθαι ἀνδράσιν ἐμίλημα, καὶ προέλθῃ τὰ τῆς
ὥρας, ὅμως ἡ ἐμπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν
νέων σοφώτερον· εἰ δ' εἴκοσιν ἐτῶν ἀποπει- B
ρώμενος παῖδά τις, αὐτὸς ἐμοὶ γε δοκεῖ παθη-
τιᾶν, ἀμφίβολον Ἀφροδίτην μεταδιώκων·
σκληροὶ γὰρ οἱ τῶν μελῶν ἀπαυδρωθέντες
ὄγκοι, καὶ τραχὺ μὲν αὐτὴ τοῦ πάλαι μαλα-
κοῦ πυκασθὲν ἰούλοις ὁ γνάφον· οἱ δ' ἀν-
θοῦς μηδὲν θριξὶν ὡσαύτως ῥυπῶντες. ἀλλ'
ὅτι τούτων ἀφανέστερα, τοῖς πεπειρασμένοις
ὑμῖν εἰδέναι προίεμαι. γυναικὶ δὲ ἀεὶ πάσῃ ἡ
τοῦ χρώματος ὑπισχνεῖται χάρις, καὶ δα-
ψιλὴς μὲν ἀπὸ τῶν βοστρύχων τῆς κεφαλῆς
ἕλικες, ἰακίνθοις ὁ καλὸν ἀνθοῦσιν ὁμοία C
πορφύρουσιν· οἱ μὲν, ὑπτιώτιοι κέχυνται,
μεταφρένων κόσμος, οἱ δὲ, πρὸ ὤπα, τὴν κρο-
τάφους, πολὺ τῶν κόλπωνι ὑλοτέρους σελί-
νων· ὁ δ' ἄλλο σῶμα, μηδ' ἀκαρῆ τεκμῆρ
αὐτῆς ὑποφυομένης, πλέκεσθαι, φασὶν, ἢ
Σιδωνίας ὕελον διαφεγγέστερον ἀπαστράπτειν.
τίς δ' οὐχὶ τῶν ἡδονῶν καὶ ταῖς αὐτιπαθείαις με-
ταδιωκτέον, ἐπειδὴ ἐξίσου πᾶς διατεθεῖ-
σιν οἱ πάσχοντες ἀφεαίνονται; κεδνὸν γὰρ
οὐ κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ταῖς μονή-
ρεις διαιτεύσας ἀσυμβίοις ὁμῶς, ἀλλά πως D
φιλεταίρῳ κοινωνίᾳ συζυγέντες, ἡδίω τὰ τε
ἀγαθὰ σὺν ἀλλήλοις ἡγούμεθα, καὶ τὰ δυ-
σχερῆ κουφότερα μετ' ἀλλήλων. ὅθεν εὑ-
ρέθη τράπεζα κοινὴ καὶ φιλίας μεσίτις τρά-
πεζαν ὠνόμασαν ἀπόλαυσιν, ἃ μόνοι τὸν
Θάσιον, εἰ τύχοι, πίνοντες οἶνον, οὐδὲ καθ'
αὑτοὺς τ' πολυτελῶν πιμπλάμενοι σιτίων,

Quare vtinam & vitæ longiores termi-
nos parca ac tenax illa nobis præfiniſ-
ſet Parca, & totum hoc ſpatium perpe-
tua ſanitas gubernaret, nulla mentis per-
turbatione atque moleſtia interuenien-
te. Feſtum enim diem, & quaſi quendam
ſolennem conuentum, totum hoc tem-
pus perageremus. Verùm poſtquam ma-
ioribus bonis malignus deus inuidit, in
præſentibus vtique rebus dulciſſima illa
ſunt, quę quàm longiſſimè extenduntur.
Mulier itaque ab eo quando virgo fuit,
vſque ad mediam vitæ ætatem, priuſ-
quam omnino poſtrema illa ſenectutis
ruga ſuperuenit, ad amplexandum a-
pta ac digna viris conuerſatio eſt: at-
que etiamſi illa quæ formæ atque ætā-
tis tenerioris ſunt, effluxere, habet ta-
men aliquid experientia dictu ſapien-
tius ac doctius quàm iuniores. At ve-
rò ſi quis puerum viginti annorum ag-
grediatur, ille mihi certè videtur pa-
thica affectione laborare, ambiguam
videlicet venerem ſectando. Nam &
duri ſunt membrorum tori iam adulti
& viriles, & aſperum quidem, pro eo
quod dudum molle ac tenerum fuit,
denſatum crebra lanugine mentum: fe-
mora autem idonea ac commoda illa,
ſeris quaſi quodam ſqualore obducta.
Quæ verò ſunt his occultiora, vobis, qui
periculum eius rei feciſtis, cognoſcenda
relinquo. In muliere autem ſemper o-
mni & coloris reſplendet gratia, & largæ
capillorum capitis texturæ, perinde ac
ſuauiter floreſcentes hyacinthi nigrican-
tes, aliæ quidem per tergum effundũtur,
ſcapularum nimirum decus, aliæ verò ſe-
cundùm aures & tempora, multo quàm
in pratis apium eſt, criſpiores. Reliquum
verò corpus ne minimo quidem crinis
veſtigio ipſis ſubnaſcente, electro, vt a-
iunt aut vitro Sidonio peſpicuum magis
effulget. Cur autem non & voluptatum
mutuos atque alternos affectus perſe-
quar, quandoquidem ex æquo cum iis
qui agendo afficiuntur, patientes quo-
que lætitiam capiunt? Propemodum e-
nim non eodem modo vt bruta animan-
tia, ſolitarias conuerſationes amamus,
ſed amica quodammodo ſocietate coniun-
cti, & ſuauiora quæ bona ſunt inter
nos mutuò, exiſtimamus: & aduerſa iti-
dem inter nos mutuò leuiora. Vnde
& inuenta eſt menſa communis, & amicitiæ mediatrice illa in medio poſita, de-
bitam ventri adnumeramus voluptatem, non ſoli Thaſium, ſi id fortè contin-
gat, bibentes vinum: neque ſinguli per ſe pretioſis ac caris implentes nos obſoniis,

ſed illud ſuaue ac delectabile putantes, quod quiſque cum alio capit: ac voluptates inter nos communicantes, maiori lætitia afficimur. Illi igitur cum mulieribus congreſſus, delectationis permutationem ac viciſſitudinem parem habent. Nam inter ſe mutuò vtrinque ex æquo afficientes, cum maiori voluptate diſſoluuntur. Niſi verò Tireſiæ iudici accedendum fuerit, quòd videlicet muliebris delectatio toto gradu virilem præcedit. Honeſtum autem eſſe arbitror non ambitioſè, ac ſibi tantùm frui volẽdo, quo pacto priuatim aliquid commodi auferant ſpectare, totam ab aliquo accipientes voluptatem: ſed illo quod percipiunt, diuiſo, paria facere, & ſimilia recompenſare. Atqui hoc de pueris dicere nemo adeò inſanus eſt qui poſſit: ſed alter quidem affectus, quocunque tandem modo hæc exiſtimat, voluptate velut exempta, ac propria quadam percepta, abit: illi verò qui contumeliam hanc paſſus eſt, principiò quidem dolores ac lacrymæ oboriuntur: paulo verò poſt vbi per tempus dolor aliquid remiſit, magis, vt aiunt, nihil quicquam moleſtè feceris, voluptas autem ne vlla quidem aliqua. Quòd ſi autem & curioſiùs quiddam adſcitum addere decet (decet autem in Veneris luco, opinor) muliere licet, Callicratida, etiam puerorum modo aliquantulum vtendo, voluptatem capere, duplici fruendæ illius via aperta: maſculum autem quod eſt, nullo modo præbet delectationẽ atque vſum muliebrem. Quare etiam ſi vobis quidem placere poteſt, nos certè mutuò inter nos veluti quodam ſepto diſcludamur. Iam verò ſi maribus honeſtum adeò eſt cum maribus conſuetudinem habere, ament ſeſe mutuò de cætero etiam mulieres. Age nunc ô iunior ætas, & nouarum voluptatum inuẽtrix, poſteaquam nouas maſculę mollitiei vias excogitaſti, largire & mulieribus parẽ poteſtatem. Cõgrediantur & illę inter ſe mutuò, quemadmodũ viri: laſciuorũ autem inſtrumentorũ iungentes inter ſe machinamẽtum, obſcurũ atque monſtroſum, ex ſterilibus compoſitum, concũbat mulier perinde ac vir cũ muliere: illud autem quod raro auditum eſt nomen, & pudet ſanè dicere, Tribadũ obſcœnitatis iſtius, paſſim ac liberè vagetur: omne autem Gynæcéum noſtrũ Philænis ſit, ſemimares quoſdã amores turpiter agitans. & quanto melius eſt in maſculam libidinem cogi mulierem, quàm generoſum illud virorum in mulierem effœminari?

A Ἀλλὰ δοκεῖ τερπνὸν ἑκάστῳ ὃ μετ' ἄλλου. καὶ τὰς ἡδονὰς κοινωσάμενοι, μᾶλλον διαφερόμεθα. αἱ μὲν οὖν γυναικεῖοι συνουσίαι, τῆς ἀπολαύσεως ἀντίδοσιν ὁμοίαν ἔχουσιν· ἀλλήλοις γὰρ ἴσον ἀφέντες, ἀνδρὸς ἀπηλλάγησαν· εἰ γε μὴ δικαίᾳ Τειρεσίᾳ παρεκτέον, ὅτι ἡ θήλεια τέρψις ὅλῃ μοίρᾳ πλεονεκτεῖ τὴν ἄρρενα. καλὸν δ' οἶμαι, μὴ φιλαύτως ἀπολαῦσαι θελήσαντας, ὅπως ἰδίᾳ τι χρηστὸν ἀποίσονται σκοπεῖν, ὅλως τοῦδέ του λαμβάνοντας ἡδονὴν, ἀλλ' ἑτέρου μεταποιουμένους, οὗ τυγχάνουσιν,
B ἀπορροὴν ἔχειν ὁμοίαν. τοῦτο δ' οὐκ ἂν ὅτι παίδων εἴποι τις, οὐχ οὕτω μέμηνεν. ἀλλ' ὁ μὲν, ἀφθεὶς ἡνομίζει ποτὲ ταῦτα, τὴν ἡδονὴν ἐξαίρετον λαβών, ἀπῆρχται· τῷ δὲ ὑβεισμένῳ, κατ' ἀρχὰς μὲν ὀδύναι, καὶ δάκρυα, μικρὸν δὲ ὕστερον χρόνου τῆς ἀλγηδόνος χαλασάσης, πλέον, ὡς φασιν, οὐδὲν ἂν ὀχλήσας, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἠπίσωσεν. Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ θαρραλεώτερον εἰπεῖν (δεῖ δὲ τὸ Ἀφροδίτης τεμένει) γυναικὶ μὲν, ὦ Καλλικρατίδα, καὶ παιδικώτερον χρῆσθαι,
C ἕξεστιν διφορηθῆναι, δι' πλασίας ἀπολαύσεως ὁδοὺς ἀνοίξασι· ὃ δ' ἄρρεν, οὐδενὶ τρόπῳ χαρίζεται θήλειαν ἀπόλαυσιν. ὥστ' εἰ μὲν καὶ ὑμῖν ἀρέσκειν δύναται, παρὸς ἀλλήλους δὲ ἡμεῖς ἀποτειχισώμεθα· εἰ δὲ τοῖς ἄρρεσιν ἐπιτρεπεῖς αἱ μὴ ἀρρένων ὁμιλίαν, παρὸς ὃ λοιπὸν ἐφάπτωσθαι ἀλλήλων ἐς γυναῖκες. ἄγε νῦν, ὦ νεώτερε χρόνε, καὶ τὴν ξένων ἡδονῶν νομοθέτα, καινὰς ὁδοὺς ἄρρενος πυφῆς ὑπονοήσας, χάρισαι τῷ ἴσῳ ἄξιον καὶ γυναιξίν· ἀλλήλαις ὁμιλησάτω-
D σθω, ὡς ἄνδρες· ἀσελγῶν δ' ὀργάνων ἀπορρήγνυσθαι τέχνασμα, ἀπόρων πράγιστον αἴνιγμα, κἀμὲ θαυμάζω γυνὴ μὴ γυναικὸς, ὡς ἀνὴρ· ὃ δὲ εἰς ἀκριβῶ ἀσεμνίως ἦκον ὄνομα, αἰδεσθῶμαι καὶ λέγειν, τῆς τετολμηκυίας ἀσελγείας, αἰδέσθω πομπευέτω. πᾶσα δ' ἡμῖν ἡ γυναικωνῖτις, ἔστω Φιλαινὶς, ἀνδρογύνους ἔρωτας ἀχνυνοῦσα. καὶ πόσῳ κρεῖττον εἰς ἄρρενα πυφῶ βιάζεσθαι γυναῖκα, ἢ ὃ γυναῖον ἀνδρῶν, εἰς γυναῖκα θηλύνεσθαι;

τοιαῦτα σπουδῇ μεταξὺ παθαινόμενος ὁ Χαεικλῆς ἐπαύσατο, δεινόν τι καὶ θηριώδες ἐν τοῖς ὄμμασιν ὑποβλέπων. ἐφάνη δέ μοι καὶ καθαρσίῳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας. ἐγὼ δέ, ἡσυχῇ μειδιάσας, καὶ πρὸς τὸν Ἀθηναῖον ἡρέμα τῷ ὀφθαλμῷ παραβαλών, Παίζῃς, ἔφην, καὶ γέλωτος, ὦ Καλλικρατίδα, δικαστὴς καταδεῖσθαι προσδοκήσας, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπὸ τῆς Χαεικλέους δεινότητος ὀλίγου σπουδαιότερον ἤλγησα. μέσον γὰρ ὡς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ περὶ φόνου καὶ πυρκαϊᾶς, ἢ, νὴ Δία, φαρμάκων, ἀγωνιζόμενος, ὑποφυὰς ἐπαθήνατο. καιρὸς οὖν ὁ νῦν, εἴ ποτε καὶ πρότερον, ἀπαιτεῖν σε τὰς Ἀθήνας. Περικλῆ δὲ πείθου, καὶ τὴν δέκα ῥητόρων τὰς Μακεδόσιν ὡπλισμένας γλώττας, ἑνὶ τῷ σῷ λόγῳ ἀφανεῖσαι, μιᾶς τῆς ἐν Πυκνὶ δημηγορικῶν ἀναμνησθέντι. Μικρὸν οὖν ὑπισχνούμενος ὁ Καλλικρατίδας (ἐφάνη δὲ ἀπὸ τοῦ προσώπου μοι τεκμηριούμενος, καὶ λίαν ἀγωνίας μεστὸς εἶναι) λόγων ἀμοιβαίων ἐνῆρχεται. Εἰ γυναιξὶν ἐκκλησία, καὶ δικαστήρια, καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἴσως μετουσία, στρατηγὸς ἄν, ἢ πρεσβευτὴς ἐκεχειροτόνησο, καί σε χαλκοῦν ἀνδριάντων ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ὦ Χαεικλῆ, ἐτίμων. νῦν δὲ οὐδὲ αὐταὶ πρὸς αὐτῶν, ὁπόσαι πρόσθεν καλαὶ σοφὰν ἐδόκουν, εἴ τις αὐταῖς τὸν τοῦ λέγειν ἐξουσίαν ἐφῆκεν, οὕτω μὴ ἀνοήτως ἂν εἶπον. οὐχ ἡ Σπαρτιάταις αἰχμαλωτισαμένη Τελέσιλλα, δι' ἣν ὁ Ἄργος ἀριθμεῖται γυναικῶν Ἄρης· οὐχὶ ὁ μελιχρὸν αὔχημα Λεσβίων Σαπφὼ, καὶ ἡ τῆς Πυθαγορείου σοφίας θυγάτηρ Θεανώ· τάχα δ' οὐδὲ Περικλῆς οὕτως ἂν Ἀσπασίᾳ συνηγόρησεν. ἀλλ' ἐπειδήπερ ὠνόμασται ἄρρενας ὑπὲρ θηλειῶν λέγειν, εἴπωμεν καὶ ἄνδρες ὑπὲρ ἀνδρῶν. σὺ δὲ ἵλεως Ἀφροδίτη γένοιο, καὶ γὰρ ἡμεῖς τὸν σὸν ἔρωτα τιμῶμεν. Ἐγὼ μὲν οὖν οἶμαι ἄμεινον ἄγειν παιδικᾶς, ἱλαρὸν τὸν ἔλεγχον ἡμῖν παρασχεῖν· ἐπεὶ δὲ οἱ περὶ τούτου λόγοι καὶ φιλοσοφίαν ὑπὲρ γυναικῶν ἐπενοήθησαν, ἀσμένως τὸν ἀφορμὴν ἥρπασα. μόνος γὰρ ὁ ἄρρην ἔρως κοινὸν ἀρετῆς καὶ ἡδονῆς ἔστιν ἔργον.

A Talia cum magna contentione, atque inter dicendum grauiter affectus postquam Charicles dixisset, conticuit, vehemens quiddam atque ferinum ex oculis intuens. Videbatur autem mihi & expiatione vti contra masculos amores. Ego verò tacitè subridens, & ad Atheniensem oculos sensim conuertens: Lusus, inquam, & risus, Callicratida, iudicem consedisse me arbitratus, nescio quo pacto, Chariclis vehemētia ad serias atque seueras cogitationes abreptus sum. Propemodum enim quasi in vico Martio de cæde atque incendio, aut per Iouem etiam de veneficio certaretur, supra modum grauiter affectus fuit. Tempus igitur si vnquam antea fuit, nunc maximè est, vt Athenas ipse repetas. Pericli autem pare, ac decem illorum Rhetorum linguas contra Macedonas armatas, vnica tua oratione exerceas, actionum earum quæ in Pnyce haberi consueuerunt, vnam aliquam ob oculos ponendo. Postquam igitur paululum sustinuisset Callicratidas, videbatur autem (quantum de facie coniecturam mihi facere licebat) contentionis atque timoris, minísque plenus esse, orationem superiori aduersariam orditur: Si mulieribus, inquit, concionum & fori cæterarúmque ciuilium rerum tractandarum facultas aliqua foret, dux nimirum aut præses illarum suffragiis iampridem creatus esses: ac te statuis æreis per fora passim positis, Charicles, venerarentur. Fermè enim ne ipsę quidem de se ipsis, quæcunque aliquando sapientia atque doctrina excellere existimatæ sint, si quis ipsis dicendi potestatem permitteret, cum tanto studio tantáque contentione dicerent: non illa quæ contra Spartanos armata processit Telesilla, propter quam Argis inter Deos numeratur Mars muliebris. Non mellita illa, qua se Lesbus iactat, Sappho: & Pythagoricæ doctrinæ filia Theano. Fortassis autem neque Pericles ita Aspasiæ suæ patrocinatus est. Verumenim quando honestum adeò est mares pro mulieribus dicere, dicamus sanè & viri pro viris. Tu verò propitia nobis sis Venus: nam & nos amorem tuum veneramur. Ego itaque existimabam non vltra ludum ac iocum hilarem hanc contentionem nobis processuram esse: quia verò verba ab hoc profecta, etiam philosophari pro mulieribus in animum induxerunt, libenter occasionem hanc arripui. Solus enim masculus amor, commune virtutis ac voluptatis opus est.

*De hac vide Pausaniam in Argolicis.*

Optarim autem, si quo pacto fieri posset, & platanum illam quæ Socraticos olim sermones auscultauit, arborem Academia & Lyceo feliciorem, propè alicubi nobis adstare, eo loco tamen natam, vbi Phædri accubitus fuit, quemadmodum sacer ille vir dixit, gratia præditus plurima. Fortassis ipsa quoque, vt fagus illa Dodonæa, ex ramis sacram erumpens vocem, puerorum amores prædicasset, memor adhuc formosi illius Phædri. Verùm quia hoc fieri nullo pacto potest:

*Plato videlicet in Phædro.*

*nam quàm multi medij inter vtrosque*
*Montes vmbrosi, & resonantes æquoris vndæ:*

hospitésque in terra aliena relicti sumus, & quasi quædam prærogatiua Chariclis Gnidus est: veritatem tamen haudquaquam prodemus. Tu modò nobis ætherie deus in tempore assiste, amicitiæ fautor, & arcanorũ sacerdos Cupido, haudquaquam prauus infans, qualem ludendo fingunt pictorum manus, sed quem prima rerũ omnium primordia procrearunt, perfectum & consummatum iam inde ab initio genitum. Tu enim ex obscura atque confusa deformitate vniuersum hoc effigiasti: proinde tanquam sepulchro aliquo communi totius mundi sublato, circumfuso chao videlicet, illud quidem in vltimi Tartari secessus fuga præcipitasti, vbi verè stant

*Ferrati postes, atque ærea limina portis:*

vt ibi dura atque insuperabili detentum custodia, à reditu & via ad superos repetenda prohiberetur: splendida autem luce obscuræ nocti prætenta, omnium & inanimatorum, & animam habentium, opifex extitisti. Propriam autem ac singularem infundendo hominibus concordiam, graues illos amicitiæ affectus conglutinasti: vt videlicet ex anima adhuc malitiæ omnis experte & tenera, beneuolentia illa simul enutrita, in perfectionem & quasi quandam virilem ætatem consummaretur. Nam nuptiæ quidem, successionis necessariæ inuentæ sunt remedia: solus autem masculus amor, animi philosophici quasi quoddam imperatum est. Omnia verò ea quæ ex integro ac liberè ad decorem exercitatione prouehuntur, plus honoris consequuntur, quàm illa quæ præsenti necessitate opus habent. Et omnino melius est honestum, quàm id quod fit necessariò. Proinde quamdiu quidem vita hæc hominum rudis & indocta fuit,

A ὀξαίμην γὰρ ἄν, εἴπερ ἐμοὶ ἐνδέχεται, τῷ ἐπηκόῳ ποτὲ τῶν Σωκρατικῶν λόγων πλατάνιστον, Ἀκαδημίας καὶ Λυκείου δένδρον. δυτυχέστερον, ἐλπίς, ἡμῶν ἐστάναι, πεφυκυῖαν ἔνθ' ἡ Φαίδρου τερψικάκλεια ἴσως, ὥσπερ ὁ ἱερὸς εἶπεν ἀνὴρ, πλείστων ἀφάμιλλος Χαείτων. αὐτὴ τάχα δὴ ὥσπερ ἡ ἐν Δωδώνῃ φηγὸς ἐκ τῶν ἐρασθέντων ἱερὸν ἀπορρήξασα φωνὴν, τοὺς παιδικοὺς διθύραμβον ἐρωτας, ἐπὶ τῷ καλῷ μεμνημένη Φαίδρου. πλὴν ἐπεὶ τοῦτ' ἀμήχανον·

εἰ γὰρ πολλὰ μεταξὺ

B Οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠνεμόεσσα,

ξένοι τε ἐσ' ἀλλοτρίας γῆς ἀπειλήμμεθα, καὶ πλεονέκτημα Χαεικλέους ὄντι ἡ Κνίδος· ὅμως πάλιν οὐ τερψόμεθα, εἰ ξάστες ὄκνῳ. μόνον ἡμῖν σὺ, δαῖμον οὐράνιε, κατείκασον θέλξιν, φιλίας θύγνωμον, ἱερόφαντα μυστηρίων ἔρωτα, οὐ κακὸν νήπιον, οἷόν ζωγράφων παίζοντι χεῖρες, ἀλλ' ὃν ἡ πρωτόγονος ἐθήνησεν ἀρχή, τέλεον θεὸν τεχθέντα. σὺ γὰρ ὀξ ἀφανοῦς καὶ κεχυμένης ἀμορφίας ὃ πᾶν ἐμόρφωσας. ὥσπερ οὖν ὅλου κόσμου τάφον τινὰ κοινὸν ἀφελὼν ὁ προκείμενον χάος, σκότῳ μὲν ἐς ἐσχάτου Ταρτάρου μυχοὺς ἐφυγάδευσας, ἔνθα ὡς ἀληθῶς

σιδήρεαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδός,

ὅπως ἔτ' ἀρρήκτου δεθὲν φεύγοις, τῆς ἐμπαλιν ὁδοῦ εἴργηται· λαμπρῷ δὲ φωτὶ τὸν ἀμφιρρῶ νύκτα πετάσας, πάντας ἀψύχου τε, καὶ ψυχὴν ἔχοντος ἐλάου δημιουργός· ὀξαίρετον δὲ ἐγκεράσας ὁμόνοιαν αὐθεφύτοις, τὰ σύμφυτα φιλίας πάθη συνῆψας, ἵν' ὀξ ἀκάκου καὶ ἀπαλῆς ἔτι ψυχῆς ἡ εὔνοια συνεκτρεφομένη, τοὺς τέλεον ἀνδρώσαι. γάμοι μὲν γὰρ, διαδοχῆς ἀναγκαίας εὕρηται φάρμακα. μόνος δὲ ὁ ἄρρην ἔρως, φιλοσόφου καλόν ἐστι ψυχῆς ἐπίταγμα. πᾶσι δὲ τοῖς ἐκ τοῦ θεοῦντος εἰς εὐπρέπειαν ἠσκημένοις, ἔπεται τιμὴ πλείων, ἢ ὅσα τῆς πρὸ αὐτοῦ χρείας ἐπιδεῖται· καὶ πάντη τοῦ ἀναγκαίου τὸ καλὸν κρεῖττον. ἄχρι μὲν οὖν ὁ βίος ἀμαθὴς ἦν,

οὐδέπω τῆς καθ' ἡμέραν πείρας τοὺς ὃ A neque adhuc dum quotidianam rerum
βέλτιον διαλαβὼν ἀγαπητῶς ἐπ' αὐτὰ τὰ experientiam, ad id quod melius est, per
ἀναγκαῖα συνεχέλετο· τῆς δὲ ἀναθῆς δρμί- otium conuertere licebat, demissa atque
της ἐπείγων ὁ χρόνος, ἅ πρέφερ εὑρεσιν. abiecta, præsentibus tum necessariis re-
ὅθεν δὲ αἱ μὲν ἐπευσμέναι χρεῖαι πέρας εἶ- bus cõtenta erat: vrgens autem tempus,
χον, οἱ δὲ τῶν ὑπολαμβανόντων ἀεὶ λογισμοὶ melioris viuendi rationis inuentionem
τῆς ἀνάγκης ἀφελόντες ἡυκαίρως, ὅπως ἢ non præbebat. At postquam necessarij
τῶν χρησίμων ἐκ τούτου κατ' ὀλίγον ὑπο- quidem vsus, ac festinatio illa finem iam
μνήματα συνηύξοντο. τοῦτο δὴ ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἀπε- capiebat, ac posterorum cogitationes à
λεστέρων τεχνῶν ἔνεστιν εἰκάζειν. αὐτίκα τοῖ- necessitate liberatæ, melioribus subinde
τοι τινὲς αὐθέφτοι ἡμόμενοι, τὴν καθ' ἡμέραν occasionibus ad inueniendum aliquid
λιμοῦ φάρμακον ἐζήτεω, εἶθ' ἁλισκόμενοι potiùs vtebantur, paulatim scientiæ ac-
τῇ τοῦς ὃ παρὸν εὐδεία, τῆς ἀπορίας οὐκ B creuerunt. Atque huius rei argumenta
ἐώσης ἑλέσθαι τὸ βέλτιον, τὰ εἰκαίτατα πόαν capere etiam ex vulgaribus atque infe-
ἐσιτοῦντο, καὶ μαλθακὰς ῥίζας ὀρύττοντες, & rioribus istis artibus licet. Nam statim
τὰ πλεῖστα δρυὸς καρπὸν ἐσθίοντες. ἀφ' ἧ μὲν simul atque primi quidam homines crea-
ἀλόγοις ζώοις μὴ χρόνον ἐρρίφη, σπόρον δὲ ti fuere, contra famem diurnam reme-
πυροῦ καὶ κριθῆς εἶδον αἱ γεωργῶν ὑπομέ- dium quærere cœperunt: atque ita cir-
λεται, θύρσαι κατ' ἔτος ἀκνεάζοντα. καὶ cunuenti atque compulsi præsenti neces-
οὐδὲ μωρεὶς ἂν εἴποι τις, ὅτι δρὶς, σάχυος ἀ- sitate, cùm inopia, eligendi quod melius
μείνων. τί δὴ οὐκ ἐν ἀρχῇ μὲν ὑδὺ τῷ βίῳ, esset, facultatem non permitteret, for-
σκέπης δεηθέντες αὐθέφτοι, νάκη, θηρία tuita qualibet herba victitabant, & ra-
δείραντες, ἠμφιέσαντο, καὶ σπήλυγας ὀρῶν, dices molliores effodientes, & vt pluri-
κρύους καταδύσης ἐπενόησαν, ἢ πάλαι ῥιζῶν, C mum quercuum fructus comedentes. At
ἢ φυτῶν ἀνακοιλώματα; τὰ δὲ ἀπὸ τούτων posterior ætas, hæc brutis animantibus
μίμησιν, ὅτι ὃ χρήσιμον ἀεὶ μεταγόντες, edenda abiecit: sationem autem frumen-
ὑφῆναι μὲν ἑαυτοῖς χλανίδας, οἴκους ὃ ᾠκί- ti & hordei, agricolarum diligentia ac
σαντο· καὶ λεληθότως αἱ ἀεὶ ταῦτα τέχναι studium inuenèrunt, reperta ratione qua
τὸν χρόνον λαβοῦσαι διδάσκαλον, αἱ μὲν illa quotannis renascèrentur. Ac nemo a-
λιτῆς ὑφῆς, ὃ κάλλιον ἐποίκιλαν, αἱ δὲ deò insanus fuerit, puto, qui dicat quòd
ὑπέλων δωμάτων, ὑψηλὰ τέρεμνα, καὶ quercus quàm spicæ meliores sint. Quid
λίθων πολυτέλειαν ἐμηχανήσαντο, καὶ γυ- autem? an nõ statim quidem à principio
μνὴν τοίχων ἀμορφίαν διαθέσι βαφῆς χρω- vitæ homines cùm tegumẽto corporum
μάτων κατέγραψαν. πλὴν ἐκείνη γε τού- indigerent, vellera excoriatis feris indue-
των τῶν τεχνῶν, καὶ ὑπερημῶν, ἄφωνος οὖσα, D runt, & speluncas montium, quas contra
καὶ βαθείαν ὑπιτεθημένη λήθην, ὡς ἀπὸ frigus subirent, excogitauerunt? aut rur-
μικρᾶς λύσεως ἐπὶ μικρὸν εἰς τὰς ἰδίας αἰτί- sus truncorum aut arborum aridas cõca-
τιλεν ἀκτῖνας. ἕκαστος γὰρ ὑρῶν τι, παρε- uitates? Facta autem deinde ex his imita-
δίδου τῷ μετ' αὐτόν. εἶθ' ἡ ἀφελοῦσα τῶν tione, eáque in melius semper promota,
λαμβανόντων, οἷς ἔμαθεν ἤδη τοῦς πιθεῖ- vestes quidem sibi ipsis texere cœperunt,
σα, τὸ ἐνδεὲς ἐπλήρωσε. μὴ δή τις ἐρωτᾷς, ac domos ædificarunt, atq; ita interim dũ
ἀῤῥένων ἀπαιτείτω τοὐμοῦ τε παλαιᾶς χρόνου. non animaduertunt, artes quæ circa hęc
versantur, accepto tempore quasi quo-
dam magistro, pro tenui ac vili quidem
panno vestem meliorem facere ac varie-
gare cœperunt: pro contemptis autem
& humilibus domunculis, alta tectorum
fastigia, & marmorum sumptuosa æ-
dificia excogitarunt, ac nudam pariè-
tum deformitatem floridis colorum tin-
cturis depinxerunt. Nisi quòd singu-
læ istæ artes atque scientiæ, mutæ cùm
sint, & profundæ obliuioni subiectæ,
tanquam à paruo fomite paulatim ad proprios effloresçendo peruenerunt ra-
dios. Vnusquisque enim à se aliquid repertum, posteriori tradidit: atque ita suc-
cessu ista accipientium, semper aliquid iis quæ antea didicerat, apponendo, quod
defuit expleuit. Ne quis igitur amores masculos ab antiquis temporibus deposcat.

Nam tum mulieribus conuersari necesse erat, ne prorsus absque semine nobis genus nostrum interiret. Variæ autem doctrinæ, & elegantioris huius virtutis concupiscentiæ, vix tandem per tẽpus (quod nihil intentatum aut imperuestigatum relinquit) in lucem venturæ erant, vt cum diuina philosophia & puerorum amores vnà adolescerent. Quare Charicles ne quod antea inuentum non fuit, id postea excogitatum, iterum tanquam vile ac malum argue, néve ob id quòd puerorum amoribus muliebres congressus antiquioribus inscribuntur temporibus, minores alteros putes. Sed vetera quidem exercitia, necessaria existimamus: quæ verò postea per otium cogitationibus incumbens vita adinuenit, ea vt illis meliora in pretio habenda atque colenda sunt. Nam mihi quidem parum abfuit quin etiam ridere paulo antè in mentem veniret, Charicle videlicet bruta animantia, & Scytharum solitudinem laudante. Propè autem præ nimia contentione etiam pœnitentia ducebatur, quòd Græcus esset. Neque enim veluti qui contraria loqueretur, quæ dicere aggrediebatur, eorum verba submisso ac timido vocis tono furtim efferebat, sed elata voce proclamans, Haud amant, inquit, se mutuò leones, neque vrsi, aut sues: sed illorum ea concupiscentia solùm dominatur, qua erga fœminas accenduntur. Et quid hoc adeò mirum? Quæ enim ex ratiocinatione meritò aliquis capit, ea illis qui ratiocinari nequeunt, consequi non licet: quoniam certè Prometheus, aut alius deorum quispiam, si mentem cuilibet humanam indidisset, haudquaquam solitudo & vita montana pasceret illos, neque mutua atque promiscua pabula haberent, sed ex æquo nobiscum sacra verentes, & medias ædes priuatorum quisque habitans, communibus regerentur legibus. Quid igitur mirum aut alienum, si animalia naturæ damnata, quæ nihil eorum quæ ratio suppeditat, à prouidentia accipere per fortunam vnquam potuere, cum cæteris rebus, etiam concupiscentia in mares, priuata sunt? Non amant sese leones: neque enim philosophantur. Non amant vrsi: non enim honestum ac pulchrum illud quod amicitia est, norunt. At hominum illa cum scientia coniuncta prudentia, ex eo quod sæpius periculum fecerat, optimum quod erat eligens, firmissimorum amorum iudicauit esse masculos. Nequaquam igitur, Charicles,

A γυναιξὶ γὰρ ὁμιλεῖν ἀναγκαῖον ἦν, ἵνα μὴ τελέως ἄσπερμον ἡμῶν φθαρῇ τὸ γένος. αἱ δὲ ποικίλαι σοφίαι, τῆς φιλοκάλου ταύτης ἀρετῆς ἐπιθυμίαι, μόλις ποτὲ τῷ μηδὲν ἐάσαντος ἀνείχνευτον ἀζήτητον εἰς τὸ μέσον ἐλθεῖν ἔμελλον ἥξειν, ἵνα τῇ θείᾳ φιλοσοφίᾳ, καὶ ὁ παιδερασταῖν συναυξήσῃ. μὴ δῆτα, Χαρίκλεις, ὃ μὴ πρότερον ἄρρητο, τοῦτο ἐπινοηθὲν αὖθις ὡς φαῦλον ἄθυτε· μηδ' ὅτι τοῖς παιδικοῖς ἐρώτων αἱ γυναικεῖαι συνουσίαι πρεσβυτέραις ἐπιγράφονται χρόνοις, ἐλάττου ἀξίαν πρότερον. ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἀναγκαῖα νομίζομεν· ἃ δὲ αὖθις σχολὴν ἄγοντα τοῖς λογισμοῖς ὁ βίος ἐπεξεῦρεν, ὡς ἐκείνων ἀμείνω τιμητέον. ἐμοὶ μὲν γὰρ ὀλίγου καὶ γελᾶν ἔναγχος ἐπῆλθε, Χαρικλέους ἄλογα ζῷα καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν ἐπαινοῦντος· ὀλίγου δὲ ποτὲ τῆς ἄγαν φιλονεικίας καὶ μετενοήθη, ἑλόμενος Ἕλλην. οὐδὲ γὰρ ὡς ἀκαιρίᾳ φθεγξάμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν, ὑπεσταλμένῳ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ, ὃ ῥηθὲν ἐκλεπτύνει, ἀλλ' ἐπηρμένῃ φωνῇ λαρυγίζων, Οὐκ ἐρῶσι, φησὶν, ἀλλήλων λέοντες, οὐδὲ ἄρκτοι, καὶ σύες, ἀλλ' αὐτῶν ἡ τοιᾶσδε θήλυ μόνον ὁρμὴ κρατεῖ· καὶ τί θαυμαστόν; ἃ γὰρ οὐκ λογισμοῦ δικαίως ἂν τις ἔλοιτο, ταῦτα τοῖς μὴ δυναμένοις λογίζεσθαι δι' ἀφροσύνην οὐκ ἔνεστιν ἔχειν. ἐπεί τοι Προμηθεύς, ἢ θεῶν τις ἄλλος, εἰ νοῦν ἑκάστῳ συνέζευξεν ἀνθρωπίνου, οὐκ ἂν ἐρημία, καὶ βίος ὄρφνος αὐτοῖς ἐποίμηνεν, οὐδὲ ἀλλήλοις ἔφιλει εἶναι· ὀξίσου δὲ ἡμῖν ἱερὰ δημόσιοι, καὶ μέσην ἑστίαν τῶν ἰδίων ἕκαστος οἰκῶν, ὑπὸ τοῖς κοινῆς ἐπολιτεύοντο νόμοις. τί δὴ παράδοξον, εἰ ζῷα τῆς φύσεως κατάκριτα, μηδὲν ὧν λογισμοὶ πάρεχονται, παρά τῆς προνοίας λαβεῖν ἠτυχηκότα, παρεσκαφῆναι μὴ τῶν ἄλλων καὶ τὰς ἄῤῥενας ἐπιθυμίας; οὐκ ἐρῶσι λέοντες, οὐδὲ γὰρ φιλοσοφοῦσιν· οὐκ ἐρῶσιν ἄρκτοι, ὃ γὰρ οὐκ φιλίας καλὸν, οὐκ ἴσασιν. αἰδεῖσθαι δ' ἃ μετ' ἐπιστήμης φρόνησις οὐκ τὸ πολλάκις πειρᾶσα ὅ κρεῖσσον ἑλομένη, βεβαιοτάτους ἐρώτων εἶναι νόμισε τοὺς ἄῤῥενας. μὴ τοίνυν, ὦ Χαρίκλεις,

ἀκηλέτου βίου συμφορήσας ἑταιρικὰ διηγήματα γυμνῷ τῷ λόγῳ τῆς σεμνότητος ἡμῶν καταπόμπευε, μηδὲ τὸν οὐράνιον ἔρωτα τῷ νηπίῳ συναρίθμει· λογίζῃ δὲ ὀφὶ μὲν ἡλικίας, τὰ τοιαῦτα μεταμανθάνων· ὅμως δ' οὖν λογίζου νεῶν γε, ἐπειδήπερ ὑ πρότερον, ὅτι δι πλοῦς θεὸς ὁ ἔρως, ὑ χ' μίαν ὁδὸν φοιτῶν, οὐδὲ ἑνὶ πνεύματι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἐρεθίζων. ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς αὐ οἶμαι, κομιδῇ νήπια φρονῶν, οὐδενὸς αὐτῷ πλὴν ἀφρόνων ἰδιοχεῖν δυναμένου λογισμοῦ, πολὺς ἐν ταῖς τῶν ἀφρόνων ψυχαῖς ἀθροίζεται. μάλιστα δὲ αὐτῷ γυναικεῖοι πόθοι μέλουσιν· ὅτος ὅστιν ὁ τῆ ἐφημέρου ταύτης ὕβρεως ἑταῖρος, ἀκρίτῳ φορᾷ πρὸς ὃ κάλλιστον ἄγων· ἕτερος δὲ ἔρως ὠγυγίων πατὴρ χρόνων, σεμνὸν ὀφθῆναι, ὑ πρώτιστον ἱερουργὸς θάλαμα, σωφρονούντων ταμίας παθῶν, ἥπια ταῖς ἑκάστου διανοίαις ἐμπνέῃ, ὑ λαχόντες ἵλεω τῶνδε τῶ δαίμονος, ἡδονῇ ἀρετῇ μεμιγμένῃ ἀπαντῶμεθα. διττὰ γὰρ ὄντως ὑ τὸν πάντων πνεύματα πνεῖ ὁ ἔρως· ἑνὸς ὃ ὀνόματος ὑ χ' ὅμοια τὰ πάθη κεκοινώνηκε· ἔ γὰρ αἰδὼς, ὠφελείας ὁμοῦ ὑ βλάβης ἀμφίβολός ὅστι δαίμων.

Αἰδὼς, ἥτ' ἀνδράσι μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησιν.

σὺ μὲν οὐδὲ εἰδὼς γένος ὅστιν ἔν,
ἀλλ' ὅτι γαῖαν
Εἰσὶ δύο, τὸν μὲν κεν ἐπαινέσαις νοήσας,
Ἡ δ' ὅτι μωμητή. λῦε δ' αἰδῶ θυμὸν ἔχουσιν.

οὐδὲν οὖν εὐδόξου, εἰ πάθος, ἀρετῇ κοινὴν εὐσχημοσύνην ἔχον ἔτυχεν, ὥστε ἔρωτα καλεῖσθαι, ὑ τὸν ἀκόλαστον ἡδονὴν, ὑ τὸν σωφρονοῦντα διάνοιαν. γάμους ἦν, φησὶ, δ μηδὲν οἶσθα, ὑ δῆλον τὸν βίον φυγαδεύεις, ἵνα πῶς μείνωμεν αἰδέσιμοι; ζηλωτὸν μὲν ἴσως ὑ τὸν σοφώτατον Εὐριπίδην, εἰ δίχα τῶν γυναικὸς συνόδου, φοιτῶντες ὅπου ἱερὰ, καὶ ναοὺς ἀργύρῳ, ἔ χρυσῷ τέκνα εὐδαίμονα τῆς ἀφθονίας ἐωνούμεθα. ἀναίσχυντος γὰρ ἁρπὴ κατ' αὐχένα ζυγὸν ἡμῖν ὑπερθοῦσα, τοῖς κελευομένοις πειθαρχεῖν διάξεται. δ μὲν οὖν καλὸν αἱρούμεθα τοῖς λογισμοῖς, εἰκέτω δὲ τῇ ἀναγκῇ δ χρήσιμον. ἄγει τέκνων, γυναῖκες ἀριθμὸς ἔστω σοι· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις, ἄπαγε, μή μοι γένοιτο.

proteruæ & intemperantis vitæ collectis meretriciis narrationibus grauitatem nostram sermone nudo infecteris, néve cœlestem illum Amorem infanti huic connumeres: sed vel nunc tandem apud te considera, quoniam id nunquam antea feciſſe videris, quòd duplex deus Amor est, haudquaquam vna via ventitans, neque vno spiritu animos nostros accēdens, sed alter quidem (quantum equidem arbitror) valde puerilia ac stulta sapiens, nulla ipsius mentem ratione gubernante, frequens in animis insipientium congregatur: præcipuè autem ipsi muliebria desideria curæ sunt. Et hic est quotidianæ istius cōtumeliæ socius, absque discrimine cuicunque volenti sese celeriter applicans. Alter autem

*Amor parens veterrimorum temporum,*
*Spectaculum visu graue, & prorsus sacrum,*
*Custósque temperatiorum affectuum,*

blandum quiddam mentibus vniuscuiusque inspirat: ac propitium hunc Deum sortiti, voluptatem virtute immixtam amplectimur. Geminos enim reuera iuxta tragicum spiritus efflat amor. Vnum autem & commune nomen affectus dissimiles habent. Nam & verecundia, vtilitatis pariter & damni ambigua atque anceps dea est,

*Quæ simul & fructus homini, & mala plurima confert.*

Iā verò neque cōtentionū genus vnū est,

*terræque per orbem*
*Versantur gemina: quarum hanc cum laude sequuntur*
*Prudētes, illam dānant ceu fraudis amantē.*

Nihil igitur nouum aut mirum, si affectus peior, virtuti cōmunem appellationem fortè nactus sit, ita vt amor vocetur & intemperans illa voluptas, & modesta hæc beneuolētia. Nuptias igitur, inquit, pro nihilo putas, & fœmineum genus è vita expellis: deinde quo pacto homines cōseruabimur? Beatum sanè quiddā fuerat, iuxta sapientissimum Euripidem, si absque illo cum mulieribus congressu ad sacra & templa Deorum ventitantes, argento atque auro liberos à successione mercari possemus. Necessitas enim graui cerui cibus nostris iugo imposito, imperatis parêre nos cogit. Quod pulchrum igitur est, id ratione eligimus: necessitati autem cedat vtilitas. Quantum igitur ad liberos procreandos attinet, mulieres in numero aliquo sint: in cæteris verò rebus, apage, ne mihi vlla fuerit.

*Quatenus mulierum consuetudine vtendum.*

Quis enim ſanæ mentis ſuſtinere queat, à ſummo ſtatim mane mulierem comentem atque exornantem ſeſe alienis atque adſcititiis impoſturis? Cuius vera ac natiua facies, turpis eſt: peregrina autem ornamenta, naturæ deformitatem tegunt, atque aſpicientibus imponunt? Quòd ſi igitur ad auroram contempletur aliquis mulieres à nocturno lecto ſurgentes, turpiores putabit eſſe beſtiis, quæ intra vnã horam nominari aut excitari ſe difficillimè patiuntur. Vnde diligenter domi concludunt ſeſe, vt ne ab vllo viro conſpiciantur. Aniculæ autem & ancillæ, conſimilis formæ turba, circunſtant, variis medicaminibus infœlices illas facies inficiendo ac medicando reſtituentes:

*Neque enim latice meri*
*Aquæ profundam vbi abluêre crapulam,*

protinus ad ſerium aliquod ſtudióque dignum accedunt negotium, ſed crebræ medicamentorum compoſitiones fœdam faciei cutem expoliunt. Perinde autem vt in publica pompa; alia ſubinde aliæ ancillarum, inſtrumenta manibus exhibent, pelues videlicet aureas, & gutturnia, ſpeculáque, & quemadmodum in pharmacopolio pyxidum turbam & vaſcula plena multæ infelicitatis, in quibus dentium vis abſterſiua, aut palpebris denigrandis ars comparata, veluti theſaurus quiſpiam ſeruatur. Plurimam autem partem conſumit textura capillorum. Nam aliæ quidem medicamentis rubefaciendi vim habentibus ad ſolis meridiem capillos perinde vt lanarum coloribus flauo inficiunt fulgore, propriam damnantes naturam. Aliæ verò quibus ſufficere ad formam nigra coma videtur, omnem maritorum opulentiam in hanc expendunt, totam propè Arabiam ex capillis redolentes: ferreáque inſtrumenta, ignis obtuſa ac modica flamma calefacta, vi quadam cincinnorum flexus inter ſe implicant. Ac curioſiùs quidem compoſitæ illæ, & ad ſupercilia vſque attractæ comæ, breue interſtitium fronti relinquunt. Poſt tergum autem in ſcapulas vſque demiſſi capilli, inſolenti quodam modo ſuccutiuntur. Huc accedunt & variis coloribus tincta ſandalia intra carnem pedes ipſos adſtringentia, & tenuis atque pellucida, prętextu tantùm aſſumpta, veſtis, ne corpus ipſum nudatum eſſe videatur. Omnia autem quæ intra ipſam ſunt, cognitu faciliora quàm facies,

A τίς γὰρ ἂν δύναιτο, ἐξ ἑωθινοῦ γυναικὸς ὡραϊζομένης ἐπικτήτοις σοφίσμασιν; ἧς ὁ μὲν ἀληθῶς χαρακτὴρ, ἄμορφος, ἀλλότριοι δὲ κόσμοι, τὸ τῆς φύσεως ἀπρεπὲς βουκολοῦσιν; εἰ γοῦν ἀπὸ τῆς νυκτέρου κοίτης πρὸς ὄρθρον αὖ ἴδοι τις ἀνιαμένας γυναῖκας, αἰσχίω νομίσῃ θηρίων τὰς ἀπὸ μιᾶς ὥρας ὀνομασθῆναι δισκλυδωνίστων. ὅθεν ἀκριβῶς οἴκοι καθείργουσιν αὐτάς, ὡς μὴ τῶν ἀρρένων βλεπομένας· γραῖαι δὲ, καὶ θεραπαινίδων ὁ σύμμορφος ὄχλος, ἐν κύκλῳ πάρεστι, ποικίλοις φαρμάκοις
B καταφαρμακεύουσαι τὰ δύστυχη πρόσωπα· ὑ γὰρ ὕδατος ἀκράτῳ κάμματι τὸν ὑψηλὸν ἀπονιψάμεναι κάρηνον, λύθρῳ ἀπόνται σαπρᾶς ἐρημένου τινὸς πρόβατος, μὴ αἱ πολλαὶ τῶν ἀγαπασμάτων σωρηδὸν, τὸν ἀνδρῆ τῷ πρόσωπον χρῶτα φαιδρύνωσιν. ὡς δὲ ὅτι δημοτελοῦς πομπῆς, ἄλλο τις ἄλλη τῶν ὑπηρετουσῶν ἐγκειρίσῃ, λεκανίδας ἀργυρᾶς, καὶ πρόχους, ἔσοπτρά τε, καὶ καθάπερ ἐν φαρμακοπώλου, πυξίδων ὄχλον, ἀγρεῖα μεσὰ πολλῆς κακοδαιμονίας, ἐν οἷς ὀδόντων σμηκτικαὶ δυνάμεις,
C ἢ βλέφαρα μελαίνουσα τέχνη θησαυρίζεται, ὃ δὲ πλῆθον ἀναλίσκει μέρος ἡ πλοκὴ τῶν τριχῶν· αἱ μὲν γὰρ φαρμάκοις ἐρυθαίνειν δυναμένοις, πρὸς ἡλίου μεσημβρίαν τοὺς πλοκάμους, ἴσα ταῖς τῶν ἐρίων χροιαῖς, ξανθῷ μεταβάπτουσιν ἄνθει, τὴν ἰδίαν καταχείνουσα φύσιν· ὁπόσαις δὲ ἀρκεῖν ἡ μέλαινα χαίτη νομίζεται, τὸν γαμητικὸν πλοῦτον εἰς ταύτην ἀναλίσκουσιν, ὅλην Ἀραβίαν σχεδὸν ἐκ τῶν τρι-
D χῶν ἀποπνέουσαι· σιδηρᾶ τε ὄργανα, πυρὸς ἀμβλεῖα φλογὶ χλιανθέντα, βίᾳ τινὶ ἑλίκων οὐλότητα ἀναπλέκει· καὶ προέρχονται μὲν αἱ μέχρι τῶν ὀφρύων ἐφελκυσμέναι κόμαι, βραχὺ τοῦ μετώπου μεταξὺ ἀφιᾶσι· σοβαρῶς δὲ ἄχρι τῶν μεταφρένων οἱ ὄπισθεν ὑπισταλάσσονται πλόκαμοι· καὶ μὴν τοῦτο, ἀνυδρωφῆ πέδιλα τῆς χρωτὸς ἐνδοτέρω τοὺς πόδας ὑπισφίγξαντα, καὶ λεπτουφὴς ἐς πρόφασιν ἐσθὴς, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν γεγυμνῶσθαι. πάντα δὲ τὰ ἐντὸς αὐτῆς, γνωσιμώτερα τοῦ προσώπου,

χωεὶς τῶ ἀμόρφως τοῦς περὶ τῶν μα- A
ζῶν, οὓς ἀεὶ περιφέρουσι δεδεμένους. τί δεῖ τὰ
τούτων πλουσιώτερα κακὰ διεξιέναι; λίθους
Ερυθραίους καὶ τῶν λοβῶν, πολυπάλαιστον
ἠρτημένους ὄχλον, ἢ τοὺς περὶ καρποῖς καὶ
βραχίοσι δράκοντας, ὡς ὄφελον ὄντως αὐτὶ
χρυσίου, δράκοντες εἶεν. Καὶ κεφαλὴν μὲν κυ-
κλεῖ τὴν κεφαλὴν περιθεῖ, λίθοις Ἰνδικοῖς
ἐστεμμένος· πολύτελὴς δὲ τῶν αὐχένων ὅρμοι
κρέμανται. καὶ ἄχρι τῶν ποδῶν ἐσχάτων κα-
τασείεται ὁ ἄθλιος χρυσός· ἅπαν εἴ τι τῶν
σφυρῶν γυμνοῦται, περισφίγγων. ἄξιον δ' ἦν
ὑδρᾳ τὰ περίσφυρα σκέλη πεπεδῆσθαι. B
καὶ πείθω αὐτῶν ὅλον τὸ σῶμα νόθης βυμορ-
φίας ἐξαπατῶντι κάλλει δεδημιουργῆσθαι, ταῖς
ἀναμείκτοις πόρφυρι ἐρυθαίνουσιν ὀπιχρίσεσι
φύκεσιν, ἵνα τὴν ὑπερβλύζουσαν αὐτῶν ἡδονὴν
χροιὰν, τὸ πορφυροῦν αὖθις ὑπερφοινίξῃ.
πῶς οὖν ὁ μὴ τὴν τοσαύτην παρασκευὴν
βίος; βύθιος ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔξοδοι, καὶ πᾶς θεα-
τὴς ὑπεπτέρωται τοῖς γεγαμηκόσι, ὧν οἰκίων
αἱ κακοδαίμονες ἄνδρες, οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ
ὀνόματα, κωλιάδας, εἰ τύχοι, καὶ γνητυλλί-
δας, ἢ τὴν Φρυγίαν δαίμονα, καὶ τὸν διερώτα C
Κῶμον ὅτι τῶν ποιμένων τελεταὶ δὲ ἀπόρρητοι,
καὶ χωρὶς ἀνδρῶν, ὑποπτα μυστήρια. καὶ
γὰρ τί δεῖ πλέκειν διαφθορὰν ψυχῆς; ἐπεὶ
δὲ τούτων ἀπαλλαγῶσιν οἴκοι, βύθιαι
μακραὶ λουτραὶ καὶ πολυτελὴς μὲν καὶ ἡδεῖα
τράπεζα, πολὺς δὲ ὁ μὴ τῶν ἀνδρῶν ἀκκι-
σμός· ἐπεὶ δὲ καιρὸν ἔλεων λούονται ταῖς
πρὸ αὐταῖς μαστιμβρίαις, οὐκ ἔτ' οὐδὲ τὸ
φαρυγγὸς αὐταῖς ἀνεκτὸν δυναμένου
τι σιτίον, ἄκροις δακτύλοις ὑπιγράψασαι, τῶν
ὀψαρίων ἕκαστον ἀπογεύονται, νύκτας D
ὅλας τούτοις διηγούμεναι, καὶ τοὺς ἑτεροζήλους
ὕπνους, καὶ θαλύτητος βύθιον γέμουσαν. ἀφ' ἧς
αἰσας ἕκαστος, βύθιον λέβητος χρῄζει. Ταῦτα
μὲν οὖν δύσκολοις βίᾳ τεκμήρια. τῶν δὲ πι-
κροτέρων εἴ τις ἐθελήσοι τὸ ἀληθὲς καὶ μέρος
ὀξέως ἰδεῖν, ὄντως καθαράσεται Προμηθέα, τὴν
Μενάνδρου ἐκείνου ἀπορρήξας φωνήν·

Εἶτ' οὐ δικαίως τοῦς περὶ πέτραν ἀλγύνεται
νον
Γεγάμοισι τὸν Προμηθέα τοῦς ταῖς πέ-
τραις;

vsque ad turpiter propendentes istas ma- A
millas, quas semper circumferunt obligatas ac vinctas. Quid autem opus est opulentiora istis mala recensere? lapillos videlicet Erythræos ab extremis auriculis numeroso pondere suspensos, aut illos circum manus & brachia euntes dracones? qui vtinam verè pro auro dracones sint. Etiam corona caput circumcirca ambit, lapillis Indicis stellata: pretiosa autem de cæruleis monilia dependent, & vsque ad extremos pedes miserum illud descendit aurum, omne quicquid tali vbique nudum est, reuinciens & adstringens. Dignum autem fuerat, B
ferro potiùs religata crura ista vinciri. Iam verò vbi totum corpus adulterinæ istius formositatis fallaci elegantia quasi quibusdam præstigiis efformatum fuerit, impudentes etiam genas rubefaciunt illitis fucis, vt videlicet nimium ipsarum & pinguem colorem, purpureus ille nitor insuper additus rubere faciat. Quæ igitur vitæ porrò tantum apparatum consequitur? Nempe statim è domo egressiones, & omnis spectator atterens atque enecans maritos. Quorum nonnullorum infelices viri, nec ipsa quidem nomina norunt, Coliadas, si fors ita ferat, C
& Genetyllidas, aut Phrygiam illam deam, & Comum amore perditum in pastore. Sacrificia autem arcana*, & absque viris suspecta mysteria. Quid enim attinet & animorum corruptelas complecti? Postquam autem his peractis iterum discesserunt, domi statim prolixa balnea, ac sumptuosa quidem & lauta mensa, erga viros autem multa ac simulata recusatio. Postquam enim nimis quàm repletæ fuerint sua ipsarum gulositate, cùm ampliùs neque guttur ipsarum cibi quicquam recipere potest, summis digitis velut inscribentes, appositorum vnumquodque degustant, D
noctes ad hæc narrantes, & diuersorum corporum somnos, & mulsebritate lectum refertum, ex quo surgens quisque statim lauacro opus habet. Atque hæc constantis vitæ argumenta sunt. At verò quæ acerbiora sunt, si quis veritatem ex parte modò diligentiùs persequi velit, verè execrari Prometheum posset, in Menandri illam erumpendo vocem:

*Ergo immerentem dictitant Promethea*
*Pendêre fixum Caucasi de rupibus?*

* *Colias & Genetyllas Veneris cognomenta sunt apud Aristophanem. Comus autem saltationis species pastoralis, & item Phrygia, quibus etiam inter conuiuia vtebatur. Apparet ergo, mulierum mores & insolentiam in publicis conuentibus, spectaculis, & saltationibus, notari.*

*Et geritur illi lampas, at aliud nihil*
*Boni: quod omnes animo odisse superos.*
*Fecit mulieres, proh supreme Iuppiter,*
*Genus scelestum: ducit aliquis coniugem?*
*Clàm ducit, & quodammodo oblitus sui.*
*Nam cupiditates mox sequuntur plurimæ,*
*Toróque adulter nuptiali subsidens*
*Illudit: hinc nascuntur insidiæ & metus,*
*Et temperata toxico mala pocula,*
*Morbíq; varij, atque omnium grauissima*
*Inuidia, cum qua mulier omne æuum exigit.*

A Καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπάς· ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν
Ἀγαθόν, ὃ μισεῖν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεούς.
Γυναῖκας ἔπλασεν, ὦ πολυτίμητοι θεοί,
Ἔθνος μιαρὸν γαμεῖ τις αἰθέρων, γα-
μεῖ
Λάθριος, λοιπὸν δ' ὀπιθυμίαι.
Καὶ παμπλίαι λέχη μοιχοὶ σὺν τυφλῷ,
Εἶτ' ὀπιθλαὶ, καὶ φαρμακεῖαι, καὶ τόσαι,
Χαλεπώτατος φθόνος, μεθ' ὃς ζῇ πᾶν τὸ
τοιοῦτον γυνή.

Quis hæc bona videlicet sectatur? aut cui vita adeò infelix ac misera animum demulceat? Æquum igitur fuerit mulieribus istis malis opponere masculam puerorum viuendi rationem. Nam mane surgens ex lecto haudquaquam coniugali, postquam residentem in oculis somnum reliquum aqua simplici abstersit, sacra chlamyde humeralibus fibulis adstricta, à paternis ædibus egreditur demisso in terram vultu, ac neminem ex omnibus ex aduerso intuens. Comites autem & pædagogi, turba ipsum decens, sequuntur, venerabilia virtutis instrumenta manibus tenentes, non secti pectinis incisuras, quibus coma demulceri queat, neque specula, repercussarum formarum absque penicillo expressas effigies, sed vel multiplices pugillares à tergo sequuntur, vel veterum virtutes operum custodientes libelli: quòd si etiam in ludum Musici itare illum oporteat, apta atque sonora lyra. Omnibus autem philosophicis animi disciplinis abundanter excitatus, vbi iam mens cyclicis illis bonis satiata fuerit, corpus quoque liberis exercitationibus exerceat. Nam Thessali equi curæ illi sunt: ac breuiter, iuuentutem domans ac subiugans, in pace meditatur res bellicas, emittendo spicula, & evibrando iacula, perita ac certa feriendi dextera. Deinde & nitidæ palæstræ, & ad solis meridianum calorem oppletur puluere corpus densatum, destillantésque contentiosorum laborum sudores, post quos lauacra breuia, & mensa sobria, rebus paulo pòst gerendis non aduersa. Rursum enim ipsi tum præceptores, & veterum operum exempla repetentes, atque in his cum cura versantes recordationes, nempe quis heros virilis ac fortis fuerit, aut quis ob prudentiam publico testimonio laudatus, aut qui iustitiam ac temperãtiam amplexati fuerint.

Τίς ταῦτα τἀγαθὰ διώκει; τίνι βίος ὁ δειλὸς τυχὸν σοῦ θυμήρης; ἄξιον οὖν αὐτῇ εἶναι
B τοῖς θήλεσι κακοῖς, τὸν ἄρρενα τῶν παίδων ἀγωγόν. ὄρθριος διαναστὰς ἐκ τῆς ἀζύγου κοίτης, νιπτὸν ὅτι τῶν ὀμμάτων ἔτι λοιπὸν ὕπνον ἀπονιψάμενος, ὕδατι λιτῷ τὸν ἱερὸν χλαμύδα ταῖς ἐπωμίοις περόναις συρράψας, ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεται κάτω κεκυφὼς, καὶ μηδένα τῶν ἀπόντων ἐξ ἐναντίου προσβλέπων. ἀκόλουθοι δὲ καὶ παιδαγωγοὶ, χορὸς αὐτῷ κόσμος ἕπονται, τὰ σεμνὰ τῆς ἀρετῆς ἐν χερσὶν ὄργανα κρατοῦντες,
C οὐ πρίσου κτενὸς ἐντομὰς κόμαις καταψήχειν δυναμένους, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ δύτμήτῳ πρόσωπον ἀκριβῶς ἀγράφοις εἰκόνας, ἀλλ' ἢ πολύστιχοι δέλτοι κατόπιν ἀκολουθοῦσιν, ἢ παλαιῶν ἔργων ἀρετὰς φυλάττουσαι βίβλοι· κἂν εἰς Μουσικοῦ δέοι φοιτᾶν, διμελὴς λύρα. πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς μαθήμασι λιπρὰς ἀναλήψας, ἐπειδὰν ἡ διάνοια τῶν ἐγκυκλίων ἀγαθῶν πλησθῇ,
D τὸ σῶμα ταῖς ἐλευθερίοις ἀσκήσεσιν ἐκπονῇ. Θεσσαλοὶ γὰρ ἵπποι μέλουσιν αὐτῷ. καὶ βραχὺ τὸν νεότητα πωλοδαμνήσας, ἐν εἰρήνῃ μελέτᾳ τὰ πολεμικὰ, ἀκοντίσας ἀφιείς, καὶ βέλη δι' ἀέρος ἀξίας ἀποπάλλων. εἶθ' αἱ λιπραὶ παλαῖστραι, καὶ πρὸς ἥλιον μεσημβρινὸν θάλπος ἐγκονίζεται τὸ σῶμα πυκνούμενον· οἵ τε τῶν ἀναγωνίων πόνων ἀποσταλάζοντες ἱδρῶτες, μεθ' οὓς λουτρὸν σπέρμα, καὶ τράπεζα τῇ μετὰ μικρὸν ὀπτηνήσουσα προσῳδή. πάλιν γὰρ αὐτῷ διδάσκαλοι, καὶ παλαιῶν ἔργων ἀνιστόρησαι καὶ ὀπιμελούμεναι μνῆμαι, τίς ἀνδρὸς ἥρως, ἢ τίς ὀπὶ φρονήσει μαρτυρούμενος, ἢ οἷοι δικαιοσύνῃ τε σωφροσύνῃ παραστῆτε.

τοιαύταις ἀρεταῖς ἀπαλλὼ ἔτι τὴν ψυχὴν ἐμβρδων, ὅτε μ' ἐπέρα τὴν πρὸς ἕξιν ὁείση, τῆς γαστρὸς ἀνάγκη τὸν ὀφειλόμενον δασμὸν ἀπομετρήσας, ἡδίους ὕπνους καθεύδῃ, τοῖς μὴ ἡμέρᾳ καμάτοις ἐπηρεμῶν ὅτι χρόνον. τίς οὖν ἂν ἐρασὴς ἐφήβου γένοιτο τοιούτου; τίνι δ' οὕτω τυφλαὶ μὴ αἱ τῶν ὀμμάτων βολαί, πηρὸν δὲ οἱ τῆς διανοίας λογισμοί; πῶς δ' οὐκ ἂν ἀγαπήσαι τὸν ἐν παλαίστραις μὲν Ἑρμῆν, Ἀπόλλωνα δὲ ἐν λύραις, ἱππαστὴν δὲ ὡς Κάστορα, θείας δ' ἀρετὰς διὰ θνητῶν διώκοντα σώματος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν δαίμονες οὐράνιοι, βίος εἴη διλωτὸς ἡμῖν, ἀπόνητον τοῦ φίλου καθέζεσθαι, καὶ πλησίον ἡδὺ λαλοῦντος ἀκούειν, ἐξιόντι δὲ αὐτῷ συνεξιέναι, καὶ πόνων ἔργου κοινωνίαν ἔχειν. εὔξαιτο μὲν οὖν ἐρῶν τις δ' ἀπαθοῦς καὶ ἀκλινοῦς βίου, τὸν τεθρόμενον ἀλύπως εἰς γῆρας ὁδεύσαι, μηδεμιᾶς τύχης πειράσμασι βάσκανον ἐπήρειαν. εἰ δὲ καὶ οἷος ἀνθρωπίνης φύσεως νόμος, νόσος ὑπαυσθεν αὐτὸν, κάμνοντι συννοσήσω, καὶ σὺν χειμερίου θαλάττης ἀναγομένῳ συμπλεύσομαι· κἂν τυραννικὴ βία δεσμὰ περιάψῃ, τὸν ἴσον ἐμαυτῷ περιθήσω σίδηρον· ἐχθρὸς ἅπας ὁ μισῶν ἐκεῖνον, ἐμὸς ἔσται, καὶ φιλήσω τοὺς πρὸς αὐτὸν δυνοϊκῶς ἔχοντας· εἰ δὲ λῃσταὶ ἢ πολέμιοι θεασαίμην ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶντας, ὁπλισαίμην ἂν καὶ πρὸ δυναμιν· κἂν ἀποθάνῃ, ζῆν οὐκ αἰτήσομαι· τελευταίας δὲ ἐντολὰς τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἐπ' ἐμοῦ τεθνηκόσι ἐπιθήσομαι, κοινὸν ἀμφοτέροις ὑπερχώσαι τάφον, ὀστέοις δὲ ἀναμίξαντας ὀστέα, μηδὲ τὴν σκιὰν ἀπ' ἀλλήλων διακρίναι. ταῦτα δ' οὐ πρώτοις χαρίζονται οἱ ἐμοὶ πρὸς τοὺς ἀξίους ἔρωτες, ἀλλ' ἡ θεοῖς γείτων ἡρωϊκὴ φρόνησις ἐνομοθέτησεν, ἐν οἷς ὁ Φιλίας ἔρως, ἄχρι θανάτου συνεξέπνευσε. Φωκὶς ἐκ νηπίων ἔτι χρόνων, Ὀρέστην Πυλάδῃ συνῆψε· θεὸν δὲ τὸν πρὸς ἀλλήλους παθῶν μεσίτην λαβόντες, ὡς ἐφ' ἑνὸς σκάφους τοῦ βίου συνέπλευσαν· ἀμφοτέροις Κλυταιμνήστρας ἀνήρειον, ὡς Ἀγαμέμνονος παῖδες, ὑπ' ἀμφοῖν Αἴγισθος ἐφονεύετο· τὰς Ὀρέστου ἐλαυνούσας ποινὰς,

A At talibus virtutibus teherum adhuc animum imbuens, quando iam vespera rebus gerēdis finem imponit, tributo quod ventri ex necessitate debetur, depenso, suauiores somnos dormit, post diurnos istos labores ad tempus conquiescens. Quis igitur amator ephebi talis non fieret? Aut cui ita hebes oculorum quidem fuerit acies, cæcæ verò atque offuscatæ mentis rationes? Quomodo verò non amaret illum in palæstris quidem Mercurium, inter lyras autem Apollinem, equitatorem verò Castorem, diuinas autem virtutes mortali prosequentem corpore? At mihi quidem, ô Dii cælestes, v-

B tinam vita sit hæc perpetua, ex aduerso amici sedere, & suaue loquentem propè audire: cum exeunte autem pariter exire: & in summa, omne cum eo opus commune habere. Optarit igitur amator quispiam per illæsam & inconcussam vitam amasium suum absque omni molestia ad senectutem peruenire posse, nullius fortunæ inuida impressione labefactatum. Quòd si verò etiam, qualis humanæ naturæ conditio est, morbus quispiam inuaserit ipsum, cum laborante pariter ægrotabo: & si per intempestum mare in altum tollatur, cum eo simul

C nauigabo. Quòd si etiam tyrannica vis vincula illi innectat, par ferrum mihi ipsi quoque circundabo. Et quicunque illum oderit, idem mihi inimicus quoque erit. Si verò prædones aut hostes videam in ipsum grassantes, etiam vltrà quàm potero armabor: & si moriatur, viuere neque ipse sustinebo. Postrema autem mandata iis quos proximè post illum amaui, ista dabo, vt commune ambobus sepulchrum accumulent: ossibus autem permiscendo ossa, ne mutum quidem puluerem à se mutuò segregari sinant. Atque hæc non primi ita effin-

D gunt mei erga dignos amores, sed illa Diis proxima heroum prudentia velut quadam lege sanciuit, in quibus amicitiæ amor ille ad mortem vsque durauit, & vnà cum vita tandem expirauit. Phocis ab infantilibus adhuc annis Orestem Pyladi coniunxit: Deum autem cùm mutuorum affectuum velut mediatorem quendam accepissent, perinde atque in vno eodémque vitæ nauigio simul nauigarunt. Ambo Clytæmnestram interemerunt, vti Agamemnonis filii: ab ambobus Ægisthus occidebatur: & furiis quibus Orestes exagitabatur,

Pylades magis quàm ille infestabatur: idemq; cum illo, cùm iudicaretur, periculum sustinebat. Amatoriam autem amicitiam non Græciæ modò terminis metiebantur, sed ad extremos Scytharum fines nauigarunt, alter quidem morbo laborans, alter autem curam adhibens. Tauricam quippe terram ascendentes, statim occisę matris vltrix Erinnys perinde atque hospitio ipsos excepit. Ac barbaris vndique circunstantibus, alter quidem ex consueta insania collapsus iacebat, Pylades autem

*Ex Iphigenia Tauvica Euripidu.*

*Spumam oris abstergebat, atque corporis*
*Curam gerens, tegebat illud vestibus,*

non amatoris modò, sed & patris affectum præ se ferens. Quando igitur iudicio lata sententia fuerat, vt altero ad supplicium & cædem manente, alter Mycenas proficisceretur ad afferendas literas: ambo manere alter pro altero volunt, vterque in altero viuente seipsũ viuere existimans. Reiecit autem & epistolas à se Orestes, tanquam Pylade digniore qui illas acciperet, tantùm non amator pro amato redditus.

*Nanque hunc perire occisum (inquit) onus*
*mihi graue:*
*Ego enim ille sum, qui hoc concilio nobis malum.*

Et paulo pòst ait:

*huic quidem da litteras,*
*Argos enim mittam, tibi vt res bene habeat:*
*Occidat autem nos, cui opus.*

Nam vniuersum negotium ita se habet. Quando enim à puero dignus ac serius ille amor simul enutritus, in eam ætatem quæ iam ratione vti, aliaq; ex aliis colligere potest, confirmatus fuerit: id quod olim amatum est, mutuos atque alternos amores vicissim reddit: adeoq; difficile est sentire vter alterius amator existat, perinde vt è speculo, simili amantis beneuolentiæ, in amatum recidente imagine. Quid igitur ceu peregrinam voluptatem nobis exprobras, id quod vitę nostrę proprium est, diuinis legibus definitum, & per successionem ad nos transmissum? Libenter verò ipsum recipientes cum pura mente, veluti sacram quandam rem tractamus. Nam verè beatus ille est iuxta sapientum sententiam,

*Cui pueri molles, & equis solidam vngulam habentes:*
*Atq; senecta viro minus intolerabilis illi est,*
*Si quem adamant pueri.*

Πυλάδης δ' οὐδὲν μᾶλλον, χρινομένῳ συνηγωνίζετο, τῷ δὲ ἐρωτικῷ φιλίαν οὐδὲ τοῖς τῆς Ἑλλάδος ὅροις ἐμέτρησαν, ἀλλ' ὅπῃ τοῖς ἐσχάτοις Σκυθῶν τέρμοσιν ἔπλευσαν, ὁ μὲν, νοσῶν, ὁ δὲ, θεραπεύων. τῆς γοῦν Ταυρικῆς γῆς ἐπιβαίνοντας, αὐτοὺς ἡ μητροκτόνος ἀμέσως ἐρινὺς ἐξενοδόχησε. καὶ τῶν βαρβάρων ἐν κύκλῳ παρεστώτων, ὁ μὲν, ὑπὸ τῆς συνήθους μανίας πεσών, ἔκειτο. Πυλάδης δὲ,

Ἀφρὸν ἀπέψα, σώματός τ' ἐπεμέλῃ,
Πέπλου τε παρεκάλυπτεν ἀμπίκτοις ὑφαῖς,

οὐκ ἐρασθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ πατὴρ ὁμοπαθὴς ὤφθη. ἰώντα γοῦν ἐκείνη θατέρου μένοντος ὅπως τοῦ φονεύσωσι, τὸν ἕτερον ἐς Μυκήνας ἀπιέναι, κομιοῦντα γράμματα, μένειν ὑπ' ἀλλήλων ἀμφότεροι θέλοντες, ἑκάτερος ἐν θατέρῳ ζῶντι ζῆν ἑαυτὸν ἡγούμενος. ἀπωθεῖται δὲ τὰς ἐπιστολὰς Ὀρέστης, ὡς Πυλάδου λαβεῖν ἀξιωτέρου, μόνον οὐκ ἐρασὴς αὐτ' ἐρωμένου ἡγούμενος.

Τὸ γὰρ σφαγῆναι τὸν μ', ἐμοὶ βάρος μέγα.
Ὁ ναυσπλοῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς συμφοράς.
καὶ μετ' ὀλίγον φησί,
τῷδε μὲν δέλτον δίδου,
Πέμψω γὰρ Ἄργος, ὥστε σοι καλῶς ἔχειν.
Ἡμᾶς δ' ὁ χρήζων κτεινέτω.

καὶ γὰρ ὄντως ἔχει ὁ πρῶτος. ὅταν γὰρ ἐκ παίδων ὁ κατοῦδαῖος ἔρως ἐπιτραφείς, ὅπῃ τὴν ἥδη λογίζεσθαι δυναμένην ἡλικίαν αὐξηθῇ, ὃ πάλαι φιληθέν, ἀμοιβαίους ἐρωτας ἀντιποδίδωσι. καὶ δυσχερὲς αἰσθέσθαι ποτέρου ποτέρως ἐρασής ἐστιν, ὥσπερ ἀπ' ἐσόπτρου τῆς τοῦ φιλήσαντος ὑποίας ὅπῃ τὸν ἐρώμενον ὁμοίου πεσόντος εἰδώλου. τί δὴ οὖν τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐπὶ ξένῃ αὐτὸ πεφυκὸς ὀνειδίζῃς θείοις νόμοις οὐ λαθὲν, οὐκ ἀμφιδοχῆς ἐφ' ἡμᾶς καταβεβηκός; ἀσμένως δὲ αὐτὸ δεξάμενοι, μᾶλλ' ἀγνῆς διανοίας νεωκορούμεθα. ὅλβιος γὰρ ὡς ἀληθῶς κατὰ τὸν τῶν σοφῶν ἀποφαίνει,

ὦ παῖδές τε νέοι, καὶ μώνυχες ἵπποι,
Γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότατα κούρῃ
Τὸν φιλέουσιν.

ἥγε μὲν Σωκρατικὴ διδασκαλία, καὶ τὸ A λαμπρὸν ἐκεῖνο τῆς ἀρετῆς δικαστήριον, τοῖς Δελφικοῖς τρίποσιν ἐτιμήθη. χρησμὸν γὰρ ἀληθείας ὁ Πύθιος ἐξέπεμπεν, ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος, ὃς ἅμα τοῖς ἄλλοις μαθήμασιν, ὧν ἕνεκα τὸν βίον ὤνησε, καὶ τὸ παιδεραστεῖν ὡς μάλιστα ὠφελοῦντα προσήκατο. δεῖ δὲ τῶν νέων ἐρᾶν, ὡς Ἀλκιβιάδου Σωκράτης, ὃς ὑπὸ μιᾷ χλαμύδι πατρὸς ὕπνους ἐκοιμήθη. καὶ ἔγωγε τὸ Καλλιμάχου ὅτι τέλει τῶν λόγων ἥδιστα προσθείην ἂν ἅπασι κήρυγμα·

Αἴθε γὰρ ὦ κούροισιν ἐπ' ὄμμασι λίχνα B
Φέροντες,
Ἔρχιος ὡς ὑμῖν ὦεισι παιδοφιλής·
Ὧδε νέων ἐρόοιτε, πόλιν κεὐάνδρον ἔ-
χοιτε.

Ταῦτ' εἰδότες, ὦ νεανίαι, σωφρόνως παισὶν ἀγαθοῖς προσίτε, μηδὲ ὀλίγης τέρψεως εἵνεκα, πλὴν μακρὰν ἐκτείνοντες βίοιον, ἄχρι τῆς ἀκμῆς πλασᾶτε τὴν τοῦ φίλου πάθη προσβάλλεσθε· τὸν δ' οὐράνιον ἔρωτα προσκυνοῦντες, εἰς γῆρας ἀπὸ παίδων βέβαια τηρεῖτε τὰ πάθη. τοῖς γὰρ οὕτω φι- C λοῦσιν, ἥδιστος μὲν ὁ τοῦ ζῆν χρόνος, εὐθυμίας ἀπρεποῦς συνειδήσεως παρεισούσης. ἀοίδιμοι δὲ μετὰ θάνατον εἰς πόλεις ἐκφοιτῶσι κλῆδονες. Εἰ δὲ δεῖ φιλοσόφοις παισὶ πίστιν, αἰθὴρ μὲν γὰρ ἐκδέχεται τοὺς τούτων ζηλωτάς· οἱ δὲ ἄμεινον ἀποθανόντες, ἔχουσι τῆς ἀρετῆς γέρας, τὸ ἄφθαρτον. Τοιαῦτα τοῦ Καλλικρατίδου σφόδρα νεανικῶς συμπολογησαμένου, χαλεπὸν μὲν ἦν δεύτερον λέγειν πειρώμενον ἐπέχον· ὥρα γὰρ ἦν ἤδη πλοῖον καταίνειν. D δεομένων δ' ὅ,τι φρονοῦμεν ἀποφήνασθαι, δι' ὀλίγου τοὺς ἑκατέρου λόγους ἀριθμησάμενος, Οὐκ ἐξ ὑποψίας, φημί, καὶ προμελετήτως, ὑμῖν, ὦ ἑταῖροι, τὰ τῶν λόγων ἔοικεν ἀπηχεῖσθαι· διηνεκεῖς δὲ, καὶ, νὴ Δί', ἐρρωμένης φρονήσεως σύνεργοι ταῦτ' ἐστὶν ἴχνη. σχεδὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν, ὅ,τι τῶν λεκτέων εἰπεῖν ἑτέρῳ δοκοῦσθαι προῆκατε. καὶ πολλὴ μὲν ἡ τῶν πραγμάτων ἐμπειρία, πλείων δ' ἡ τῶν λόγων δεινότης, ὥστ' ἔγωγε αὖ δοξαίμην, εἰ ὡς ἂν οἷόν τε δυνατὸν,

A Socraticæ verò doctrinæ, & splendidum illud virtutis examinandæ iudicium, etiam Delphicis cortinis approbatum est. Oraculum enim veritatis Pythius ille ex adyto dedit, Virorum omnium Socrates (inquiens) sapientissimus: qui pariter cum cæteris disciplinis quibus vitam hominum promouit, & puerorum amorem ceu rem præcipuè vtilem adinuênit. Conuenit autem iuuenes amare, perinde vt Alcibiadem Socrates, qui sub vna atque eadem chlamyde patris somnos dormiuit. Atque equidem Callimachi illud præconium ad finem orationis libentissimè cunctis apponerem: *Defensio Socratis.*

*Nanque, vtinam, cupido sectantes lumine amatos,*
*Hercius vt pueros insit amare senex,*
*Sic & ametis eos, fortíque habitetis in vrbe.*

His cognitis, adolescentes, modestè pueris bonis conuersamini, neque modicę delectationis gratia, longa effusa beneuolentia, vsque ad vigorem modò ætatis fictos ac simulatos amandi affectus protendite, sed cœlestem amorem adorantes, à pueris vsque ad senectutem stabiles animorum motus conseruate. Nam hoc pacto amantibus, suauissimum quidem vitæ tempus est, nulla inhonesta conscientia cohabitante. Celebris autem & multa post mortem illorum fama ad omnes passim promanat. Quòd si verò conuenit philosophorum pueris fidem adhibere, etiam æther post terram excipit eos qui hæc sectantur. Illi autem meliori fato morientes, virtutis præmium hoc incorruptibile consequuntur. Atque hæc cùm Callicratidas valde iuueniliter iactando amplificasset, Charicles quidem denuo dicere conantem repressi. Tempus enim erat vt ad nauem descenderemus. Rogantibus autem vt de eo quod mihi sapere viderentur, sententiam ferrem, paulisper vtriusque verbis connumeratis & perpensis, Haud quaquam subitò, inquam, ac temere videntur, amici, orationes istæ à vobis effutitæ, aut citra præmeditationem compositæ esse, sed continuæ, longæque, & per Iouem etiam solidæ cuiusdam curæ manifesta hæc vestigia sunt. Propemodum enim nihil est quod ab vtroque dici potuerit, quod prætermissum sit. Ac multa quidem rerum experientia, maior autem orationis grauitas: vt ego quidem optarim, si modò possibile foret,

vel Theramenes ille cothurnus fieri, vt ambo victores ex æquo hinc discederetis. Veruntamen quoniam ipsi nihil remissuri videmini, & ego inter nauigandum de iisdem rebus haudquaquam admittere turbam aliquam iterum cõstitui: id quod mihi maximè videtur iustum esse, pronuntiabo. Nuptiæ quidẽ ad vitam hominum promouendam res in primis vtilis & beata, quoties ex sententia contingunt: puerorum autem amores quotquot amicitiæ pura & casta iura conciliant, solius philosophiæ opus existimo. Quare sanè coniugio quidem vacãdum omnibus est; pueros autem amare, solis philosophis relinquatur. Minimè enim mulieribus perfecta ac solida virtus innascitur. Tu verò Charicles nequaquã ægrè feras si Athenis Corinthus hîc cedet. Atque ego quidem præ verecũdia breui oratione iudicio ita tum approperato surrexi. Animaduertebam enim Chariclem suprà quàm tristem esse, propemodum non aliter ac si morte damnatus esset: Atheniẽsis autem alter lęto quodã modo alacer exiliens, incedebat valde insolenter. Putasses ipsum circa Salaminem nauali prælio Persas superasse. Etiam illud ex iudicio hoc consecutus sum, quòd splẽdidiore cõuiuio nos idem accepit; dum victorię epulum nobis præbet. Erat enim aliàs quoque, quod ad vitam attinet, magnificentior. Tacitè autem & Chariclem cõsolatus sum ob grauitatem verborum, assiduè admirando quòd difficiliori parti tam potente oratione patrocinatus esset. Cæterùm ea tũ in Gnido cõmoratio, quęque apud ipsam Deam verbis vltro citróque iactata sunt, habentia pariter & serium hilare, & eruditionem à Musis non alienam, ad hunc ferè modũ diremꝑta sunt. Tu verò Theomneste, qui antiquarum adeò rerum harum memoriam nobis excitasti, si tum iudex fuisses, quo pacto sentẽtiam tulisses? TH. Melitidem aut Corœbum me putas esse, per deos, vt ego iis quæ abs te iustè adeò iudicata sunt, contrariã sententiam ferrem? qui quidem præ summa eorũ quę modò dicebantur, voluptate, in Gnido cõmorari me putabã, propemodum paruam hanc domunculam ipsum illud templum esse existimans. Sed tamen (nihil enim, puto, in hac diei festiuitate indecorè dicetur, & omnis risus, etiamsi nimius & affectatus fuerit, solẽnis esse, & ad festum pertinere videtur) orationẽ illam ab amatore puerorũ cum nimio supercilio prolatam admirabar quidem ob grauitatem, verùm non admodũ ad demulcẽdum animum facere arbitrabar, cum puero nondum pubescente cõsuetùdinem quotidianam habere,

*Sententia Luciani de amore masculo.*

A γλιὰς Θηραμένης ἐκεῖνος ὁ κόθορνος; ἵν' ἀμφω νενικηκότες, ἐξίσα βαδίζοιτε. πλὴν ἐπειδὴ γὰρ αὐτοσχὸν οὐκ ἐοίκατε, ἀλλ' αὐτὸς ἐν ᾧ μεταξὺ πλῷ, περὶ τῶν αὐτῶν ἃ κέχρικα ἐξελέγξαι, ὃ μάλιστα δοκεῖ εἶναί μοι δίκαιον, ἀποφανοῦμαι. γάμοι μὲν ἀνθρώποις διωφελὲς πρᾶγμα, καὶ μακάριον, ὁπόταν ἐὐτυχῶνται· παιδικοὺς δ' ἔρωτας, ὅσοι φιλίας ἀγαθὰ δίκαια προμηθοῦνται, μόνης φιλοσοφίας ἔργον ἡγοῦμαι. διὸ δὴ γαμητέον μὲν ἅπασι, παιδεραστεῖν δ', ἀφείσθω μόνοις φιλοσόφοις. ἥκιστα γὰρ ἐν γυναιξὶν ὁλόκληρος ἀρετὴ φύεται. Ε σὺ δή, ὦ Χαρίκλεις, μηδὲν ἀηδεσθῆς, εἰ ταῖς Ἀθηναίαις ἡ Κόρινθος εἴξει. καίγὼ μὲν ὑπ' αἰδοῦς σεμνόμου λόγου τὴν κρίσιν ὑπεπεύσας, ἀξανέστην· ἑώρων γὰρ ὑποκατηφῆ τὸν Χαρικλέα, ὡς μικρὸν ὡς θανάτου κατάκριτον· ὁ δ' Ἀθηναῖος, ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ φαιδρὸς αἰαπτόμενος, ὡς σφόδρα σοβαρῶς. εἰκάσειεν ἄν τις αὐτὸν ἐν Σαλαμῖνι Πέρσας κατὰ ναυμαχικὴν τάξιν. καὶ τοῦτό γε τῆς κρίσεως ἀπῆνεγκεν ἡμᾶς ἑστιάσοντος αὐτοῦ ταπεινότερον. Ε γὰρ ἦν δῆλος ὢν οἷος μεγαλοφρονέστερος. ἡσυχῇ γὰρ τὸν Χαρικλέα παρηγορήσαμεν ὅτι τῇ δεινότητι τῶν λόγων, σεμνοῖς ὑποθαυμάζων, ὅτι δυσχερεστέρῳ μέρει δεινῶς σεμνηγόρησεν. ἀλλ' ἡμῖν μὲν ἐν Κνίδῳ διαρκέσει, καὶ τὰ παρὰ τῇ θεῷ λαλητέα, ἀσυδόλως ἱλαρᾷ ἅμα, καὶ παιδικὸν βύμισσον ἐχούσῃ, τῇ δέπῃ διακρίθη. σὺ δέ, ὦ Θεόμνηστε, ὁ τὴν ἑωλον ἡμῖν ἐκκλησιάσμους μνήμην, εἰ δικαιοῖς τί ἤδη, πῶς ἂν ἀποφήνω; Θ Ε. Μελιτίδην, ἢ Κόροιβον οἴῃ με τοὺς θεούς, ἵνα τοῖς ὑπὸ σοῦ δικαίως κριθεῖσιν ἐναντίαν φέρω ψῆφον; ὃς ἐπ' ἄκρας ἡδονῆς τὰ λεγόμενα διακούσαι ἐν τῇ Κνίδῳ ᾠόμην, ὀλίγου δὲ καὶ τὸ σκληρὸν τοῦ δωματίου αὐτὸν ἡγούμενος εἶναι, τὸν νεὼν ἐκεῖνον. ὅμως δ' ἦν (ἀδεὲς γὰρ ἀπρεπὲς ἐν ἑορτῇ λέγειν) πᾶς δὲ γέλως καὶ παιέρωτος ἦ, πανηγυρίζειν δοκεῖ τοῖς ἄγαν ὑπὸ τοῦ παιδεραστοῦ καλωφρουμένοις λόγοις ἐθαύμαζον μὲν ὅτι τῇ σεμνότητι, πλὴν ὀλίγου ἐμπρὲς ᾠόμην, ἐφ' ᾧ τῷ παιδὶ σεμνολο-

μερδύοντα, Ταντα λείοις δίκης ὑποφέρειν, καὶ τοῖς ὀμμάσι τῶ κάλλους μονονουχὶ προσκλύζοντος, ὄζειν ἀρύσασθαι, δίψην ὑπομηνύων. οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ θεωρεῖν ἐρώμενον, ἀλλ' ἀπτωτικῶ καθημένου καὶ λαλοῦντος ἀκούειν, ἀλλ' ὥσπερ ἡδονῆς κλίμακα συμπηξάμενος ἔρως, πρῶτον ἔχει βαθμὸν ὄψεως, ἵνα ἴδῃ, καὶ θεάσηται, ποθεῖ προσάγων ἐφάψασθαι, δι' ἄκρων γοῦν δακτύλων καὶ μόνον ἅψῃ, τὰ τῆς ἀπολαύσεως εἰς ἅπαν ὅλον ἦθει τὸ σῶμα. τυχὼν δ' θύμβρως τούτου, εἶτα πειρᾶται καὶ τρίτης φιλήματος, οὐκ ἀμοῦ τοῦτο εἰργον, ἀλλ' ἡρέμα χείλη προσελθόντος χείλεσιν, ἃ πρὶν ἢ φαῦσαι τελείως ἀπέσχη, μηδὲν ὑποψίας ἴχνος καταλιπών. εἶτα πρὸς τὸ πρῆνον ἁρμόζόμενος, ἀεὶ λιπαρεστέρας μᾶλλον ἀπασάμενος ἐπιτέτηκεν, ἔως ὅτε καὶ ὅλον ἐλλων ἡσυχῇ τὸ σῶμα· τῶν δὲ χειρῶν τὴν ἐθελοντὴν πρίσιν ἀγνοῶ. αἱ γὰρ φανερὰ τῶν ἀληθῶν συμπλοκαὶ, τῶν ἡδονῶν συναύξουσιν. ἢ λαθραίως ὑγρὸν ἡ δεξιὰ χεὶρ κάλλους δῦσα, μαστοὺς θερμὸν τῶν φύσιν ὑποϊδοῦσας πιέζει. καὶ σφιγγόσης γαστρὸς ἁμφιλαφὲς τοῖς δακτύλοις ἐπιδράττεται ὁμαλῶς. μετὰ τοῦτο, καὶ προσέτι νέου ἄνθους ἥβης, καὶ τί παῤῥητὸν αἰδεσθήσεσθαί με δεῖ; τοσαύτης τυχὸν ἐξουσίας ὁ ἔρως, θερμοτέρου τινὸς ἅπτεται προσήματος· εἶτ' ἀπὸ μηρῶν προσοιμασάμενος, καὶ τὸν κωμικὸν αὐτὸ ἐπάταξεν. ἐμοὶ μὲν ὕστερον παιδεραστεῖν ἤρεσκε. μετεωρολέσχαι δὲ, καὶ ὅσοι τῶν φιλοσοφίας ὀφρῦν ὑπὲρ αὐτοὺς τοὺς κροτάφους ὑπήρκασι, σεμνῶν ὀνομάτων κομψεύμασι τοῖς ἀμαθέσι ποιμαινέσθωσαν· ἐρωτικὸς γὰρ ἐγὼ, εἴ τις καὶ ὁ Σωκράτης, ἢ ὑπὸ μίαν Ἀλκιβιάδης αὐτῷ χλαῖναν κλιθεὶς, οὐκ ἀπλῆξ ἀνέστη. ἢ μὴ θαυμάσῃς, οὐδὲ γὰρ ὁ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἠγαπᾶτο, μέχρι τῶ κατ' ἀπτωτικῶ καθέζεσθαι,

Δέγμενος Αἰακίδαο ὁπότε λήξειεν ἀείδων.

ἀλλ' ἐγὼ καὶ τῆς ἐκείνων φιλίας μεσίτης ἡδονή. τεθνῶτα γοῦν Ἀχιλλεὺς τὸν Πατρόκλου θάνατον, ἀπαμβλύνῳ πάθει πρὸς τὸ ἀληθὲς ἀπορράγῃ,

Μηρῶν τε τ' ἐῶν θυστοῦς ὁμιλία κεδνῶν.

A & interim Tantali pœnas sustinere, ac pulchritudine in oculis tantùm non exundante, cùm haurire ac bibere liceat, sitim malle pati. Neque enim satis est aspicere eum quē amas, neque ex aduerso sedentem atque loquētem audire, sed perinde atque scalis quibusdam voluptatis compactis, amor primum gradum visus habet, vt aspiciat videlicet amatū: deinde vbi aspexerit, cupit adductum ad se propiùs etiam cōtingere. Summis itaque digitis tametsi solùm attigerit, fruitionis istius delectatio totum mox corpus percurrit. Postquam autem etiam hoc potitus facilè est, tertium experimentū addit, nempe basiationis, non statim curiosum illud & affectatum, sed paulatim labia admouendo labiis: quæ priusquā planè contingat, rursum absistit, nullo suspicionis vestigio relicto. Deinde verò ad id quod porrigitur, applicando sese, exquisitioribus semper quidem amplexibus illiquescit, interdum etiam ipsum os tacitè diducens: manuum autē nullam admittit segnitiem. Nam manifestæ ac mutuæ eorum quæ sensu percipiuntur amplexationes, voluptatem conglutinant. Aut clàm dextra molliter per sinum subingressa, mamillas pro sua natura modicè extātes premit, & astricti solidique ventris plenū atque exuberans illud digitis contrectat æqualiter. Post hæc & primam succrescentis pubis lanuginem. Ac quid attinet me occultiora ista longiùs persequi? Tantam igitur nactus potestatem amor, calidioris cuiusdam rei opus attingit, atque ita à femoribus quasi quodam exordio facto, iuxta Comicū, ipsum percutit. Mihi quidem ita amare pueros cōtingat. Illi verò de sublimibus disputātes, & quicunque philosophiæ supercilium vltra ipsa tempora adductum habent, tumidorum verborum insolentia rudes & imperitos pascant. Amori enim deditus fuit, vt quisquam alius, Socrates: & sub vno eodémque cum ipso pallio accumbens Alcibiades, haudquaquam intactus inde surrexit. Ac ne mireris: non enim neque Patroclus ab Achille amabatur eousque modò, vt ex aduerso illi sederet,

*Aeacidem expectans, dum cantus finiat ille:*

sed erat & illorum amicitiæ mediatrix voluptas. Cùm igitur gemeret Achilles Patrocli mortem, parum custodito affectu in veritatem erupit,

*Femorum & tuorum sancta conuersatio Melior,* inquiens.

Illos verò qui apud Græcos Comastæ A seu Comessatores appellãtur, nihil aliud quàm certos ac manifestos amatores puto. Fortassis autem dixerit quispiam turpia hæc dictu esse: vera certè tamen sunt, per ipsam Gnidiam Venerem. LVC. Haudquaquam feram te, chare Theomneste, aliud principium tertij sermonis ferentem, quod audite solenni ac festo die solùm par est. Cætera verò ab auribus meis procul hinc ablegare decet. Sed omittentes plus temporis commorando hîc accumulare, in forum hinc exeamus. Iam enim probabile est accendi deo rogum. Est autem non iniucundum spectaculum, eorum quæ ille in Oeta passus B est, memoriam in animum reuocans præsentibus & spectantibus.

Τοὺς γε μὴν ὀνομαζομένους παρ' Ἕλλησι κωμαστὰς, οὐδὲν ἄλλ' ἢ δήλους ἐραστὰς νομίζω. Τάχα φήσ τις αἰσχρὰ ταῦτ' εἶναι λέγεσθαι, πλὴν ἀληθῆ γε, νὴ τὴν Κνιδίαν Ἀφροδίτην. ΛΥ. Ὅτ' αἰσθόμενός σου, φίλε Θεόμνηστε, ἄλλην ἀρχὴν καταβαλλομένου τῶν λόγων, ἧς ἀκούειν οὐ ἑορτὴ μόνον εἰκὸς ἔστι· πάλαι γὰρ, ὡς ἐμοῦ γε ἀκούειν, πόρρω ἀποικίζειν ἀφέλιμοι ἂν τὸ πρόσθεν πλείω χρόνον, εἰς ἀγορὰν ἐξίωμεν. Ἤδη γὰρ εἰκὸς ἔστιν, ὑφάπτεσθαι τῷ θεῷ τὴν πυράν. ἔστι δ' οὐκ ἀτερπὴς ἡ θέα, τὴν τῶν Οἴτῃ παθῶν ἀναμιμνήσκουσα τοὺς παρόντας.

## EIKONES.

## IMAGINES. Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Effigiat hoc dialogo Lucianus typum siue exemplar formosissimæ atque honestissimæ mulieris, quæ non tantùm pulchritudine corporis perfecta & numeris omnibus absoluta sit, verùm etiam eas animi dotes, eámque morum venustatem ac gratiam habeat, quæ fœminarũ propriissimæ sint, & pro personæ qualitate quamque maximè commendent. Ac priorem quidem descriptionem, corporis ac formæ videlicet, ex sua persona effingit, collatione facta omnium earum & statuarũ & imaginum quæ vnquam à clarissimis artificibus factæ præcipuè celebrantur, sumendo ex vnaquaque quod in ea potissimum fuit, ac plurima laude nobilitatum. Alteram autem, quæ sermonis ac vocis suauitatem, eloquentiam, studia, cognitionémque liberalium scientiarum, præterea sapientiam quoque ac prudentiam, modestiam, pudicitiam, & (quam in hac cum primis commendat) animi amabilitatem ac moderationẽ describit: sub Polystrati cuiusdã persona, cum quo dialogum hunc instituit, proponit, etiam ipsam collationibus exemplorum cùm poëticorum tum historicorum eodem modo illustratam. Vtrùm autem Imperatoris alicuius eorum sub quibus ipse vixit, an externi regis cuiuspiam vxorem, aut etiam concubinam, hoc tam exquisito ac singulari encomio celebret, dubitari potest. Nam Traiani quidem atque Adriani vxoribus, sub quorum imperio pleraque scripsit, & nomen & patria repugnare videntur, cùm altera Plotina, altera Sabina dicta fuerit: hanc autem ipse, vt illam apud Xenophontem Abradatæ vxorem, Pantheam vocari dicat, & ex Smyrna Ionica ciuitate natam fuisse. Et tamen appellatione regis Magni, qua veteres Græci Persarum regem nominabant, idem infrà etiam Imperatorem Romanum designat: cùm in Toxari ait, Diuiam à præfecto Asiæ ad regem Magnum (quanquã ibi regem Persarum, qui tum nullus fuit, Erasmus quoque verterit) in Italiam missum, & ab eo damnatum in Gyarum insulam relegatum fuisse.*

### LVCIANVS. POLYSTRATVS.

LVCIANVS.

AT profectò tali quopiam C illi absumpti sunt exitio, quibus Gorgonis facies conspecta est, quali ego paulo antè penè interiissem, ô Polystrate, visa summa forma muliere: & quod in ea fertur fabula, parum aberat quominus ego saxum ex homine factus sim, spectaculi admiratione rigore attracto.

Ἀλλ' ἢ πιστόν τι ἄρα ἔπαθον οἱ τὴν Γοργὼ ἰδόντες, οἷ ἐγὼ ἐναλιγὺς ἔπαθον, ὦ Πολύστρατε, παιγνιώδη τινὰ γυναῖκα ἰδών. αὐτὸ γὰρ τὸ μῦθόν σχεδόν, μικροῦ δεῖν λίθος ὢν ἀνθρώπου σοι γενέσθαι, πεπηγὼς τοῦ θαύματος.

ΠΟΛ. Ἡράκλες ξαφνές τι τὸ θέαμα φὴς, καὶ δεινῶς βίαιον, εἰ καὶ Λυκῖνον ἐξέπληξε γυνή τις οὖσα. σὺ γὰρ ἴσως μὲν τῶν μεγεθῶν καὶ πόρρω ῥᾳδίως αὐτὸ πάσχεις· ὥστε θᾶττον ἄν τις ὅλον τὸν Σίπυλον μετακινήσειεν, ἢ σὲ τῶν καλῶν ἀπάγοι, μὴ οὐχὶ προεστάναι αὐτοῖς κεχηνότα, καὶ δακρύοντά γε πολλάκις, ὥσπερ ἐκείνῃ αὐτῇ τῇ Ταντάλου. ἀτὰρ εἶπέ μοι, τίς ἡ λιθοποιὸς αὕτη Μέδουσα ἡμῖν ἐστι, καὶ πόθεν, ὡς καὶ ἡμᾶς ἰδοῦσα λίθους ὁ γὰρ, οἶμαι, φθονήσεις ἡμῖν τῆς θέας, οὐδὲ ζηλοτυπήσεις, εἰ μέλλοιμεν πλησίον που καὶ αὐτοὶ προσπεπηγέναι σοι ἰδόντες. ΛΥ. καὶ μάλα δεῖ εἰδέναι χρή σε, ὡς καὶν ἐκ περιωπῆς μόνον ἀπιδῇς ἐς αὐτὸ, ἀχαίνῃ σε, καὶ τῶν αὐδριαύτων ἀκινητότερον ἀποφανεῖ. καίτοι τοῦτο μὲν ἴσως εἰρωνικώτερόν ἐστι· καὶ ὁ πρᾶγμα ἦττον κακεῖνο, εἰ αὐτὸς ἴδοις, εἰ δὲ κἀκείνη προβλέψαιέ σε, τίς ἔσται μηχανὴ ἀποστῆσαί σε αὐτῆς; ἀπάξει γάρ σε ἀναδησάμενον ἔνθα ἂν ἐθέλῃ, ὅπερ καὶ ὁ λίθος ὁ Ἡρακλεία δρᾷ τὸν σίδηρον. ΠΟΛ. παῦσαι, ὦ Λυκῖνε, τερατεύσασθαι μᾶλλον, ἀλλ' εἰπέ μοι τίς ἡ γυνή ἐστιν; ΛΥΚ. οἴει γάρ με προσκαλέσεσθαί σοι τῷ λόγῳ, ὃς δέδοικα μή σοι ἰδόντι, ἀδεοῦς τις ἐπαινέσαι δόξω, προσθεὶς τοσοῦτον ἀμείνων φανῆναι; πλὴν ἀλλ' ἥτις μέν, ὅστις αὖ εἰπεῖν ἔχω μοι, θεραπεία δὲ πολλὴ, καὶ ἄλλη πρὸ αὐτῆς προσκυνοῦσα λαμπρά, καὶ βύσσινόν τι πλῆθος, καὶ ἀθρόαι πόρρω πολλαὶ, καὶ ὅλως, μεῖζόν γε, ἢ κατ' ἰδιώτικὸν τύχην ἐσθῆτι ὁ πρᾶγμα εἴη). ΠΟ. σὺ δὲ τοιοῦτόν ἐστιν σύ γε, ἥτις καλοῖο. ΛΥΚ. οὐδαμῶς, ἢ τοῦτο μόνον, τῆς Ἰωνίας ἐστί. τῶν θεατῶν γάρ τις ἀπιδὼν ἐς τὸν πλησίον, ἐπεὶ παρῆλθε, Τοιαῦται μέντοι, ἔφη, αἱ Σμυρναίων καλλοναί. ὃ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ ἡ καλλίστη τῶν Ἰωνικῶν πόλεων τὴν καλλίστην γυναῖκα ἐθρέψατο. ἐδόκει δέ μοι Σμυρναῖος ὢν αὐτὸς ὁ λέγων εἶναι), οὕτως ἐσεμνύνετο ἐπ' αὐτῇ. ΠΟ. ὁρῶ ὅτι λίθου τοῦτό γε ὡς ἀληθῶς ἐποίησας, οὔτε προσκολουθήσας,

A ΠΟΛ. O Hercules, inusitatum quoddam & nouum dicis spectaculum, nimisque violentũ, si Luciano quoque stuporem induxerit muliercula. Hoc equidem formosis conspectis iuuenibus facilè tibi solet accidere, ita vt quispiam citiùs totum Sipylum loco dimoueret suo, quàm te à formosis queat abstrahere: qui nõ solùm hianti ore illis assistere consueuisti, sed lacrymas quoque nõ rarò profundere tibi moris est, quemadmodũ illam perhibent Tantali filiam. Veruntamen respõde mihi, quæ illa tandẽ est Meduſa saxifica, & vnde generis ortum ducit, vt & nos illam videamus? Neque enim, vt mea est B opinio, nobis inuidebis spectaculũ, neque zelotypiæ morbo laborabis, si & nos illa consPecta rigore cõcreuerimus. LV. Atqui hoc planè tibi cõpertum esse oportet, quòd si ex sola specula illam intuitus fueris, mutũ illico ac ipsis statuis immobiliorẽ te faciet. Et fortasse quod dixi, leue est prę hoc quod dicturus sum. Vulnere quoque non admodum tempestiuo te consauciabit, si coràm ipse illam intueberis. At si illa conuersis oculis temet inspexerit, quæ facultas tibi relinquetur te ab illa auellendi? Abducet te alligatũ quo- C cunque collibuerit, quemadmodum lapidem Heracleum ferrum ad se attrahere perhibẽt. POL. Desine verò ô Luciane prodigiosam quandã & monstrificam effingere pulchritudinem. Sed hoc mihi expedi, quænã illa fuerit mulier. LVC. An tu me oratione eius formã immodicè attollere existimas, qui vereor ne eam tibi iam visam, ingenij culpa atque infirmitate nimis ieiunè laudarim? tanto tibi eius facies oratione mea amplior videbitur atque excellentior. Cæterùm quænã sit, mihi non promptum est dicere. Magnus circa illam cernebatur cultus, & D apparatus splendidus. Eunuchorum numeroso satellitio stipata, multis præterea aliis & illis teneris puellis comitata incedebat. In summa, omnia erant ampliora, quàm quæ priuatæ fortunæ mediocritas sustentare possit. POL. Ergo ne nomen quidem inaudisti tu, quænam vocaretur? LVC. Ne nomen quidem teneo, nisi hoc solum, illam esse oriundam ex Ionia. Siquidem spectatorum quispiam, conuersis in proximum oculis quando præteribat, Tales, inquit, Smyrnææ sunt pulchritudines. Nihil autem mirandum est si ex Ionicis vrbibus pulcherrima, mulierem produxerit pulcherrimam. Visus verò est & ille mihi Smyrnæus esse, qui ista dixerat, adeò insolenter de illa iactabat. POL. Proinde hoc reuera vt lapis fecisti, qui neque illam consecutus es,

neque Smyrnæum illum quæ fuerit interrogaris. Atqui saltem speciem, quoad eius fieri potest, oratione mihi adumbrato, si queam fortasse ista ratione illam cognoscere. LVC. Vide quãtam rem à me exigas. Neque enim tanta præstò est facultas orationibus, præcipuè verò meis, adeò admirandam imaginem in lucem producendi, ad quam delineandam vix Apelles, aut Zeuxis, aut Parrhasius sufficerent, aut si quis fuit vspiam Phidias, aut Alcamenes. Ego verò artis imbecillitate non mediocriter læsum deformabo archetypum. POL. Age tamen, effare obsecro quali fuerit vultu prædita. Neque enim periculosa erit audacia, si familiari tuo ostenderis imaginem, quibus lineamentis adumbrata fuerit. LVC. Atenim longè tutiùs ipse mihi facturus videor, si quos priscorum illorum artificum ad præsens opus absoluendum adsciuero, vt mulieris formam mihi depingant. POL. Quorsum istà dicis? Aut quónam pacto illi tibi adsciti venient, qui tot retro seculis fato functi sunt? LVC Perfacilè, dummodo te mihi non pigeat ad quæsita respondere. POL. Roga quæcunque fert animus. LVC. Nunquãne Polystrate ad Cnidios peregrè profectus es? POL. Imò maximè LVC. Proinde ante omnia Venerẽ quoque illorum vidisti? POL. Sanè per Iouẽ, Praxitelis monimentũ pulcherrimum. LVC. Sed nunquid etiam fabulam memorantibus de illa incolis inaudisti, quomodo vnus aliquis eius imaginis infando amore correptus fuerit, tum quemadmodum latenter in templo derelictus, noctu cum imagine, quantum fieri potuit, rem habuerit? Sed hæc alio tempore inquirito, quippe hæc (vt ais) tibi planè visa est. Age verò & hoc mihi responde, nunquid etiam illam Athenis quæ in hortis est, videlicet Alcamenis, conspexisti? POL. Sanè omnium inertissimus, ô Luciane, meritò censendus essem, si pulcherrimum Alcamenis figmentum negligenter contempsissem. LVC. Illud quidem Polystrate te non interrogabo, num sæpe in arcem conscenderis, ac Calamidis Sosandram spectaris. POL. Et hanc vidi sæpenumero. LVC. Iam & ista abundè sufficiunt. At ex operibus Phidiæ quódnam maximè collaudasti? POL. Quódnã aliud, quàm illam Lemniam, quam hoc quoque titulo nobilitare non dubitauit Phidias? Insuper illam quoque Amazonem, quæ hastæ innititur. LVC. Pulcherrima sunt ista,

A οὔτε τὸν Σμυρναῖον ὁκῖον ἐρόμενος, ὅστις ἰῶ· καὶν ὃ εἶδος ὡς οἷόν τε ὑποδέξον τῷ λόγῳ, τάχα γὰ δὺ οὕτω γνωσείσαμι. ΛΥ. ὀρθῶς ἠλίκον τοῦτο ἤτησας; οὐ κῇ λόγων δύναμιν, καὶ μάλισά γε τῷ ἐμῷ, ἐμφανίσαι οὕτω θαυμασίαν εἰκόνα, ὡσεὶς ἰῶ μόλις δὺ ἢ Ἀπελλῆς, ἢ Ζεῦξις, ἢ Παῤῥάσιος, ἱκανοὶ ἔδοξάν, ἢ εἴ τις Φειδίας, ἢ Ἀλκαμένης. ἐγὼ δὲ, λυμανούμενος ὃ ἀρχέτυπον ἀθενείᾳ τῆς τέχνης. ΠΟΛ. ὅμως, ὦ Λυκῖνε, ποιά τις ἰῶ τὴν ὄψιν; οὐ γὰ ὑπισφαλὲς ὃ τόλμημα, εἰ φίλῳ αὐτοῦ ὑποδείξαις τὴν B εἰκόνα, ὅπως δὺ τῆς γραμμῆς ἔχῃ. ΛΥΚ. καὶ μᾶλλὺ ἀσφαλέστερον αὐτὸς ποιήσῃ μοι δοκῶ, τῶν παλαιῶν τινας ἐκείνων τεχνιτῶν προσκαλέσας ὁπὶ ὃ ἔργον, ὡς ἀναπλάσῃ μοι τὴν γυναῖκα. ΠΟΛ. πῶς τοῦτο φῄς; ἢ πῶς ἂν ἀφίκοιντό σοι ὡσεὶ τοσούτων ἐτῶν ἀποθανόντες; ΛΥΚ. ῥᾳδίως, ἰῶ ὥσπερ σὺ μὴ ὀκνήσῃς ἀποκρίνεσθαί τί μοι. ΠΟΛ. ἐρώτα μόνον. ΛΥΚ. ἐπεδήμησάς ποτε, ὦ Πολύστρατε, τὴν Κνιδίων; ΠΟΛ. Ϛ μάλα. ΛΥΚ. ὁκοῦν καὶ τὴν Ἀφροδίτην C εἶδες πρώτως αὐτῶν; ΠΟΛ. νὴ Δία, τῶν Πραξιτέλους ποιημᾶτ ὃ κάλλιστον. ΛΥΚ. ἀλλὰ ἢ τὸν μῦθον, ὃν λέγουσιν, ἤκουσας, οἱ ὁπιχώριοι ὡσὶ αὐτῆς, ὡς ἐραθείη τις τοῦ ἀγάλματος, καὶ λαθὼν ὑπολφθεὶς ἐν ἱερῷ, συγκλῄοιτο, ὡς δυνατὸν, ἀγάλματι; τοῦτο μὲν σοι ἄλλως ἰσορείσθω. σὺ δὲ (τοιοῦτον γὰ, ὡς φῄς, εἶδες) ἴδι μοι, καὶ τόδε ἀπόκεινα, εἰ ἢ τὴν ἐν κήποις Ἀθηνῇσι, τὴν Ἀλκαμένους ἐώρακας. ΠΟΛ. ἢ πρώτων γ' αὖ, ὦ Λυκῖνε, ὁ ῥᾳθυμότατος ἰῶ, εἰ ὃ κάλλιστον τῶν Ἀλκαμένους πλασμᾶτ παρῆδον. ΛΥΚ. ἐκῆνο μὲν γε, ὦ Πολύστρατε, οὐκ ὀξερήσομαί σε, εἰ πολλάκις ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνελθών, Ϛ τὴν Καλαμίδος Σωσάνδραν τεθέασαι. ΠΟΛ. εἶδον κἀκείνην πολλάκις. ΛΥΚ. ἀλλὰ καὶ ταῦτα μὲν, ἱκανὰς, τῶν δὲ Φειδίου ἔργων τί μάλισα ἐπῄνεσας; ΠΟΛ. τί δ' ἄλλο, ἢ τὴν Λημνίαν, ἢ ἢ ὑπογράψαι ποιῶμαι ὁ Φειδίας ἠξίωσε; Ϛ, νὴ Δία, τὴν Ἀμαζόνα, τὴν ἐπερειδομένην τῷ δορατίῳ. ΛΥ. τὰ κάλλιστα,

ὦ ἑταῖρε,

ὦ ἑταῖρε, ὥστε οὐκέτ' ἄλλων τεχνιτῶν δεήσει. Φέρε δὴ ἐξ ἁπασῶν ἤδη τούτων, ὡς οἷόν τε συναρμόσας, μίαν σοι εἰκόνα ὑποδείξω, ὃ ἐξαίρετον πρὸ ἐκάστης ἔχουσαν. ΠΟΛ. καὶ τίνα αὖ τρόπον τοῦτ' γίνοιτο; ΛΥΚ. οὐ χαλεπὸν, ὦ Πολύστρατε, εἰ ὃ ἀπὸ τῶν δεδομένων τοῖς εἰκόσιν τῷ λόγῳ, ὑπηρετήσαιμεν αὐτῷ μεθοσιωσάν, καὶ συνθέναι, καὶ ἁρμόζειν, ὡς δὴ ῥυθμώτατα δυνατὸν, φυλάττων ἅμα τὸ συμμιγὲς ἁβρὸν, καὶ ποικίλον. ΠΟΛ. εὖ λέγεις· καὶ δὴ τοῦτο μὲν ἐάσω, δηλονότι· ἐθέλω γὰρ εἰδέναι ὅ, τι ἐκ χρήσεται αὐτοῖς, ἢ ὅπως ἐκ τούτων μίαν τινὰ συνθεὶς, οὐκ ἀπάδουσαν ἀφεργάσεται. ΛΥ. καὶ μὴν ἤδη σοι ὁρῶ πρόχειρα γιγνόμενα τὴν εἰκόνα, ὧδε συναρμόζων, τῆς ἐκ Κνίδου ἡκούσης μόνον τὴν κεφαλὴν λαβών· οὐδὲν γὰρ τοῦ ἄλλου σώματος γυμνοῦ ὄντος, δεήσεται· τὰ μὲν ἀμφὶ τὴν κόμην, καὶ μέτωπον, ὀφρύων τε τὸ ὑγρὸν ἄμμα, ἐάσῃς ἔχειν, ὥσπερ ὁ Πραξιτέλης ἐποίησε, τῷ ὀφθαλμῷ δὲ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ, καὶ κεχαρισμένῳ, καὶ τούτῳ ἁβρῷ φυλάξῃ· τὸ δὲ Πραξιτέλους δρόσου· τὰ μήλα δὲ, καὶ ὅσα τῆς ὄψεως αὐτῶπα, παρ' Ἀλκαμένους, καὶ τῆς ἐν κήποις λήψεται· καὶ πρὸς ἔτι, χεῖρας ἄμεινον, καὶ καρπῶν τὸ ῥυθμὸν, καὶ δακτύλων τὸ ὑγρὸν, ἐς λεπτὸν ἀπολῆγον, παρὰ τῆς ἐν κήποις καὶ τούτου· τὴν δὲ τοῦ πώγωνος περιγραφὴν, καὶ πρόσωπον τὸ ἁπαλὸν, καὶ ῥῖνα συμμέτρων, ἢ Λημνία παρέξει, καὶ Φειδίας ἔτι. καὶ σώματος ἁρμονίαν ὁ αὐτὸς, ἃ τὸν αὐχένα παρὰ τῆς Ἀμαζόνος λαβών. ἡ Σωσανδρα δὲ, ἃ ὁ Κάλαμις, αἰδοῦς κοσμήσουσιν αὐτῇ. καὶ τὸ μειδίαμα μὲν, λεπτὸν καὶ λεληθὸς, ὥσπερ τὸ ἐκείνης ἔσται· τὸ δὲ ὄμμα τὸ ἁλὲς δὲ, καὶ κόσμιον τῆς ἀναβολῆς, παρὰ τῆς Σωσάνδρας· πλὴν ὅτι ἀκάλυπτος αὐτὴ ἔσται τὴν κεφαλήν. τῆς ἡλικίας δὲ τὸ μέτρον, ἡλίκον ἂν γένοιτο, τῇ τῆς Κνίδου ἐκείνῃ μάλιστα· καὶ γὰρ ἃ τοῦτο τῇ τῶν Πραξιτέλη μεμετρήσθω. τί σοι, ὦ Πολύστρατε, δοκεῖ, καλὴ γενήσεται ἡ εἰκὼν, τῇ μάλιστα ἐπειδὴ ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀπολελεασθῇ;

ô amice! itaque aliis non ampliùs egebis artificibus. Age verò iam ex omnibus his, quoad eius fieri poterit, vnicam imaginem compositam tibi ostensurus sum, ab vnaquaque præcipuum specimen habentem. POL. Et quo pacto hoc fieri potest? LVC. Haud difficili, ô Polystrate, si nunc in præsens traditis orationi imaginibus, illi permiserimus exornãdi copiam, tum componendi & coaptandi facultatem, quantum fieri poterit luculentissimè, eâdem opera tẽperaturam obseruanti, & iucundam varietatem. POL. Rectè dicis: proinde assumptis illis demonstret. Perlibenter verò videre gestio quînam illis vsura sit, aut quomodo ex iis omnibus vnam compositam, nec vlla in parte discrepantem absoluturasit. LVC. Atqui iam tibi videndi facultas præstabit nascentem imaginem, ita componens: Veneris è Cnido adductæ si tantùm caput sumpserit, reliquis nudi corporis partibus opus nõ habebit. Porrò quod ad comam & vultum attinet, ac decentem superciliorum ambitum, illi habendum concedes quemadmodum à Praxitele absoluta est. Quinetiam oculorum mobilem agilitatem amabili hilaritate & gratia temperatam retinebit, sicut visum est Praxiteli. Cæterùm vbera, & quæcunque vultus sunt partes priores, ab Alcamenis Venere quæ in hortis sita est, mutuò accipiet. Ad hæc manus teretes, earundémque concinnam iuncturam, digitorúmque tenellorum ductũ non difficilem, in extremis in orbiculatam exilitatem desinentium, ab ea quæ in hortis est, & illa vtenda recipiet. At verò totius faciei descriptionem & lineamenta, genarúmque teneram mollitiem, & nasum intra rectũ modum cohibitum, præstabit Lemnia & Phidias. Idem quoque dabit oris cõformem compositionem: ceruicem verò lacteam sumet ab Amazone. Porrò autem Sosandra & Calamis eandem ornabunt verecundia. Risu præterea tenui fallente intuentis oculos, animi oríque hilaritatem ostendet, qualis & illius esse solet. Vestitus frugalem munditiem à Sosandra concessam habebit, præterquam quòd illa nudo & aperto erit capite. Ætatis autem mensura, quantacunque illi fuerit, iuxta Cnidiorum Venerem metienda est. Etenim & hanc Praxitelem diligenter emensum esse video. Ecquid tibi videtur Polystrate? Eritne imago satis ornata & elegans, & maximè posteaquam exactissimè absoluta fuerit?

POL. Adhuc, ô generosissime, nonnulla formositatis pars in excolenda imagine tibi intermissa est, adeò omnes exornandi rationes in vnum contulisti. LVC. Illud enimuero amice quod dixisti, maximum est, nisi tuo iudicio minimum momenti ad summam formæ præstantiam colores addere posse videantur, & cuius in quaque corporis parte maximè ratio habenda est, decorum: vt exactè, vt perfectè nigra sint, quæcunque nigra: & alba, quæcunque alba esse conuenit: vtque apto decentique rubore floreſcãt omnia. Ac iam de his periclitamur, cùm adhuc quod maximum est, desideramus. Vnde ergo eius rei copiam nobis parabimus aut accersemus, videlicet pictores, cum primis verò illos, quos hoc artificio præ cæteris longè præcelluisse cognouimus, vt colores nobis aptè commixtos temperẽt, eosdémque pro decoro luculentè & artificiosè accommodent? Sanè verò accersatur Polygnotus, & Euphranor ille, atque etiam Apelles, Aëtione vnà comitante. Illi diuiso inter se opere, Euphranor comam pinget, qualem Iunonis depinxit. At Polygnotus superciliorum decoram distantiam, & malarum decẽtem rubedinem, cuiusmodi Cassandrã apud Delphos fecit in cõuenticulis, exprimat. Amictum verò ille quoque præparet, quàm poterit tenuissimè elaboratum, vt quæcunque par est corpori decenter applicet, multa verò ventis diffundenda relinquat. Porrò reliquum corpus ipse Apelles absoluat, secundùm Pacatæ simulacrum, ita tamen, ne nimiùm addat albedinis, sed planè temperanter rubeſcat. Labia autem non sint alia atque Rhoxanæ Aëtion addidit. Quin potiùs præstantissimum inter omnes pictores Homerũ, Euphranore & Apelle posthabito, in partem operis suscipimus? Siquidem cuiusmodi ille colorem Menelai adiecit femoribus, ebori purpureo ostro infecto assimilatis, tali vniuersum corpus colore niteat. Cæterùm ille ipse pingat & oculos, bouinis, hoc est, pulchris & nitentibus, oculis præditam exprimens. In partẽ laboris veniat illi opẽ ferẽs & poëta ille Thebanus, vt venustate sua exornet palpebras, Homerus quoque illam risus amantem & studiosam faciat, & cãdidis humeris, atque lacertis decoram, & roseos habẽtem digitos. In summa, totã aureę Veneris formositati longè iustiùs illam comparet, quàm Brisei filiam. Hæc inquam fictores atque pictores & poëtæ elaborabunt.

A ΠΟΛΥ. ἔτι γάρ, ὦ γενναιότατε, καλὰ λέλοιπάς τι κάλλος ἔξω τῆ ἀγάλματος, οὕτω πάντα ἐς ὃ αὐτὸ συμπεφορηκώς.
ΛΥΚΙΝΟΣ. τοῦτο μικρότατον, ὦ φιλότης, εἰ μή σοι δόξῃ ὀλίγα ποτὲ ῥύμορφίαν συντελῶν, χρόα, καὶ ὃ ἑκάστῳ πρέπον· ὡς μέλαινα μὲν ἦ ἀκριβῶς, ὁπόσα μέλαινα· λευκὰ δὲ, ὅσα τοιαῦτα χρή· καὶ ὃ ἐρύθημα ἐπάδειν· καὶ τὰ τοιαῦτα κινδυνεύῃ τῆ μείζονι ἔτι ἡμῶν ποτὲ δεῖν. πόθεν οὖν καὶ ταῦτα ποιησαίμεθ' ἄν; ἢ πάντα καλέσαιμεν δηλαδὴ τοὺς γραφέας, B μάλιστα ὁπόσοι αὐτῶν ἄριστοι ἐγένοντο χρώματα, καὶ βύσσινον ποιεῖσθαι πρὸ ὑποβολῆ αὐτῶν; καὶ δὴ πάντα καλείσθω Πολύγνωτος, καὶ Εὐφράνωρ ἐκεῖνος, καὶ Ἀπελλῆς, καὶ Ἀετίων· οὗτοι δὲ διελόμενοι ὃ ἔργον, ὁ μὲν Εὐφράνωρ, χρωσάτω πρὸ κόμην, οἵαν τῆς Ἥρας ἔγραψεν· ὁ Πολύγνωτος δὲ, ὀφρύων ὑπογραπὲς, καὶ παρῆδων ὃ ὑπερυθὲς, οἵαν πρὸ Κασσάνδραν ἐν τῆ λέσχη ἐποίησε τοῖς Δελφοῖς· καὶ ἐσθῆτα δὲ ταύτῃ ποιησάτω, ἐς ὃ λεπτότατον ἐξειργασμένον, ὡς συνεξάλλεσθαι μὲν ὅσα χρή, διαινεμᾶσθαι δὲ τὰ πολλά. ὃ δὲ ἄλλο σῶμα, ὁ Ἀπελλῆς δειξάτω, κατὰ πρὸ Πακάτην· μάλιστα μὲν ἄγαν λευκὸν, ἀλλὰ ἐναίμιον ἁπλῶς· τὰ χείλη δὲ, οἷα Ῥωξάνης, ὁ Ἀετίων ποιησάτω· μᾶλλον δὲ τὸν ἄριστον τῶν γραφέων Ὅμηρον, παρόντος Εὐφράνορος, καὶ Ἀπέλλου, δεδόγμεθα. οἷ γάρ τι τοῖς Μενελάου μηροῖς ὃ χρῶμα ἐκεῖνος ἐπέβαλλεν, ἐλέφαντι εἰκάσας πρέμα πεφοινιγμένῳ, τοιόνδε ἔστω ὃ πᾶν· ὁ δὴ αὐτὸς οὗτος, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς γραψάτω, βοῶπιν τινα ποιήσας αὐτόν. συνεπιλήψεται τῆ ἔργου αὐτῷ καὶ ὁ Θηβαῖος ποιητὴς, ὡς ὃ βλέφαρον ἐξεργάσεσθαι· καὶ φιλομειδῆ δὲ Ὅμηρος ποιήσῃ, καὶ λευκώλενον, καὶ ῥοδοδάκτυλον, ἐν ὅλως, τῆ χρυσῆ Ἀφροδίτῃ εἰκάσῃ πολὺ δικαιότερον ἢ τῆ τῶ Βρισέως. ταῦτα μὲν οὖν πλαστῶν, καὶ γραφέων, καὶ ποιητῶν παῖδες ἐργάσονται.

ὃ δὲ πᾶσιν ἐπῃνῄθη, τούτοις ἡ χάρις· μᾶλλον δὲ ὃ πᾶσαι ἅμα, ὁπόσαι χάριτες, καὶ ὁπόσοι ἔρωτες περιχορεύοντες, τίς ἂν μιμήσασθαι δύναιτο; ΠΟΛ. θαυμάσιόν τι χρῆμα, ὦ Λουκῖνε, φῄς, καὶ λίπετες ὡς ἀληθῶς, οἷόν τι τῶν ἐξ οὐρανοῦ γίγνοιτο. τί δ' οὖν σφόδρα σου σθένος εἶδες αὐτήν; ΛΥΚ. βιβλίον ἐν ταῖν χεροῖν εἶχεν, ἐς δύο σπαθλημμένον· καὶ ἐφαίνετο μὲν τοῖς ἀναγιγνώσκεσθαι αὐτό· ὃ δ', ἤδη ἀνεγνωκέναι· μεταξὺ δὲ προϊοῦσα, διελέγετο τῶν παρομῳρτιῶντων τινί, οὐκ οἶδ' ὅ, τι· οὐ γὰρ ἐς ἐπήκοον ἐφθέγγετο· πλὴν μειδιάσασά τε, ὦ Πολύστρατε, ὀδόντας ἐξέφηνε· πῶς ἂν εἴποιμί σοι, ὅπως μὲν, λευκούς, ὅπως δὲ, συμμέτρους, καὶ τοῖς ἀληθινοῖς σπουδαίοις; εἶπον κάλλιστον ὅρμον εἶδες ἐν τῶν σιληνοπάστων, καὶ ἰσομεγέθων μαργαρίτων, ὅτων ὅτι σίγου ἐπεφύκεσθον· ἐκοσμοῦντο δὲ μάλιστα τῷ τῶν χηλέων ἐρυθήματι. ὡς ἐφαίνοντο γοῦν αὐτῷ δὴ τῷ τοῦ Ὁμήρου ἐλέφαντι τῷ πρίσῳ ὅμοιοι, ἐκ οἱ μὲν πλατύτεροι αὐτῶν, οἱ δὲ προέχοντες, ἢ διεστῶτες, οἷοι τὰς πλείσας, ἀλλ' οὐ τοῖς πᾶσιν ἰσοπληθία, καὶ ὁμοχροία, καὶ μέγεθος ἦν, ἃ προσεχεῖς ὁμοίως, καὶ ὅλως, μέγα τι θαῦμα, καὶ θέαμα, πᾶσιν τοῖς ἀνθρωπίνοις διμορφίαν ὑπερπεπαικός. ΠΟΛ. ἔχ' ἀτρέμας. σωπῶ γὰρ ἤδη σαφῶς πάνυ οἶδα τινα καὶ λέγεις τὴν γυναῖκα, τύχης τε αὐτοῖς γνωρίσας, καὶ τῇ πατρίδι· καὶ δυνούχους δέ τινας ἕπεσθαι αὐτῇ ἔφης, νὴ Δία, καὶ στρατιώτας τινάς. τὸν βασιλέα σπουδάσαι, ὦ μακάριε, τὸν ἀοίδιμον τοῦτον λέγεις. ΛΥΚ. τί δέ ἐστιν αὐτῇ τοὔνομα; ΠΟΛ. πάνυ καὶ τοῦτο γλαφυρόν, ὦ Λουκῖνε, καὶ ἐπαφρόδιτον. ὁμώνυμος γάρ ἐστι τῇ τοῦ Ἀβραδάτου σκηνῇ τῇ καλῇ. οἶδα πολλάκις ἀκούσας Ξενοφῶντος ἐπαινοῦντός τινα σώφρονα, καὶ καλὴν γυναῖκα; ΛΥ. νὴ, Δία, καὶ ὡς ἅρα τε ὁρῶν αὐτὴν, οὕτω διεκείμην, ὁπότε τὸν κατ' ἐκεῖνό που χρόνον ἀναγιγνώσκων ἐτύγχανον, καὶ μνονοῦχί καὶ ἀκούω λεγούσης αὐτῆς, ἃ πεποίηται λέγουσα, καὶ ὡς ὦπλιζε τὸν ἄνδρα, καὶ οἷα ἐκεῖ προπέμπουσα αὐτὸν ὅτι τὴν μάχην.

A Quòd autem per omnia amabili quadam elegantia niteat, hoc Gratiæ erit officium, aut potiùs omnium quotquot vſpiam ſunt Gratiæ atque Cupidines chorum ducentes. Quis talem imitatione aſſequi poſſit imaginem? POL. Diuinum quoddam opus producis ô Luciane, & profectò ab ipſo Ioue demiſſum cœlitus, & cuiuſmodi apud ſuperos abſolutum eſſe credibile eſt. Quid autem rei ipſam facientem vidiſti? LVC. Codicillos habebat in manibus, duabus partibus complicatos: videbatúrque alteram iam perlegiſſe, alterum verò etiamdũ legendo perluſtrare. Porrò autem inter pro-
B gredienduin neſcio quæ verba cum quadam ex pediſequis faciebat: neque enim tam clarè vt exaudiri poſſet, loquebatur: verũtamen tenuiter ridendo, ô Polyſtrate, dentes oſtẽdebat, Dij boni, quã albos, quàm mediocres, quàm aptè inter ſe cõſtitutos! Sicubi ſegmentum aut monile vidiſti pulcherrimũ nitidiſſimis & æquali magnitudine pollentibus margaritis cõfectum, tam concinna decentíque ſerie erant enati. Plurimum verò decoris & ornatus illis accedebat ex labiis perpulchrè rubentibus. Elucebant itaque ipſi
C Homerico ebori recenter ſecto ſimiles. Neque verò alij alios deformi latitudine excedebant, aut alij cæteris altiùs eminebant, aut præcedendo extabant, cuiuſmodi in multis eſt cernere, ſed erat vna omnibus æqualitas, idémque color, & magnitudo eadem, eâdem ſerie connexis. In ſumma, magnæ admirationis ſpectaculum de ſe præbebat, omnem humanæ formoſitatis venuſtatem exuperans. POL. Quieſce parũper. Iam enim planè intelligo quam tu mulierem dicas: his omnibus quæ dixiſti, atque adeò ex ipſa patria coniecturam facienti mihi cognita eſt, tum quòd eunuchos quoque illam comitãtes eſſe confirmaſti, & per Ioquem etiam milites. Regis vxorem ô beate, illam videlicet multis nominibus memorabilem tu memoras. LVC. Et quod
D illi nomen eſt? POL. Planè & illud nimis dulce & delicatũ ô Luciane, & omnibus modis amabile. Etenim cognominis eſt formoſæ illi Abradatæ cõiugi. Haud dubiè enim nouiſti, ſæpenumero audito Xenophõte modeſtam quampiã & formoſam admodum mulierẽ collaudante. LVC. Sanè per Iouem quaſi illam oculis coràm intuerer, ita animo affectus ſum quotieſcunque eum Xenophontis locum perlego: ac tantùm non illam loquentem audio, dum quæ facta ſint, commemorat, & quemadmodum maritũ armis induat, tum qualis erat eundem in pugnam emandans.

*Panthea ſcilicet. Vide lib. 6. & 7. Cyri.*

POL. Atqui tu,ô optime, illã tanquam fulgur prætercurrens ſaltem ſemel conſpexiſti: videríſque facilia & prompta illa, nimirum corpus & formam, illuſtrare laudibus: cæterùm dotes animi quibus prædita eſt, intuentium oculis non ſunt obuiæ: neque compertum habes quanto præcellat iſta pulchritudine qua mens illius exornata eſt, quæque corporis forma longè præſtantior, deabúſque cõformior eſſe ſolet. At ego, qui & familiaritate illi iunctus ſum, & ſæpe in colloquium veni, nimirum conterraneus illi exiſtens, planè earum rerum certus ſum. Quippe, quod nec tibi obſcurum eſſe opinor, mihi moris eſt morum ſuauitatem, humanitatem, animi magnitudinem, modeſtiam & pudicitiam formoſitati anteponere. Digna enim ſunt quæ modis omnibus corporis dotibus anteferantur: quoniam planè abſurdum foret, atque factu ridiculum, ſi quis veſtitus cultũ atque munditiem præ corpore admiraretur. Porrò autem ea mihi demũ omnibus numeris abſoluta pulchritudo eſſe videtur, quoties in idem concurrunt anima exculta virtutibus, & corpus amabili forma exornatũ. Omnino enim non paucas tibi commonſtrare poſſum corporis equidem & formæ elegãtia viſendas, & ſcitulas, & nitidas, cæterùm formæ præſtantiam morum fœditate deturpantes, adeò vt id quod ſolum in tam ſpecioſo corpore laudãdum fuerat, ferè emoriatur atque flacceſcat, reprehenſioni & turpitudini obnoxium, ac planè præter dignitatem, heræ tam prauæ, vitioſæ nimirum animæ, conuerſans. Et ſanè tales templis Ægyptiis iudicio meo videntur eſſe perſimiles. Illic enim ipſum quidem delubrum forinſecus pulcherrimum eſt, ſimul atque maximum, ſumptuoſis lapidibus extructum atque compoſitum: cæterùm ſi intus Deum requiſieris, aut ſimiam inuenies, aut ciconiam, aut hircum, aut felem. Eius generis mulieres non parum multas paſſim eſt cernere. Proinde corporis nitor & venuſtas non ſufficit, niſi veris & iuſtis ornamentis decorata & exculta ſit. Non autem dico vt veſtimentis purpureis & aureis, aut gemmeis monilibus exornata ſit, ſed iis quę prędixi, nempe morum elegantia, virtute, temperãtia, æquitate, humanitate, ac aliis, quocũque tandem fine comprehenduntur. LV. Proinde ô Polyſtrate ſermonem penſabis ipſa menſura (quod aiunt) aut etiam cumulatiùs (potes enim) ac quandã animi imaginem adumbratam nobis oſtẽdes, ne tãtùm ex dimidio illã admiremur. POL. Durã & difficilem mihi iniungis prouinciam ô amice:

*Pulchritudo abſoluta.*

*Ægyptiorum templa ridicula.*

ΠΟΛΥ. ἀλλ', ὦ ἄριστε, σὺ μὲν ὥσπερ τινα ἀστραπὴν παραδραμοῦσαν ἅπαξ εἶδες αὐτὴν, καὶ ἔοικας τὰ πρόχειρα ταῦτα, λέγω δὲ τὸ σῶμα καὶ τὴν μορφὴν, ἐπαινεῖν· τὴν δὲ τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν ἀθέατος εἶ; οὐδὲ οἶδα ὅσον τὸ κάλλος ἐκφυὸν ἔστιν αὐτῆς, μικρῷ τινι ἄμεινον, καὶ θεοφιλέστερον τοῦ σώματος. ἐγὼ δὲ, συνήθης γάρ εἰμι, καὶ λόγων ἐκοινώνησα πολλάκις, ὁμοεθνὴς ὤν, καὶ γὰρ ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, ὁ Ἴμερος καὶ Φιλάθηνον, καὶ ὁ μεγαλόφρων, καὶ σωφροσύνην, καὶ παιδείαν, πρὸ τοῦ κάλλους ἐπαινῶ· ἄξια γὰρ πρόκειται ταῦτα τοῦ σώματος· ἐπεὶ ἄλογον ἂν εἴη, καὶ γελοῖον, ὥσπερ εἴ τις τὴν ἐσθῆτα πρὸ τοῦ σώματος θαυμάζοι. ὁ δ' ἐντελὴς κάλλος, οἶμαι, τοῦτό ἐστιν, ὁπόταν ἐς ὁ αὐτὸ συνδράμῃ ψυχῆς ἀρετὴ, καὶ εὐμορφία σώματος. ἀμέλει πολλὰς δή σοι δείξαιμι, μορφῆς μὲν οὐ πεπαυσάσας, τὰ δ' ἄλλα αἰσχυνούσας· ὁ κάλλος, ὡς καὶ μόνον φθεγξαμένων, ἀποθανεῖν αὐτὸ, καὶ ἀπομυδαίνεσθαι, ἐλεγχόμενόν τε, καὶ ἀφημονοῦν, καὶ πρὸ ἀξίαν σεσυρόν, ποτνιᾶσθαί τινι δεσποίνῃ τῇ ψυχῇ· καί γε αἱ τοιαῦται, ὅμοιαί μοι δοκοῦσι τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς· κἀκεῖ γὰρ, αὐτὸς μὲν ὁ νεὼς, κάλλιστός τε, καὶ μέγιστος, λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἠσκημένος, καὶ χρυσῷ, καὶ γραφαῖς διαπρεπέσι· ἔνδον δὲ, ἰὼ ζητῆς τὸν θεὸν, ἢ πίθηκός ἐστιν, ἢ ἶβις, ἢ τράγος, ἢ αἴλουρος. τοιαύτας πολλὰς ἰδεῖν ἔνεστιν. οὐ τοίνυν ἀπόχρη ὁ κάλλος, ἰὼ μὴ κεκόσμηται τοῖς δικαίοις κοσμήμασι. λέγω δὴ οὐκ ἐσθῆτι ἀλουργεῖ, καὶ ὅρμοις, ἀλλ' οἷς πρέπον ἐκείνοις, ἀρετῇ, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ εὐπειθείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοις ταῦτα ὅρος ἐστίν. ΛΥΚΙΝ. σκοπῶ, ὦ Πολύστρατε, μῦθον αὖτε μύθου ἀμείψαι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, φασὶν, ἢ καὶ λαῖον, δυώσαι γὰρ, καί τινα εἰκόνα γραφόμενος τῆς ψυχῆς, ὑπόδειξον, ὡς μὴ ἐξ ἡμισείας θαυμάζοιμι αὐτό. ΠΟΛ. οὐ μικρὸν, ὦ ἑταῖρε, τὸ ἀγώνισμα προστάττῃς·

οὐ γὰρ ὅμοιον ὃ πᾶσι τοῖς φανὲς ἐπαινέσαι, καὶ τὰ ἄδηλα ἐμφανίσαι τῷ λόγῳ. καί μοι δοκῶ συνεργῶν καὶ αὐτὸς δεήσεσθαι τοῖς τὴν εἰκόνα, οὐ πλαστῶν, οὐδὲ γραφέων μόνων, ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων, ὡς τοῖς τοὺς ἐκείνων κανόνας ἀπολαβοῦναι τὸ ἄγαλμα, καὶ δῆξαι καὶ τὴν ἀρχαίαν πλαστικὴν κατεσκευασμένον. καὶ δὴ καὶ πεποιήσθω. αὐδήεσσα μὲν ὃ τοιοῦτον, καὶ λίγεια, καὶ ὃ, γλυκίων μέλιτος ἀπὸ τῆς γλώττης, τοῖ αὐτῆς μᾶλλον ἢ τοῖ τοῦ Πυλίου γέροντος ἐκείνου, ὁ Ὅμηρος αὖ εἴρηκε. πᾶς δὲ ὁ τόνος τοῦ φθέγματος, οἷος ἀπαλώτατος, οὔτε βαρὺς, ὡς εἰς ὃ ἀνδρῶδον ἡρμόσθαι, οὔτε πάνυ λεπτὸς, ὡς θηλύτατός τε εἶναι, καὶ κομιδῇ ἔκλυτος, ἀλλ' οἷος γλυκύτατ' αὖ παιδὶ μήπω ἠδάσκοντι, ἁδρὸς, καὶ τοιοῦτος, καὶ ὡραίως ὑποβεβυσμένος ἐς τὴν ἀκοὴν, ὡς καὶ παυσαμένης, ἔναυλον εἶναι τὴν βοὴν, καὶ τὴν λείψανον ἐνδιατρίβειν, καὶ τοιοῦτον ἀκούεσθαι τὰ ὦτα, καθάπερ ἠχώ τινα ὑποτεινούσης τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἴχνη τῶν λόγων μελιχρὰ ἄττα, καὶ πειθοῦς μεστὰ ὅτι τῆς ψυχῆς ἀπολιμπάνουσαν. ὁπότε δὲ καὶ ὃ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδοι, καὶ μάλιστα τοῖς τὴν κιθάραν, τότε δὴ ἂν ποτε, ὥσπερ μὴ σιωπᾶν τὰ ὦτα ἀλκυόσι, καὶ τέττιξι, καὶ τοῖς κύκνοις. ἄμουσα γὰρ ὡς τοῖς ἐκείνων ἅπαντα· καὶ τὴν Πανδίονος εἴπῃς, ἰδιώτις καὶ εἰκαίη, καὶ ἄτεχνος, εἰ καὶ πολυηχέα τὴν φωνὴν ἀφίησιν. Ὀρφεὺς δὲ, καὶ Ἀμφίων, οἵπερ ἐπαγωγότατοι ἐλέγοντο τῶν ἀκροατῶν, ὡς καὶ τὰ ἄψυχα ὑπικαλέσασθαι τοῖς τὸ μέλος, ἀνδρὶ αὖ, οἶμαι, εἰ γε ἤκουσεν, καταλιπόντες ἂν τὰς κιθάρας, παρεσκήκεσαν σιωπῇ, ἀκροώμενοι. ὃ γὰρ τῆς τε ἁρμονίας ὃ ἀκριβέστατον διαφυλάττει, ὡς μὴ παραβαίνειν τι τοῦ ῥυθμοῦ, ἀλλ' ὑγρᾷ τῇ ἀρσει, καὶ θέσει διαμετρεῖσθαι τὸ ᾆσμα, καὶ σιωπῶντ' ἐπὶ τὴν κιθάραν, καὶ ὁμοχρονεῖν τῇ γλώττῃ τὸ πλῆκτρον καὶ τὸ διαφὲς τῶν δακτύλων, καὶ τὸ διαμπὲς τῶν μελῶν, πόθεν αὖ τοῦτο ὑπῆρχε τῷ Θρᾳκὶ ἐκείνῳ, καὶ τῷ αὐὰ τὸν Κιθαιρῶνα μετὰ βουκολούντι, καὶ κιθαρίζειν μέλλοντι; ὥστε ἦν πόλε, ὦ Λυκῖνε, καὶ ἀδύσης αὐτῆς ἀκοὴν,

A neque enim perinde facile atque promptum est, ea quæ obscura sunt, oratione retegere, quàm id quod manifestum est omnibus, laude extollere. Videor verò & ipse ad hanc imaginem exprimendam multorum egens esse operæ, nō fictorum saltem & pictorum, sed philosophorum etiam, vt ad illorum canonē & regulam hoc simulacrum rectè absoluatur, & in lucem ad antiquam plasticen formatum producatur. Sed ad rem accingamur. Sit ergo primùm fandi facultate prædita, ac dulci voce instructa, vt orationem melle dulciorem de illius fluxisse veriùs quàm de senis illius Pylij concionatoris lingua, Homerus dixisse videatur. Omnis autem verborum & loquelæ tonus, cuiusmodi delicatissimus esse solet, neque nimiùm graui & aspero tinnitu insonet, quasi ad virilem vocem informatus sit: neque rursus nimiùm tenui, quasi impensè effœminatus aut fermè fractus sit, sed qualis esse solet pueri nondum pubescentis, dulcis & blandus, comiter & mansuetè in auditum semet inserens, vt etiā illa loqui desinente, verba audita iucundo murmure tinniant, ac quædam dulcissimæ vocis reliquię aliquantisper perdurent, auréque blando susurro circunsonēt. Tum quandam Echo alterna vocis imitatione auditum prorogantem imitétur, mellitissima quædam verborum vestigia, neque non persuasionis plenissima, in animo audientium relinquens. Cæterùm quando voce illa tinnula canere adorta fuerit, præcipuè verò ad citharam, tum verò tempus est ex æquo tacendi & halcyonibus & cicadis & canoris oloribus: aliena enim à Musis hæc sunt omnia, si ad hanc collata fuerint. Et si Pandionis natam dixeris, rudis & inepta est, quanquā vocem multisonam edere soleat. Orpheus autem & Amphion (à quibus maximè motos auditorum animos esse constat, quíque syluas & saxa sequentia cantus dulcedine ad se pertraxerunt) illi, vt ego opinor, si hanc audissent, posthabitis citharis adstitissent auscultantes cum silentio. Quippe omnes harmoniæ rationes accuratissimè obseruare, vt ne quid rhythmus deliret, sed tempestiua decentíque eleuatione atque depressione modulari ac emensurare concentum, præterea voce per omnia respōdere citharæ, vtque plectrum à lingua nō discrepet, aptíque digitorum tactus, & agilis membrorum flexibilitas, vndénam hæc suppetissent huic Thraci, ac illi in Cithęrone boues pascenti? Itaque Luciane, si quādo illam cantantem audieris,

*Vocis suauitas & sermonis.*

non ampliùs illatam à Gorgonibus monſtrificam vllam immutationem patieris, lapis factus ex homine, ſed Sirenum modulantium virtutem qualiſnam ſit cognoſces. Ita enim ſat ſcio adductus demulceberis, vt patriæ ac familiarium tibi obreptura ſit obliuio. Atque etiam auribus cera obſtructis, per cerã quoque oppoſitam penetrabit iucundiſſimæ vocis modulatio: tantam cantando voluptatẽ audientibus exhibet. Terpſichores aut Melpomenes aut Calliopes vocem dixeris, infinita & omnifaria aurium animorúmque demulcimenta in ſe complectẽtem. Vt vno verbo dicam, optarim cum primis talem mihi & tam cõcinnam modulandi rationem auditã, cuiuſmodi par eſt per talia labia & dentes illos emiſſam erumpere. Viſa verò eſt & tibi hæc eadẽ quam dico: itaque & auditam eſſe exiſtima. Sed enim exacta & perfecta linguæ eloquentia, ac vocis Ionicæ puritas, tum illa in familiari colloquio extemporalis dicendi facultas atque ſuauitas, quæ gratiis Atticis vbique conſperſa eſt, & condita, ne admiranda quidem eſt. Habet enim hoc à maioribus quaſi hæreditario iure patrium, neque alia ratione conueniebat illã in hac peregrinatione Athenienſium eſſe participem. Atqui ne illud quidem admiratione mihi proſequendum videtur, poëticis lectionibus illam voluptuosè oblectari & gaudere, eandémque multo iam tempore ſtudiosè in illis verſari, quando vnà cum Homero eiuſdem vrbis ciuis ſit & incola. Vnam equidem Luciane illius iucundæ & amœnæ vocis ac modulationis imaginem expreſſam eſſe vides, ſi quis tenuiter admodum exprimere ſtuduerit. Iam verò & alias non oſcitanter conſidera. Neque enim vnam ſaltem, ſicut tu, ex multis compoſitam conſilium eſt abſoluere, (nã hoc eſſet perexile & ieiunum, tum more graphico abſolutum, ex tot formis támque multiplicibus ſpeciebus hinc inde collectam vnam corporis pulchritudinẽ componere, ſibiipſi diſcrepantem) ſed omnibus animi virtutibus vna imago depingatur, imitata formam archetypi. LVCIA. Diem feſtum & epulas publicas omnifariam inſtructas mihi annuncias, ô Polyſtrate. Videris itaque multo cumulatiùs menſuram mihi remetiri. Proinde perge admetiẽdo: nulla enim nunc res eſt qua perinde mihi poſſis gratificari. POL. Ergo quoniã omnium honeſtarum liberalíumque diſciplinarum cognitio neceſſaria eſſe putatur, maximè verò earum quæ vſu ac meditatione conſtant, age & illam iam conſtituemus multifariam quãdam, ac multiplici venuſtate conſpicuã, ne qua in parte fingendi artificio te inferiores appareamus.

A οὐκέτι ὃ τὴν Γοργόνων μόνον ἔσῃ πεπονηὼς, λίθος ὀξ ἀνθρώπου γιγόμενος, ἀλλὰ καὶ ὃ τὴν Σειρήνων εἶσῃ, ὁποῖόν τι ἰῶ. πρεσπίξῃ γὰρ, ὡς οἶσθ', ὅτι κεκηλημένος, πατρίδος καὶ οἰκείων ἐπιλαθόμενος καὶ ἰῶ καρῶ ὀπτιφερέξῃ τὰ ὦτα, καὶ δεξὰ τῶ κηρῶ διαδύσεταί σοι ὃ μέλος. τοιοῦτόν τι ἄκουσμά ἐστι Τερψιχόρης τινὸς, ἢ Μελπομένης, ἢ Καλλιόπης αὐτῆς παίδευμα, μυρία τὰ θέλγητρα, καὶ πανηγύρια ἐν ἑαυτῷ ἔχον. ἑνί τε λόγῳ συμπελών, φαίην ἄν, τοιαύτης μοι τῆς ᾠδῆς ἀκούειν νόμιζε, οἵαν εἰκὸς εἶναι τὴν διὰ τοιούτων χειλῶν, δι' ἐκείνων B δὲ τῶν ὀδόντων ἐξιοῦσάν μοι. ἐῴκεσαν δὲ καὶ αὐτὸς, ἰῶ φημι, ὥστε ἐπακηκοέναι νόμιζε. ὃ μὲν γὰρ ἀκριβὲς τοῦτο τῆς φωνῆς, καὶ καθαρῶς Ἰωνικὸν, καὶ ὅτι ὁμιλήσαι σωμύλη, καὶ πολὺ τῆ Ἀττικῆ χαείτων ἔχουσα, σφόδρα θαυμάζειν ἄξιον· πάτριον γὰρ αὐτῇ, καὶ συγγενικὸν, σφόδρα ἄλλως ἐχρῆν, μετέχουσάν τῆς Ἀθηναίων καὶ τῆδε ἀποικίας. σφόδρα γὰρ οἶμαι σκῶπτε θαυμάσαι ἄν, εἰ καὶ ποιήσῃ χαίρῃ, καὶ τὰ πολλὰ ταύτῃ ὁμιλῇ, τῆ Ὁμήρου πολίτιδι ὕσα. μία μὲν δή σοι, ὦ Λυκῖνε, καλλιφωνίας αὕτη, καὶ ᾠδῆς εἰκὼν, ὡς ἄν τις ὀπὶ ὃ ἔλαττον εἰκάσῃε. σκόπει δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας, οὐ γὰρ μίαν ὥσπερ σὺ δὴ ἐκ πολλῶν συνῃρεῖς, ὀπτιδέξαι διέγνωκα, ἦττον γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συντελεσθὲν, κάλλιστα τοσαῦτα, καὶ πολύιδές τι ἐκ πολλῶν ἀποτελῶν αὐτὸ αὑτῷ ἀνθαμιλλώμενον, ἀλλ' ἀφ' ἁπάσης τῆς ψυχῆς ἀρεταὶ, καθ' ἑκάστην, εἰκὼν μία γεγράφῃ πρὸς ὃ ἀρχέτυπον μεμιμημένη. ΛΥ. ἑορτὴν, ὦ Πολύστρατε, καὶ πανδαισίαν ἐπαγγέλλῃ. ἔοικας δή' οὖν λαῶν ὡς ἀληθῶς ἀποδώσειν μοι ὃ μέτρον. ὀπτιμέτρῃ δή' οὖν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν ἄλλο ποιήσας, μᾶλλον χαρείσαιό μοι. ΠΟ. οὐκοῦν ὀπῶν πάντων καλῶν παρθείαν ἡτεῖσθαι ἀκοήν, καὶ μάλιστα τούτων, ὁπόσα μελέτης, φέρε καὶ ταύτην ἤδη συνηρώμεθα, ποικίλην μέντοι, καὶ πολύμορφον, ὡς μηδὲ καθ' ἓν τοῦτο ἀπολειπώμεθα τῆς σῆς πλαστικῆς.

καὶ δὴ γεγράφθω πάντα συλλήβδην τὰ ἐκ τῆς Ἑλικῶνος ἀγαθὰ ἔχουσα, οὐχ ὥσπερ ἡ Κλειὼ, καὶ ἡ Πολύμνια, καὶ ἡ Καλλιόπη, καὶ αἱ ἄλλαι, ἕν τι ἑκάστη ὑπισταμένη, ἀλλὰ πασῶν, καὶ μᾶλλον ἔτι, τὰ Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος. ὁπόσα γὰρ ἡ πειθὼ μέθεσις ἀφηκοσμήσατο, ἐξειλοχασιν, ἡ συγγραφὴς ἰσορήκασιν, ἡ φιλόσοφοι προήνεγκαν, πᾶσι τούτοις ἡ εἰκὼν κεκοσμήσθω· οὐκ ἄχρι τοῦ ὑπιχρῶσθαι μόνον, ἀλλ' ἐς βάθος δύσποτοις πισι φαρμάκοις ἐς τέλος καταβαφῆσα. καὶ συγγνώμη, εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ὑποδεῖξαι τούτης δυναίμην τῆς γραφῆς. ἡ γὰρ ἐμὴ ὅ, τι τοιοῦτον ἐν τοῖς πάλαι, παιδείας πέρι μνημονεύεται, πολλοῦ δεῖ· εἰ γε δοκεῖ, ἀπαρκείσθω καὶ αὕτη· ἡ μεμνῆσθαι γὰρ, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. ΛΥΚ. καλλίστη μοι, ὦ Πολύστρατε, καὶ πάσας τὰς γραμμὰς ἀπηκριβωμένη. ΠΟ. μετὰ δὲ ταύτην, ἡ τῆς σοφίας καὶ συνέσεως εἰκὼν γραπτέα. δεήσει δὲ ἡμῖν ἐνταῦθα πολλῶν τῶν παραδειγμάτων, ἀρχαίων τῶν πλείστων, ἑνὸς μοι καὶ αὐτοῦ Ἰωνικοῦ. γραφὴς δὲ, καὶ δημιουργοὶ αὐτοῦ, Αἰσχίνης, Σωκράτους ἑταῖρος, καὶ αὐτὸς Σωκράτης, μιμητὼτατοι τεχνῶν ἀπάντων, ὅσῳ καὶ μετ' ἔρωτος ἔγραφον. πολὺ δὲ ἐκ τῆς Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ἣ καὶ ὁ Ὀλύμπιος θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς συνῆν, οὐ φαῦλον συνέσεως παράδειγμα προθήσομεν, ὁπόσον ἐμπειρίας παραμάττων, καὶ ὀξύτητος ἐς τὰ πολιτικὰ, καὶ ἀγχινοίας, καὶ δριμύτητος ἐκείνη προσῆν, τοῦτο πᾶν ὅτι πολὺ ἡμετέραν εἰκόνα μεγαλύνομεν ἀκριβεῖ τῇ σάθμῃ. πολὺ ὅσον ἐκείνη μὲν μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, αὐτὴ δὲ καταπαγὰ ὃ μέγεθος ἔσται. ΛΥΚ. πῶς τοῦτο φῄς; ΠΟΛ. ὅτι, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἰσομεγέθεις εἶναι φημὶ τὰς εἰκόνας, ὁμοίας οὔσας· οὐ γὰρ ἴση, οὐδὲ ἐοικυῖα Ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παροῦσα τῶν Ῥωμαίων δύναμις. ὥστε εἰ καὶ τῇ ὁμοιότητι ἡ αὐτὴ, ἀλλὰ τῷ μεγέθει γε ἀμείνων αὕτη, ὡς ἂν ἐπὶ πλατυτάτου πίνακος καταγεγραμμένη. δεύτερον δὲ καὶ τρίτον παράδειγμα,

A Et sanè ita pingatur, vt omnia bona comprehensim possideat, quibuscunque Helicon affatim atque abundanter affluit: nequaquam verò vt Clio aut Polymnia, aut etiam vt Calliope, vtque omnes aliæ, quarum vnaquæque vnius tantùm rei perita excellenter præcellit: verùm nostra omniũ ex æquo gnara & prudens sit: præterea nec minùs Mercurij atq; Apollinis dotibus prædita sit. Quæcunque enim poëtæ lepidissimis celebrata versiculis in lucẽ dederunt, quæcũque à scriptoribus classicis, literis ac memorię prodita sunt, quæcunque philosophi extulerunt laudibus, hisce simul omnibus imago præ- B clarissimè exornata sit. Neque verò tantùm penicillo obiter colorata, sed pigmentis penitus imbuta, & ad satietatem vsque tincta sit. Et ignoscendum est, si nullum huius picturæ archetypũ queam ostendere: neque enim vspiam in veteribus de eiusmodi absoluta disciplinarum cognitione facta extat mentio. Veruntamen, si videtur, & hæc sacra superis dedicetur: neque enim, vt mea fert ratio, vspiam culpari potest. LVCIA. Elegantissima profectò, ô Polystrate, ac omnibus cùm numeris tum lineis absolu- C ta. POL. Iam deinceps post hanc ipsius quoque sapientiæ & intelligentiæ imago depingenda est. Opus autem nobis erit ad hanc absoluendam exemplis quamplurimis, præcipuè verò multis veteribus, ac vno quidem, & illo Ionico. Cæterùm pictores & artifices illius erunt Æschines familiaris Socratis, atque ipse etiam Socrates, imitãdi dexteritate omnes longo interuallo post se relinquentes, qui aliqua cũ gratia & Venere vnquam pinxerunt aliquid. Aspasiam porrò illam Milesiam, quâ cum & Olympius ipse maximè admirandus conuersatus est, exem- D plum intelligentiæ non malum proponentes, quanta rerum peritia, quanto in officiis ciuilibus acumine, quanta denique industria atque solertia perpolita fuerit, hoc omne ad nostram hanc imaginem translatum accurata amussi applicabimus, præterquã quòd illa modica in tabula depicta fuerat, hæc verò colossæa pollet magnitudine. LVC. Quorsum ista dicis? POL. Quoniam ego Luciane, nequaquam æqualiter magnas imagines esse opinor similes existentes. Nequaquam enim similis est vetus Athenienſium Resp. ac præsens Romanorum potentia. Itaque etsi similitudine illa respondeat, hæc tamen potior est magnitudine, veluti in latissimam depicta tabulam. Deinde secundũ & tertium exemplum, si lubet producamus,

nimirum illam Theano, ac versificatricẽ Lesbiam, vnà cum Diotima. Theano quidem animi magnitudinem ad picturam conferet: Sappho autem institutę vitæ iucunditatem adferet. Porrò Diotimę non tantùm vt illam laudauit Socrates, similis erit, verùm illi omnibus ingenij ornatissimis dotibus comparata respondebit. Itaque & hanc Luciane imaginem dedicatam suspende. LVC. Per Iouem Polystrate nimiùm admirandam. Sed enim tu ô amice alias quoque benignitatis ac humanitatis imagines perge depingere, quæ morum mansuetudinem, tum placidam erga egentes comitatem consueuit ostendere. POL. Proinde & illa Theani comparetur illi, nempe Antenoris coniugi, neque non Aretæ, & filiæ eius Nausicaæ: præterea si qua alia in fortunæ indulgentis affluẽtia animi modestiam obtinuit. Deinceps verò post hanc Modestiæ imago depingatur, ac ostensę erga conuersantem beneuolentię, vt iuxta illam Icari filiam maximè modesta & pudica sit, quemadmodum ab Homero adumbrata est. Talem enim Penelopes effinxit imaginem, atque etiam per Iouem propter nominis affinitatem, etiam Abradatæ coniugis, cuius paulo antè mentionem fecimus. LVC. Omnibus profectò modis & hanc præclarè absoluisti imaginem ô Polystrate: iámque fermè exprimendarum imaginum finem attigisti: nullas enim animi ac laudum partes prætermisisti. POL. Nondum omnes: summum enim & maximæ laudis caput omissum est. Dico verò, cùm in tantam rerum magnitudinem euecta sit, vt neque fastu ob blandientis fortunæ prosperitatem intumescat, neque vltra humanæ sortis mensuram efferatur, temere fortunæ confidens, sed seruata æquabilitate animi, se ipsam cohibeat, nihil procacius aut insolẽtius, quod aliis foret molestię, animo concipiens, sed vt erga accedentes populariter affecta sit, ac dextris copulatis eosdem benignè atque amãter suscipiat. Tãto enim his quibuscũ sermonem conferunt, sunt acceptiores, quãto altiori fortuna euectę, nihil superbi fastidij, aut contemptus tragici præ se ferunt: veluti omnes illi qui sua potentia non in hoc vtuntur, vt procaciter contemnant alios, sed potiùs vt benignè aliorũ subleuent inopiã, illi soli acceptis à fortuna bonis maximè digni habẽdi sunt: ac soli illi inuidentię malum possunt effugere.

A Θεανώ τε ἐκείνη, καὶ ἡ Λεσβία μελοποιός, καὶ Διοτίμα ὅτι τοιαύτας. ἡ μὲν, ὁ μεγαλόνοια, ἡ Θεανὼ, συμβαλλομένη εἰς τὴν γραφήν· ἡ Σαπφὼ δὲ, ὁ γλαφυρὸν τῆς παιδεύσεως. τῇ Διοτίμᾳ δὲ, οὐχ ἁ Σωκράτης ἐπῄνεσεν αὐτὴν, ἐοικυῖα ἔσται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην σωφροσύνην τε, καὶ συμβουλίαν. τοιαύτη σοι καὶ αὐτὴ, Λυκῖνε, αἰακείσθω ἡ εἰκών. ΛΥΚ. νὴ Δί', ὦ Πολύστρατε, θαυμασίως ἔσα. σὺ δὲ, ἄλλας γράφε, τὰς τῆς χρηστότητος, ὦ ἑταῖρε, καὶ φιλανθρωπίας, ἃ ὁ ἥμερον ἐμφανίζ τὸ τρόπου, καὶ
B πρὸς τοὺς δεομένους παρίσωσι. ΠΟ. Εἰκάθω οὖν καὶ αὐτὴ Θεανοῖ τε ἐκείνῃ τῇ Ἀντηνόρος, καὶ Ἀρήτῃ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῆς τῇ Ναυσικάᾳ, καὶ εἴ τις ἄλλη ἐν μεγέθει πραγμάτων ἐσωφρόνησε πρὸς τὴν τύχην. ἐξῆς δὲ μετ' ταύτην, ἡ τῆς σωφροσύνης αὐτῆς γεγράφθω, ἐπὶ τῆς πρὸς τὸν συνόντα εὐνοίας, ὡς κατὰ τὴν τοῦ Ἰκαρίου μάλιστα εἰς τὴν σώφρονα, καὶ τὴν περίφρονα, ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου γεγραμμένην. τοιαύτην γὰρ τὴν τῆς Πηνελόπης εἰκόνα ἐκεῖνος ἔγραψεν, ἡ κὴ, νὴ Δία,
C κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῆς, τὴν τοῦ Ἀβραδάτα, ἧς μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμνημονεύσαμεν. ΛΥ. παγκάλλιστα καὶ ταύτην, ὦ Πολύστρατε, ἀπειργάσω, καὶ σχεδὸν ἤδη τέλος σοι ἔχουσιν αἱ εἰκόνες· ἅπασαν γὰρ ἐπελήλυθας τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ μέρη ἐπαινῶν. ΠΟ. οὐχ ἅπασαν· ἔτι γὰρ τὰ μέγιστα τῶν ἐπαίνων παρείλειπται. λέγω δὲ ὃ οὐ τηλικούτῳ ὄγκῳ φρονοῦντα αὐτὴν, μήτε τύφου ὅτι τῇ εὐπροξίᾳ περιβάλλεσθαι, μήτε ὑπὲρ ὃ ἀνθρώπινον μέτρον ἐπαίρεσθαι, πιστεύσασαν τῇ τύχῃ· φυ-
D λάττειν δὲ ὅτι τοῦ ἰσοπέδου ἑαυτὴν, μηδὲν ἀπρεπὲς καλὸν ἢ φορτικὸν φρονοῦσαν, καὶ τοῖς προσιοῦσι δημοτικῶς τε, καὶ οὐ τοῦ ὁμοίου προσφέρεσθαι, καὶ δεξιώσεις, καὶ φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι. τοσούτῳ ἡδίους τοῖς προσομιλοῦσιν, ὅσῳ καὶ πολὺ μείζονος ὄμπρος γενόμενα, τοσοῦτον πραγικὸν ἐμφαίνουσιν· ὡς ὁπόσοι τῷ μέγα δύνασθαι μὴ πρὸς ὕβριν, ἀλλὰ πρὸς εὐποιΐαν, ἐχρήσαντο, ὅτοι καὶ ἄξιοι μάλιστα τῶν παρὰ τῆς τύχης δοθέντων ἀγαθῶν ὠφθησαν. καὶ μόνοι δὴ οὗτοι δικαίως τὸ ὑπίφθονον διαφεύγειν. οὐ-

δεὶς γὰρ ἀὼ φθονήσε τῷ ἐπιφέροντι, ὡ A Nemo enim facilè ei fortunato inuidebit, quem prosperis rebus affluentibus moderato vtentem animo conspexerit, neque iuxta Aten Homericam illam super hominum capita incedentem, ac inferiorem calcantem. Quod plerunque euenire solet iis qui humili atque abiecto sunt animo, fortunæ arridentis procacitate intemperanter efferati. Postea enim quàm à fortuna nil tale sperantes, ex improuiso sublimes in currum quēdam volatilem euecti sunt: intra fortunæ mediocritatē consistere nequeunt, neque deorsum elatos torquent oculos, sed semper nituntur in arduum. Quare non rarò velvti Icarus liquefacta illis quàm celerrimè cera, ac alis defluentibus, per præceps in marinos fluctus deuoluuntur, spectatoribus risum exhibentes. Quotquot autem instar Dædali, alarum vtuntur remigio, neque admodum in sublime elati volant, certè quòd alæ ex cera illis conglutinatæ sunt, rerum autem abundantiam ad humanæ vitæ societatem subleuādam expromunt, neque non contenti sunt saltem ab vndis paulo altiores inferri, adeò vt crebrò etiā alas volando humefaciant, nec solis æstui & feruoribus easdē liquefaciendas exhibent, illi tutò iuxta ac moderatè volatu vtūtur: quem cursum quispiam & in hac maximis efferre laudibus iure optimo possit. Quocirca dignissimū etiam ab omnibus fructum percipit, optantibus vt hæ alæ quamdiutissimè illi permaneant, bonis subinde affatim affluentibus. LVC. Sic quidem fiat, ô Polystrate: neque enim corporis venustate solùm conspicua est, vt Helenam admiranda forma fuisse cōstat: sed animo quoque lepido & amabili talibus expolita dotibus spectantes ad se allicit. Digna verò magno illo rege, māsueto existente & affabili, habenda est, vt hac quoque præcipua fœlicitatis parte cū alijs bonis innumeris quibuscunq; amplissimè instructus est, fruatur: vt sub illius imperio ea quoque forma & virtute mulier nata sit, & quę cum illo cōuersans arctissimo desiderio eum cōplectatur. Quippe haudquaquam mediocris fœlicitatis mulier existimanda est, de qua aliquis Homericum illud cōmodissimè dicere possit, quòd cum aurea Venere de formositatis palmario contendere possit, ingeniosis autem operibus Mineruam æquiparare. Neque facilè quispiā ex omni mulierum numero aliquam illi comparabit, neque corporis neque ingenij gloria, vt idem ait Homerus,

μετεωρίζοντα ὅτι τοῖς δυτυχήμασιν αὐτὸν ὁρᾷ, καὶ μὴ κατὰ τὴν Ομήρου ἄτην ἐκείνην ἐπ' ἀνδρῶν κεφάλατα βεβηκότα, καὶ ὑποδεέστερον πατοῦντα. ὅπερ οἱ ταπεινοὶ τὰς γνώμας, πάσχουσιν ἀπειροκαλία τῆς τύχης· ἐπειδὴ αὐτοῖς ἡ τύχη μηδὲν τοιοῦτον ἐλπίσασιν, ἄφνω διαβιβάσῃ ἐς τοῦψηλόν τι, καὶ μετάρσιον ὄχημα, οὐ μὴ ὁρῶσιν ὅτι τῶν ὑπαρχόντων, οὐδὲ ἀφορῶσι κάτω, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὸ ἀίσσειν βιάζονται. τοιγαροῦν ὥσπερ ὁ Ικαρος, ταχέντος αὐτοῖς τάχιστα τοῦ κηροῦ, καὶ τῶν πτερῶν πτερρυέντων, γε- B λῶσι ὀφλισκάνουσιν ὅτι κεφαλὴ εἰς πέλαγη καὶ κλύδωνα ἐμπίπτοντες. ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον ἐχρήσαντο τοῖς πτερυγίοις, καὶ μὴ πάνυ ἐπηρθησαν, εἰδότες ὅτι οὐκ κηροῦ ἦν αὐτοῖς πεποιημένα· ἐπαμύνασθαι δὲ πρὸς τὸ δυσφορώτερον τοῦ φορεῖν, καὶ ἡλάπησαν ὑψηλότεροι μόνον τῶν κυμάτων ἐπελθόντες, ὥστε μόνοι νοτίζεσθαι αὐτοῖς ἀεὶ τὰ πτερά, καὶ μὴ πρόσχρη αὐτὰ μόνῳ τῷ ἡλίῳ, οὗτοι δὲ ἀσφαλῶς τε ἅμα καὶ σωφρόνως διέπτησαν. ὅπερ καὶ C τοῦτον ἄν τις μάλιστα ἐπαινέσαι. τοιγαροῦν καὶ ἄξιον τοῦδε πόντων ἁπολαμβάνειν τὸν καρπὸν, δυσμόρων ταῦτά τε αὐτῷ διαμεῖναι τὰ πτερά, καὶ ὅτι πλεῖον ὑπάρξῃ πάλαι. ΛΥΚΙΝΟΣ. καὶ οὕτως, ὦ Πολύστρατε, γενέσθω. ἀξία γὰρ οὐ τὸ σῶμα μόνον, ὥσπερ ἡ Ελένη, καλὴ οὖσα, καλλίων δὲ καὶ ἐρασμιωτέρα τὸν αὐτὸν τρόπον ἀνθρώπων ἐπὶ τὸ ψυχῇ σκέπουσα. ἔφερε δὲ καὶ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ, χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι, καὶ τοῦτο μὴ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ὁπόσα D ἔστιν αὐτῷ, δυσμενῆσαι, ὡς ἐπ' αὐτῷ καὶ φύσαι γυναῖκα τοιαύτην, καὶ σωσθῆναι αὐτῷ, ποθεῖν αὐτόν. οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο δύσμενημα γυνὴ, τοιῆς ἄν τις ἀληθῶς ὁ Ομηρικὸν σχῆμα εἴποι, χρυσείῃ μιν αὐτὴν Αφροδίτῃ εἰκέλην ὁ κάλλος, ἔργα δὲ, αὐτὴν Αθηναίῃ ἰσοφαρίζειν. γυναικὸς γὰρ σωφρόνως οὐκ ἄν τις προβλητείη αὐτῇ, οὐ δέμας, οὐδὲ φυὴν, φησιν Ομηρος, *Iliad.*

neque item mente, & artificiosis operibus. POL. Vera sunt quæ dicis, ô Luciane. Quare si consultum factu tibi videtur, commixtis iam in vnum imaginibus, & ea quam tu corporis effinxisti, & iis quibus ego mentis ingeniique dotes adumbraui, vnam ex omnibus compositam collecto libello omnibus contemplandam admirandámque exhibeamus, & iis qui hoc ætatis degunt apud superos, tum etiam illis qui paulo pòst futuri sunt. Itaque longè, vt mea fert opinio, hæc erit stabilior & diuturnior, quàm vlla fuit aut Apellis imago, aut Parrhasij, aut Polygnoti. Eáque ipsa multo plus gratiæ spectantibus exhibuit, quatenus non ex ligno aut cera aut coloribus formata, sed solertia atque industria à Musis ad hoc adscitis expressa est: quæ haud dubiè imago omnium accuratissimè absoluta futura est, & corporis elegantiam, & virtutes animi iuxtà contemplandas ostendens.

A οὔτ' ἀρ' φρένας, οὔτέ τι ἔργα. ΠΟΛΥ. ἀληθῆ φὴς, ὦ Λυκῖνε, ὥστε εἰ δοκεῖ, αἰαμίξαντες ἤδη τὰς εἰκόνας, ἰὼ τε σὺ ἔπλασας, τὸ τοῦ σώματος, καὶ ἃς ἐγὼ τῆς ψυχῆς ἐγκαλάμους, μίαν ἐξ ἁπασῶν συνθέντες, βιβλίον καταθέωμεν, πρόχειρον ἅπασι θαυμάζειν, τοῖς γε νῦν οὖσι, καὶ τοῖς ὑστερον ἐσομένοις. μνημοτέρα γοῦν τοῦ Ἀπελλοῦ, καὶ Παρράσιου, καὶ Πολυγνώτου γέγοιτ' ἄν, καὶ αὐτὴ εἰκαίνη τοῦδε πολὺ τοῦ τοιούτων κεχρωσμένη, ὅσῳ μὴ ξύλου, καὶ κηροῦ καὶ χρωμάτων πεποίηται, B ἀλλὰ τοῖς τοῦδε Μουσῶν ὀργάνοις εἴκασται, ἥκιστ' ἀκριβεστάτη εἰκὼν γένοιτ' ἄν, σώματος κάλλος, καὶ ψυχῆς ἀρετὰς ἅμα ἐμφαίνουσα.

## ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ.

## PRO IMAGINIBVS. Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Apologia hæc est eorum quæ superiore dialogo, nimio extollendi studio, vltrà quàm decet, ac pium est, de Panthea dicta videri poterant. Priore igitur loco Polystratus accusationem ac reprehensionem Pantheæ recensèt, quæ hisce duobus capitibus potissimùm continetur. Primò, quòd immodicè ac nimiùm illã laudarit Lucianus. Deinde quòd etiam cum Dijs illam comparârit: quorum prius contra modum atque officium verè laudantium sit, & adulatoris speciẽ præ se ferat: alterum verò etiam impium, & periculosum, & ab illius natura & ingenio alienum: adeóque contraria sibi ipsi facere Lucianum, qui cùm tantùm illius modestiã prædicet, interim vltra Deos eandem efferat. Hanc accusationem postea etiam ex sua persona confirmat Polystratus, hortatúrque vt scriptum siue encomium hoc mutet. Ad quæ Lucianus ita respondet, primùm, vt dicat se neque adhucdum satis laudasse illam, nedum nimiùm: & quicquid huius fecerit, ex libertate atque officio laudatorum feciſſe: neque hoc adulatorum esse: nam alia ratione alióque fine adulatores laudare, atque verè laudantes: eáque omnia exemplis ac rationibus ostendit. Alterum autem, quòd illam cum Diis contulerit, ita defendit, non esse in eo aliquam impietatem, aut insolentiam. Neque enim illam cum Diis ipsis, sed cum eorum imaginibus ac statuis comparasse. Deinde etiamsi hoc feciſſet, aliorum tamen exempla extare, quibus factum hoc suum tueatur, qui non modò homines cum Diis contulerint, sed & Deorum nomina sibi vsurparint. Ideóque non esse periculum hinc aliquod metuendum, cùm idem antea tam multi etiam philosophi fecerint.*

POLYSTRATVS. LVCIANVS.

POLYSTRATVS. EGO, Luciane, inquit mulier, aliàs quidem magnam tuam erga me beneuolentiam euidenter perspexi: tum etiam honorẽ ex libello edito per te mihi habitum, nõ obscurè animaduerti. Neque enim ita effusè quispiã me laudaret, nisi beneuolẽtia adductus talia scri-

C Γώσοι, ὦ Λυκῖνε, φησὶν ἡ γυνὴ, τὰ μὲν ἄλλα, πολλὴν σοῦ τὴν εὔνοιαν ἔγωγε ἐμοὶ, καὶ τιμὴν ἐν τῷ συγγράμματος. ἃ γὰρ αὐτὸς οὐκ ἂν ἄλλος τις, εἰ μὴ καὶ μετ' εὐνοίας σπου-

γράφετο. Ὃ γὴ ἐμὸν ὡς αὖ εἰδῆς, τοιόνδε ἐστίν· ὅδε ἄλλως μὲν χαίρω τοῖς καλοκαγαθοῖς τὸν ἔπαινον, ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, μόνοι ἐγὼ, καὶ ἥκιστα ἐλεύθεροι τὴν φύσιν. ὅταν γὴ τοῖς ἐπαίνοις ῥᾳδίως, ὅταν τις ἐπαινῇ με, φορτικῶς καὶ ὑπερμέτρως ποιούμενος τὰς ὑπερβολάς, ἐρυθριῶ τε, καὶ ὀλίγου δεῖν διαφθείρομαι τὰ ὦτα, καὶ ὁ τοιοῦτος γέλως μᾶλλον ἢ ἔπαινος οἰκεῖός μοι δοκεῖ. μέχρι γὰρ τοῦ δεῖ, οἱ ἔπαινοι ἀνεκτοί εἰσιν, εἰς ὅσον αὖ ὁ ἐπαινούμενος γνωρίζῃ ἕκαστον τῶν λεγομένων πρὸς ἑαυτόν. ὃ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, ἀηδέστερον ἤδη, καὶ κολακείᾳ ἔοικε. καίτοι πολλὰς οἶδα, ἔφη, χαίρουσας, εἴ τις αὐτὰς ἐπαινῶν, καὶ ἃ μὴ ἔχουσι προσαπτοι τῷ λόγῳ· εἰ γρόνσας ὀνομαζούσας, δυσαρμοζούσας τῆς ἀκμῆς· ἢ ἀμόρφοις οὔσαις, ὃ Νιρέως κάλλος, ἢ ὃ Φάωνος προσειδεῖν. οἴονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπαίνων ἀναγήσασθαι σφίσι καὶ τὰς μορφὰς, καὶ αὖθις ἀνηβήσαι αὖθις, ὡς περ ὁ Πελίας φέρεται· ὃ γ', οὐκ ἄτοπος ἔοικε. πολλῶν γὰρ αὖ ὁ ἔπαινος ἐμοὶ πικρὸς, εἴ τι καὶ ἔργον αὐτῶν ἀπολαῦσαι δύναται ἐμοῦ ἐκ τῆς τοιαύτης ὑπερβολῆς. νικῶ γ', ὁμοίως μοι δοκοῦσιν, ἔφη, πάλαι, ὡς περ αὖ εἴ τινι ἀμόρφῳ προσωπεῖον εὔμορφον ὑποθείη τις φέρων, ὁ γὲ μέγα ὅτι τῷ καλλωπιστῇ φρονοίη, καὶ ταῦτα, πρεσβυτέρῳ ὄντι, καὶ ὑπὸ τῶν τυχόντος σεσωτευμένῳ δυσαρμόστῳ· ὅτε καὶ γελοιότερος αὖ φαίνοιτο, αὐθωρόπους φανείς, οἷος ὢν ὑφ' οἵῳ κέκρυπτο· ἢ καὶ, μὰ Δί', εἴ τις ὑποδησάμενος κοθόρνους, μικρὸς αὐτὸς ὤν, ἐρίζοι πρὸς μετέωρος τοῖς ἀπὸ ἰσοπέδου ὅλῳ πήχει ὑπερέχουσιν. ἐμέμνητο γὰρ καὶ τοιούτου τινός· ἔφη γυναῖκά τινα τῶν ὀπισθαφαιῶν, τὰ μὲν ἄλλα, καλὴν καὶ κόσμιον, μικρὸν γὲ, καὶ πολὺ τῶν συμμέτρων ἀποδέουσαν, ἐπαινεθῆναι πρός τινος ποιητοῦ ἐν ἄσματι, τάττε ἀγαθὴ καὶ ὅτι καλή τε καὶ μεγάλη ἦν· αἰσχίστῳ δ' αὐτὴν εἰκάζειν σκῆνος ὃ βύμηκές τε, καὶ ὄρθιον· τὸν μὲν δὴ γαννυμένῃ ὦ ἐπαινέσῃ, καθάπερ αὐξανομένην πρὸς ὃ μῆκος, καὶ τὸν χεῖρα ὀρθοῦσθαι·

A beret. At vt nescius non sis quo ego sim animata animo, sic de me planè persuasum habe: Neque aliàs quidem hominibus ad assentandum eruditis gaudere soleo, sed qui sunt eiusmodi, subdoli prestigiatores mihi esse videntur, ac minimè natura liberi. Cæterùm in laudibus quoties quispiam præter modum me extulerit, modestis ac immoderatis amplificationibus attollens atque exaggerans omnia, pudore quodã afficior, nec parum abest quominùs ferè semper aures obstruere soleã. Eáq; res subsannatione magis & risu quã laude mihi digna videtur. Eatenus enim laudes tolerabiles atque
B ferendæ sunt, quatenus ille qui laudatur, sibi conscius est, ab his quæ dicuntur, se non discrepare, sed parẽ esse encomio. Quodcunque super hoc additum fuerit, alienum est, & apertæ assentationis suspicione non carebit. Atqui ego permultos noui, inquit, quibus voluptati est si quis eos laudibus cohonestans, etiam ea orationi adiecerit, à quibus longè latéque alieni sunt: veluti si quis confectæ ætatis vetulos ob iuuenilium annorum vigorem felices pronunciauerit: aut illis qui informi sunt corpore, Nirei aut Phaonis adiũ-
C gat pulchritudinem. Siquidem arbitrantur immodicis laudũ testimoniis suas formas immutatum iri, & senem denuo repubescere: qua in opinione Peliam quoque fuisse non sum ignara. Hoc verò longè secus se habet: nã laus res esset quantiuis precij, si illa quoque re perinde frui possemus ex eiusmodi dementiente superiectione. Iam verò tale quiddam mihi pati videtur, inquit, ita falsò laudati, ac si quis cuipiam turpi facie atque deformi, laruam admodum venustam afferens apponat, porrò ille ob pulchritudinem sibi vehementer placeret; præsertim cũ hæc
D ab illo auferri possit, & ab occurrente cõminui: vnde maiori quoque risu subsannandus foret, natiuæ faciei deformitate detecta, quã adscititia forma occultauerat. Aut per Iouem, si quis pusilla statura existens, indutis cothurnis super magnitudine contendat cum iis qui toto cubito ex æquo illi collati eum excederent. Mentionem faciebat & huiusmodi cuiuspiam. Aiebat, mulierem quandam ex matronis primariis, aliàs quidem pulchram & lepidam, corpore autem pusillam, & cui multum de iustæ staturæ mensura deesset, à quodam poëta carminibus celebratam, cùm ob alias quidem virtutes quamplurimas, tum quòd forma esset scitula, & corpore magno & prægrandi: cuius staturam & longitudinis rectitudinem assentator ille Populo conferre non dubitabat. Cæterùm illam laudum illecebris vehementer lætatã esse, quasi mendaci carminis assentatiuncula aliquid exiguo corpusculi modulo accessisset; manúmque gestiendo concussisse:

porrò autem poëtam hoc illi crebriùs occinuisse, cùm videret mulierem laudibus vehementer delectari: donec quispiam ex præsentibus admoto ad aurem eius capite, dixisset illi, Desine ô amice, ne mulierem etiam exurgere facias. Non dissimile quiddam huic, multo tamen magis ridiculum, affirmabat fecisse Seleuci vxorem Stratonicèn, quæ poëtis oblato talento certamen proposuit, quicunque maiori arte atque ingenio eius comam laudibus illustrasset. Atqui caput habebat turpi deformatum caluitio, cui ne pauci quidem capilli inerant. Sed enim cùm deformiter calua esset, omnibus exploratum habentibus, ex diuturno morbo ægrotanti capillos defluxisse, nihilo secus tamen audiebat à poëtis execrandis illis assentatoribus, hyacinthinos illius crines dicentibus, & molles quospiã capillorum globos nectentibus, ac apiis nusquam existentem cæsariem comparantibus. Itaque hæc omnia deridebat, vnde adulãdi materia assentatoribus suppetit. Addebat præterea, illud nõ in laudibus tantùm vsu venire solere, sed in picturis quoque easdem assentandi & decipiendi occasiones homines studiosè quęrere. Gaudent enim, inquit, mortales pictoribus, cùm primis verò illis, à quibus paulo formosiores depicti sunt. Esse autẽ nonnullos, qui eiusmodi artificibus iniungerent etiam, vt aut aliquid deformitatis aut magnitudinis naso detraherent, aut oculorum nigritiem atriorem depingerent, aut aliud quiddam quod suæ formæ adiectũ concupiuerint. Deinde fraudulenter imponunt alienas imagines coronantibus, quæ nullo modo illis respondent similitudine. Hæc atque eiusmodi dicere solebat, alia quidem in libello tuo collaudans, hoc vnum autem minimè sufferens, quòd illam deabus Iunoni atque Veneri comparaueris. Longè enim ista me, ait, aut potiùs omnem humanam naturam excedunt. Cæterùm ego ne illud quidem vnquam in votis habui, vt priscis heroidibus, nimirum Penelopę & Aretæ & Theani, meam formam conferret: tantum abśit vt Deabus omnium maximis & præstantissimis comparari postularim. Etenim vehementer, inquit, res diuinas horreo, atq; superstitioso animo reuereor. Itaque periculum est, ne vt Cassiepéa eam laudẽ cupidè ac desideranter affectasse videar. Atqui Nereidibus hæc tantùm formæ præstantia opponebatur, Iunonem & Venerem religiosè coluit. Quocirca, Luciane, ista te facta recantatione iussit transcribere, aut ipsas Deas testatura est hæc ipsa se inuita per te scripta esse.

*Stratonicees caluitium.*

A τὸν ποιητὴν τε πολλάκις ὃ αὐτὸ ἄδειν, ἐρῶντα ὡς ἥδιστο ἐπαγόμενον, ἄχρι δή τ παρόντων τινὰ προσκύψαντα πρὸς ὃ ὦς, εἰπεῖν αὐτῷ, Πέπαυσο, ὦ ἑταῖρε, μὴ καὶ ἀναστῆναι ποιήσῃς τ γυναῖκα. τοιοῦτόν τι καὶ μακρῷ τούτου γελοιότερον, Στρατονίκην ποιῆσαι, τ Σελεύκου γυναῖκα. τοῖς γὰρ ποιηταῖς ἀγῶνα προθεῖναι αὐτὴν τὸν παλαίτερον, ὅστις ἂν ἄμεινον ἐπαινέσαι αὐτῆς τ κόμην· καίτοι φαλακρὰ ἐτύγχανεν οὖσα, καὶ οὐδὲ ὅσας ὀλίγας τὰς ἑαυτῆς τρίχας ἔχουσα, καὶ ὅλως οὕτω δυσκεφαλοῦσα τ κεφαλήν, ἀπόντων εἰδότων ὅτι οὐ νόσῳ μακρᾷ τοῦτο

B ἐπεπόνθει, ἥκιστα τ καταφρόντων ποιητῶν, ὑακινθίνους τὰς τρίχας αὐτῆς λεγόντων, καὶ ὕλας τινὰς πλοκάμους αἰθαπλεκόντων, καὶ σελίνοις τοῖς μηδὲ ὅλως οὖσιν εἰκαζόντων. ἀπόντων δὲ τ τοιούτων κατεγέλα, τῶν προσχόντων αὐτοῖς τοῖς κόλαξι, καὶ προσεπῄει ὅτι μὴ οἱ ἐπαίνοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν γραφαῖς τὰ ὅμοια πολλοὶ κολακεύεσθαί τε, καὶ ἐξαπατᾶσθαι θέλουσι. χαίρουσι γοῦν, ἔφη, τῶν γραφέων ἐκείνοις μάλιστα, οἳ αὐτοῦ τὸ βωμορφότερον αὐτοῖς εἰκάσουσιν· εἰ δέ τινας, οἳ καὶ προσθήσουσι τοῖς τεχνίταις, ἢ ἀφελοῦσί τι τ ῥινὸς, ἢ μιγαίτερα γράψασι τὰ ὄμματα, ἢ ὅ, τι ἂν ἄλλο ἐπιθυμήσωσιν αὐτοῖς προσῆναι, εἶτα λαθόντων αὐτοῖς δωρεὰς εἰκόνας σφᾶς αὐτῶν λαβόντας, καὶ ἥδεν αὐτοῖς ἐοικυίας. ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἔλεγε, τὰ μὲν ἄλλα ἐπαινῶν τ συγγράμματος, ἓν δὲ τοῦτο ἐφέρουσα, ὅτι θεαῖς αὐτὴν, Ἥρᾳ καὶ Ἀφροδίτῃ, εἰκάσας.

C ὑπὲρ ἐμὲ, γάρ, φησι, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ἅπασαν ἀνθρωπίνην φύσιν τὰ τοιαῦτα. ἐγὼ δέ σε οὐδ' ὀκνῆσαι ἠξίουν, τ ἡρῴναις προθεῶσθαί με, Πηνελόπῃ, καὶ Ἀρήτῃ, καὶ Θεανοῖ, οὐχ ὅπως θεαῖς τ ἐρίσαι, καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε πρὸ ἔφη, τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς, δεισιδαιμόνως καὶ φοφοδεῶς ἔχω. δέδοικα τοίνυν μὴ κατ' τὴν Κασσιέπειαν εἶ δόξω, τὸν τοιοῦτον ἔπαινον προσιεμένη. καίτοι

D Νηρείσιν ἐκείνη αὐτεξετάζετο, Ἥρᾳ δὲ καὶ Ἀφροδίτην ἔσεβεν. ὥστε, ὦ Λυκῖνε, μεταγράψαι σε τὰ τοιαῦτα ἐκέλευσεν, ἢ αὐτὴ μὲ μαρτύρασθαι τὰς θεὰς, ὡς ἀκούσης αὐτῆς γεγραφας.

σὲ δὲ

σὲ δὲ εἰδέναι ὅτι αἰσθόμενος αὐτὸ τὸ βιβλίον, οὕτω σφόδρα σοι ὠφέλιμον ὄν, ἐπὶ μᾶλλον ἐσπούδασε. τοῦτο δὲ ὁσίως τε καὶ θεοῖς τοῖς ἄλλοις ἐδόκει τε ἀσέβημα ἑαυτῆς, καὶ πλημμέλημα τοῦτο δόξειν, εἰ ἐν Κνίδῳ τῇ ἐν Κνίδοις ὁμοίαν λέγεσθαι. καί σε ἐπαινεῖ μιμησάμενον τὸν τελευταῖον ἐν τῷ βιβλίῳ περὶ αὐτῆς εἰρημένων, ὅτι μετρίαν καὶ ἄτυφον ἔφης αὐτὴν, οὐκ αἰσχυνομένην ἐπὶ τῷ ἀνδρείῳ μέτρον, ἀλλὰ θεοσέβειαν τὴν πᾶσιν ποιουμένην. ὁ δὲ, ταῦτα εἰπὼν, ἐπὶ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἀναβιβάζεις τὴν γυναῖκα, ὡς καὶ θεᾶς αὐτὴν ἀπεικάζειν. ἧκέν δέ σε μηδὲ ἀξιωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὃς τὸν ἀρχιτέκτονα ἐπαγγειλάμενον τὸν Ἄθω ὅλον μεταχαλκεύσειν, καὶ μορφώσειν πρὸς αὐτὸν, ὡς ὄρος ἄνδρα εἰκόνα γλυφθῆναι τοῦ βασιλέως, ἔχοντα δύο πόλεις ἐν ταῖν χερσῖν, οὐ προσήκατο τὴν περιττείαν τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλ' ἐπὶ αὐτὸν ἡγησάμενος τὸ τόλμημα, ἔπαυσε τὸν ἄνδρα, καὶ πιθανῶς Κολοσσοὺς αἰσχρὰ πλάττοντα, καὶ τὸν Ἄθω κατ' χώραν ἐᾶν ἐκέλευσε, μηδὲ καταμικρύνειν ὄρος οὕτω μέγα πρὸς μικρᾶς σώματος ὁμοιότητα. ἐπῄνει δὲ τὸν Ἀλέξανδρον τῆς μεγαλοψυχίας, καὶ ἀνδριάντα μείζω τοῦτο τοῦ Ἄθω ἕλεγεν αὐτὸν ἀνεστάναι, ἐν ταῖς τῶν ἀεὶ μεμνησομένων ἐγκωμίοις· καὶ γὰρ μικρᾶς ἂν γνώμης ἐπιδεῖν οὕτω καταδόξαν τιμῆς. καὶ ἑαυτῷ οὖν τὸ μὴ πλάσμα σε ἐπαινῆν, ἐν τῷ ὑπόνοιαν τοῦ εἰκόνων, μὴ γνωρίζειν δὲ τὴν ὁμοιότητα· μὴ γὰρ εἰ τῶν τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐλπίς, ὅτι μηδὲ ἄλλην τινὰ γυναῖκά γε ἔσεσθαι. ὥστε ἀφίησί σοι ταύτην τὴν τιμήν, καὶ προσκυνεῖσθαι τὰ ἐγκώμια παραδείγματα· σὺ δὲ, τὰ ἀνδρώδη ταῦτα [illegible] μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔχειν τὸ ὑπόδημα, μηδὲ ὀπίσω μίσῃ μέ, φησὶν, ἐμοὶ εἰς πατρῴαν αὐτήν. κἀκεῖνο δέ σοι εἰπεῖν προσετέλεσε, Ἀκούω, ἔφη, πολλῶν λεγόντων (εἰ δὲ ἀληθῆ, ὑμεῖς οἱ ἄνδρες ἴστε)· μηδ' Ὀλυμπιάσιν ἀξίωμα τοῖς νικῶσι μείζους τῶν σωμάτων ἀνεστάναι τοὺς ἀνδριάντας, ἀλλ' ἐπιμελεῖσθαι τοὺς Ἑλλανοδίκας,

A Te autem scire voluit, quòd libello non mediocriter discrucietur, ita propalam obambulante vt nunc is à te informatus est, non nimiùm piè neque sanctè admodum Deorum cultum perdocens. Existimabat verò ab omnibus se visum iri non vulgari peccato obnoxiam, si sustineret Veneri Gnidiæ aut Hortensi se dici similem. Quare te eorum quæ libelli tui in extremis à te de illa prolata sunt, iussit vt submonefacerem, quibus eius animi moderationem omnis fastus nescia testatus es, quippe quæ super humanam mensuram semet non efferret, sed terræ vicina seruata mediocritate volaret. His ille
B dictis, nunc sui oblitus super ipsum cœlũ mulierem extollit, Deabus illam assimilans. Postulat verò à te ne semet Alexandro incogitantiorem esse putes, qui architecto quopiam pollicente se Atho totum trãsformaturum, & ad eius simulachrum accõmodaturum, vt totius mõtis vastissima moles regis effigiem obtineret, duas in manibus vrbes habentem: tam prodigiosis pollicitationibus non accessit animo, sed opus architecti viribus maius esse opinatus, hominis temerariã audaciam compescuit, non admodum
C credibiliter Colossorum magnitudinem effingendo assequentem. Iussit itaque vt suo loco Atho intactum relinqueret, neque moneem ita magnum ad tam parui corpusculi similitudinem imminueret. Laudabat autem Alexãdrum animi magnitudinis, dicẽs illum sibi hoc facto maiorem statuã quàm Atho erexisse in hominum animis, apud quos eius rei memoria nunquã esset intermoritura: neque enim parui aut abiecti erat animi, honorẽ adeò amplũ atque inusitatum contẽnere. Quin se quoque tuum figmentũ laudare aiebat, neque non imaginum fiduciam
D striam admirari: cæterùm similitudinem non agnoscere. Quippe nequaquam dignam esse tãtis ac talibus, & minimè harum esse affinem, sed ne aliam quidẽ mulierem vllam ad eas posse aspirare. Itaque libenter tuos admirandos honores ei habitos tibi remittit, tẽque orat vt natiuo ac proprio archetypo suam faciem adumbres, vtque humano more illã laudibus illustres, neque pedis modum excedat calceus: ne os quoque mihi, inquit, fortè illi occurrenti obturet. Illud quoque vt tibi exponerem, mihi in mandatis dedit. Audio, inquit, multis confirmantibus (num autem verum sit, vobis viris exploratè compertum) neque victoribus Olympicis maiores corpore statuas erigi concessum esse, sed curæ esse Hellanodicis,

vt ne vnus quidem veritatem excedat temere, atque exactissimè statua expendatur ad athletæ certamen & corporis quantitatem. Quocirca tibi videndum est, inquit, necunde mentiendi causſam ſumamus in mensura, ac deinde Hellanodicæ vestram subuertant imaginem. Hæc profectò ab ipsa dicta sunt. Cæterùm, tu Luciane, eam cogitationẽ ſuſcipe, vt diligenter consideres, quo pacto libellum mutatum aliter exornes, eáque auferas, ne impietate adductus in Deos flagitiosè pecces, veluti ipsa omniũ grauissimè ista tulit, ac planè inter legẽdum inhorrescebat animo, ac deas vt sibi essent propitiæ, suppliciter precabatur. Et sanè ignoscendum est si muliebre quiddam passa est. Atqui si veritas non diffitenda est, ego mihi ipse tale quiddam dixisse visus sum. Quippe initiò audiens delictum non animaduerti, oculos in scripta defixos habens. Postea verò quàm illa mihi fecit indicium, incipio & ipse sentire de illis non dissimilia. Ac propemodum consimile quiddam passus sum, quod in iis quæ intuemur, sæpenumero nobis euenit. Cõtemplantes enim quippiam in propinquo sub ipsis oculis constitutum, ne quaquam accuratè peruidere possumus: at si iusto interuallo disiuncti illud intuemur, omnia liquidiùs comparent obtutui, & quæ bene, & quæ secus se habuerint. Iam hãc hominem existentem Iunoni conferre ac Veneri, quid aliud est quàm præfractè eleuare tantarum Deatum existimationem? Siquidem in eiusmodi comparationibus, non tam quod modicum est, collatione crescit & maius fit, quàm quod maius est, imminuitur, dum ad id quod vilius fuerat, pertrahitur. Exempli gratia, si duo pariter incederent, alter quidẽ corpore prægrandi, alter verò per ætatem admodum exiguo, penè humi repens, tandem si æquandi essent, ne alter alterum longitudine excederet: illud nunquam breuiore quantumuis semet extendente fiet, etiãsi summis pedibus ipse semet arrexerit: At si eadem ipsis longitudinis obtinenda est æqualitas, maior ille demittat caput necesse est, ac se humiliorem ostẽdat oportet. Non secus in eiusmodi accidit imaginibus: neque enim perinde tantis incrementis hominis virtus augetur Deo comparati, quàm Dei magnitudo imminuitur, ad id quod vilius est, inæqualiter deriuata. Atque si quis terrestrium imperitus ad cœlestia oratione temere raperetur, minorẽ ille suspicandi causſã præstaret hominibus, hoc à se impietatis impulſu factũ esſe.

A ὅπως μηδὲ εἷς ὑπερβάλληται τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸν ὄζεπασιν τῶν ἀνδριάντων ἀκριβεστέραν γίγνεσθαι τῆς τῶν ἀθλητῶν ἐξετάσεως. ὥστε ὅρα, ἔφη, μὴ αἰτίαν λάβωμεν ψεύδεσθαι ἐν τῷ μέτρῳ, κατὰ ἡμῶν αἰσχύνωσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τὴν εἰκόνα. Ταῦτα μὲν ἔλεγεν ἐκεῖνος. σὺ δ' σκόπει, ὦ Λυκῖνε, ὅπως μεταχαραξάμενος τὸ βιβλίον, καὶ ἀφαιρήσεις τὰ τοιαῦτα, μηδὲ σφαλεὶς ἄγοις ὅλον, ὡς ἐκεῖνο πρόσθεν γε αὐτὰ ἐδυσχέρανε, καὶ ὑπερέπιπτε μεταξὺ ἀναγινωσκομένων, καὶ προῄστο τὰς θεὰς ἵλεως B εἶ) αὐτῇ, καὶ συγγνώμην, εἰ γυναικεῖόν τι ἔπαθε χαίρει εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ αὖτ' ἐμοὶ τοιοῦτόν τι εἰπεῖν ἔδοξε. ὃ μὲν γὰρ πρῶτον ἀκούων, οὐδὲν ἐπλημμέλησα, σφόρδων τοῖς γεγραμμένοις. ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἐπεσημήνατο, ἐγὼ αὐτὸς ἀρχομαι τὰ ὅμοια γινώσκειν περὶ αὐτῆς· καὶ πρόσθεν πλησίον τι ἔπαθον, οἷς ὅτε τῶν ὁρωμένων πάσχομεν. ἰὼ μοι πρόσθεν ἐξηλθεν σκοπῶμέν τι, καὶ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, οὐδὲν ἀκριβὲς διαγινώσκομεν· ἰὼ δ' ἀποσάντες, ἐκ τοῦ συμμέτρου διαστήματος ἰδωμεν, ἅπαντα σαφῶς καταφαίνεται τὰ δ', καὶ τὰ μὴ C ὄντως ἔχοντα. ὃ δὴ αἴτιον θεᾶς ἐστιν, Ἀφροδίτῃ καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι, τί ἄλλο, ἢ αὐτίκρυς ἐστὶν ὑπερβάλλειν τὰς θεάς; ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις, οὐχ ὅταν τὸ μικρὸν μεῖζον γίγνεται τῇ προσθήκῃ, ὡς τὸ μεῖζον ἀποσμικρύνεται, πρὸς τὸ ταπεινότερον καταφερόμενον· οἷ, εἴ τινες ἅμα βαδίζοιεν, ὁ μὲν, μέγιστος, ὁ δὲ, πάνυ τῇ ἡλικίᾳ χαμαίζηλος, εἶτα δεήσειεν ἀπισῶσαι αὐτοὺς, ὡς μὴ ὑπερέχειν θατέρου τὸν ἕτερον, ὃ τῷ βραχυτέρου ὑπαναπτεινομένῳ τοῦτο γένοιτ' ἄν, καὶ ὅτι μάλιστα ἀκροποδητὶ ἐπεγείρη ἑαυτόν· D ἀλλ' εἰ μέλλοιεν ὁμηλικες φανεῖσθαι, ὁ μείζων ἐκεῖνος ὀπτικῶς, καὶ ταπεινότερον ἀποφανεῖ ἑαυτόν. ὡσαύτως γ' ἂν ἐν ταῖς τοιαύταις εἰκόσιν, οὐχ ὅταν ὁ θεὸς μείζων γίγνεται, ἢν τις αὐτὸν θεῷ ἐπεικάζῃ; ὡς θεῖον μὲν ἀνάγκη ἐλαττοῦσθαι πρὸς τὸ ἀνθρώπινον· καὶ εἰ μὲν ὑπὸ ἀπειρίας τῆς ὑπερκειμένου, ὅτι τὰ οὐράνια ἐκτείνοιτό τις τὸν λόγον, ἤπονα ἂν ὁ τοιοῦτος αἰτίαν ἔχοι ἀπὸ ἀσεβείας αὐτὸ δρᾶν.

σὺ δὲ τοσαῦτα ἔχων κάλλη γυναικῶν, Ἀφρο-
δίτην καὶ Ἥρα εἰκάσαι αὐτῷ ἐτόλμησας, ὑ-
δὲν δέον· ὥστε ὃ ἄγαν τοῦτο καὶ ὀπίφθονον, ἀ-
φαίρει, ὦ Λυκῖνε. ὑ γὰρ πρὸς τοῦ σοῦ τρόπου ὃ
τοιοῦτον, ὃς οὐδὲ ἄλλως ῥᾴδιος πρὸς τοὺς ἐ-
παίνους καὶ προθυμος ὢν ἐτύγχανες· ἀλλὰ
νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως ἀθρόαν πεποίησαι τὴν
μεταβολήν, ὑπὸ δυσφιλοδόξου· καὶ οὐ τοῦ
τέως φιλοδόξου, ἄσπερ ἐν τοῖς ἐπαίνοις αἰα-
πέφηνας. ἀλλὰ μηδὲ οὕτω γε αἰσχυνθῇς, εἰ
μεταρρυθμίσῃ τὸν λόγον ἤδη ἀφωδευμένον·
ἐπεὶ καὶ Φειδίαν φασὶν ὕστερον ποιῆσαι, ὁπότε
ἐξεργάσατο τοῖς Ἠλείοις τὸν Δία. φάσκε γὰρ
αὐτὸν κατόπιν τῶν θυρῶν, ὁπότε τὸ πρόσωπον
ἀναπετάσας ἐπεδείκνυε τὸ ἔργον, ἐπακούειν
τῶν αἰτιωμένων τι, ἢ ἐπαινούντων· ἠνίκα δὲ,
ὁ μὲν, τὴν ῥῖνα, ὡς παχεῖαν, ὁ δὲ, ὡς ὀλι-
γωτέρου δέοντος πρόσωπον, ὁ δὲ ἄλλος, ἄλλό
τι. εἶτ' ὀπίσω ἀπηλλάγησαν οἱ θεαταί, αὖθις
τὸν Φειδίαν ἐγκλῃσάμενον ἑαυτὸν, ἐπιμορφοῦν,
καὶ ῥυθμίζειν ὃ ἄγαλμα πρὸς ὃ τοῖς πλεί-
στοις δοκοῖ. οὐ γὰρ ἠγεῖτο μικρὸν εἰς συμβο-
λὴν δήμου τοσούτου, ἀεὶ αἰσχρὸν ὑπολη-
φθὲν τοῖς πολλοῖς πρεσβύτερον ὁρᾶν τὸ ἔνος,
καὶ Φειδίας ἰδεῖν. ταῦτά σοι ἀπ' ἐκείνης ἁρμό-
ζω, καὶ αὐτὸς προθυμοῦμαι, ἑταῖρός τε, καὶ ἄν-
νους ὤν. ΛΥΚ. Πολύστρατε, οἷος ὢν ῥήτωρ ἐλελήθεις με. ῥᾳδίως γοῦν οὕτω μαχεῖ,
καὶ κατηγορίαν τοσαύτην ἐξενήνοχας κα-
τὰ τοῦ συγγράμματος, ὥστε μηδὲ ἐλπίδα
μοι ἀπολογίας ἔτι καταλείπεσθαι. πλὴν
ἀλλ' ἐκεῖνό γε οὐ δικαίως ἐποίησατε, καὶ
μάλιστα σὺ, ἐρήμην καταδικάσας τὸ
βιβλίον, μὴ παρόντος αὐτῷ τοῦ συνηγόρου.
ῥᾷστον δὲ, οἶμαι, τοῦτό ἐστι, κατὰ τὴν παροι-
μίαν, Μόνον θέοντα κρατεῖν. ὥστε οὐδὲν θαυ-
μαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς ἁλώμεθα, οὔτε ὕδατος
ἡμῖν ἐγχυθέντος, οὔτε ἀπολογίας ἀποδοθεί-
σης. μᾶλλον δὲ τοῦτο πάντων ἀτοπώτατον, οἱ
αὐτοὶ κατήγοροι καὶ δικασταὶ ἦτε. πότερα
δ' οὖν ἐθέλεις, ἀγαπήσας τοῖς ἐγνωσμένοις
ἡσυχίαν ἄγω, ἢ κατὰ τὸν Ἱμεραῖον ποιητὴν,

A Sedenim tibi nulla fuit neceſſitas, tot mulierum ſpecioſiſſimarum pulchritudinibus extãtibus, hanc tam audacter cum Venere atque Iunone comparandi. Itaque vide Luciane, quo pacto hac tam graui inuidia te & illam exoneres. Neque enim valde hoc moribus tuis familiare eſt, qui ne aliàs quidem ad laudandum facilis ac propenſus eſſe conſueuiſti: at nunc neſcio quo fato impulſus tam ſubitò mores mutaris tuos, omnem laudum mediocritatem excedendo. Et qui hactenus laudum eras parciſſimus, nunc in eiuſdem effundendis omnium appares intemperantiſſimus. Sed ne hoc quidem
B dedecori tibi fore putato, ſi orationẽ iam editam adhibita lima retractes: quandoquidem hoc Phidiã quoque feciſſe perhibent, quo tempore apud Eleos Iouem iam abſoluerat. Stetiſſe enim illum poſt ianuam, vbi primùm opus in lucem productum hominibus viſendum oſtẽdiſſet, ſubauſcultaſſéque quid quiſque ſpectantium laudaret aut reprehenderet. Cæterùm hic quidem naſum reprehendebat, quaſi plus æquo craſsiorem: alius verò faciem tanquam oblongam: tertius aliud quiddam pictori vertebat vitio.
C Deinde digreſſis ſpectatoribus, rurſus Phidiam ſemet concludentem, correxiſſe, atque ad multorum opinionem & iudicium imaginem emendaſſe. Neque enim mediocre aut contemnendum eſſe exiſtimabat populi tam numeroſi conſilium, ſed hoc ſibi perſuaſerat neceſſariò fore, vt multi ſemper plus quã vnus perviderent: tametſi ipſe ſemet Phidiam eſſe non ignorabat. Hæc tibi ab illa venio adferens, quæ & ipſe non poſſum non probare, ac tibi ſuadere vt facias, qui & ſingulari familiaritate & beneuolentia tibi coniunctus ſim. LVC. Hactenus quidem ignoraui Polyſtrate, te tantum eſſe
D rhetorem. Itaque orationem ita prolixã, accuſationem ita verboſam aduerſus libellum meum effudiſti, vt nullam parandæ apologię ſpem mihi feceris reliquam. Verumenimuero in hoc forenſis iudicij rationẽ & morem egreſſi eſtis, cum primis verò tu, quòd lucubrationem meam indicta cauſſa condemnaueris, non aſſiſtente illi patrono. Facillimum autem vt opinor, illud eſt, iuxta parœmiam, Solum currentem vincere. Itaque nihil mirandum eſt ſi nos comprehenſi ſimus, neque aqua nobis effuſa, neque reſpondendi facultate conceſſa. Quin potiùs illud omnium eſt abſurdiſſimum, ſi vos & accuſatoris & iudicis officio iuxtà functi eſtis. Vtrum ergo vis, vt rebus iam ſenatuſconſulto decretis contentus quieſcam, an potiùs iuxta Himeræum poëtam,

palinodiam quandam cõscribam? aut dabitis mihi prouocandi copiam ad aliud iudicium? POL. Sanè per Iouem, dũmodo habeas quod probabiliter & iustè ad obiecta respondere possis. Neque aduersariis præsidentibus, vt tu ais, sed amicis cognoscentibus causſam perorabis tuam. Ego verò vnà tecum iudicium perpendere quoque paratus sum. LVC. At hoc me non mediocriter conturbat Polystrate, quòd illa non præsente causſa mihi dicenda sit. Etenim hoc longè fuerat præstabilius. Nunc verò mihi iussō velim nolim necessarium est defensionem aggredi. At si pollicitus fueris te talem mihi fore apud illam ἀπαγγελτῆρα, qualem illius apud me egisti, audebo iactare aleã. POL. Enimuero illius rei gratia bonum habe animum, Luciane, quòd me non malum habiturus sis in defendendo respõsorem aut interpretem, si quàm paucissimis dicere conatus fueris, quò facilius memoria complectar singula. LVC. Atqui admodum mihi opus fuerat oratione longissima ad tam vehementem & acerbam accusationem refellendam. In tuam tamen gratiam quãtum potero defensionem decurtabo. Itaque illi hæc à me annuncianda curabis. POL. Nullo modo Luciane, sed tanquam illa præsente orationem habebis. Deinde ego te apud illã imitabor. LVC. Proinde quando ita tibi videtur, Polystrate, illa præstò est, eáque prædixit videlicet, quęcunque tu ab illa mihi annũciasti. Nobis autem secunda oratio exordienda est. Et sanè non verebor hoc tibi palàm facere, quod mihi accidit. Nescio quam mihi trepidationem incusſeris, vt planè meticuloso sim animo: &, quemadmodum vides, iam totus sudo & horreo, ac tantùm non illam videre videor, ipsáque res magnam mihi iniecit perturbationem. Attamen incipiã: neque enim illa iam præsente mihi patet locus effugij. POL. Verùm per Iouem magnã vultu præ se fert beneuolentiam. Viden' vt læta sit atque alacris, & mãsueta animo? quare sumpta audacia animo præsenti orationẽ aggredere. LVC. Ego te, fœminarum præstantissima, mirificè, vt ais, & præter modum laudata, non video quo tanto præconio tuas virtutes extulerim, quãto te ipsa nobilitaris encomio, cùm deorũ cultum ita in magnis ponere soleas. Hoc enim fermè omnibus quæ à me dicta sunt, maius est atque excellentius. Et precor vt benignè mihi des veniam, quòd neque hac adscripta imagine te honestarim, quæ obstante ignorantia nunquã mihi in mentem venit.

A παλινῳδίαν τινὰ συγγράφω; ἢ δώσετέ μοι ἐφέσιμόν τινα γνώμην τῶν δίκην; ΠΟΛ. νὴ Δί', ἐὰν ὦσιν ἔχῃς τι δίκαιον εἰπεῖν. ἐγὼ γὰρ αὐτὰ δίκαια, ὡς σὺ φῂς, ἀλλ' οὐ φίλοις ποιήσῃ τὴν ἀπολογίαν. ἐγὼ δὲ, καὶ συνεξετάζεσθαί σοι ἕτοιμος ὅτι τῆς δίκης. ΛΥ. ἀλλ' ὀκνῶ αἰσχρὸν, ὦ Πολύστρατε, ὅτι μὴ ἐκείνης παρούσης, ποιήσομαι τοὺς λόγους· μακρῷ γὰρ ἂν ἦν ἄμεινον ἐμοί. νῦν δὲ ἀνάγκη ἀπ' ἐκπλήξεως ἀπολογήσασθαι. ἀλλ' εἴ μοι τοιοῦτος ἀγγελιαφόρος γένοιτο παρὰ αὐτὴν, οἷος παρ' ἐκείνης πρὸς ἐμὲ ἐλήλυθεν, θαλπόμενος ἂν ἀρρίψαιμι τὸν κύβον. ΠΟ.

B θάρρει, ὦ Λυκῖνε, τούτου γε ἕνεκα, ὡς ἐὰν φαύλην με ὑποκριτὴν ἔξων τῆς ἀπολογίας, πειρώμενος δέ σε ἑρμηνέων εἰπεῖν, ὡς ἂν ῥᾴδιον μνημονεύσαιμι. ΛΥ. ἐμοὶ πάνυ μὲν ἔδοξε μακρὸν τὸν λόγον, πρὸς ὕστερον σφόδρα τὴν κατηγορίαν. ὅμως δὲ, σοῦ ἕνεκα ὑπιτεμοῦμαι τὴν ἀπολογίαν· καὶ πρὸς ἐμοῦ τοίνυν τάδε αὐτῇ ἀπάγγελλε. ΠΟ. μηδαμῶς, ὦ Λυκῖνε, ἀλλ' ὡσπερ αὐτῆς ἐκείνης προύσης, λέγε τὸν λόγον, εἶτ' ἐγὼ μιμήσομαί σε πρὸς αὐτήν. ΛΥ. ἔχω ἐπειδὴ περ ὕτω σοι δοκεῖ, ὦ Πολύστρα-

C τε, ἡ μὲν πρέσβις, καὶ παρεῖρηκε δηλαδὴ σκῆψα, ὁπόσα σὺ πρὸ αὐτῆς ἀπήγγελας· ἡμᾶς δὲ χρὴ τὰ δεύτερον λόγων ἐναρχέσθαι. καίτοι, οὐ γὰρ ὀκνήσω πρὸς σὲ εἰπεῖν ὃ πέπονθα, σὺν οἶδ' ὅπως φοβερώτερόν μοι τὸ πρᾶγμα πεποίηκας, καὶ ὡς ὁρᾷς, ἱδρῶ τε ἤδη, καὶ δέδοικα, καὶ μεμονωμένῃ δ' ὁρᾶν αὐτὴν οἴομαι, καὶ τὸ πρᾶγμα πολλῷ μοι τὴν παρουσίαν πεποίηκεν· ἀρξομαι δ' ὅμως· καὶ γὰρ οἷόν τε διαδυῆναι, ἤδη προύσης.

D ΠΟΛ. δ', νὴ Δία, πολλῷ τῷ δικαιοσύνῃ ὑπιφαίνῃ τῷ προσώπῳ· φαιδρὰ γὰρ ὡς ὁρᾷς, καὶ προσιοῦσ'· ὥστε θαρρῶν λέγε τὸν λόγον. ΛΥ. ἐγώ σε, ὦ γυναικῶν ἀρίστη, μεγάλα, ὡς φῂς, δ' πρὸς τ' μέτρου ἐπῃνέσας, οὐχ ὁρῶ ὅτι τηλικοῦτον ἐπῄνεσα, ἡλίκον αὐτὴ σὺ τοῦτο ἐγκώμιον ὑπὲρ σεαυτῆς ἐξενρίσκεις, τ προὸς θεῖον τιμῶσα μεγάλα τιθεμένη. ᾐδὸν γὰρ ἀπόντων τοῦτο μᾶλλον, ὧν εἵρηκα πρὸς σοῦ, καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ δ' τούτῳ σοι προέγραψα τὴν εἰκόνα, ὑπ' ἀγνοίας με δεδιαθῆ.

οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τοῦτο αὐτῆς ἐγραψάμην· ὥστε ταύτῃ γε οὐχ ὅπως ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἐπαίνους, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερόν μοι δοκῶ τῆς ἀξίας εἰρηκέναι. σκόπει γοῦν ἤλίκον τοῦτο προὔλιπον, ὡς παμμέλητες εἰς ἔνδειξιν τοῦ ποθουμένου, καὶ γνώμης ὀρθῆς· ὡς ὅσοι τὸ θεῖον μὴ οὐ προὔργου ποιοῦσιν, οὗτοι καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἄριστοι ἂν εἶεν. ὥστε εἰ πρώτως μεταχειρίσῃ δεῖ τὸν λόγον, καὶ τὸ ἄγαλμα ἐπανορθώσασθαι, ἀφελὼν μὲν οὐκ ἂν τι βουλοίμην μοι· προσθείην δὲ καὶ τοῦτο, ὡς τινα κεφαλὴν τοῦ παντὸς ἔργου, καὶ κορυφήν. ἐκεῖνον μέντοι καὶ πάνυ πολλοῦ σοι εἰδέναι τὴν χάριν ὁμολογῶ· ἐμοὶ γὰρ ἐπαινέσαντος τὸ μέτριον τοῦ σοῦ τρόπου, καὶ ὅτι μηδὲν ὑπερπετὲς, μηδὲ τύφου μεστὸν ἐπεποίησέ σοι ὁ πρῶτον ὄγκος τῶν πραγμάτων, σὺ τὰ τοιαῦτα αἰτιασάμενον τοῦ λόγου, διστάσω τὴν ἐπαινῶν τὴν ἀλήθειαν. ὁ γὰρ μὴ προσαρπάζειν τὰ τοιαῦτα τοῖς ἐγκωμίοις, ἀλλ' αἰδεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς, καὶ μεῖζόν τι ἢ κατ' ἐμὲ λέγειν, μετρίας καὶ δημοτικῆς τινος διανοίας δεῖγμά ἐστι. πολλοὶ δ' ὅσῳ μᾶλλον προσῆκε θαυμάζειν αὐτὸ οὕτω διακειμένην τυγχάνης, τοσούτῳ ἀξιωτέραν ὑπερεπαινεῖσθαι ἀποφαίνῃς σαυτήν. καὶ μέντοι ἐς τὸν τοῦ Διογένους λόγον προσεληλύθασί σοι ὁ προσῆκον, ὃς ἐρομένου τινὸς ὅπως ἂν τις ἔνδοξος γένοιτο, Εἰ δόξης, ἔφη, καταφρονήσαι. φαίην γὰρ ἂν κἀγὼ αὐτὸς, εἴ τίς ἔροιτό με, Τίνες εἰσὶ μάλιστα ἐπαίνου ἄξιοι, ὁπόσοι ἐπαινεῖσθαι μὴ θέλουσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ὀξυγώνια, καὶ πόρρω τοῦ προκειμένου. ὑπὲρ δὲ οὗ χρὴ ἀπολογήσασθαι, τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῇ σῇ Κνίδῳ, καὶ κήποις, καὶ Ἥρᾳ, καὶ Ἀθηνᾷ, τὴν μορφὴν ἀνάπλασον, εἰκάσαι. ταῦτά σοι ἐκ μέτρου ἔδοξε, καὶ ὑπὲρ τοῦ πόδα προὶὲναι αὐτῇ δὴ τούτων ἐρῶ. καίτοι παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, αὐθαδίνους εἶναι ποιητάς, καὶ γραφέας· τοὺς δὲ ἐπαινουμένους, καὶ μᾶλλον, οἶμαι, εἰ καὶ χαμαί, καὶ βάδην, ὡσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ μὴ ὅτι μέτρων φέρεσθαι. ἐλεύθερον γὰρ τὸ ἐπαινος, οὐδέ ἐστιν αὐτῷ μέτρον εἰς μέτρου ἢ ῥυθμοῦ τινα νενομοθετημένον, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξαπόντως ὀφῇ,

A Neque enim aliam ante hanc depinxissem citiùs: non vt hæc adiuncta aliquo modo reliquas excelleret, sed mihi multo minus dixisse videor, quàm rei dignitas exigebat. Igitur considera quantum à me solidæ laudis testimonium prætermissum sit, quanta significatio ad faciendum indicium vitæ optimæ & mentis probatissimę neglecta. Nam quibuscunque moris est deorum immortalium numina non negligenter colere illi quoque in humanis actionibus optimi censendi sunt. Itaque si omnis oratio retexta deintegro mihi exornanda foret, & imago emendanda, nihil esset quod perperam adimere auderem: illud verò essem additurus, tanquam totius corporis caput atque fastigium. Magnas ergo me tibi gratias debere hoc nomine non diffitebor. Siquidem ego cùm animi tui moderationem laudassem, & quod nihil procacitatis aut insolentiæ aut fastus tanta tibi conciliasset rerum magnitudo: his tu in oratione mea reprehensis, veram laudandi rationem compleuisti. Quippe tales laudationes non audè arripere, sed hisce auditis rubore affici, eásque maiores esse testari, quàm vt tuæ mediocritati conueniant: moderati & populàris animi est indicium. At tu quanto impensiùs hoc erga laudes affecta es animo, tanto te digniorem esse ostendis quę immodicis laudibus certatim celebreris. Ac penè tibi res iuxta Diogenis cecidit sententiam. qui interrogãte quopiam, Quo pacto quis gloriam potissimùm consequi posset: Si gloriam, inquit, contempserit. Dicerem nimirum & ipse interrogante me quopiã, Quinam laude digni essent, maximè quotquot laudari grauatè ferunt. At hæc aliena sunt, & præsenti instituto parum respondentia. Cæterùm de quo mihi respondẽdi cura incumbit, illud est, quòd Veneri Cnidiæ, atque ei quæ in hortis est, ad hæc Iunoni & Mineruæ formam tuam effingens comparauerim. Hæc inquã tibi omnem modum excedere, & vltra pedẽ visa sunt. Ad hæc iam mea delabetur oratio. Et sanè vetus verbum est, poëtas atque pictores esse liberos. Ego verò laudantes maiori libertate dignos esse censeo, tametsi humi aut gressim incedant, quemadmodum nos, nec vlla versiculorum inferantur magniloquentia. Etenim laus res quædam libera cuius licentia nullis mensuræ aut magnitudinis aut breuitatis legibus adstricta est, sed in hoc solo præ omnibus elaborat,

vt admirandum, vt omnium amore dignum declaret eum quem laudauerit. At ego hac via non incedam, ne imprudens ductu imperitiæ hoc tibi facere videar. Illud autem puto tibi non obscurum esse, eiusmodi nobis esse laudatoriarum orationum occasiones, quemadmodum oporteat laudantem vti ad demonstrandum comparationibus, imaginibus, atque similitudinibus. Et fermè summa in hoc sita est rectè aliquid adumbrandi & effingendi: quod ita optimè iudicari potest, non si quis quiddam cum similibus cõposuerit, neque si cum eo quod vilius est, illud comparauerit, sed si id quod effertur laudibus, quàm poterit effusissimè ad excellentioris archetypum extulerit. Exempli gratia si quis canem laudaturus, eundem dixerit vulpe maiorem esse, aut fele, nunquid ille laudandi rationem tibi callere videbitur? non vtique dixeris. Sed neque quanquam lupo illum æqualem esse dixerit, admodum laudauit magnificè. Sed ibi tandem vera laus absoluitur, si canis leoni similis esse perhibetur, & magnitudine & membrorum robore: veluti Orionis canem laudans poëta, leonicidam illum esse affirmauit. Et hæc perfecta laus canis est. Rursus si cui Milonẽ Crotoniaten, aut Glaucum illum ex Caryſto, aut Polydamãtem laudare foret animus, ac tãdem vnumquenque illorum muliere robustiorem fuisse perhiberet, nónne iure optimo ob laudis vecordem stultitiam deridendus esset; quem si vnius viri fortitudinem excessisse dixisset, neque tamẽ hoc ad cumulatã laudem suffecisset? At quibus laudibus ille eminentis ingenij poëta Glaucum extulit: neque Pollucem robustissimum cũ eo ex aduerso manus ausurum conferere, neque ferreum & animosum Alcmenæ filium? vides cuiusmodi illum Diis comparauit, quin potiùs ipsis imaginibus illum quàm verissimè expressit? Et neque Glaucus ipse indignãter tulit Deis inter athletas primariis collatus celebrari, neque illi vlti sunt aut Glaucum, aut poëtam, quasi impiè & contumeliosè in Deos circa laudes agentem, sed vtrique in magna fuerunt gloria, & apud Græcos honore & gratia floruerũt, alter quidem ob præcipuum inusitati roboris specimẽ, nempe Glaucus: poëta verò cùm propter alia, tum in primis propter doctissimi carminis editionem. Itaque ne mirandum tibi veniat, si & ego assimilare volens, quod laudanti perneceſſarium est, exemplo altiori vsus sim, oratione illud subiiciente.

A ὅπως ὑπερθαυμάσεται, καὶ ἅπασιν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. ἐγὼ μὲν οὖν τούτῳ ἐγὼ βαδιοῦμαι, μὴ καὶ σοὶ δόξω ὑπ' ἀπειρίας αὐτὸ πρᾶξαι. σκέψαι δέ σε φημὶ ποιαύτας ἡμῖν εἶναι τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων, ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα, καὶ εἰκόσι καὶ ὁμοιώσεσι παραχρῆσθαι, καὶ σχεδὸν ἐν τούτῳ τὸ μέγιστόν ἐστιν ἢ εἰκάσαι· τὸ δὲ ἢ, ὥδε μάλιστα κρίνοιτο· οὐκ ἴσως τις τοῖς ὁμοίοις παραβάλλει, οὐδ' ἴσως τὸ ὑποδεέστερον ποιῆται πρὸς παραθεσιν, ἀλλ' ἴσως τις τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε ἐμβιβάζει τὸ ἐπαινούμενον, οἷον, ἴσως τις κύνα ἐπαινῶν, εἴποι ἂν ὡς πέπων μείζω τῆς B αὐτὸν, ἢ ἀλλοῦ που, ἆρά σοι ὁ τοιοῦτος δοκεῖ ἐπαινῆσαι ἱκανῶς; οὐκ ἂν εἴποις. ἀλλὰ μὴν οὐδ' εἰ λύκῳ φαίη ἴσον αὐτὸν ὑπάρχειν, οὐδὲ οὕτω μεγάλως τι ἐπῄνεσεν. ἀλλὰ ποῦ τὸ ἴδιον τῆς ἐπαίνου ἀποτελεῖται; ἂν κύων τῷ λέοντι ἐοικέναι λέγηται, καὶ μέγεθος καὶ ἀλκήν. ὡς τὸν Ὠρίωνος κύνα ἐπαινῶν, ἔφη ποιητὴς λεοντοδάμαν αὐτὸν εἶναι· οὗτος γὰρ δὴ κυνὸς ἐντελὴς ἔπαινος. καὶ πάλιν εἴ τις Μίλωνα τὸν ἐκ Κρότωνος ἢ Γλαῦκον τὸν ἐκ Καρύστου, ἢ Πολυδάμαντα ἐπαινέσαι θέλων, ἔπειτα λέγοι ἰσχυρότερον ἕκαστον αὐτῶν γυναικὸς γεγενῆσθαι, ἆρ' οὐκ ἂν οἴει γελασθῆναι αὐτὸν ὅτι τῇ ἀνοίᾳ τὸν ἔπαινον; ὅπου γε εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνων εἶναι αὐτὸν, οὐδὲν οὕτω ἂν ἀπέχρησεν αὐτῷ τοῦ ἐπαίνου; ἀλλὰ πῶς ἐποίησε ποιητὴς Διόσκουρος τὸν Γλαῦκον, καὶ Πολυδεύκους εἶναι φήσας αὐτὸν ἐπειράσθη αὐτῷ σώματος τὰς χεῖρας; οὐδὲ σιδήρεον Ἀλκμήνης τέκος; ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν θεοῖς εἴκασε; μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀπέφηνε. καὶ ὅτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν θεοῖς αὐτεπαινούμενος, ὅτε σκέψει ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον, ἢ τὸν ποιητὴν, ὡς ἀσεβοῦντα περὶ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ διδοκίμουν ἄμφω, καὶ ἐπιμόνως ἐστὸ τῶν Ἑλλήνων· ὁ μὲν ὅτι τῇ ἀλκῇ ὁ Γλαῦκος, ὁ δὲ ποιητὴς, ὅτι τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ἄσματι. μὴ δὴ θαυμάσῃς εἰ καὶ αὐτὸς εἰκάσαι θελήσω ὅπερ ἐγὼ ἐπαινοῦντι δύσκολον, ὑψηλοτέρῳ ἐχρησάμην τῷ παραδείγματι, τοῦτο ἐποδαλόντος τὸ λόγου.

ἐπεὶ δὲ καὶ κολακείας ἐπεμνήσθης, ὅτι μὲν καὶ σὺ μισεῖς τοὺς κολακικούς, ἐπαινῶ μέν σε, καὶ οὐκ ἐγκελεύω ἄλλως. ἐθέλω δέ σοι δηλῶσαι, καὶ ὀρέξαι τὸ, τε τῶν ἐπαινουμένων ἔργον, καὶ τὸν τῆς κολακείας ὑποβολιμαῖον. ὁ μὲν οὖν κόλαξ, ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, ἀληθείας δὲ ὀλίγην ποιούμενος λόγον, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἴεται δεῖν· ὅτι ψευδόμενος καὶ προσθεὶς πολλὰ ἐπὶ τοῖς πλείοσιν, ὡς μὴ αἰσχυνθῇ καὶ τὸν Θερσίτην εὐμορφότερον ἀποφῆναι τοῦ Ἀχιλλέως, καὶ τὸν Νέστορα φαῦλον τῶν ὅτι Ἰλιον στρατευσόντων, τὸν νεώτατον εἶναι. ἐξομόσαιτο δ' ἂν καὶ τὸν Κροίσου υἱὸν ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος, καὶ τὸν Ἰφνέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως, ἐὰν μόνον κερδᾶναί τι ἐλπίσῃ ὅτι τῷ ψεύσματι. ὁ δέ γε αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν, οὐχ ὅπως φήσει ἂν ψεύσασθαί τι, ἢ προσθεῖναι τῶν μηδὲ ὅλως προσόντων, τὰ δ' ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ, κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ, παραλαβών, ἐπηύξησε, καὶ μείζω ἀπέφηνε, καὶ τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν, ἵππον ἐπαινέσας θέλων, φύσει κοῦφον ὦν ἵππων ζώων, καὶ δρομικὸν, ὅτι

Ἄκρον ἐπ' ἀϊδρείκων καρπὸν θέεν, οὐδὲ κατέκλα.

καὶ πάλιν οὐκ ἂν ὀκνήσαι φάναι, Ἀελλοπόδων δρόμον ἵππων. καὶ ὧν οἰκείαν ἐπαινῇ καλῶ, καὶ ἄειρα κατεσκευασμένην, εἴποι ἂν·

Ζηνός που τοιήνδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλήν.

ὁ δὲ κόλαξ, τοῦτο ὃ ἔπος, κἂν περὶ τῆς συβώτου καλύβης εἴποι, εἰ μόνον τι παρὰ τοῦ συβώτου λαβεῖν ἐλπίσειεν· ὅπου Κυάμβος ὁ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ κόλαξ, ἀπιόντων αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν κολακείαν κατωμαλωμένων, ἐπεὶ ἤδη ὑπὸ βηχὸς ἐνοχλούμενον τὸν Δημήτριον, ὅτι ἐμμελῶς ἐκρέμοιτο. οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἑκατέρου αὐτῶν γνώρισμά ἐστι, τὸ τοὺς μὲν κολακας οὐκ ὀκνεῖν, καὶ ψεύσασθαι τοῦ χαρίσασθαι ἕνεκα τοῖς ἐπαινουμένοις, ἐξαίρειν δὲ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα πειρᾶσθαι· ἀλλὰ κἀκείνῳ οὐ σμικρῷ διαλλάττουσιν, ὅτι οἱ μὲν κόλακες, ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χεῶνται ταῖς ὑποβολαῖς;

A Postea verò quàm & in assentationis mentionem incidisti, confirmans te homines assentatione gratiam eblandientes habere odio, laudo te equidem: nec aliter fieri conueniebat: sed enim ego tibi & laudãtis opus & adulatoris dementientem superiectionem discernere & diffinire volo. Itaque assentator quæcunque sui compendij gratia laudat: nulla veritatis ratione habita, ea omnia immodicis laudibus extollenda esse existimat. Impudenter autem mentiendo, plura addit de suo, adeò vt non vereatur Therſiten quoque forma turpissimum, ipso Achille pulchriorem esse ostendere, B ac Nestorem inter omnes eos quotquot ad Ilium pugnaturi venerant, natu esse minimum. Persanctè quoque deieraret Crœsi filium acutiori auditu esse præditum Melampode, præterea Iphnea acutiùs cernere quàm Lyncea, dummodo spes aliqua consequendi lucri ob mendacium appareat. Porrò autem laudator nequaquam mentitur, aut addere solet aliquid quod in totum laudato nõ compareat: sed ea quibus natura præditus est bonis, tametsi non admodum magna sint, extollit, ac maiora cumulatioráque esse ostendit. Nec dubitaret dicere, equum laudare volens, natura leuem (vt ea scimus esse animãtia) & cursu valentem C

*Ille per intactæ segetis vel summa volaret*
*Gramina, nec teneras cursu lesisset aristas.*

Rursus non formidaret dicere, *Velocipedum cursus equorum.* Præterea si domus elegans & sumptuosissimè exornata illi laudibus illustranda foret, nihil hæsitabundus diceret:

*Talis & intus erat magni Iouis aula suprema.*

At hunc versiculum assentator etiam subulci scrophipasci sordidissimo tugurio accommodare auderet, si qua modò muneris à sybota recipiendi spes reluceret: veluti Cynæthus ille Demetrij Poliorcetæ assentator, cùm iam omnes assentandi rationes & vias sua parasitatione consumptas cerneret, laudare solitus est Demetrium, quem frequens tussis molestissimè infestabat, quòd dulciter atque modulatè tussiendo sonaret. Non solùm autem hoc discrimine vterque ab altero internosci potest, quòd ij qui ad assentationem eruditi sunt, non vereantur ad gratiam laudatorum inuerecundè mentiri: laudatores verò, corporis animíque dotes plus iusto extollere: sed & in hoc non mediocri interuallo inter se discrepant, quòd assentatores vbicunque potuerint, immodicis vtuntur hyperbolis: D

porrò autem encomiastæ in hisce vtendis moderationẽ magistram sequuntur, ac intra certos fines se cohibent. Hæc sanè perpauca ex infinitis adduxi, adulatoris & veri laudatoris signa atque discrimina, ne omnes quotquot aliorum concinnandis student præconiis, innocenter in suspicionem à te rapiãtur, sed diligenter discernas, atque vtrunque proprio pede ac modulo metiaris. Age itaque si videtur, & ea quæ à me dicta sunt, ad vtriusque canonem expẽde, vt cognoscas num rectiùs huic an illi sim conferendus. Siquidem ego si inamabilis atque odiosæ formæ Gascam quandam Cnidio simulachro comparassem, meritò præstigiatoris vituperationem apud te incurrerem, iplóque Cynætho adulantior esse iustissimè existimarer: Sin verò eam quã omnes eiusmodi esse nõ ignoramus, non erit mihi vehementer vitio vertenda ista audacia. At dices fortasse, aut potiùs iam dixisti, Quod ad pulchritudinẽ laudandam attinet, tibi concessum sit: sedenim conueniebat laudem nulli inuidiæ obnoxiam facere, neque deabus immortalibus hominem me existentem comparare. Ego verò (eò enim adducor, vt verum reticere non possim) te ô præstans animi mulier, nequaquam Deabus comparaui, sed eximiorum artificum monumentis atque operibus ex lapide aut ære aut ebore confectis. Iam ea quæ hominum elaborantur industria, hominibus assimilare, impium esse non arbitror. Nisi fortè tu Mineruam esse suspicata sis simulachrum illud cuius auctor atque opifex extitit Phidias: aut hoc, cœlestem Venerem, quòd in Cnido non ita pridẽ penicillo & coloribus adumbratum fabricauit Praxiteles. At vide ne absurdum sit talem de deabus opinionem animo concipere, quarum veras imagines nulla (vt ego arbitror) humana industria aut imitatio potest assequi. Quòd si etiam maximè illis te assimilassem, non meum hoc erat inuentum, neque ego primus hanc laudandi viã inueni aut aperui, sed Poëtæ sanè multi & eximij, cũ primis verò Homerus conciuis tuus, quem etiam nunc ab inferis excitabo, vt suo me tueatur patrocinio: neque periculum est ne & ipse vnà mecum capiatur. Itaque ipsum interrogabo, aut potiùs te illius loco, (etenim crebra lectione monimenta ab illo multis vigiliis elaborata, percurris: quod præclarè facis) quid tibi illud videtur, vbi de captiua Briseide sic loquitur, quòd aureę Veneri similis Patroclũ occisum defleuerit?

A οἱ ἐπαινοῦντες δὲ, καὶ ὧν αὐτοῖς ταύταις σωφρονοῦσι, καὶ ἐντὸς τῶν ὅρων μένουσι. ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα κολακείας καὶ ἐπαίνου ἀληθοῦς δείγματα, ὡς μὴ πάντας ἐπαπατήσῃς τοὺς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ διακρίνῃς, καὶ σαυτῇ μετρῇς τὸ οἰκεῖον μέτρον ἑκάτερον. φέρ' οὖν, εἰ δοκεῖ, σκέψαι τοῖς ἐμοὶ εἰρημένοις τοὺς χαρόνας ἀμφοτέροις, ὡς μάθοις εἴτε τούτῳ εἴτ' ἐκείνῳ ἐοικέναι. ἐγὼ γὰρ εἴ μοι τινα ἄμορφον οὖσαν ἔφην τὴν ἐν Κνίδῳ ἀγάλματι ὁμοίαν, χάρις ἂν, καὶ τῇ Κωαγόρᾳ κολακικώτερος ὄντως νομιζοίμην.

B εἰ δὲ τοιαύτην κατάρχουσάν, οἵαν πάντες ἴσασιν, οὐ πάνυ σκληρὸν πολλοῦ διαφήματος ἐμοὶ τὸ τόλμημα. τάχα δ' οὐκ ἂν φαίης, μᾶλλον δὲ ἤδη εἴρηκας, ἐπαινῶν μέν σοι ἐς τὸ κάλλος ἐφείσθω· αἰσχρὸν μέντοι ποιήσασθαι τὸν ἔπαινον ἐκείνῃ, ἀλλὰ μὴ θεᾶς ἀπεικάζειν αὐθέφατον οὐδαμοῦ. ἐγὼ δὲ ἤδη γάρ με τοσοῦτον ἀξιῶ τἀληθῆ εἰπεῖν, οὐ θεᾶς γε, ὦ βελτίστη, εἰκάσαι, τεχνιτῶν δ' ἀγαθῶν δημιουργήμασι, λίθου, καὶ χαλκοῦ, ἢ ἐλέφαντος πεποιημένοις. τὰ δὲ ὑπὲρ ἀνθρώπων γεγονότα,

C οὐκ ἀσεβές, οἶμαι, ἀνθρώποις εἰκάζειν· ἐντὸς εἰ μή σου τύχοι τῆς Ἀθηνᾶς ὑπερείληφας, ὃ ὑπὸ Φειδίου πεπλασμένον ἢ τοῦτο τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην, ὃ ἐποίησε Πραξιτέλης ὁ Κνίδῳ, οὐ πάνυ πολλῶν ἔτων. ἀλλ' ὅρα μὴ ἄσεμνον ᾖ, τὰ τοιαῦτα περὶ τῶν θεῶν δοξάζειν, ὧν γε τὰς ἀληθεῖς εἰκόνας ἀνεφίκτους ἔτι ἀνθρωπίνῃ μιμήσει ἔγωγε ὑπολαμβάνω. εἰ δὲ καὶ ὅ, τι μάλιστά γε αὐτῶν ἐκείνας εἴκασα, οὐκ ἐμὸν τοῦτο, οὐδὲ ἐγὼ πρῶτος ταύτην ἐπεμήχανον τὴν ὁδόν,

D ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ποιηταί. καὶ μάλιστα ὁ πολίτης ὁ σὸς Ὅμηρος, ὃν καὶ νῦν ἀναβιβάσομαί σοι συναγορεύσοντά μοι· ἢ σοὶ μία μηχανή, μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σοὶ ἐμοὶ ἀλῶναι· ἐρήσομαι τοίνυν αὐτόν, μᾶλλον δὲ σὺ τοῦτ' αὐτόν (καὶ γὰρ διαμνημονεύεις, ἃ ποιοῦσα, τὰ χαριέστατα τῶν ἐρραψῳδημένων αὐτῷ) Τί σοι ἐκεῖνο δοκεῖ, ὁπότ' ἂν κλαίῃ τὴν αἰχμαλώτου λέγει τῆς Βρισηίδος, ὅτι χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἐοικέλη, ἐπεὶ ἴδε τὸν Πάτροκλον;

*Iliad. τ.*

Εἶπα μὴ μικρὸν, ὡς ὐχ ἱκανὸν εἰ μόνη τῇ Αφροδίτῃ ἐοικυῖα ἔσῃ.

Εἶπε δ' ἄρα (φησὶ) κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν.

ἐπὶ τοῦτῳ οὖν τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς κἀκεῖνον, καὶ ἀπορρίπτῃς τὸ βιβλίον, ἢ δίδως αὐτῷ ἐλευθεριάζειν ἐν τῷ ἐπαίνῳ; ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ δῶς, ὅγε τοσοῦτος αἰῶν δέδωκεν, ὥστ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν ὅτι τούτῳ ἠτιάσατο, οὐδὲ ὁ μαστίξαι τολμήσας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, οὐδὲ ὁ τὰ νόθα ὀβελισμηνάμενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ παραγραφῇ τῶν ὀβελῶν. Εἶπα ἐκείνῳ μὲν ἐφεθήσεται, Β καρδαρὸν γυναῖκα, καὶ ταῦτα, κλαίουσαν, τῇ χρυσῇ Αφροδίτῃ εἰκάσαι· ἐγὼ δ', ἵνα μὴ ὁ καλλος εἴπω, ὅτι μὴ ἀνέχῃ ἀκούουσα, οὐκ ἂν παραβάλλοιμι εἰκόσι θεῶν γυναῖκα φαιδρὰν, καὶ μειδιᾷ τὰ πολλά; ὅπερ θεοῖς ὅμοιον αἱ ἀδελφοὶ ἔχουσιν; ὅτι μέντοι τὸν Αγαμέμνονος, ὅρα ὅσην αὐτὸς φιλίαν ἐποιήσατο τῷ θεῷ, καὶ ὡς ἐταμιεύσατο τὰς εἰκόνας ἐς τὸ σύμμετρον, ὡς ὄμματα μὲν, φησὶ, καὶ κεφαλὴν ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰς τὸν Διὶ, τὸν Αρεῖ δὲ, τὴν ζώνην, στέρνον δὲ, τὸν Ποσειδῶνι, διαιρεῖν τὸν ἀδελφὸν καὶ μὴν πρὸς τοσούτων θεῶν εἰκόνας C καὶ αὖ πάλιν, παρεικάζων Αρεῖ, φησὶν ὅμοιον εἶναι, καὶ ἄλλον ἄλλῳ, θεοειδῆ τὸν Φρύγα τὸν τοῦ Πριάμου, θεοείκελον πολλάκις τὸν Πηλέως. ἀλλὰ ἐπαινῶμεν αὐτὸν ὅτι τὰ γυναικεῖα τῶν ἀνδρῶν ἐμέμψατο· ἀκούσῃ γὰρ δήπου αὐτοῦ λέγοντος,

Αρτέμιδι ἴκελη, ἠὲ χρυσῇ Αφροδίτῃ, καὶ,

Οἵη δ' Αρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος.

καὶ μόνον οὐ τοὺς αὐθρώπους αὐτοὺς θεοῖς ἀπεικάζῃ, ἀλλὰ καὶ τὸν Εὐφόρβου κόμην ταῖς Χάρισιν ἀπείκασε, καὶ ταῦτα, αἵματι δεδευμένην. καὶ ὅλως, ὁσαῦτα ὅτι τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι τῆς ποιήσεως μέρος, ὃ μὴ ταῖς θείαις εἰκόσι διακεκόσμηται, ὥστε ἢ καὶ ἐκεῖνα ἐξαλοιφθῆναι, ἢ καὶ ἡμῖν τὰ ὅμοια τολμᾶν ἐφεῖσθαι. οὕτω δὲ ὁ περὶ τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς ὁμοιώσεις, αἰδήμων ἐστὶν, ὥστε Ομηρος καὶ τὰς θεὰς αὐτὰς, οὐκ ὠκνησεν ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπαινέσαι. τὶς γοῦν τῆς Ηρας ὀφθαλμοὺς, βοῶν εἴκασεν, ἕτερος δέ τις ἰοβλεφάρους τὴν Αφροδίτην ἔφη,

A Deinde paulo pòst, quasi parum esset illam Veneri formositatis elegantia parem esse, addit ita inquiens,

*Sic itaque est mulier lacrymans effata,*
*Deabus*
*Consimilis.*

Hæc ergo quoties dixerit, num propterea illum odio prosequeris, ac librũ è manibus proïicis, an potiùs illi eam in laudando libertatem permittis? Atqui etsi tu illi eandem nõ permiseris, tamen tanta seculorum series atque vetustas illi cõcessit, neque vnquam inuentus est qui hoc in eo malitiosè reprehẽderit, neque ille qui eius imaginem flagellare ausus B est, neque qui versiculos nothos atque supposititios censoria virgula aut obeliscis notare aggressus est. Iam si illi permissum est, mulierem barbaram insuper & plorãtem, aureæ Veneri comparare, ego, vt pulchritudinem taceam, propterea quòd non suffers coràm laudari, nõ comparem Dearum imaginibus mulierem lætam & hilarem, & cumplurimũ ridentem suauissimè, quod homines cum Diis commune habent? In Agamemnone verò laudando vide quantum Deorum existimationi parserit, & quàm vndique ad concinnitatem imagines sumptas à Diis C exprompserit, quem & oculis & capite Ioui similem esse perhibet, porrò Marti cinctura, pectore autem Neptuno, diuidens hominem penè membratim, ad tantorum Deorum imagines collatum. Et rursus hunc homicidæ Marti similem esse ait, ac alium alij Deo conferens, deiformem Phryga illũ Priami filium quoties esse ostendit? Sępenumero Deo similem Pelidam pronunciat. Ac rursus ad muliebria exempla regrediar: haud dubiè enim illum alicubi dicentem audisti, *Iliad. β.*

*Hæc pulchra est similis Veneri simulatque Dianæ.*

*In Græco codice hic additur.* καὶ οἵη ἄρτεμις ἶσι κατ' οὔρεος.

Non solùm autem ipsos homines Diis D componit, verùm Euphorbi quoque comam assimilauit Gratiis, & hanc sanguine madentem, & puluere deturpatam. In summa earum rerum tanta est apud Homerum copia, vt nulla sit pars poësẽos quæ non diuinis comparationibus exornata sit. Itaque aut hæc veluti perperam scripta expungantur, aut mihi similia audendi libertas non intercludatur. Tanta verò est in similitudinibus & comparationibus adducendis licentia, vt Homerus etiam Deas ipsas non dubitarit laudare ab inferioribus. Nam Iunonis oculos bouinis comparauit: alius autem quispiam Veneris palpebras composuit violis.

Nam auroram rhododactylum quis ignorat vel ex iis qui minimum operæ in euoluendo Homero ponũt? Atqui quod ad formam attinet, planè temperanter & moderatè mihi factum videtur, si quis Deo similis esse perhibetur. Verùm quo numero illi comprehendendi sunt, qui deorum compellationes imitati sunt, ac Dionysij, & Hephæstiones, & Zenones, & Neptunij, & Mercuriales nominati sunt? Fuit quædam Latona Euagoræ Cypriorum regis vxor, nec tamen Dea indignata est, quanuis illam in lapidem, quemadmodum Nioben, potuisset conuertere: Vt silentio præteream Ægyptios, qui tametsi ex omnibus gentibus Deos habeant infelicissimos, diuinis tamen nominibus ad satietatem vsque vtuntur. penè itaque plurima pars è cœlo illis pertracta est. Quare nihil est quòd ob laudem hanc vlla animi consternatione perturbata sies, vltionem aut supplicium à superis metuens. Nam si quid in eo libello aduersus Deos peccatum est, tu extra noxiã es, nisi putes & in auditione culpam quandam esse: de me verò deorum vltio sumptura est supplicium, posteaquam ante me Homerum & alios poëtas irati superi vlti fuerunt. At nondum philosophorum omnium principem punierunt, qui hominem Dei simulacrum esse testatus est. Multa adhuc ad te dicenda supersunt, attamen huius Polystrati gratia dicendi finem faciam, vt dicta nostra faciliùs memoria repetita tibi referre possit. POL. Haud scio Luciane, num hoc mihi ampliùs promptum factu sit: tam enim verbosè ista proloquutus es, ac vltra effusæ aquæ spatium. Attamen quoquo modo meminisse conabor: & quemadmodum vides, iam ista ad illam deferre studeo obstructis auribus, ne qua pars clapsa, orationis seriem mihi confundat, ac ego deinde à spectatoribus explosus, ronchis & sibilis illudar. LVC. Istud sanè tibi curæ erit Polystrate, vt quàm optimè respondeas. Cæterùm ego quoniam semel tibi fabulam desaltandam tradidi, in præsens quidem excedam è medio: proclamatis autem iudicum calculis, iterum præstò ero, visurus quemnam finem hoc certamen habiturum sit.

A τὴν μὲν γὰρ ῥοδοδάκτυλον τίς ἀγνοεῖ, τὴν καὶ ἐπ' ἐλάχιστον τῇ Ὁμήρου ποιήσει ὠφελησάντων; καίτοι τὰ μὲν τῆς μορφῆς, ἔστι μετριώτερα, εἴ τις θεῷ ἐοικέναι λέγηται· ἀλλὰ τὰς τοσαυτηρείας αὐτὰς, πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσιοι, καὶ Ἡφαιστίωνες, καὶ Ζηνώνες, καὶ Ποσειδώνιοι, καὶ Ἑρμαῖοι τοσαυτηρθυόμενοι; Λητὼ δὲ, γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρου τοῦ Κυπρίου βασιλέως, καὶ ὅμως οὐκ ἠγανάκτησεν ἡ θεὸς, δυναμένη λίθον αὐτὴν ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀποφήνασθαι. ἐῶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ
B δυσδαιμονέστατοί εἰσι πάντων, ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν, εἰς χόρτον ἐπιτρεφομένους. ἀρκεῖ γοῦν τὰ πλοῖα αὐτῶν ὀξὺ οὐρανοῦ ὄντα. ὥστε οὐ τοσοῦτον, ψοφοδεῶς ἀφεῖσθαι τοὺς ἐπαίνους. εἰ γάρ τι ἐν τοῖς συγγράμμασι πεπλημμέληται ἐς τὸ θεῖον, σὺ μὲν αὐθύνους αὐτὰ, οὐκ οἶδ' εἰ μή τινα νομίζεις ἀκροάσεως ὑθύνειν εἶναι). ἐμὲ δ' ἀμυνοῦνται οἱ θεοὶ, ἐπειδὴ τοσοῦτον ἐμοῦ τὸν Ὅμηρον, καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς ἀμύναντο. ἀλλ' οὐδέπω οὐδὲ τὸν ἄριστον φιλοσόφων ἠ-
C μύναντο, εἰκόνα θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἰπόντα εἶναι). Πολλὰ ἔτι ἔχων τοίνυν σὲ εἰπεῖν, Πολυστράτου ἕνεκα τούτου παύσομαι, ἵνα καὶ ἀπομνημονεύσαι δυνηθῇ τὰ εἰρημένα. ΠΟ. οὐκ οἶδα, εἰ μοι τοῦτο δυνατὸν ἔπι, ὦ Λουκιανε· μακρὰ γὰρ εἴρηταί σοι καὶ ταῦτα καὶ ὥσπερ ὁ ὕδωρ ὁ ἐκχυθὲν πολύ. πειράσομαι δ' ὅμως ὑπομνησθῆναι αὐτῶν. καὶ ὡς ὁρᾷς, ἤδη ἀποστρέφω πρὸς αὐτὸν, ὑπακούσαι μέλλων τὰ ὦτα, ὡς μή τι παρέμπεσον ἄλλο συγχέῃ τὴν τάξιν αὐτῶν, εἶτά μοι συνείπεσθαι
D συμβῇ πρὸς τὸν θεατάς. ΛΥΚ. αὐτός σοι μελήσω, ὦ Πολύστρατε, ὅπως ἀείσῃ ἐπιτρόχην· ἐγὼ δὲ, ἐπειδὴ ἅπαξ σοι ὁ δρᾶμα παραδέδωκα, καὶ μὴν οὐκ ποδῶν ἀποστήσομαι· ὁπότ' ἂν δὲ τὰς ψήφους ἀναγνῶσι τῶν κριτῶν, τότε ἤδη καὶ αὐτὸς παρέσομαι, ὀψόμενος ὁποῖόν τι τὸ τέλος τοῦ ἀγῶνος ἔσται.

69347

# ΤΟΞΑΡΙΣ, ἢ ΦΙΛΙΑ.

# TOXARIS, siue AMICITIA.

## Erasmo Roterodamo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Videtur hoc dialogo Lucianus amicitiæ dignitatem atque effectum commendare voluisse, dum Toxarim & Mnesippum introducit, alterum Scytharum, alterum Græcorum, in amicitiis colendis fidem, prædicantem, vtrunque autem pro patria sua contendentem, connumeratis aliquot suæ ætatis hominum exemplis, qui mutua inter se amicitia deuincti, extrema etiam pericula interim alij pro aliis obiere. Occasio contentionis à solenni sacrificio & cultu Pyladis & Orestis, quibus illos Scythæ venerantur, sumpta est, altero videlicet mirante, & causam sciscitante, ob quam homines externos, & etiam hostes suos, diuinis honoribus Scythæ prosequerentur: altero autem fidem & amicitiam illorum exponente, ob quam tantos honores consequuti essent. Neque enim quicquam sanctius aut religiosius à Scythis obseruari & custodiri, quàm amicitiam, eáque magis illos iactare sese, quàm vllis aliis operibus ac rebus. Interim tamen & illa memorabilia sunt, quæ de ritu iungendi fœderis & amicitiæ, cuius etiam Herodotus meminit in Melpomene, & de consuetudine contrahendi auxilia atque exercitus, obiter addit.*

## INTERLOCVTORES, MNESIPPVS Græcus, TOXARIS Scytha.

ΤΟΙ φής, ὦ Τόξαρι, θύετε Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ὑμῖς οἱ Σκύθαι, καὶ θεοὺς εἶναι πεπιστεύκατε αὐτούς; ΤΟ. θύομεν, ὦ Μνήσιππε, θύομεν, οὐ μέντοι θεοὺς γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἄνδρας ἀγαθούς. ΜΝΗ. νόμος δὲ ὑμῖν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν, ὥσπερ θεοῖς; ΤΟ. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς. ΜΝΗ. τί δορυφοροῦμεν περὶ αὐτῆν; οὐ γὰρ δὴ ἐπ' ὠφελείᾳ θύετε αὐτοῖς, νεκροῖς γε οὖσιν. ΤΟΞ. οὐ χεῖρον μέντοι ἴσως, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ ἡμῖν εὐμενεῖς εἶεν· οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ τοῦτο τοῖς ζῶσιν ἀμείνονα οἰόμεθα ποιήσειν, μεμνημένοι τῆς ἀρίστων, καὶ τιμῶντες ἀποθανόντας. οὐ γὰρ οὕτως αὐτοὶ ἡμεῖς πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελήσομεν γενέσθαι. ΜΝΗ. ἀλλὰ ταῦτα μέντοι ὀρθῶς γινώσκετε· Ὀρέστου δὲ καὶ Πυλάδου, τίνος μάλιστα θαυμάσαντες, ἴσους θεοῖς ἐποιήσασθε, καὶ ταῦτα ἐπηλύδας ὑμῖν ὄντας, καὶ ὃ μέγιστον, πολεμίους; οἵγε, ἐπεὶ σφᾶς ναυαγία περιέπεσε τοὺς ὁι τότε Σκύθαι συλλαβόντες,

A

B

Q. Vid ais, Toxaris? Sacrificatis Oresti ac Pyladi vos Scythæ, deósque esse illos creditis? TOX. Sacrificamus, Mnesippe, sacrificamus inquã: haud tamen deos esse arbitrati, sed viros bonos. MNES. An verò mos apud vos, etiam bonis viris posteaquã vita defuncti sint, perinde vt diis sacra facere? TO. Non istuc modò, verùm eosdem festis diebus ac celebribus conuentibus honoramus. MNE. Quid captantes aut sperantes ab illis? Neque enim quò beneuolentiam illorum concilietis, ob id rem diuinam illis facitis, quum iam sint mortui. TOX. Nihil officiat fortassis, si & eos qui mortui sunt, propitios haberemus: quanquam non ob id tantùm hæc facimus: quin magis existimamus nos rem vehementer conducibilem & his qui in vita sunt, esse facturos, si præstantium virorũ memoriam celebremus, honorémque habeamus iis qui vita defuncti sunt. Siquidẽ hac ratione futurũ arbitramur vt multi apud nos illorũ similes euadere cupiant. MNE. Ista quidẽ rectè iudicatis: at Pyladem atque Orestem quo nomine potissimùm suspexistis, vt diis eos æquaueritis, idque adeò cùm hospites vobis essent, vel, quod grauius, hostes? Quippe posteaquam naufragio eiecti, ab ijs qui tum Scythiam incolebant, essent comprehensi,

*MNESIPPVS.*

abductique vt Dianæ immolarentur: adorti carcerarios, neque non oppressis excubiis, & regem trucidarunt, & assumpta sacerdote, quin ipsa quoque Diana sublata, nauigio sese protipuerunt, irrisa publica Scytharũ lege. Quòd si ob istiusmodi facta honorem habetis viris: facilè assecuti fueritis, vt multos illorum similes reddatis. Iámque ipsi ab hoc die vsque ad prisca illa respicite, num vobis expedierit multos in Scythiam Orestes ac Pylades appellere. Nam mihi quidem isto pacto mox futurum videtur, vt religionis ac deorum expertes reddamini: diis qui reliqui sunt, ad eundem modum è regione vestra in exilium ablegatis: postea, opinor, deorum omnium vice, viros qui illos eiectum venerant, diuinitate donabitis: & qui sacrilegi in vos fuerunt, iis tanquam diis sacrificabitis. Quòd si nequaquam horum gratia Orestem ac Pyladem colitis, sed aliud quippiam, Toxaris, in vos beneficij contulerunt: qua gratia quum olim non esse deos iudicaueritis, nunc è regione sacra illis facientes, deos esse decreuistis, & qui tum parum aberant vt victimæ fierent, iis nunc victimas offertis? Enimvero ridicula videantur ista, & cum his quæ quondam statueratis, pugnantia. TOXAR. Et ista quidem Mnesippe præclara sunt virorum illorum facinora, quæ commemorasti: videlicet, duo cùm essent, tam ingentem ausum audere, vt tam procul à sua patria profecti, mare transmitterent, Græcis ad id vsque temporis intactum, nisi solis his qui Argo in Colchidem traiecerunt exercitum: nihil expauefacti, neque fabulas quæ de illo feruntur, neque appellationem veriti, quòd inhospitum vocaretur, videlicet (opinor) quòd feræ vndique gentes accolerent: deinde cùm iam capti essent, vsque adeò strenuè sese gessérint: neque sat habuerint si tantùm incolumes euaderent, nisi & à Rege acceptam contumeliam vlti, & Diana sublata abnauigassent. Quid? an non admiranda hæc, & quæ diuino quodam honore digna iudicent, quicquid est hominum qui virtutem suspiciunt? Quanquam non ista spectantes in Oreste ac Pylade, pro heroibus illos habemus. MNE. Atqui iam dices, quidnam præter ista suspiciendum patrarint atque diuinum. Nam quantum ad nauigationem & peregrinationem attinet,

ἀπῆλθον, ὡς τὴν Ἀρτέμιδι καθιᾶσιν τες, ὑπερθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι, καὶ τῆς φυλακῆς ὑπερβάντες τὴν σπουδὴν, τόν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν τὴν Ἑλλάδα ἁρπάζοντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες, ᾤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες τὸν κοινὸν τῶν Σκυθῶν νόμον. ὥστε εἰ ὀλίγα τούτων ποιήσατε τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. καὶ τοιούτευθεν αὐτοὶ ἤδη ποθὲν τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας καὶ Πυλάδας καταίρειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε παίζειν ἄν οὕτως ἀσεβεῖς αὐτοὶ καὶ ἄθεοι φανεῖσθαι, τῶν παρελθόντων θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν οὐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων· εἶτ', οἶμαι, αὐτὰ τῶν θεῶν ἀπόντων, τοὺς ἔτι ὑπαγωγὴν αὐτῶν ἥκοντας ἄνδρας σκληράσετε· καὶ ἱερεῖα σύλοις ὑμῶν οὖσι, θύσετε ὡς θεοῖς. εἰ γὰρ μὴ αὐτὰ τούτων Ὀρέστου καὶ Πυλάδου ἕνεκα, ἀλλ' εἴ τῳ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσατο, αὐθ' ὅτου παλαιὰ θεοὺς εἶναι διχοῦσθε αὐτοῖς, νῦν δ' ἐμπαλιν θύσοντες αὐτοῖς, θεοὺς εἶναι νενομίκατε, καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε γυμνοῖς, ἱερεῖα νῦν κατέσφαγετε; γελοῖα γὰρ δὴ ταῦτα δόξει, καὶ ἐναντία τοῖς πάλαι. ΤΟ. καὶ ταῦτα μὲν, ὦ Μνήσιππε, γυναῖα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. ὃ γὰρ, δύο ὄντας, ὅτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι, καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπαράντας, ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον, ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα, πλὴν μόνων τῶν ὅτε τῆς Ἀργοῦς ἐς τὴν Κολχίδα στρατευσάντων, μὴ καταπλαγέντας, μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐν αὐτῷ, μήτε τὴν ὠνομασμένην καταδείσαντας, ὅτι ἄξενος σκληρὸς, οἷα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν περιοικούντων· καὶ ὅτι ἐάλωσαν, ὅτων ἀνδρείως χρήσασθαι δοκοῦσι, καὶ μὴ ἁρπάσαι εἰ δέοι φυλάξοντες μόνον, ἀλλὰ μεμορφωμένους τὸν βασιλέα τ' ὕβρεσι, καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐαλεσθέντας, ἀποπλεῦσαι· πῶς ταῦτα δ' θαυμαστὰ, καὶ θείας τινὸς μοίρας ἄξια δοκεῖ πολλῶν, ὁπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν; ἃ περ δὲ ταῦτα ἡμεῖς Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ συνιδόντες, ἥρωσιν αὐτοῖς χρώμεθα. ΜΝΗ. λέγοις ἂν ἤδη, τι σεμνὸν καὶ θεῖον ἄλλο δέδρασθαι. ἐπεὶ ὅσον γε τῷ πλῷ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ,

πολλοὺς

πολλὼς αὖ σοι φωτέρους ἐκείνων ἀποδείξαιμι τοὺς ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας αὐτῶν, οὐκ ἐς τὸν Πόντον, οὐδὲ ἄχρι τῆς Μαιώτιδος καὶ τοῦ Βοσπόρου μόνον ἐς πλέονας, ἀλλὰ πᾶν παντὸς τῆς Ἑλληνικῆς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης καταπλωομένους· ἅπασαν γὰρ οἶδ' ὅτι ἀκτὴν, καὶ πᾶν αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, διερευνησάμενοι καθ' ἕκαστον ἔτος, ὀψὲ τοῦ μετοπώρου, εἰς τὴν αὐτῶν ἐπιδημίαν, ὃς καὶ τὸν αὐτὸν λόγον, θεοὺς νόμιζε, καὶ ξένια, καὶ πάλιν, καὶ παλιγκαπήλους, καὶ παλιγκαπήλους, εἰ τύχοι, τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας. ΤΟΞ. ἄκουε δή, ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει, καθ' ὅσον ἡμᾶς οἱ βάρβαροι, δυνατωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίνομεν, εἴτε ἐν Ἄργει μὴ καὶ Μυκήναις, οὐδὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου καὶ Πυλάδου· παρ' ἡμῖν δὲ, καὶ νεὼς ἀποδέδεικται αὐτοῖς ἅμα ἀμφοτέροις, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἑταίροις τε ὄντοιν· καὶ θυσίαι παρέχονται, καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα· κωλύει τε οὐδὲν, ὅτι ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοῖς κεχρῆσθαι. οὐ γὰρ ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσιν, οὐδὲ φθονοῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο· ἐπαινοῦντες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔργων ποιούμεθα. ὃ δὲ δὴ μάλιστα καταπλαγέντες τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἡμῖν ἔδοξαν φίλοι ὄντες δὴ ἄριστοι ἀπάντων γεγονέναι, καὶ τοῖς ἄλλοις νομοθέται καταστῆναι, ὡς χρὴ τοῖς φίλοις ἁπάσης τύχης κοινωνεῖν, καὶ ὑπὲρ Σκυθῶν τῶν ἀρίστων διαπρέπειν. καὶ ἃ γε μετ' ἀλλήλων, ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπαθον αἰσχρά φαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὅτι στήλης χαλκῆς, ἀνέθεσαν εἰς Ὀρέστου, καὶ νόμον ἐποιήσαντο, διδόναι τοῦτο μάθημα καὶ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς σφετέροις εἰς τὴν στήλην γράφειν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς διαγεγραμμένα διδάσκειν. θᾶττον γοῦν τοῦνομα ἕκαστος αὐτῶν ἐπιλάθοιτο τοῦ παιδὸς, ἢ τὰς Ὀρέστου καὶ Πυλάδου πράξεις ἀγνοήσειεν· ἀλλὰ καὶ ὅτε βούλοιτο τὸν νεὼ τὰ αὐτὰ, ὁπόσα ἡ στήλη δηλοῖ, γεγραμμένα ἰδεῖν· πλέων Ὀρέστης ἅμα τῷ φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς χειμῶσι διαφθαρείσης αὐτῷ τῆς νεὼς συνωλλυμένου, καὶ ἐς τὴν θυσίαν παρεσκευασμένος, καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη καταρχεται αὐτῶν· κατωτέρω δὲ ὅτι τοῦ ἑτέρου τοίχου, ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ δεσμὰ γέγραπται,

non paucos profectò diuiniores *istis* ostendero negotiatores, atque inter hos, præcipuos Phœnices, qui non in Põtum, neque ad Mæotidem vsque, aut Bosporum tantùm, enauigant, verùm quaquauersus Græcum ac Barbarum mare permetiũtur. Hi siquidem omnem oram, & omne littus (vt ita dixerim) perscrutati in annos singulos, extremo demum autumno in suam patriam reuertũtur: quos scilicet ad eandem rationem pro diis habeto, idque etiamsi complures illorum caupones ac salsamentarios esse reperies. TOXA. Audi nunc ô vir admirande, considerâque quanto nos, qui Barbari vocamur, rectiùs vobis de bonis viris sentiamus. Siquidem in Argo atque Mycenis ne sepulchrum quidem vllum insigne videre est Orestis ac Pyladis: apud nos verò & templum ostenditur ambobus illis communiter sacrum, ita vt par erat amicis: & hostiæ offeruntur, reliquúsque omnis honos. Porro quòd hospites erant, non Scythæ, id verò nihil obstat quominus boni viri iudicentur: neque enim perpendimus cuiates sint viri honesti ac probi: neque inuidemus, si cùm amici non fuerint, res egregias gesserunt: quin magis admirantes ea quæ patrarunt, ab ipsis factis domesticos ac nostrates illos ducimus. Quod autem potissimùm stupentes in illis viris efferimus, illud est, quòd nobis visi sunt amici inter sese longè optimi extitisse, atque aliis exemplo fuisse, quasique legem statuisse quemadmodum oportet amicos omnem inter se communicare fortunam: simúlque promeruisse vt à Scythis, qui in amicitiæ laude primas tenerent, colerentur. Itaque quæcunque alter cum altero, vel alter pro altero tulit, ea maiores nostri descripta in columna ærea reposuerunt in templo Orestis: ac leges statuerunt, vt ea columna prima esset institutio disciplináque liberis suis, si meminissent quæ in illa essent ascripta. Itaque penè patris quisque sui nomen citiùs obliuiscerctur, quàm res gestas Orestis ac Pyladis ignoraret. Quin & in porticu templi eadem quæcunque in columna notantur, priscorum picturis adumbrata visuntur: nempe Orestes vnà cum amico nauigans, deinde fracta inter abruptas cautes ipsorum naue comprehensus, & ad victimã adornatus: iámq; Iphigenia initiat eos. Ex aduerso verò in altero pariete idem iam vinculis exutus, depictus est,

ac Thoantem occidens, multósque ex Scythis alios. Postremò soluentes, abducta Iphigenia, ac dea. Porro Scythæ frustra scapham adoriuntur iam nantem, hærentes gubernaculis, ac conscendere conantes. Deinde re frustra tentata, alij quidem ex eis saucij, alij verò eius rei metu compulsi, natatu semet in solum recipiũt: vbi vel maximè liceat perspicere quantam alter in alterum beneuolentiam præstiterit in conflictu cum Scythis. Fecit enim pictor vtrunque de hostibus in semet ruentibus securum, propellentem autem eos qui in alterum feruntur, ac præ illo iaculis occurrere conantem, pro nihilóque ducentem si intereat ipse, modò seruet amicum, vel suo ipsius corpore præueniens excipiénsque ictus in illum intentos. Iam verò tantam illorum beneuolentiam, atque in rebus tristibus communionem, fidem, humanitatem, veritatem, denique constantiam alterius in alterum amoris, hæc haudquaquam humana putauimus esse, verùm animi cuiusdam præstantioris, quàm pro more vulgarium istorum mortalium, qui donec secundis ventis nauigatur, amicis indignantur, nisi ex æquo participes fiant rerum lætarum: quòd si vel paululum eis venti reflare cœperint, aufugiunt, solos in periculis deserentes. Enimvero & illud noueris, nihil amicitia melius arbitrantur Scythæ, neque est in quo Scytha magis glorietur, quàm in adiutandis amicis, communicãdísque rebus acerbis: quemadmodum neque probrum apud nos maius vllum, quàm amicitiæ desertorem videri. Has ob res Orestem ac Pyladem veneramur, quòd præstantes extiterint in Scytharum virtutibus, atque in amicitia præcellentes: id quos nos omnium maximè admiramur. Appellationem quoque ex his illorum factis imposuimus, vt Coraci vocentur, quod quidem nostra in lingua perinde sonat, ac si quis dicat, Dij amicitiæ præsides. MNE. Hui Toxaris, profectò non arcu modò valuerunt Scythæ, bellicísque in rebus cęteris antecelluerunt, verùm videntur & ad orandum persuadendúmque omnium aptissimi. Vnde mihi cùm dudum secus videretur, nunc eidem meritò fecisse videmini, qui sic Orestem ac Pyladem in deorum numerum retuleritis. Verùm illud me fugerat, vir optime, quòd pictor quoque bonus esses.

A ἐ φονεύων τὸν Θόαντα, ἐ πολλοὺς ἄλλους τῶν Σκυθῶν· ἐ τέλος, ἀποπλέοντες, ἔχοντες τὴν Ἰφιγένειαν, καὶ τὸν θεόν. οἱ Σκύθαι δὲ, ἄλλως ἐπιλαμβάνονται τῆς σκάφους ἤδη πλέοντος, ἐκκρεμασθέντες τῶν πηδαλίων, ἐ ἐπιβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' ἐνδὺντες αὐτόματοι, οἱ μὲν αὐτῶν, τραυματίαι, οἱ δὲ, καὶ δέει τούτου, ἀπονήχονται πρὸς τὸν γιῶ· ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἂν ὁποσην ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπιδείκνυντο ἐν τῇ πρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. πεποίηκε γὰρ ὁ γραφεὺς ἑκάτερον, ἀμυνομένων μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ἐπιφερομένους θατέρῳ, καὶ πρὸ ἐκείνου ἀποθνῄσκειν πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι, ἐ πρὸ ἐκείνου πίπτοντα, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον, καὶ τὸν ἐπ' ἐκείνου φερόμενον πλησίον προσαρπάσας τῷ αὐτοῦ σώματι. τὸν δὴ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν, ἐ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς κοινωνίαν, ἐ τὸ πιστὸν, καὶ φιλέταιρον, ἐ τὸ ἀληθὲς, καὶ βέβαιον τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος, οὐκ ἀνθρώπινα τοῦτα φήσομεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης κρείττονος, ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' ὄμβρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγαγανακτοῦσιν, εἰ μὴ ὑπίσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων· εἰ δέ τι καὶ μικρὸν ἐπιπνεύσειεν αὐτοῖς, οἰήσονται, μόνους τοὺς κινδυνοὺς ἀπολιπόντες. κατὰ γὰρ οὖν κατὰ τόδε ὅπως εἰδῆς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἂν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ὅτι τὸν συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ, καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν· ὥσπερ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον πρὸ ἡμῶν, τὸν προδότην φιλίας γεγονέναι δοκεῖν. διὰ τοῦτο Ὀρέστῃ καὶ Πυλάδῃ ἡμῶνται, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ, καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἀποβλέπομεν θαυμάζομεν, καὶ τοιοῦμεν ὅτι τούτοις αὐτῶν ἐτέλεσθα, Κορύκους καλοῦμεν· τοῦτο δέ ἐστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες. ΜΝ. ὦ Τόξαρι, ὡ μόνον ἀρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι, καὶ τὰ πολεμικὰ τ' ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ ἐ ῥῆσιν εἰπεῖν, ἀποβλέπομεν πιθανώτατοι. ἐμοὶ γοῦν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι, ἤδη καὶ αὐτῷ δίκαια ποιῆσαι δοκεῖτε, ὅτως Ὀρέστην ἐ Πυλάδην ἐκθειάσαντες. ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, καὶ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν.

πολύ γε μᾶλλον ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ὀρεστείῳ εἰκόνας, καὶ τὴν μάχην τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων πεπονθότα. πλὴν ἀλλ' οὐκ ἀφῆκέν με οὕτω ποτὲ θαυμάσιον δόξαν εἶναι φιλίαν ἐν Σκύθαις ἀπηνεῖ ξένοις καὶ ἀγρίοις ὄντας αὐτοῖς, ἔρρα μὴν καὶ σιωπᾶν· καὶ ὀργὴ, καὶ θυμὸς, φιλίαν δὲ, μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους ἐπιφαίνεσθαι· τεκμηριούμενος τοῖς τε ἄλλοις, ἃ περὶ αὐτῶν ἀκηκόαμεν, καὶ ὅτι καὶ τοὺς πατέρας ἀποθανόντας. ΤΟΞ. Εἰ μὲν καὶ τἆλλα ἡμᾶς τῶν Ἑλλήνων, καὶ δικαιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας, καὶ ὁσιώτεροι ἐσμὲν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην πρὸς σέ· ὅτι δ' οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιστότεροί τῶν Ἑλλήνων φίλοι εἰσὶ, καὶ ὅτι φιλίας λόγος πλείων παρ' ἡμῖν, ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι· καὶ πρὸς θεῶν τῶν Ἑλλήνων, μὴ πρὸς ἀηδόνα με ἀκούσῃς, ἵν' εἴπω τι ὧν κατανενόηκα, πολὺν ἤδη χρόνον ὑμῖν συγγινόμενος. ὑμᾶς γάρ μοι δοκεῖτε τοὺς μὲν περὶ φιλίας λόγους, ἀμείνονα ἄλλων εἰπεῖν αὖ δύνασθαι, τὰ ἔργα δ' αὐτῆς, οὐ μόνον οὐ καλ' ἀξίως τῶν λόγων ἐπιμελεῖσθαι, ἀλλ' ἀπόζειν ὑμῖν ἐπαινέσαι τε αὐτὸ, καὶ δεῖξαι ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν· ἐν δὲ ταῖς χρείαις παρόντος τοῦ λόγου, δραπετεύετε, οὐκ οἶδ' ὅπως, οὐκ μέσων τῶν ἔργων. καὶ ὁπόταν ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς τοιαύτας φιλίας ὑπὲρ τὴν σκηνὴν αἰωρισάμενοι δηλώσωσιν, ἐπαινεῖτε, καὶ ὑποκροτεῖτε, καὶ κινδυνεύουσιν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων, οἱ πολλοὶ δ' ὑποδακρύετε, αὐτοὶ δὲ, οὐδὲν ἄξιον ἐπαίνου ὑπὲρ τῶν φίλων πρᾶξαι τολμᾶτε, ἀλλ' ἐὰν που φίλος δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μάλα, ὥσπερ τὰ ὀνείρατα οἴχεται ὑμῖν ἐκ ποδῶν ἀποπταμένη αἱ πολλαὶ ἐκεῖναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιποῦσαι, ἃ διηρημένα τὸ στόμα, καὶ παμμέγεθες κεχηνότα, οὐδὲν τὸ σμικρότατον φθέγγεται· ἡμεῖς δὲ ἐμπαλιν, ὅσον γε δὴ λαμβάνομαι τῆς περὶ φιλίας λόγοις, τοσοῦτον ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῆς πλεονεκτοῦμεν. εἰγ' οὖν δοκεῖ, οὕτω νῦν ποιῶμεν, ἐᾶν μὲν παλαιοὺς φίλους ἀπεμοὶ ἐάσωμεν, εἴ τινας, ἢ ἡμᾶς, ἢ ὑμᾶς τῶν πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν· ἐπεὶ καλά γε καὶ τὸ πλεονεκτοῦντε αὖ, πολλοὺς καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας ἐν ποιησαμένω, ποιητὰς

A Admodum enim euidenter ostendisti nobis quæ sunt in Orestis templo, picturas pugnámque virorum, alterique pro altero susceptæ vulnera. Etsi non putaram amicitiam vsque adeò cultam fuisse quondam apud Scythas; magis autem, quòd barbari essent atque agrestes, simultate quidem, ira, rabiéque perpetuò committi: amicitiam verò ne in familiarissimos quidem exercere solitos: idque coniiciens, cùm ex aliis quæ de illis audimus, tum ex hoc, quòd progenitores suos vita defunctos deuorant. ΤΟΞ. An nos Græcis, cùm aliis in rebus, tum in his quæ ad parentum attinent cultum, sanctiores, magisque pij simus, in præsentiarum haudquaquam contenderim: quòd autem nostrates amici longè fideliores sint amicis Græcis, quódque amicitiæ ratio maior apud nos quàm apud vos, haud difficile fuerit docere. Ac per deos Græcorum, ne tibi molestum sit audire, si quæ perspexi, dixero, multum iam temporis apud vos versatus. vos enim mihi videmini præclariùs cæteris de amicitia verba posse facere, vim verò factáque illius adeo non solùm pro sermonum dignitate non exercere, vt fat vobis sit prædicare eam, & quantum sit bonum, ostendere: at vbi vsu venit, deficientes à sermonibus, nescio quomodo, è medio negotio aufugitis. Cæterùm quum Tragœdi in scenam progressi, istiusmodi amicitias vobis repræsentant, plerique laudatis, atque applauditis, ac pro se mutuò periclitantibus illis lacrymatis, ipsi verò nihil dignum laude pro amicis præstare audetis: quin si quando forte accidat vt egeat amicus, ibi protinus non secus atque insomnia, procul auolantes euanescunt vobis multæ illæ tragœdiæ, vósque similes relinquunt inanibus istis ac mutis personis, quæ diducto rictu, atque immane hiantes, ne minimum quidem loquuntur. At nos è diuerso, quo sumus in dicendo de amicitia posteriores, hoc in præstanda ea præcedimus. Quare, si videtur, ita in præsentiarum agamus, priscos illos amicos valere sinamus, si quos vel nos vel vos ex his qui olim fuêre, recensere valemus, quando ista quidem parte vos nimirum superaueritis, compluribus ac grauibus adductis testibus, nempe poëtis;

qui Achillis & Patrocli amicitiam, tum Theſei Pirithoíque, neque non aliorum neceſſitudinẽ, pulcherrimis verſibus carminibúſque contexuerunt. Quin paucos quoſdam in medium afferamus ex his qui noſtra ipſorum memoria fuerunt, atque eorum res geſtas exponamus: ego quidem Scythicas, tu verò Græcanicas. Et in his vter ſuperarit, melioráque produxerit amicorum exempla, is & victor eſto, ac ſuam ipſius victoriam promulgato, tanquam qui pulcherrimum honeſtiſſimúmque certamen decertarit: adeò vt ego quidem non paulò malim mihi in ſingulari victo certamine dextram amputari (nam ea eſt apud Scythas victo pœna) quàm in amicitia quopiam inferior iudicari, præſertim Græco, ipſe Scytha quum ſim. MNE. Quanquam eſt haud mediocris negotij, cum viro, ita vt tu es, bellatore, ſingulari certamine congredi, tum admodum inſtructo miſſilibus ac penetralibus narrationibus, haud tamen vſque adeò ignauiter tam citò vniuerſam deſerens Græciam, tibi ceſſero. Etenim vehementer abſurdum fuerit, quum duo illi tantum vicerint Scytharum, quantum fuiſſe declarant tum fabulæ, tum vetuſtæ veſtræ picturæ, quas paulo antè ſcitè admodum repræſentabas: Græcos omneis, tot nationes, tot ciuitates, nullo defendente vinci abs te. Nam iſtuc ſi fiat, non dextram, quemadmodum apud vos ſolet, ſed linguam execari conueniat. Sed vtrum ſpectare nos oportet, numerúm ne eorum quæ amicè quis geſſerit, an magis quo plures alter vter amicos referre poterit, hoc victoria dignior videbitur? TOX. Nequaquam, imò non multitudine vis horum ſpectetur; verùm ſi quæ tu narrabis facta, his quæ narrabo, videantur præſtantiora, magíſque penetrantia: tum nimirum etiamſi numero paria ſint, opportuniora magíſque lethalia mihi facient vulnera: ac penè memet ad ictus accommodabo. MNE. Probè loqueris. Statuamus igitur quot erunt ſatis. TOXA. Mihi quidem ſatis fore videtur ſi vterque quinque narret exempla. MNE. Itidem mihi videtur: ac prior dicito, verùm adiuratus, nimirum non niſi vera dicturum: alioqui fingere eiuſmodi, non admodum fuerit difficile, palàm autem refelli non queant. Porrò ſi iuraris, nefas ſit nõ habere fidem. TOX. Iurabimus, ſi quid etiam iureiurando opus eſſe cenſes.

τὼ Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου φιλίαν, καὶ τὼ Θησέως καὶ Πειρίθου, καὶ τὼ ἄλλων ἑταιρείαν, ἐν καλλίσοις ἔπεσι, καὶ μέτροις ῥαψῳδοῦσας· ὀλίγους δέ τινας παρενθέμενοι τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοῖς, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲν, τὰ Σκυθικὰ, σὺ δὲ, τὰ Ἑλληνικά· καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παραδείκνηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται, καὶ τὼ αὑτοῦ ἀγαπητῷ, κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος· ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον αὖ μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀποτμηθῆναι τὼ δεξιὼ, ὅπερ τῆς Σκυθικῆς ὕβρεως τίμιόν ἐστιν, ἢ χείρων ἄλλου τῆς φιλίας κεκρίσθαι, ἢ ταῦτα, Ἕλληνος, Σκύθης αὐτὸς ὤν. MNH. ἔστι μὲν, ὦ Τόξαρι, ἀφαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοὶ, πολεμικῇ μονομαχῆσαι, πάνυ δυσέριδι καὶ τετηγμένοις παρεσκευασμένῳ τοῖς λόγοις· οὐ μὲν ἀλλὰ γε οὕτω καταφρονητοῖς ἐν βραχεῖ τὸ Ἑλληνικὸν ἅπαν, ὑπεκχωρήσομαί σοι. καὶ γὰρ ἂν εἴη πάνδεινον, ὑπὸ δυοῖν μὲν ἐκείνοιν ἡττηθῆναι τοσούτους τῶν Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι, καὶ αἱ ὑμέτεραι παλαιαὶ γραφαὶ, ἃς μικρῷ πρόσθεν ἂν μάλα ἐξεπαγῴδησας· Ἕλληνας δὲ πάντας, τοσαύτα ἔθνη, καὶ τοσαύτας πόλεις ἐρήμους ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. Εἰ γὰρ τοῦτο ἤνοιτο, οὐ τὼ δεξιὰ ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν· πότερον δὲ ὠφεῖσθαι χρὴ τὸν ἀριθμὸν ἡμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πρεσβέων, ἢ ὁπόσῳ ἂν τις πλείους ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ θαρραλεώτερος δόξειεν ἂν πρὸς τὼ νίκιον; TO. ὐδαμῶς. ἀλλ' ὠφεῖσθω μὴ ἐν τῷ πλήθει αὐτῶν τὸ κράτος, ἀλλ' εἰ ἀμείνοις, καὶ εἰ τιμιώτεροι φαίνοιντο αἱ σαὶ τῶν ἐμῶν, ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι· καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. MNH. οὔκουν λέγεις, καὶ ὠφεῖσθω τὴν ὁπόσαι ἴκμαι. TOΞ. πέντε ἔμοιγε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ. MNH. καὶμοὶ δοκεῖ, πρέσβεως δὲ λέγε, ἀλλ' ἐπομοσάμενος ἢ μὲν ἀληθῆ ἐρεῖν. ἄλλως γὰρ οὐ πλάττειν τὰ τοιαῦτα, οὐ πάνυ χαλεπόν· καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. Εἰ δὲ ὀμόσας, οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν. TO. ὀμούμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις.

ΜΝΗ. τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος; ΤΟΞ. καὶ μάλα· ἐγὼ δὲ τὸν ὄρκον ὃν ὀμοῦμαί σοι ἐν τῇ ἐμῇ τῇ γλώττῃ λέγω. ΜΝΗ. ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ Φίλιος, ἃ μέλλω ἐγὼ ὅσα ἂν λέγω περὶ σὲ, ἢ αὐτὸς εἰδὼς, ἢ παρ' ἄλλων, ὅσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκριβείας ἐξετασθεὶς ἐρῶ, μηδὲν πρὸς ἐμαυτοῦ ὑπεξαγόμενος. καὶ πρώτιστα μέν σοι τὴν Ἀγαθοκλέους καὶ Δημέου φιλίαν διηγήσομαι, ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἴωσι γενομένην. Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος, οὐ περὶ πολλοῦ ἐγένετο, ἀρετὴν μὲν ἐς φιλίαν ὡς ἔδει, πάντα δὲ τἆλλα ἐλάττω ἀμείνων Σαμίων τῶν πολλῶν, οὔτε ἐς τὸ γένος, οὔτε ἐς τἆλλα περιουσίαν. Δημέᾳ δὲ τῷ Λυσίωνος Ἐφεσίῳ, φίλος ἐκ παίδων ἦν· ὁ δὲ Δημέας ἐπλούτει ἄφνω εἰς ὑπερβολήν· καὶ ὥσπερ εἰκὸς, νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ αὐτὸν, ἱκανοὺς μὲν συμπίειν, καὶ πρὸς ἡδονὴν σπουδάσαι, φιλίας δὲ πλῆθον ὅσον ἀποδέοντας. τέως μὲν οὖν ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξητάζετο, καὶ σπουδῶν, καὶ συνέπινεν αὐτοῖς, οὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ διατριβῇ· καὶ ὁ Δημέας, οὐδὲν αὐτὸν ἐντιμότερον εἶχε τῶν κολάκων· τελευταῖον δὲ, καὶ παρεσκεύαζε, τὰ πολλὰ ὑπερημένῳ, καὶ φορτικὸς ἐδόκει, ὑποκρινομένοις καὶ τοῖς παροῦσι, καὶ φυλάττειν τοὺς ἀγγέλλοντας, ἃ μὴ πολλῶν κεκμάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κτησάμενος, κατέλιπεν· ὥστε δι' ἃ ταῦτα, ἀδὲ ὅτι τοῖς κώμοις ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν, ἀλλὰ μόνος μετ' ἐκείνων ἐκώμαζε, λανθάνειν πειρώμενος τὸν Ἀγαθοκλέα· καὶ δή ποτε ὑπὸ τῶν κολάκων ἐκείνων ὁ ἀδελφὸς διαπέπεται, ὡς ἐρᾷη αὐτοῦ Χαρίκλεια, Δημώνακτος γυνὴ, ἀνδρὸς ὑπερφανοῦς, καὶ περὶτου Ἐφεσίων τὰ πολιτικά· καὶ γράμματά τε εἰσφοίτα παρὰ τῆς γυναικὸς αὐτῷ, καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι, καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα, καὶ ἄλλα ὁπόσα αἱ μαστροποὶ ὅτι τοῖς νέοις μηχανῶνται, καὶ μικρὸν αὐτοῖς ὑπιτεχώμωσαι τοὺς ἐρῶντας, καὶ αἰσθόμενοι, ὃ περῶσιν ἐφάσθαι νομίζοντας· ἐπαγωγότατον γὰρ τοῦτό γε μάλιστα τοῖς καλοῖς εἶναι δοκοῦσιν, ἄχρις οὗ λάθωσιν εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. ἡ Χαρίκλεια δὲ ἦν ἀστεῖον μὲν γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ σκότπως,

A MNES. At quis tibi è diis noſtratibus? num ſatisfaciat Iupiter Philius? TOX. Et maximè. Ego quoque tibi noſtratem iurabo, meapte in lingua. MNE. Teſtis igitur eſto Iupiter Philius, quæcunque dicturus ſum apud te, ea nimirum vel quæ viderim ipſe, vel vel quæ ab aliis, quoad fieri potuit, diligentiſſimè perceperim, narraturum, nihil ex me ipſo comminiſcentem, alleuantémque. Ac primo quidem loco, Agathoclis Diniæque amicitiam referam, quæ apud Ionas eſt celebratiſſima. Nam Agathocles hic, qui Samius fuit, non ita pridem vixit, vir in amicitia quidem præcipuus, ita vt re declarauit: cæterùm reliquis in rebus vulgo Samiorum nihilo præſtantior, neque genere, neque cæteris item opibus. Huic cum Dinia Epheſio Lyſionis filio amicitia à puero interceſſerat. Porrò Dinias ſupra modum ditatus eſt, & quemadmodum ſolent ij qui nuper opes nacti ſunt, complures & alios ſecum habebat, ſatis quidem idoneos illos & ad compotandum, & ad voluptariam conſuetudinem, ab amicitia verò longè alieniſſimos. Atque inter hos interim habebatur Agathocles, conuiuebátque & compotabat illis, non admodum approbans eam viuendi rationem. Dinias autem nihilo hunc potiorem habebat, quàm cæteros adulatores. Tãdem etiam offendere cœpit, crebriùs obiurgans, moleſtúſque videbatur, quippe qui admoneret eum maiorum, præciperétque vt ſeruaret quæ multo labore parta pater illi reliquiſſet: adeò vt ob hæc ne ad comeſſationes quidem illum deinceps adhiberet, ſed ſolus cum illis comeſſaretur, celare cupiens Agathoclem. Demum ab aſſentatoribus illis miſero perſuaſum eſt quòd adamaretur à Charielea Demonactis vxore, viri illuſtris, atque inter Epheſios in honoribus ciuilibus primarij. Iam & literulæ à muliere ad illum ventitabant, & ſerta ſemimarcida, & mala quædam admorſa, denique quicquid ad hæc lenæ machinantur in adoleſcentes, quò paulatim illis amorem artibus quibuſdam inſerant, primúmque hac incẽdant opinione, quòd ſeſe credant amari. Nam plurimum illicit & hoc, præſertim eos qui ſibi formoſi videntur: donec imprudentes in caſſes inciderint. Erat autem Chariclea vrbana quidem & elegans muliercula, at ſupra modum meretricia,

*Amicorũ I. par. Agathocles & Dinias.*

sempérque illius, quicunque fortè adiis- A
set, etiam si quis admodum leuiter con-
cupiuisset: quin si vel aspexisses dunta-
xat, protinus adnuebat: nec vllo pacto
metuendum erat ne quando recusaret
Chariclea: admirabilis autem alioqui
artifex, quavísque meretrice doctior al-
licere amatorem, & ambiguus quum
adhuc esset, totum subigere: at quum
iam teneretur, incitare, ac magis magís-
que accendere, nunc ira, nunc blandi-
mentis, ac mox fastidio, deinde inie-
cta suspicione, quasi ad alium sese de-
flexura esset: postremò omni ex parte
egregiè docta erat mulier & absoluta,
artibúsque omnigenis in amantes instru- B
cta. Hanc igitur tum Diniæ adulato-
res accersiuerant in adolescentulum,
multáque assimulabant quò eum in a-
morem Charicleæ impellerent. Illa por-
rò quæ complureis iam adolescentes
iugularat, & innumerabiles amores fue-
rat mentita, domósque opulentas euer-
terat, varium quoddam atque inexpu-
gnabile malum: vbi nacta manibus est
simplicem, & huiusmodi artium impe-
ritum adolescentulum, haudquaquam
amittebat ex vnguibus: sed vndique
oppugnans tentánsque, vbi iam omnium C
esset compos, tum ipsa dum captat,
capta periit, tum infelici Diniæ innu-
merabilium malorum extitit caussa.
Nam primùm quidem statim literulas
illa ad illum dat, ac subinde missitat an-
cillulam, quæ renunciaret vt fleret, vt
vigilaret, postremò vt misera præ amo-
re suffocatura esset sese: donec iam bea-
tus ille persuasus, sibi formosus esse vi-
deretur, atque Ephesiorum vxoribus
præter cæteros adamabilis. Ac tandem
in congressum adductus est multis pre-
cibus exoratus. Et ex eo quidem tem-
pore facilis iam erat coniectura, fore D
vt caperetur à muliere formosa, & ad
voluptatem congredi docta, & in lo-
co flere, & inter loquendum misera-
biliter suspirare, & iam abeuntem am-
plecti, & adeunti obuiam occurrere,
& formam colere sic vt maximè placitu-
ra esset: interdum vel voce vel cithara
canere: quibus omnibus in Diniã vsa est.
At vbi sensit excruciari, iámque amore
illaqueatum, ac subiugum esse factum:
aliud ad hæc excogitat, quo miserum
subuertat: grauidam se ex eo simulat
(nam hoc quoq; efficax ad magis ac ma-
gis inflammandum stultum amantem.)

καὶ τῦ τοιούτου ἀεὶ, ἐ εἰ πόθεν ἐπ' ὀλί-
γῳ ἐθελήσοι τις, καὶ εἰ τοιοῦδε τις μόνον, θύ-
θὺς ἐπένθυε, καὶ δέος οὐδὲν ἦν, μή ποι αὐτεί-
ποι Χαρίκλεα. δεινὴ δὲ καὶ τἄλλα τεχνίτις,
πρὸς ἣν τινα βάλει τῆς ἑταιρῶν ὑπεραίρεσα-
θαι ἐρασήν· καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα, ὅλον
ἑαυτῷ ποιήσασθαι, καὶ ἀνεχόμενον ἤδη ὑπιτεῖ-
ναι, καὶ προσεκκαῦσαι, ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δ'
ἡδυλογίᾳ. καὶ μικρὸν, ὑποφία, καὶ τοῦ
προσ ἕτερον ἀποκλίνειν δοκεῖν, ἐ ὅλη συσκε-
κρότητο ἀπωλλαχέναι ἡ γυνή· καὶ πολλὰ μη-
χανήματα προεσκεύασο κατ' τῶν ἐραστῶν. Τοι-
τῳ οὖν τότε οἱ Δινίου κόλακες προσλαμ-
βάνουσιν ὅτι δ μειράκιον, καὶ τὰ πολλὰ ὑπε-
κκωμῴδουν, σκωπτοῦντες αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα
τῆς Χαρικλείας. ἡ δὲ, πολλοὺς ἤδη νέους ἐκ-
περαχλίσασα, καὶ μυρίους ἐρῶντας ὑποκρι-
ναμένη, καὶ οἴκους πολυταλάντους ἀναῤῥῖψα-
σα, ποικίλον τι καὶ πολυτρόπαιον κακὸν, πα-
ραλαβοῦσα εἰς τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν καὶ ἄ-
πειρον τῆς τοιούτων μηχανημάτων ἐκνεανίσκον,
οὐκ ἀφῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων, ἀλλὰ προσέχου-
σα πολυτρόπως, καὶ ἀμφιπείρασα, ὅτε ἤδη
πᾶσι πάσαις ἐκκρούεται, αὐτή τε ἀπώλετο
ὑπὸ τῆς ἄγρας, καὶ τῷ κακοδαίμονι Δινίᾳ
μυρίων κακῶν αἰτία ἐγένετο. Ὃ μὲν γὰρ πρῶ-
τον βύθιος ἐκφοιτᾷ ἐπ' αὐτὸν καθίει τὰ γράμ-
ματα, καὶ συνεχῶς πεμπομένη τῷ ἄδρασιν,
ὡς ἐδάκρυσε, καὶ ἐπηγρύπνησε, καὶ τέλος, ὡς
ἀπάγξει ἑαυτὴν ἡ ἀθλία ὑπὸ τῦ ἔρωτος,
ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείθη καλὸς εἶ), καὶ
ταῖς Ἐφεσίων γυναιξὶ προσπόθητος. καί που
συνελαύνεται πολλὰ ἱκετευθείς. κ' ὃ ἐντεῦθεν
ἤδη ῥᾷον, ὡς ὃ εἰκὸς ἁλώσεσθαι ἔμελλεν
ὑπὸ γυναικὸς καλῆς, καὶ πρὸς ἡδονὴν τε
ὁμιλῆσαι ὑπισαμένης, καὶ ἐν καιρῷ δακρύ-
σαι, ἐ μεταξὺ τῶν λόγων, ἐλεεινῶς ὑποστε-
νάξαι, καὶ ἀπιόντος ἤδη, λαβέσθαι, καὶ εἰσελ-
θόντι προσδραμεῖν, καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς
ἂν μάλιστα ἀρέσαι, καί που καὶ ᾄσαι, καὶ κι-
θαρίσαι· οἷς ἅπασι κατ' τῦ Δεινίου ἐκέχρηντο.
καὶ ἐπεὶ ἤσθετο πονηρῶς ἔχοντα, κ' δεδουλω-
μένον ἤδη τῷ ἔρωτι, καὶ πανέσεσθαι γεγυμνασμένον, ἄλ-
λο ὅτι τούτοις ἐπενόει, καὶ τὸν ἄθλιον ἀπώλ-
λυε. κύειν τε γὰρ ἐξ αὐτῦ σκηπτέσθαι. (ἱκανὸν
δὲ καὶ τοῦτο, δόλῳ ἐραστὴν προσεκπυρῶσαι)

καὶ οὐκέτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι A Neque postea commeabat ad illum,
ὑπὸ τ' ἀνδρὸς λέγουσα, πεπυσμένης τ' ἔρω- affirmans à viro obseruari sese, qui iam
τα· ὁ δ' οὐκέθ' οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα, amorem persensisset. Hic verò rem
οὐδὲ ἠνείχετο μὴ ὁρᾶν αὐτήν, ἀλλὰ ἐδάκρυε, iam non vltrà ferre potis erat: neque
καὶ τοὺς κόλακας ἐσέπεμπε, καὶ τοὔνομα durare quibat quum illam non aspiceret,
τῆς Χαρικλείας ἐπεβοᾶτο, καὶ τὴν εἰκόνα πε- sed lacrymabatur, adulatoréque ad se-
ριβαλὼν αὐτῆς (ἐπεποίητο δὲ λίθου λευκοῦ) se accersebat, ac Charicleæ nomen in-
κατώκνει, καὶ τέλος, καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὔδα- clamabat: imaginémque illius ample-
φος, ἐκυλίνδετο, καὶ λύπῃ ἠνώχλει τὸ πρᾶγμα. xus (candido enim lapide fecerat) eiu-
τὰ μὲν γὰρ δῶρα, ἃ τῇ μὲν πάλαι καὶ labat. Demum in solum abiiciens sese,
στεφάνους ἀπεδίδοτο αὐτῇ, ἀλλὰ σωμοικίαι iactabatur: planéque res extremæ de-
ὅλαι, καὶ ἀγροὶ, καὶ θεράπαιναι, καὶ ἐσθῆτες mentiæ speciem obtinebat. Siquidem
βαναῦσοι, καὶ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσαι. καὶ τί γὰρ, B munera reddita sunt mulieri, non pro
ὃν βραχεῖ ὁ Λύσωνος οἶκος ὀνομαστότατος τῶν malorum aut corollarum pretio, sed so-
ἐν Ἰωνίᾳ ἡμόλυνθος, ἐξεπλύθη τὸ πάλαι, καὶ ἐξεκέ- lidæ domus, agri, famulæ, vestes florulen-
νωτο· εἶτα ὡς ἤδη ἄδος ἦν, ἀπολιποῦσα αὐ- tæ, auri quantum optaret. Quid multa?
τὸν, ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν ἐπιχω- Breui Lysionis domus, quæ antea inter
ριούων, ἐθήρα, καὶ μετέβαινεν ἐπ' ἐκεῖνον, ἃ Iones nobilissima, exhausta est, atque
πρὸ ἤδη αὐτὸν, κἀκεῖνος ὑπέστρεφεν. ἀμελούμε- exinanita. Deinde vbi iam exuccus es-
νος δ' οὖν ὁ Δημέας, οὐχ ὑπὸ τῆς Χαρικλείας set, eo relicto alium quempiam adole-
μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν κολάκων (κἀκεῖνοι scentulum Cretensem bene numma-
γὰρ ὅτι τὸν Κρῆτα ἤδη τὸν ἐρώμενον μετελη- tum venata est, atque ad illum desci-
λύθασιν) ἔρχεται πρὸς τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ uit. Iam videlicet illum adamabat: at-
πάλαι εἰδότα ὡς ἔχει πονηρῶς τὰ πράγματα que is quidem credebat. Itaque Di-
αὐτῷ, καὶ αἰδούμενος ὅμως ἐξηγεῖτο πάντα, nias neglectus non à Chariclea modò,
τὸν ἔρωτα, τὴν ἀπορίαν, τὴν ὑπερο- verùm etiam ab assentatoribus (nam isti
ψίαν τῆς γυναικὸς, τὸν αὐτεραστὴν τὸν Κρῆτα, quoque ad Cretensem amatorem iam
καὶ τέλος, ὡς οὐ βιώσεται μὴ οὐχὶ στυγῶν τὴν Χα- desciuerant) abit ad Agathoclem, iam-
ρικλείαν. ὁ δὲ, ἀκαίρως εἰ νομίσας ἐν τούτῳ pridem non insciũm quàm illi res mi-
ἀπομνημονεύειν τῷ Δημέᾳ, ὅτι οὐ πρόσθετο C serè haberent. Ac pudescens quidem
μόνον αὐτὸν τῶν φίλων, ἀλλὰ τοῖς κόλαξι αὐτοῦ initiò, tamen exposuit omnia: amo-
πρόσθεμα, τότε, ἐπὶ μόνῳ εἶχε πατρῴαν οἰ- rem, egestatem, arrogantiam mulie-
κίαν ἐν Σάμῳ, ἀπεμπολήσας, ἣν εἶχεν αὐτῷ τὴν ris, riualem Cretensem: in summa,
τιμὴν κομίζων, τρία τάλαντα. λαβὼν δὲ ὁ non victurum sese, nisi cum Chariclea
Δημέας, οὐκ ἀφανὴς οὐδὲ ἐπὶ τῇ Χαρικλείᾳ, D consuetudinem haberet. Ille verò in-
καλὸς πάλιν αὖθις γεγονὼς· καὶ αὖθις ἡ tempestiuum esse ratus id temporis ex-
ἄθρα, καὶ τὰ γραμμάτια, καὶ μέμψις, ὅτι μὴ probrare Diniæ, quapropter ex ami-
πολλῷ χρόνῳ ἀφίκετο, καὶ οἱ κόλακες συνέ- cis vnum sese non admisisset, sed tum
θεον, ὑπιπταλαμησόμενοι, ὁρῶντες ἐδώδιμον quidem assentatores suos sibi antepo-
ἔτι ὄντα τὸν Δημέαν. ὡς δ' ὑπέσχετο ἥξειν πρὸς suisset; diuendita, quam vnam habe-
αὐτὸν, καὶ ἦλθε περὶ τὸν πρῶτον ὕπνον, καὶ ἔνδον bat in Samo, domo paterna; pretium
ἦν ὁ Δημώναξ ὁ τῆς Χαρικλείας ἀνὴρ, εἴτε illi attulit, talenta tria. Quæ simul at-
καὶ ἄλλως αἰσθόμενος, εἴτε καὶ ἀπὸ σωμήματος que recepisset Dinias, haud clàm erat
τῆς γυναικὸς (ἀμφω γὰρ λέγεται) ἐπιθυμή- Charicleæ: rursus subitò formosus fa-
σας, ὥσπερ ἐκ λόχου, τὸν τε αὐλῶνα ἀπο- ctus: rursus ancilla, & literulæ, & ex-
κλείσαι ἐκέλευε, καὶ συλλαμβάνειν τὸν Δημέαν, postulatio, quòd iam diu sese non adis-
set: concurrerunt item adulatores ap-
plaudentes, vt viderunt Diniæ adhuc es-
se quod daret. Cùm autem pollicitus es-
set sese venturum ad illam, venissétque
primo ferè somno, essétque intus Demo-
nax, Charicleæ maritus, siue quòd alio-
qui præsensérat, siue de composito prodi-
tionéque vxoris (nam vtrunque fertur)
exiliens velut ex insidiis, & atrium iu-
bet occludere, & Diniam comprehendi,



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ignem ac flagra minitans, neque non gladium tanquam in mœchum educens. Ille porrò reputans quibus in malis esset, vecte quopiam, de proximo, vt iacebat, arrepto, tum ipsum occidit Demonactem, in tempus adigens: tum Charicleam: atque hanc quidem non ictu vno, verumetiam & vecte sæpius, & postea Demonactis gladio feriens. At famuli interea muti stabant, rei nouitate attoniti: deinde comprehendere conati, quum in hos quoque ferro insiliret, ipsi quidem aufugerunt, Dinias autem clàm sese subduxit, tanto patrato facinore. Et ad auroram vsque apud Agathoclem diuersabatur: paritérque & quæ facta essent reputabant, & quid in posterum esset euenturum, considerabant. Vt autem diluxit, milites aderant (iam enim res erat diuulgata) comprehensúmque Diniam, nec hunc inficiantem homicidium, adducunt ad præfectum qui per id tempus Asiam moderabatur. Hic eum ad Persarum regem remittit. Nec ita multo pòst relegatus est Dinias in Gyaron insulam, ex Cycladibus vnam, damnatus à rege, vt in ea, quoad viueret, exularet. Agathocles autem cùm reliquis in rebus nunquam abfuerat, tum pariter soluit in Italiam, & amicorum solus vnà est in iudicium comitatus, neque vsquam defuit officio. Porrò vbi iam in exilium profectus est Dinias, ne tum quidem desertus est ab amico: quin potiùs ipse suapte sponte damnatus versabatur in Gyaro, simúlque cum illo exulem agebat. At quum iam rerum necessariarum omnium inopia laborarent, locans seipsum purpurariis, vnà cum aliis vrinabat; quódque hinc partum est, referens, Diniam alebat. Quin & ægrotanti diutissimè inseruiuit: & vbi vita defunctus est, noluit vnquam in patriam reuerti, verùm inibi perseuerauit in insula, pudori sibi fore ratus, si vel mortuum amicum deseruisset. Hoc tibi Græci factum amici retulerim, quod quidem non ita pridem accidit: haud enim scio si anni quinque præterierint quòd Agathocles in Gyaro mortem obiit. TOXA. At vtinam iniuratus ista Mnesippe dixisses, videlicet quò mihi fas esset eis non habere fidem. Adeò Scythicum quendam amicum Agathoclem istum descripsisti: quin vereor ne quem & alium isti similem narres.

πῦρ καὶ μάστιγας ἀπειλῶν, καὶ ξίφος ὡς ὀπὶ μοιχὸν ἀπασάμενος. ὁ δὲ, συνιδὼν οὖ κακῶν ἦν, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον ἁρπάσας, αὐτόν τε ἀποκτείνει τὸν Δημώνακτα, παίσας εἰς τὸν κρόταφον· καὶ τὴν Χαρίκλειαν, οὐ μιᾷ πληγῇ ταύτην, ἀλλὰ καὶ πολλάκις μοχλῷ πολλάκις, καὶ τῷ ξίφει τοῦ Δημώνακτος ὕστερον. οἱ δ' οἰκέται τέως μὲν ἐσήκασιν ἄφωνοι, τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπεπληγμένοι, εἶτα πειρώμενοι συλλαμβάνειν, ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπήει μετὰ τοῦ ξίφους, ἐκφύγουσι μὲν ὑπεξέφυγον, ὁ Δεινίας δὲ ὑπεξέρχεται, τηλικοῦτον ἔργον ἐργασάμενος· καὶ ὃ μέχρι τῆς ἕω παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα, καὶ τὰ μέλλοντα, ὅ, τι ἀποβήσεται σκοπούμενοι. ἔνθεν δὲ οἱ στρατηγοὶ πρῶτον (ἤδη γὰρ ὁ πρᾶγμα διεβεβόητο) καὶ συλλαβόντες τὸν Δεινίαν, οὐδ' αὐτὸν ἔξαρνον ὄντα μὴ οὐχὶ πεφονευκέναι, ἀπάγουσι παρὰ τὸν ἁρμοστήν, ὃς ἦρχε τηνικαῦτα τῆς Ἀσίας τότε· ὁ δὲ, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ αἰτιᾶται πέμπει αὐτόν· καὶ μετ' οὐ πολὺ κατεπέμφθη ὁ Δεινίας εἰς Γύαρον νῆσον τῶν Κυκλάδων· ἐν ταύτῃ φυγὴν εἰς ἀεὶ τεταγμένος ὑπὸ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς, καὶ τἆλλα μετὰ σπουδῆς, ἐς σπανίως εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ σπουδῇ ἦλθεν εἰς ὃ δικαστήριον μόνος τῶν φίλων, οὐ παρὼν οὐδὲν ὑπεδέησεν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἔφυγεν ὁ Δεινίας, οὐδὲ τότε ἀπελείφθη τοῦ ἑταίρου· καταδικάσας δὲ αὐτὸς ἑαυτόν, διέτριβεν ἐν Γυάρῳ, οὐ συνέφυγεν αὐτῷ· καὶ ὅπως πάντα πάσιν ἦν πόρρω τῶν ἀναγκαίων, παραδοὺς ἑαυτὸν τοῖς πορφυρεῦσι, συλλατεδύετο, οὐ τὸ γινόμενον ἐκ τούτου ἀποφέρων, ἔτρεφε τὸν Δεινίαν, ἐς νοσήσαντα μὲν ὀλιγωρότερον, ἐθεράπευσε, ἐς ἀποθανόντος, οὐκέτι ἐπενόησεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανελθεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐν τῇ νήσῳ ἔμεινεν, αἰσχυνόμενος ἐς τεθνεῶτα ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. τοῦτό σοι ἔργον φίλου Ἕλληνος, οὐ πολλοῦ γε ὁμοίως, ἔτι γὰρ οὐκ οἶδα εἰ πέντε διελήλυθεν, ἀφ' οὗ Ἀγαθοκλῆς ἐν Γυάρῳ ἀπέθανε. ΤΟ. καὶ εἴθε γε, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες, ἵνα μὴ ἀπιστεῖν ἐνόμιζον ἔξεστί μοι σκυθικόν τινα φίλον τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον διηγήσῃ· πλὴν δέδοικα μή τινα καὶ ἄλλον ὅμοιον εἴπῃς αὐτῷ.

ΜΝΗ. ἄκουε τοίνυν καὶ ἄλλου, ὦ Τόξαρι, Εὐθύδικον τὸν Χαλκιδέα. διηγεῖτο δέ μοι περὶ αὐτοῦ Σίμυλος ὁ ναύκληρος ὁ Μεγαρικός, ἐπομοσάμενος ἦ μὴν αὐτὸς ἐωρακέναι τὸ ἔργον. πλὴν μόνῳ γὰρ ἔφη ἐξ Ἰταλίας ἀπαίρειν σὺν δύσι πλοιαρίοις, συλλογίμους τινὰς ἀνθρώπων κομίζων, ἐν οἷς καὶ τοὺς περὶ τὸν Εὐθύδικον, καὶ μετ' αὐτοῦ, Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα, καὶ τὸν τοῦ ἑταίρου αὐτοῦ ἡλικιώτας ὄντας· ὡς δὲ Εὐθύδικον, ἐρρωμενέστερον, καὶ καρτερώτερον τοῦ Δάμωνος, ὑπάρχοντα, καὶ ἀδεκνύντα, ἀεὶ τὸ κοινὸν μᾶλλον ὠφελοῦντα, ὡς ἑδόκει, ἀνιαρότερον ἄγειν μόνῳ τῷ Σικελίας, διὰ τυχὸς δὴ πλεύσαντας ἔφη ὁ Σίμυλος σφᾶς, ἐπεὶ δὴ τὸν πορθμὸν δὴ διαπεράσαντες, ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ Ἰονίῳ ἔπλεον, χειμῶνα μέγιστον ὑπιπεσεῖν αὐτοῖς. καὶ τὰ μὲν πολλά, τί ἂν τις λέγοι, τρικυμίας τινὰς, καὶ τροβίλους, καὶ χαλάζας, καὶ ἄλλα, ὅσα χειμῶνος κακά; ἐπεὶ δὲ ἤδη σφᾶς κατὰ τὴν Ζάκυνθον εἶχε, ἀπὸ φιλίας τῆς καρίας πλέοντας, ἔτι καὶ ἀσπίδας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς ὃ ῥᾷστον ὑπιδέχεσθαι τῆς ὁρμῆς, περὶ μέσας νύκτας, οἷς ἐν τοσούτῳ σάλῳ ναυτιάσματα τὸν Δάμωνα, ἐμεῖν ἐς κεφαλὴν εἰς τὴν θάλασσαν· εἶτα, οἶμαι, τῆς νεὼς διαφερομένης ἐς ὁκατέρωθεν μέρος ὑπικλινούσης, καὶ τῶν κυμάτων σὺν ἀπώσμασι, ἐκπεσεῖν αὐτὸν ὑπὲρ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸ πέλαγος, ἅτε γυμνὸν τὸ ἄθλιον, ὡς δὴ καὶ ῥᾷον διαφεύξεσθαι· διὸ δὴ οὕτω δοκεῖν πεπρᾶσθαι, ἐκ μόνης ἑαυτὸν ἀναφέροντα τοῦ κλύδωνος τὸν Εὐθύδικον, ὡς ἥκουσε (τυχεῖν γὰρ γυμνὸν ἐκ τῆς δίνης ὄντα) ῥίψαι ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, ἐκ καταλαβόντα τὸν Δάμωνα ἤδη ἀπαγορεύοντα (φαίνεσθαι γὰρ ὑπὸ πολὺ ζῶντα, τὸ σελήνης καταλαμπούσης) συμπροσδεδραμηκέναι, καὶ συλλαμβάνειν. σφᾶς δ', ὑπὸ μὲν μόνῳ αὐτοῖς βοηθεῖν, καὶ ἐλεεῖν τὴν συμφορὰν τῶν ἀνδρῶν, μὴ δυνάσθαι δ', μεγάλῳ τῷ πνεύματι ἐλαυνομένους, πλὴν ἐκτεῖναί τε ποιῆσαι, φελλούς τε πολλοὺς ἀφεῖναι αὐτοῖς, καὶ τῶν κοντῶν τινας, ὡς ὑπὸ τούτων ἀπανήξαιντο, εἴ πῃ αὐτῶν κατευτύχοιεν, καὶ τέλος, καὶ τὴν ἀποβάθραν αὐτῷ, ὑμικρὰν οὖσαν. σὺνόησον τοίνυν τοὺς θεοὺς, ὧν τινα δῶ τις ἄλλῳ ὑπόδειξιν ὑπιδείξαιτο διανοίας εὐλαβεστέραν τοὺς ἄνδρα φίλον, ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα εἰς πέλαγος ὕδατος ἠλειωμένου, ἢ κοινωνήσας τὸν θανάτου;

A MNE. Audi iam & alium Toxari, Euthydicum Chalcidensem. Recitat autem mihi de hoc Simylus nauclerus Megarensis, adiurans profectò sese rem factam esse. Aiebat enim nauigasse sese ex Italia Athenas, circiter Pleiadum occasum, collectitios quosdam homines vehentem: in his fuisse Euthydicum, vnà que cum hoc Damonem Chalcidensem eiusdem amicum: ac natu quidem eos aequales fuisse: verùm Euthydicum valentem robustúmque: Damonem contrà supinum, atque valetudinarium, quasi qui nuper (vt apparebat) ex diuturno morbo reualuisset. Itaque ad Siciliam vsque feliciter aiebat Simylus nauigasse ipsos. Cæterùm vbi transmisso freto, in ipso iam Ionio mari nauigarent, tempestatem maximam eis incubuisse. Quid autem attinet multa referre? immanes quasdam procellas ac sinuosas, tùm grandines, & si quæ aliæ tempestatis mala? Vt verò iam haud procul abessent à Zacyntho, nuda nauigantes antenna, præterea & funes quosdam trahentes, quò nimirum vim impetúmque fluctus exciperent: circiter noctis medium, Damonem, qui in tanta iactatione nauscaret, vomuisse in mare propendentem. Deinde, vt coniicio, naue vehementiùs in eam partem in quam ille propendebat, inclinata, simúlque propellente fluctu excidisse eum prono capite in pelagus: neque nudum tamen, videlicet vt misero vel natare commodè liceret. Mox itaque succlamasse cùm præfocaretur, víxque sese ab vndis sustolleret. Porrò Euthydicum simul atque audisset (nam forte fortuna nudus in strato tum erat) abiecisse semet in mare, arreptóque Damone, qui iam deficiebat (diutiùs enim ista videri poterant, luna scilicet relucente) vnà iuxta illum nasse, ac subleuasse. Ac voluisse quidem illis opitulari sese, miseratos virorum calamitatem, verùm nequisse, quòd vento præualido raperentur. Illud tamen feciisse, subera complura ad illos proiecisse, tum ex contis aliquot, vt ab his suspensi natarent, si quem fortè ex eis nanciscerentur, postremò scansoria quoque tabulata, quæ quidem erant neutiquam exigua. Cogita iam per deos, quod aliud grauius beneuolentiæ documẽtum quisquam edere queat in hominem amicum, qui noctu decidisset in mare vsque adeò sæuiens, quàm communicata morte?

Hypar. Euthydicus & Damon Chalcidenses.

Iámque adeò mihi ante oculos pone imminentes procellas, fragorem aquæ sese agglomerantis, spumam vndique efferuescentem, noctem, ac desperationem, ad hæc illum iam præfocari incipientem, vixque vndis extantem, manúsque porrigentem amico: hunc autem incontanter insilientem, simúlque nantem, prorsúsque solicitum ne soprior Damon interiret. Sic enim profectò cognosces quòd haud ingeneros sum hunc quoque amicum, videlicet Euthydicum, retulerim. TOXARIS. Vtrùm perierunt, viri, Mnesippe, an salus quæpiam ex insperato illis contigit? Adeò ego illis non mediocriter timui. MNE. Bono animo es Toxaris, seruati sunt, quin hodiéque Athenis agunt ambo, philosophiæ dantes operam. Nam Simylus ea demum narrare poterat, quæ noctu videre licuit, hunc delapsum, illum desilientem, simúlque nantes, quatenus per noctem dabatur aspicere. Porrò quæ post hæc acciderint, Euthydicus ipse narrat. Primùm quidem, subera quædam fortè nactos, suspendisse de his sese, atque ita hærentes fluitasse, sanè quàm incommodè. Deinde vbi tabulata conspexissent, iam sub auroram annasse, conscensisque illis, commodè deinde nantes appulisse Zacynthum. Post hos autem, qui neutiquã mali sunt, vt ego quidem autumo, accipe iam tertium, nihilo istis inferiorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio & Charixeno Sicyonio amicis vtebatur, & iis quidem opulentis, quum ipse pauperrimus esset. Hic vita decedens, testamentum reliquit aliis quidem fortasse deridiculum, tibi verò haud scio an tale sit appariturum, viro probo, & apud quem amicitia in pretio sit, quique vel cum præcipuis in ea certare queas. Sic enim in eo scriptum erat: Lego Aretæo quidem matrem meam alendam, atque in senecta fouẽdam: Charixeno verò filiam meam elocandam cum dote, quanta ab illo maxima dari poterit. (Erat autem illi mater anus, ac filiola iam matura nuptiis.) Si quid autem interim acciderit alterutri, huius quoque partem, inquit, alter habeto. Huiusmodi lecto testamento, ij qui tenuitatem quidem Eudamidæ nouerant, at amicitiam quæ illi cum his viris intercesserat, ignorabant, rem pro ludo iocóque ducebant. Nemo certè aderat qui non cum risu discederet,

*III Eudamidas, Aretæus, Corinthij, & Charixenus Sicyonius.*

A κεφαλὴ ἐπ' ὀφθαλμῶν λάβοι τὸν ἐπιφαίνοντα τῶν κυμάτων, τὸν ἦχον τοῦ ὕδατος ὑπικλωμένου, τὸν ἀφρὸν ἀνεζέοντα, τὸν νύκτα, καὶ τὴν ἀπόγνωσιν, εἶτα ἀποπνιγόμενον ἤδη, καὶ μόλις ἀνακύπτοντα, καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντα τοῦ ἑταίρου, τὸν δὲ ἀπερισπάστως ἅμα, καὶ νεῦοντα, καὶ δεδοικότα μὴ πρὸ αὐτοῦ ὁ Δάμων. ἅπαντα δὲ ταῦτα μαθοὶς, ὡς οὐκ ἀχθυνῇ σοι τὸν φίλον τὸν Εὐθύδικον διηγησάμενος. Τ Ω. πότερον δὲ ἀπώλοντο, ὦ Μνήσιππε, οἱ ἄνδρες, ἢ τις αὐτοῖς ἐκ θαλάττου σωτηρία ἐγένετο; ὡς ἔγωγε ὑπὲρ μετρίως δεδοίκα αὐτῶν. MN. θαῤῥεῖ, ὦ Τόξαρι, ἐσώθησαν, καὶ ἔτι καὶ νῦν εἰσιν Ἀθήνησιν, ἄμφω φιλοσοφοῦντες. ὁ μὲν γὰρ Σίμυλος, ταῦτα μόνα εἶχε λέγειν, ἃ ποτε εἶδε τῆς νυκτὸς· τὸν μὲν, ἐκπεσόντα, τὸν δὲ, ἀναπηδῶντα, καὶ νηχομένους, ἐς ὅσον ἐν νυκτὶ καθορᾶν ἐδύνατο. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου, οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐθύδικον αὐτοὶ διηγοῦνται. ὁ μὲν γὰρ ἔφασκεν, φελλοῖς τισι χρησάμενοι, αἰωρεῖσθαι ὑπὲρ τοῦτων ἑαυτοὺς, καὶ ἀπονήχεσθαι πονηρῶς· ὕστερον δὲ τὸν ἀποβάθραν ἰδόντας, ἤδη πρὸς ἕω, προσνήξασθαί τε αὐτῇ, καὶ ὁ λοιπὸν διαβαίνειν, θυμῶδες προσερείδοντας τῇ Ζακύνθῳ. μὴ γὰρ τούτους γε Φαίακας εἶναι, ὡς ἔγωγε αὖ εἴρηκα, ἀχθυσον ἤδη τεῖνον ἄλλον σοῦ τι χείονα αὐτῶν. Εὐδαμίδας Κορίνθιος, Ἀρεταίῳ τῷ Κορινθίῳ, & Χαριξένῳ τῷ Σικυωνίῳ, φίλοις ἐχρῆτο θυπόροις ὄσι, πένεσθαι τοὺς αὐτὸς ὢν ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε, διαθήκας ἀπέλιπε, τοῖς μὲν ἄλλοις, ἴσως γελοίας, σοὶ δ' οὐκ οἶδα εἰ τοιαύτας δόξουσιν, ἀνδρὶ ἀγαθῷ, καὶ φιλίαν τιμῶντι, καὶ ὃς ἐν αὐτῇ πρωτείων ἀμιλλωμένῳ. ἐτέραπτο γὰρ ἐν αὐταῖς, Ἀπολείπω Ἀρεταίῳ μὲν τὴν μητέρα μου τρέφειν, καὶ γηροκομεῖν, Χαριξείνῳ δὲ, τὴν θυγατέρα μου ἐκδοῦναι μὴ πρωϊκῶς, ὁπόσην ἂν πλείστην δύνηται διδοῦναι πρὸς αὐτοῦ δύνηται (ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μήτηρ πρεσβύτις, καὶ θυγάτριον ὡραῖον ἤδη γάμου) ἢν δέ τι ἄτερος αὐτῶν ἐν ποσῷτῳ πάθῃ, καὶ τὸ ἐκείνου μερίδα, φησὶν, ἐχέτω ὁ ἕτερος. τούτων ἀναγνωσθέντων τῶν διαθηκῶν, οἱ μὲν πένιαν μὲν εἰδότες τοῦ Εὐδαμίδα, τὴν φιλίαν δ', ἣ πρὸς τοὺς ἄνδρας ἦν αὐτῷ, ἀγνοοῦντες, ἐν παιδιᾷ τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ γελῶν ἀπηλλάττετο,

οἵ] Ἀρεταῖος καὶ Χαρίξενος οἱ δυσδαίμονες, κλῆρον ἀμφιδέξονται, λέγοντες, εἴ γε ἀποτίσουσιν Εὐδαμίδᾳ, καὶ ζῶντες αὐτοῖ κληρονομήσονται τὸν τοῦ νεκροῦ· οἱ κληρονόμοι δ', οἷς ταῦτα κατελέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἦκον θύοντες ἀγαπῶντες τὰ ἐν τῇ διαθήκῃ. ὁ μὲν οὖν Χαρίξενος, πέντε μόνας ἡμέρας ὀπτανίοις, ἀπέθανεν· ὁ δὲ Ἀρεταῖος, ἄριστος κληρονόμων γενόμενος, τῷ τε ἐκείνου, καὶ τῷ αὐτοῦ μερίδα τοῦ γάλακτος, τρέφει τε τὴν Εὐδαμίδα τῷ μητέρα, καὶ τῷ θυγατέρα δὲ τοῦ πολλοῦ ἐκδέδωκεν, ἀπὸ ταλάντων πέντε, ὧν εἶχε, δύο μὲν τῇ αὐτοῦ θυγατρί, δύο δὲ τῇ τοῦ Φίλου ὀπτανίοις, καὶ τὸν γάμον γε αὐταῖν ὀπτὰ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε γενέσθαι. τί σοι δοκεῖ, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας προβεβλῆσθαι, τοιαῦτα κληρονομήσας, καὶ μὴ προσθοῖς τὰς διαθήκας τῇ φιλίᾳ; ἢ πλείω καὶ τούτων ἐν ταῖς τελείαις ψήφοις μίαν τῶν πέντε εἶ; ΤΟ. Καὶ σοῦ μὲν καλῶς· ἐγὼ δὲ, τὸν Εὐδαμίδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τοῦ θάρσους, ὅ εἶχε πρὸς τοὺς φίλους. ἐδήλου γὰρ ὡς καὶ αὐτὸς αὖ τὰ ὅμοια ἔπραξεν ἂν αὐτῷ, εἰ μὴ καὶ ἐν διαθήκαις ταῦτα ἐγέγραπτο, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων ἦλθεν αὖ ἄγραφος κληρονόμος τῶν τοιούτων. ΜΝ. Οὐ λέγεις· τέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τὸν Χαρμόλεω, Μασσαλίηθεν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καλὸς ἀνήρ, καὶ μέγας, καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει· παρεκάθητο δὲ αὐτῷ γυνὴ ὀπτὴ ζεύγους ὁδοιπορούντων, τά τε ἄλλα εἰδεχθής, καὶ ξηρὰ ὃ ἥμισυ ὃ δεξιόν, καὶ τὸ ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένην, πανυλωθρότατόν τι καὶ ἀπρεπέστατον μορμολύκειον. εἶτα ἐπεὶ ἐθαύμασα εἰ καλὸς οὗτος, καὶ ἀπρεπὴς ὤν, ἀνέχεται παρεζευγμένος τοιαύτην αὐτῷ γυναῖκα, ὁ δείξας μοι αὐτὸν, διηγεῖτο τὴν ἀνάγκην τοῦ γάμου, ἀκριβῶς εἰδὼς ἕκαστα· Μασσαλιώτης δὲ καὶ αὐτὸς ὤν. Μενεκράτει γὰρ, ἔφη, τῷ πατρὶ τῆς δυσμόρφου ταύτης, φίλος ὢν ὁ Ζηνόθεμις, πλουτοῦντί τε καὶ τιμωμένῳ ὁμοτίμως ὤν. χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν ἐν καταδίκης, ὅτε καὶ αὐτὸς ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξακοσίων, ὡς ἀποφηνάμενος γνώμην κακόν. ὅτῳ δὴ οἱ Μασσαλιῶται κολάζομεν, ἔφη,

A quòd eiusmodi hæreditatem Aretæus & Charixenus essent accepturi, felices videlicet: atque ita aiebant: Si quidem persoluent Eudamidæ, superstites etiam ipsi hæreditatem tradent mortuo. At hæredes quibus ista erant legata, vt audierũt, venerunt illico, agnoscẽtes ratáq; facientes ea quæ erant testamẽto mandata. Itaque Charixenus quinque duntaxat dies superstes, diem obiit. Aretæus autem optimus successor factus, tum illius, tũ suo ipsius susceptо onere, & matrem alit Eudamidæ, & filiam non ita pridem elocauit, ex quinque talentis quæ possidebat, duobus in propriæ filię dotem, duobus in
B amici filiam erogatis. Ac nuptias ambarum eodem die fieri voluit. Quid tibi, Toxaris, Aretæus iste videtur? nũmnam leue amicitiæ argumentum exhibuisse, adita huiusmodi hęreditate, neque deserto amici sui testamento? an hunc quoque in perfectis idoneísque calculis ponimus, vt sit vnus è quinque? TOX. Et iste quidem egregius: quanquam equidem Eudamidam multo magis ob fiduciam admiratus sum, qua fuit erga amicos: declarauit enim quòd & ipse eadem fuisset facturus erga illos, tametsi non essent ea
C scripta in testamento, verùm ante alios venisset non scriptus taliũ hæres. MNE. Probè dicis. Sed quartum iam tibi narrabo, Zenothemin Charmolëi, Massilia oriundum: commonstrabatur autem mihi in Italia, patrię nomine legatum agenti, vir decorus, procerus, ac diues, vt apparebat. Assidebat illi vxor in rheda iter facienti, cùm alioqui deformis, tum dimidia, nempe dextra, corporis parte manca, alteróque capta oculo, teterrimum quoddam & refugiendum terriculum. Deinde cùm demirarer, si decorus ille quum esset ac venustus, sustineret
D eiusmodi mulierem sibi adiunctam: is qui mihi eum commonstrabat, caussam exponit quare in id matrimonium incidisset: nouerat enim compertè omnia: nam ipse quoque Massilienſis erat. Menecrati (inquit) huius fœdæ patri, amicus erat Zenothemis, viro diuiti ac honorato ipse iisdem rebus par. Deinde aliquanto pòst facultatibus exutus est ex condemnatione Menecrates, quo tempore pariter infamis, & ad capessendos magistratus inidoneus est iudicatus à sexcentis viris, tanquam qui sententiam iniquam pronuntiasset. Ad hunc autẽ modum, inquit, nos Massiliẽses, mulctamus,

*IIII. Zenothemis Massiliensis, & Menecrates.*

si quis corruptè iudicet. Grauiter itaque A ferebat Menecrates, primùm, quòd esset condemnatus: deinde, quòd è diuite pauper: postremò, quòd ex nobili repentè factus esset infamis ac reiectitius. At præter cætera eum ipsa discruciabat filia iam nubilis, vtpote annos nata decem & octo, quam ne cum omni quidem patris substantia quam ante condemnationem possederat, dignatus fuisset quisquam ingenuus ac pauper facilè accipere, quæ tã infelici fuerit forma. Quin & concidere dicebatur, idque circa lunam crescẽtem. Hæc vbi apud Zenothemin deploraret, Bono, inquit, animo es Menecrates. Neque enim ipse egebis necessariis, & filia B tua dignum aliquem suo genere sponsum inuenerit. Atque hæc eloquutus statim apprehensa illius dextra, deduxit domum: ibique opes, quæ illi multæ erant, partitus est cum illo: ac cœna parari iussa, conuiuio accepit amicos, & in his Menecratem, veluti iam è necessariis cuipiam persuasisset vt puellam in matrimonium acciperet. Posteaquam autem conuiuium peregerant, libassẽtque Diis, tum verò plenum illi calicem porrigens, Accipe, inquit, Menecrates à genero symbolum affinitatis, poculum: nam hodie ducturus sum ego filiam tuam Cydimacham: dotem autem iam olim accepi talenta quinque & viginti. Illo verò respondente, Absit, ne feceris ô Zenothemis, néve ipse vsque adeo insaniam, vt te neglectum, qui & iuuenis es, & formosus, conspiciam cum deformi puella ac debilitata coniugatum: Hæc, inquam, illo loquente hic sponsam adiunctam tollens, abduxit in thalamum: ac paulo pòst prodiit, ea devirginata: atque ex eo tempore cum illa viuit, supra modum diligens, & quemadmodum vides, circumferens eam. Et non solùm non pudet matrimonij, verumetiam perinde atque glorians de eo, sic ostentat, propterea quòd negligit corporis formam ac fœditatem, ad hæc opes & famam: tantùm amici rationem habet Menecratis, neque arbitratur eum sexcentûm virûm sententia deteriorem esse factum, quantum ad necessitudinem. Quanquam pro his iam illi gratiam retulit fortuna, ad hunc modum: Puellus enim ei formosissimus ex illa deformissima susceptus est. Neque diu est quòd tollens hunc pater, intulit in curiam, frondibus oleaginis coronatum, ac pullis amictum,

εἴ τις ἀδόκιμα γράψειεν. ἐλυπεῖτο οὕτω ὁ Μενεκράτης, καὶ ὅτι τῇ καταδίκῃ, καὶ ἐπεὶ ἐκ πλουσίου πένης, καὶ ἐξ εὐδόξου ἄδοξος ἐν ὀλίγῳ ἐγένετο. μάλιστα δὲ αὐτὸν ἰδία θυγάτηρ αὕτη, ὀπτόγαμος ἤδη, καὶ ὀκτωκαιδεκέτις οὖσα, ἰδοὺ δὲ μὴ πάσης τῆς οὐσίας τῆς πάλαι, ἰδού γε τοῦ τῆς καταδίκης ἐκτὸς, ἠξίωσεν ἂν τις τῶν γε εὐγενῶν, καὶ πενήτων, ῥᾳδίως ἀνασχέσθαι, οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν ὄψιν. ἐλέγετο δὲ καὶ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην. ὡς ἐπὶ τούτοις τὸν Ζηνόθεμιν ἀποδύρεσθαι, θαῤῥεῖ, ἔφη, ὦ Μενέκρατες, οὔτε γὰρ ἀπορήσεις τῶν ἀναγκαίων, καὶ ἡ θυγάτηρ σου ἄξιον τοῦ γένους εὑρήσει νυμφίον τινά· καὶ ταῦτα ἅμα διεξιών, λαβόμενος αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τὴν τε οὐσίαν πολλὴν οὖσαν, ἐπέμετο πρὸς αὐτόν· καὶ δεῖπνον παρασκευασθῆναι πολυτελῆ κελεύσας, εἰσίασι τοὺς φίλους, καὶ τὸν Μενεκράτην, ὡς δή τινα τῶν ἑταίρων πεπεικὼς ἐπιδεῖναι τῆς κόρης τὸν γάμον. ἐπεὶ δὲ ἐδεδείπνηντο αὐλοῖς, καὶ ᾄσμασιν τοῖς θεοῖς, ἐνταῦθα δὴ μέσην αὐτῶν τὴν φιάλην προτείνας, Δέδεξο, εἶπεν, ὦ Μενέκρατες, παρ' ἐμοῦ τὸν γαμβρὸν φιλοτησίαν· ἄξομαι γὰρ ἐγὼ τήμερον τὴν θυγατέρα Κυδιμάχην. τὴν προῖκα δὲ πάλαι εἴληφα, τάλαντα πέντε καὶ εἴκοσι· τοῦ δὲ, ἅπαγε λέγοντος, μὴ σύγε, ὦ Ζηνόθεμι, μὴ οὕτω μανείην, ὡς προϊδεῖν σε, νέον ἐκ καλὸν ὄντα, χήρᾳ αἰσχρᾷ καὶ λελωβημένῃ συγκαταζυγνύμενον. ὁ δὲ, ταῦτα διεξιόντος, ἁρπάσας τὴν νύμφην, ἀπῆλθεν ἐς τὸν θάλαμον· καὶ μετ' ὀλίγον προσῆλθε, δῃλαγορήσας αὐτῇ. ἐκ δὲ ἀπ' ἐκείνης στιγμῆς ὑπερηγάπων, καὶ πάντη ὡς ὁρᾷς περιαγόμενος αὐτήν· καὶ οὐχ ὅπως οὐκ αἰσχύνεται τὸν γάμον, ἀλλὰ καὶ σεμνυνόμενός ἐοικεν, ὑπερηνύμενος ὡς καταφρονῶν τῆς ἐν σώματι καλῆς, καὶ αἰσχρᾶς, καὶ πλούτου, καὶ δόξης, ἀφορᾷ γὰρ ἐς τὸν φίλον, καὶ τὸν Μενεκράτην· οὐδὲ οἴεται χείρω προῖκα φιλίδιον ἀντὶ τῶν ψήφων τῶν ἑξακοσίων γεγενέναι. πάλαι ἤδη τε τούτων ὕστερος αὐτὸν ἠμείψατο καὶ ἡ τύχη· παιδίον γὰρ πάγκαλον ἐκ τῆς αἰσχίστης αὐτῷ ταύτης ἐλάμβανε· καὶ τρέφων γε, ἐπεὶ ἀρράβδους αὐτὸ εἰσεκάμισεν ὁ πατὴρ ὁ βουλευτήριον, ἀλλὰ φῦλλα ἐστεμμένον, καὶ μέλανα ἀμπεχόμενον,

ὡς

ὡς ἐλεεινότερον φανεῖν ὑπὲρ τῦ πάππου, ὃ μὲν βρέφος ἀνεγέλασε πρὸς τοὺς δικαστάς, καὶ συνεκρότει τὰ χεῖρε. ἡ δικὴ δ' ὑπεκλαυθεῖσα πρὸς αὐτὸ, ἀφῆκε τὴν Μενεκράτει ζημίαν καταδίκην, καὶ ἤδη ὑπάρχει τοιούτῳ συνηγόρῳ χρησάμενος πρὸς τὸ συνέδριον. τοιαῦτα ὁ Μασσαλιώτης ἔλεγε τὸν Ζηνόθεμιν εἰρηκέναι ὑπὲρ τῦ φίλου, ὡς ὁρᾷς, ὦ μικρά, δὲ ὑπὸ πολλῶν αἰ Σκυθῶν γιγνόμενα· οἵτε καὶ τὰς παλλακὰς ἀκριβῶς τὰς καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγουσι. λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος· καί μοι δοκῶ οὐκ ἄλλον ἐρεῖν, Δημητρίου τὸν Σουνιέως ὑπολαμβάνοντα. συνεκπλεύσας γὰρ ἐς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος, Ἀντιφίλῳ τῷ Ἀλωπεκῆθεν, ἑταίρῳ οὐκ παίδων ὄντι, καὶ συνεφήβῳ, συνῳδῷ, καὶ συνεπαιδεύετο, αὐτὸς μὲν, τὴν Κωικὴν ἄσκησιν ἀσκούμενος ὑπὸ τῷ Ῥοδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ· ὁ δ' Ἀντίφιλος, ἰατρικὴν ἄρα ἐμελέτα. καὶ δή ποτε ὁ μὲν Δημήτριος ἔτυχεν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν καὶ θέας τῶν πυραμίδων, καὶ τὸ Μέμνονος. ἤκουε γὰρ ταύτας ὑψηλὰς ὄσας, μὴ παρέχειν σκιὰν τὸν ὑπὸ Μέμνονα, ὅταν πρὸς αἰτέλλοντα τὸν ἥλιον. τούτων ὑπεθυμήσας Δημήτριος, θέας μὲν τὰς πυραμίδων, ἀκροάσεως δὲ τὸ Μέμνονος, ἀναπεπλευκὼς καὶ τὸν Νεῖλον, ἕκτον ἤδη μῆνα, ὀκνηρὰ πάντα πρὸς τὴν ὁδὸν καὶ ὁ θάλπος, ἀπολιπὼν τὸν Ἀντίφιλον. ὁ δ' οὐ τοσούτῳ συμφορᾷ ἐχρήσατο, μᾶλλον γυναικός τινος φίλης δεομένῃ. οἰκέτης γὰρ αὐτῷ Σύρος, ὃν τοιοῦμεν, καὶ τὸ πατρίδα, ἱεροσύλοις τισὶ κοινωνήσας, συνεξῆλθέ τε αὐτοῖς ἐς τὸ Ἀνουβείσιον, καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν, χρυσᾶς τε φιάλας δύο, καὶ κηρύκιον χρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ κυνοκεφάλους ἀργυροῦς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, κατέθεντο πάντα παρὰ τῷ Σύρῳ· εἶτ' ἐμπεσόντες (ἐάλωσαν γάρ τι ἀπεμπολῶντες) ἅπαντα θύρας ἔλεγον τρεβλούμενοι ὑπὸ τῦ ἔχοντος, καὶ ἀγόμενοι ἦκεν ὑπὸ τὴν οἰκίαν τῦ Ἀντιφίλου, καὶ τὰ φώρια ἐξέφερεν ὑπὸ κλίνῃ τινὶ, ἐν σκοτεινῷ κείμενα. ὅτε οὖν Σύρος ἐδέδετο θύρας, καὶ ὁ δεσπότης αὐτῦ Ἀντίφιλος· οὗτος μὲν καὶ μεταξὺ ἀκροώμενος τῦ διδασκάλου, ἀναπαυθείς, ἐβοήθησε δὲ οὐδείς· ἀλλὰ καὶ οἱ πέως ἑταῖροι, ἀπεστρέφοντο ὡς ὃ Ἀνουβείσιον συλήσαντα, καὶ ἀσέβημα αὐτῷ ἡγοῦντο εἰ, εἰ συνεπίοιν ποτε

A quò plus miserationis suo conciliaret. At infans arridebat iudicibus, & manibus complodebat. Itaque curia commota super illo, remisit mulctam Menecrati: atque ille iam rei famæque restitutus est, eiusmodi patrono vsus apud iudices. Hæc affirmabat Massilienſis Zenothemin amici gratia fecisse, haud mediocria, sicuti vides, neque qualia passim Scythiæ factitant, qui concubinas formosissimas summa cura diligere dicuntur. Restat nobis quintus. Neque verò mihi videor alium quempiam debere dicere Demetrio Sunienſi præterito. Nauigarat in Ægyptum Demetrius vnà cum Antiphilo Alopecensi, quicum illi iam inde à teneris annis fuerat amicitia, atque ephebus ephebo conuixerat, paritérque fuerat eruditus, ipse quidem Cynicam disciplinam sequutus sub Rhodio illo sophista, Antiphilus verò medendi scientiam exercuerat. At hoc temporis fortè profectus fuerat in Ægyptum, ad spectaculum Pyramidum, Memnonísque. Nam audiuerat, illas, quum essent sublimes, vmbram non iacere: Memnonem autem vocem edere exoriente sole. Harum igitur rerum cupiditate adductus Demetrius, videlicet vt Pyramidas intueretur, ac Memnonem audiret: sextum iam mensem aduerso Nilo nauigabat, relicto Antiphilo, quòd is itinere atque æstu defessus esset. Huic autem interea calamitas incidit, quæ singularem quempiam amicum postularet. Nam puer eius vt nomine, ita & patria Syrus, inita societate cum sacrilegis aliquot, vnà cum illis in Anubis templum irrupit: sublatóque Deo, ad hoc phialis aureis duabus, tum caduceo, aureo & hoc, neque non cynocephalis argenteis, atque id genus aliis, omnia apud Syrum deposuerat. Deinde fortè comprehensi, (capti enim fuerant diuendentes nescio quid) rem omnem protinus confessi sunt, districti in rota: deportatíque venerunt in ædes Antiphili: ibi res furto sublatas depromebant, sub lectica quadam in abdito conditas. Syrus itaque illico vinctus, vnáque herus huius Antiphilus: atque is quidem interea dum præceptorem audit, auulsus. Nec opitulabatur quispiam: quin magis hi qui fuerant hactenus amici, auersabantur hominem, tãquam qui templum Anubis sacrilegio compilasset: seséque impiari credebant, si cum illo bibissent

*V. par. Demetrius Sunienſis, & Antiphilus Alopecenſis.*

aut ediſſent. Porrò duo qui reliqui erant pueri, quicquid erat in domo, conuaſantes, fuga diſceſſerunt. In vinculis igitur erat miſer Antiphilus multum iam temporis: habitus interim omnium, quantum in carcere erat, ſontium ſceleſtiſſimus. Porrò præfectus carceris Ægyptius, homo ſuperſtitioſus, ratus ſeſe gratum facere deo, atque illius vlciſci vices, grauis Antiphilo imminebat. Quòd ſi quando defenderet, affirmans ſe nihil eiuſmodi patraſſe, impudens habebatur: atque hoc nomine multo etiam magis erat inuiſus. Subægrotabat itaque iam, maléque habebat: nec mirum: quippe qui humi cubaret, idque etiam noctu, neque crura ſineretur protendere, ligno incluſa: nam per diem cataſta ſtringebatur, altera manu vincta ferro: at noctu cogebatur totus in vinculis eſſe. Ad hæc inſuper domicilij pædor ac præfocatio, multis ibidem vinctis, locúmque anguſtũ prementibus adeò, vt vix reſpirarent, tum ferri ſtridor, ac ſomnus exiguus, hæc omnia moleſta erant, atque intoleranda: nimirum homini eiuſmodi rerum inſueto, miniméque ad tam durum vitæ genus exercitato. Quum verò iam deficeret, ac ne cibum quidem capere poſſet, reuerſus eſt tandem & Demetrius, nihil dum ſciens eorum quę acciderant. Vt autem cognouerat quo in loco res eſſet, ſtatim q; curriculo ad carcerem veniſſet: tum quidem admiſſus non eſt, propterea quòd veſpera iam eſſet, & carceris cuſtos iamdudum occluſis foribus dormiebat, miniſtris excubias agere iuſſis. At mane quum eſſet ingreſſus, multis videlicet precibus admiſſus, accedens, multo tempore quęrebat Antiphilum: quippe malorum multitudine ſic immutatum, vt cognoſci non quiret. Circumiens igitur, è vinctis vnumquemque contemplabatur, eorum more qui familiarium cadauera iam marcida facta requirunt in ſtragibus. Quòd ni nomen fuiſſet eloquutus, Antiphilum Denomenis filium: ne longo quidem tempore potuiſſet agnoſci quiſnam eſſet: vſqueadeo præ malis erat transfiguratus. Vt verò ad vocem agnitam reſpondiſſet, atque adeunte illo comam diduxiſſet, eam à vultu abigens, ſordidam atque impexam, oſtendit ſeſe quis eſſet. Hîc ambo collapſi ſunt, oculis oborta caligine in tam inopinato ſpectaculo. Verùm aliquanto pòſt, poſteaquam & ipſe ſibi redditus,

ἢ συνῳκίσθησαν αὐτῷ. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν, δύο ὄντες, ἄπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι, ᾤχοντο φεύγοντες. ἐδέδετο δὴ ὁ ἄθλιος Ἀντίφιλος πολλὼ ἤδη χρόνον, ἀπάντων, ὅσοι ἦσαν κακοῦργοι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, μιαρώτατος εἰς δόξαν. καὶ ὁ ὅτι τῶν δεσμῶν Αἰγύπτιος δεισιδαίμων ἀνὴρ ἔφορος, ὡς ἐκ χαρίεσθαι καὶ τιμωρήσασθαι τῷ θεῷ, βαρὺς τῷ Ἀντιφίλῳ ἐφέστως. εἰ δ' ἀπολογοῖτό ποτε λέγων, ὡς οὐδὲν τοιοῦτον εἴργασται, ἀναίσχυντος ἐδόκει, καὶ πολὺ πλέον ὅτι τοῦτο ἐμισεῖτο. ἐπεὶ νόσῳ τοιαύτῃ ἤδη, καὶ πονήρως εἶχεν, οἷς εἰκὸς χαμαὶ καθεύδοντα, καὶ τῆς νυκτὸς, οὐδὲ ἐκτεῖναι τὰ σκέλη δυνάμενον, ἐν τῷ ξύλῳ καθακεκλῃσμένα· τῆς μὲν γὰρ ἡμέρας ὁ κλοιὸς ἤρκει, καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ πεπεδημένη· εἰς δὲ τὴν νύκτα, ἔδει ὅλον καθεδεῖσθαι· καὶ μὴν καὶ τῆς οἰκήματος ἡ δυσοσμία, καὶ ὁ πνίγος, ἐν ταύτῃ πολλῶν δεδεμένων, καὶ ἐξενοχωρημένων, καὶ μόλις ἀναπνεόντων, καὶ τῆς σιδήρου ὁ ψόφος, καὶ ὕπνος ὀλίγος, ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν, καὶ ἀφόρητα, οἵῳ αὐδρὶ ἐκείνων ἀήθη, καὶ ἀμελετήτῳ τοιῆς οὕτω σκληρᾶς τῆς διαίτης. ἀπαγορεύοντος δὲ αὐτῷ, καὶ μηδὲ σῖτον αἴρεσθαι θέλοντος, ἀφικνεῖται ποτε καὶ ὁ Δημήτριος, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων. καὶ ὅπως ἔμαθεν, ὡς εἶχεν, ἀθρόος ὅτι τὸ δεσμωτήριον, δρομαῖος ἐλθὼν, τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη, ἑσπέρα γὰρ ἦν· καὶ ὁ δεσμοφύλαξ πάλαι κεκλῃκὼς τῇ θύρᾳ, ἐκάθευδε, φερουρῶν τοῖς οἰκέταις τοῦ κεκλεισμένου. ἕως δὲ εἰσέρχεται, πολλὰ ἱκετεύσας· καὶ παρελθὼν, ὅτι πολὺ μᾶλλον ἐζήτει τὸν Ἀντίφιλον, ἄδηλον ὑπὸ τῶν κακῶν γεγενημένον, καὶ ῥυπῶν, αἰσχυντῆτο καθ' ἕκαστον τῶν δεδεμένων, ὥσπερ εἰώθασιν οἱ τοὺς οἰκείους νεκροὺς, ἤδη ἐώλων ὄντων αὐαζητοῦντες ἐν ταῖς σοροῖς. καὶ εἴ γε μὴ τοιοῦτος ἐφάνη, Ἀντίφιλον Δημομένους, κἂν ὅτι πολὺ ἠγνόησεν αὐτὸς ὅστις ἦν, τοσοῦτον ἤλλακτο ὑπὸ τῶν δεινῶν. ὡς δὲ τῇ φωνῇ αἰσθόμενος ἀνέβοησε, καὶ προσιόντος, διαστείλας τῇ κόμῃ, καὶ ἀπάγων τὸ πρόσωπον αὐχμηρὸν καὶ συμπεπλημμένον, ἔδειξεν αὐτὸν ὅστις ἦν, ἄμφω μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἰλιγγιάσαντες ὅτι τῇ ἀπροσδοκήτῳ θέᾳ. χρόνῳ δὲ ἀναλαβὼν αὐτόν τε

καὶ τὸν Ἀντίφιλον ὁ Δημήτριος, καὶ ἕκαστα, ὡς εἶχεν, ἐκπυθόμενος πρῶτ' αὐτοῦ, θαρρῆσαί τε προσκελεύεται· καὶ διελὼν ὁ τριβώνιον, τὸ μὲν ἥμισυ αὐτὸς ἀναβάλλεται, τὸ λοιπὸν δὲ, ἐκείνῳ δίδωσιν, ἃ εἶχε πινακὰ καὶ ἐκτετριχωμένα ῥάκη περιπάσας, καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, πάντα ἕτοιμα σιτίων, ὑπομιμνήσκων αὐτοῦ, καὶ θεραπεύων. προσδοὺς γὰρ ἑαυτὸν τοῖς ἐν τῷ λιμένι ἐμπόροις, ἕωθεν εἰς μέσην ἡμέραν, οὐκ ὀλίγον ἀπέφερεν ἀγοφορῶν. εἶτ' ἐπανελθὼν ἐκ τοῦ ἔργου, μέρος μὲν τοῦ μισθοῦ τῷ δεσμοφύλακι καταβαλών, πιθανὸν αὐτῷ καὶ εἰρηνικὸν ἀπειργάζετο αὐτόν· τὸ λοιπὸν δὲ εἰς τὴν τοῦ φίλου θεραπείαν ἱκανῶς αὐτῷ διήρκει, καὶ τὰς μὲν ἡμέρας σιτίων τῷ Ἀντιφίλῳ, προσδιαμυδούμενος· ἐπεὶ ὑπὸ νύκτα καταλάβοι, ὀλίγον ποθὲν τῆς ὕλης τοῦ δεσμωτηρίου, στιβάδιόν τι ποιησάμενος, καὶ φύλλα ὑποδησάμενος, ἀνεπαύετο. χρόνον μὲν οὖν τινα οὕτω διῆγον, εἰσιὼν μὲν ὁ Δημήτριος ἀκωλύτως, ῥᾷον δὲ φέρων τὴν συμφορὰν ὁ Ἀντίφιλος, ὕστερον δὲ ἀποθανόντος τοῦ δεσμοφύλακος τινὸς ὑπὸ φαρμάκων, ὡς ἐδόκει, φυλακή τε ἀκριβὴς ἐγένετο, καὶ οὐκέτι πρόφασις ἐς τὸ οἴκημα τοῦ λελυμένων. ἐφ' οἷς ἀπορῶν, καὶ δυσωδυνούμενος, οὐκ ἔχων ὅπως πρόφασιν τοῦ ἑταίρου, προσαγγέλλῃ ἑαυτὸν, προσελθὼν τῷ στρατάρχῃ, ὡς εἴη κεχθρωνηκὼς τῷ ὅτι τὸν Ἄνουβιν ὑπεβύλλης. ὡς δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀπήγετο βιαίως εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἀχθεὶς πρὸς τὸν Ἀντίφιλον (τοῦτο γοῦν μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα, ἐξεργάσατο πρὸς αὐτῷ πλησίον τοῦ Ἀντιφίλου, καὶ τοῦ τοῦ αὐτοῦ κλοιῷ δεδέσθαι) ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἔδειξε τὴν εὔνοιαν, ὡς εἶχε πρὸς αὐτὸν, ἀμελῶν μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν δεινῶν· καίτοι σφόδρα καὶ αὐτὸς ὑπομιμνήσκων ὅπως ἐκφύγοι μάλιστα καὶ καθεύδοι, καὶ ἧττον ἀνιᾶσθαι. ὥστε ῥᾷον ἔφερον μετ' ἀλλήλων κακοπαθοῦντες χρόνῳ δέ τι τοιοῦτον ἐπαυσεν ὅτι πλέον αὐτοῖς δεινὰ ἐμηχανῶντο· εἷς γὰρ τῶν δεδεμένων, ἐκ οἱουδ' ὁτου, ῥίνης ὑποπρίσας, καὶ συνωμότας πολλοὺς τῶν δεσμωτῶν προσλαβών, ἀποπρίσματί τῳ ἀλλοτρίῳ, ἢ ἐδέδεντο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διφρομένων, καὶ ἀπολύσαντες ἀπροόπτως· οἱ δὲ ἀποκτείναντες ὑμαρῶς ὀλίγους ὄντας τοὺς φύλακας, ἐκπηδῶσιν ἀθρόοι.

& Antiphilum recipiens Demetrius, de singulis esset illum diligenter percontatus, bono animo esse iubet. Tum dissecto pallio, dimidiato quidem induitur ipse, reliquum autem illi donat, detractis illi putribus atque detritis quibus erat opertus panniculis: atque ex eo die modis omnibus illi aderat, curam eius agens, inseruiénsque. Locans enim sese iis qui versabantur in portu mercatoribus, à mane ad medium vsque diem oneribus gestandis non parum lucri faciebat. Deinde ab opere reuersus, mercedis partem carcerario in manum dabat, quò illi mansuetum hunc ac pacatum redderet: De reliquo autem in amici curam affatim suppeditabat. Atque interdiu quidem aderat Antiphilo, quò illum consolaretur: vbi verò nox occupasset, pro carceris foribus facto ex herbis torulo, substratisque frondibus, acquiescebat. Et in hunc quidem modum aliquandiu degebant: vt Demetrius nullo vetante ingrederetur, atque ob id mitiùs ferret calamitatem Antiphilus: donec extincto in carcere latrone quopiam, idque, vt putabatur, veneno: & custodiæ exactissimè obseruatæ, neque deinde quisquã admissus in domicilium vinculis liber. Quas ob res dubius atque anxius, quum alia via non pateret, qua liceret amico adesse: adito præfecti collega, seipsum defert, tanquam in irruptione templi Anubis communem operam addidisset. Id simul atque confessus est, abductus est illico in carcerẽ, ac ductus ad Antiphilum. (Nam hoc magnis precib. vix obtinuerat à carcerario, vt proximè Antiphilo, atque eadem in trabe vinciretur.) Hic igitur vel maximè declarauit quanto in illum fuerit amore, quum sua ipsius incommoda negligeret, cùm & ipse interim ægrotaret: illud autem curæ haberet, quo pacto fieri posset vt ille & quamplurimum dormiret, & minimùm angeretur. Atque ita commodè tolerabant, communicatis inter ipsos malis: donec aliquanto pòst tale quidam accidit, quod finem fermè eorum imponeret calamitati. Siquidem è vinctis quispiam haud scio vnde nactus limam, adiunctis coniuratis captiuorum plerisque, catenam insecuit qua seriatim erant adstricti, cyphonibus in hanc insertis, soluítque omnes. Qui quidem facilè trucidatis (quippe paucis) custodibus, conglobati prosiliêre:

atque hi quidem illico quò quisque poterat, dissipati: postea plerique sunt comprehensi. Porrò Demetrius & Antiphilus inibi remanserunt, Syro quoque retento, qui iam aufugere parabat. Vt autem diluxisset, Ægypti præses cognito quod acciderat, emisit quidem qui illos insequerentur: accersitis autem iis qui erant cum Demetrio, solvit à vinculis, collaudatos, quòd soli non aufugissent. At illis haudquaquam sat erat vt hoc titulo dimitterentur: clamabat autem Demetrius, sibique non mediocribus in rebus iniuriam fieri prætendebat, si pro maleficis habiti, viderentur vel commiseratione, vel ob id laudis quòd non aufugissent, dimitti. In summa compulêre iudicem vt causam exactiùs excuteret. At hic vbi reperit nihil eos commeritos, collaudatos illos, Demetrium autem seorsum quoque admiratus, liberos esse iussit, consolatus super pœnam quam tulerant præter ius in vincula coniecti. Quinetiam ambos munere prosecutus est, idque de suo: Antiphilum drachmarum decem millibus: bis tanto Demetrium. Ac Antiphilus etiam nunc quidem in Ægypto est: Demetrius autem sua quoque viginti millia relinquens amico, concessit in Indiam, profectus ad Brachmanas, tantum hoc loquutus Antiphilo, meritò sibi iam ignoscendum videri quòd tum ab eo discederet: neque enim sibi opus fore pecunia, quoad is perseueraret esse qui erat, videlicet qui possit pauci esse contentus: neque illum ampliùs egere amico, quippe cui res iam feliciter haberent. Huiusmodi sunt, Toxaris, amici Græci. Quòd ni initiò notasses nos, tãquam qui verbis nos iactaremus; idem profectò relaturus eram tibi complures orationes, atque eas egregias, quas Demetrius habuerit in iudicio: cùm interim pro se ipso nihil responderet: pro Antiphilo verò lacrymas funderet, atque etiam supplex esset: totámque causam in sese reciperet, donec Syrus flagris cæsus, ambos eos liberos fecit. Hos igitur paucos è plurimis, quos mihi primùm memoria suggessit, tibi narrauerim præclaros ac firmos amicos. Quod reliquum est, iam decedens à narratione, tibi dicendi partes trado. Tu porrò vti Scythas his non inferiores referas, sed longè præstantiores, tibi ipsi curæ fuerit, si quid de dextra solicitus es, ne ea tibi præcidatur.

A ἐκῆνοι μὲν ὧν ὃ πρωτίστα ἕνεκα ἐδύναντο ἕκαστος ἀφεστασαν, ὕστερον συνελήφθησαν οἱ πολλοί. ὁ Δημήτριος δὲ, καὶ ὁ Ἀντίφιλος, καὶ χώρην ἔμενον, καὶ τὸν Σύρον λαβόμενοι ἤδη ἀπιόντος. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, μαθὼν ὁ τοῦ Αἰγυπτίου ὅτι τετραμμένος, ὃ συμβεβηκὼς, ἐπ' ἐκείνους μὲν ἐπεμψε τοὺς διωξομένους, μεταστραφεὶς δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Δημήτριον, ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν, ἐπαινέσας ὅτι μόνοι οὐκ ἀπέδρασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί γε ἠγάπησαν, ὄντως ἀφιέμενοι· ἔδοα δὲ ὁ Δημήτριος, καὶ δεινὰ ἐποιεῖτο ἀδικεῖσθαι σφᾶς ὑ σμικρὰ, εἰ δόξουσι κακοῦργοι ὄντες, ἐλέῳ ἢ ἐπαίνῳ τοῦ μὴ ἀποδρᾶναι, ἀφεθῆναι. καὶ τέλος, ἰὼν ἀνέκρινε τὸν δικαστὴν, ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα ἐξεπέσας. ὁ δὲ, ἐπεὶ ἔμαθεν οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἐπαινέσας αὐτοὺς, τὸ Δημήτριον δὲ πρώην θαυμάσας, ἀφῆκεν, προσαμυνόμενος ὅτι τῇ κολάσει, ὧν ἐπέρετο ἀδίκως δεδεντες, ἕκαστον δωρησάμενος, πρὸ αὐτοῦ δραχμῶν μυριάδας τὸν Ἀντίφιλον, δὶς τοσαύτας δὲ τὸν Δημήτριον. ὁ μὲν δὴ Ἀντίφιλος, ἔτι καὶ νῦν ἐν Αἰγύπτῳ ἐστὶν. ὁ δὲ Δημήτριος, ἐκ τῆς αὐτοῦ διαμυριάδος ἐκείνῳ καταλιπὼν, ᾤχετο ἀπιὼν εἰς τὴν Ἰνδικὴν, προσελθὼν τοῖς Βραχμᾶσι, τοσοῦτον εἰπὼν πρὸς τὸν Ἀντίφιλον, ὡς συγγνωστὸς αὖ εἰκότως νομίζοιτο, ἤδη ἀπολιπὼν αὐτὸν· ὅτε γὰρ αὐτὸς ἔλαθε τὴν χρημάτων, ἔστ' ἂν αὐτὸς ἦ ὅσπερ ἐστὶν, ἀρκεῖσθαι ὀλίγοις δυναμένους· ὅτε ἐκείνῳ ἔτι δὴν φίλῳ, μυρίων αὐτοῦ τὴν προσεμψε γεγυμνωμένων. Τοιοῦτοι, ὦ Τόξαρι, οἱ Ἕλληνες φίλοι. εἰ δὲ μὴ προδιεβεβλήκεις ἡμᾶς, ὡς ὑπὲρ ῥήμασι μέγα φρονοῦντας, καὶ αὐτὸς ἂν σοι τοὺς λόγους διεξῆλθον πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὄντας, οὓς ὁ Δημήτριος εἶπεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὑπὲρ αὐτοῦ μὲν οὐδὲν ἀπολογούμενος, ὑπὲρ τοῦ Ἀντιφίλου δὲ, καὶ δακρύων προσέπι, καὶ ἱκετεύων, καὶ ὃ πᾶν ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἄχρι μαστιγούμενος ὁ Σύρος, ἀμφοτέρους ἀφῆκεν αὐτούς. ἐγὼ μὲν οὖν τούτους ὀλίγους ἀπὸ πλείονων, οὓς πρώτους ἡ μνήμη ὑπέβαλε, διηγησάμην σοι, ἀγαθοὺς καὶ βεβαίους φίλους. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη καταβὰς ἀπὸ τοῦ λόγου, σοὶ τὴν ῥῆσιν παραδίδωμι· σὺ δὲ ὅπως μὴ χείρους ἐρεῖς τοὺς Σκύθας, μηδὲ πολλῷ τούτων ἀμείνους, αὐτῷ σοι μελήσῃ, εἴ τι δὲ τῆς δεξιᾶς πεφόβησαι, ὡς μὴ ἀποτμηθείης αὐτὴν.

ἀλλὰ χρὴ ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναι. ἐπεὶ καὶ γελοῖα ἂν πάθοις, Ὀρέστῃ μὲν καὶ Πυλάδῃ πάνυ σοφιστικῶς ἐπαινέσας, ἐπὶ δὲ τῆς Σκυθίας φαῦλος ῥήτωρ φανόμενος. ΤΟ. ἄγε, ὦ Μνήσιππε, ὅπως καὶ προτρεψάμενός με πρὸς τὸν λόγον, ὥσπερ ἃ πάνυ σοι μέλον, εἰς ἀποτομηδείκης τινὰ γλῶτταν, κεκαπηδεὶς ἐν τοῖς λόγοις· πλὴν ἄρξομαί γε ἤδη, μηδὲν ὥσπερ σὺ καλλιλογησάμενος, ἃ γὰρ Σκυθικὸν τοῦτο, καὶ μάλιστα ἐπειδὴ τὰ ἔργα ἐπέρρωται τοῖς λόγοις. προσδοκήσῃς δὴ μηδὲν τοιοῦτον παρ' ἡμῶν, οἷα σὺ διεξελήλυθας ἐπαινῶν, εἴ τις ἀπροσδοκήτως ἔγημεν αἰχμάλωτον γυναῖκα, ἢ εἴ τις ἀγώνιον ἐπέδωκε γαμουμένῃ θυγατρὶ, φίλῳ ἀνδρὸς, δύο τάλαντα, καὶ, νὴ Δί', εἴ τις παρέσχεν ἑαυτὸν δεδησόμενον, ὅτι προσδέλφῳ τῷ μικρὸν ὕστερον λυθησομένῳ. πάνυ γὰρ φύτελῆ ταῦτα, καὶ μεγαλωργὸν ἐν αὐτοῖς ἢ ἀνδρῶδες ἔνι τοῦτον. ἐγὼ δέ σοι διηγήσομαι φόνους πολλοὺς, καὶ πολέμους, καὶ θανάτους ὑπὲρ τῶν φίλων, ἵν' εἰδῇς ὡς παιδικὰ τὰ ὑμέτερά ἐστι, πρὸς τὰ Σκυθικὰ ἐξεπάζεσθαι. καίτοι τοῦτ' ἀλόγως αὐτὸ πεποιήκατε, ἀλλὰ εἰκότως τὰ μικρὰ ταῦτα ἐπαινέσαι. τοῦτο γὰρ τοῦτ' εἰσὶν ὑμῖν ἀφορμαὶ ὑπὲρ μεγέθους, πρὸς ἐπίδειξιν φιλίας, ἐν εἰρηνῇ βαθείᾳ βιοῦσιν, ὥσπερ καὶ ἐν γαλήνῃ πλοίοις, εἰ ἀγαθὸς ὁ κυβερνήτης ἐστί· χαλεπῶνος γὰρ δεῖσθαι σοὶ πρὸς τὴν διάγνωσιν· παρ' ἡμῖν δ', οὐκ ἐχεῖς οἱ πόλεμοι, ἢ ἐπελαύνομεν ἄλλοις, ἢ ὑποχωροῦμεν ἐπιόντας, ἢ συμπεσόντες, ὑπὲρ νομῆς, ἢ λείας, μαχόμεθα· ἔνθα μάλιστα δεῖ φίλων ἀγαθῶν, καὶ δέδοκται τοῦτο, ὡς βεβαιότατα συνθέμεθα τὰς φιλίας, μόνον τοῦτο ὅπλον ἄμαχον καὶ δυσπολέμητον εἶναι νομίζοντες. πρότερον δέ σοι εἰπεῖν βούλομαι, ὃν τρόπον ποιούμεθα τοὺς φίλους, οὐκ ἐκ τῶν πότων, ὥσπερ ὑμεῖς, οὐδ' εἴ τις ὁμήλιξ τις, ἢ γείτων ἐστὶν· οὐδ' ἐπειδάν τινα ἴδωμεν ἀγαθὸν ἄνδρα, καὶ μεγάλα ἐργασάμενον, ὅτι τοῦτον ἀποδυτέον. καὶ ὅπερ ὑμᾶς ἐν ταῖς γάμοις, τοῦτο ἡμεῖς ὅτι τῶν φίλων ποιοῦμεν ἀξιοῦμεν, ὅτι πολὺν μνηστευόμενοι, καὶ πάντα ὁμοῦ πρᾶττοντες, ὡς μὴ δεήσωμεν πανοίκου τῆς φιλίας, μηδὲ ἀπολειφθῆναι δόξωμεν. καὶ πειθὼ τοιαύτη τις ἤδη φίλος ἥκει ὁ ἀπὸ τούτου,

A Verùm oportet ſtrenuum præſtare virum. Etenim res quædam vehementer ridicula tibi contigerit, ſi cùm Oreſtem ac Pyladem admodum ſophiſticè laudaris, pro Scythia dicens, orator ignauus appareas. TOXA. Rectè tu quidem, Mneſippe, qui quidem ad dicendum etiam exhortaris: perinde quaſi nihil ſolicitus ſis ne tibi lingua execetur, victo in narrationibus. Sed iam exordiar, nihil quidem quemadmodum tu, verbis phalerans atque exornans (neque enim is Scytharum mos) præſertim quum res ipſæ longè magis loquantur, quàm verba. Nihil autem eiuſmodi expecta-
B ueris à nobis, cuiuſmodi in commemorando laudibus extuliſti: puta ſi quis ſine dote duxerit deformem mulierem: aut ſi quis amici filiæ nubenti pecuniolam donauerit, duo talenta: ac per Iouem, ſi quis ſponte eat in vincula, quum certò ſciat ſe paulo pòſt eſſe ſoluendũ. Admodum enim leuia iſta, neque quicquam ineſt in his vel magni negotij, vel virile quod ſit. Cæterùm ego tibi referam multas cædes, belláque & mortes, amicorum cauſſa ſuſceptas, vt intelligas veſtra iſta luſum eſſe ſi cum Scythicis conferantur.
C Neque tamen iſtuc ſine cauſſa facitis, ſed meritò parua iſta miramini, propterea quòd non ſunt vobis admodum graues occaſiones declarãdę amicitiæ, quippe in alta pace viuentibus: quemadmodum nec in tranquillitate queas ſcire, bonus ſit gubernator, nécne: tempeſtate enim tibi opus fuerit ad hoc vt dignoſcas. At apud nos bella perpetua, & aut inuadimus alios, aut cedimus inuadentibus, aut vbi fortè cõcurrimus, pro paſcuis prędáque pugnamus. Hìc potiſſimùm opus eſt boni amici, cóque quamfirmiſſimè conſtituimus amicitias, ſola hæc arma inuicta atque inexpugnabilia eſſe iudi-
D cantes. Priùs autem volo tibi commemorare quo ritu faciamus amicos, non ex poculis, quemadmodum vos, neque ſi quis æqualis ſit, aut vicinus: verùm vbi ſtrenuum quempiam virum conſpexerimus, quíque præclara facinora patrare poſſit, in hũc omnes ſtudio incumbimus: & quod vos in ambiendis coniugiis, id nos in amicis non grauamur, diu quaſi procos agentes, nihílque non facientes, ne videlicet fruſtremur amicitia, néve reiecti eſſe videamur. At vbi iã in amicitias cęteris repulſis delectus eſt quiſpiam, protinus fœdus initur, ac iuſiurandum,

*Quomodò amicos eligant Scytha.*

quod sit maximum, nimirum & victuros eos pariter, & mortem oppetiturum, si sit opus, alterum pro altero. Atque ita facimus. Etenim simul atque incisis digitis sanguinem in calicē destillauerimus, summisque intinctis gladiis ambo pariter admouentes biberimus, non est quicquam quod deinde nos queat dirimere. Admittuntur autem ad huiusmodi fœdera ad summum trēs. Nam qui multis sit amicus, is eo loco habetur apud nos, quo communes istæ atque adulteræ vxores: arbitramúrque iam non perinde firmam illius amicitiam fore, posteaquam est in plures partes dissecta. Exordiar autem ab his quæ nuper Dandamis fecit. Dandamis enim hic in conflictu cum Sauromatis, quum esset captiuus abductus eius amicus Amizocas: Quin potiùs antè tibi iurabo nostrum iusiurandum, quandoquidem istuc initiò sum pollicitus. Non enim per Ventum & Acinacem, quicquam mentiturus sum apud te de Scythicis amicis. MNE. Equidem tuum iusiurandum haud magnopere desiderabam: proinde rectè facis, qui nullum deorum iures. TOX. Quid tu narras? An non tibi videntur esse dij, Ventus & Acinaces? Adeóne te fugit quod nihil sit magis mortalibus vita ac morte? Per hæc vtique iuramus, quoties per Ventum & Acinacem iuramus: videlicet per Ventū, tanquam qui vitæ sit causſa: per Acinacem verò, vt qui mortis sit author. MNES. Atqui si ista idonea causſa est; profectò multos alios quoque deos estis habituri tales, qualis est Acinaces: puta iaculum, lanceam, venenum, funem, atque his consimilia: quandoquidem varius est iste deus interitus, atque innumerabiles aperit vias, quibus ad illum fiat aditus. TOXA. Vide quàm contentiosè nunc, quámque litigiosè istuc facis: dum medio sermone interpellas me, excutisq; ac disturbas orationem meam. At ipse loquente te, silentium agebam. MNE. Age, non sum istuc posthac facturus, Toxaris: & optimo iure obiurgas: quare perge confidenter quod restat dicere: perinde quasi nec adsim dum loqueris: adeò tibi silebo. TOXA. Quartus igitur agebatur dies Dandamidi & Amizocæ, ex quo amicitiam inierant, ac mutuum sanguinem pariter biberant: Venerant interea in regionem nostram Sauromatę cum equitū decem millibus: peditū autem ter tantum aduenisse ferebatur.

*Iusiurandum Scytharum.*

*I. par. Dādamis & Amizoca.*

ὁ μέγιστος, ἢ μὴν καὶ διώσεσθαι μετ' ἀλλήλων, καὶ ἀποθανεῖσθαι, ἢν δέῃ, ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον, ἢ ὅτῳ ποιῶμεν. ἀφ' ὧν γὰρ σίδηρον τοῖς δακτύλοις, ἐκσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ὑπερόπλιοι, πίωμεν, οὐκ ἔστιν ὅ,τι τὸ μετ' ταῦθ' ἡμᾶς διαλύσειεν αὖ. καὶ ἐφάπται ὁ τὸ μέγιστον ἄγειν τιμῶν ἐς τὰς συνθήκας εἰσπέμπει· ὡς ὅστις αὖ πολύφιλος ἦ, ὅμοιος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς κοιναῖς ταύταις, καὶ μοιχευομέναις γυναιξί. καὶ οἰόμεθα οὐκέθ' ὁμοίως ἰσχυρὰν τὴν φιλίαν αὐτοῦ εἶναι, πρὸς πολλὰς θυσίας διαιρεθῆναι. Ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῶν Δανδάμιδος πρώτην γνωμῶν. ὁ γὰρ Δάνδαμις, ἐν τῇ πρὸς Σαυρομάτας συμπλοκῇ, ἁπαχθέντος αἰχμαλώτου Ἀμιζώκου τοῦ φίλου αὐτοῦ· μᾶλλον δ' πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ἡμέτερον ὅρκον, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ διωμολογησάμην, ὀμεῖν γὰρ τὸν Ἄνεμον, καὶ τὸν Ἀκινάκην, οὐδέν πρὸς σέ, ὦ Μνήσιππε, ψεῦδος ἐρεῖ περὶ τῶν φίλων τῶν Σκυθικῶν. MN. ἐγὼ μὲν οὐ πάνυ σου ἐμνύοντος ἐδεόμην, σὺ δ' ὅμως ὡς ποιῶν, οὐδένα θεῶν ἐπωμόσω. TO. τί σὺ λέγεις; οὐ σοι δοκοῦσιν, ὁ Ἄνεμος καὶ ὁ Ἀκινάκης, θεοὶ εἶναι; οὕτως ἄρα ἠγνόησας, ὅτι οὐθὲν πρὸς ἀνθρώπους μεῖζον οὐδὲ θᾶττον ζωῆς τε καὶ θανάτου; ὁπότερον οὖν τὸν Ἄνεμον καὶ τὸν Ἀκινάκην ὀμνύομεν, ταῦτα ὀμνύομεν, ὡς τὸν μὲν Ἄνεμον, ζωῆς αἴτιον ὄντα, τὸν Ἀκινάκην δὲ, ὅτι ἀποθνήσκειν ποιεῖ. MN. καὶ μὴν εἰ διά γε τοῦτο, καὶ ἄλλους αὖ ἔχεις πολλοὺς θεούς, οἷος ὁ Ἀκινάκης ὅδε, τὸν ὀϊστὸν, καὶ τὴν λόγχην, καὶ κώνειον, καὶ βρόχον, καὶ τὰ τοιαῦτα. τοιαύτης γὰρ ὅδε ὁ θεὸς ὁ θανάτου, καὶ ἀπείρους τὰς ἐφ' ἑαυτὸν πύλας ἔχεται ἀνοίγειν ὁδούς. TO. ὁρᾷς, τοῦτο ὡς ἐριστικὸν ποιεῖς, καὶ δικανικὸν, ὑποκρούων μεταξὺ καὶ διαφθείρων μου τὸν λόγον· ἐγὼ δὲ, ἡσυχίαν ἦγον, σοῦ λέγοντος. MN. ἀλλ' οὐκ αὖθις γε, ὦ Τόξαρι, ποιήσω τοῦτο, πάνυ γὰρ ὀρθῶς ἐπετίμησας· ὥστε θαρρῶν, τό τε ὅτι τοῦτο λέγε, ὡς μηδὲ πρόσθεν ἐμοῦ τοῖς λόγοις, οὕτω σιωπήσομαί σοι. TO. τετάρτη μὲν ἦν ἡμέρα τῆς φιλίας Δανδάμιδι καὶ Ἀμιζώκῃ, ἀφ' ὧν ὃ ἀλλήλων αἷμα συνεπεπώκεσαν· ἦκον δὲ ἡμῖν ὅτι τὴν χώραν Σαυρομάται, μυρίοις μὲν ἱππεῦσιν· οἱ πεζοὶ δ', τρισὶ ποσὶν ἐπελαυνέναι ἐλέγοντο.

οἷα δὲ ὑ προσφδομένοις τὴν ἔφοδον αὐτῶν, σκηπεσόντες, ἀπροσδοκήτοις μὲν προέπεσον, πολλοὺς δὲ τῶν μαχίμων κτείνουσι· τοὺς δὲ, καὶ ζῶντας, ἀπάγουσι, πλὴν εἴ τις ἔφθη διανηξάμενος εἰς ὃ πρᾶον τοῦ ποταμοῦ, ἔνθα ἡμῖν ὃ ἥμισυ τοῦ στρατοπέδου, καὶ μέρος τῶν ἁμαξῶν ἦν· ὑ- γὰρ ἐσκηνώσαμεν τότε, οὐκ οἶδα ὅ, τι δόξαν τοῖς ἀρχιπλανοις ἡμῶν, ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς ὄχθας τοῦ Ταναΐδος. θύονται οὖν ἡ τε λεία προσηλαύνετο, καὶ τὰ αἰχμάλωτα συνείχετο, καὶ τὰς σκηνὰς διήρπαζον, καὶ τὰς ἁμάξας κατελαμβάνοντο, αὐτάνδρους τὰς πλείστας ἁλισκομένας. καὶ ὑπ' ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὑβρίζοντες τὰς παλλακίδας, καὶ τὰς γυναῖκας. ἡμεῖς δὲ ἠνιώμεθα τῷ πράγματι. ὁ δὲ Ἀμιζώκης ἁλισκόμενος (ἐαλώκει γὰρ) ἐβόα τὸν φίλον ὀνομαστὶ, κακῶς δεδεμένος, καὶ ὑπεμίμνησκε τῆς κύλικος, καὶ τοῦ αἵματος. ὧν ἀκούσας ὁ Δανδάμις, οὐδὲν ἔτι μελλήσας, ἀπρόπτων ὁρώντων, διανήχεται εἰς τοὺς πολεμίους· καὶ οἱ μὲν Σαυρομάται, διαρραίοι τοῖς ἀκοντίοις, ὥρμησαν ἐπ' αὐτὸν, ὡς κατακεντήσοντες· ὁ δὲ, ἐβόα τὸν Ζίριν. τοῦτο δὲ ἐπὶ τις εἶπε, μέχρι φονεύσουσιν αὐτὸν, ἀλλὰ δέξονται, ὡς ὑπὲρ λύτρων ἥκοντα. καὶ δὴ ἀναχθεὶς πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν, ἀπῄτει τὸν φίλον· ὁ δὲ λύτρα ᾔτει· μὴ γὰρ προήσεσθαι, εἰ μὴ μεγάλα ὑπ' αὐτοῦ λάβοι. ὁ Δανδάμις δὲ, ἃ μὲν εἶχεν, φησὶν, ἅπαντα διήρπασαι ὑφ' ὑμῶν, εἰ δέ τι δυνάμην γυμνὸς ἀποτελέσαι, ἕτοιμος ὑποσχέσθαι ὑμῖν, καὶ προστάττειν ὅ, τι ἂν θέλῃς· εἰ βούλῃ δὲ, ἐμὲ αὐτὶ τούτου λαβὼν, καταχρῆσαι πρὸς ὅ, τι σοι φίλον. ὁ δὲ Σαυρομάτης, Οὐδὲν ἔφη δεῖ ὅλως κατέχεσθαί σε, καὶ τοῦτα, Ζίριν ἥκοντα· σὺ δὲ, ὧν ἔχεις μέρος κατάδειξον, ἄγων τὸν φίλον. ἤρετο ὁ Δανδάμις ὅ, τι βούλεται λαβεῖν, ὁ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἤτησεν. ὁ δὲ αὐτίκα προέχειν ἐκκόψας αὐτοῖς κἀπειδὴ ἐξεκέκοπτο, καὶ ἤδη τὰ λύτρα εἶχον οἱ Σαυρομάται, παραλαβὼν τὸν Ἀμιζώκην, ἐπεστήριζε, προσφδόμενος αὐτῷ, καὶ ἅμα διανηξάμενοι, ἀπεσώθησαν πρὸς ἡμᾶς. τοῦτο γνόμενον πρέμυθησαν ἀπροσδοκήτως Σκύθας, καὶ ὑκέτι ἡγεῖσθαι ἑαυτῶν ἐλάττους εἶναι, ἰδόντες ὅτι τὸ μέγιστον ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν, οὐκ ἀπήγαγον οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ὅτι ἔτι παρ' ἡμῖν ἡ ἀγαθὴ γνώμη, καὶ ἡ πρὸς τοὺς φί-

A Ij nimirum quum in nos irruissent imparatos, neque expectantes illorum insultum, omnes quidem cedere coguṫ, complures autem repugnantes occidunt, nonnullos & viuos abducunt, nisi si quis effugerat tranans in vlteriorem fluminis ripam, vbi nobis dimidium copiarum, & pars curruum erat. Sic enim id temporis castra fueramus metati, haud scio quo consilio Archiplanorum, id est, ducum nostrorum, ad vtranque Tanaidis ripam. Protinus itaque & prædas abigebant, & captiua abducebant, & tentoria diripiebant, & curribus potiebantur, atque iis plerisque cum viris captis: B & sub oculis nostris concubinas vxoréſque nostras constuprabant. Nos porrò rem indignè tulimus. At Amizoca quum duceretur (erat enim captus) nominatim inclamauit amicum, miserè vinctus: simúlque calicis & sanguinis commonefecit. Quod simul atque exaudierat Dandamis, nihil etiam contatus, spectantibus omnibus tranauit ad hostes. Ibi Sauromatæ densatis telis irruerunt in illum, iam confixuri, nisi succlamasset, Zirim. Hoc verbi si quis sonuerit, postea non interimunt, sed C recipiunt, tanquam dedentem sese pretio redimendum. Móxque ad illorum ducem adductus, reposcebat amicum: Ille redemptionis pretium postulabat. Neque enim priùs dimissurum sese, nisi maximum pro illo recepisset. Tum Dandamis: Quę possidebam, inquit, ea omnia à vobis direpta sunt: quòd si quid est quod nudus præstare queam, id sum paratus polliceri vobis: & imperato quicquid voles: & si ita vis, meipsum huius in locum recipe, & abutere ad quodcunque tibi lubitum erit. Ad hæc Sauromata: Nihil, inquit, opus retinere te: præsertim cùm temet dedideris. Quin tu parte D eorum quæ possides, tradita, amicum abducito. Rogat illico Dandamis, quidnam vellet accipere. Ille oculos postulat. Atque hic protinus exhibuit eruendos. Deinde vbi essent execti, iámq; pretium persolutum esset Sauromatis, recepto Amizoca, reuersus est innitens illi: vnáque tranantes, incolumes ad nos redierunt. Id factum, animum reddebat Scythis omnibus, neque iam victos esse rebantur sese, quum viderent, quod apud nos esset bonorum maximum, id nondum esse abductum ab hostibus: verùm superesse egregiam mentem, & in ami-

cos fidem. At idem Sauromatis formidinem non mediocrem incutiebat, reputantibus cum cuiusmodi viris, si se præparassent, essent pugnaturi: tametsi tum quidem ex improuiso superassent: proinde sub noctem relictis maxima ex parte pecoribus, incensisque curribus, fuga sese subduxerunt. Porrò Amizoca non tulit diutiùs, vt videret ipse, amico cæco Dandamide, sed ipsus semet exoculauit. Atque ita sedent ambo, omnique honore à populo Scytharum publicitus aluntur. Quid tale, Mnesippe, vos referre possetis, etiam si quis tibi donet vt possis vel decem alios ad istos quinque adiungere, etiam citra iusiurandum, si ita vis; vt & multa liceat affingere? At ego tibi rem nudam exposui. Tu verò si quem talem narrasses, non sum nescius, quantas adornandæ rei gratia phaleras narrationi fueris admixturus, quemadmodum supplicarit Dandamis: & quomodo sit excæcatus, & quæ dixerit, & quo pacto redierit, & quemadmodum exceperint eum Scythæ, aggratulantes, benéque ominantes, atque id genus alia: cuiusmodi vos ad demulcendas aures soletis artificio quodam addere. Audi igitur & alium huic parem Belittam, huius Amizocæ consobrinum. Is vt detractum ex equo à leone Basthen amicum conspexisset (nam fortè simul erant in venatu) iámque leo circumplexus illum, iugulo admotus esset, atque vnguibus laniaret, desiliens & ipse, inuolauit in tergum beluæ, reflexítque, in sese prouocans, auerténsque, atque inter dentes digitos inferens, conatus quoad licuit, Basthen è rictu leonis eximere, donec leo omisso illo iam semimortuo, ad Belittam sese conuertit, atque ipsum quoque circumplexus occidit. At ille moriens (nam tanto anteuertit) acinacem in leonis pectus defixit. Itaque pariter exanimati sunt omnes: nos autem sepeliuimus eos, duobus aggestis tumulis inter se vicinis, altero amicorum, altero è regione leonis. Iam tertio loco tibi referam Mnesippe, Macentæ, Lonchatæ, & Arsacomæ amicitiam. Hic enim Arsacomas deperibat Mazæam Leucanoris filiam, qui regnabat in Bosporo tum quum legatione fungeretur super tributo quod Bosporani semper nobis pendere soliti, id temporis tertium iam mensem vltra diem legitimum distulerant.

*II. per. Belittes & Basthes.*

*III. Macētes, Lonchates & Arsacomas.*

Α λως πίστις. καὶ τις Σαυρομάτας ὃ δ' αὐτὸ οὐ μετρίως ἐφόβησε, λογιζομένους τοὺς οἵους ἄνδρας ἐκ παρασκευῆς μαχεῖσθαι, εἰ καὶ ἐν τῷ ἀπροσδοκήτῳ τότε ὑπερέσχον, ὥστε νυκτὸς ἐπιγενομένης, ἀπολιπόντες τὰ πλεῖστα τῶν βοσκημάτων, καὶ τὰς ἁμάξας ἐμπρήσαντες, ᾤχοντο φεύγοντες. ὁ μὲν οὖν Ἀμιζώκης, ἐπεὶ μὴ ἐδύνατο βλέπειν αὐτὸς ὑπὸ τυφλοῦ τοῦ Δανδάμιδι, ἀλλὰ τυφλώσας καὶ αὐτὸς ἑαυτόν, ἀμφότεροι καθήνται παρὰ τῇ κοινῇ τῶν Σκυθῶν δημοσίᾳ μετὰ πάσης τιμῆς τρεφόμενοι. τί τοιοῦτον, ὦ Μνήσιππε, ὑμεῖς ἔχοιτε ἂν εἰπεῖν, εἰ καὶ ἄλλους Β σοι δέκα δοίη τις ὅτι τοῖς πέντε καταριθμήσασθαι, αἰωμότους εἰ δύναι, ὡς καὶ πολλὰ ὑπερψεύδεσθαι αὐτοῖς; κρῖνε ἐγὼ μὲν σοι γυμνὸν τὸ ἔργον διηγησάμην· εἰ δὲ σὺ τινὰ τοιοῦτον ἔλεγες, οἶδα, ὁπόσα ἂν κομψὰ ἐπεισεμίξας τῷ λόγῳ, οἷα ἱκέτευεν ὁ Δανδάμις, καὶ ὡς ἐτυφλοῦτο, καὶ ἃ εἶπε, καὶ ὡς ἐπωμόσατο, καὶ ὡς ἐπανῆκε, καὶ ὡς ἐπεδέξαντο αὐτὸν ἐπιφθονοῦντες οἱ Σκύθαι, καὶ ἄλλα ὁποῖα ὑμεῖς μηχανᾶσθε εἰώθατε πρὸς τὴν ἀκρόασιν. ἄγε δὴ καὶ ἄλλον ἰσότιμον, Βελίτταν, Ἀμιζώκου τούτου ἀνεψιόν· ὃς ἐπεὶ κα- C ταπαλαισθέντα ἐκ τοῦ ἵππου ὑπὸ λέοντος εἶδε Βάσθην τὸν φίλον (ἅμα γὰρ ἔτυχον θηρῶντες) καὶ ἤδη ὁ λέων περιπλακεὶς αὐτῷ, ἐνεπεφύκει τῷ λαιμῷ, καὶ τῆς ὄψεως ἐπαίρεσθε, καταπηδήσας καὶ αὐτὸς, ὀπισθίοις καὶ ὄπισθεν τοῦ θηρίου, καὶ περιέπαιε, πρὸς ἑαυτὸν στρέφων, καὶ μεταγων, καὶ δηλονότι τοῖς ὀδοῦσι μεταξὺ διείρων τοὺς δακτύλους, καὶ τὸν Βάσθην, ὡς οἷόν τε ἦν, ὑπεξελκύσαι πειρώμενος τοῦ δήγματος. ἄχρι δὴ ὁ λέων ἀφεὶς ἐκείνον ἡμιθνῆτα ἤδη, ὅτι τὸν Βελίτταν ἀπεσπάσθη, καὶ συμπλακεὶς, ἀπέ- D κτεινε κἀκεῖνον· ὁ δ', ἀποθνήσκων, ὅ γε δὴ τοσοῦτον ἔφθη, παταξας τοῦ ἀκινάκη τὸν λέοντα εἰς ὃ στέρνον, ὥστε ἅμα πάντες ἀπέθανον, καὶ ἡμεῖς ἐθάψαμεν αὐτούς, δύο τάφους ἀναχώσαντες πλησίον, ἕνα μὲν τῶν φίλων, ἕνα δὲ καὶ αὐτικρὺ τοῦ λέοντος. Τρίτην δέ σοι διηγήσομαι, ὦ Μνήσιππε, τὴν Μακέντου φιλίαν, καὶ Λογχάτου, καὶ Ἀρσακόμα. ὁ γὰρ Ἀρσακόμας οὗτος, ἠρᾶτο Μαζαίας τῆς Λευκάνορος, τοῦ βασιλεύοντος ἐν Βοσπόρῳ, ὁπότε ἐπρέσβευεν ὑπὲρ τοῦ δασμοῦ, ὃν οἱ Βοσποριανοὶ ἀεὶ φέροντες ἡμῖν τότε ἤδη τρίτον μῆνα ὑπερήμεροι ἐτετήκεσαν.

ἐν τῷ δείπνῳ γοῦν ἰδὼν τὴν Μαζαίαν, μεγάλην καὶ καλὴν παρθένον, ἤρα, καὶ πονηρῶς εἶχε. τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν φόρων διεπέπρακτο ἤδη, καὶ ἐχρημάτιζεν αὐτῷ ὁ βασιλεύς, καὶ εἰστία, ἤδη καὶ τὸν γάμον ἀποπέμπων. ἔθος δέ ἐστιν ἐν Βοσπόρῳ, τοὺς μνηστῆρας ὅτε τῷ δείπνῳ αἰτεῖν τὰς κόρας, καὶ λέγειν οἵ τινες ὄντες, ἀξιοῦσι καταδεδῆσθαι τὸν γάμον. καὶ δὴ καὶ τότε ἔτυχον ἐν τῷ δείπνῳ πολλοὶ μνηστῆρες παρόντες, βασιλῆς, καὶ βασιλέων παῖδες, καὶ Τιγραπάτης μὲν ὁ Λαζῶν δυνάστης, καὶ Ἀδύρμαχος, ὁ Μαχλυίνης ἄρχων, καὶ ἄλλοι πολλοί. δεῖ δὲ τῶν μνηστήρων ἕκαστον παρεσκευάσθαι ἑαυτὸν, ὅστις μνηστευσόμενος ἥκει, δεῖπνόν τε τοῖς ἄλλοις, καταβεβλημένον ἐφ' ἡσυχίας· ἐπειδὰν δὲ παύσωνται δεῖπνοῦντες, αἰτήσαντα φιάλην, ὑποσπείσαι τῆς τραπέζης, καὶ μνηστεύσασθαι τὸν παῖδα, πολλὰ ἐπαινοῦντα ἑαυτὸν, ὅστις ἢ γένους, ἢ πλούτου, ἢ δυνάμεως ἔχει. πολλῶν οὖν καὶ τῶν δὲ τὸν νόμον ἀπὸ πόντων, καὶ αἰτησάντων, καὶ βασιλείας καὶ πλούτους καταριθμησαμένων, τελευταῖος ὁ Ἀρσακόμας αἰτήσας τὴν φιάλην, οὐκ ἔσπεισεν (οὐ γὰρ ἔθος ἡμῖν ἀκρατῆ τὸν οἶνον, ἀλλὰ ἄβεις εἰ δοκεῖ τοῦτο εἰς τὸν θεὸν) πιὼν δὲ μικρὸν, Δός μοι, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, τὴν θυγατέρα σου Μαζαίαν, γυναῖκα ἔχειν, πολὺ ὑπερτέρῳ τούτων ὄντι, ὁπόσα γε ὑπὸ τοῦ πλούτου καὶ τοῖς κτήμασι. τῶν δὲ Λευκανόρους θαυμασάντων (ἠπίστατο γὰρ πένητα τὸν Ἀρσακόμαν, καὶ Σκυθῶν τῶν πολλῶν) καὶ ἐρομένων, Πόσα γὰρ κτήματα, ἢ πόσας ἁμάξας ἔχεις, ὦ Ἀρσακόμα; Ταῦτα γὰρ ὑμᾶς πλουτεῖτε. Ἀλλ' οὐκ ἁμάξας, ἔφη, ἔχω, οὐδὲ ἀγέλας, ἀλλ' εἰσί μοι δύο φίλοι καλοὶ, καὶ ἀγαθοὶ, οἷοι οὐκ ἄλλῳ Σκυθῶν. τότε μὲν οὖν ἐγελάσθη ὅτε τούτοις, καὶ προῆλθε, καὶ μεθύων ἔδοξεν. ἕωθεν δὲ παρελθὼν τὸν ἄλλον Ἀδύρμαχος, ἔμελλεν ἀπάξειν τὴν νύμφην ἐς τὴν Μαιῶτιν, καὶ δὴ τοὺς Μάχλυας. ὁ δὲ Ἀρσακόμας ἐπανελθὼν οἴκαδε, μιμνύει τοῖς φίλοις, ὡς ἀπημαθείη παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ τελαθείη ἐν τῷ συμποσίῳ, πένης εἶναι δόξας. καίτοι, ἔφη, ἐγὼ διηγησάμην αὐτῷ τὸν πλοῦτον, ὁπόσος ἐστὶ μοι, ὑμᾶς, ὦ Λογχάτα καὶ Μακέντα, καὶ τὴν εὔνοιαν τὴν ὑμετέραν πολὺ ἀμείνω καὶ βεβαιοτέραν τῆς Βοσπορανῶν δυνάμεως.

A In conuiuio igitur quum Mazæam vidisset proceram atque decoram virginem, amore captus est, grauiterque discruciabatur. Iam itaque quæ de tributis agebantur, erant transacta: respondérátque illi Rex, conuiuióque accipiebat, mox illum dimissurus. Est autem mos in Bosporo, vti proci in conuiuio petant puellas, narrantes quinam sint, quibúsque rebus freti decreuerint eas in matrimonium accipere. Atque id temporis forte fortuna multi aderant in conuiuio proci, reges, ac regum filij: in his erat & Tigrapates Lazorum princeps; & Adyrmachus Machlynæ dux, aliíque cum his permulti. Oportet autem vnumquenque procum posteaquam exposuit quis sit, & qua fiducia ad ambiendas nuptias accesserit, conuiuari cum reliquis, tacitúmque accumbere: deinde peracto conuiuio, postulata phiala vinum in mensam effundere, atque ita sponsam ambire, multùm interea collaudantem sese, quo genere, quibus opibus, qua sit potentia. Ad hunc igitur modum cùm multi iam libassent, postulassentque, regna & opes commemorantes: tandem Arsacomas postulata phiala non libauit (neque enim mos apud nos vinum effundere, quin magis contumelia ista esse iudicatur in Deum) sed hausti bibens, Da mihi rex, inquit, filiam tuam Mazæam vxorem, qui multo sum potior istis, quantum ad opes ac possessiones attinet. Leucanore verò admirante (sciebat enim rex pauperem Arsacomam, ac de plebe Scytharum esse) percontantéque, Quantum pecorum, aut quantum habes plaustrorum Arsacoma? nam iis rebus vos diuites estis. Imò nec plaustra, inquit, possideo, nec armenta, verùm sunt mihi duo amici, honesti, probíque, quales alij Scytharum nemini. Ac tum quidem ista dicens risus est, contemptuique habitus, visúsque temulentus: mane verò reliquis prælatus est Adyrmachus: iámque sponsam abducturus erat in Mæotidem ad Machlyenses. Porrò Arsacomas domum reuersus, amicis indicat quemadmodum reiectus esset à Rege, risuique habitus in cónuiuio, cùm pauper esse putaretur. Atqui dixeram, inquit, illi, quantas haberem opes, nempe vos ô Lonchata atque Macēta: vestrámque beneuolentiam longè præstare multóq; firmiorem esse Bosporanorū opibus.

Verùm hæc dicentem me ſubſannauit, contemſítque: & Adyrmacho ſcilicet Machlyenſi tradidit aſportandam ſponſam, quòd aureas phialas ſe diceret habere decem, præterea currus quaternis ſedilibus octoginta: ad hęc ouium boúmque multam copiam. Sic videlicet antetulit fortibus viris pecorum multitudinem, operoſa pocula, & currus graues. Proinde, ô amici, dupliciter excrucior: nam & Mazæam amo, & iniuria mihi inter tantum hominum illata, non mediocriter mordet animum meum. Arbitror autem & vos ex æquo iniuria affectos eſſe. Etenim ad vnumquenque è nobis tertia contumeliæ pars pertinebat: ſi modò ita viuimus, quemadmodum cœpimus quum coniungeremur: nimirum vt vnus homo ſimus, iiſdem dolentes iiſdémque gaudentes. Imò, inquit Lonchates, vnuſquilibet è nobis totus iniuria afficiebatur tum quum in te iſta fierent. Quomodo igitur, inquit Macentes, his in rebus agemus? Per partes, inquit Lonchates, negotium ſuſcipiamus. Atque ego quidem recipio, Arſacomæ me caput apportaturum Leucanoris. Tu verò ſponſam ereptam huic adducas oportet. Ita fiat, inquit: at tu Arſacoma, inter hæc (nam his peractis veriſimile eſt exercitu ac bello fore opus) hîc mane, quò contrahas & appares arma, equos, atque aliarum rerum vim quantam potes maximam. Facillimè autem plurimos adiunxeris: partim quòd ipſe ſtrenuus, partim quòd nobis non pauci ſunt familiares. Maximè verò ſi deſederis in tergore bouis. Hæc vbi placuiſſent, hic quidem quantum potuit, rectà profectus eſt in Boſporum, puta Lonchates: alter, id eſt Macentes, ad Machlyenſes: eques vterque. At Arſacomas domi manens, & cum æqualibus contulit, & ex familiaribus vim hominum armauit. Demum & in tergore bouis deſedit. Conſuetudo autem de ſedendo in tergore bubulo, huiuſmodi eſt apud nos: Vbi quis ab alio læſus eſt, cupitque vlciſci, neque par eſſe pugnæ videtur: tum boue immolato, carnes fruſtulatim conciſas igni torret. Dehinc ipſe porrecto humi corio, ſedet in eo, in tergum reductis manibus, more eorum qui à cubitis vincti ſunt. Et hoc quidem apud nos maximum eſt ſupplicandi genus. Appoſitis autem bouis carnibus,

*Conſuetudo ſedendi in tergore bubulo.*

Ἀλλ' ἐμοῦ ταῦτα διεξιόντος, ἡμᾶς μὲν ἐχλεύαζε, καὶ κατεφρόνει, Ἀδυρμάχῳ δὲ τῷ Μαχλυΐ, παρέδωκεν ἀπάγειν τὴν νύμφην, ὅτι χρυσᾶς γε φιάλας ἐλέγετο ἔχειν δέκα, καὶ ἁμάξας τετρακλίνους ὀγδοήκοντα, καὶ πρόβατα, καὶ βοῦς πολλούς· οὕτως ἄρα προετίμησεν ἀνδρῶν ἀγαθῶν κοσκίνατα πολλὰ, καὶ σκεύη τρίποδα, καὶ ἁμάξας βαρείας. ἐγὼ δὲ, ὦ φίλοι, δι' ἀμφότερα αἰσθάνομαι, καὶ γὰρ ἐρῶ τῆς Μαζαίας, καὶ ἡ ὕβρις ἐν τοσούτοις ἀνθρώποις οὐ μετρίως μου καθῆκε· οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς ὁπόσης ἠδικῆσθαι. Ὁ γὰρ τρίτον μέρος ἐκάστῳ ἡμῶν τῆς ἀτιμίας, εἰ γε οὕτω διοδεύομεν, ὡς ἀφ' οὗ συνελήλυθαμεν, εἷς ἀνθρωπος ὄντες, καὶ τὰ αὐτὰ αἰσθανόμενοι, καὶ τὰ αὐτὰ χαίροντες. οὐ μόνον, ἐπεῖπεν ὁ Λογχάτης, ἀλλὰ καὶ ἕκαστος ἡμῶν ὅλος ὕβριζεν, ὁπότε σὺ τοιαῦτα ἔπαθες. Πῶς οὖν, ὁ Μακέντης ἔφη, χρησόμεθα τοῖς παροῦσι; διελώμεθα, ἔφη ὁ Λογχάτης, τὸ ἔργον. κἀγὼ μὲν ὑπισχνοῦμαι Ἀρσακόμᾳ τὴν κεφαλὴν κομιεῖν τὴν Λευκανόρους, σὲ δὲ χρὴ τὴν νύμφην ἐπαναγαγεῖν αὐτῷ. Οὕτω γινέσθω, ἔφη. σὺ δὲ, ὦ Ἀρσακόμα, ἐν τοσούτῳ (εἰκὸς γὰρ καὶ στρατείας, καὶ πολέμου ὃ μὴ τοῦτο δεήσειν ἡμᾶς) αὐτοῦ παρεμένων, σκευάζου, καὶ παρασκεύαζε ὅπλα, καὶ ἵππους, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ὡς πλείστην. ῥᾴστα δ' ἂν πολλοὺς προσαγάγοις, αὐτός τε ἀγαθὸς ὢν, καὶ ἡμῖν οὐκ ὀλίγων ὄντων οἰκείων· μάλιστα δὲ εἰ καθέζοιο ὅπου τῆς βύρσης τοῦ βοός. ἔδοξε ταῦτα, καὶ ὁ μὲν ἐχώρει, ὡς εἶχεν, εὐθὺς ὅπου τοῦ Βοσπόρου ὁ Λογχάτης· ὁ Μακέντης δὲ, ὅπου τοὺς Μάχλυας ἵππότης ἑκάτερος· ὁ δὲ Ἀρσακόμας, οἴκοι μενῶν, τοῖς τε ἡλικιώταις διελέγετο, καὶ ὡπλίζε δυνάμει πολλῇ τῶν οἰκείων· τέλος δὲ, καὶ ὅπου τῆς βύρσης ἐκαθέζετο. Τὸ δὲ ἔθος ἡμῖν ὃ περὶ τὴν βύρσην οὕτως ἔχει· ἐπειδὰν ἀδικηθείς τις πρὸς ἑτέρου, ἀμύνασθαι βουλόμενος, ἴδῃ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὤν, βοῦν ἱερεύσας, τὰ μὲν κρέα καταπρήσας, ἤψησεν, αὐτὸς δὲ, ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσην, κάθηται ἐπ' αὐτῆς, εἰς τοὐπίσω πεπλαγμένων τὼ χεῖρε, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς ἀγκώνων δεδεμένοι. καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία. περιελόμενοι δὲ τῶν κρεῶν τὸν βοῦν,

προσιόντες οἱ οἰκεῖοι, καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος, μοῖραν ἕκαστος λαβών, ὀπίσω τῆ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα, ὑπισχνῆται καὶ δώσειν, ὁ μὲν, πέντε ἱππέας πρὸ ἑξὸν αὑτοῦ, καὶ ἀμίσθους, ὁ δὲ, δέκα, ὁ δὲ, πλείους, ὁ δὲ, ὁπλίτας πεζοὺς, ὁπόσους αὐτὸς δυνήσεται, ὁ δὲ, μόνον ἑαυτὸν, ὁ πένεστατος. ἀθροίζεται γοῦν ὅτι τῆς βύρσης πολὺ πλῆθος ἐνίοτε, καὶ ὃ τοιοῦτον στράτευμα, βεβαιότατόν τε ὅτι συμμῖξαι, καὶ ἀπροσμάχητον τοῖς ἐχθροῖς, ἄτε καὶ ἔνορκον ὄν. Ὃ γὰρ ὑπισχνῶνται τῆς βύρσης, ὅρκος ἐστίν. ὁ μὲν οὖν Ἀρσακόμας ἐν τούτοις ἦν. καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλῖται δὲ, ἐς πεζοὶ, σὺν ἀμφοτέροις δισμύριοι. ὁ δὲ Λογχάτης, ἀγνοούμενος, προελθὼν ἐς τὸν Βόσπορον, προσέρχεται τῷ βασιλεῖ δεομένῳ τι τῆς ἀρχῆς, καὶ φησὶν, ἥκειν μὲν ἀπὸ τῶν κοινῶν τῶν Σκυθῶν, ἰδίᾳ δὲ αὐτῷ μεγάλα προσφέρεσθαι νομίζων. τῶν δὲ, λέγειν κελευόντων, Οἱ μὲν Σκύθαι, φησὶ, τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ἀξιοῦσι, μὴ ἐπιβαίνειν τοῖς νομεῦσιν ὑμῶν ἐς τὸ πεδίον, μέχρι μὲν τοῦ Τραχώνος νέμειν· τοὺς δὲ λῃστὰς, οὓς αἰτιᾶσθε ὡς καταισχόντας ὑμῶν τὴν χώραν, ἃ φασιν ἀπὸ κοινῆς γνώμης ἐκπέμπεσθαι, ἀλλὰ ἰδίᾳ ἕκαστον ὅτι τῷ κέρδει κλωπεύειν· εἰ δέ τις ἁλίσκοιτο αὐτῶν, σὲ κύριον εἶναι κολάζειν. ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι ἐπεστάλκασιν. ἐγὼ δὲ, μᾶλλον σοι μεγάλων ἐφόδων ἐσομένων ἐφ' ὑμᾶς ὑπ' Ἀρσακόμου τοῦ Μαριαίτα, ὃς ἐπρέσβευε πρόσφατα πρὸς σέ, καὶ οἶμαι, διότι αἰτήσας τὴν θυγατέρα, οὐκ ἔτυχε παρὰ σοῦ, ἀγανακτεῖ, καὶ ὅτι τῆς βύρσης ἑβδόμην ἡμέραν ἤδη κάθηται, καὶ στενὴν τὴν τράπεζαν οὐκ ὀλίγῃ αὐτῷ. Ἤκουσα, ἔφη ὁ Λευκάνωρ, καὶ αὐτὸς ἀθροίζεσθαι δυνάμεις ἀπὸ βύρσης· ὅτι δ' ἐφ' ἡμᾶς στρατεύσεται, καὶ ὅτι Ἀρσακόμας ὁ ἐλαύνων ἐστὶν, ἠγνόουν. Ἀλλ' ὅτι σὲ, ἔφη ὁ Λογχάτης, ἡ παρασκευὴ ἐμοὶ δὲ ἐχθρὸς ὁ Ἀρσακόμας ἐστί· καὶ ἄχθεται διότι προτιμῶμαι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ἀμείνων τὰ πολλὰ δοκῶ εἶναι· εἰ δέ μοι ὑπόχριο τὴν ἑτέραν σου θυγατέρα Βαρκέτιν, οὔτε τἆλλα αἰσχύνῃ ὑμῶν ὄντι, οὐκ εἰς μακρὰν σοι ἥξω, τὴν κεφαλὴν αὐτῶν κομίζων. Ὑπισχνοῦμαι, ἔφη ὁ βασιλεὺς,

A adeuntibus domesticis, præterea si quis alius velit, quisque partem sibi sumit, ac dextro pede tergum bouis calcans, pro facultate pollicetur, hic quidem equites præbiturum se quinque suopte cibo, suóque stipendio: ille decem, alius plures: alius armatos pedites quot possit: atque qui pauperrimus, seipsum duntaxat. Colligitur itaque in tergo bouis ingens nonnunquam multitudo. Et huiusmodi quidem exercitus & certissima fide cohæret, & hostibus expugnatu difficillimus est: non aliter quàm si iureiurando esset adactus. Nam in tergum ascendisse, instar iurisiurandi est. Arsa-
B comas igitur his in rebus procurandis sa-tagebat: coieruntque illi equites quidem circiter quinquies mille: tum armati ac pedites promiscuè vicies mille. At Lonchates vbi ignotus peruenit in Bosporum, Regem adit, tractantem quiddam de regni negotiis, aitque venire quidem sese publico Scytharum nomine, sed priuatim res maximas apportare. Ille vbi dicere iussisset: De publicis, inquit, negotiis, hæc impræsentiarum denunciant Scythæ, ne vestri pastores in planitiem vsque transgrediantur, sed in-
C tra Trachonem pascant. Cæterùm latrones de quibus expostulatis, quòd regionem vestram incursent: negant eos publico consilio emitti, sed priuatim sui quenque lucri causa prædari. Quòd si quis illorum deprehendatur, tui arbitrij esse, vt in eos animaduertas. Hæc quidem illi denunciant. At ego tibi indico, grauem in vos insultum futurum ab Arsacoma Mariantæ filio, qui nuper legatum egit apud te: idque opinor, quum filiam tuam postularit, non assecutus sit abs te: ob id indignatur, sedétque in tergore taurino septimum iam diem, contractúsque illi est exercitus haud exi-
D guus. Audiui (inquit Leucanor) & ipse, cogi vim copiarum in tergum bouis. Quòd autem aduersum nos cogerentur, quódque Arsacomas huius rei dux esset, id verò me fugerat. Atqui in te, inquit Lonchates, hic apparatus constituitur. Mihi autem inimicus est Arsacomas, grauitérque ferat quòd sibi præferar à natu-maioribus, & quòd in omnibus illo videar esse præstantior. Quòd si mihi spoponderis alteram filiam tuam Barcetin, alioqui nec indigno vestra affinitate, breui tibi reuersus caput eius apportauero. Spondeo, Rex inquit,

videlicet supra modum formidine correptus, propterea quòd non ignoraret quam ob causſam iratus esſet Arsacomas: nimirum ob nuptias: tum aliàs quoque metuerat ſemper Scythas. At Lonchates, Iurato, inquit, te præstiturum pacta, neque inficiaturum. Id cùm fieret, iámque resupinatus in cœlum iurare vellet: Absit, inquit, vt hîc: ne quis spectantium coniiciat qua gratia iuremus: quin potiùs hoc templum Martis ingressi, occlusis foribus iusiurandum edamus, vbi nullus exaudiat. Nam si quid horum inaudierit Arsacomas, vereor ne me ante bellum immolet, manu iam nunc non parua cinctus. Introëamus, inquit Rex: vos autem absistite quamlongissimè: neque quisquam ad templum adeat, quem ego non accersiuero. Posteaquam igitur ipsi quidem introgressi sunt, satellites autem procul abstiterunt: vibrato gladio, simúlque altera manu obturato ore, ne vociferaretur, ictum in pectus adegit. Deinde caput desectum, sub chlamyde tenens prodibat, quasi confabulans interim cum illo, breuíque sese dicens affuturum, tanquam ad negotij quippiam emitteretur ab illo. Atque ita reuersus eò vbi equum vinctum reliquerat, conscenso illo redequitauit in Scythiam. Porrò nemo est eum insequutus, quippe diu ignorantibus Bosporanis quod acciderat, tum vbi resciſſent, factiosè de regno decertantibus. Hæc itaque gessit Lonchates, præstitítque promissum, allato Leucanoris capite. Porrò Macentes in via factus certior super his quæ in Bosporo acciderant, peruenit ad Machlyenses: primúsque illis nuntium attulit de Rege trucidato. At populus, inquit, te Adyrmache, gener cùm sis, ad regnum vocat. Proinde fac vt ipse prior occupans, imperium arripias, in rebus perturbatis obortus, puella verò te sequatur à tergo in curribus. Facilè enim isthoc pacto tibi conciliaueris multitudinem Bosporanorum, vbi Leucanoris filiam conſpexerint. Ego porrò non solùm Alanus sum, verùm etiam sponsæ tuæ cognatus maternus: siquidem nostra è gente Masteram Leucanor asciuit vxorem. Et nunc tibi adsum, missus à Masteræ fratribus qui sunt in Alania, denunciantibus vt quàm potes ocyssimè te recipias in Bosporum,

μάλα δειδὼς ὑπέρμορος· ἐγὼ γὰρ τὴν αἰτίαν τῆς ὀργῆς τῆς Ἀρσακόμα, τὴν ὅτι τὰ γάμω, καὶ ἄλλως, ἀεὶ ἐφοβήθην ἀεὶ τοὺς Σκύθας. ὁ δὲ Λογχάτης, Ὄμοσον, ἔφη, ἢ μὴν φυλάξαι τὰς συνθήκας, μηδὲ ἀπρήσασθαι. τότε ἤδη τούτων ὑπομνύων, καὶ ἐπεὶ ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἤθελεν ὀμνύειν, Μὴ σύγε οὕτω, εἶπε, μή τις ἐπίδηται τῶν ὁρώντων ἐφ' ὅτῳ ὀρκωμοτοῦμεν, ἀλλ' εἰς ὃ ἱερὸν τοῦ Ἄρεος τουτὶ εἰσελθόντες, ἀποκλῄσαντες τὰς θύρας, ὀμνύωμεν, ἀκουσάτω δὲ μηδείς. εἰ γάρ τι τούτων πύθοιτο Ἀρσακόμας, δέδοικα μὴ προθύσηταί με τοῦ πολέμου, χεῖρα δὲ μικρὸν ἤδη περιβεβλημένος. Εἰσίωμεν, ἔφη ὁ βασιλεύς, ὑμεῖς δὲ ἀπόστητε ὅτι πορρωτάτω· μηδεὶς δὲ πρόσω εἰς τὸν νεὼν, ὃν μή τινα ἐγὼ καλέσω. ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν εἰσῆλθον, οἱ δορυφόροι δὲ ἀπέστησαν, ἀσφαλόμενος τὸν ἀκινάκην, ἀποσχὼν τῇ ἑτέρᾳ τὸ στόμα, ὡς μὴ βοήσαι, παίει κατὰ τὸν μασχάλην εἶτα ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν, ὑπὸ τῇ χλαμύδι ἔχων, ἐξῄει, μεταξὺ διαλεγόμενος δῆθεν αὐτῷ. καὶ δὴ τάχεως ἤξειν λέγων, ὡς δή ὅτι τι πεμφθεὶς ὑπ' ἐκείνου. ἐπεὶ δ' ἦσαν ὅτι τὸν τόπον ἀφικόμενος, ἔνθα δεδεμένον καταλελοίπει τὸν ἵππον, ἀναβὰς, ἀφῖπτάσατο εἰς τὴν Σκυθίαν. δίωξις μὲν οὖν οὐκ ἐγένετο αὐτῷ, ὅτι πολὺ ἀγνοησάντων τὸ γενόμενον τὴν Βοσπορανῶν, καὶ ὅτε ἔγνωσαν, περὶ τῆς βασιλείας στασιαζόντων. ταῦτα μὲν ὁ Λογχάτης ἔπραξε, καὶ τὴν ὑπόσχεσιν ἀπεπλήρωσε, τὰ Ἀρσακόμα κεφαλὴν τὴν κεφαλὴν τοῦ Λευκανόρους. ὁ Μακέντης δέ, κατ' ὁδὸν ἀκούσας τὰ ἐν Βοσπόρῳ γενόμενα, ἦκεν ἐς τοὺς Μάχλυας, καὶ πρῶτος ἀγγείλας αὐτοῖς τὸν φόνον τοῦ βασιλέως, Ἡ πόλις δέ, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, σὲ γαμβρὸν ὄντα, ὅτι τὴν βασιλείαν καλεῖ, ὥστε, σὺ μὲν προσελάσας, κατάλαβε τὴν ἀρχὴν, τεταραγμένοις τοῖς πράγμασιν ὁπτφανείς. ἡ κόρη δέ, κατόπιν σοι ὅτι τὰ ἅμαξῶν ἐπέσθω, ῥᾴον γὰρ οὕτω προσάξῃ Βοσπορανῶν τοῖς πολλοῖς, ἰδόντας τὴν Λευκανόρους θυγατέρα. ἐγὼ δέ, Ἀλανός τέ εἰμι, καὶ τῇ παιδὶ ταύτῃ συγγενὴς μητρόθεν. πρὸ ἡμῶν γὰρ ἔσχε τὴν Μάσφεαν, ἠγάγετο ὁ Λευκανόρ· καὶ νῦν σοι ἥκω κατὰ τὰς Μασφέρας ἀδελφάς, τὰς ἐν Ἀλανίᾳ, κατάκελευομένων, ὅτι τάχιστα ἐλαυνόντα ὅτι τὸν Βόσπορον, καὶ μὴ

καὶ μὴ ῥᾳθυμίᾳ εἰς Εὐβίοτον περιελθοῦσαν τὴν ἀρχὴν· ἐς ἀδελφὸς ὢν νόθος Ἀδυρμάχου, Σκύθαις μὲν ἀεὶ φίλος ἐστὶν, Ἀλανοῖς δ' ἀπέχθηται. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Μακέντης, ὁμόσκυθος καὶ ὁμόγλωττος τοῖς Ἀλανοῖς ὤν. κοιναὶ γὰρ ταῦτα Ἀλανοῖς καὶ Σκύθαις· πλὴν ὅτι οὐ πάνυ κομῶσιν οἱ Ἀλανοὶ, ὥσπερ οἱ Σκύθαι· ἀλλὰ ὁ Μακέντης καὶ τοῦτο εἴκαστο αὐτοῖς, καὶ ἀποκείρει τῆς κόμης, ὁπόσον εἰκὸς ἦν ἐλάττονα κομᾶν τὸν Ἀλανὸν τοῦ Σκύθου· ὥστε πιστεύετο μᾶλλον ταῦτα, καὶ ἐδόκει Μασσαγέτης καὶ Μαζαίας συγγενὴς εἶναι. Καὶ νῦν, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, ἑτοιμός εἰμι ἅμα σοὶ ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἢν ἐθέλῃς, μάλιστά γε εἰ δέοι, καὶ τὴν παῖδα ἄγειν. τοῦτο, ἔφη, καὶ μᾶλλον, ὁ Ἀδύρμαχος, ἐθελήσαιμ' ἄν, ἀφ' ἅματος ὄντα σε, Μαζαίαν ἄγειν. ἦν μὲν γὰρ ἅμα ἡμῖν ἴῃς ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἵππῳ ἑνὶ πλείοις ἂν χαίροιμεν· εἰ δέ μοι τὴν γυναῖκα ἄγοις, αὐτὴ πολλῶν ἂν γένοιο. Ταῦτα ἐλέγετο· καὶ ὁ μὲν ἀπήλαυνε, παραδοὺς τῷ Μακέντῃ ἄγειν τὴν Μαζαίαν, παρόντος ἔτι ἐκείνου. ὁ δὲ, ἡμέρας μὲν ὅσον τῆς ἀμάξης ἦγεν αὐτὴν· ἐπεὶ δὲ νὺξ κατέλαβεν, ἀναθέμενος ὅτι τὸν ἵππον (ἑτέρᾳ παιδίσκῃ δὲ ἄλλον ἕνα σφίσιν ἵππον ἔπεσθαι) ἀναπηδήσας καὶ αὐτὸς, οὐκέτι παρὰ τὴν Μαιῶτιν ἤλαυνεν, ἀλλ' ἀποτραπόμενος εἰς τὴν μεσόγαιαν, τὸ δεξιὰ λαβὼν τὰ Μιτραίων ὄρη, διαναπαύων μεταξὺ τὴν παῖδα, τριταῖος ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλύων ἐς Σκύθας. καὶ ὁ μὲν ἵππος αὐτῷ, ὅπῃ ἐπαύσατο τοῦ δρόμου, μικρὸν ὑπισχνούμενος, ἀπεθνήσκει. ὁ δὲ Μακέντης, ἐξαγείσας τὴν Μαζαίαν τῷ Ἀρσακόμᾳ, Δέδεξο, εἶπε, καὶ παρ' ἐμοῦ τὸν ἵππον. τοῦ δὲ πρὸς ὃ ἀνέλπιστον τοῦ θεάματος καταπλαγέντος, καὶ χάριν ὁμολογοῦντος, Παῦε, ἔφη ὁ Μακέντης, ἄλλον με ποιοῦ σαυτοῦ. ὃ γὰρ χάριν ἐμοὶ ὁμολογεῖν ἐφ' οἷς ἔπραξα τύχοις, τοιόν ἐστιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀριστερά μου χάριν εἰδείη τῇ δεξιᾷ, ὅτι πρωτίστη μοι ποτε αὐτὴν ἐθεράπευσε, καὶ φιλοφρόνως ἐπεμελήθη καμούσης. γελοῖα τοίνυν ἂν ἡμεῖς δρῴημεν, εἰ πάλαι ἀναμιχθέντες, καὶ ὡς οἷόν τε ἦν, εἰς ἕνα συνελθόντες, ἔτι μέγα νομίζοιμεν εἶναι, εἰ ὅ μέρος ἡμῶν ἔπραξέ τι χρηστὸν ὑπὲρ ὅλου τοῦ σώματος.

neque per negligentiam committas vt imperium ad Eubiotum deueniat, qui tametsi frater nothus est Leucanoris, tamen Scytharum partibus semper fauit, cum Alanis simultates gerit. Hæc quidem dicebat Macentes. Erat autem eodem cultu eadémque lingua cum Alanis. Commune enim horum vtrunque Alanis cum Scythis, nisi quòd non magnopere comati sunt Alani, quemadmodum Scythæ. At Macentes in hoc quoque illis erat assimilis, videlicet detonsa coma: quatenus conueniebat Alanum minùs esse comatum, quàm Scytham. Itaque his rebus factum est vt illi fides haberetur, putaretúrque Masteræ ac Mazææ cognatus esse. Et nunc, inquit, ô Adyrmache, ad vtrum vis paratus sum: vel proficisci tecum in Bosporum, si velis: vel manere, si sit opus, ac sponsam adducere. Isthuc equidem, inquit Adyrmachus, longè malim, quandoquidem cognatus es, te puellam adducere. Nam si nobiscum vnà proficiscaris in Bosporum, vnum duntaxat equitem numero addideris. Quòd si mihi vxorem aduexeris, multorum instar fueris. Atque ita factum est: & hic quidem iter ingressus est, Macentæ tradens ducendam Mazæam, quæ virgo etiãdum erat. At ille per diem quidem illã curru vehebat: verùm vbi nox incubuisset, imposita equo (nã idcurarat vt alius quidam eques sese cõsequeretur) tum insiliens & ipse, nequaquam deinceps ad Mæotim iter faciebat, sed deflectens ad mediterraneam, relictis ad dextram Mitræorum montibus, cùm virginem interim aliquoties interquiescere iussam refocillasset, intra triduum à Machlyensibus in Scythiam vsque permensus est viam: statímque equus eius vbi destitisset à cursu, paulisper astans exanimatus est. Porrò Macentes Arsacomæ Mazæam in manum dans, Accipe, inquit, à me quoque id quod sum pollicitus. At illo ad insperatũ spectaculum stupefacto, gratiásque agente: Desine, inquit, Macentes, ac noli me alium à teipso putare: nam mihi profectò gratias agere ob hæc quæ feci, perinde est, ac si sinistra mea gratias agat dextræ, quòd vulneratæ sibi subministrauit, atque officiosè curam egit ægrotantis. Ridicula nimirum & nos fecerimus si iam dudum cõmissi, & quatenus licet, in vnum conflati, magnum adhuc esse credamus, si qua pars nostri officiosè quid egerit pro toto corpore:

Etenim pro ſe ipſo fecit, quum pars ſit totius beneficio adiuti. Atque ad hunc quidem modum Arſacomæ gratias agenti Macentes reſpondit. Cæterùm Adyrmachus vbi ſenſit inſidias, non perrexit ire in Boſporum: iam enim Eubiotus rerum potiebatur, accerſitus à Sauromatis, apud quos fuerat diuerſatus: verùm in patriam reuerſus, contractis ingentibus copiis, per montoſa irrupit in Scythiam, paulóque pòſt irruit & Eubiotus, cùm Græcos vndecunque poterat ſecum ducens, tum Alanos & Sauromatas accerſitos, vtrinque vicies millenos: coniunctis autem copiis Eubiotus atque Adyrmachus nonaginta millia confecerunt: atque ex his tertia pars equites ſagittarij. Nos autem (nam & ipſe ad hanc expeditionem contuleram, addens iis qui in tergum taurinum conuenerant, equites ad plenum inſtructos centum) contractis haud multo minùs triginta millibus, vnà cum equitibus operiebamur inſultum, ductore Arſacoma. Vt autem admouentes illos conſpeximus, contra duximus agmen, præmiſſis in hoſtem equitibus. Atque vbi iam diu acriter eſſet pugnatum, tandem ceſſere noſtri, interrupta phalange. Poſtremò in duo diſſectum eſt vniuerſum agmen Scythicum: pars ſubduxit ſeſe, non omnino palàm victa, verùm ita fugiebat, vt locum dare videretur: adeò vt Alani ad multum tempus inſequi non auderent: partem alteram, quæ eadem erat imbecillior, cingentes Alani ac Machlyenſes vndequaque cædebant, confertim iaculis emiſſis, atque ſagittis, ſic vt vehementer laboraretur à noſtris, qui tenebantur obſeſſi. Et iam plerique arma proiecerant, quorum in numero fortè erat Lonchates, & Macentes: iámque ambo vulnus acceperant, dum ante alios ſeſe periculis obiiciunt, hic quidem aduſto femore, puta Lonchates: porrò Macentes ſecuri ſauciato capite, tum conto in humerum impacto. Quod ſimul atque ſenſit Arſacomas, quum in altero agmine eſſet nobiſcum: turpe ratus ſi deſertis amicis non adeſſet, ſubditis equo calcaribus, cum clamore in hoſtes tendere cœpit, ſublato gladio, adeò vt Machlyenſes vim animi non ſuſtinuerint, ſed viam illi fecerint, vt tranſiret. At ille receptis amicis, tum aduocatis & aliis, impetum fecit in Adyrmachum,

A ἐπ' ἐαυτὸν γὰρ ἐποιήσατο, μέρος ὂν τοῦ ὅλου τῷ πάσχοντος. ὅτε μὲν ὁ Μακέντης ἔφη τῷ Ἀρσακόμᾳ χάριν ὁμολογήσαντι. ὁ δὲ Ἀδύρμαχος, ὡς ἤκουσε τὸν ἐπιβουλὴν, εἰς μὲν τὸν Βόσπορον οὐκέτι ἦλθεν (ἤδη γὰρ Εὐβίοτος ἦρχεν, ἐπικληθεὶς ὑπὸ Σαυροματῶν, πρὸς οἷς διέτριβεν) εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ ἐπανελθών, καὶ στρατιὰν πολλὴν συναγαγών, ἐξ ἧς ὀρεινῆς ἐσέβαλεν εἰς τὴν Σκυθίαν. ὁ δὲ Εὐβίοτος, ὃς μετ' ὀλίγον καὶ αὐτὸς εἰσέπεσεν, ἄγων πανδημεὶ μὲν τοὺς Ἕλληνας, Ἀλανοὺς δὲ καὶ Σαυρομάτας ἐπικλήτους ἑκατέρους δισμυρίους· ἀναμίξαντες δὲ τὰ B στρατεύματα, ὁ Εὐβίοτος καὶ ὁ Ἀδύρμαχος, ἐννέα μυριάδες ἀπράκτως ἐγένοντο, καὶ τούτων ὁ τρίτον, ἱπποτοξόται. ἡμᾶς δὲ (καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς μετέσχον τῆς ἐξόδου, αὐτοῖς ἐπιδοὺς ἐν τῇ βύρσῃ τότε ἱππέας αὐτοτελεῖς ἑκατὸν) ὀλίγῳ ἔλαττον τῶν τετρακισχιλίων σὺν τοῖς ἵπποις συναθροισθέντες, ἐπεμένομεν τὴν ἔφοδον· ἐστρατήλατει δὲ ὁ Ἀρσακόμας. καὶ ὅπως προσιόντας εἴδομεν αὐτοὺς, ἀντεπήγομεν, προεπαφέντες τὸ ἱππικόν. ἡνιομάχουν δὲ ὑπὲρ πολὺ μάχης καρτερᾶς, ἐνεδίδου ἤδη τὰ ἡμέτερα, καὶ C προερρήγνυτο ἡ φάλαγξ· καὶ τέλος, εἰς δύο διεκόπη τὸ Σκυθικὸν ἅπαν, καὶ τὸ μὲν ἐπέφυγε, καὶ πολὺ ὄφελος, ἐπὶ πολὺ διωκόμενον, δὴ αἰσχρὸν ἐδόκει ἡ φυγή. οὐδὲ γὰρ οἱ Ἀλανοὶ ἐτόλμων ὑπὲρ πολὺ διώκειν· τὸ δὲ ἥμισυ, ὅπερ καὶ ἔλαττον, περιέχοντες οἱ Ἀλανοὶ καὶ Μάχλυες, ἔκοπτον πανταχόθεν, ἀφθόνως ἀφιέντες τὰ ὀϊστῶν, καὶ ἀκοντίων, ὥστε πάνυ ἐπονοῦντο ἡμῶν οἱ περιεχόμενοι, καὶ ἤδη πολλοὶ ἐγίνοντο οἱ πολλοὶ τὰ ὅπλα. ἐν τούτοις δὲ ὁ Λογχάτης καὶ ὁ Μακέντης ἔτυχον ὄντες, καὶ ἐτέτρωντο ἤδη, προκινδυνεύοντες, ὁ μὲν πυρακτωθεὶς τὸν μηρὸν, ὁ D Λογχάτης, ὁ Μακέντης δὲ, πελέκει εἰς τὴν κεφαλὴν, καὶ κοντῷ εἰς τὸν ὦμον· ὅπερ αἰσθόμενος ὁ Ἀρσακόμας, ἐν ἡμῖν τοῖς ἄλλοις ὢν, δεδιὼς ἡγησάμενος, εἰ ἀπεισι καταλιπὼν τοὺς φίλους, προσδοκῶν τοὺς μύωπας τῷ ἵππῳ, ἐμβοήσας, ἤλασε δι' τῶν πολεμίων, κοπίδα διηρμένος, ὥστε τοὺς Μάχλυας μηδὲ ὑποστῆναι τὸ ῥόθιον τῆς ὁρμῆς, ἀλλὰ διαιρεθέντες ἔδωκαν αὐτῷ διεξελθεῖν. ὁ δὲ ἀνακτησάμενος τοὺς φίλους, καὶ τοὺς ἄλλους ἀπράκτους προσκαλέσας, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Ἀδύρμαχον,

καὶ παταξας τῇ κοπίδι ἐς τὸν αὐχένα, μέχρι τῆς ζώνης διέτεμε. πεσόντος δὲ ἐκείνου, διελύθη ὁ Μαχλυϊκὸν ἅπαν, ἐς ὁ Αλανικὸν οὐ μετ' οὐ πολύ, καὶ οἱ Ελληνες ὅτι τοῦτο. ὥστε ἐκρατήσαμεν ἐξ ὑπαρχῆς ἡμεῖς, καὶ ἐπεξήλθομεν αὖθις πολὺ κτείνοντες, εἰ μὴ νὺξ ὁ ἔργον ἀφείλετο. εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν ἀπεσταλησαν, ἱκέται ἐς τὸν πόλεμον ἥκοντες, ἐδέοντο φιλίας ποιεῖσθαι. Βοσπορηνοὶ μὲν, ὑποτελέσειν διπλάσιον τὸν δασμὸν ὑπισχνούμενοι, Μάχλυες δὲ, ὁμήρους δώσειν ἔφασαν, οἱ Αλανοὶ δὲ, αὐτὶ τῆς ἐφόδου ἐκείνης, Σινδηνοὺς ἡμῖν χαρίσασθαι ὑπέσχοντο οὐ πολλοῦ διεῤῥῶγας. ὅτι τούτοις ἐπείθημεν, δόξαν πολὺ πρότερον Αρσακόμας καὶ Λογχάτης· καὶ ἐγένετο εἰρήνη, ἐκείνων πρυτανευόντων ἕκαστα. τοιαῦτα, ὦ Μνήσιππε, τολμῶσι ποιεῖν Σκύθαι ὑπὲρ τῶν φίλων. ΜΝ. πάνυ τραγικὰ, ὦ Τόξαρι, καὶ μύθοις ὅμοια, καὶ ἴλεως μὲν ὁ Ακινάκης καὶ ὁ Ανεμος εἶεν, οἷς ὤμοσας, εἰ γοῦν τις ἀπιστοίη αὐτοῖς, οὐ πάνυ μεμπτὸς εἶναι δόξειεν ἄν. ΤΟ. Ἀλλ' ὅρα, ὦ γύναιε, μὴ φθόνος ὑμᾶς ἡ ἀπιστία ᾖ, πλὴν σὲ ἐμὲ ἀποτρέψεις ἀπιστῶν καὶ ἄλλα τοιαῦτα εἰπεῖν, ἃ οἶδα ὑπὸ Σκυθῶν γιγνόμενα. ΜΝ. μὴ μακρὰ μόνον, ὦ ἄριστε, μηδὲ ὕστερος ἀφέρπυσε χρώμενος τοῖς λόγοις, ὡς νῦν γε αὖθις καὶ κάτω τὴν Σκυθίαν καὶ τὴν Μαχλυανὴν διαθέων, καὶ εἰς τὸν Βόσπορον ἀπιών· εἶτ' ἐπανιών, πάνυ μου κατεχρήσω τῇ σιωπῇ. ΤΟ. πειστέον καὶ ταῦτά σοι νομοθετοῦντι, καὶ διὰ βραχέων λεκτέον, μὴ καὶ κάμῃς ἡμῖν τῇ ἀκοῇ συμπαρεπόμενος· μᾶλλον δὲ ἄκουσον ἐμοὶ αὐτοῦ, οἷα φίλος Σισίννης τοιοῦτος, ὑπηρέτησεν· ὅτε γὰρ Αθηναζε ἀπῆλθον οἴκοθεν ὑπ' ἐπιθυμίας παιδείας τῆς Ελληνικῆς, κατέπλευσα εἰς Αμαστριν τὴν Ποντικήν· ἐν παρόδῳ δὲ ὄντι τοῖς ἀπὸ Σκυθίας παραπλέουσιν ἡ πολὺ τῆς Καραμβέως ἀπέχουσα ἡ πόλις. εἵπετο δὲ ὁ Σισίννης, ἑταῖρος ἐκ παιδὸς ὤν. ἡμεῖς μὲν οὖν καταγωγήν τινα ὅτι ὡς λιμενοῖ σκεψάμενοι, καὶ τὰ πλοῖα ἐς αὐτὴν μεταστησάμενοι, ἠρεμάζομεν, οὐδὲν πονηρὸν ὑφορώμενοι· ἐν τοσούτῳ δὲ, κλῶπές τινες ἀναπαύσαντες τὸ κλῆθρον, ἐκφέρουσιν ἅπαντα, ὡς μηδὲ τὰ ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀρκέσοντα καταλιπεῖν.

A impactóque in ceruicem gladio, ad zonam vsque dissecuit. Quo fuso dissipata est omnis acies Machlyensium, paulo pòst & Alanorum: denique cum his Græci quoque. Atque ita redintegrato prælio, nos superiores extitimus, diúque sumus insequuti trucidantes, donec nox finem imposuit. Postero die ab hostibus venerunt legati, qui supplices pacem atque amicitiam orarent. Bosporani duplicatum tributum pensuros sese pollicebantur: Machlyenses, obsides daturos se confirmabant. Alani ita eam inuasionem compensaturos sese spondebant, vt Sindianos nostro nomine vellent aggredi, quibuscum multo iam tempore nobis fuerat simultas. His de rebus auditis suffragiis, in primis autem Arsacomæ & Lonchatæ, pax inita, duobus illis cuncta pro arbitratu suo moderantibus. Huiusmodi, Mnesippe, audent Scythæ amicorum caussa facere. MNES. Tragica prorsus, ô Toxari, fabulísque similia. Et propitius sit Acinaces & Vētus, per quos iurasti: si quis ista non credat, non admodum reprehendendus esse videatur. TOXA. At vide, vir egregie, ne incredulitas ista ab inuidia vestra proficiscatur. Quanquam non me deterrebis non habendo fidem, quominus & alia his consimilia referam, quæ nouerim à Scythis esse gesta. MNES. Tantum ne longum facias, vir optime, neque vsqueadeo admissis vagísque vtare sermonibus, vt nunc sursum ac deorsum Scythiam Machlyanámque percurrens, deinde in Bosporum discedens, postremò rediens, prorsus abutare silentio meo. TOXA. Parendum tibi & hanc præscribenti legem, dicendúmque paucis: ne fatigeris vnà nobiscum audiendo circumcursitans. Quin magis ausculta quæ in me ipsum amicus Sisinnes nomine præstiterit. Quum enim Athenas relicta patria proficiscerer, ídque cupiditate Græcanicarum literarum, appuleram Amastrim Ponticam. Ea est vrbs haud procul à Carambe dissita in promontorio, obuia iis qui à Scythia nauigant. Comitabatur autem Sisinnes, mihi à puero amicus. Nos igitur vbi res quasdam importatas in portu spectassemus, in eúmque è naui subduxissemus, emimus, nihil suspicantes mali: interea fures quidam effracta sera sustulerunt vniuersa, adeò vt non reliquerint quod vel in eum diem sufficere posset.

*IIII. Toxaris & Sisinnes.*

Ergo quum domum essemus reuersi, cognito quod acciderat, non visum est in ius vocare vel vicinos qui plures erant, vel hospitem, veriti ne plerisque sycophantæ videremur, si dixissemus nobis ab aliquo sublatos esse Daricos quadringentos, tum vestium permultum, ad hęc tapetia quædam, denique quicquid habueramus. Consultabamus igitur hisce de rebus, quid esset faciendum omnium rerum egenis, idque in vrbe peregrina. Ac mihi quidem ita visum est tum temporis, statim demerso in ilia acinace, vitam fugere, priusquam ignauum quippiam aut indignum esset ferendum vel fame vel siti enecto. Contrà Sisinnes consolabatur, obsecrans ne quid tale facerem. Aiebat enim excogitasse sese vnde nobis victus suppeteret. Et eo quidem die baiulandis è portu lignis allata mercede victum suppeditauit: mane autem obambulans in foro, pompam quandam aspexit iuuénum (quemadmodum aiebat) elegantium ac strenuorum. Hi nimirum viritim lecti vti mercede proposita singulare certamen inirent, in tertium diem erant decertaturi. Ergo quum omnes huius negotij conditiones audisset, accedens ad me, Caue posthac, inquit, Toxari, ne te ipsum pauperem dixeris: siquidem tertio ab hinc die diuitem te reddidero. Hæc ait, atque interea ægrè parato victu, quum iam spectaculum esset institutum, spectabamus & ipsi: etenim assumptum me duxit in theatrum, tanquam ad iucundum aliquod nouúmque spectaculum Græcorum. Ergo vbi consedissemus, spectabamus. Ac primò quidem feræ partim iaculis confixæ, atque à canibus agitatæ, partim in homines quosdam vinctos emissæ, nocentes quospiam, ita vt conijciebamus. Vt autem prodierunt qui erant ad singulare certamen conducti, ac producto iuuene quodam prægrandi, dixisset præco: Si quisquam velit cum hoc singulari certamine congredi, prodeat in medium, præmium pugnæ acceptur us drachmarum decem millia: ibi protinus assurrexit Sisinnes, desiliens, pollicetúrque se dimicaturum: simúlque poscit arma. Tum acceptam mercedem, decem millia mihi deferens, in manum dat: Si vicero, inquit, Toxaris, vnà proficiscemur, suppetétque commeatus: sin cecidero, sepulto me redi rursus in Scythiam. Ego quidem his auditis singultiebam.

A ἐπὶ μὲλθόντες οὖν οἴκαδε, καὶ ὃ γεγονὸς μαθόντες, δικάζεσθαι μὲν τοῖς γείτοσι πολλοῖς οὖσιν, ἢ τῷ ξένῳ, οὐκ ἐδοκιμάζομεν, δεδιότες μὴ συκοφάνται δόξωμεν τοῖς πολλοῖς, λέγοντες, ὡς ὀφείλετο ἡμῖν τις Δαρεικοὺς τετρακοσίους, καὶ ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ παπίδας τινὰς, καὶ πάλλα, ὁπόσα εἴχομεν. ἐσκοποῦμεθα δὲ καὶ τῶν παρόντων ὅ, τι χρήσοιμεν, ἄπορον πάντα πᾶσιν ἐν τῇ ἀλλοδαπῇ νομίζοντες· καί μοι μὲν ἐδόκει, ὡς εἶχον, αὐτὸν καταβύσαντα ἐς τὸ πλησίον πλευρὸν τὸν ἀχινάκην, ἀπελθεῖν τοῦ βίου, πρὶν ἀγωνές τι
B ὑποσῆναι, λιμῷ ἢ δίψει πιεσθέντα. ὁ δὲ Σισίννης παρεμυθεῖτο, καὶ ἱκέτευε μηδὲν τοιοῦτο ποιεῖν· αὐτὸς γὰρ ὑπονοήσειν ἔλεγεν ὅθεν ἐξομεν ἱκανὰς τὰς τροφάς· καὶ τότε μὲν ξύλα ἐκ τοῦ λιμένος παρεκόμισε, καὶ ἦκεν ἡμῖν, ἐκ τοῦ μισθοῦ ὑπισχνούμενος. ἑῴθεν δὲ καὶ ἐπὶ τὸν ἀγορὰν, εἶδε πομπήν τινα, ὡς ἔφη, γυναίων καὶ καλῶν νεανίσκων· μονομαχεῖν δὲ οὗτοι ὑπὲρ μισθοῦ ἀπορρηθέντες, εἰς τρίτην ἡμέραν διαγωνίσασθαι ἔμελλον. καὶ δὴ ὁ πρῶτος ὡς εἶχεν ἀμφ' αὐλοῖς
C πυθόμενος, ἐλθὼν ὡς ἐμὲ, Μηκέτι, ὦ Τόξαρι, ἔφη, σαυτὸν πένητα λέγε, εἰς γὰρ τρίτην ἡμέραν, πλούσιόν σε ἀποφαίνω· ταῦτα εἶπε, καὶ ποιήρους ὄντας μεταξὺ ἀποζήσαντες, ἑστάσης ἤδη τῆς θέας, ἐθεώμεθα καὶ αὐτοί. παράδοξον γάρ με ὡς ὑπὲρ τερπνόν τι καὶ παράδοξον θέαμα τῶν Ἑλληνικῶν, ἀγαγὼν εἰς τὸ θέατρον· καὶ καθίσαντες, ἐωρῶμεν, τὸ μὲν πρῶτον, θηρία καταικτιζόμενα, καὶ ὑπὸ κυνῶν διωκόμενα, καὶ ἐπ' ἀνθρώπους δεδεμένους ἀφιέμενα, κακούργους τι-
D νάς, ὡς εἰκάζομεν. ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθον οἱ μονομάχοι, καί τινα παράγαγὼν ὁ κήρυξ ὑπερεπῆρε νεανίσκον, εἶπεν, ὅστις δὴ ἐθέλει τούτῳ μονομαχῆσαι, ἴτω εἰς τὸ μέσον, δραχμὰς λαμβάνων μυρίας, μισθὸν τῆς μάχης, εἶτα ὧδε ἐξαίσιος ὁ Σισίννης, καὶ καταπηδήσας, ὑπέσχετο μαχεῖσθαι, καὶ τὰ ὅπλα ᾔτει· καὶ τὸν μισθὸν λαβὼν, τὰς μυρίας, ἐμοὶ φέρων, ἐνεχείρισε· καὶ, Εἰ μὲν κρατήσαιμι, ὦ Τόξαρι, εἶπεν, ἅμα ἀπιμεν, ἔχοντες τὰ ἐρχόντα· ἢν δὲ πέσω, θάψας με, ὑποχώρει ὀπίσω εἰς Σκύθας. ἐγὼ μὲν ὅτι τούτοις ἐκώκυον,

ὁ δ' λαβὼν τὰ ὅπλα, τὰ μὲν ἄλλα περιεδύ- A
σατο, δ κράνος δ' οὐ κατέθηκεν, ἀλλ' ἀπὸ γυ-
μνῆς τῆς κεφαλῆς καθαρὰς, ἐμάχετο· καὶ δ
μὲν πρῶτον, πεπρωμένην αὐτὸς, καμπύλῳ
τῷ ξίφει ὑποτμηθεὶς τὸν ἰγνύην, ὥστε αἷ-
μα ἐρρεῖ πολύ· ἐγὼ δ' περιτεθνήκειν ἤδη τῷ
δέει. θρασύτερον δ' ὀπιφερόμενον τηρήσας τὸ
αὐτίπαλον, παίει εἰς δ στέρνον, καὶ διήλασεν, ὥς-
τε αὐτίκα ἐπεπλώκει πρὸς τοῖν ποδοῖν αὐτῷ· ὁ
δὲ καμὼν καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ τραύματος, ἐπε-
κάθιζε τῷ νεκρῷ, καὶ μικροῦ δεῖν, ἀφῆκεν αὐ-
τὸν ἡ ψυχή· ἀλλ' ἐγὼ περιδραμών, ἀνέσπασα,
καὶ προεμυθησάμην. ἐπεὶ δ' ἀφεστο ἤδη νενι- B
κηκώς, θράμβος αὐτὸν, σκόμισα εἰς τὴν οἰ-
κίαν· καὶ ὑπὸ πολὺ θεραπευθεὶς, ἐπέζησε μὲν,
καὶ ἔστι μέχρι νῦν ἐν Σκύθαις, γήμας τὴν ἐμὴν
ἀδελφήν· χωλὸς δέ ἐστιν ὅμως ἀπὸ τοῦ τραύ-
ματος. τοῦτο, ὦ Μνήσιππε, οὐκ ἐν Μάχλυσιν,
οὐδ' ἐν Ἀλανίᾳ ἐγένετο, ὡς ἀμάρτυρον εἰ), καὶ
ἀπιστεῖσθαι δυνάσθαι, ἀλλὰ πολλοὶ πάρεισιν
Ἀμαστριανῶν, μεμνημένοι τῆς μάχης τοῦ
Σισίννου. πέμπτον ἔπι σοι ὃ Ἀβαύχα ἔργον
διηγησάμενος, παύσομαι. ἦκέ ποτε σὺν ὁ
Ἀβαύχας εἰς τὴν Βορυσθενιτῶν πόλιν, ἐπαγό- C
μενος καὶ γυναῖκα, ἧς ἦρα μάλιστα, καὶ παιδία
δύο. ὃ μὲν πρεσβύτερον, ἄρρεν, ὃ δὲ ἕτερον,
κόρη ἑπτέτις ἦν· συναπεδήμει δὲ καὶ ἑταῖρος
αὐτῷ Γυνδάνης, οὗτος μὲν καὶ νοσῶν ἀπὸ τοῦ τραύ-
ματος, ὃ ἐτέτρωτο κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ λῃστῶν,
ὑπεσύντων σφίσι· διαμαχόμενος γὰρ τρώς
αὐλοῖς, ἐλαύνεται εἰς τὸν μηρὸν, ὥστε οὐδὲ ἑστά-
ναι ἐδύνατο ὑπὸ τοῦ ὀδύνης· νύκτωρ δὲ κα-
θευδόντων (ἔτυχον γὰρ ἐν ὑπαίθρῳ τινὶ κατοι-
κοῦντες) πυρκαϊὰ μεγάλη ὄξαυσα, καὶ πάν- D
τα περιεκλείετο, καὶ περιέσχεν ἡ φλὸξ ἀπάντα-
χόθεν τὴν οἰκίαν· ὑπνῷ δὲ αἰσθόμενος ὁ Α-
βαύχας, καταλιπὼν τὰ παιδία κλαυθμυρι-
ζόμενα, καὶ τὴν γυναῖκα ὑπερεμαμόν ἀπο-
σῴσάμενος, καὶ σῴζειν αὐτὴν προθυμούμενος,
θράμβος τὸν ἑταῖρον, καταλαβὼν, καὶ ἔφη διεκ-
παίσας, καὶ μηδέπω τελέως ἀπεκκαυ-
μένον ὑπὸ τοῦ πυρός· ἡ γυνὴ δ', φέρουσα δ βρέφος, εἵ-
πετο, ἀκολουθῆν κελεύουσα καὶ τὸν κόρον· ἡ δ', ἡμίφλεκτος ἀφοῦσα δ παιδίον ὑπὸ τῆς ἀλκυόνης,
μόλις διεσπάσατο τὴν φλόγα, καὶ ἡ παῖς σὺν αὐ-
τῇ, πρὸς μικρὸν ἐλθοῦσα κἀκείνη ἀπεθανέτην.

At ille sumptis armis, reliquum quidem corpus muniuit: at galeam nequaquam imposuit, sed nudo consistens capite pugnabat. Et initio quidem ipse vulnus accepit retorto gladio, succiso poplite, ita vt multum sanguinis defluueret. Ego interim iam metu præmortuus eram. At ille confidentiùs inuadentem aduersarium obseruans, ferit in pectore, transfigítque: ita vt protinus ad pedes illius procumberet. Ille fessus & ipse vulnere, mortuo incumbebat: parúmque aberat quin ipse quoque efflaret animam. At ego accurrens erexi, animúmque reddidi. Porrò vbi dimissus est, iam victor declaratus, sublatum illum, domum deportaui: multúmque temporis curatus à medicis, superuixit quidem, hodiéque agit apud Scythas, ducta in matrimonium sorore mea: claudus tamen adhuc est ex vulnere. Hæc res Mnesippe non apud Maclyenses, neque in Alania gesta est, vt testibus careat, & ficta credi queat: verùm complures extant Amastriani, qui de pugna Sisinnæ memorant. Finem iam faciam, si tibi quinto loco factum Abauchæ retulero. Appulit aliquando Abauchas hic in Borysthenensium ciuitatem, secum adducens & vxorem, quam vnicè diligebat, & liberos duos, alterum quidem masculum lactentem, altera verò erat puella septem annos nata. Erat autem peregrinationis comes & huius amicus Gyndanes, atque is quidem è vulnere laborans, quod in via acceperat, à latronibus qui eos fuerant adorti: cum quibus dum pugnaret, ictus est in femore, ita vt ne stare quidem posset præ cruciatu. Itaque noctu dormientibus illis (nam fortè in cœnaculo quodam diuersabantur) ingens ortum est incendium, omniáque circunclusit: iámque flamma vndique domum circundedit. Ibi experrectus Abauchas, relictis liberis plorantibus, repulsa vxore, quæ inhærebat, iussáque vt ipsa sese seruaret, amico in humeris sublato descendit, perrumpénsque euasit, ita vt nequaquam incendio læderetur. Vxor infantem baiulans consecuta est, monens puellulam vt sese consequeretur. Ea verò semiusta, abiecto ex vlnis infante, vix exilit è flamma. Deinde puella vnà cum illa veniens, penè & ipsa extincta est.

*v. Abauchas & Gyndanes.*

Post hæc quum probro obiectaret quis- A piam Abauchæ, quòd desertis liberis, atque vxore, Gyndanem extulisset: Imò liberos, inquit, denuo parare haudquaquam difficile: tum incertum, an hi boni sint futuri: porrò amicum diu fuerit priusquam inueniam talem qualis est Gyndanes: cuius amor mihi multis argumentis est exploratus. Dixi Mnesippe: è pluribus his quinque propositis, iam tempus est pronunciari, vtri nostrûm aut linguam aut dexteram oporteat amputari. Quis igitur futurus est iudex? MNES. Nemo. Neque enim constitueramus narrationis arbitrum. Sed scin' quid agemus? Quandoquidem impræ- B sentiarum nullo proposito scopo sumus iaculati: deintegro delecto arbitro, alia amicorum paria apud illum referamus: deinde vter succubuerit, ei tum quidem amputetur, vel mihi lingua, vel tibi dextera. At si hoc crudele, quando tu amicitiam admirari visus es: ego nihilo secius puto nullam esse mortalibus possessionem hac præstantiorem, neque pulchriorem: quin ipsi quoque in vnum copulati, illud approbamus, vt ex hoc die in totam vsque vitam simus amici, vtrique victores, vtrique maximis potiti pre- C miis: videlicet pro vnica lingua, vnáque dextera, binas vterque habituri: atque insuper oculos quoque quaternos, pedésque quaternos: in summa, duplicia omnia? Eiusmodi nanque quiddam est cùm duo trésque copulantur amici, qualem Geryonem scriptores depingunt, senis manibus, terníque capitibus hominem. Siquidem (vt mea fert opinio) tres illi fuerunt, qui communiter omnia gererent: vt dignum est his qui amicitia coniuncti sunt. TOX. Probè dicis: atque ita faciamus. MNES. Verùm neque sanguine opus est Toxaris, neque D acinace, qui nobis amicitiam confirmet. Hæc enim confabulatio, & quòd eadem amamus, id multo certius est calice illo quem bibitis: propterea quòd huiusmodi non obligationem, sed animum postulare mihi videntur. TOXA. Placent ista: iámque amici atque hospites simus: tu mihi hîc in Græcia: ego tibi, si quando in Scythiam peruenieris. MNES. Nimirum vt sis sciens, nequaquam me pigeat vel longiùs etiam proficisci, si tales amicos nanciscì liceat, qualem esse te Toxari ex tua oratione coniicio.

Ὃ δὲ ὀνειδίσαί τις ὕστερον τὸν Ἀβαύχαν, ὅτι τοὺς παῖδας τὰ τέκνα, καὶ τὴν γυναῖκα, ὁ δὲ Γυνδάνην ἐξεκόμισεν, Ἀλλὰ παῖδας μέν, ἔφη, καὶ αὖθις ποιήσασθαί μοι ῥᾴδιον, καὶ ἄδηλον εἰ ἀγαθοὶ ἔσονται ὕστερον· φίλον δὲ, οὐκ ἂν ῥᾳδίως ἄλλον ἐν πολλῷ χρόνῳ τοιοῦτον οἷος Γυνδάνης ὑπῆρξεν, πείραν μοι πολλοῖς τῆς διανοίας παρεσχημένος. Εὕρηκα, ὦ Μνήσιππε, ἀπὸ πολλῶν πέντε τούτους παρελεσάμενος. ἤδη δὲ καιρὸς εἶναι κεκρίσθαι ὁπότερον ἡμῶν ἢ τὴν γλῶτταν ἢ τὴν δεξιὰν ἀποτετμῆσθαι δεῖ. τίς οὖν ὁ δικάσων ἐστίν; MN. Οὐδὲ εἷς, ἐγὼ γὰρ οὐκαθίσαμέν τινα δικαστὴν τοῦ λόγου· ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσομεν; ὅπως νῦν ἄσκοπα τεταξόμεθα, αὖθις ἐλόμενοι διαιτητὴν, ἄλλους ἐπ' ἐκείνοις εἴποιμεν φίλους, εἶτα ὃς ἂν ἥττων φήνηται, ἀποτετμήσεται τότε, ἢ ἐγὼ τὴν γλῶτταν, ἢ σὺ τὴν δεξιάν. ἢ τοῦτο μὲν ἄρειον, ἐπεὶ σὺ φιλίαν ἐπαινεῖν ἔδοξας, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄλλο ἡγοῦμαι ἀνθρώποις εἶναι τούτου κτῆμα ἄμεινον, ἢ κάλλιον, τί γὰρ οὐχὶ καὶ ἡμᾶς συνελθόντας πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, φίλους τε αὐτοὺς εἶναι, καὶ εἶσαεὶ ἔσεσθαι ἀγαπῶμεν, ἄμφω νικήσαντες, τὰ μέγιστα ἆθλα προσλαβόντες, ἀντὶ μιᾶς γλώττης, καὶ μιᾶς δεξιᾶς, δύο ἑκάτερος ὑπεκτησάμενοι, καὶ πρόσθέ γε, καὶ ὀφθαλμοὺς τέτταρας, καὶ πόδας τέτταρας, καὶ ὅλως, διπλᾶ πάντα· τοιοῦτόν τι γάρ ἐστι συνελθόντες δύο, ἢ τρεῖς φίλοι, ὁποῖον τὸν Γηρυόνην οἱ γραφεῖς ἐνδείκνυνται, ἀνθρώπου ἐξάχρεω, καὶ τρικέφαλον (ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ) τρεῖς ἐκ βροτοὶ ἦσαν, ἅμα πάντα πράττοντες πάντα, ὡς περ ἐστὶ δίκαιον φίλους γε ὄντας. TO. Οὕτω λέγεις· καὶ οὕτω ποιῶμεν. MN. Ἀλλὰ μήτε αἵματος, ὦ Τόξαρι, μήτε ἀκινάκου δεώμεθα, τὴν φιλίαν ἡμῖν βεβαιώσοντος. ὁ γὰρ λόγος ὁ πρῶτον, καὶ ὃ τῶν ὁμοίων ὀρέγεσθαι, πολὺ πιστότερα τῆς κύλικος ἐκείνης, ἣν πίνετε. ἐπεὶ τά γε τοιαῦτα, οὐκ ἀνάγκης ἀλλὰ γνώμης δεῖσθαί μοι δοκεῖ. TO. ἐπαινῶ ταῦτα, καὶ ἤδη ὦμεν φίλοι, καὶ ξένοι, ἐμοὶ μὲν σὺ σοὶ δ' ὅτι τῆς Ἑλλάδος, ἐγὼ δέ σοι, εἴ ποτε ἐς τὴν Σκυθίαν ἀφίκοιο. MN. καὶ μὴν δεῖ ἴσθι, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι καὶ ἔτι πορρωτέρω ἐλθεῖν, εἰ μέλλω τοιούτοις φίλοις ἐντεύξεσθαι, οἷος σύ, ὦ Τόξαρι, διεφάνης ἡμῖν ἀπὸ τῶν λόγων.

# ΛΟΥΚΙΟΣ, Η ΟΝΟΣ.

# LVCIVS, siue ASINVS.

## ARGVMENTVM.

*Iocosa quædam & ficta narratio est, quo pacto videlicet in Thessaliam profectus studio discendæ artis Magicæ, ibi à puella quadam, dum in auem conuerti, eóque periculum artis facere cupit, in asinum mutatur, ac deinde varia fortunæ atque locorum vicissitudine, rusticis, vrbanis, sacris, profanis diuenditus, ad postremum cùm in theatrum quoque spectaculi de se præbendi caussa introductus esset, deuoratis quas ibi tum fortè conspexerat rosis, in pristinam hominis figuram iterum redierit. Præcipuè autem admiratione digna est, mira casuum atque periculorum varietas, quibus sursum atque deorsum iactatum sese, interim etiam bene acceptum fingit: vt non immeritò prorsus putarint quidam voluisse Lucianum, totius humanæ vitæ speciem atque imaginem quandam sub hoc lusu proponere, videlicet quàm varij casus, quàm fallax & inconstans fortuna, quàm incerti consiliorum etiam bene ac sapienter captorum exitus, quámque insperati quandoque earum rerum quas nunquam cogitaris, euentus esse soleant, asini huius exemplo (qui corporis quidem permutatione facta, ex homine transformatus fuerit, animum tamen & mentem hominis retinuerit) adumbrando. Hanc fabulam Apuleius vndecim libris imitatus est, afflictis etiam aliis compluribus ad idem argumentum, quorum quædam mythologicè Fulgentius interpretatus est, is qui in cæteras quoque poëtarum fabulas, mythologias scripsit.*

Πήν ποτὲ ἐς Θετταλίαν, ὧν δέ μοι πατρικήν τι συμβόλαιον ἦν, πρὸς ἄνδρα τῶν ἐπιχωρίων· ἵππος δέ με κατῆγε, καὶ τὰ σκεύη, καὶ θεράπων ἀκολουθεῖ εἷς· ἐπορευόμην οὖν τὴν προκειμένην ὁδὸν· καί πως ἔτυχον καὶ ἄλλοι ἀπιόντες ἐς Ὑπαταν, πόλιν τῆς Θετταλίας, ἐκεῖθεν ὄντες· καὶ ἅλων ἐκοινωνοῦμεν, ἐς οὕτως ἐκείνην τὴν ἀγχαλέαν ὁδὸν αὐσθμῶντες, πλησίον ἤδη τῆς πόλεως ἦμεν, κἀγὼ ἠρόμην τοὺς Θετταλούς, εἰ τῷ ὄντι ἔστιν αὐθρα οἰκοῦντα ἐς τὰ Ὑπατα, Ἱππαρχον τοὔνομα, γραμματεύς· μοι δὲ αὐτὸν ἐκόμιζον οἰκοθεν, ὥστε οἰκῆσαι παρ' αὐτόν· οἱ δὲ εἰδέναι τὸν Ἵππαρχον τοῦτον ἔλεγον, καὶ ὅποι τῆς πόλεως οἰκεῖ, ἐς ὅτι ἀγρύπνιον ἰσχυρὸν ἔχοι, καὶ ὅτι μίαν θεράπαιναν τρέφοι, καὶ τὸν αὐτὸν γαμετὸν, μόνας. ἔστι γὰρ φιλαργυρώτατος ἀνήρ. ἐπεὶ δὲ πλησίον τῆς πόλεως ἐγενόμεθα, κἄπος τις ἔνδον ἦν, καὶ οἰκίδιον αὐτῷ, ἔνθα ὁ Ἵππαρχος ᾤκει. οἱ μὲν δὴ ἀπεσκιδνάμενοί με, ὡς ἦσθοντο, ἐγὼ δὲ κόπλῳ προσελθὼν τὴν θύραν, καὶ μόλις μόλις, καὶ βεβαίως ὑπήκουσε δή ποτε γυνή. εἶτα καὶ προσῆλθον· ἐγὼ μὲν ἠρόμην εἰ ἔνδον εἴη ὁ Ἵππαρχος, Ἔνδον ἔφη, σὺ δὲ τίς, ἢ τί βουλόμενος, πυνθάνῃ; γράμματα, εἶπον, κομίζω αὐτῷ παρὰ Δεκειανοῦ τοῦ Παταρέως σοφιστοῦ, Μεῖνόν με, ἔφη, αὐτοῦ, καὶ τὴν θύραν συγκλείσασα, ᾤχετο εἴσω πάλιν· καὶ ποτε ἐξελθοῦσα,

A Vvm in Thessaliam, vbi quædam mihi paternæ rationes erant cum eius gentis viro, proficiscerer, in Thessalos quosdam incidi, qui in Hypatam Thessaliæ vrbem redibãt. Vehebar equo, necessaria quædam vsui ferens, vnico comitatus seruo, qui sequebatur pedes. Inter eundum, cùm variis de rebus loquentes, iam vrbi appropĩnquaremus, à Thessalis petij, num eius vrbis ciuem nossent nomine Hipparchum: habere enim me ad eum literas, vt apud ipsum velut hospitem diuerterem. Illi & hominem sibi notum esse dixerunt, locupletem auarum, qui solùm domi vxorem, & vnicam ancillam haberet: & quo in loco vrbis habitaret, describentes, hortum quempiam in quo esset eius habitaculum, data deinde salute acceptáque, abierunt: ego domum Hipparchi adiens, ostium leuiter pulso: accessit vxor: quam rogo, an sit Hipparchus domi: illa cùm & quis essem, & quid mihi vellem, quæsisset, à Deciano Sophista Patarensi habere me literas respondi. Mulier manere paulùm hortata, occluso ostio abiit: paulóque pòst rediens,

me iubet introire. Ingressus, salutato homine epistolam trado. Erat ille in cœnæ principio, in lectulo sedens admodum paruo, vnà muliere discumbente, mensa cibis vacua. Lectis literis, Amicissimus mihi, inquit, Græcorúmque excellentissimus Decianus fecit optimè, qui suos ad me amicos fidenter miserit. Vides Luci habitaculũ hoc paruum esse, sed quod satis sit habitanti: verùm reddes tua præsentia domum, si æquo animo tuleris, ampliorem. Vocata deinde ancilla Palæstra: Des, inquit, huic hospiti nostro tunicam: & si quid secum detulit, conde: dehinc mitte ipsum ad balneum, quod longa via à nobis abest. Cepit me Palæstra, ostensáque domo pulcherrima: In hoc, inquit, lecto nocte dormies: huic puero tuo lectũ substernam, & addã puluinar. Cùm hæc dixisset, ego in balneum profecturus, hordeum in cibum equi, ancillæ dedi. Lotus cùm rediissem, Hipparchus me benignè excipiens, penes se iussit sedere. Cœna splendida fuit, vinum suaue & vetus: post cœnam & potus & sermo dignus hospite. Ita potando vespere absumpto dormitum profecti sumus. Postridie rogat me Hipparchus, quò pergerem, & quot diebus essem apud se affuturus. Larissam peto, inquam, sed hîc ferè quinque diebus morabor. Id nequaquam dixi ex animi sententia: optabam siquidem ibi aliquandiu esse, quoad aliqua à me maga reperta esset, cuius veneficiis aliquod monstrum conspicerem, hominem aut volantem, aut lapidem factum. Huic curæ deditus cœpi vrbem perambulare: quanuis quo id modo inquirendum esset, nescirem. Interim mulierem video accedentem, vt ex via coniici poterat, iuuenem opulentam: vestis enim erat floribus intexta, serui plures, aurum sumptuosius. Appropinquans mulier me compellat: Ego, inquit, Abrœa sum, amica, si qua vnquam fuit, matris tuæ: quæ quum eius filios non secus ac meos diligam, volo fili apud me diuertas.

A κελεύῃ ἡμᾶς εἰσελθεῖν· κἀγὼ δὲ προελθὼν εἶσω, ἀσπάζομαι αὐτὸν, καὶ τὰ γράμματα ἐπέδωκα. ἔτυχε δὲ ὁ δεῖπνος ὢν, καὶ κατέκειτο ὀλίγῃ στρωμνίδι γυνὴ δὲ αὐτῷ καθῆστο πλησίον, ἡ τράπεζα μηδὲν ἔχουσα παρέκειτο. ὁ δὲ, ὡς τοῖς γράμμασιν ἐντετύχει, Ἀλλ' ὁ μὲν Φίλιππος ἐμοὶ, ἔφη, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἐξοχώτατος Δεκριανὸς, ὃν ποιῇ, ἡ θαῤῥῶν πέμπει παρ' ἐμοὶ τοὺς ἑταίρους τοὺς ἑαυτοῦ· ὃ δὲ οἰκίδιόν σου ὁρᾷς, ὦ Λούκιε, ὡς ἔστι μικρὸν μὲν, ἀλλὰ ἀγχώμονα τὸν οἰκοδεσπότην ἔχειν· ποιήσεις δὲ αὐτὸ σὺ μεγάλῳ οἰκίαν, B ἀνεξικάκως οἰκήσας. καὶ καλεῖ τινὰ παιδίσκην, Ὦ Παλαίστρα, δὸς τῷ ἑταίρῳ χιτῶνα, καὶ ἣν λαβοῦσα, εἴ τι κομίζει σκεῦος, εἶτα πέμπε αὐτὸν εἰς βαλανεῖον, ἀγχοῦ γὰρ μετρίαν ἐληλυθὼς ὁδόν. Ταῦτα εἰπόντος, Ὁ παιδισκάριον ἡ Παλαίστρα, ἄγε με, καὶ δείκνυσί μοι κάλλιστον οἰκημάτιον, Καὶ σὺ μὲν, ἔφη, ὅπου ταύτης τῆς κλίνης κοιμήσῃ, τῷ δὲ παιδί σου σκιμπόδιον αὐτῷ στρωθήσω, καὶ προσκεφάλαιον ἐπιθήσω. Ταῦτα εἰπούσης, ἡμεῖς ἀπήλθομεν λουσόμενοι, δόντες αὐτῇ χριδίων τιμὴν εἰς τὸν C ἵππον· ἡ δὲ πόα ἔφερε λαβοῦσα εἶσω, καὶ κατέθηκεν. ἡμεῖς δὲ λουσάμενοι, αἱ ἀφέψαντες, εἴσω βαδίζομεν, καὶ ὁ Ἵππαρχός με δεξιωσάμενος, συνέλθειν συναναπαύεσθαι μετ' αὐτοῦ. ὁ δὲ δεῖπνον, οὐ σφόδρα λιτὸν· ὁ δὲ οἶνος, ἡδὺς καὶ παλαιὸς ἦν. ἐπεὶ δὲ ἐδεδειπνήκειμεν, πότος ἦν, καὶ λόγος, οἷος ὑπὸ δείπνου ξένου, καὶ οὕτω τῷ ἑσπέρᾳ συνείλομεν πότῳ δόντες, συνοιμήξαμεν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ, ὁ Ἵππαρχος ἤρετό με, τίς μοὶ ἡ ὁδὸς, καὶ εἰ πάσας τὰς ἡμέρας αὐτοῦ παρεσόμενος. Ἀπειμὶ μὲν, ἔφην, εἰς Λάρισσαν, D ἔοικα δὲ συχνῶν ἡμερῶν διατρίψειν, πλειόνων ἢ πέντε ἡμερῶν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐγὼ σκῆψις· ἐπεθύμουν δὲ σφόδρα μείνας συχνῶν ἡμερῶν ἐπιδεῖν τινα τῶν μαγεύειν δοκούντων γυναικῶν, καὶ θεάσασθαί τι τῶν δεδόξων, ἢ πετόμενον ἄνθρωπον ἢ λιθούμενον. καὶ τῷ ἔρωτι τῆς θέας ταύτης δοὺς ἐμαυτὸν, παρεμένειν τῇ πόλει, ἀπορῶν μὲν τῆς ἀρχῆς τοῦ ζητήματος, ὅμως δὲ παρεμένειν. κἀν τούτῳ γυναῖκά τινα ὁρῶ παρεισιοῦσαν, ἐπὶ νέαν, ὑποπεπυμμένην, ὅσον ἐγὼ ἐκ τῆς ὁδοῦ συμβαλεῖν. ἱματίῳ γὰρ αἰθέρι, καὶ παῖδες συχνοὶ, καὶ χρυσίον παρῆν. ὡς δὲ πλησιαίτερον ἐγένοντο, προσαγορεύει με ἡ γυνὴ, καὶ ἀμείβομαι αὐτὴν ὁμοίως· καὶ φησὶν, Ἐγὼ Ἀβροιά εἰμι, εἴ τινα τῆς σῆς μητρὸς φίλων ἀκούεις· καὶ ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐξ ἐκείνης γεγονότας φιλῶ, ὥστε οἷς ἔτεκεν αὐτὴ· τί οὖν οὐχὶ παρ' ἐμοὶ καταλύεις, ὦ τέκνον;

Ἀλλά σοι μᾶ, ἔφην, πολλὴ χάρις, αἰδοῦμαι δ' A Magnas, inquam, gratias tibi ago mater. Cupio tecum esse, sed pudore impedior, ne videar hospitem amicum contemnere, si eius domum relinquam: animo autem & benigno tecum ero. Nunquid Hipparchus auarus ille tuus est hospes? inquit. Non his verbis vtaris mater, inquam: splendidus quippe ac sumptuosus in me fuit, adeò vt ex nimia impensa lautitiáque culpari soleat. Illa subridens, manúque apprehensa, seorsum ducens: Caueas, ait, velim omni cura Hipparchi vxorem: maga etenim est præcipua, admodum veneficiorum potens, appetens viros: atque si quos in adolescentes oculos coniecit, nisi quis voluntati eius pareat, omni conatu illos vlciscitur, hos perimens, hos in beluas transmutans: tu verò fili, adolescens es, ac formosus, vt facilè placeas mulieri: præterea externus & aduena, qui vt plurimùm contemnuntur. Ad hæc animaduertens, me id quod iam diu quærito, habere domi, fœminam relinquo: abiénsque, mecum ipse cœpi de via loqui: Age, inquam, tu qui tantopere hanc mirandam artem te profiteris appetere, excita teipsum paulò, atque eam disciplinam condisce, qua quod libuerit, potieris. Et quandoquidem amici hospitis vxorem non licet, aggredere ancillam Palæstram: tibi illam omni ratione concilia. Nam si illam expugnaris, absque labore quod cupis cognosces. Seruis enim & honesta & turpia omnia dominorum nota esse consueuerunt. Hæc mecum loquens, domum intro, vbi neque Hipparchum neque vxorem offendo. Palæstra penes focum sedebat, cœnam nobis parans. Hîc ego: O pulchra Palæstra, inquam, quàm venustè & admodum nates simul & ollam circũfers atque euoluis! Tum illa, Lumbis meis paulum humoris superabundat, ex quo beatus erit si quis paulum degustarit. Illa lasciuior admodum, & vultu grata, Abi hinc, inquit, si sapis adolescẽs, nisi tibi mauis vitam eripi, & loca fuge ignis & fuliginis plena. Nam si me tetigeris, vulnus tibi inferetur igneum, quo apud me deficies: ab hoc neque medicus alter, neque Deus poterit te curare, sed ego te vrens mirum in modum dolore afficiam, cuius curã haud facilè sustinebis,

ὁπιθάλλῃ τὸν ὀφθαλμόν· εἰ δὲ μή τις ἐκεῖνα- B
κούσῃ αὐτῇ, τοῦτον τῇ τέχνῃ ἀμύνεται, πολ-
λοὺς μετεμόρφωσεν εἰς ζῶα, τοὺς μέν, τέλεον ἀ-
πώλεσε, σὺ δέ, νέος εἶ, τέκνον, καὶ καλός, ὥς-
τε βᾴδιος ἁρέσαι γυναικί· καὶ, Ξένος, προσῆ-
κεμα δὲ καὶ ἀφεώνητον. ἐγὼ δέ, πυθόμενος ὅτι δ
πάλαι μοι ζητούμενον, οἷον πρὸ ἐμοῦ κάθηται, προσέσχον αὐτῇ τὸν νοῦν ἔτι. ὡς δέ ποτε ἀ-
φείθη, ἀπῆλθον οἴκαδε, λαλῶν πρὸς ἐμαυτὸν
ἐν τῇ ὁδῷ, ἄγε δὴ σὺ ὁ φάσκων ὁπιθυμεῖν
ταύτης τῆς πολυδόξου θέας, ἔγειρέ μοι σεαυτὸν,
καὶ τέχνῃ δεῖσαι σοφῇ, ἣ τεύξῃ τούτων, C
ὧν ἐφῇς, καὶ ὅτι τοῦ θεράποντος τοῦ Παλαίστρας ἤδη ἀποδύου· τῆς γὰρ γυναικὸς τὸν ξέ-
νον καὶ φίλον, πόρρω ἴσασον· καὶ ἐπὶ ταύτης κυλιόμενος, καὶ γυμνὰ ζόμενος, καὶ ταύτῃ συμπλεκόμενος, δῆλον ὡς ῥᾳδίως γνώσῃ. Δοῦλοι γὰρ τὰ δεσποτῶν ὁπίσανται καὶ καλὰ καὶ αἰσχρά. ταῦτα λέγων πρὸς ἐμαυτὸν, εἰσῆλθον οἴκαδε. τὸν μὲν οὖν Ἵππαρχον οὐ κατέλαβον ἐν τῇ οἰκίᾳ, οὐδὲ τοῦ σκεύους γυναῖκα. ἡ δὲ Παλαίστρα τῇ ἑστίᾳ προσήρθρευε, δεῖπνον ἡμῖν διαρτίζουσα. κἀγὼ βύθιος ἔνδεν ἀρξάμενος, Ὡς D
εὐρύθμως, ἔφην, ὦ καλὴ Παλαίστρα, τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ συμπεριφέρεις, καὶ κλίνῃς. ἡ δέ, ὀσφρὴ ἡμῖν ὑγρὸς ὁπτισθῇ, μακάριος ὅστις σοῦ ἀπολαύσεται. ἡ δέ, σφόδρα γὰρ ὦ ἰταμὸν, καὶ χαρίτων μεστὸν τὸ πρόσωπον, φεύγοις ἄν, εἰ πέρι, ὦ νεανίσκε, εἰ γε νοῦν ἔχοις, καὶ ζῆν ἐθέλοις, ὡς πολλοῦ πυρὸς καὶ κλαυθμοῦ μεστά. ἐμοὶ γὰρ αὐτοῦ μόνον ἅψῃ, τραῦμα ἔχων πυρίκαυτον, αὐτοῦ μοι παρεδρεύεις, θεραπεύσας δέ σε οὐδεὶς ἄλλος, οὐδὲ θεὸς ἰάσεται· ἀλλὰ καταυσάσαί σε μόνη ἐγὼ, καὶ τὸ πολυδοξότατον, ἐγὼ μέν σε ποιήσω πλέον πονῆσαι, καὶ τῆς ἀπὸ τῆς θεραπείας ὁδοῦ ἁπλοῦς, ἀεὶ αὐξῃ,

neque lapidibus pulsatus dulcem vitabis dolorem. Quid autem ridens ita respicis hominum coctricem, doctam non solùm hos viles parare cibos, sed homines quoque, quod his maius est, iugulare, pellem adimere, partiri in frusta, viscera quoque ipsorum & corda rimari? Hoc, inquam, enarrasti rectè: nam me, quamuis procul à te remotum, non solùm concalefeciſti, sed ignem in mea viscera absque aliqua iniuria exurenda coniecisti. Itaque te oro, vt mihi salutem afferas his asperis & suauibus quas dixisti medelis, méque iam mortuum excoria, vt lubet. Illa his verbis arridens, cùm iam mihi facta esset propitior, pollicita est, postquã domini issent dormitum, se mecum esse cõcubituram. Interea cùm rediisset Hipparchus, loti imus cœnatum. Potus fuit frequens nobis inuicem coëpulantibus. Ego somnum fingens, cùm surrexissem, abij dormitum: vbi omnia mihi optimè intus præparata erant: extra lectus seruo stratus, mensa iuxta lectum sita, & in ea calix ac vinum vnà cum frigida calidáque aqua: quæ singula disposuerat Palæstra: quæ & lectum plurimis quoque rosis sparserat, & serta supermiserat ex eis confecta. Ego sympoſium promptum videns, compotricem censui expectãdam. Illa vt patronam in lecto collocauit, euestigio ad me venit. Erat autem hilaritas inuicem nobis, & potum & oscula propinantibus, sumpto potu qui nos efficeret in noctem paratiores. Tum illa: Hoc præ cæteris, adolescens, memineris oportet, te in Palæstram incidisse: nunc ostendas licet, an sis factus inter adolescentes agilis, & huiusmodi certamina exercitatus. Cui „Haud, inquam, defugiam hanc prouocationem, vt iam nudari, & palæstræ exercitio incumbere sum paratus. Tum illa: Volo obtemperes mihi, ait; ego doctoris & præsidis more, certaminum quibus te exercere volo, præscribam nomina: tuum erit iussis promptè parêre. Manda, inquam, quod lubet: sed aduerte vt nostra certamina in tempore concinnè cum humore fiant.

A καὶ σὺ δὲ λίθοις βαλλόμενος, τῷ γλυκείᾳ ὀδυνᾶσθαι φθύζῃ. τί γελᾷς; ἀκριβῆ βλέπεις αὐθεντομαγλέγων· ἃ γὰρ μόνα ταῦτα φαῦλα ἐδώδιμα κατασκευάζω, ἀλλ' ἤδη τὸ μέγα τοῦτο, καὶ καλὸν, τὸν αὐθέντην οἶδα ἐγὼ σφάττειν, καὶ δέρειν, καὶ κατακόπτειν, ἤδιστα δὲ τὰ σπλάγχνα αὐτῶν καὶ τῆς καρδίας ἅπτομαι. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς, ἔφην, λέγεις· σὺ γὰρ ἐμὲ πόρρωθεν, καὶ μηδὲ ἐγγὺς ὄντα, οὐ κατακαύματι, μὰ Δί', ἀλλὰ ὅλῳ ἐμπρησμῷ ἐπέθηκας, καὶ δι' ἐμοῦ τὰ ἐμμάτων τὰ ἐμά, ὃ σὺ μὴ φαινόμενον πῦρ, κάτω ἐς τὰ σπλάγχνα B τάμαὶ ῥίψασα, φρύγεις, καὶ ταῦτα, οὐδὲν ἀδικοῦντα. ὥστε θεὸς θεῶν, ἴασαί με ταύταις, αἷς λέγεις αὐτὴ, ταῖς πικραῖς καὶ ἡδείαις θεραπείαις· καὶ με ἤδη ἀπεσφαγμένον λαβοῦσα, δεῖρε ὅπως αὖ αὐτὴ ἐθέλῃς. ἡ δὲ, μέγα καὶ ἥδιστον ἐκ τούτου φιλονεικήσασα, ἐμὴ δὴ λοιπὸν ἦν, καὶ σὺν ἐκείνῃ ἡμῖν, ὅπως ἐπειδὴ κατακοιμήσῃ τοὺς δεσπότας, ἔλθῃ εἴσω πρὸς ἐμὲ, καὶ καθευδήσῃ. καὶ πειδὴ ἀφίκετό ποτε ὁ Ἱππαρχος, λουσάμενοι, ἐδειπνοῦμεν, καὶ ποτὸς ἦν συχνὸς, ἡμῶν ὁμιλούντων. εἶτα ὕπνῳ C καταφυσάμενος, ἀνίσταμαι, καὶ ἔρχομαι ἀπίειν ἔνθα ἦκον. πρῶτα δὲ τὰ ἔνδον δὴ προεσκεύαστο. τὰ μὲν παιδὶ, ἔξω ὑπεστόρωτο. τράπεζα δὲ τῇ κλίνῃ πρόκειται, ποτήριον ἔχουσα· καὶ οἶνος αὐτῇ πρόκειτο, καὶ ὕδωρ ἕτοιμον, καὶ ψυχρὸν, καὶ θερμόν. πᾶσα δὲ ἦν αὐτὴ τῆς Παλαίστρας εὐδαιμονία. τῶν δὲ στρωμάτων, ῥόδα πολλὰ κατεπέπαστο, τὰ μὲν, οὕτω γυμνά καθ' αὑτά, τὰ δὲ, λελυμένα, τὰ δὲ, στεφάνοις συμπεπλεγμένα. καὶ γὰρ ὁ συμπόσιον θυρῶν ἕτοιμον, ἔμελλον τὸν συμπότην. ἡ δὲ, D ὅπῃ κατέκλινε τὸν δεσποτὴν αὐτοῦ, ἐπὶ ἐμὲ ἦκε. καὶ μὴν ὑφεστώς ἡμῶν, τὸν οἶνον, καὶ τὰ φιλήματα προπινόντων ἀλλήλοις. ὡς δὴ τῶν ποτῶν προεσκυάσαμεν ἑαυτοὺς δὴ πρὸς τὴν νύκτα, λέγει πρός με ἡ Παλαίστρα, Τοῦτο μὲν πάντως δεῖ σε μνημονεύειν, ὦ νεανίσκε, ὅτι εἰς Παλαίστραν ἐμπεπόλωκας, καὶ χρὴ σε νῦν ἐπιδείξασθαι εἰ γέγονας ἐν τοῖς ἐφήβοις γοργὸς, καὶ παλαίσματα πολλὰ ἐμαθες ποτε. Ἀλλ' οὐκ ἀν ἴδοις, ἔφην, φθύνοντά με τὸν ἔλεγχον τούτων· ὥστε ἀπόδυσαι, καὶ ἤδη παλαίωμεν. ἡ δ', Οὕτως, ἔφη, ὡς ἐγὼ θέλω, πρόσχου μοι τῷ ἐπιδείξιν, ἐγὼ μὲν, νόμῳ διδασκάλου καὶ ἐπιστάτου τὰ ὀνόματα τῶν παλαισμάτων, ὧν ἐθέλω, ἐρέσθαι, ἐρῶ, σὺ δὲ, ἕτοιμος γίγνου ἐς τὸ ἀνακύπτειν, καὶ ποιᾷ πάλῃ τὸ κελευόμενον. Ἀλλ' ἐπίπαγε, ἔφην, καὶ σκόπει, ὅπως δυσχερῶς καὶ ὑγρῶς τὰ παλαίσματα, καὶ δυτόνως ἔσῃ.

ἡ δὲ ἀποδυσαμένη τὴν ἐσθῆτα, καὶ γυμνὴ ὅλη, ἔνθεν ἤρξατο ὀπισθοπαλαίειν, Ω μειράκιον, ἔκδυσαι, καὶ ἀλλοφάμενος ἔνθεν ἐκ τοῦ μέσου, συμπλέκου τῇ ἀγωνιστῇ, δύο μηροῖν ἀπάτας, κλίνον ὑπτίαν, ἔπειτα ἀνώτερος ὑποβάλλων ἀμφὶ μηροῖν, καὶ ἀμφιτίλας, αἰώρει, καὶ τεῖνε αἰὼν τὰ σκέλη, καὶ χαλάσας, καὶ σήσας, κλλῷ αὖτις, καὶ πρόσελθών, βάλε, καὶ πώσας, νύσσε ἤδη πολλαχοῦ, ἕως πονέσῃ, καὶ ἡ ὀσφὺς ἰσχύετω, εἶτα ὀξελκύσας καὶ πλάγιος ἀμφὶ βουβῶνος, δῆξον, καὶ πάλιν στρώφα εἰς τὸν τοῖχον, εἶτα τύπτε· ἐπειδὰν δὲ χάλασμα ἴδῃς, τότ' ἤδη ὀπίσω, ἅμα κατ' ἰξύος δήσας, στρόφιγξ, καὶ πειρῶ μὴ ἀπεύδειν, ἀλλ' ὀλίγον ὑφαρπάσας, στρόφιγξ, ἤδη ἀπολέλυσαι. κἀγὼ ὀπίσω ῥᾳδίως πρὸς τὰ κατήκουσα, καὶ εἰς τέλος ἡμῖν ἔλαξε τὰ παλαίσματα, καὶ λέγω πρὸς τὸν Παλαίστραν, ἅμα ὀπισθοπαλάσας, Ω διδάσκαλε, ὁρᾷς ὅπως βιαίως καὶ βιαίως πεπάλαιταί μοι, σκόπει δή, μὴ σὺ κόσμῳ τὰ παλαίσματα ἐποδάλλῃς, ἀλλὰ γὰρ ὑπ' ἄλλων ὀπισθοπάλης. ἡ δὲ, ὅπως κόρρης πλήξασά με, Ως φλύαρον, ἔφη, πρόσελθον τὸν μαθητὴν σκόπει οὖν μὴ πλαγὰς ἐπὶ πλείω λάβῃς, ἀλλὰ καὶ οὐ, τὰ ὀπισθοπάλαια παλαίων. καὶ ταῦτ' εἰποῦσα, ἐπανίσταται, καὶ θεραπεύσασα ἑαυτὴν, Νῦν, ἔφη, δείξῃς, εἴπερ νέος εἶ, καὶ βίαιος παλαιστὴς, καὶ εἰ ὀπίσασαι παλαίῃ, καὶ ποιῇ τὰ ἀπὸ γυναικείου. καὶ πεισθεῖσα ὅπως τὰ λεχθέντα ἐς νοῦν, ἄγε δὴ σὺ ὁ παλαιστὴς, ἔχεις τὰ μέσα, ὥστε πιάσας ὀξέως, ὀπίσω σφόν, καὶ βάθυνον, ψιλὸν ὁρᾷς αὐτὸ σῶμα γεγυμνασμένον, οὕτω χρῆσαι, πρῶτον δὲ καὶ λόγον, ὡς ἅμμα σφίγγε, εἶτα ἀνακλάσας, ἔμβαλλε, καὶ στρόφιγξ, καὶ μὴ δίδου διάπνευμα. ἐὰν δὲ χαλᾷται, θᾶττον ἐπάγεσθαι, αἰὼν τὸν μετάθες, καὶ κρούσας, κρύφον, καὶ σκόπει ὅπως μὴ ἀναπαύσῃς θᾶττον, ἢ κελευσθείς, ἀλλὰ δὴ κυρτώσας πολὺ αὐτὸν, ὕφελε, καὶ ὑποβαλὼν κάτω αὖθις τὸ πρέμβολιν, στρόφιγξ, καὶ κίνει, εἶτα ἄφες αὐτὸν, πέπωκε γὰρ, καὶ λέλυται, καὶ ὕδωρ ὅλος ἐστὶ ὁ ἀγωνιστής. ἐγὼ δὲ, ἤδη μέγα ἀναγελῶν, Εθέλω, ἔφην, καὶ αὐτὸς, ὦ διδάσκαλε, παλαίσματα ὀλίγα ἆθλα ὀπίσαι, σὺ δὲ ὑπάκουσον, ἐπομασᾶσα, καὶ κάθησον, εἶτα δοῦσα καὶ χεῖρα, πρᾶγμα τὸ λοιπὸν, καὶ καθαμάτιον, καὶ με, ὡς ὁ Ηρακλῆς, ὠφελήσασα, ἤδη κοίμισον. ὁ

A Illa ſtans nuda, & exuta veſte, imperat: Exue te adoleſcens, ſumptóque vnguento aggredere contra certantem. Femori coniuncto femore, proſterne me reſupinam, deinde ſuper incumbens, meis in altum cruribus erectis, femori inhære, & quaque verſus percute, vulnera, telum etiam ferens, quoad fueris defeſſus, & lumbi bellum egregium peregerint: tum educto telo, rurſus illud in inguen iunge, ac validiùs percute, atq; inſta quouſque aduerſarium ad parietem impellas. Sed cùm lapſus eris, paululum tibi indulge, neque feſtines: poſtmodum communi Marte pugnes. His dictis quum omnia
B quæ mandata erant, perfeciſſem diligenter, finíſque iam noſtri certaminis adeſſet: tum ego paulò ſubridens, Palæſtram alloquor: Magiſtra, inquam, vides vt facilè promptéque paruerim tibi. Sed animaduertas velim, an ſatis rectè has mihi impoſueris colluctationes: commutas enim luctandi genus, aliud ex alio iubens. Illa me in faciem percutiens, Quem nugatorem diſcipulum habeo? inquit. Videſis ne vapules, ni dictis pareas. Dehinc ſurgens, ſéque ad nouum certamen parans, Nunc, inquit, oſtendes ſi viribus
C validis luctator egregius exiſtas, ſíſque in eo luctandi genere exercitatus, quod genicularium appellant. Tum ſubnixa genibus in lecto prona, Age tu luctator, mediam corporis partem valenter aggreſſus percute, vulnúſque adige profundius: nudam vides: vtere promptiùs: iniice introrſiùs telum, deinde introrſiùs flectens iterum impellens abſconde & comprime: nec quicquam huic certamini adiicias interualli. Caue autem ne citiùs quàm iuſſerim, telum extrahas, ſed incuruans aduerſarium inſequere: quo proſtrato rurſus
D certamini incumbe, quoad laſſus victúſque deficias, & ſudore ſis madefactus. Ego in riſum effuſus, Vellem, magiſtra, inquam, à me quoque aliqua huiuſmodi tibi præcepta tradi, in quibus mihi obtemperes velim: ſed iam te erige, ponéq; ſedens data dextera mihi reconcilieris: nam tempus eſt iam dormiendi.

His voluptatibus atque exercitiis nox traducta, obliuionem penitus attulit itineris in Lariſſam. Cùm autem in mentem veniſſet occaſio quæ cupiebam diſcendi: O dulciſſima Palæſtra, inquam, oſtende, oro te, dominam tuam ſuis præſtigiis vſam in aliquam ſe formam vertentem. Iamdudum enim aliquod huiuſmodi mirandum ſpectaculum videre exopto, ſed à te præcipuè, ſi quod noſti, quam credo minimè huius artis ignarã: hoc à nullo alio te præter (quæ anima mea es) percipere cupio. Me quidem qui hactenus velut adamantinus (vt aiunt) in nullam vnquam mulierem oculos amoris cauſſa conieci, ſeruum effeciſti, animo amatorio deuictum. Tum Palæſtra, Iocaris, inquit. Quis enim cantibus ſuperare amorem poteſt eius artis magiſtrum? Ego, per hoc caput, ac beneuolentiam erga te meam, iuro, me (neque enim literas noui) inſciam horum penitus eſſe: verùm ſi facultas dabitur, dabo operam vt videre queas dominam in aliam formam tranſmutatam. His dictis quum dormiſſemus, paucis diebus pòſt, quum nuntiat mihi Palæſtra dominam ſe in auem conuerſuram, vt ad ſuum amatorem aduolet: Nunc tempus, inquã, adeſt, quo diutino noſtro deſiderio poſſis facere ſatis. Bono animo ſis, ait: & quum iam nox aduentaret, me apprehenſum ad oſtium domus ducit, in qua illi dormiebant, méque iubet per rimulam oſtij introſpicientem quæ fierent, animum aduertere. Video patronam depoſita veſte nudam prodire, accenſa lucerna, duo tenentem grana, quorum altero thuris ardenti lucernæ impoſito, multa in lumen locuta eſt. Deinde grandiuſculam reſerans arcam, plures continentem pyxides, vnam effert, quid in ea contineretur, incertum: ſed quantum oculi coniicere poterant, olco plena videbatur. Ex hoc aſſumens, à ſummo vſque ad imas partes totum corpus perunxit: ſtatímque alæ innaſcuntur illi, & roſtrum corneum & aduncum: omníſque in auem conuerſa eſt nocturnæ cornici perſimilem. Vt verò ſe vo-

A τοιαύταις ἡδοναῖς καὶ παιδιαῖς παλαισμῶν, ἀγωνιζόμενοι νυκτερινὰς ἀγῶνας, ἐστεφανούμεθα, καὶ ἦν πολλὴ μοὶ ἐν τούτῳ τρυφή· ὥστε τὴν εἰς τὴν Λάρισαν ὁδὸν πάντα πάσιν ὑπελελήσμην. καί ποτε ὑπὸ νῦν μοι ἦλθεν ἐς ὃ μαθὼν ἕνεκα ἦλθον, καὶ φημὶ πρὸς αὐτήν, Ὦ φιλτάτη, δεῖξόν μοι μαγικὴν ὄψιν, ἣ μεταμορφοῦμένην τὴν δέσποιναν· πάλαι γὰρ τῶν δοξῶν τούτων θέας ὑπεθυμοῦμεν, μᾶλλον εἴ τι σὺ οἶδας, αὐτὴ μαγικὴ οὖσα, ὥστε φανῆναί μοι δῆλον ἐξ ἀρχῆς. ὀφθὲν. οἶμαι γὰρ καὶ σὲ οὐκ ἀπείρως τῆσδε τῆς τέχνης ἔχειν· τοῦτο γὰρ ἑτέρων μαθών, ἢ ἀπὸ τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς λαβών, οἶδα. ἐπεί με τὸ πάλαι ἀδαμάντινον, ὡς ἔλεγον αἱ γυναῖκες, ἐς μηδεμίαν γυναῖκα τὰ ὄμματα τούτων ἐρωτικῶς πολλὰ ἐκτείναντα, συλλαβοῦσα τῇ τέχνῃ ταύτῃ, αἰχμάλωτον ἔχεις, ἐρωτικῷ πολέμῳ ψυχαγωγήσασα. ἡ δὲ Παλαίστρα, Παῦσαι, φησί, τοῦ παίζειν. τίς γὰρ ᾠδὴ δύναται μαγεῦσαι τὸν ἔρωτα, ὄντα τῆς τέχνης κύριον; ἐγώ τοι, ὦ φίλτατε, τούτων μοὶ οἶδα ὀλίγα, μᾶλλον δὲ τὴν κεφαλὴν τὴν σήν, ἣ τὴν δὲ τὴν μακαρίαν θύραν, τάδε γὰρ γράμματα ἔμαθον, καὶ ἡ δέσποινα βάσκανος ὅσα τυγχάνῃ εἰς τὸν αὐτῆς τέχνην· εἰ δέ μοι καιρὸς ὑπολείψει, πειράσομαί σοι εἰδὼς μεταμορφουμένην τὴν κεκτημένην, ἢ τότε μοὶ δοκεῖ τούτοις σκοιμήσασθαι. ἡμέραις δὲ ὕστερον ὀλίγαις, ἀγγέλλει πρός με ἡ Παλαίστρα, ὡς ἡ δέσποινα αὐτῆς μέλλοι ὄρνις γίνεσθαι, πέτεσθαι πρὸς τὸν ἐρώμενον. κἀγώ, Νῦν, ἔφην, ὁ καιρός, ὦ Παλαίστρα, τὸν εἰς ἐμὲ χάριτος, ἢν νῦν ἔχῃς, τὸν σαυτῆς ἱκέτην ἀπαλλαγῆναι πολυχρονίου ὑπερθυμίας. Θαρρεῖ, ἔφη, καὶ πειδὴ ἐκποιήσω ἔγωγε, ἄγε με λαβοῦσα πρὸς τὴν θύραν τὴν δωματίου, ἔνθα ἐκεῖνοι ἐκάθευδον· καὶ κελεύει με προσάγειν ὀπῇ τινι τὴν θύρας λεπτῇ, καὶ ἀποσκοπεῖν τὰ γιγνόμενα. ὁρῶ δὴ τὸν μὲν γυναῖκα ἀποδυομένην, εἶτα ζυμνὴν παρὰ λύχνῳ προσελθοῦσα, καὶ χόνδρους δύο λαβοῦσα, τὸν μὲν λιβανωτὸν, παρὰ πυρὶ τῷ λύχνῳ ἐπέθηκε, καὶ σᾶσα, πολλὰ τῶν λύχνῳ κατελάλησεν· εἶτα κιβώτιον ἀδρὸν ἀνοίξασα, πολλοὺς ἔχον πυξίδας ἐν αὐτῷ, ἔνθεν ἀναιρεῖται καὶ προσφέρει μίαν· ἡ δὲ εἶχεν ἐμβεβλημένον ὅ, τι μοὶ οὐκ οἶδα, τῆς ὄψεως αὐτῆς ἕνεκα, ἔλαιον αὐτὸ ἐδόκουν εἶναι). ἐκ τούτου λαβοῦσα, χρίεται ὅλη, ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρξαμένη τῶν κάτω, καὶ ἄφνω πτερὰ ἐκφύεται αὐτῇ, καὶ ἡ ῥὶς κερατίνη, καὶ γρυπὴ ἐγένετο, καὶ ἄλλα ὅσα ὀρνίθων κτήματα, καὶ σύμβολα πτῶκα εἶχε· καὶ ἰὼ ἄλλο οὐδὲν ἦν ἢ κέρκος νυκτερινός. ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἑαυτὴν

B

C

D

τὴν

τὴν ἐπιπερωμένην, κρώξασα δεινὸν, ὃ οἱ ἐκφυ- A
οῖ κόρακες, ἀναζᾶσα, ὤχετο πτερυγίσασα ἔξω δι-
τῆς θυρίδος. ἐγὼ δ' ὄναρ ἐκφυο ὀιόμενος ὁρᾶν,
τοῖς δακτύλοις τὰ ἐμαυτοῦ βλέφαρα ἁπτόμην,
καὶ πιστεύων τοῖς ἐμαυτοῦ ὀφθαλμοῖς, ὅτι
βλέποιεν, καὶ ὅτι ἐγρηγορέναι. ὡς δ' μόλις καὶ
βραδέως ἐπειράθην ὅτι μὴ καθεύδω, ἐδεόμην
τότε τῆς Παλαίστρας παρεῖναι καὶ μοι, καὶ χρί-
σασα ἐξ ἐκείνου τοῦ φαρμάκου, ἐάσαι πέτεσθαί
με. ἐβουλόμην γὰρ πεῖρα μαθεῖν, εἰ μεταμορ-
φωθεὶς ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, εἶτα καὶ τὴν ψυχὴν ὄρνις
ἔσομαι. ἡ δ' ὃ δωμάτιον ὑπομνοίξασα, κυρίᾳ
τινὶ πυξίδα· ἐγὼ δ' ἀπευδων ἤδη, ἀποδύσας, B
χρίω ὅλον ἐμαυτόν· καὶ ὄρνις μὲν οὐ γίγνομαι ὁ
δύστυχος· δηλά μοι ἀρά· ὅπαθεν δ' ἔξηλθε, καὶ οἱ
δακτύλοι πτῶτες ἦχοντο, οὐκ οἶδ' ὅπου, ὄνυχας
δ' οὐδὲ πόδας τέταρας εἶχον, καὶ τρίχες οὐδὲν
ἦσαν, ἀλλὰ δορὰ μαλακὴ ἐπλάς, καὶ μοι αἱ χεῖρες, οἱ πόδες, κλί-
νας πόδες ἐγένοντο, καὶ τὰ ὦτα δ', μακρά· καὶ δ'
πρόσωπον, μέγα. ἐπεὶ δ' κύκλῳ περιεσκόπουν,
καὶ τὴν ἐώρων ὄνον, φωνὴν δ' ἀνθρώπου ἐς δ' μέμ-
φασθαι τὴν Παλαίστραν, ὡς ἐπὶ εἶχον. δ' δ' χεῖλος
ἐκτεῖνας κάτω, καὶ αὐτῷ δὴ τῷ σχήματι ὡς C
ὄνος ὑποβλέπων, ἠπιώμην αὐτὴν, ὅση δυνά-
μις, ὄνος ἀντὶ ὄρνιθος γενόμενος. ἡ δ' ἀμφοτέ-
ραις τὰ χεροὶ τυφλώσα δ' πρόσωπον, Τί μοι
κακὰ, εἶπεν, ἐγὼ, μέγα εἰργάσμαι κακὸν· ποιεῖ-
σασα γὰρ, ἥμαρτον ἐν τῇ ὁμοιότητι τῶν πυξίδων,
καὶ δῆλον ἔλαθον ὡς ἐπὶ τὰ πέρα φύσεως. ἀλλὰ
θάρρει μοι, ὦ φίλτατε· ῥᾴων γὰρ ἡ τούτου θερα-
πεία. ῥόδα γὰρ μόνον εἰ φάγοις, ἀποδύσῃ μὲν
αὐτίκα δ' κτῆνος, τὸν δ' ἐράσθη μοι τὸ ἐμὸν αὖθις
ἀποδώσῃς· δηλά μοι, φίλταλε, μίαν νύκτα ταύ-
την ὑπόμεινον ἐν τῷ ὄνῳ· ὄρθρου δ' θρασυνθεῖσα, οἴ-
σω σοι ῥόδα, καὶ φαγών, ἰαθήσῃ. ταῦτα εἶπε, καὶ D
καταψήσασά μου τὰ ὦτα, καὶ δ' λοιπὸν δέρμα. ἐ-
γὼ δ', τὰ μὲν ἄλλα, ὄνος ἦμην, ταῖς δ' φρέσιν, καὶ τὸν
νῦν ἄνθρωπος ἐκφυος ὁ Λύκιος, δίκαι τῆς φωνῆς.
πολλὰ δ' καθ' ἑμαυτὸν μεμφάμενος τὴν Πα-
λαίστραν ὅτι τῇ ἀμαρτίᾳ, δακὼν δ' χεῖλος, ἀ-
πῆλθον, ἔνθα ἠπιστάμην ἕξων τὸν ἐμαυτοῦ ἵππον,
καὶ ἄλλον δηθινὸν ὄνον τῶν Ἱππάρχου. οἱ δ' ἀθρόοι με εἴσω προῆκαν, δείσαντες μὴ τῷ χόρτῳ
αὐλῆς κοινωνὸς ἐπεισέρχωμαι, τὰ ὦτα καταπλήσαντες, ἔτι μοι δοκοῦσι τοῖς ποσὶν ἀμυῦσθαι τὴν γα-
στέρα· καὶ γὰρ σεσεῖς, πορρωτέρω ποι τῆς φάτνης ἀποχωρήσας, ἔξω ἐγέλων, ὁ δέ μοι γέλως,
ὀγκηθμὸς ἦν. ταῦτα γὰρ ἐνενόουν πρὸς ἐμαυτὸν, ὡς τῆς ἀκαίρου ταύτης περιεργασίας. τί δ'
εἰ λύκος παρεισέλθοι, ἢ ἄλλο τι θηρίον; κινδυνεύεταί μοι μηδὲν κακὸν πεποιηκότι, δίκαι-

lantem aſpexit, aſperè cantans, prout hę A
aues ſolent, pérque oſtium euolans abiit.
Ego, qui mihi videbar inſomnium vidiſ-
ſe, palpebras oculorum tetigi, nequaquã
oculis fidens aut quòd ea aſpexerim, aut
quòd eſſem excitatus à ſomno. Tandem
vt vix ſenſi me haudquaquam dormire,
Palæſtram rogaui, vt ego quoque eo vn-
guento vnctus in auem commutarer: cu-
piebam enim experimento diſcere, an
ex hoc, anima quoque auis poſſem fieri.
Illa oſtium domus aperiẽs, pyxidem pro-
fert, ex qua feſtinans exutus pervngor to-
tus: auis verò infelix nequaquam fio, ſed
cauda è veſtigio à poſteriori innaſcitur
parte: digiti omnes neſcio quorſum ab- B
ierint, vngues in quatuor vngulas verſi,
manus ac pedes, iumenti crura effecta, au-
riculæ longæ, magna facies: quæ omnia
circunſpiciens, cognoui me aſinum eua-
ſiſſe. Vox hominis ad querendum de Pa-
læſtra defecerat, ſed labia demittens, i-
pſámque qua poteram forma reſpiciens,
accuſabam, quòd me pro aue in aſinum
vertiſſet. Illa manibus demulcens caput,
Miſeram me, inquit, quantum mali feci
feſtinantem ſimilitudo pyxidum me de-
cepit, non capientem ea quibus homines
in auem commutantur. Sed confide, ani- C
me mi; facilis erit huius erroris cura: nã ſi
roſas comedes, ſtatim exues iumenti for-
mam, & in amatorem meum redibis: ac
vna nocte æquo feras animo: aſini for-
mam diluculo curabis: afferam ſanè ro-
ſas, quas vt ederis, fies homo. Hæc cùm
dixiſſet, tractans me, & aures & reliquũ
corpus demulcebat. Ego corpore aſinus,
ſenſu tamen mentéque hominis fungebar, ipſe ille Lucius, præter vocẽ. Mecum
igitur multus erat tum Palæſtræ conque-
ſtus, labiáque mordens abij, vbi ſciebam
equum meum & alium verum aſinũ Hip-
parchi eſſe. Qui vt me ingreſſum conſpe- D
xêre, veriti ne fœnum ipſorum comede-
rem, demiſſis auribus parati erant ad me
calcibus repellendum: quod ego perpen-
dens, longè à præſepe receſſi, ſtans ac
mecum ridens: ſed riſus eruditus erat.
Cœpi verò interim mecũ cogitare: Quid
ſi lupus nunc aliquis ad nos intret, aut a-
lia fera inſultet mihi, qui nihil mali com-

misi? Hac detentus cura, timebam aliquam malam futuram esse fortunã. Nox enim intempesta cùm esset, ac silentium, & dulcis somnus, strepitus quidam exteriùs tanquam effossi parietis est factus. Iámque adeò dirutus erat, vt ingressui hominis pateret. Tum vnus & item alter, pluréssque intrant, armati omnes: Hipparchum, Palæstrã, ac seruum meum colligant, domum spoliant: pecuniam, vestem, omnémque suppellectilem auferunt, adeò vt nil relinqueretur domi. Tum me equúmque atque alterum educentes asinum, strauerunt, impositísque rebus quas apportauerãt ad graue onus, ligno nos abigentes, ad montes via desueta effugerunt. Ignarus eram quantum pressi pondere mei socij paterentur laboris: ego desuetus absque soleis iter facere, saxis præacutis admodum offendebar: ideóque sæpius cespitans, deficiebam sub pondere: sed è vestigio vir subsequẽs me sæpius feriebat baculo, quum Cæsaris inuocans præsidium, pro voce ruditum edebam, ô, solùm absurdè proferens voce maxima: Cæsaris verò nomen minimè sequebatur: & ob hoc vapulabam magis, veluti qui ruditu proderem nocturnos fures. Nil ergo proficiens rudendo, statui verba silentio redimere. Iam dies aderat, & nos multos transieramus montes, religati ora, ne pascendo iter moraremur. Meridie ad diuersorium quoddam peruenimus hominum quibus cum nostris latronibus veterem esse consuetudinem, tum ex mutua salutatione, tum ex oculis poterat percipi. Iubent illi sarcinas deponere, & prandium parant. Nobis iumentis hordeum præbuere: quod quum cæteri comedissent, ego valde esuriens (nam is cibus mihi esui difficilis erat) cogitans qua re famem sedarem, hortulum retro diuersorium conspicio multis oleribus plenum, in quo & rosæ esse videbantur. Itaque videns omnes prandio intentos, accedo ad hortũ, tum vt pascerem olera, tum vt ederem rosas, quibus ĩh cibum sumptis, sperabam me in hominem reuersurum.

A φθαρῆναι. Ταῦτα ἐνοοῦν, ἠγνόουν ὁ δειλὸς τυχὸν τὸ μέλλον κακόν. ἐπεὶ γὰρ ἦν ἤδη νὺξ βαθεῖα, καὶ σιωπὴ πολλή, καὶ ὕπνος ἡγλυκύς, ψόφος μὲν ἔξωθεν ὁποῖος, ὡς διορυττομένου, καὶ διωρύττετό γε, καὶ ὅπη ἤδη ἐγεγόνει, αὐλὴ ἔφηνεν δεξαμένη διαμένουσα, καὶ δύο ἄνδρες αὐλητὴς τοιοῦτος πρῴρᾳ, καὶ ἄλλος ὁμοίως, καὶ πολλοὶ ἔνδον ἦσαν, καὶ πῶϋτες εἶχον ξίφη. εἶτα καταδήσαντες ἔνδον ἐν τοῖς δωματίοις τὸν Ἵππαρχον, καὶ τὸν Παλαίστραν, καὶ τὸν ἐμὸν οἰκέτην, ἀδεῶς ἤδη τὰ οἰκεῖα σκεύοντα, τά τε χρήματα, καὶ τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ σκεύη κομίζοντες ἔξω. ὡς δὲ

B οὐδὲν ἄλλο κατελείπετο, λαβόντες καὶ τὸν ἄλλον ὄνον, καὶ τὸν ἵππον, ἐπέσαξαν· ἔπειτα ὅσα ἐβάσασθαι, ὑπεκατέδησαν ἡμῖν· καὶ ὅτε μέγα ἄχθος φέροντας ἡμᾶς, ξύλοις παίοντες, ἤλαυνον, ὡς εἰς ὄρος ἀτείχιστον ὁδῷ φθάνειν πειρώμενοι. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα κτήνη, οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὅ, τι ἔπαθεν, ἐγὼ δὲ, αὐτόποδος, ἀσυνήθης ἀπιών, πέτρας ὀξείας ὑπεβαίνων, βραδὺ σκεῦος φέρων, ἀπωλλύμην. καὶ πολλάκις προσέπαιον, καὶ οὐκ ἐᾶν ὀξὺν καταπεσεῖν, καὶ βοῦς ἄλλος ὅπισθε χρῆν μηρῶν ἔπαιε ἀεὶ

C ξύλῳ. ἐπεὶ δὲ πολλάκις, ὦ Καῖσαρ, ἀνεβόησα ἐπεθύμουν, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὠγχώμην, καὶ ὃ μὲν, ὦ, μέγιστον καὶ μεγαλοφωνότατον, ἐβόων, ὃ δὲ, Καῖσαρ, οὐκ ἐπηκολούθει. Ἀλλὰ μὴν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ἐτυγχάνομεν, ὡς προδιδοὺς αὐτοὺς τῷ ὀγκηθμῷ. μαθὼν οὖν ὅτι ἄλλο ἐβόων, ἔγνων σιγῇ προϊέναι, καὶ κερδαίνειν ὃ μὴ παίεσθαι. ὅτε τοίνυν ἡμέρα τε ἦν ἤδη, καὶ ἡμεῖς ὄρη πολλὰ διεβεβήκειμεν, καὶ σώματα δεσμῷ ἐπείχετο, ὡς μὴ πεισοσχόμενοι, τὴν ὁδὸν ἐς ὃ ἄριστον διαλίσχοιμεν, ὥστε ἔσην τότε, καὶ ἔμειναν ὄνος. ἐπεὶ δὲ

D ἦν αὐτὸ ὃ μέσον τῆς ἡμέρας, καταλύομεν εἴς τινα ἔπαυλιν στενῶν σκείνοις αὐλεφόντων, ὅσον ἦν σὺν τοῖς γινομένοις σκοπεῖν. καὶ γὰρ φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους, καὶ καταλύσαντες ἐκέλευον αὐτοὺς ὅτι τῇ ἐπαύλῃ, καὶ προέθηκαν ἄριστον, καὶ τοῖς κτήνεσιν ἡμῶν προέβαλον κριθήν. καὶ οἱ μὲν, ἤρίστων, ἐγὼ δὲ, ἐπείνων μὲν κακῶς· ἀλλ' ὅπῃ ἂν πώποτε κριθὰς ὦμας ἤρισήκειν, ἐσκοπούμην ὅ, τι καταφάγοιμι· ὁρᾷ δὲ κῆπον αὐτοῦ ὄπισθεν τῆς αὐλῆς, καὶ εἶχε λάχανα πολλὰ, καὶ καλὰ, καὶ ῥόδα ἐν μέσῳ αὐτῶν ἐφαίνετο· κἀγὼ λαθὼν πρὸς τοὺς ἔνδον, ἀχλουμένους περὶ ὃ ἄριστον, ἐρχομαι ὅτι τὸν κῆπον, τοῦτο μὲν, ὡμῶν λαχάνων ἐμπλησθησόμενος, τοῦτο δὲ, τῶν ῥόδων ἕνεκα. ἐλογιζόμην γὰρ ὅτι δῆθεν φαγὼν τῶν κριθῶν, πάλιν αὐλεφόντος ἐσομην.

εἶτα ἐμβὰς εἰς τὸν κῆπον, ῥιζάκων μὲν, καὶ ῥαφανίδων, καὶ σελίνων, ὅσα ὠμὰ ἐσθίειν ἄνθρωποι, ἐς πλήθειν τὰ γὰρ ῥόδα σκληρά, ἀκίλλῳ ῥόδα ἀληθινὰ, τὰ δ' ἐλλῷ ἐκ τῆς ἀγελαίας δάφνης φυόμενα ῥόδα σκληρά· δάφνην αὐτὴν καλοῦσιν ἄνθρωποι, κακὸν ἔδεσμον ὄνῳ τε καὶ ἵππῳ. φασὶ γάρ, τὸν φαγόντα, ἀποθνήσκειν αὐτίκα. ἐν τούτῳ ὁ κηπουρὸς ἀγαθόμισθος, καὶ ξύλον ἁρπάσας, εἰσελθὼν εἰς τὸν κῆπον, καὶ τὸν πολέμιον ἰδὼν, ὡς τῶν λαχάνων τὸν ὄλεθρον, ὥσπερ τις δικαίας μισοπόνηρος, κλέπτην λαβὼν, οὕτω με σὺν ἐκόντι ξύλῳ, μήτε πλευρῶν φείσαμενος, μήτε μηρῶν, ὡς μὲν ὡς τὰ ὦτά μου κατέκλασε, καὶ ὃ πρόσωπον συνέτριψεν· ἐγὼ δὲ, οὐκέτ' ἀνεχόμενος, ἀπολακτίσας ἀμφοτέροις, καὶ καβαλῶν ὕπτιον ὅτι τῶν λαχάνων, ἔφυγον πάλιν εἰς ὃ ὄρος. ὁ δὲ, ὅτι εἶδε δρόμῳ ἀπιόντα, ἀνέκραγε λύσαι τοὺς κύνας ἐπ' ἐμέ· οἱ δὲ κύνες, πολλοί τε ἦσαν, καὶ μεγάλοι, καὶ ἀγρίοις μάλα ἰχνεσί· ἔγνων ὅτι δὴ διαφθείρονταί με ὧδε λαβόντες· καὶ ὀλίγον ἐκπροελθὼν, ἔκρινα τοῦτο δὴ ὃ τῷ λόγῳ, παλινδρομήσας μᾶλλον, ἢ κακῶς δραμεῖν. ὀπίσω οὖν ἀπῆλθον, καὶ εἰσῆλθον αὖθις εἰς τὸ ἔπαυλιν. οἱ δὲ, τοὺς μὲν κύνας δρόμῳ ὀπισθοφερομένους, ἐδέξαντο, καὶ κατέδησαν. ἐμὲ δὲ παίοντες, ὑπὸ τροχὸν ἀφῆκαν, ὡς ἂν ἡ ἐκτὸς τῆς ὁδοῦ πλίνθα τὰ λάχανα κάτωθεν ἐξεμέσαι. καὶ μὲν ὅτε ὁδοιπορῶν ὤρεγε τὰ βαρύτατα τῶν κλεμμάτων, καὶ τὰ πλῆκτρα, ἐμοὶ ἐπέθηκαν· καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν τρόπον οὕτως ὀξέλαιον ὦμον. ἐπεὶ δὲ ἀπηγόρευον ἤδη, παιόμενός τε, καὶ τῷ φορτίῳ ἀχθόμενος, καὶ τὰς ὁ πλὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐκτετειμένος, ἔγνων αὐτὸν καταπεσεῖν, καὶ μηδ' αὖ ἀποσφάπωσί με τοῖς πλήγαις, ἀφελῶσί ποτε, τοῦτο ἐλπίσας μέγα μοι ὄφελος ἔσεσθαι ἐκ τῶν βλαβυμάτων· φήθην γὰρ ὅτι πρῶτος ἀπολωλυμένος, τὰ μὲν ἐμὰ σκεύη διανεμοῦσι τῷ τε ἵππῳ, καὶ τῷ ἡμιόνῳ, ἐμὲ δὲ αὐτὸν ἐάσουσι κεῖσθαι τοῖς λύκοις· ἀλλά τις δαίμων βάσκανος, σωθεὶς τῶν ἐμῶν βλαβυμάτων, ἐς τοὐναντίον ἀπέλυσεν. ὁ γὰρ ἕτερος ὄνος, ἴσως ἐμοὶ τὰ αὐτὰ νοήσας, πίπτει ἐν τῇ ὁδῷ. οἱ δὲ, τὰ μὲν ἄλλα παίοντες αἰανῆναι τὸν ἄθλιον ἐκέλευον. ὡς δὲ οὐδὲν ἐπωφέλουν τοῖς πλήγαις, λαβόντες αὐτὸν, οἱ μὲν, τῶν ὤτων, οἱ δὲ, τῆς οὐρᾶς, ἀνεγείρειν ἐπειρῶντο. ὡς δ' οὐδὲν ἴσχυον, ἔκειτο δὲ ὥσπερ λίθος ἐν τῇ ὁδῷ ἀπηγορευκώς, λογισάμενοι ἐν ἑαυτοῖς ὅτι δὴ μάτην πονοῦσι, καὶ τὸν χρόνον τῆς φυγῆς ἀπολίσκουσιν, ὅπως νεκρῷ προσβάλλοντες, τὰ μὲν σκεύη πάντα, ὅσα ἐκόμιζεν ἐκ ἅλω, διανέμουσιν ἐμοί τε, καὶ τῷ ἵππῳ·

Hortum ingressus, raphanos, lactucas, atque apium, quibus etiam crudis vtuntur homines, ad saturitatē comedi. Quæ visa fuerant, non erant rosæ, sed lauri syluestris flores. Laurum vocant homines, malum & asino & equo cibum, cùm ferant ex eo edentes è vestigio mori. Hoc aspiciens horti custos, rapto ingressus ligno, vt olera ita depasta vidit, tanquam irati domini erga fures deprehensos solent, neque natibus neque lateribus pepercit: aures insuper ac totum caput fuste contriuit. Ego iam verberum impatiens, cùm ambobus calcibus resupinum super olera strauissem, aufugi ad montes: quod ille vt animaduertit, canes aduersus me incitauit. Hi cùm plures essent, atque ad vrsos expugnandos validi, veritus ne me dilaniarent, si me comprehendissent; decreui satius esse domum reuerti: itaque eodem cursu ad stabulum è vestigio sum regressus: illi continuerunt canes currentes: me verò haud priùs percutere destiterunt, quàm ex dolore cacarem olera comesta. Et iam abeundi tempus aduenerat, cùm illi grauioribus rebus quas furto surripuerant, dorso meo impositis abierunt. Ego & verberibus & onere admodum defatigatus, vngulis insuper de via contritis, decreui me in via prosternere, neque exurgere, etiamsi me verberando necassent: eo pacto speraui illos necessitate compulsos, sarcinam qua pressus eram, inter equum & asinum partituros, méque vt inutilem relicturos lupis. Sed nescio quis dæmon inuidia motus, mea consilia in contrarium vertit. Nam alter asinus fortassis idem cogitans, in via cecidit: quem illi miserum baculis percutientes, vbi exurgere nequibat, neque prodessent verba, alij cauda, alij auribus apprehensum surgere impellebant. Cùm vano labore incassum tempus tererent, (asinus enim in via stratus veluti lapis iacebat) illi ad fugam intenti, ne frustra tardarent, dempta ab asino onera, mihi & equo imposuerunt:

aſellum verò miſerum, captiuitatis & oneris ferendi ſocium, abſciſſis enſe cruribus, adhuc ſemianimem è loco præcipiti deiiciunt: mors illi attulit laborum finem. Ego videns quorſum mea euaſiſſent conſilia, ſtatui æquo animo ferre ſarcinam, & promptè iter conficere, ſperans roſis aliquando repertis, me priſtinam formam recuperaturum: præſertim cùm ex latronum percepiſſem verbis, parum itineris ſupereſſe ad locum in quo depoſititis ſarcinis manerent: néque etiam curſu, ſi opus fuerit, ad proficiſcendum paro. Ante veſperam venimus domum. Anus vetula intus ſedebat ad ignem: illi depoſitis ſarcinis vetulam rogant cur ſedeat, ac non potiùs prandium paret. Illa omnia eſſe prompta ait, panes plurimos, vinum vetus, ac ſylueſtres carnes. Collaudata vetula, veſtibúſque depoſitis, ad ignem ſe oleo vnxerunt. Vas erat aquæ plenum calidæ, qua ſe lauerunt. Superuenêre paulo pòſt adoleſcentes, aurum, argentum, veſtes, ac muliebrem virilémque ornatum portantes, communem omnibus prædam: quibus rebus intus delatis, eodem & ipſi pacto ſe lauerunt. Erat illis prandiũ fertile, ſermo homicidarum varius. Anus mihi & equo hordeum prębuit. Ille cibum auidè vorauit, timẽs (vt par erat) ne eſſem in edendo ſocius. Vbi mulier abeſt, ego panem qui intus erat, comedi. Poſtridie relicto cum vetula adoleſcente quodam, ad opus ſuum abierunt. Ego ſentiens cuſtodes mihi impoſitos diligentes, ingemiſcebam. Ac anum quidem contemnebam, cùm facilè ex eius conſpectu aufugere poſſem. Sed adoleſcentem præcinctum enſe, in me ſæpiùs reſpicientem, atque adſeruantem oſtium, formidabam. Poſtridie circiter noctem mediã reuerſi fures, neque aurum neque argentum tulere, ſed virginem formoſam ſanè, flentem, capillis ſparſis, ac ſciſſa veſte. Hanc in ſtramini-

Ω θεία Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν. καὶ Πέρσαι γάρ, οἶμαι, καὶ Ἕλληνες, γυναικῶν τέκνα ἦσαν. ὅτε μὲν γὰρ πάλιν τῶν ῥαψῳδῶν ἀκούσιον ὅτι καὶ ἐρῶμεν, καὶ πεινῶμεν, καὶ δουλεύομεν, καὶ δεσμούμεθα, καὶ φασιάζομεν, καὶ μυρία ὅσα τοιαῦτα ἐγκλήματα ἔχομεν, καὶ ταῦτα, μακάριοι καὶ ἄφθαρτοι ἀξιούντες εἶναι, τί ἄλλο ἢ δικαίως καταγελῶσι, καὶ οὐδενὶ λόγῳ πίθηται τὰ ἡμέτερα; ἡμεῖς δὲ ἀγανακτοῦμεν, εἴ τινες ἀθεώτατοι ὄντες, ἃ πάνυ αἰσθάνοιντο, διελέγχοιεν ταῦτα, καὶ τῶν προγόνων ἡμῶν προδιδομένων, δέον ἀγαπᾶν εἴ τινες ἡμῖν ἔτι θύοιεν, τοιαῦτα ἐξαμαρτάνουσι. καί μοι σὺ ταῦτα, ὦ Ζεῦ (μόνοι γὰρ ἐσμὲν, καὶ οὐδεὶς ἀθεώτερος ἐν τῇ συλλόγῳ ἔξω Ἡρακλέους, καὶ Διονύσου, καὶ Γανυμήδους, καὶ Ἀσκληπιοῦ, τῶν προγεγραμμένων τούτων) ἀπόκρινάι μοι μετ' ἀληθείας, εἴ ποτέ σοι ἐμέλησεν ἐς τοσοῦτον τῶν ἐν τῇ γῇ, ὡς ἐξετάσαι οἵ τινες αὐτῶν οἱ φαῦλοι, ἢ οἵ τινες οἱ χρηστοί εἰσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. εἰ γοῦν μὴ ὁ Θησεὺς ἐκ Τροιζῶνος εἰς Ἀθήνας ἰὼν, ὁδοῦ προῆρχον ἐξέκοψε τοὺς κακούργους, ὅσον ἐπὶ σοὶ ἐν τῇ σῇ προνοίᾳ, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε ζῆν ἐν τῷ φανερῷ τοὺς τὰ ὁδῷ βαδιζόντων σφαγὰς, τὸν Σκίρωνα, καὶ τὸν Πιτυοκάμπτην,

A Quam enim æquam opinionem de nobis illis habendam esse contendat quispiam, quando tantam omnium rerum perturbationem in vita videant? Bonos quidem ex illis, vt quisque agit vitam maximè inculpatam, potissimùm negligi, paupertate, morbis, ac iugo seruili indignissimè afflictos opprimi: cæterùm homines facinorosos, nefariis sceleribus contaminatissimos, honore & dignitate priores esse, diuitiis extructissimis affluere, melioribus imperitare? Quinetiam sacrilegos nullis suppliciis mulctari, verùm concessa impunitate tutò latêre: in crucem verò subigi, ac variis modis pulsari eos qui nihil mali sunt commeriti per iniustitiam delinquentes? Hæc itaque cùm videant, iure optimo talem de nobis opinionem obtinent, nihil prorsus nos esse. Maximè verò quando oracula prædicentia audierint, quale est illud,

B Traiecto Hale maximum subuertes imperium. haudquaquam planè manifestantia, num suum ipsius, an hostium imperium subuersurus sit. Et iterum,

*Vxorum Salamis charissima pignora perdes.*

C Etenim & Persæ, vt opinor, & Græci iuxtà è mulieribus editi sunt. Cęterùm auditis etiam rhapsodis illis, quòd & amori operam demus, quòd vulneremur & seruiamus, quòd vinculis constringamur, quòd motis seditionibus dissideamus, atque id genus innumeris aliis rebus satis ridiculè simus impliciti, præsertim cùm beati atque immortales esse contendamus: quid verò aliud perinde quàm riderent, facerent, ne flocci quidem nostram diuinitatem æstimantes? Nos porrò indignè ferimus si qui sunt homines nõ prorsus vecordes, & mentis inopes, qui ista differunt, ac omnem nobis prouidentiam extorquent è manibus: cùm potiùs contentos nos esse oporteat, si nobis etiam-

D dum nonnulli sacra facerent, talia flagitiosè delinquentibus. Ac mihi hoc loco, ô Iupiter (soli enim sumus, nec vllus hominum in hoc cœtu præstò est, extra vnum Herculem ac Dionysum & Ganymedem & Æsculapium, qui nothi sunt, & Dij ascriptitij) cum veritate respondeq, quando verò in tantum res humanæ tibi curæ fuere, vt habita ratione perpendisses quînam illorum praui & mali, aut iusti ac boni essent? Haudquaquam verò in hanc curam vnquam te incubuisse dixeris. Itaque nisi Theseus ex Trœzene Athenas profectus, iugulasset in itinere maleficos, sanè quantum ad te & prouidentiam tuam attinet, nihil obstaret quominus viuerent & Scyron & Pityocãptes,

*Herodotus lib. 1.*

*Ibid. lib. 7.*

& Cercyon, aliíque innumeri parricidiis & latrocinio viatoribus negotium valde ſecuri faceſſentes. Ac niſi Euriſteus homo cùm iuſtus, tum multùm prouidens, ſingulari humanitate impulſus, ſingulis apud quoſque diligenter exploratis, hunc famulum ſuum emiſiſſet, hominẽ manu promptum, factíſque ſtrenuum, & ad obeunda pericula ac labores ſuſcipiendos interritum, nunquam tibi ô Iupiter Lernæa Hydra in mentem veniſſet, nunquã aues Stymphalides curæ fuiſſent, multo minùs equi Threicij. Quando verò Centaurorum contumelioſæ temulentię memor fuiſſes vnquam? Atqui, ſi verum proferendum eſt, tantùm compreſſis manibus in Olympo deſidemus, tantùm hoc inconniuenter obſeruantes, ſi quis litet atque ſacrificet, ac circa aras incẽſo thure vaporet. Porrò autem res cæteræ temere iuxta fluxum feruntur, vt quiſque illas fortuitò attraxerit. Itaque meritis noſtris digna ac iuſta patimur, atque etiam ampliùs patiemur, vbi homines poſt puſillum ſuſpicientes animaduerterint nihil ſe vtilitatis conſequi, tametſi nobis ſedula pietate ſacrificarint, & oblatis libaminibus litauerint. Deinde breui videbis, ab ipſis Epicureis nos rideri contemptiſſimè, haberi pro abiectiſſimis, Metrodoros verò & Damidas ſuis diſputationibus inualeſcere, propugnatores autem noſtros ab illis iugulari. Quare noſtrarum erat partium, his rebus finem imponere, ac periculis emergentibus mederi, illíſque ſumma ope obniti, quorum opera hæc eò perducta ſunt. Equidem quod ad me attinet, non valde periclitabor ſi deſpectus ero. Neque enim olim in eorum cenſebar numero, quibus honos habebatur, rebus veſtris adhuc ſtantibus & florentibus, vobíſque oblato ſacrificio fruentibus. IVPITER. Enimvero hunc ô cœlites delirantem & nugantem miſſum faciamus, ſemper aliàs quoque aſperum obiurgatorem agentem. Eſt enim, vt præclarè dixit admirandus ille Demoſthenes, criminari & inſectari, atque etiã obiurgare, cuiuis volenti promptum ac facile. Cæterùm demonſtrare qua ratione rebus præſentibus commodiſſimè ſuccurratur, profectò conſultoris officium eſt non niſi impensè cordati. Quod quidem vos alios ſedulò facturos etiam hoc tacente conſtantiſſimè perſuaſum habeo. NEP. Ego quidem aliàs, quod vobis obſcurum non eſt, ſub vndis dego, & in profundo marinæ Reip. procurationem obiens, pro virili quoad eius fieri poteſt, nauigantes ſeruo, puppéſque ſurſum ac deorſum magna cura deduco, neque non violentam ventorum rabiem mollio atque demulceo:

A καὶ Κερκύονα, καὶ τοὺς ἄλλους. ἢ εἴγε μὴ ὁ Εὐρυσθεὺς, ἀνὴρ δίκαιος, καὶ προνοητικὸς, ὑπὸ φιλανθρωπίας δυσπειθανόμενος τὰ πρὸ ἑκάστοις, ἐξέπεμπε τουτονὶ τὸν οἰκέτην αὐτοῦ, ἐργατικὸν ἀνθρωπον, καὶ προθυμον εἰς τοὺς πόνους, ὦ Ζεῦ, σὺ ὀλίγον ἐφρόντισας ἂν τῆς Ὑδρας, καὶ τῶν ἐν Στυμφάλῳ ὀρνέων, καὶ ἵππων τῶν Θρᾳκικῶν, καὶ τῆς Κενταύρων ὕβρεως, καὶ προνοίας. ἀλλ' εἰ χρὴ παλαιὰ λέγειν, καὶ μνήμεθα, τοῦτο μόνον ὑπομνησιῶτες, εἴ τις λύπη, καὶ κνίσα πρὸς τοὺς βωμούς. τὰ δ' ἄλλα κατ' ῥοῦν φέρεται,
B ὡς ἂν τύχοι ἕκαστα πραγευόμενα. τοιγαροῦν εἰκότα νῦν πάσχομεν, καὶ ἔτι πείσομεθα, ἐπειδὴ κατ' ὀλίγον οἱ ἄνθρωποι ἀνακύπτοντες, αἰσθάνονται οὐδὲν ὄφελος αὐτοῖς ὂν, εἰ θύοιεν ἡμῖν, καὶ τὰς σποδὰς πέμποιεν. εἶτ' ἐν βραχεῖ ὄψει καταγελωντας μὲν τοὺς Ἐπικούρους, καὶ Μητροδώρους; καὶ Δαμίδας, κρατουμένους δὲ, καὶ ἀποσφαττομένους ὑπ' αὐτῶν, τοὺς ἡμετέρους σωτῆρας, ὥστε ἡμέτερον ἂν εἴη παύειν, καὶ ἰᾶσθαι τὰ τοιαῦτα, πρὶν καὶ ἐς τὸ δέ αὐτὰ προαγαγόντων. Μῶμαι δὲ οὐ μέγας ὁ κίνδυνος,
C εἰ ἄτιμος ἔσῃ, σοὶ γὰρ πάλαι τῶν ἡμυρμιῶν ἴσως, ὑμῶν ἔτ' ἀτυχούντων, καὶ τὰς θυσίας καρπουμένων. ΖΕΥΣ. τοῦτον μὲν, ὦ θεοὶ, λῆρον ἐάσωμεν, ἀεὶ πραχὺ ὄντα, καὶ ὑπομητικόν. ἔστι μὲν γὰρ, ὡς ὁ θαυμαστὸς Δημοσθένης ἔφη, ὃ μὲν ἐγκαλέσαι, καὶ μέμψασθαι, καὶ ὑπομῆσαι, ῥᾴδιον ἅτε τῷ βουλομένου πρωτος· ὃ δὲ ὅπως τὰ παρόντα βελτίω γένηται, συμβουλεύσαι, τοῦτ' ἔμφρονος ὡς ἀληθῶς συμβούλου· ὅσῳ οἱ
D ἄλλοι, ἀλλ' οἶσθ', ὅτι ποιήσετε, καὶ τοῦτου σιωπῶντος. ΠΟΣΕΙΔ. ἐγὼ τὰ μὲν ἄλλα ἀπόροῤῥυχός εἰμι, ὡς ἴστε, καὶ ἐν ὑδατι πολιτεύομαι, κατ' ἐμαυτὸν εἰς ὅσον ἐμοὶ δυνατὸν σώζων τοὺς πλέοντας, καὶ κατάπεμπτον τὰ πλοῖα, καὶ τοὺς ἀέρους καταμαλάττων.

ὅμως δ' οὖν (μέλει γάρ μοι καὶ τῶν ἀνθρώπων) φημὶ δεῖν τὸν Δάμιν τοῦτον, ἀποδοὺς ποιήσασθαι πρὶν ὅτι τῷ ἕρμῃ ἥκειν, ἢ τοι κεραυνῷ τινι, ἢ ἄλλῃ μηχανῇ, μὴ καὶ ὑπ' ἔργῳ λέγων. φῂς γάρ, ὦ Ζεῦ, πιθανόν τινα εἶναι αὐτόν. ἄμα γὰρ καὶ δείξομεν αὐτοῖς, ὡς μετερχόμεθα τοὺς τὰ τοιαῦτα καθ' ἡμῶν διεξιόντας. ΖΕΥΣ. παίζῃς, ὦ Ποσείδον, ἢ τέλεον ἐπιλέλησαι; οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν τῶν τοιούτων ἐστίν, ἀλλ' αἱ Μοῖραι ἑκάστῳ ὑπὸ κλώθουσι, τὸν μὲν, κεραυνῷ, τὸν δὲ, ξίφει, τὸν δὲ, πυρετῷ, ἢ φθόῃ, ἀποθανεῖν. ἐπεὶ εἴ γε μοι ἐπ' ἐξουσίας ὁ τοιοῦτος ἦν, εἴασα ἂν οἶμαι τοὺς ἱεροσύλους τοιούτῳ ἀπελθεῖν ἀκεραιωθέντας ἐξ Ὀλυμπίας, δύο μου τῶν πλοκάμων ἀποκειραμένους, ἓξ μνᾶς ἑκάτερον ἕλκοντα; ἢ σὺ αὐτὸς τοιοῦτος ἂν ἐν Γεραιστῷ τὸν ἁλιέα τὸν ἐξ Ὠρεοῦ, ὑφαιρούμενόν σου τὴν τρίαιναν; ἄλλως τε, καὶ δόξομεν ἀγανακτεῖν, λελυπημένοι τῷ τοιούτῳ, καὶ δεδιέναι τοὺς τοῦδε τοῦ Δάμιδος λόγους, καὶ δι' αὐτὸ ἀποσκοπάζεσθαι, τὸν ἄνδρα οὐ περιμείναντες αὐτεξεταθῆναι αὐτὸν τῷ Τιμοκλεῖ· ὥστε τί ἄλλο, ἢ ἐξ ἐρήμης κρατεῖν οὕτω δόξομεν; ΠΟΣ. καὶ μὴν σκώπτομόν τινα τοῦτον ὑμῖν ὑπενοησάμην ἐγωγε τοῦτον τὸν νίκην. ΖΕΥΣ. ἄπαγε, γνοὺς δὲ σὺ τοῦτο, ὦ Ποσείδον, καὶ κομιδῇ παχύ, τοιαυτηρήσῃ τὸν ἀνταγωνιστὴν, ὡς ἀπαθῆ ἀπήντηκας, ἀμφίλεκτον ἔτι, καὶ ἀδιάκριτον καταλιπὼν τὸν λόγον. ΠΟΣ. οὐκοῦν ἀμείνον τι ὑμεῖς ὑπονοεῖτε ἄλλο, εἰ πάμπαν οὕτως ὑμῖν ἀποτεθύνικαμεν. ΑΠΟΛ. εἰ καὶ τοῖς νέοις, ἔτι καὶ ἀγχιστείοις ἡμῖν ἐφεστὸς ἐκ τοῦ νόμου δημηγορεῖν, ἴσως ἂν εἶπόν τι συμφέρον εἰς τὸ παρόν. ΜΩ. ἢ μὴν σκέψις, ὦ Ἀπολλον, οὕτω τοιὰ μεγάλων, ὥστε μὴ καθ' ἡλικίαν, ἀλλὰ κοινὸν ἅπασι τοιοῦτον εἶναι τὸν λόγον. χαίρειν γὰρ εἰ καὶ τοῖς ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύουσι, περὶ τῆς ἐν τοῖς νόμοις ἐξουσίας συμκρολογοίμεθα. σὺ δὲ καὶ πάνυ ἤδη ἔννομος εἶ δημηγόρος, πρόπαλαι μὲν ἐξ ἐφήβων γεγονώς,

A nihilo secus tamen & earum quæ hîc aguntur rerum cura me habet solicitum. Proinde Damin è medio tollendum esse opinor, priusquam ad contentionem descenderit, aut ictu fulminis, aut alia quapiam machina, ne disputando victor euadat. Siquidem perhibes illum Iupiter omnes persuadendi vias ac artes callere. Quo facto illud quoque testatum faciemus, nos supplicium de illis sumere, qui ista aduersus nos petulanter affirmant. IVP. Ludis, ô Neptune, aut præfiniti ordinis oblitus es? Nihil enim tale in nostra manu situm est, verùm Parcæ sunt quæ cuique fatali lege decernunt, hunc quidem fulmine, alterum ferro, tertium febricula, quartum tabe consumptum interire. Etenim si meæ facultatis fuisset punire maleficos, dimisissem scilicet nuper sacrilegos nullo ictos fulmine ex Olympia, cùm duos torti capillitij nodos mihi detondissent, sex minas vtrunque ponderantem? Aut tu ipse dissimulanter neglexisses in Geræsto piscatorem illum ex Oreo, qui furtim tibi tridentem abstulerat? Accedit his, quòd etiam indignanter & iracundè ferre videbimur hoc facto perturbati, & Damidis sermones perhorrescere, ac propterea insidiosè moliti, ne nobis expectandum esset dum ille ex aduerso cum Timocle compositus congrederetur. Quo quid aliud quàm desertam caussam vincere videbimur? NEPTVN. Atqui compendiosam ad parandam victoriam ego me viam excogitasse arbitrabar. IVPIT. Apage furiosum & illiberale consilium ô Neptune, ac propemodum pingue & stolidum, de tollendo ante tempus aduersario, vt nondũ conuictus mortem oppetat, relicta in ambiguo disputatione. NEPT. Proinde vos aliud quod factu sit præstantius, excogitate, si mea consilia vobis tantopere repudianda videntur. APOL. Si nobis quoque natu iunioribus, & nondum barbatis, per legem concederetur concionandi copia, fortasse vtile quiddã & frugiferum afferrem in medium rei super qua deliberatis. MOMVS. Equidem ea nobis est ô Apollo de rebus ita arduis proposita deliberatio, vt non ætatis respectu, sed communis vtilitatis seruandæ gratia omnibus quoque sermo sit

B

C

D

propositus. Quàm verò lepidum esset atque festiuum, si in extremis periclitantes discriminibus, circa legis facultatem atque licentiam ambitiosè disceptaremus! Cæterùm tu iam admodum cõcionator es legitimus, nempe iam olim ex ephebis egressus,

*Videtur alludere ad aram xij. deorũ, quæ Athenis fuit, cuius & Thucydides lib. 6. meminit.*

præterea in duodecim virorum tabulam relatus. Ac parum abeſt quominus etiam in Saturni concilio verſatus ſis. Quare non eſt quòd iuueniliter te geras erga nos, verùm ſumpta audacia confidenter quæcunque tibi optima factu viſa ſunt, proloquere: neque propterea pudore afficiare, quòd imberbis exiſtens concioneris, præſertim cùm ita profunda barba tibi ſit filius Æſculapius. Quin etiam alioqui non indecorum tibi erit, id ætatis maximè ſpecimen aliquod ſapientiæ exhibere, ne fruſtra videare in Helicone conſediſſe vnà cum Muſis philoſophando. APOL. Atqui nequaquam penes te eſt ô Mome facultas eiuſmodi permittendi, ſed penes Iouem: qui ſi fandi poteſtatem mihi dederit, fortaſſe quippiam expromam non ineruditum aut inconditum, ſed quod ei quæ mihi in Helicone fuit conuerſationi reſpondeat. IVPIT. Dic inquam ô fili: iam enim permiſi tibi. APOL. Timoclés ille vir profectò non malus eſſe videtur; & pius, & qui diſputationes Stoicas ad vnguem excuſſerit, vnde compluribus quoque conuerſatur iuuenibus propter exactam Philoſophiæ cognitionem, & mercedem non mediocrem hac ratione colligit, perſuadendi facultate impẽdiò pollens, quoties priuatim inter diſcipulos diſſerendo verba facit: cæterùm in hominum frequenti cœtu aut celebritate populari ad dicendum infantiſſimus & timidiſſimus exiſtit, voce inſtructus vulgari ac planè barbara, ita vt ineptè & vitiosè dicendo in conuentibus, non rarò auditoribus riſum excutere ſoleat, nihil aptè inductum connectens, ſed argumentis putidis & barbaris commiſcet omnia. Maximè verò omnium hoc illi vſu venit quoties eloquentiſſimus videri geſtit. Enimuero alioqui quod ad id ingenij acumen attinet, vir eſt perſpicaciſſimæ intelligentiæ, & mentis planè diuinæ, quemadmodum teſtantur illi quibus res Stoicæ propiùs atque compertiùs notæ ſunt. Dicendo verò atque interpretando præ imbecillitate corrumpit pleraque omnia, non valde planum faciens quid ſibi velit; verùm ænigmatum inuoluctis non diſſimilia proponens obſcurat omnia. Ac rurſus multo inuolutiora ad quæſtiones propoſitas reſpondere illi moris eſt. Porrò auditores parum intelligentes quid affectata obſcuritate ſibi velit, ferè ſubſannant eum. Conſentaneum autem eſſe opinor, perſpicuè & ſignificanter dicere: cui rei plurima cura impendenda eſt, vt audientes, ea quæ loquimur, nullo cum faſtidio intelligant. MO. Equidem hoc rectè dixiſti Apollo, collaudatis iis qui in ora-

A ἐγλεγεαμμένος δὲ ἐς τὸ τῶν δώδεκα ληξιαρχικόν· καὶ ὀλίγου δεῖν, τῆς ὅτι Κρόνου βουλῆς ὤν. ὥστε μὴ μειρακιεύου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ λέγε θαρρῶν ἤδη τὰ δοκοῦντα, μὴ αἰδεσθεὶς, εἰ ἀγένειος ὢν, δημηγορήσῃς, καὶ ταῦτα, βαθυπώγωνα καὶ βυθύφορον ὕστις ἰὸν ἔχων τὸν Ασκληπιόν. ἄλλως τε, καὶ πρέπον αὖ εἴη σοι νῦν μάλιστα ἐκφαίνειν τὴν σοφίαν, εἰ μὴ μάτην ἐν τῷ Ελικῶνι κάθησαι, ταῖς Μούσαις συμφιλοσοφῶν. ΑΠΟΛ. ἀλλ' οὐ σὲ, ὦ Μῶμε, χρὴ τὰ τοιαῦτα ἐφιέναι· τὸν Δία δὲ, καὶ ἐὰν τοῦτ' κελεύσῃ, τάχ' ἂν

B τι οὐκ ἄμουσον εἴποιμι, ἀλλὰ τῆς ἐν τῷ Ελικῶνι μελέτης ἄξιον. ΖΕΥΣ. λέγε, ὦ τέκνον, ἐφίημι γάρ. ΑΠΟΛΛ. ὁ Τιμοκλῆς οὗτ' ἔοικε χρηστὸς ἀνὴρ, καὶ φιλόθεος, καὶ τοῖς λόγοις πάνυ ἠκρίβωκε τοὺς Στωϊκούς· ὥστε καὶ σπανίως ὅτι φιλοσοφίαν πολλοῖς τῶν νέων, καὶ μαθοῦς οὐκ ὀλίγους ὅτι τοῦτῳ ἐκλέγῃ, σφόδρα πιθανὸς ὤν, ὁπότ' ἰδίᾳ τοῖς μαθηταῖς διαλέγοιτο· ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν, ἀγλωμόστατός ἐστι, καὶ τὴν φωνὴν ἰδιώτης, καὶ μιξοβάρβαρος, ὥστε

C γέλωτα ὀφλισκάνειν διὰ τοῦτο ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐ σπανίως, ἀλλὰ βαπταίζων, καὶ ταραττόμενος, καὶ μάλιστα ὁπότ' οὕτως ἔχων, καὶ καλλιρρημοσυνεῖν ἐπιδείκνυσθαι βούληται· σπανίως μὲν γὰρ, ἐς ὑποβολέα ὀξὺς ἐστι, καὶ λεπτογνώμων, ὡς φασὶν οἱ ἀμείνονα τῶν Στωϊκῶν εἰδότες. λέγων δὲ, καὶ ἑρμηνεύων, ὑπ' ἀδυνείας διαφθείρει αὐτὰ, καὶ συγχεῖ, οὐκ ἀποσαφῶν ὅ, τι βούλεται, ἀλλ' αἰνίγμασιν ἐοικότα ποιῶν, καὶ πάλιν αὖ πολὺ ἀσαφέστερα

D πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκεινόμενος. οἱ δὲ, ὑπανιέντες, καταγελῶσιν αὐτοῦ. δεῖ δὲ, οἶμαι, σαφῶς λέγειν, καὶ τούτου μάλιστα ποιεῖσθαι πολλὴν τὴν πρόνοιαν, ὡς συνήσουσιν οἱ ἀκηκόοντες. ΜΩ. τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας, ὦ Απολλον, ἐπαινέσας τοὺς

ταφῶς λέγοντας, εἰ καὶ μὴ πάνυ ποιῇς σὺ τοῦτο ἐν τοῖς χρησμοῖς, λοξὸς ὢν, καὶ ψευδώδης, καὶ ἐς ὃ μεταίχμιον ἀσφαλῶς ἀπορρίπτων τὰ πολλὰ, ὡς τοῖς ἀκούουσιν ἄλλου δεῖσθαι Πυθίου πρὸς τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. ἀπαρκεῖ δ' ὅτι τούτῳ συμβουλεύῃς; τίνα ἴασιν ποιήσασθαι τῆς Τιμοκλέους ἀδυναμίας ἐν τοῖς λόγοις; ΑΠΟΛ. σωπήσεσθον, ὦ Μῶμε, εἴ πως δυνηθείημεν αὐτῷ παρασχεῖν ἄλλον τῶν δεινῶν τούτων ἐρωῶντα καὶ ἀξίαν, ἅτε οὐκ ἄχθος ἐνθυμηθεὶς ἐπωδάλη. ΜΩ. ἀληθέστατον τοῦτο ὡς ἀληθῶς εἶρηκας, ἔτι παιδαγωγοῦ τινος δεόμενον, συνήγορον ἐν συνουσίᾳ φιλοσόφων προσλήψασθαι, ἑρμηνεύσοντα πρὸς τοὺς παρόντας, ἅτε οὐ δοκῇ Τιμοκλῆς ἐκ τῶν μοῦ Δάμιν, αὐτοπροσώπων, καὶ δι' αὐτοῦ λέγειν, τὸν δὲ, ἐπακριτῇ προσχρώμενον, ἰδίᾳ πρὸς ὃ ἂν ἐκείνῳ ἐπιβάλλειν τὰ δοκοῦντα· τὸν ἐπακριτὴν δὲ, ῥητορεύειν, ἅτ' αὐτὸν ἴσως συνιέντα ὅ, τι ἀκούσεται. πῶς οὖν ταῦτα οὐ γέλωτος ἂν εἴη τῷ πλήθει; ἀλλὰ τοῦτο μοῦ ἄλλως ὑπονοήσομαι. σὺ δὲ, ὦ θαυμάσιε, (φῂς γὰρ κἀμαυτῆς εἶ), καὶ μισθοὺς οὐκ ὀλίγους ὅτι τῷ τοιούτῳ ἐξέλεξας, ἄχρι τοῦ κατὰ πλίνθους χρυσᾶς ποτε εἰληφέναι) τί οὐκ ἐπεδείξω ἡμῖν κἀγαθὸν τοῦ τέχνου, πρόσφατον ὁπότερος τῶν σοφιστῶν κτησάμενος λέγων; οἶδα γάρ που ὃ ἀποβησόμενον, μάντις ὤν. ΑΠ. πῶς, ὦ Μῶμε, δυνατὸν ποιῆσαι ταῦτα, μήτε τρίποδος ἡμῖν παρόντος, μήτε θυμιαμάτων, ἢ πηγῆς μαντικῆς, οἵα ἡ Κασταλία ἐστίν; ΜΩ. ὁρᾷς; ἀποδιδράσκεις τὸν ἔλεγχον, ἐν τῷ ψευδῆ ἐχόμενος. ΖΕ. ὅμως, ὦ τέκνον, εἰπὲ, κἂν μὴ παρόντος τοῦ συκοφάντου τούτου ἀφορμὰς, δίκαλλον, καὶ κλυδάζῃ τὰ σὰ, ὡς ὅτι τρίποδι, ἢ ὕδατι, ἢ λιβανωτῷ κείμενα· ὥστ' εἰ μὴ ἔχεις ταῦτα, ψευσόμενόν σε τῆς τέχνης. ΑΠΟΛΛ. ἄμεινον μοῦ ἴσθ', ὦ πάτερ, ἐν Δελφοῖς, ἢ Κολοφῶνι, τὰ τοιαῦτα ποιῆσαι, ἀπόντων μοι τῶν χρησίμων παρόντων, ὡς ἔθος. ὅμως δὲ, ἅτ' ὄντων γυμνὸς σκεύων, κἀσκευος πειράσομαι προσειπεῖν ὁποτέρου ὃ κρείττον ἔσται· ἀποδείξεσθε δὲ, εἰ μὴ ἔμμετρα λέγοιμι.

tionibus perſpicuitate vtuntur: quãquam tu hoc ipſum in promendis atque reddendis oraculis non admodum vſurpare ſoleas, ancipitia & ambiguitate intricata multa in medium ſecurè proiiciens, adeò vt audientes, alio, ad interpretãdum oracula, opus habeant Pythio. Sed quid eſt quod adfers cõſilij? Quo remedio Timoclis in dicendo infantiæ ſuccurrendũ eſſe exiſtimas? APOL. Si quo modo patronum illi ô Mome queamus adiungere alium, qui facultate dicendi polleat, eáque pro dignitate eloquatur, quæcunque Timocles excogitata illi effanda ſuggeſſerit. MO. Non ſapit profectò hoc quod dixiſti, pilos, ſed adhuc pædagogi eget adminiculo, de patrono in conuentu Philoſophorum adiungendo, ad præſentes interpretaturo quæcunque Timocli dictu neceſſaria viſa fuerint: Damis verò ipſe per ſe loquatur: porrò alter interpretis vtatur opera, priuatim in aurem illi ſuſurrans quæcunque ſibi placuerint: cæterùm interpres rhetoricetur, cùm neque ipſe fortaſſe quicquam ex his intellecturus ſit, quæ Timoclem ſuggerentem audierit. Hæc quomodo turbæ non videri poſſint extremè ridicula? Atqui hoc alia via aggrediamur, quando hac parum ſucceſſit. Tu verò ô admirande (etenim & vatem eſſe te confirmas, ac mercedem non mediocrem his præſtigijs cumulaſti, donec aliquando & lateres aureos conſecutus es) cur non data iam occaſione in tempore aliquod egregium artis tuæ ſpecimen exhibes, prædicens nobis penes quem ex Sophiſtis diſputaturis futura ſit victoria? Siquidem cùm augurij peritia excultus ſis, credibile eſt futurarum rerum euentum te prædiuinare poſſe. APOL. Quî hoc vllo pacto fieri poſſit Mome, neque præſente nobis tripode, neque thymiamatis, nec fonte augurali, cuiuſmodi eſt Caſtalia? MO. Vide vt confutatus tergiuerſeris dum in anguſto conſtringeris. IVP. Attamen dic, ô fili, neque huic ſycophantę calumniandi occaſionem, tuáque ſubſannandi, concedas, quaſi omnis tua vaticinandi peritia in tripode & aqua & thure ſita ſit: adeò niſi hæc tibi præſtò ſint, omni arte priuatus ſis. APOL. Equidem iſta in Delphis aut Colophone meliùs à me fieri poterant, ô pater, oraculis omnifariam, vt aſſolet, mihi præſentibus. Attamen vel ſic his omnibus nudus imparatúſque tentabo prædicere vtrùm ſecutura ſit victoria. Suſcipietis verò haud dubiè, niſi verſiculis incluſum oraculum protulero.

MO. Dic modò: vide vt clara & aperta proferas Apollo, quæ nullo patrono egeant, aut interpretis requirant operam. Etenim nequaquam iam ouilla caruncula aut testudo in Lydia coquitur. Verùm quibus de rebus nobis sit proposita deliberatio, non te præterit. IVP. Quid ô nate dicturus es? Quàm verò quæ oraculi prædictionem antecedunt, quàm plena terroris sunt? nempe color pallore immutatus, oculi hinc inde mobiles, comarum semet erigentium horror, motus corporis furore incertus, ac omnino omnia numinis præsentiam testantia, plena sunt mysteriorum atque terriculi. APOL.

*Percipe faticani diuûm miracula Phœbi*
*Lite super dura, quam constituêre Sophistæ*
*Clamosi, largis armati vocibus omnes.*
*Multa quidem varij alterno clamore tumultus*
*Miscentes, stiua complebunt rostra carinæ.*
*Aßt vbi iam curuo comprenderit vngue cicadam*
*Vultur, postrema cornices voce sonabunt,*
*Excipiet sperata suos victoria mulos.*
*Verùm asinus feriet longo, sua pignora cornu.*

IVPIT. Cur autem sublato cachinno risisti ô Mome? Atqui ista minimè risu prosequenda sunt, quæ nostris ceruicibus iam imminent. Desine verò sedato risu, infelicissime, aut immodicis cachinnis præfocaberis. MOM. Et quînam risum queam comprimere ô Iupiter, tali, tam claro & perspicuo audito oraculo? IVPIT. Quin igitur & nobis interpretaris quidnam sibi velit? MO. Valde quidem aperta & liquida, ita vt nihil nobis opus sit Themistoclis opera. Siquidem perspicuè hoc testatur oraculum, hunc videlicet esse præstigiatorem, nos autem asinos clitellarios, ac per Iouem etiam mules, qui tam facilè persuasi, illius verbis credamus, neque tantum habeamus mentis aut cerebri, quantum habent locustæ. HER. Ego verò pater, tametsi inter superos inquilinus sim & adscititius, tamen quæ nostris rebus in præsens vsui fore visa sunt, non grauabor exponere. Cùm enim iam ad disputandum in vnum coierint, tunc si Timocles superior euaserit, sinemus conuentus de nobis habiti disceptationem progredi: sin res secus cesserit, tunc ego ipsam porticum cõcussam radicitus super Damin præcipitabo, ne homo execrandus ore blasphemo ampliùs nos inuadat.

*Alludit ad historiam Cræsi, quæ est lib. 1. Herodo.*

*Alludit ad historiam Themistoclis, quæ est apud Herodotum lib. 7.*

ΜΩΜ. λέγε μόνον, ἀφῆ δέ, ὦ Ἀπόλλον, καὶ μὴ συνηγόρου καὶ αὐτὰ καὶ ἑρμηνέως δέομεν. καὶ γὰρ οὐκ ἀρνεία κρέα, ἢ χελώνη νῦν ἐν Λυδίᾳ ἕψεται· ἀλλὰ οἶδα ὡς ἐπὶ ὅπου ἡ σκέψις. ΖΕΥΣ. τί ποτε ἐρᾷς, ὦ τέκνον; ὡς τά γε περὶ τὸν χρησμοὺ, ταῦτα ἤδη φοβερά· ἡ χρόα τεταραμένη, οἱ ὀφθαλμοὶ περιφερῆς, κόμη ἀνασεσυρμένη, κίνημα κορυβαντῶδες, ἠ ὅλως, κατόχιμα πάντα, καὶ φρικώδη, καὶ μυστικά. ΑΠ.

Κέκλυτε μαντιπόλου τόδε θέσφατον Ἀπόλλωνος,
Ἀμφ' ἔριδος κρυερῆς, τὴν αἱρέες ἐξήσατο
Ὀξυδόαι, μύθοισι κορυσσόμενοι πυκινοῖσι.
Πολλὰ γὰρ ἔνθα ἠ ἔνθα μόθου ἑτεραλκέϊ χλωγμῷ,
Ταρφέος ἄχεα κόρυμβα κατὰ πλήσουσιν ἐχέτλης.
Ἀλλ' ὅταν αἰγυπιὸς γαμψώνυχος ἀκρίδα μύρμηξ,
Δὴ τότε λοίσθιον ὀμβεφόεσσι κλάγξουσι κορῶναι.
Νίκη δ' ἡμιόνων, ὀλίγον δοὰ τέκνα κορύψῃ.

ΖΕΥΣ. τί τοῦτο αἰνιξάμενος, ὦ Μῶμε, καὶ μάλα γελοῖα τὰ ἐν ποσὶ παῦσαι κακόδαιμον, ἀποπνιγήσῃ ὑπὸ τοῦ γέλωτος. ΜΩ. καὶ πῶς δυνατόν, ὦ Ζεῦ, ἐφ' οὕτω σαφεῖ καὶ προδήλῳ τῷ χρησμῷ; ΖΕΥΣ. σάκκου ἤδη καὶ ἡμῖν ἑρμηνεύοις αὐτὸν ὅ, τι καὶ λέγει. ΜΩ. πάνυ προδήλως, ὥστε οὐδὲν ἡμῖν Θεμιστοκλέους δεήσει. φησὶ γὰρ ὁ λόγιον οὑτοσὶ διαρρήδην, ὁπόταν μὲν εἰς τοῦτον, ἡμᾶς δὲ ὄνους καὶ ἡμιόνους, οἷς πιστεύσαντας αὐτῷ, οὐδὲ ὅσον αἱ ἀκρίδες τοῦ νοῦ ἔχοντας. ΗΡΑ. ἐγὼ δέ, ὦ πάτερ, εἰ καὶ μέτοικός εἰμι, οὐκ ὀκνήσω ὅμως τὰ δοκοῦντά μοι εἰπεῖν. ὁπότε γὰρ ἤδη συνελθόντες διαλέγονται περὶ καὶ τοῦ, ἐὰν μὲν ὁ Τιμοκλῆς ὑπερέχῃ, ἐάσωμεν προχωρεῖν τὸν συνοδικὸν ὑπὲρ ἡμῶν· ἐὰν δέ πι ἕτερον ἀποβαίνῃ, τότε ἤδη τὸν στοὰν αὐτὸν ἔγωγε, εἰ δοκεῖ, διαπεισάς, ἐμβαλῶ τοῦ Δάμιδι, ὡς μὴ καταφορος ὢν, ὑβρίζῃ ἐς ἡμᾶς.

ΜΩΜ. Ηφαιστε, ἰὼ Ηφαιστε, ἀγρίαν τὴν τόλμαν εἶπας, καὶ δεινῶς Βοιώτιον, ξὺν ἅπασι τοῖς κακοῖς ἐπιβουλεύσαι τῷ πατρὶ τοσούτοις, καὶ τοιούτοις τὴν σοφὴν, αὐτῷ Μαραθῶνι, καὶ Μιλτιάδῃ, καὶ Κυναιγείρῳ; καὶ πῶς ἂν τούτων συμπεσόντων, οἱ ῥήτορες ἔτι ῥητορεύοιεν, τίνα μεγίστην εἰς τοὺς λόγους ἔσοδον ἀφῃρημένοι; ἄλλως τε, ζῶντι μοί σοι, δίκαιον ἴσως τι προσθεῖναι τοιοῦτο· ἀφ' οὗ δὲ θεὸς γεγένησαι, μεμάθηκας, οἶμαι, ὡς αἱ Μοῖραι μόναι τὰ πάντα δύνανται, ἡμεῖς δὲ, αὐτῆς ἄμοιροι ἐσμέν. ΗΡ. Οὐκοῦν ὁπότε τὸν λέοντα, ἢ τὴν ὕδραν ἐφόνευον, αἱ Μοῖραι δ' ἐμοῦ σχῆμα ἐπρόσαπτον; ΖΕΥΣ. καὶ μάλα. ΗΡ. Εἶτ' οὖν ἴσως τις ὑβρίζῃ εἰς ἐμέ, ἢ πρεσβυλῶν μου τὸν νεών, ἢ ἀναιρούμενον ὃ ἄγαλμα, εἰ μὴ ταῖς Μοίραις πάλαι δεδογμένον ἦν, οὐκ ἐπιτρέψω αὐτόν; ΖΕ. ὑδαμῶς. ΗΡ. Οὐκοῦν ἄκουσον, ὦ Ζεῦ, μὴ παῤῥησίας. ἐγὼ γάρ, ὡς ὁ κωμικὸς ἔφη, ἄγριός εἰμι, τὸ σκάφιον, σκάφιον λέγων. εἰ τοιαῦτά ἐστι τὰ ὑμέτερα, μαχαίρᾳ χαίρειν φράσας ταῖς ἐκατόμβαις, καὶ κνίσῃ, καὶ ἱερείων αἵματι, κάτειμι εἰς τὸν ᾅδην, ὅπου με γυμνὸν ἔχοντα τὸ τόξον, καὶ τὰ εἴδωλα φοβηθήσεται τὴν ἐμοῦ πεφοινιγμένων θηρίων. ΖΕ. ἄγε, οἴκοθεν ὁ μύρτος, φασίν· ἀπέσωσας γοῦν τὸν Δάμιδα ταῦτα εἰπών· ἀλλὰ τίς ὁ σπουδῇ προσιών ἐστιν, ὁ χαλκοῦς, ὁ βύρσαμμος, ὁ βυρσέρραφος, ὁ ἐρχάμος τὴν αἰάδεσιν τῆς κόμης; μᾶλλον δ' ὁ σός, ὦ Ερμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγοραῖος, ὁ τοῦ Ποικίλου. πόθεν γοῦν αἰωρεῖ πλησίον, ὅσημέραι αἰωρούμενος τὴν ἀνάδεσιν ποιῶν; τί, ὦ παῖ, δρομαῖος ἡμῖν ἀφίξαι; ἢ που τι σὺ γῆς νεώτερον διαγγέλλεις; ΕΡ. ὤφελον, ὦ Ζεῦ, καὶ μυριάκις τῆς σπουδῆς δεόμενον. ΖΕ. λέγε ἤδη, εἴ τι καὶ σμικρὸν ἡμᾶς ἐπωφελήσαιμι λέληθεν. ΕΡ. ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν, ὑπόπτερόν τε, καὶ μεταφρενον· ὡραῖος δέ μοι τέλειος ἀμφὶ σώματι πλασθεὶς, παρηώρητο μιμηλῇ τῇ τέχνῃ, σφραγῖδα χρυσῆ πᾶσάν σὺν τυπούμενος· ὁρῶ δ' ὄχλον σείοντα,

A MO. Hercules, heu Hercules, quàm immane & barbarum est quod dixisti, & vehementer Bœoticum consilium, eadem opera volens tot vnà cum sceleſto Damide exitio absumere, ad hæc ipsam quoque porticum vnà cum Marathone & Miltiade atque Cynægiro diruere? Et quonam pacto his collapsis rhetores ampliùs debito fungerentur declamandi officio, maximo ad conscribendas orationes argumento priuati? Equidem ista viuenti tibi licuisset perpetrare: ex quo verò in Deorum numerum relatus es, factus & ipse diuinitatis particeps, didicisti, vt opinor, solas Parcas effecta redde- B re posse talia: porrò nos eiusmodi perficiendæ facultatis expertes esse. HER. Proinde, quando leonem aut Hydram claua illisa letho dedi, Parcæ per me ista operatæ sunt? IVPI. Sanè verò. HER. Ac nunc si quis contumelia petulanter me impeteret, aut templum nefario sacrilegio compilaret, aut statuam meam subuerteret, nisi iam olim Parcis visum foret, non conteram illum scilicet? IVP. Nequaquam. HER. Ergo me cum libertate dicentem quæ sentio, audi ô Iupiter. Ego enim, vt comicus ait, homo C sum agrestis & rusticus, ligonē, ligonem vocans. Si ad hunc modum res nostræ se habent: honoribus, nidori, ac sacrificiorum sanguini, quibus hîc fruimur, lōgum valere iussis, in Orcum descendam, vbi me nudum arcum habentem, saltem demortuorum vmbræ & idola pertimescent, propter feras terribiles ac monstra à me passim trucidata. IVPI. Euge testem, quod aiunt, domo adductum. Conseruasti igitur Damidi ista ad dicen- *Hermes Agoraeus, qui ad Pœcilā areus stat, vt & Pausanias annotauit.*
dum subiiciens. Sed quis tanto accedit properandi studio? nempe æreus ille est, D prōbè politus, & exactè expressus, sublimata in morem priscorum coma. Magis verò tuus est ô Mercuri frater, forensis ille, cuius circa porticum Variam crebra est cōuersatio: proinde pice oppletus est, quippe qui in dies singulos à statuariis refingitur. Quid hoc nate, cur tanto cursu ad nos contendis? Nunquid nouarum rerum quippiam è terris annuncias? HERMAG. Ingens quiddam ô Iupiter, quódque summam & maximam requirat operam & diligentiam. IVPI. Quin ergo actutum expromis sicubi aliquid fortè mali nobis ignorātibus subortum sit? HERMAG. Cùm ad porticum iam fabricarer æreus, ac pétque dorsum pérque pectus iungerer, & factus ineptè corpori thorax meo appendêret, nec arte dispari foret ex ære totus additus mihi balteus, turbam video tumultuantem accurrere,

*Ibi enim illorum effigies & tota Marathonia pugna depicta erat, vt Pausanias testatur.*

uâ cum duo ſophiſtici certaminis ibant periti, fronte triſti ac pallida pugiles, Damis, &. IVPIT. Parce precor optime Hermagora verbis intonare tragicis. Noui enim quos dicis. Sed age hoc mihi expedi, non iam dudum conſertis manibus in pugnam deſcenderunt? HERM. Nondum, ſed adhuc in initio velitaris pugnæ ac intra teli iactum cõſtituti ſunt, funda iaculantes: & alternis eminùs conuiciis mutuò ſe petunt. IVPIT. Quid ergo nobis porrò faciendum eſt ô ſuperi? an non prolato capite auſcultandum? Quocirca Horæ oſtiariæ iam auferant à ianua peſſulum, ac deductis nubibus Olympi portas reſerent. O Hercules, quanta multitudo hominum ad audiendum confluxit! Cæterùm Timocles ille non admodum mihi placet, ita perturbato animo trepidans, funditus hodie perditurus eſt omnia. Neque enim dubiis argumentis indicat, nullo modo Damidis impreſſionem ac impetum ſe perpeſſurum. Sed quod nobis factu eſt facillimum, vota pro illo faciamus nobiſcum, ac tacitè, ne Damis inaudiat iſta. TIMO. Quid verò ais Dami ſacrilege? nullos eſſe Deos, neque eoſdem quicquam in rebus humanis prouidere? DA. Non: ſed tu mihi priùs reſponde, quo ſermone perſuaſus illos eſſe credidiſti? TIM. Nequaquam, ſed tu mihi ô ſcelerate reſpõde. DA. Non inquam, ſed tu. IVP. Hac equidem vna ratione noſter præpollet multo maximè: nam vocaliùs & intenſiùs exaſperat omnia. Euge verò ô Timocles, multa mala in hominem perditum ingere conuicia. In hoc enim omnis tua vis ſita eſt, vt maximè aliàs ipſis piſcibus mutiorem te eſſe declaret, os tibi opprimens. TIM. Atqui per Mineruam, prior tibi nunquam reſpondebo. DA. Proinde ô Timocles, roga. Siquidem in hoc iam viciſti, poſtquam iuràueris. ſed enim, ſi videtur, citra blaſphemias. TIM. Rectè mones ô execranda bellua. Nulláne videntur tibi ſuperi vti prouidentia? DA. Nulla. TIM. Quid ais? omnia ergo fortuitò contingunt, & citra Deorum prouidentiam? DAMIS. Sanè verò. TIM. Neque vllius Dei cura quicquam ordinatur aut diſponitur? DAMIS. Non. TIM. Cuncta verò temere feruntur, & caſu fortuito? DA. Sanè. TIM. Cæterùm vos ciues iſta audientes impune ſuffertis huius execrandas in deos blaſphemias, nec ſceleratum hunc ſaxis obruitis? DA. Quid verò hominum animos in me exaſperas, ô Timocles?

*Nam Homerus cœli oſtiarias fecit.*

καὶ τινας δύο ὠχροὺς κεκαφηκότας, πυγμάχους σοφισμάτων, Δάμιν τε, καὶ. ΖΕΥΣ. παύου, ὦ Ερμαγόρα βέλπτε, τραγῳδῶν. οἶδα γὰρ οὓς τινας λέγῃς, ἀλλ' ἐκφύσει μοι φράσον, εἰ πάλαι συῤῥοτεῖται αὐτοῖς ἢ ἔρεις. ΕΡ. οὐδέπω, ἀλλ' ἐν ἀκροβολισμοῖς ἔτι ἐσμὲν, ἀποσφενδονῶντες ἀλλήλοις, πόῤῥωθεν πολεμοδρυμῶντες. ΖΕ. τί οὖν ἔτι χρὴ ποιεῖν λοιπὸν, ὦ θεοὶ, ἢ ἀκροᾶσθαι ὀπικὼφαντῆς αὐτῆς; ὥστε ἀφαιρείτωσαν αἱ Ὧραι τὸν μοχλὸν ἤδη, καὶ ἀπάγουσαι τὰ νέφη, ἀναπετάσωσι τὰς πύλας τῆς ὀχήσεως. Ηράκλης, ὅσον ὁ πλῆθος ὅτι τῶν ἀκροασομένων ἀπηντήκασιν. ὁ δὲ Τιμοκλῆς οὑτοσί, ὑπό μοι δρέπει ὑποπτέρυγι, καὶ παρατρόμως, ἀπολεῖ πάντα σήμερον. δῆλος γοῦν ὢν οὐδὲ αὐτὸς πάσχεσθαι τῷ Δάμιδι δυνησόμενος, ἀλλ' ὅσῳ ἡμῶν δυνατώτατον, εὐχώμεθα ὑπὲρ αὐτοῦ Σιγῇ, ἐφ' ἡμείων, ἵνα μὴ Δάμις γε πύθηται. ΤΙΜΟ. τί φῄς, ὦ ἱερόσυλε Δάμι, θεοὺς μὴ εἶναι, μηδὲ προνοεῖν τῶν ἀνθρώπων; ΔΑΜ. οὐκ, ἀλλὰ σὺ πρότερος ἀπόκριναί μοι, ᾧ τίνι λόγῳ ἐπείσθης εἶναι αὐτούς. ΤΙΜΟ. οὐμνοῶ, ἀλλὰ σύ, ὦ μιαρὲ, ἀπόκριναι. ΔΑ. οὐμνοῶ, ἀλλὰ σύ. ΖΕ. ταυτὶ μὲν πάνδεινόν γε ὁ ἡμέτερος ἄμεινον καὶ βαθυφωνότερον τραχύνεται. ἴθι, ὦ Τιμόκλῆς, ἐπὶ τὴν βλασφημίαν· σὲ γὰρ τοῦτό σοι, ὅ κρίτος ὡς τἄλλα, ἐγχρῶ σε ἀποφανῆ, ὀπισομίζων. ΤΙΜΟ. ἀλλὰ, μὰ τὴν Αθηναῖαν, οὐκ ἀποκρινάμενός σοι πρότερος. ΔΑ. ὀκνῶ, ὦ Τιμόκλῆς, ἐρωτᾶ· ἐκράτησας γὰρ τῷ γε, ὀμομοχῶς· ἀλλ' αὖθις τῆς βλασφημίας, εἰ δοκεῖ. ΤΙΜ. ἆ λέγῃς, εἰπὲ οὖν μοι, οὐ δοκοῦσί σοι, ὦ καταράτε, πρόνοιαν οἱ θεοί, ΔΑ. ὑδαμῶς. ΤΙΜ. τί φῄς; ἀπρονόητα οὖν ταῦτα πάντα; ΔΑ. ναί. ΤΙ. ὑπὸ τινι οὖν θεῷ τάττεται ἢ τῶν ὅλων ὀπιμέλεια; ΔΑΜ. οὔ. ΤΙΜ. πάντα δὲ εἰκῇ φέρεται ἀλόγῳ τῇ φορᾷ; ΔΑ. ναί. ΤΙ. εἶτ' αὖ, θεσπροι ταῦτα ἀκούοντες, ἀνέχεσθε, καὶ οὐ καταλεύσετε τὸν ἀληθέστατον; ΔΑ. τί τοὺς ἀνθρώπους ἐπ' ἐμὲ παροξύνῃς, ὦ Τιμόκλῆς;

ἢ τίς

ἢ τίς ὢν, ἀγαναχτεῖς ἐπ' ἐμοὶ θεῶν, καὶ A Aut quémnam te esse dicam, qui Deorum gratia magno aduersus me stomacho exacerbatus es, præsertim illis ipsis nequaquam indignè ferentibus? Iam enim olim ista audientes, nondum vlla re mala aut acerba me affecerunt: nescio tamen si ista audiunt. TIM. Audiunt ista, ô Damí, audiunt, cæterùm in aliud tempus grauibus suppliciis te excarnificandũ reseruant. D A. Et quando illi de me cogitando tantum à rebus suis sibi sumerent otij, tot ac tantis, vt tu mihi perhibes, districti occupationibus, res quæ sunt per mundum innumeras disponentes, adeò vt te quoque nondum ob tua B nefanda periuria dignis supplicijs affecerint, neque non ob cætera nefaria flagitia, ne & mihi necessitate coacto ad conuitia & maledicentiam propter probra falsò obiecta confugiendum sit? Et me hercle non video quo certiore argumento suam testatam facere possint prouidentiam superi, quàm si te malum & nefarium malis exemplis cruciatum perderent. Atqui pro certo constat illos peregre esse profectos, supra Oceanum fortasse, ad inculpatos Æthiopas. Solent enim crebrò ad illos ire comessatum, & C profectò nonnunquam inuocati. TIMO. Quid ad tam impudentem & blasphemam contumeliam tibi respondeam ô Dami? D A. Nimirum illud quod iam olim auidissimè audire desiderabam, nempe qua ratione persuasus, Deos prouidere existimas. TIM. Equidem ipso rerum quotidie accidentium ordine primùm ad hoc credendum inductus sum, nempe quod Sol subinde diurni spacij cursu suum iter conficiat: ad eundem quoque modum Luna perpetuo tenore eat ac redeat. Tum alterna stellarum vicissitudo, & plantæ è terra succrescentes, & animantia in dies singulos nascentia. Quódque eadem tanta industria procreata sic alantur, sic moueantur, sic cogitent, sic incedant. quódque ea sit ratio ędificandi, ea incidendi coria. Quę omnia, aliáque id genus innumera mihi clarissima & certissima vidẽtur esse diuinæ prouidentiæ indicia. D A. Tu quidem Timocles quæstionem discerpis: neque enim clarum aut certum est, num horum quodque disponente prouidentia conficiatur. Cæterùm quòd hæc fiant, nec ipse negauerim: non tamen ideo mox persuasus sum vt credam ista necessariò ac quodam coactu prouidentiæ fieri. Iam enim aliàs incepta sunt, & nunc pari vicissitudine eadémque via constituuntur: tu verò harum rerum ordinem necessitatem vocas. Deinde videlicet indignaris si quis à sententia tua dissentit, cùm ea quæ fiant, enume-

*Alludit ad Homeri locum Ilia. 1.*

ταῦτα, ἐκείνων αὐτῶν οὐκ ἀγαναχτούντων; οἵ γε οὐδὲν δεινὸν ἀφ' ἑτέρου πάλαι ἀκούοντες, εἴ γε ἀκούουσι. TIM. ἀκούουσι γὰρ, ὦ Δάμι, ἀκούουσι, καί σε μετίασι ποτὲ χρόνῳ ὕστερον. Δ Α. καὶ πότε αὖ σκῆπτροι χολὴν ἀγάγοιεν ἐπ' ἐμὲ, ταῦτα, ὡς φὴς, πρᾶγματα ἔχοντες, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ἄπειρα ὄντα, οἰκονομούμενοι; ὥστε οὐδέ σέ πω ἠμύναντο ὧν ὑπορκεῖς ἀεὶ, καὶ τῶν ἄλλων, ἵνα μὴ βλασφημεῖν καὶ αὐτὸς αἰσχύνωμαι τοῦδε τὰ συγκείμενα. καίτοι οὐχ ὁρῶ ὅπῃ τινα ἂν ἄλλῃ ὑπόδυξιν τῆς ἑαυτῶν προνοίας μείζω ἐξενεγκεῖν ἐδύναντο, ἢ σὲ κακὸν, κακῶς ὑπιτείψαντες, ἀλλ' ἐκεῖ δῆλοί εἰσιν ἀποδημοῦντες ἐπ' τὸν Ωκεανὸν ἴσως μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας. ἔδος γοῦν αὐτοῖς συνεχῶς ἰέναι πρὸς αὐτοὺς ὑπὸ δαῖτα, καὶ ἀνεπαγγέλτως ἐνίοτε. TIM. τί πρὸς ταῦτ' ἂν ἀναισχυντίαν εἴποιμι, ὦ Δάμι; Δ Α. σκέψο, ὦ Τιμόκλες, ὁ πάλαι ἐγὼ ἐπόθουν ἀκοῦσαί σου, ὅπως ἐπείσθης οἴεσθαι πρόνοιάν τινος θεούς. TIMO. ἡ παῖς με πρῶτον τῶν γιγνομένων ἔπεισεν, ὁ ἥλιος ἀεὶ τὸν αὐτὸν ὁδὸν ἰὼν, καὶ σελήνη κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὧραι τρεπόμεναι, καὶ φυτὰ φυόμενα, καὶ ζῶα γεννώμενα, καὶ αὐτὰ ταῦτα ἅπαντα μηχανῶς κατεσκευασμένα, ὡς τρέφεσθαι, καὶ αὐξεσθαι, καὶ σπόρου, καὶ βαδίζειν, καὶ τεκταίνεσθαι, καὶ σκυτοτομεῖν, καὶ πάλλα ταῦτα προνοίας ἔργα εἶναί μοι δοκεῖ. Δ Α. αὐτὸ που τὸ ζητούμενον, ὦ Τιμόκλες, συναρπάζεις. οὐδέπω γὰρ δῆλον, εἰ προνοίᾳ τούτων ἕκαστον ὑπιτελεῖται· ἀλλ' ὅτι μὲν τοιαῦτά ἐστι τὰ γιγνόμενα, φαίην ἂν κἀγὼ· οὐ μὴν αὐτίκα πεπεῖσθαι ἀνάγκη, ὡς ὑπό τινος προμηθείας αὐτὰ γίγνεσθαι. ἕνι γὰρ ὡς ἄλλως ἔρχεσθαι, καὶ ὁμοίως, ὡς ἐπὶ ταῦτα συνίεσθαι, σὺ δὲ, τάξιν αὐτῶν ὀνομάζεις τὴν ἀνάγκην. εἶτα δηλαδὴ ἀγαναχτήσεις, εἴ τις σοι μὴ ἀκολουθοίη, τὰ γιγνόμενα μὴ, ὁποῖά ἐστι, κατα-

res ac laudibus efferas, existimans hisce demõstrasse etiam vnumquodque illorũ immutari posse prouidentia. Itaque iuxta Comicum, hoc profectò quod adduxisti, friuolum est: proinde aliud adducito. TIM. Equidem ego in ea sum sententia, vt putem aliam demõstrationem huic rei comprobandæ mihi non esse adducendam: attamen ego te interrogabo, cæterùm tu mihi responde. Videtúrne tibi Homerus fuisse poëtarum præstantissimus? D A. Et valde quidem. TIM O. Huic ergo ipsi ego fidem habui, Deorum prouidentiam haud obscurè asserenti. D A. Atqui ô admirande, poëtã me hercle excellentem fuisse Homerum, omnes tibi haud difficulter assentimur: porrò autem testem super hisce rebus fide dignum aut hunc aut alium poëtam vllum esse, id verò nullo modo concedimus. Neque enim veritatis proferendæ curam illis fuisse constanter opinor, sed vt audientium animos verborum lenociniis atque dulcedine demulcerent. Quapropter & versiculos cantillant, & fabularum inuolucris perstrepunt, ac breuiter super fumo machinantur omnia. Perlibenter verò ex te audirem, quibúsnam Homeri dictis maximè in hanc opinionem esses adductus. Nunquid iis, quæ de Ioue memoriæ prodidit, quomodo illum insidiosè petitum vinclis constringere voluerint & filia & frater & vxor eius? Et nisi Thetis indignum facinus miserata, Briareum Ioui in auxilium aduocasset, optimus ille Iupiter nobis constrictus atque discerptus fuisset. Pro quibus memor dati à Thetide beneficij, ludit Agamemnonem somnio quodam fallaci immisso, in hoc, vt multi ex Achiuis hostili manu perempti occumberent. Vide verò quàm non facile & prõptum Ioui fuerit fulminis extorti incendio inflammare Agamemnonem, nisi miseris modis illum decepisset. Aut illa fortasse omnium maximè tibi audienti fidem fecerunt, quemadmodum Diomedes Veneris manum vulnere violauerit, atque etiam Martem ipsum Mineruæ impulsu. Aliquanto verò pòst ipsi cælites furore collapsi, singulari inter sese certamine mixtim masculi & fœminæ prælia-

*Iliad. 5.*

ti sunt. Ac Minerua quidem Martem superatum prosternit, quippe quem tardatum ac fessum vulnere, opinor, quod paulo antè à Diomede acceperat, adorta

*Iliad. 9.*

sit. *Contrà Latonam steterat Cyllenia proles.* Aut fortè ea quæ super Diana nugatus est, probabiliter tibi dicta visa sunt, quemadmodum ipsa nimiùm querula indignanter & malignè tulerit quòd sola ad epulas conuiuales ab Oeneo vocata non fuerat:

A εὐθυμυθῶ, καὶ ἐπαινοῦντι, οἰομένῳ δὲ ἀπόδειξιν ζητεῖν τοῦτο εἶναι, τὴν τῆς προνοίας ἀλλαχόθεν αὐτῶν ἕκαστον. ὥστε κατὰ τὸν κωμικὸν, Τουτὶ μὲν ὑπομόσασθαι, ἄλλο δέ μοι λέγε. TIM. ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι καὶ ἄλλης ὑπὲρ τούτου δεῖν ἀποδείξεως. ἔμπας δ' οὖν ἐρῶ, ἀποκρίναι γάρ μοι· Ὅμηρός σοι δοκεῖ ἄριστος ποιητὴς γεγενῆσθαι; Δ Α. καὶ μάλα. TIM. Οὐκοῦν ἐκείνῳ ἐπείσθημεν, τῇ τῆς προνοίας τῶν θεῶν ἐμφανίζοντι. Δ Α. ἀλλ', ὦ θαυμάσιε, ποιητὴν μὲν ἀγαθὸν Ὅμηρον ἡγεμόνες, πάντες σοι συνομολογήσουσι, μάρτυρα δὲ ἀληθῆ

B περὶ τῶν τοιούτων, ὅτι ἐκεῖνον, ὅτε ἄλλον ποιητὴν οὐδένα. ὅτε γὰρ ἀληθείας μέλειν αὐτοῖς οἶμαι, ἀλλὰ τῇ κηλούσῃ τὰς ἀκοὰς, καὶ ὑφ' ἡδονῆς, μέθης τε καταδέσει, καὶ μύθοις κατηχοῦσι, καὶ ὅλως, ἅπαντα ὑπὲρ τῆς τερπνῆς μηχανῶνται. ἀτὰρ ἥδέως αὖ ἀκούσαιμι οἷς ποτε μάλιστα ἐπείσθης τῶν Ὁμήρου· ἆρα οἷς περὶ τῆς Διὸς λέχους, ὡς ἐπεβούλευον σφῶν δῆσαι αὐτὸν ἡ θυγάτηρ, καὶ ὁ ἀδελφὸς, καὶ ἡ γυνή; καὶ εἴτε μὴ τὸν Βριάρεων ἡ Θέτις ἐκάλεσεν, ἐλεήσασα δὲ μεγάλως, ἐπεπέδητο αὖ ἡμῖν ὁ βέλτι-

C στος Ζεύς, σφαραγηθείς. αἰθ' ὧν καὶ ἀποφηναμένου τῇ Θέτιδι τὸν εὐεργέτησαν, ὄζα πατὴρ τὸν Ἀγαμέμνονα, ὄνειρόν τινα ψευδῆ ὑπαπέμψας, ὡς πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἀποθάνοιεν. ὁρᾷς; ἀδυώπατον γὰρ ἦν αὐτῷ, χειρωνὸν ἐμβαλόντι, καταφλέξαι τὸν Ἀγαμέμνονα αὐτὸν, αἰδοῦ γε ἀπατεῶνα τῆς δοκεῖν. ἢ σκιά σε μᾶλλον εἰς τὸν πίστιν ἐπεσπάσατο ἀκούοντα, ὡς Διομήδης μὲν ἔρωσε τὴν Ἀφροδίτην, εἶτα τὸν Ἄρεα αὐτὸν, Ἀθηνᾶς συλλαχελθούσης, μικρὸν ὑπ' αὐτοῦ συμπεσόντες οἱ θεοὶ, ἐμονομαχήσαν ἀναμὶξ ἄρρενές τε, καὶ θήλεαι, καὶ Ἀθηνᾶ μὲν, Ἄρεα καταγωνίζεται, ἄτε καὶ πεπονηκότα, οἶμαι, ἐκ τοῦ βάματος, ὁ δὲ τὸν Διομήδους εἰλήφει. Λητοῖ δ' αὐτέῃ σῶκος ἐοικώς Ἑρμῆς. ἢ τὰ μὲν τὴν Ἀρτέμιδος σοι πιθανὰ ἔδοξεν, ὡς ἐκείνη μεμψιμοιρήσασα, ἠγανάκτησεν, ὅτι κληθεῖσα ἐφ' ἑστίασιν οὐκ ἦν τοῦ Οἰνέως.

καὶ δῆλα τοῦτο, σεσῖτίνα ὑποφυᾶ, καὶ αὐτὸ- A ac propterea aprum inusitatę magnitu-
σαν τῷ ἀλκὴν, ἐπαφῆκεν ὅτι τῷ χώρᾳ dinis ac roboris inauditi in regionem il-
αὐτῶ. ἆρα οὕτω τὰ τοιαῦτα λέγων σε Ομηρος lius immisit. Nunquid ergo talia legen-
πέπεικε; Z E. βαβαῖ. ἡλίκον, ὦ θεοὶ, ἀνέ- tem te persuasit Homerus? I V P. Papæ
βόησε ὁ πλῆθος, ἐπαινοῦντες τὸν Δάμιν· ὁ δ' quanta turbæ acclamatio ô superi consecuta
ἡμέτερος, ἀποροῦντι μάλιστ' ἔοικε· δέδιε γοῦν, καὶ est Damin collaudantis! Noster
ὑποτρέμει, καὶ δῆλός ἐστιν ἀπορρίψων τῷ ἀσπίδα, verò hæsitanti & perplexo similis esse
καὶ ἤδη περιβλέπει οἱ πρόσθεν δραμεῖται. TI. videtur. Proinde animo meticuloso tur-
ὑπὸ Εὐριπίδης ἆρά σοι δοκεῖ λέγειν τι ὑγιές, batus subtrepidat, ac planè clypeum se
ὁπότομ αὖθις ἀναβιβασάμενος τοὺς θεοὺς ὅτι τῷ σκηνῷ, abiecturum haud obscurè præ se fert. Et
σώζοντας μὲν τοὺς χρηστοὺς τῶν ἡρώων, τοὺς πο- iam quidem circumfert oculos, vbinam
νηροὺς δὲ, καὶ τῷ ἀσεβεῖσθαι κατὰ σε, διαπείροντας; è turba elapsus aufugiat. T I M O C.
B Δ A. Ἀλλ', ὦ γλυκύτατε Φιλοσόφων Proinde neque Euripides quicquam sa-
Τιμόκλεις, εἰ ταῦτα ποιοῦντες οἱ τραγῳδοὶ ni tibi dicere videtur, quoties in scē-
πεπείκασί σε, ἀνάγκη δυοῖν θατέρου, ἢ τοὺς Πῶ- nam introductis Diis, perspicuè indi-
λον, καὶ Αἰσχύλημον, καὶ Σάτυρον, ἡγεῖσθαί σε cat, illorum auxilio bonos ex heroibus
θεοὺς εἶναι τότε, ἢ τὰ πρόσωπα τῶν θεῶν αὐτὰ, seruari, improbos autem propter im-
καὶ τοὺς ἐμβάδας, καὶ τοὺς ποδήρεις χιτῶνας, καὶ pietatem crudeliter perdi? D A. Atqui
χλαμύδας, καὶ χειρίδας, καὶ περιστρίδια, καὶ Timocles, philosophorum generosissi-
σωμάτια, καὶ πάλιν, οἷς σκέπονται σεμνύνοντι τῇ me, si hæc facientes poëtæ tragici te per-
τραγῳδίαν, ὥσπερ καὶ γελοιότατον οἶμαι. ἐπεὶ suaserint, necessum est alterum ex his
καθ' ἑαυτὸν ὁπότομ ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπει- duobus consequi, vt aut Polum & Ari-
C γούσης τῆς χρείας, τῇ δραμεῖ τὰ δοκοῦντα οἱ stodemum & Satyrum deos esse existi-
λέγῃ, ἀκούσῃ αὐτοῦ ποτε παῤῥησιαζομένου, mes, aut Deorum personas esse hæc ipsa,
Ὅστις τὸν ὑψοῦ, τὸν θ' ἁπανταχοῦ αἰθέρα, nempe calceos ac tunicas ad pedes vsque
Καὶ γῆν περιξ ἔχοντ' ὑγρᾶς ἐν ἀγκάλαις, porrectas, & chlamydes & chirothecas
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν. καὶ πάλιν, & ventriculos & corpuscula, aliáque id
Ζεύς, ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεύς. ἐγὼ οὐκ οἶδα, πλὴν λόγῳ genus innumera, quibus illi tragœdiam
γε κλύων. καὶ τὰ τοιαῦτα. TIM. ἀκούω exornare solent: quod ego absurdissi-
ἁπάντων ἀνθρώπων, καὶ τὰ ἔθνη, ὀξυπατίων- mum esse arbitror. Alioqui per se quo-
των, θεοὺς νομίζοντες, καὶ πανηγυρίζοντες. ties nulla necessitate vrgente suam in fa-
Δ A. δεῦρο, ὦ Τιμόκλεις, ὅτι με ὑπέμνη- bulis opinionem explicat? Audiuistine
σας τῶν κατὰ τὰ ἔθνη νομιζομένων, ἀφ' ὧν μά- vnquam & hæc ab illo prolata liberè:
λιστα σεμνύδοι τις ἄν, ὡς τε σοφὸν εἶναι ὁ πε- Vides supernum simul & immensum æ-
D ρὶ θεῶν λόγος πῶς ἔχῃ. πολλὴ γὰρ ἡ ταραχὴ, thera, Terram humidis circa tenen-
καὶ ἄλλοι ἄλλα νομίζουσι, Σκύθαι μὲν, Ακι- tem in brachiis? Illum, Iouem arbitra-
νάκην θύοντες, καὶ Θρᾷκες Ζαμόλξιδι, δρα- re, necnon hanc, deam. Et rursus: Qui-
πέτῃ ἀνθρώπῳ ἐκ Σάμου, ὡς αὐτοῖς ἥκοντι, cunque Iupiter Deus sit, nescio, Nisi
Φρύγες δὲ, Μιῇ, καὶ Αἰθίοπες, ἡμέρᾳ, quòd Iouem sermone vulgi audiuerim.
καὶ Κυλλήνιοι, Φαλήτι, καὶ Ασσύριοι, περι- TIM. Proinde omnes homines & gen-
στερᾷ, καὶ Πέρσαι, πυρὶ, καὶ Αἰγύπτιοι, ὕδα- tes turpiter decipiuntur, deos esse exi-
τι. καίτοι μὲν ἅπασι κοινὸν τοῖς Αἰγυπτίοις τὸ stimantes, eorúmque dies festos magna re-
ὕδωρ, ἰδίᾳ δὲ, Μεμφίταις μὲν, ὁ βοῦς, θεός· ligione celebrantes. D A. Euge ô Timo-
cles, quoniam in memoriam mihi reuo-
casti gentium opinionem, quam de diis
obtinent. Ab illa verò maximè licet in-
telligere quàm nihil firmum & stabile
in se habeat quæ de Diis fertur ora-
tio. Multa enim est & conturbata o-
pinionum confusio, ac planè alij alia
opinantur. Siquidem Scythæ Acinaci
sacrificant, Thraces Zamolxidi homi-
ni fugitiuo, quem ex Samo ad illos de-
latum esse constat, Phryges autem Lu-
næ, Æthiopes diei, Cylleni Phaleti, co-
lumbæ Assyrij, Persæ igni, Ægyptij aquæ: ac omnibus quidem Ægyptiis aqua
pro Deo communiter colitur. Cæterùm priuatim Memphitis quidem bos, deus est,

Pelusiotis verò cepe: iam aliis ciconia aut crocodilus, aliis cynocephalus, aut feles, aut simia. Præterea vicatim, his quidem dexter humerus deus est, cæteris verò è regione habitãtibus, siniſter. Item aliis dimidia pars capitis, aliis poculum Samium, aut catinus. Nónne hæc tibi videntur risu prosequenda esse, ô bone Timocles? M O. Nónne prædicebam ô Dij ista omnia ventura in propatulum, ac fore vt exactè indagarentur? I V P I. Dixisti ô Mome, & nos rectè obiurgasti. Ego verò his omnibus diligenter emendatis mederi conabor præsenti euitato periculo. T I M O. Atqui tu ô deorum hostis acerrime, oracula & rerum futurarum prædictiones, cuius opus esse dices? nonne deorum, eorundémque prouidentiæ? D A. Tace verò de oraculis, virorum optime, alioqui ex te quæram, cuius rei gratia illorum potissimùm mentionem feceris. Nunquid illius gratia, quod Pythius Lydo respondit? Quàm verò callidè sermone vsus est ancipiti, cuiusmodi sunt quædam Mercuriales imagunculæ duplices, & vtrinque similes, ad quancunque illarum partem te verteris: an potiùs Crœsus traiecto Hale, suum ipsius, an Cyri imperium subuersurus est? Attamen non paucis talentis Sardianum illud exitium vocem hanc ambiguam mercatum est. MO. Hæc ipsa ô superi vir iste commemorat, quæ omnium maximè pertimui. Vbi nunc noster est festiuus ille citharœdus? Quin profectus tuam existimationem ipse tueris obiecta refellendo? I V P. Tu quidem nos mactas, ô Mome, nequaquam in tempore nunc obiurgationibus increpans. T I M O. Vide qualia facis ô scelerate Dami, qui propemodum ipsa quoque Deorum simulacra vnà cum aris non verearis subuertere. D A. Haud omnes aras subuerti cupio, ô bone Timocles. Quid enim mali adferunt, si thymiamatum odore & fragrantia plenæ sint? Cæterùm Dianæ aras quæ in Tauris substructæ feruntur, non illibenter funditus euersas viderem, super quas ipsa virgo conuiuium magna alacritate agitare solet. I V P I T. Vnde verò nobis hoc insuperabile malũ obiicitur? Quàm nulli deorum parcit hic vir, nullius numen reueritus, sed tanquam ex plaustro magna libertate omnes carpit ac lacerat, nullóque discrimine in vniuersos debacchatur, iuxtà fontes atque innocẽtes?

Πλησιοτώταις δὲ, κρόμυον καὶ ἄλλοις, ἶβις, ἢ κροκόδιλος, καὶ ἄλλοις, κυνοκέφαλος, ἢ αἴλουρος, ἢ πίθηκος· καὶ ἐπὶ κῶμας, τοῖς μὲν ὁ δεξιὸς ὦμος θεός· τοῖς δὲ κατ' ἀντικρὺ οἰκοῦσιν, ἕτερος, καὶ ἄλλοις, κεφαλῆς ἡμίτομον, καὶ ἄλλοις, ποτήριον κεραμεοῦν, ἢ τρύβλιον. ταῦτα πῶς οὐ γέλως ὅσον, ὦ καλὲ Τιμόκλες; M Ω. οὐκ ἔλεγον, ὦ θεοὶ, ταῦτα πάντα ἥξειν εἰς τὸ μέσον, καὶ ἀκριβῶς ἐξετασθήσεσθαι; Z E Υ Σ. ἔλεγες, ὦ Μῶμε, καὶ ἐπιτίμας ὀρθῶς, καὶ ἐγὼ πειράσομαι ἐπανορθώσασθαι αὐτὰ, ἵνα τὸν ἐν ποσὶ κίνδυνον ἀφαφύγωμεν. T I. ἀλλ', ὦ θεοῖς ἐχθρὲ σὺ, τοὺς χρησμοὺς, καὶ τὴν προμαντικὴν τῶν ἐσομένων, τίνος ἔργον αὐτὴν εἶπες, ἢ θεῶν, καὶ τῆς προνοίας τῆς ἐκείνων; Δ A M. σιώπησον, ὦ ἄνεμε, περὶ τῶν χρησμῶν, ἐπεὶ ἐρήσομαί σε, τίνος αὐτῶν μάλιστα μεμνῆσθαι ἀξιοῖς. ἆρ' ἐκείνου, ὃν τῷ Λυδῷ ὁ Πύθιος ἔχρησεν; ὃς ἀκριβῶς ἀμφίκηλος ἦν, καὶ διπροσωπος, οἷοί εἰσι τοῦ Ἑρμοῦ ἔνιοι, διπλοῖ, καὶ ἀμφοτέρωθεν ὅμοιοι, καὶ πρὸς ὁπότερον αὖ αὐτῶν μέρος ὑπισχνῆται ἢ τὶ μᾶλλον, ὁ Κροῖσος διαβὰς τὸν Ἅλυν, τὴν αὑτοῦ ἀρχὴν, ἢ τὴν Κύρου καταλύσει; κἤτοι σὺν ὀλίγων ταλάντων ὁ Σαρδιανὸς ἐκεῖνος ὄλεθρος, ὃ ἀμφιδέξιον τοῦτο ἔπος ἐπρίατο. M Ω. αὐτά που, ὦ θεοὶ, αὐτὴν διεξέρχεται, λέγων, ἃ ἐγὼ ἐδεδίειν μάλιστα. ποῦ νυνὶ ὁ καλὸς ἡμῖν κιθαρῳδὸς; ἀπολογησάμενος αὐτῷ κατελθὼν πρὸς ταῦτα. Z E Υ Σ. σὺ ἡμᾶς ὑπισχνῇ, ὦ Μῶμε, σὺν σοὶ χαριῶν νῷ ὑπομνῆσαι. T I M O. ὅρα οἷα ποιῇς, ὦ ἀλιτήριε Δάμι, μονονουχὶ τὰ ἕδη αὐτὰ τῶν θεῶν διαπέπεις τῷ λόγῳ, καὶ βωμοὺς αὐτῶν. Δ A M. οὐ πάνυ ἔγωγε τοὺς βωμοὺς, ὦ Τιμόκλες. ἢ γὰρ ἂν δεινὸν ἀπ' αὐτῶν γίγνεται, εἰ θυμιαμάτων καὶ εὐωδίας μεστοί εἰσι; τοὺς δὲ ἐν Ταύροις τῆς Ἀρτέμιδος, ἡδέως ἂν ἐπεῖδον, σὺν βάθρῳ ὅτι κεφαλαὶ αἰχμαλώτων, ἐφ' ὧν τοιαῦτα ἡ παρθένος εὐωχουμένη ἔχαιρε. Z E Υ Σ. τοῦτ' οὖν πόθεν ἡμῖν ὁ ἄνεμος κακὸν ἐπηχεῖ, ὡς δαιμόνων οὐδενὸς ἂν φείδεται, ἀλλ' ὀξὺ ἀμάξης πρῆνες ἁρπάζεται, καὶ Μαρτοῖ ἐξείης, ὅστ' ἄπιος, ὅστε καὶ ὁκί.

ΜΩ. ἢ μὰν ὀλίγους αὖ, ὦ Ζεῦ, τοὺς αἰτίους δίκης ἐν ἡμῖν· καί που πάλαι τοιοῦτόν τινα καὶ τὸν ἀνδρα ἄψεται καὶ τῶν κορυφαίων τινός. ΤΙΜΟ. οὐδὲ βροντῶντος αὐτοῦ τοῦ Διὸς ἀκούεις, ὦ θρασύτατε Δάμι; ΔΑ. καὶ πῶς ὃ μέλλω βροντᾶς ἀκούειν, ὦ Τιμόκλεις; εἰ δὲ ὁ Ζεὺς ὁ βροντῶν ὅστις, σὺ αὖ ἄμεινον εἰδείης, ὅτι ἐκεῖθέν ποθεν τοῦ τῶν θεῶν ἀφιγμένος. ἐπεὶ οἵ γε ἐκ Κρήτης ἥκοντες, ἄλλα ἡμῖν διηγοῦνται, πάφον τινὰ δεικνύοντες, καὶ τάφον ἐνταῦθα εἶναι, δηλοῦντες ὡς οὐκέτι βροντήσειεν αὖ ὁ Ζεύς, τεθνεὼς πάλαι. ΜΩΜ. τοῦτ' ἐγὼ καὶ πολλοῦ ἤδη σάμην ἐρωῶντα τὸν ἄνδρα. τί δ' οὖν, ὦ Ζεῦ, ὠχριάκας ἡμῖν, καὶ συγκροτεῖς τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ δέους; θαρρῶν χρή, καὶ τῶν τοιούτων ἀνθρωπίσκων καταφρονῶν. ΖΕ. τί λέγεις, ὦ Μῶμε, καταφρονῶν; οὐχ ὁρᾷς ὅσοι ἀκούουσι, καὶ ὡς συμπεπεισμένοι εἰσὶν ἤδη καθ' ἡμῶν, καὶ ἀπάγει αὐτοὺς ἀναδησάμενος τῶν ὤτων ὁ Δάμις; ΜΩ. ἀλλὰ σὺ ὑπόστηθι, ὦ Ζεῦ, θελήσεις, σφρὼ χρυσείῳ καθεὶς, ἁπάντων αὐτούς,

Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαις αὐτῇ τε θαλάσσῃ.

ΤΙΜΟ. εἰπέ μοι, ὦ κατάρατε, πέπλευκάς ἤδη ποτέ; ΔΑ. καὶ πολλάκις, ὦ Τιμόκλεις. ΤΙΜ. οὐκοῦν ἔφερεν ὑμᾶς τότε ὁ οὖρος ἐμπίπτων τῇ ὁδοῖ, καὶ ἐμπιπλὰς τὰ ἀκάτια· ἢ οἱ ἐρέττοντες; κυβέρνα δὲ εἷς τις ἐφεσῶς, καὶ ἔσωζε τὸ ναῦν; ΔΑ. καὶ μάλα. ΤΙΜ. εἶτα ἡ ναῦς μὴν οὐκ ἂν ἔπλει, μὴ κυβερνωμένη, ὃ δὲ ὅλον τοῦτο ἀκυβέρνητον οἴει, καὶ αὐτομάτως φέρεσθαι; ΔΑ. οὔτε σφοδρῶς ταῦτα ὦ Τιμόκλεις, καὶ ἰσχυρῶς τῷ παραδείγματι· ἀλλ', ὦ φιλτατε Τιμόκλεις, τὸν μὲν κυβερνήτην οὐκ ἂν εἶδες ἀεὶ τὰ συμφέροντα ὁρῶντα, καὶ πρὸς τὸ καιρὸν παρασκευαζόμενον, καὶ παραινοῦντα τοῖς ναύταις, ἀλλὰ πελὲς δὲ οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τι εἶχεν ἡ ναῦς, ὃ μὴ χρήσιμον πρὸς καὶ ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τὸν ναυτιλίαν αὐτῆς. ὁ δὲ σὸς οὗτος κυβερνήτης, ὃν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ νηὶ ἐφεστάναι ἀξιοῖς, καὶ οἱ συνναῦται αὐτοῦ, οὐδὲν βούλονται, οὐδὲ χρὴ τὸν ἀξίνην ἀφαπτοῖσιν

A MO. Atquí perpaucos inter nos reperies ô Iupiter à culpa immunes. Statim verò progressus homo vnũ ex optimatibus inuasurus est. TIM. Neque Iouem ipsum audis ô Deorum impugnator, cientem tonitrua? DA. Et quonam pacto ô Timocles non audirem tonitrua? Cæterùm num ciens tonitrua sit Iupiter, ipse meliùs calles, qui in Deorum immortalium concilio quondam conuersans, inde huc delatus es. Quanquam illi qui huc ex Creta frequenter commeant, longè alia nobis atque tu commemorare solent, sepulchrum quoddam illic ostendi, iuxtáque positam columnam, indicantem B non ampliùs Iouem tonare, sed iam olim fato functum esse. MO. Enimuero hoc iam multo antè non ignorabam hominem dicturum. Quid ergo Iupiter ita albescens expalluisti, ac dentes præ tremore concutis? Bonum habere animum conuenit, ac tales homunciones magna mente contemnere. IVP. Quid ais ô Mome, contemnere? Nónne vides quanta hominum frequentia ista differentem audiat, tum quemadmodum iam persuasa ista de nobis constãter credat, iámque illos sententiæ suæ dissidentes abducat C Damis ab aure reuinctos? MO. At tu Iupiter, quando lubitum est, aurea ex alto demissa catena, omnes illos vnà cum Terra & Oceano haud difficulter sursum trahere poteris. TIMO. Dic mihi hominum sceleratissime, nunquámne nauigasti? DA. Ac sæpenumero ô Timocles. TIMO. Proinde nonne ferebat id temporis vos ventus illapsus in carbasum, ac puppim propulit; aut remigantes: cæterùm vnus superne assistens gubernaculo, nauim regendo seruauit? DA. Maximè. TIMOC. Deinde nauis nullo modo nisi gubernaretur, posset progredi: tu D verò vniuersum hoc omne citra gubernatoris & ducis operam temere sursum ac deorsum ferri existimas? DAMIS. Euge significanter ista Timocles atque firmiter exemplo corroboras. Sed enim ô Deorum amantissime, gubernatorem illum quidem vidisti, nunquam non ea quæ ex vsu sunt nauigantium, considerantem animo, ac ante tempus necessaria adornantem, neque non nautis quæ factu sunt conducibilia, imperantem: tota verò nauis nihil habet inutile, aut temere importatum, quod illorum alicui necessitati non sit addictum. Cæterùm tuus ille gubernator, cui tu magnæ illius nauis regendæ curam attribuis, & eius connautæ, nihil cum ratione, nihil ex dignitate ordinant aut instituunt:

sed si fuerit rudens, ad puppim vsque protenditur, vtrique verò pedes ad proram. Ipsæ autem anchoræ nonnunquam sunt aureæ, cætera pars plumbea. Quinetiam inferiora nauis colore variegata sũt, porrò superiora invenusta atque informia. Præterea ipsis ex nautis cernere est hunc quidem inertem, & ab omni arte nautica alienum, & ad labores obeundos meticulosum, dimidia aut tertia parte drachmę dignum. At verò eum qui ad vrinandum sit impiger, & ad excurrendum ad antemnas vsque appositus, quique ad gubernandum vtilia omnia ad vnguem calleat, hunc exhauriendæ tantùm sentinę destinatum esse videmus. Eadem quoque rerum facies circa eos est, qui à remigando immunes sunt, vbi verbero quispiam cæteris honore & præsidentia prælatus iuxta gubernatorem sedere atque coli conspicitur. Mox alius quispiam cinædus spurcissimus, aut impiatus parricidio, aut contaminatus sacrilegiis, præ aliis habitis honoribus veneratur, & nauis summa apprehendit fastigia. Porrò autem non pauci spectatę cùm gratię tum probitatis viri in secessu carinæ in angustum locum coacti ab improbioribus, & quantum ad veritatem & rectam viuendi rationem attinet, deterioribus, indignis modis calcantur pedibus. Considera verò apud animum tuum, quemadmodum Socrates & Aristides & Phocion nauigarint, qui ne victu quidem necessario pro sufficienti copia instructi fuerint, neque pedes in nudas tabulas per sentinam potuerunt extendere: contrà quanta in omnium rerum vbertate & affluentia Callias atque Midias & Sardanapalus molliter & luxuriosè vixerint super omnes homines aduersus illos expuentes. Eiusmodi verò in tua naui contingunt ô sapientissime Timocles, propter quod etiam infinita fiunt naufragia. At enim si gubernator quispiam assistens videret, ac ordine singula facienda imperaret, primùm quidem nequaquam ignoraret, qui boni, qui item mali essent ex nauigantium numero. Deinde cuique pro sua dignitate conuenientem prouinciam obeundam traderet, & locum melioribus in superiore parte nauis apud se obtinendum deligeret, infrà verò deteriorem peioribus. Præterea præstantiores quoque in consilium socios sibi adiungeret: tum ex nautis, quo quisque foret cùm manu tum mente promptior, illi quidem proræ regendæ curam delegaret, huic laterum tuendorum officium daret, porrò autem alteri in omnes imperium credidisset: cæterùm ignaui segnities per diem quinquies cæsi in vinculis emendaretur fustibus.

A ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος, εἰ τύχοι, εἰς τὴν πρύμνην ἀποτέταται, οἱ πόδες δὲ, εἰς τὴν πρῶραν ἀμφότεροι· καὶ χρυσαῖ μὲν αἱ ἄγκυραι ἐνίοτε· ὁ χλωίσκος δὲ, μολιβδοῦς· καὶ τὰ μὲν ὕφαλα, κατάγραφα, τὰ δὲ ἔξαλα τῆς νεὼς, ἄμορφα· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ναυτῶν ἴδοις ἂν τὸν μὲν, ἀργὸν, καὶ ἄτεχνον, καὶ ἄτολμον πρὸς τὰ ἔργα, διμοιρίτην, ἢ τριμοιρίτην· τὸν δὲ, καταχολυμβῆσαί τε ἄοκνον, καὶ ὅτε τὴν κεφαλὴν ἀναπηδῆσαι ῥᾴδιον· καὶ εἰδότα τὴν χρησίμην ἕκαστα, μόνον τοῦτον αὐτῶν πρωτεπαγμένον. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τοῖς

B ὑπερδάταις, μαστιγίαι μὲν τινα, ἐν πρεσβυτέρᾳ, πλὴν τοῦ κυβερνήτου καθήμενον, καὶ παραπολύμενον, καὶ ἄλλον κίναιδον, ἢ παλαιᾶν, ἢ ἱερόσυλον, ὑπερτιμώμενον, καὶ τὰ ἄκρα τῆς νεὼς κατειληφότα· χαλεπῶς δὲ πολλοὺς ἐν μυχῷ τῆς σκάφους πεινῶντας ὁρῶν, καὶ ὑπὸ τῶν πρὸς ἀλήθειαν χρηστῶν παπυλομένους. ἐννόησον γοῦν ὅπως Σωκράτης μὲν καὶ Ἀριστείδης ἔπλευσε, καὶ Φωκίων, οὐδὲ τὰ ἁλφιτα δύσορκα ἔχοντες, οὐδὲ ἐκτεῖναι τοὺς πόδας δυνάμενοι διὰ γυμνῶν τῶν σανίδων πρὸς τὸν αὐλὸν· ἐν ὅσοις δὲ ἀγαθοῖς Καλλίας, καὶ Μιδίας, ὁ Σαρδανάπαλος ἐντρυφῶντες, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῖς καταπτύοντες. τοιαῦτα ἐν τῇ νηΐ σου γίγνεται, ὦ σοφώτατε Τιμόκλες· διὰ τοῦτο αἱ ναυαγίαι μυρίαι. εἰ δέ τις κυβερνήτης ἐφεστὼς, ἑώρα, καὶ διέταττεν ἕκαστα, πρῶτον μὲν οὐκ ἂν ἠγνόησεν οἵτινες οἱ χρηστοὶ, καὶ οἵτινες οἱ φαῦλοι τῶν ἐμπλεόντων, ἔπειτα ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἀξίαν τὰ προσήκοντα ἀπένειμεν ἄν, χώραν τε τὴν ἀμείνω τοῖς ἀμείνοσι πρὸ αὐτοῦ ἄν, τὴν κάτω δὲ, τοῖς χείροσι, καὶ συναίτιος ἦν οἷς ἀμείνους ἢ συμβούλους ἐποίησεν ἄν· καὶ τῶν ναυτῶν ὁ μὲν πρόθυμος, ἢ πρόφρων ἐπιμελητὴς ἀπεδέδεκτ' ἄν, ἢ πίσσης ἀρχων, ἢ πρώτου πρὸ τῶν ἄλλων· ὁ δ' ὀκνηρὸς, ἢ ῥάθυμος, ἐπαίετ' ἂν τῷ καλωδίῳ πεντάκις τῆς ἡμέρας τὴν κεφαλήν.

ὥστέ σοι, ὦ θαυμάσιε, ὁ τῆς νεὼς τοῦτο παράδειγμα, κινδυνώδες ἐστὶ περαιοῦσθαι, κακοῦ τοῦ κυβερνήτου τετυχηκός. ΜΩ. Ταυτὶ μὲν ἤδη κατ' ῥοῦν τοῖς πλοίοις ἐπὶ τὸν λιμένα φέρει. ΖΕΥΣ. ὀρθῶς, ὦ Μῶμε, εἰκάζεις. ὁ δὲ Τιμοκλῆς ὑπνος, ἀλλὰ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις διαπείρεσθαι πρόπτα ἐπόπτας. TIM. Οὐκοῦν ἐπεὶ τῆς νεὼς ὁ παράδειγμα οὐ πάνυ σοι ἰσχυρὸν ἔδοξεν εἶναι, ἄκουσον δὴ τοῦ ἱεροῦ, φασίν, ἄγκυραν, καὶ ἰσχυρᾷ τινὶ μηχανῇ ἀπορρήξεις. ΖΕ. τί ποτε ἄρα ἐρεῖ; TI. ἴδοις γὰρ εἰ ἀκόλουθα ταῦτα συλλογίζομαι, ἢ εἴ πῃ αὐτὰ δυνατὸν σοι διελέγξαι. Εἰ γὰρ εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοὶ, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί· τί πρὸς ταῦτα φῄς; Δ Α. ἰὼ πρότερον γελάσω εἰς κόρον, ἀποκεινοῦμαί σοι. TIMO. Ἀλλ' ἔοικας οὐδὲ παύσεσθαι γελῶν, εἰπὲ δὲ ὅμως ὅπῃ σοι γελάσιμον ἔδοξε τὸ εἰρημένον εἶναι. Δ Α Μ. ὅτι οὐκ αἰσθάνῃ ἀπὸ λεπτῆς χορδῆς ἐξαφάμενός σου τὴν ἄγκυραν, καὶ ταῦτα, ἱερὰν οὖσαν. Τὸ γὰρ εἰ θεοὶ, τοῖς βωμοῖς εἰ σωθήσας, ἰσχυρὸν οἴῃ ποιήσασθαι ἀπ' αὐτῶν τὴν ὁρμήν. ὥστε ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο τοῦτου φῄς ἔχειν εἰπεῖν ἱερώτερον, ἀπίωμεν ἤδη. TIMO. ὁμολογεῖς οὖν ἡττῆσθαι πρὸς πιῶν; Δ Α. ναὶ, ὦ Τιμόκλες. σὺ γὰρ ὥσπερ οἱ ὑπό τινων διαζόμενοι, ὅτι τοὺς βωμοὺς ἡμῖν καταπέφυγας. ὥστε, νὴ τὴν ἄγκυραν τὴν ἱερὰν, ἐθέλω πεῖσαι σε, ἐπ' αὐτῶν τε τῶν βωμῶν, ὡς μηκέτι περὶ τούτων ἐρίζωμεν. TIMO. εἰρωνεύῃ ταῦτα πρὸς ἐμὲ τυμβορύχε, καὶ μιαρὲ, καὶ καθάπτυστε, καὶ μαστιγία, καὶ κάθαρμα. οὐ γὰρ ἴσμεν οὔ τινος μὲν πατρὸς εἶ, πῶς δὲ ἡ μήτηρ σου ἐπορνεύετο; ὡς καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινας, καὶ μοιχεύῃς, καὶ τὰ μειρακία διαφθείρεις λιχνότατε, καὶ αἱματοῦσθε. μὴ φεῦγε δὴ οὕτω, ἕως καὶ πρὸ ἐμοῦ πληγὰς λαβὼν ἀπέλθῃς· ἤδη γάρ σε τούτῳ τῷ ὀγράκῳ ἀποθραύσω, παμμίαρον ὄντα.

A Quare, ô admirande, periculum est ne exemplum quod de naui adduxisti, subuersum sit, quippe quod gubernatorem malum & imperitum nactum sit. MOM. Hæc quidem ex voto ac iuxta fluxũ succedunt Damidi, & iam plenis velis fertur ad victoriam. IVPIT. Rectè putas ô Mome. Etenim nihil firmi Timocles excogitat, sed communia illa & protrita & quotidiana, quæ nullo negotio refelluntur, alia aliis agglomerando ingerit. TIM. Proinde quando exemplum de naui productum, parum firmum & vehemens tibi visum est: audi iam nunc sacram (quod aiunt) anchoram, & quam B nulla machina perrupturus es. IVPIT. Quidnam dicturus est? TIMO. Haud dubiè enim cognosces num ista syllogismis probabilibus collegero, & num aliqua ratione ea confutare queas. Etenim si sunt aræ, sunt etiam dij: atqui sunt aræ, sunt ergo etiam dij. Quid habes quod ad ista vel mussites? D A. Vbi priùs ad satietatem risero, respondebo tibi. TIMO. At videris nunquam ridendi finem facturus: attamen effare obsecro, quam ob rem ista tibi dicta tam ridicula visa sunt? D A M. Propterea quòd non senseris à tenui chordula anchoram tibi esse alligatam, præsertim sacram existentem. C Siquidem ex hoc quod coniunctim inferre postulas, propterea deos esse, quia aræ sunt, firmam existimas ab illis impressionem te fecisse. Quocirca quãdo aliud te negas habere firmius, abeamus in præsentia. TIMO. Fateris ergo priùs ex arena discedens te victum esse? DA. Ita profectò ô Timocles tu enim quemadmodum ii qui ad supplicium repetuntur ab aliquo, ad aras nobis confugisti. Itaque per sacram illam anchoram ego iam oblatis sacris aduersus te libare constitui, ac super ipsas quidem aras, ne D posthac de his ampliùs contendamus. TIMO. Ista quidem cauillaris illudendi mihi gratia, mortuorum deprædator sceleste, execrande, mastigia, propudium. Neque enim nobis compertum est quo patre natus sis: quomodo autem mater tua lasciua meretrix, pudicitiam in quæstu habuerit, scimus: tum quemadmodum fratris cæde ac sanguine manus tuas impiaueris: qui mulieres ingenuas mœchus infamis constuprare, ipsos verò iuuenes corrumpere soles, homo gulæ ac ventri deditissime, atque impudentissime. Ne igitur fuga te priùs subducas, quàm à me acceptis plagis contusus abieris: iam enim hac testa tibi vulnus incutiam, omnibus modis scelerato ac nefario existẽti.

IVPIT. Alter quidem, ô dij, risu ac cachinnis dissluēs discedit, alter verò à tergo sequitur affatim ingerendo conuitia, cauillis insultantem Damin non perferens: planéque caput illius testa obuerberaturus esse videtur. Cæterùm vos quid super his rebus faciendum consulitis? MERC: præclarè mihi illud Comicus dixisse videtur: Graue passus es, nihil boni si consulas. Quàm enim hoc nostris rationibus admodum nocere potest, si pauci homines persuasi eam de nobis opinionem obtinentes abierint? Sunt enim permulti diuersum sentientes, plures profectò quàm Græci, nimirum promiscua illa vulgi multitudo, B insuper omnes illæ gentes barbaræ. IVPITER. Atqui ô Mercuri Darij illud quod de Zopyro dixisse memoriæ proditum est, nimiùm pulchrè se habet. Quare ego quoque vnum talem præoptarim à me stare auxiliarem socium, potiùs quàm infinitas Babylonas mihi supereſſe.

ΑΖΕ. ὁ μὲν, γελῶν, ὦ θεοί, ἀπεισιν, ὁ δ' ἀχλευθεῖ λοιδορούμενος, ὑ φέρων καταγυφώντα τὸν Δάμιν· καὶ ἔοικε παταξειν αὐτὸν τῷ κεράμῳ ἐς τὸ κεφάλιον. ἡμεῖς δὲ τί ποιοῦμεν ὅτι τοῦτοις; ΕΡ. ὀρθῶς ἐκρύσμοι ὁ κωμικὸς εἰρηκέναι δοκεῖ, Οὐδὲν πεπονθας δεινὸν, ἂν μὴ τοῦς ποιῇ. τί γὰρ ἂν ἐπέρμεγα κακὸν, εἰ ὀλίγοι ἄνθρωποι πεπεισμένοι ταῦτα, ἀπίασι; πολλοὶ γὰρ εἰσιν οἱ τἀναντία γιγνώσκοντες, πλείους Ελλήνων, ὁ πολὺς λεὼς, καὶ ὁ σύρφαξ, βαρβαροί τε πάντες. ΖΕ. ἀλλ' ὦ Ερμῆ, ὃ τῦ Δαρείυ πάνυ καλῶς ἔχον ἐστὶν, ὃ εἶπεν ὅτι τῦ Ζωπύρου· ὥστε καὶ αὐτὸς ἐβουλόμην ἂν ἕνα τοιοῦτον ἔχειν οἷς τὸν Δάμιν, σύμμαχον, ἢ μυρίας μοι Βαβυλῶνας ἐπαρχίαν.

---

## ΟΝΕΙΡΟΣ, Ἢ ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ.

## SOMNIVM, seu GALLVS.

### Erasmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Hoc dialogo diuitiarum atque potentiæ incommoda molestiásque persequitur, ostendens quàm contrà tranquilla res paupertas sit, si modo sit sorte sua contenta. Facit autem hoc veluti collatione quadam. Nam in priore quidem parte dialogi Micyllus somnium exponendo suum, Eucratis cuiusdam opulenti cœnas, diuitias, luxum, & quæcunque vulgo speciosa & expetenda videntur, extollit, adiecto etiam encomio auri, tum ab exemplis, tum ab effectu & vsu & ceteris amplificato. In posteriore autem parte, Gallus, qui ex Pythagora in auem transformatus, cum hero suo Micyllo colloquens introducitur, diuitum cùm priuatorum ac ciuium, tum regum atque potentum molestias, curas & pericula recenset, quæ illis & belli & pacis temporibus, præterea etiam circa valetudinem, quam luxus & crapulæ istæ labefactant, accidere solent; additis etiam exemplis eius rei, & hypotyposi quadam, dum fingitur idem vi pennarum suarum reseratis ædium foribus ad ipsas diuitum cellas Micyllum perducere, & coràm, illa quæ verbis narrauerat, spectanda exhibere. Cæterùm omnia hæc ita rursum Lucianus agit, vt non minùs interim Pythagoram quoque vt impostorem ac præstigiatorem quendam sugillet, quippe qui ridiculas & absurdas, & à natura quoque abhorrentes sui transformationes commentus fuerit, & multa eiusmodi, docendi simulatione tradiderit, quibus, hominibus deceptis, solùm sibi auctoritatem compararit. Deinde & Stoicos eodem more suo corripit vt arrogantes ac fastuosos, qui in rebus friuolis sapientiam affectent, & officiorum obseruantes videri cupiant, in ceteris verò neque domesticis neque publicis hominum conuersationibus appositi atque idonei sunt. Omnino autem festiuissimus iocus est, Gallum cum hero suo ridiculè adeo ac familiariter nugari, & interim tamen sapientiùs philosophari quàm quemuis in schola philosophum.*

Interlocutores, MICYLLVS, GALLVS.

Αλλά σε, ὦ κάκιστε ἀλεκτρυών, ὁ Ζεὺς αὐτὸς ὀπτεί-
λαι, φθονερὸν οὕτω, καὶ ὀξύφωνον ὄντα, ὃς με πλου-
τοῦντα, καὶ ἡδίστῳ ὀνείρῳ ξυνόντα, καὶ θαυμασὴν εὐδαι-
μονίαν εὐδαιμονοῦντα, δεινότερόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας, ἐπήγειρας, ὡς μηδὲ νύκτωρ γοῦν τὴν πολὺ σοῦ μιαρωτέραν πενίαν διαφυγεῖν. καίτοι εἴγε χρὴ τεκμήρεσθαι τῇ τε ἡσυχίᾳ, πολλὴ ἔτι οὔσῃ, καὶ τῷ κρύει, μηδέπω με ὁ ὀρθρινὸν ὥσπερ εἴωθεν ἀποκναίοντι (γνώμην γὰρ σοῦ ἀψευδεστάτης μοι, παρεσκευασ- B μένους ἡμέρας) οὐδέπω μέσαι νύκτες εἰσίν. ὁ δὲ, ἄυπνος σοῦ, ὥσπερ ὁ χρυσοῦν ἐκεῖνο κώδιον φυλάττων, ἀφ' ἑσπέρας θύων ἤδη κέκραγεν· ἀλλ' οὐπω χαίρων γε· ἀμυνοῦμαί γὰρ θύων σε, εἰ μόνον ἡμέρα γένηται, συντείνων τῇ βακτηρίᾳ· νῦν γάρ μοι παρέγματα παρέξεις, ἀναπηδῶν ἐκ τῶν σκότων. ΑΛΕΚ. Μίκυλλε δέσποτα, ὤμην τί χαίρειν σοι, φθάνων τὴς νυκτὸς, ὁπόσον δυναίμην, ὡς ἔχοις ὀρθρίζοντι ἐργάζεσθαι τὰ πολλά τῶν ἔργων. εἰ γοῦν παρὴν ἀπατεῖλαι ἥλιον μίαν κρηπῖδα ἐργάσασθαι, παρεσκευασμένη ἔσῃ τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα πεπονηκώς. εἰ δέ σοι καθεύδειν ἥδιον, ἐγὼ μὲν ἡσυχάσομαί σοι, καὶ πολὺ ἀφωνότερος ἔσομαι τῶν ἰχθύων. σὺ δὲ ὅρα ὅπως μὴ ὄναρ πλουτῶν, λιμώττῃς ἀνεγρόμενος. ΜΙΚ. ὦ Ζεῦ τέρασι, καὶ Ἡράκλεις ἀλεξίκακε, τί ὁ κακὸν τοῦτό ἐστιν; δαιμονιώτερον ἐλάλησεν ὁ ἀλεκτρυών. ΑΛΕ. Εἶτά σοι τέρας εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, εἰ ὁμόφωνος ὑμῖν εἰμι; ΜΙΚ. πῶς γὰρ οὐ τέρας; ἀλλ' ἀποτρέπετε, ὦ θεοί, τὸ δεινὸν ἀφ' ἡμῶν. ΑΛΕΚ. σὺ μοι δοκεῖς, ὦ Μίκυλλε, κωμῳδῆ ἀπαίδευτος εἶναι, μηδὲ ἀνεγνωκέναι τὰ Ὁμήρου ποιήματα, ἐν οἷς ὁ τοῦ Ἀχιλλέως ἵππος ὁ Ξάνθος, μακρὸν χαίρειν φράσας τῷ δεσπότῃ, ἔστηκεν ἐν μέσῳ τῷ πολέμῳ διαλεγόμενος, ἔπη ὅλα ῥαψῳδῶν, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ νῦν, αὐδῶ τὰ μέτρια, ἀλλὰ καὶ ἐμμελῶς ἐτύετο ὁ ἵππος, καὶ τὰ μέλλοντα προεμαντεύετο, καὶ οὐδέν τι τοῦ δόξαντος ἐδόκει ποιεῖν, οὐδὲ ὁ ἀκούων ἐπεκαλεῖτο, ὥσπερ σὺ τὸν ἀλεξίκακον, ἀπὸ ξύλου ἠχοῦντος ὁ ἄκυρμα.

A T te, scelestissime galle, cum ista tanta inuidentia, vocéque tam acuta, ipse perdat Iupiter, qui quidem opibus affluentem me, ac dulcissimo in somnio versantem, & admirabili felicitate fruentem, penetrabile quiddam & clamosum resonans, expergefeceris, adeò vt ne noctu quidem effugere liceat paupertatem, vel te ipso longè nocentiorem. Atqui si coniectandum est, tum è silentio, quod etiamdum ingens est, tum è rigore frigoréque quod nondum me, quemadmodũ assolet, antelucanò morsicat titillátque (nam hic mihi certissimus gnomon aduentantis diei) ne medium quidem adhuc noctis est. Sed iste peruigil, perinde quasi vellus illud aureum seruet, ab ipsa protinus vespera vociferari cœpit. Verùm haudquaquam impunè: siquidem mox pœnas de te sumam, fustéq; comminuam, si diluxerit modò: nã nunc negotium mihi faceres, subsiliens in tenebris. GAL. Here Micylle, equidem arbitrabar me tibi gratũ esse facturũ, si quoad possem alta nocte lucẽ anteuertissem, quò posses, antelucanò surgens, quampluri- C mum operis conficere. Etenim si priusquam sol exoriatur, vel vnicam feceris crepidam, isthuc laboris lucro tibi accesserit ad parandum victum. Quòd si tibi magis libet dormire, equidem tuo arbitratu quietẽ egero, longéque magis mutus fuero piscibus. Cæterùm tute videto, ne per somnium diues, esurias experrectus. MIC. O prodigiorum auersor Iupiter, ô malorũ depulsor Hercules: quid hoc mali est? Vocem humanã sonuit gallus. GAL. Hoccine tandem tibi prodigium videtur, si eadem qua vos lingua loquor? MIC. Quid? an non hoc portentum? Sed auertite Dij malum à nobis. D GAL. At tu mihi videris admodum illiteratus esse, Micylle, nec euoluisse Homeri poëmata, in quibus equus Achillis, cui nomen Xanthus, posteaquam hinnitus longum valere iussisset, medio in prælio constitit, differens, totósque versus ordine recitans, non quemadmodum nunc ego prosa oratione loquens: quinetiam vaticinabatur ille, déque futuris edebat oracula: neque quicquam prodigiosum facere videbatur: neque is qui tum audiebat, malorum auersorem, ita vti tu facis, implorabat, quasi rem abominandam & auertẽdam audisse sese iudicaret.

At quid tandem facturus eras, si tibi nauis, cui nomen apud Homerum est Argo, carina fuisset elocuta, ita vt olim in Dodonæa sylua phagus per se loquens oraculum edidit? Aut si tergora directa serpere vidisses, si carnes boum mugire semiassas, coctásque, verubus transfixas? Ego verò quum Mercurij sim assessor loquacissimi, deorúmque omnium facundissimi: præterea contubernalis vobis & conuictor: haud mirum videri debet si sermonem humanum edidici. Quòd si mihi recipias taciturnum te, haudquaquam grauabor veriorem tibi caussam aperire, vnde factum sit vt eadem qua vos lingua loquar, & vnde mihi suppetat huius orationis facultas. MIC. Modò ne isthuc ipsum sit somnium, Galle, quod ita mecum loqueris: sed dicito per Mercurium, ô præclare, quid etiam aliud rei tibi sit in caussa vt istam linguam sones. Nam vt taceam, neque cuiquam proferam, quid attinet te solicitum esse? Quis enim fidem mihi sit habiturus, si cui narrem, me Gallum hæc loquentem audisse? GAL. Ausculta igitur: nam orationem ex me audies, omnium (sat scio) maximè nouam atque incredibilem. Siquidem hic qui nunc tibi gallus appareo, non ita pridem homo fui. MIC. Profectò & olim istiusmodi quiddam de vobis inaudieram, adolescentulum quempiam fuisse Gallum, Marti adamatum, atque hunc deo compotasse, collusitasséque, & in voluptatibus gessisse morem. Itaque cùm Venerem adiret Mars cum ea cubiturus, hunc quoque Gallum vnà secum adduxisse. Quoniam autem Solem potissimùm metueret, ne si è sublimi conspexisset, Vulcano se proderet: foris ad ostium adolescentulum semper relinquere solitum, cuius indicio certior fieret quando Sol emergeret. Deinde Gallum aliquando somno correptum, excubias deseruisse inscientem, Solémque nullo præsentiente imminuisse Veneri, ac Marti securè dormienti, propterea quòd confideret Gallum indicaturum fuisse si quis interuenisset. Itaque Vulcanum à Sole edoctum, eos deprehendisse, implicitos atque irretitos iis vinculis quæ iam olim in illos fuerat fabricatus. Porrò Martem, simul atque dimissus est, indignatum aduersus Gallum fuisse, atque eum in auem transmutasse, iisdem armis, vt in capite pro galea cristam obtineret.

*Gallus adolescens in auem conuersus.*

Α κἀμοὶ τί δῶ ἐποίησας, εἰ σοι ἡ τῆς Ἀργοῦς νῆις ἐλάλησεν, ὡς ποτὲ ἡ Φηγὸς ἐν Δωδώνῃ αὐτόφωνος ἐμαντεύετο; ἢ εἰ βύρσας εἶδες ἑρπούσας, καὶ βοῶν κρέα μυκώμενα, ἡμίοπτα, καὶ ἐφθὰ, ὠμοπερόνητα τοῖς ὀβελοῖς; ἐγὼ δὲ, Ἑρμοῦ πρέσβυς ὢν, λαλίστατου καὶ λογιωτάτου θεῶν ἁπάντων, καὶ τἄλλα ὁμοδίαιτος ὑμῖν, καὶ συνέσθιος, οὐ χαλεπῶς ἔμελλον σκωμματήσεσθαι τὴν ἀνθρωπίνην φωνήν. εἰ δὲ ἐγεμυθόμην τὸν τρόχιλόν μοι, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμί σοι τὴν ἀληθεστέραν αἰτίαν εἰπεῖν τῆς πρὸς ὑμᾶς ὁμοφωνίας, Β ἣ ὅθεν τὸ παράπαν μοι οὕτω λαλεῖ. MIK. Ἀλλὰ μὴ ὄνειρος ἡ ταῦτά ἐστιν, Ἀλεκτρυὼν οὕτω πρὸς ἐμὲ διαλεγόμενος; εἰπὲ δή· ὦ πρὸς τοῦ Ἑρμοῦ, ὦ βέλτιστε, ὅ, τι ἦ ἄλλο σοι τῆς φωνῆς αἴτιον. ὡς δὲ σιωπήσομαι, ἢ πρὸς οὐδένα ἐρῶ, τί σε χρὴ δεδιέναι; τίς γὰρ ἂν πιστεύσειέ μοι, εἴ τινι διηγοίμην ὡς ἀλεκτρύονος αὐτὰ εἰπόντος ἀκηκοώς; ΑΛΕ. Ἄκουε τοίνυν. παραδοξότατόν σοι λόγον ἐρῶ σοι, ὅτι λέγω, ὦ Μίκυλλε. οὗτοι γὰρ ὀνίνημί σοι ἀλεκτρυὼν φαινόμενος, οὐ πρὸ πολλοῦ ἀνθρωπος ὤν. MI. ἤκουσά τι καὶ πάλαι τοιοῦτον ἀμέλει περὶ ὑμῶν, ὡς ἀλεκτρυών τις νεανίσκος, φίλος γένοιτο τοῦ Ἄρεως, καὶ συμπίνοι τῷ θεῷ, καὶ συγκωμάζοι, καὶ κοινωνοίη τῶν ἐρωτικῶν. ὁπότε γοῦν ἀφίοι παρὰ τὴν Ἀφροδίτην μοιχεύσων ὁ Ἄρης, ἐπάγεσθαι καὶ τὸν Ἀλεκτρυόνα, ἢ ἐπειδήπερ μάλιστα τὸν Ἥλιον ὑφορῷτο, μὴ καθεύδων, ἐξείπῃ πρὸς τὸν Ἥφαιστον, ἔξω πρὸς ταῖς θύραις ἀπολείπειν ἀεὶ τὸν νεανίσκον, μιμνύοντα ὁπότε φαίνοι ὁ Ἥλιος· εἶτα κατὰ καλαχωμην θύειν μοι τὸν Ἀλεκτρυόνα, καὶ προβαδοῦναι τοῦ θορυβοῦ ἄκοντα· τὸν δὲ Ἥλιον λαθόντα, ὀπτῆναι τῇ Ἀφροδίτῃ, καὶ τῷ Ἄρει ἀφροντίδι δαιτυμόνι, ἅμα δὲ πιστεύειν τὸν ἀλεκτρυόνα μιμοῦσαι αὐτὸν, εἴ τις ἔπιοι, ἢ οὕτω τὸν Ἥφαιστον πρὸ Ἡλίου μαθόντα, συλλαβεῖν αὐτούς, προσβαλόντα, καὶ καταδήσαντα τοῖς δεσμοῖς, ἃ πάλαι μεμηχάνητο ἐπ' αὐτούς· ἀφεθέντα δὲ, ὡς ἀφείθη, τὸν Ἄρεα ἀγανακτῆσαι κατὰ τοῦ Ἀλεκτρυόνος, καὶ μεταβαλεῖν αὐτὸν εἰς τοῦτο τὸ ὄρνεον αὐτοῖς ὅπλοις, ὡς αὐτὶ τοῦ κράνους, τὸν λόφον ἔχειν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς.

διὰ τοῦτο ὑμᾶς ἀπολογουμένους τῷ Ἄρει, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος, ἐπειδὴ ἀμαθῶς ἀνατέλλοντα τὸν Ἥλιον, πολὺ πολλοῦ βοᾶν, ὑπισημαινομένους τὴν ἀνατολὴν αὐτοῦ. ΑΛ. Φασὶ μὲν καὶ ταῦτα, ὦ Μίκυλε. ὃ δὲ ἐμὸν, ἕτερόν τι ἐγένετο, καὶ πάνυ ἔναγχος εἰς ἀλεκτρυόνα σοι μεταβέβηκα. ΜΙΚ. πῶς; ἐθέλω γὰρ τοῦτο μάλιστα εἰδέναι. ΑΛΕ. οἶσθα ἄρα τὸν Πυθαγόραν Μνησάρχιδου Σάμιον; ΜΙΚ. τὸν σοφιστὴν λέγεις; τὸν ἀλαζόνα; ὃς ἐνομοθέτει μήτε κρεῶν γεύεσθαι, μήτε κυάμους ἐσθίειν, ἥδιστον ἐμοὶ γεῦμα ὄψον, ἐκτράπεζον, ἄπονον ἀποφαίνων; ἔτι δὲ καὶ πείθων τοὺς ἀνθρώπους ἐς πέντε ἔτη μὴ λαλεῖσθαι. ΑΛΕ. ἴσθι δῆτα κἀκεῖνο, ὡς πρὸ τοῦ Πυθαγόρου, Εὔφορβος ἦν ποτε. ΜΙΚ. φῂς, φασὶ, καὶ τετραπόδων τὸν ἄνθρωπον, ὦ ἀλεκτρυών. ΑΛΕ. ἐκεῖνος αὖτός ἐγώ σοι εἰμὶ ὁ Πυθαγόρας, ὥστε παύου, ὦ ἀγαθὲ, λοιδορούμενός μοι, καὶ ταῦτα, οὐκ εἰδὼς οἷός τις ἐγὼ τὸν τρόπον. ΜΙΚ. τοῦτ' αὖ μακρῷ ἐκείνου τερατωδέστερον, ἀλεκτρυὼν φιλόσοφος. εἰπὲ δέ μοι, ὦ Μνησάρχου παῖ, ὅπως ἡμῖν αὐτὸ μὲν ἄνθρωπος, ὄρνις, αὖτὸ δὲ Σάμιος, Ταναγραῖος ἀνεπέφηνας; ἃ πιθανὰ γὰρ ταῦτα, οὐδὲ πάνυ πῃ δοῦσα ῥᾴδια, ἐπεὶ καὶ δύο ἤδη μοι τετηρηκέναι δοκῶ πάνυ ἀλλότρια ἐν σοὶ τοῦ Πυθαγόρου. ΑΛΕ. τὰ ποῖα; ΜΙΚ. ἓν μὲν, ὅτι λάλος εἶ, καὶ κεκτικός· ὁ δὲ, σιωπᾶν ἐς πέντε ὅλα ἔτη, οἶμαι, παρῄνει· ἕτερον δὲ, καὶ πάντελῶς ἀβάλιμον. οὐ γὰρ ἔχων ὅ, τι σοι ἀβεβάλοιμι, κυάμους ἔφης, ὡς οἶσθα, ἔχων, ἦκον· καὶ σὺ οὐδὲν μελλήσας, ἀνέλεξας αὐτούς· ὥστε ἢ ἐψεῦσθαί σοι ἀνάγκη καὶ ἄλλῳ τῳ, ἢ Πυθαγόρᾳ ὄντι ἀβλαβενομηκέναι, καὶ ὃ ἴσον ἠσεβηκέναι, κυάμους φαγόντα, ὡς αὖ εἰ τὸν κεφαλὸν τὸν πατρὸς ἐδηδόκεις. ΑΛΕ. οὐ γὰρ οἶσθα, ὦ Μίκυλλε, ἥτις αἰτία τούτων, οὐδὲ τὰ προσφορὰ ἑκάστῳ βίῳ. ἐγὼ δὲ, τότε μὲν, οὐκ ἤθελον τοὺς κυάμους, ἐφιλοσόφουν γάρ· νῦν δὲ, φάγομαι αὖ, ὀρνιθικὴ γάρ, καὶ οὐκ ἀπόρρητος ἡμῖν ἡ ἕδρα. ἀλλ' εἴ σοι φίλον, ἄκουε, πῶς οὐ Πυθαγόρᾳ τοῦτο νῦν εἰμι,

A Hanc ob causſam, quò vos Marti purgetis, cùm iam nihil opus, ſimul atque Solem exorientem ſenſiſtis, multò antè vociferari, atque illius exortum prænunciare. GAL. Feruntur quidem & illa Micylle: at quod ego ſum narraturus, multo aliud quiddam fuit: atque adeò nuper admodum in Gallum transformatus ſum. MIC. Quónam modo? Nam iſthuc maximopere cupio cognoſcere. GAL. Audiſtin' de Pythagora quodã Mneſarchida Samio? MICYL. Num ſophiſtam illũ dicis glorioſum, qui inſtituit ne quis vel carnes guſtaret, vel fabas ederet, ſuauiſſimum mihi edulium, ſalubre & para-
B bile, à menſa ſubmouẽs? Præterea autem qui mortalibus ſuaſit ne intra quinquennium loquerentur? GAL. Scis nimirum & illud, quemadmodum priuſquam Pythagoras eſſet, Euphorbus fuerit? MICYL. Præſtigiatorem & prodigiorum artificem hominem aiunt fuiſſe, ô Galle. GAL. Ille ipſe ego tibi ſum Pythagoras. Quare parce, queſo, mihi conuiciari, præſertim cùm ignores quibus ſim moribus. MICYL. At hoc rurſum multo etiam quàm illud portentoſius: gallus philoſophus? Attamẽ expone ô Mneſarchi gna-
C te, quî factum ſit vt ex homine auis, ex Samio Tanagræus repentè nobis prodieris. Neque enim iſta veriſimilia, neque omnino facilia creditu: quandoquidem duas quaſdam res iam mihi videor in te animaduertiſſe nimiùm alienas à Pythagora. GAL. Quas? MICYL. Alterum quidem, quòd garrulus es & obſtreperus, quum ille ſilere in ſolidos quinque annos (ſi memini) præceperit. Alterum verò planè cum illius legibus pugnat. Etenim cùm non haberem quod tibi obiicerem, fabas heri (ſicut noſti) ad te attuli: ac tu nihil cunctatus protinus eas ſublegebas:
D vnde fit vt neceſſe ſit aut ementitum eſſe te Pythagorã eſſe, quum aliud quiddam ſis: aut ſi Pythagoras es, legem prætergreſſum eſſe te, iúſque violaſſe, quum fabas ederis, perinde ac ſi caput patris comederis. GAL. Non cognouiſti Micylle quæ ſit harum rerum cauſſa, neque quæ ad vnumquodque vitæ genus conducant. Ego tum quidem non eſitabam fabas, propterea quòd philoſophus eſſem. Nunc contrà comeſurus ſim, quippe auitio congruas, neq; nobis repudiandum pabulum. Verùm ſi moleſtum non eſt, audi quemadmodum è Pythagora cœperim eſſe id quod ſum in præſentia,

*Pythagoræ metamorphoſes & præſtigiæ.*

quámque in multis vitæ generibus antehac vixerim, & quid ex vnaquaque transformatione ſim conſequutus. MIC Y. Narra quæſo: nam mihi quidem auditu iucundiſſimum fuerit, adeò vt ſi quis mihi deferat optionem, vtrùm te iſta narrantem audire malim, an rurſum felicisſimum illud ſomnium quod paulò antè vidi, videre, haud ſciam vtrum electurus ſim: vſqueadeo cognata germanáque videntur eſſe iſta tua cum ſuauiſſimis illis viſis: & exæquo vos æſtimo, te pariter ac præclarũ illud inſomnium. GAL. Etiamnum tu ſomnium illud quod dudum tibi viſum eſt, in animum reuocas, & inania quædam obſeruas ſimulachra, atque (vti loquuntur poëtæ) euanidam quandam felicitatem memoria conſectaris? MIC. Imò illud ſcias Galle, ne vllo quidem tempore vnquam viſi illius mihi venturam obliuionem. Tantum mellis, ſomnium aufugiens in oculis mihi reliquit, vt præ illo vix queam palpebras attollere, rurſus in ſomnium coëuntes. Itaque qualem voluptatem mouent pennæ in auribus verſatę, talem titillationem mihi præbent ea quæ vidi. GAL. Nouum quendam Hercule mihi narras amorem inſomnij: ſiquidem alatum quum ſit (ſicut aiunt) metáſque volandi præſcriptas habeat ſomnium, iam ſeptá trãſilit, in oculis etiam vigilantis obuerſans: adeò mellitum & euidens apparet. Quare per velim audire cuiuſmodinam ſit iſtud quod te ſupra modum delectat. MIC. Geſtio narrare. Nam dulce eſt hoc ipſum meminiſſe, & commemorare de illo quippiam. Verùm heus Pythagora, quando tu narrabis de tuis transformationibus? GAL. Vbi tu Micylle deſieris ſomniare, mélque illud ab oculis abſterſeris. Interim prior dicito, vti intelligam vtrúmne per portas eburneas, an per corneas tibi ſomnium aduolarit. MI. Neque per has, neque per illas, ô Pythagora. GAL. Atqui duas haſtantùm commemorat Homerus. MIC. Valere ſinas nugatorem illum poëtam, qui nihil de ſomniis intellexit. Paupertina fortaſſis ſomnia per iſtas commeant portas, qualia videbat ille, neque id admodum perſpicuè, quippe captus oculis. Mihi verò per aureas quaſdam portas dulciſſimum hoc aduênit ſomnium, & ipſum aureum vndique, & aureis circumamictum, & auri plurimum ſecũ adducens. GAL. Deſine optime Mida de auro fabulari.

*Inſomniorum ratio ex Homero.*

A καὶ ἐν ὅσοις πρότερον ἐβιότευσα βίοις, καὶ ἅτινα τὰ μεταβολῆς ἀπολέλαυκα ἑκάστης. MI. λέγοις ἄν, ὡς ἐμοί τε ὑπερήδιστον ἂν τὸ ἀκροασμα γένοιτο, ὥστε εἴ τις αἵρεσιν προτείνοι, πότερον μᾶλλον ἐθέλω σε ἀκούειν τὰ τοιαῦτα διεξιόντος, ἢ τὸν πανευδαίμονα ὄνειρον ἐκεῖνον αὖθις ὁρᾶν, τὸν μικρὸν ἔμπροσθεν, οὐκ οἶδα ὁπότερον ἂν ἕλοίμην, ἅττοις ἀδελφὰ κηδεμονικὰ τὰ σὰ τοῖς ἡδίστοις φαίνεται, καὶ ἐν ἴσῃ τιμῇ ὑμᾶς ἄγω, σέ τε, καὶ τὸ πολυτίμητον ἐκεῖνο ὄνειρον. ΑΛ. ἐπὶ γὰρ σὺ ἀναπεμπάζῃ τὸν ὄνειρον, ὅστις ποτὲ ὁ φανείς σοι ἦν, καί τινα ἐνδάλματα μάταια B διαφυλάττῃς, κενὴν, ὡς ὁ ποιητικὸς λόγος, ἀπολαύων τινὰ δύσμνησίαν τῆ μνήμη μεταδιώκων; MI. ἀλλ' ὅμως ὀπτιλήσομαί ποτε, ὦ ἀλεκτρυών, δῦναι, τῆς ὄψεως ἐκείνης. ἅττως μοι πολὺ τὸ μέλι ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁ ὄνειρος καταλιπὼν, ᾤχετο, ὡς μόγις ἀνοίγειν τὰ βλέφαρα ὑπ' αὐτοῦ, εἰς ὕπνον αὖθις καταπωλοῦντα. οἵᾳ οὖν ἐν τοῖς ὠσὶ τὰ πτερὰ ἐρεθίζεται τρεφόμενα, τοιοῦτον γαργαλισμὸν παρείχετό μοι τὰ ὁρώμενα. ΑΛ. Ἡράκλεις, δεινόν τινα φῆς τὸν ἔρωτα τῆ ὀνυπνίου, εἴγε C πτηνὸς ὤν, ὡς φασι, καὶ ὄρνις ἔχων τῆς πτήσεως τὸν ὕπνον, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἤδη πηδᾶ, καὶ ἐνδυσχεραίνει ἀνεωγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, μυγιλρὸς ὅτου, καὶ ἐναργὴς φαινόμενος. ἐθέλω γοῦν ἀκοῦσαι οἷός τις ὁ ἔρως ἐστὶν, ὅττου σοι τοσαύτη σπουδὴ ἦν. MI. ἔτοιμος λέγειν. ἡδὺ γοῦν τὸ μεμνῆσθαί τι καὶ διεξιέναι τι περὶ αὐτοῦ· σὺ δὲ πεινήσας, ὦ Πυθαγόρα, διηγήσῃ τὰ περὶ τῶν μεταβολῶν; ΑΛ. ἐπειδὴ σὺ, ὦ Μίκυλλε, παύσῃ ὀνειρώττων, καὶ ἀποψήσῃ ἀπὸ τῶν βλεφάρων τὸ μέλι; τὸ νῦν δὲ, προτέρους εἰπέ, ὡς μάθω εἴτε διὰ τῶν ἐλεφαντίνων πυλῶν, εἴτε διὰ τῶν D κερατίνων σοι ὁ ὄνειρος ἦκε πετόμενος. MI. οὐδὲ δι' ἑτέρας τούτων, ὦ Πυθαγόρα. ΑΛ. καὶ μὴν Ὅμηρος δύο ταύτας μόνας λέγει. MI. ἔα χαίρειν τὸν λῆρον ἐκεῖνον ποιητὴν, ὃς δὲν εἰδὼς ὀνείρων πέρι· οἱ πένητες ἴσως ὄνειροι διὰ τῶν τοιούτων εἰσφοιτῶσιν, οἵους ἐγὼ ἑώρων, οὐδὲ πάνυ σαφῶς, τυφλὸς αὐτὸς ὤν. ἐμοὶ δὲ διὰ χρυσῶν τινων πυλῶν ὁ ἥδιστος ἀφίκετο, χρυσοῦς καὶ αὐτὸς, καὶ χρυσᾶ πάντα περιβεβλημένος, καὶ πολὺ ἐπαγόμενος χρυσίον. ΑΛ. παῦε, ὦ Μίδα βέλτιστε, χρυσολογῶν.

ἀτεχνῶς

ἀτεχνῶς γὰρ ἐκ τῆς ἐκείνου σοι ψυχῆς ὃ
ἐνύπνιον, καὶ μέταλλα ὅλα χρυσίου κεκτῆσθαι μοι δόξαις. ΜΙΚΥΛ. πολύ, ὦ Πυθαγόρα, χρυσίον εἶδον, πολὺ πῶς οἷόν καλόν, οἷαν τὴν αὐγὴν ἀπαστράπτον; τί ποτε ὁ Πίνδαρος φησι περὶ αὐτοῦ, ἐπαινῶν; ἀνάμνησον γάρ με, εἴπερ οἶσθα, ὁπότε ὕδωρ ἄριστον εἰπὼν, εἶτα τὸ χρυσίον θαυμάζῃ, τί ποιῶν, ἐν ἀρχῇ ὕμνου τῶν ἀσμάτων ἀπάντων. ΑΛΕ. μῶν ἐκεῖνο ζητεῖς, Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέπει νυκτὶ, μεγανόρους ἔξοχα πλούτου; ΜΙΚ. νὴ Δία, αὐτὸ τοῦτο. ὥσπερ γὰρ τοὐμὸν ἐνύπνιον ἰδὼν ὁ Πίνδαρος, οὕτως ἐπαινῇ τὸ χρυσίον. ὡς δὲ ἤδη μάθῃς οἷόν τι ἦν, ἄκουσον, ὦ σοφώτατε ἀλεκτρυόνων. ὅτι μὲν οὖν οὐκ οἰκότως ἦν θεὸς, οἶσθα. Εὐκράτης γάρ με ὁ πλούσιος ἐντυχὼν ἐν ἀγορᾷ, λουσάμενον ἥκειν ἐκέλευε τὴν ὥραν ὅτι τὸ δεῖπνον. ΑΛΕΚ. οἶδα πάνυ τοῦτο, πεινάσας πρὸ ὅλου τοῦ ἡμέραν, ἄχρι μοι βαθείας ἤδη ἑσπέρας ἦκες ὑποβρεμένος, τοὺς πέντε ἐκείνους κυάμους κομίζων, οὐ πάνυ δαψιλὲς τὸ δεῖπνον ἀλεκτρυόνι ἀθλητῇ ποτε γενομένῳ, καὶ Ὀλύμπια οὐκ ἀφανῶς ἀγωνισαμένῳ. ΜΙΚ. ἐπεὶ δὲ δειπνήσας ἐπανῆλθον, ἐκάθευδον βύθιος, τοὺς κυάμους σοι παραβαλών. Εἶτά μοι κατὰ τὸν Ὅμηρον, ἀμβροσίῃ ὄβριμος ὕπνος νύκτα θεῖός τις ὡς ἀληθῶς ὀπάσας ἔπεσε. ΑΛΕΚ. τὰ μὲν δὴ τοῦ Εὐκράτους ἄριστα, ὦ Μίκυλλε, διήγησαι, καὶ τὸ δεῖπνον, ᾧ ἐχρῆτο, καὶ τὰ ἐν τῷ συμποσίῳ πάντα. κωλύει γὰρ οὐδέν σε δειπνεῖν, ὥσπερ ὄνειρόν τινα τὸ δεῖπνον ἐκεῖνον παράσχοντα, καὶ ἀναμηρυκώμενον τῇ μνήμῃ τὰ βεβρωμένα. ΜΙΚΥΛ. ἡμῖν ἐνοχλήσειν, καὶ ταῦτα διηνυσμένος. ἐπεὶ δὲ σὺ παρθυμῇ, καὶ δὴ λέγω. ἄκουε γάρ, ὦ Πυθαγόρα, παρά τινι πλουσίῳ τινὶ δειπνήσας ἐν ἄστει τῷ ἐμῷ, τύχῃ τινὶ ἀγαθῇ ἐντυγχάνω θεὸς τῷ Εὐκράτει· καὶ ἐγὼ μὲν παρεσκεύαζον αὐτὸν ὥσπερ εἰώθειν, δεικνύων, ἀπαλλαττόμενος, ὡς μὴ καταισχύναιμι αὐτὸν, ἐν πενιχρῷ τῷ τρίβωνι συμπαρόντα. ὁ δὲ, Μίκυλλε, φησι,

A Nam dubio procul ex illius voto istud tibi accidit insomnium, & solidas auri venas mihi duxisse videris. MIC. Multam auri vim vidi Pythagora, multam. quàm putas pulchri? quo fulgore coruscantis? Quid tandem Pindarus in illius laudem dicit? nam in memoriam redige, si quidem meministi, quum aquam præstantissimam dicens, postea aurum admiratur, idque iure, statim in initio carminis vnius omnium bellissimi. GAL. Num illud quæris,

*Aqua est illa quidem optima:*
*Cæterùm aurum, vti candens*
*Ignis, ita enitens, noctibus eminet eximiè*
B *Cæteras supra opes quæ* [*vnum*
*Gloriam ac decus addunt.*

MICYLL. Per Iouem, isthuc ipsum: perinde enim ac si insomnium meum videat Pindarus, ita prædicat aurum. Sed vt tandem cognoscas quale fuerit, ausculta iam sapientissime Galle. Meministi vt heri nullum domi cibum acceperim: siquidem Eucrates dives ille fortè mihi in foro factus obuiam, lotum me in tempore ad cœnam venire iusserat. GALLVS. Isthuc equidem planè memini. nam totum esuriebam diem, donec mihi, profunda tandem vespera domum reuersus subuuidus, vinóque madens, quinque illas fabas proferres, non admodum opiparam cœnam Gallo, qui quondam fuerit athleta, quíque Olympia non segniter olim decertarit. MICYL. Ast vbi reuersus à cœna fabas tibi obiecissem, obdormij protinus. Tum mihi, iuxta Homerum, ambrosia sub nocte diuinum quoddam haud dubiè somnium assistens. GAL. Sed priùs quæ tibi apud Eucratem acciderint, Micylle narra, & cuiusmodi fuerit cœna, quæque super cœnam acta sunt omnia. D Nihil enim prohibet te denuo cœnare, si veluti somnium quoddam eius cœnæ reducas, & quæ tum ederis, rursum commemoratione quasi rumines. MICYL. Credebam molestum futurum me, si hæc quoque retulissem: verùm posteaquam tu desideras, en id quoque narrabo. Quum nunquam antehac in vita cœnassem apud vllum diuitem, ô Pythagora, heri bona quapiam fortuna in Eucratem incidi: atque ego quidem simul atque dominum illum salutassem, ita vti consueueram, subducebam me: ne pudori illi essem, si lacera in veste fuissẽ affectatus. At ille, Micylle, inquit,

hodie natalitia filiæ celebro, plurimósq; ad conuiuium amicos inuitaui: verùm quoniam aiunt quendam ex his incõmoda esse valetudine, neque posse pariter ad conuiuium nostrum accedere: tu eius loco venito lotus: nisi ipse fortè qui vocatus est, semet adfuturum renunciarit: nã nunc quidẽ ambigit. Hoc vbi audissem, adorato diuite discedebam, omnes obsecrans deos, vt algidam febrem aliquam, aut laterum dolorẽ, aut podagram morbi auctarium immitterent valetudinario illi, cuius ego sellæ occupator, cœnæque vicarius & hæres eram vocatus. Interim hoc spacij quod vsque ad balnei tempus interceſſit, longissimum seculum esse iudicabam: dum subinde respicio quot pedum esset litera, & quando illos iam lauisse cõsentaneum esset. Hîc vbi tempus tandem aduenisset, ocyus me corripio, atque abeo, nitidè admodum cultus, sic obuerso palliolo, vt qua esset parte purissimum, ea videretur. Offendo autẽ ad fores & alios cõplures, in quibus etiam illũ (gestabatur autem à viris quatuor) cuius eram subconuiua vocatus, qui malè habere dictus erat, atque id etiam præ se ferebat, quòd afflicta esset valetudine: nam ex alto gemebat, tussiebátque ac screabat velut ex abdito: quódque ægrè graderetur, totus pallidus ac tumens, annos natus circiter sexaginta: ferebatur autem philosophus quispiam esse ex his qui apud adolescentulos nugas deblaterant. At barba mirè erat tragica, id est hircina, supra quàm credi posset tõsoris egens. Porrò increpante Archibio medico, quamobrem cùm ita esset affectus, aduenissem: Non oportet, inquit, promissa deserere, præsertim hominem philosophum, etiamsi mille vrgeant & instent morbi. Putabit enim Eucrates sese à nobis haberi ludibrio. Haudquaquam, inquam ego: imò collaudabit te, si domi potiùs apud te velis emori, quàm in conuiuio animam vnà cum phlegmate excreans. Atque ille quidem præ arrogantia dissimulabat sese dicterium audisse. Haud multo pòst accessit & Eucrates iam lotus: conspectóque Thesmopolide (nam id erat philosopho nomẽ) Præceptor, inquit, probè quidem factum abs te, qui ipse ad nos veneris: tametsi nihilo deteriùs tibi fuerat futurum: siquidem etiam absenti omnia ordine missa fuissent. Hæc simul atque dixerat, introgreditur, manus illi porrigens, pariter & famulis innitenti.

*Gnomonẽ horologij intelligit.*

A ἡμᾶς ἐς τὴν μεθαύριον ἑστιῶ γενέθλια, καὶ παρεκάλεσα καὶ τῶν φίλων μάλα πολλούς. ἐπεὶ δέ τινα φασὶν αὐτῶν μαλακῶς ἔχοντα οὐκ οἷόν τε εἶ) ξυνδειπνῆσαι μεθ' ἡμῶν, σὺ αὐτὸ ἐκείνου ἕνεκα λουσάμενος, ἴσως μὴ ὄγε κληθεὶς αὐτὸς, εἴπῃ ἀφίξεσθαι, ὡς νῦν γε ἀμφίβολός ἐστι. τοῦτο ἀκούσας ἐγὼ, προσκυνήσας, ἀπῆλθον εὐχόμενος ἅπασι θεοῖς ἀπαλόν τινα, ἢ πλευρῖτιν, ἢ ποδάγρας ἐπιπέμψαι τῷ μαλακιζομένῳ ἐκείνῳ, ὃν ἔφεδρος ἐγὼ, καὶ ἀπόδειπνος, τῆς ἐμφόδιος ἐκεκλήμην καὶ ὃ ἄγει λουτρόν, αἰῶνα μήκιστον ἐπιθέμην, στενοχὼς ἐπισκοπῶν, B ὁποσάπους ὃ στοιχεῖον εἴη, καὶ πηνίκα ἤδη λελουσθαι δέοι. κἀπειδή ποτε ὁ καιρὸς ἀφίκετο, πρὸς τὰς ἐμαυτοῦ ἀποῤῥίψας, ἀφικόμην, κοσμίως μάλα ἐσκευασμένος, ἀμπεχόμενος τρέφας ὃ τελαμώνιον, ὡς ὅτι τῶν καθαρωτέρων εἴη τὸ ἱμάτιον ἡ ἀναβολή. καταλαμβάνω τε πρὸς ταῖς θύραις ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ δὴ κἀκεῖνον, φορεῖόν τινα ὑπὸ τεττάρων κεκομισμένον, ᾧ με ὑποδέχεσθαι ἔδει, τὸν νοσεῖν λεγόμενον· καὶ ἐδήλου δὲ πονηρῶς ἔχων. ὑπέστενε γοῦν, καὶ ὑπέβηττε, καὶ ἐκεχεύμητο C μύχιόν τι, καὶ δυσπρόσοδον, ὠχρὸς ὢν ὅλος, καὶ διῳδηκώς, ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα ἔτη φαίνων. ἐλέγετο δὲ φιλόσοφός τις εἶ) τῶν πρὸς τὰ μειράκια φλυαρούντων. ὁ γοῦν πώγων μάλα τραγικὸς ἦν, ἐς ὑπερβολὴν κουρᾶς· καὶ αἰτιωμένου δὲ Ἀρχιβίου τὸν ἰατρὸν, διότι οὕτως ἔχων ἀφίκετο, Τὰ κατηγγελμένα, ἔφη, οὐ χρὴ προδιδόναι, ὦ Τοῦπα, φιλόσοφον ἄνδρα, κἂν μυρίαι νόσοι ἐμποδὼν ἱστῶνται. κινήσεται γάρ Εὐκράτης ὑπερωφθῆναι πρὸς ἡμῶν. οὐμενοῦν εἶπον ἐγὼ, ἀλλ' ἐπαινέσεταί σε, ἴσως οἴκοι πρὸ σεαυτοῦ μᾶλλον ἀποθανεῖν ἐθέλοις, D ἢπερ ἐν τῷ συμποσίῳ σωσαι χρεμψάμενος τὴν ψυχὴν μετὰ τοῦ φλέγματος. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὑπὸ μεγαλοφροσύνης, οὐ προσεποιήσατο ἀκηκοέναι τὸ σκώμματος. ἐφίσταται δὲ μετ' μικρὸν ὁ Εὐκράτης λελουμένος, καὶ ἰδὼν τὸν Θεσμόπολιν (τοῦτο γὰρ ὁ φιλόσοφος ἐκαλεῖτο) Διδάσκαλε, φησὶν, οὐ μὴν ἐποίησας αὐτὸς ἦκων πρὸς ἡμᾶς· οὐ μεῖον δ' αὖ τί σοι ἐγένετο, καὶ ἀπόντι γὰρ ἅπαντα ἐξῆς ἐπέσαλτο σοί. καὶ ἅμα λέγων, εἰσῆλθε χεῖρας ὀρέγων αὐτῷ, ἐπερειδόμενος καὶ τοῖς οἰκέταις.

ἐγὼ μὲν οὖν ἀπιέναι παρεσκευαζόμην· ὁ δὲ, A
ὑπισχνεῖς, καὶ ὑπολὺ σκοδιάσας, ἐπεί με
πάνυ σκυθρωπὸν εἶδε, Πάεις, ἔφη, καὶ σὺ,
ὦ Μίκυλλε, καὶ συνδείπνει μεθ' ἡμῶν· τὸν γὰρ
ἐγὼ κελεύσω ἐν τῇ γυναικωνίτιδι μετὰ
τῆς μητρὸς ἑστιᾶσθαι, ὡς σὺ χώραν ἔχῃς.
εἰσῆλθον οὖν μάτην λύκος χανὼν ὥδε μι-
κρὸν αἰσχυνόμενος, ὅτι ἐδόκουν ἐξεληλακέ-
ναι τῶν συμποσίου ὁ παῖδιον τὸν Εὐκράτους.
καὶ ἐπειδὴ κατεκλίνεσθαι καιρὸς ἦν, πρῶτον
μὲν ἠρώτων, αἰτήσασθαι τὸν Θεσμόπολιν,
ὅτι ἀπρεπῶς, νὴ Δία, πάντες, οἱ μὲν, νεα-
νίσκοι βυμεγέθεις, ἐπὶ ταυχένια περιβύσαντες B
αὐτῷ πόθεν, ὡς δῆθεν οἱ τῷ χήματι,
καὶ ὑπολὺ καρτερῷ δυνάμενοι. εἶτα μηδενὸς
ἀνεχομένου πλησίον κατακεῖσθαι αὐτῷ, ἐμὲ
κατακλίνουσι φέροντες, ὡς ὁμοτράπεζοι εἴη-
μεν. ἐνταῦθεν ἐδειπνοῦμεν, ὦ Πυθαγόρα,
πολύοφόν τι καὶ ποικίλον δεῖπνον, ὑπὸ χρυσοῦ
πολλοῦ, καὶ ἀργύρου· καὶ σκεύματα μὲν χρυ-
σᾶ, καὶ δῆθεν καλοὶ ὡραῖοι, καὶ μυσοσυργοὶ, καὶ γε-
λωτοποιοὶ, καὶ ὅλως, ἡδίστη τις μὲν ἦν καὶ
πλοῦ ἀλλὰ ἕν με ἐλύπει, ὅ μετρίως ὁ Θε- C
σμόπολις ἐνοχλῶν, καὶ ἀρετήν τινα πρός με
διεξιών, καὶ διδάσκων, ὡς αἱ δύο ἀποφάσεις,
μίαν κατάφασιν ἀποτελοῦσι, καὶ ὡς εἰ ἡμέρα
ἐστὶ, νὺξ οὐκ ἔστιν, ἐνίοτε δὲ, καὶ κέρατα ἔφα-
σκεν εἶναί μοι, καὶ τοιαῦτα πολλὰ σοφὸν δοκοῦν-
τα πρὸς φιλοσόφων σκωπτόμενα, καὶ ὑπετέμνε-
το τὴν διφορουμένην, οὐκ ἐὰν ἀκούσῃ τὴν κι-
θαριζόντων, ἢ ᾀδόντων. τοῦτο μὲν σοι, ὦ ἀλε-
κτρυών, τὸ δεῖπνον. ΑΛΕ. οὐχ ἥδιστον, ὦ Μί-
κυλλε, καὶ μάλιστα ἐπεὶ σκωπτικρῶδης τὸν
λόγον σκείνῳ γέροντι. MIK. ἄκουε δὴ καὶ τὸ
σύμπνιον. ὤμην γὰρ τὸν Εὐκράτην αὐτὸν ἀ- D
παῖδα ὄντα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀποθνήσκειν, εἶτα
προσκαλέσασθαί με, καὶ δῆθεν καὶ θέμενον, ἐν
αἷς ὁ κληρονόμος ἐμὲ ἀπάντων ἐγὼ, μικρὸν
ὑπερόντα, ἀποθανεῖν· ἐμαυτὸν δὲ προλθόντα
ἐς τὴν οὐσίαν, τὸ μὲν χρυσίον, καὶ τὸ ἀργύριον,
ἐξαντλεῖν, σκάφαις τισὶ μεγάλαις, ἀένναόν τε
καὶ πολὺ ὑπερρέον· τὰ δ' ἄλλα, τὴν ἐσθῆτα,
καὶ τραπέζας, καὶ σκεύματα, καὶ δῆθεν
νους, πάντα ἐμά, ὡς ὃ εἰκὸς, εἶ). εἶτα ὀζύ-
λαιον ὑπὸ λευκοῦ ζεύγους, ὀχυπταίζων, πε-
ριβλεπτὸς ἅπασι τοῖς ὁρῶσι καὶ ὑπίφθονος.

Ego igitur iam abire parabam: verùm il- A
le conuersus, vbi diu secum hæsitasset,
posteaquam me tristem admodum vide-
ret, Ades, inquit, tu quoque Micylle, ac
nobiscum cœna. Nam filiũ in mulierum
conclaui vnà cum matre conuiuium age-
re iubebo, quò tibi sit locus. Ingrediebar
itaque, cùm parum abfuerit vt lupus frus-
tra hians discederem: verùm ingredie-
bar pudefactus, quòd Eucratis filiolum è
conuiuio viderer expulisse. Ast vbi iam
tempus esset vt discumberemus, primum
tollentes Thesmopolin composuerunt,
haud sine negotio per Iouem, quinque (si
Diis placet) proceri iuuenes, cæruicalia
illi supponentes vndiquaque: quò nimi- B
rum in eodem habitu permanere, ac lon-
gum etiam tempus durare posset. Dein-
de vbi nemo iam tolerare posset vt iuxta
illum accumberet, me adductum recli-
nant, vt eadem in mensa essemus. Dein-
ceps cœnabamus, ô Pythagora, opiparam
quandam & variam cœnam, multóque
in auro, multo item argento. Pocula erãt
aurea, ministri formosi: tum cantores, &
concitandi risus artifices. In summa iu-
cundissima quæpiam erat vita: nisi quòd
vnum quiddam me vehementer malè
habebat, Thesmopolis obstrepens at- C
que obturbans, virtutem nescio quam
mihi commemorans, docénsque quòd
duæ negationes vnicam efficerent affir-
mationem: quódque si dies sit, nox non
sit. Nonnunquam & cornua mihi dictita-
bat esse: atque id genus multa philoso-
phabatur erga me, quibus eiusmodi nihil
opus: planéque voluptatem interpella-
tione minuebat, quum non sineret exau-
diri eos qui cithara vocéque canebant.
Habes Galle de cœna. GAL. Non ad-
modum suaui Micylle: maximè poste-
aquam cum illo deliro sene sortitus eras
accubitum. MICY. Audi nunc insom- D
nium. Visus enim mihi Eucrates ipse,
quum orbus esset liberis, nescio quo-
modo è vita decedere. Dehinc vbi me
accersisset, ac testamentum condidisset,
quo me in solidum hæredem omnium
scripserat, paulo tempore superstes emo-
ri. Porrò ipse videbar adire facultates: & *Diuitum specioſa at beata.*
tum aurum argentúmque ingẽtibus qui-
busdam scaphis exhaurire, perpetuò sub-
scaturiens, & affatim affluens: tum autem
vestes, mensas, pocula, ministros, omnia
mea, vt par erat, esse. Postea candido ve-
hiculo vectabar resupinus, cunctis qui in-
tuebantur, conspiciendus & admirãdus.

Accurrebant permulti, ac circumequitabant, complures sequebantur. Ego interim illius indutus vestitum, & annulos gerens circiter sedecim, digitis insertos, epulum quoddam splendidum iubebam adornari, quo amicos acciperem. Iámque illi, ita vt in somnio fieri consentaneum est, aderant: iam epulæ erant comportatæ: iam potus ex animi sententia ministratus. In his quum versarer, & aureis phialis prębiberem omnibus qui aderant amicis: cùm iam inferrentur bellaria, intempestiuo tuo clamore perturbasti nobis conuiuium, mensásque subuertisti, ac diuitias illas ita dissipasti, vt in auras euanescerent. Num tibi videor iniuria stomachatus in te? nam vel treis noctes perpetuas libenter adhuc somnium illud quod mihi accidit, videre cupiam. GAL. Adeóne es auri cupidus, & opum auidus Micylle? ídque ex omnibus vnum admiraris, ac felicitatem vnicam esse iudicas, si plurimum possideas auri? MYCIL. Equidem haud solus ita cogito Pythagora: quin ipse quoque, tum quum Euphorbus esses, auro atque argento comis intexto prodibas pugnaturus cum Achiuis, ídque in bello, vbi ferrum quàm aurum gestare satius fuerat. At tu etiam tum voluisti calamistris auro internexis in periculum descendere. Atque ob eam (opinor) caussam, Homerus comas tuas Gratiis similes dixit, quòd auro argentóque reuincirentur. Etenim longè nimirum meliores atque amabiliores videbantur quòd essent auro religatæ, vnáque cum eo relucerent. Neque isthuc nouum est, auricome, si tu Pantho patre prognatus, aurum in precio habuisti: quin & ipse Deorum omnium hominúmque pater ille, Saturno Rheáque progenitus, quum Argolicam illam puellam adamaret, vbi nihil inueniret amabilius in quod sese transformaret, neque quo Acrisij custodias posset corrumpere, audisti videlicet vt aurum sit factus, atque ita per tegulas illapsus potitus est ea quam deperibat. Iam verò quid tibi commemorem quàm multos vsus præbeat aurum? & vt eos quibus adfuerit, formosos & sapientes & potentes reddat, decus & gloriam illis concilians? vtque nonnunquam ex obscuris & infamibus claros ac celebres repentè efficiat? Nam nosti vicinum mihi & eiusdem artificij Simonem,

A ἢ περιέθεον πολλοί, ἢ περιίππευον, ἢ εἵποντο πλείους. ἐγὼ δέ, τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐκείνου ἔχων, ἢ δακτυλίοις βαρὺς, ὅσον ἑκκαίδεκα, ἐξημμένος τοὺς δακτύλους, ἐκέλευον ἑστιᾶσίν τινα λαμπρὰν ὑπερπιθήσων ἐς ὑποδοχὴν τῶν φίλων. οἱ δὲ, ὡς ἐν ὀνείρῳ εἰκὸς, ἤδη παρῆσαν, καὶ ὁ δεῖπνον ἀρτι συνεκομίζετο, καὶ ὁ πότος συνεκροτεῖτο· ἐν τούτῳ ὄντα με, ἢ φιλοτησίας περπίνοντα ἐν χρυσαῖς φιάλαις ἑκάστῳ τῶν παρόντων, ἤδη τῶ πλακοῦντος ἐκκομιζομένου, ἀναβοήσας ἀκαίρως, συνεπάρξας μοὶ ἡμῖν τὸ συμπόσιον, ἀνέρρηξας δὲ B τὰς τραπέζας, τὸν δὲ πλοῦτον ἐκεῖνον ἀφανισθέντας, ὑπνέμιον φέρεσθαι ποιήσας. ἀρά σοι ἀλόγως ἀγανακτῶντι καὶ σοὶ δοκῶ, ὡς τελέσαντι ἂν ἡδέως ἔτι εἶδον τὸν ὄνειρόν μοι γινόμενον; ΑΛ. ὅταν φιλόχρυσος, ἐ φιλόπλουτος, ὦ Μίκυλλε, ἢ μόνον τοῦτο ἐξ ἁπάντων θαυμάζῃς, ἐ κρῇ εὐδαίμονα εἶ πολὺ κεκτῆσθαι χρυσίον; ΜΙ. οὐκ ἐγὼ μόνος, ὦ Πυθαγόρα, τοῦτο, ἀλλὰ ἐ σὺ αὐτὸς, ὁπότε Εὔφορβος ἦσθα, χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐξημμένος τῶν ἐσθῆτων, ὅτε ἐξῆς πολεμήσων τοῖς Ἀχαιοῖς, ἢ ἐν τῷ πολέμῳ ἔνθα C σιδηροφορᾶν μᾶλλον ἢ χρυσοφορᾶν ἄμεινον ἦν. σὺ γοῦν ἢ ποτε ἠξίους χρυσῷ διαδεδεμένους τοὺς πλοκάμους ἔχων, διακινδυνεύειν. καί μοι δοκεῖ Ὅμηρος διὰ τοῦτο Χαρίτεσιν ὁμοίας εἰπεῖν σοὶ τὰς κόμας, ὅτι χρυσῷ τε, ἢ ἀργύρῳ ἐστέφηντο· μακρῷ γὰρ ἀμείνους δηλαδὴ, ἐ ἐρασμιώτεραι ἐφαίνοντο, συναναπεπλεγμέναι τῷ χρυσίῳ, ἐ συναπολάμπουσαι μετ' αὐτοῦ. καίτοι τὰ μὲν σὰ, ὦ χρυσοκόμη, μέτρια, εἰ Πανθοῦ υἱὸς ὢν, ἐτίμας τὸ χρυσίον. ὁ δὲ πάντων θεῶν πατὴρ, ἢ ἀνδρῶν, ὁ Κρόνου ἐ Ῥέας, ὁπότε ἠράσθη τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μειρακίου, οὐκ ἔχων εἰς ὅ, τι ἐρασμιώτερον αὐτὴν μεταβάλοι, οὐδὲ ὅπως ἂν διαφθείρῃ τὸν Ἀκρισίου τὸν φρουρὸν, ἀκούῃς ἤδη που ὡς χρυσίον ἐγένετο, καὶ ῥυεὶς διὰ τῆς τέγους, συνῆν τῇ ἀγαπωμένῃ. ὥστε τί ἂν σοι δοκῶ ὅτι τούτῳ ἔτι λέγοιμι; ὅσας μὲν χρείας παρέχεται ὁ χρυσὸς· ὡς δὲ οἷς ἂν παρῇ, καλοὺς τε αὐτοὺς, ἢ σοφοὺς, ἢ ἰσχυροὺς ἀπεργάζεται, τιμῆς ἐ δόξης συναπάντων, καὶ ἐξ ἀφανῶν, καὶ ἀδόξων, σφόδρα τοῦ ἐναργοῦς ἢ ἀοιδίμους ἐν βραχεῖ τίθησι; τὸν γείτονα γοῦν μοι τὸν ἐμὸν τεχνίτην οἶδα, τὸν Σίμωνα,

ὑ τοῦ πολλοῦ δεῖπνήσαμτα πρ' ἐμοί, ὅτε ὃ ἔτνος ἥψουν τῆς Κρηνίοις, δύο τόμεις τ' ἀλλαντος ἐμβαλών. ΑΛΕ. οἶδα, τὸν σιμὸν, τὸν βραχύ, ὃς ὃ κεραμεοῦν τρύβλιον ὑφελόμενος, ᾤχετο φέρων ὑπὸ μάλης ἔχων, μετ' ὃ δεῖπνον, ὃ μόνον ἡμῖν ὑπῆρχεν. εἶδον γὰρ αὐτὸς, ὦ Μίκυλλε. MIK. σκοπῶ σκέψος αὐτὸ κλέψας, εἶτα ἐπωμόσατο θεοὺς τοσούτους. ἀλλά τί σὺ ἐμύκας, καὶ ἐβόας τότε, ὦ ἀλεκτρυών, λαλίζομένους ἡμᾶς ὁρῶν; ΑΛΕ. ἐκέκραζον, ὃ μόνον μοι τότε δυνατὸν ἦν. τί δ' οὖν ὁ Σίμων; ἐοίκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ ἐρεῖν. MIK. αἰσχίστως ἔχει αὐτῷ, πλούσιος ἐς ὑπερβολήν, Δρυμύλος τοὔνομα· σὺ δὲ ζῶν μὲν, οὐδὲ ὀβολὸν ἔδωκε τῷ Σίμωνι. πῶς γὰρ, ὃς οὐδὲ αὐτὸς ἥπτετο τῶν χρημάτων; ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρώην, ἅπαντα σκεῦνα κατ' οἰκίαν, Σίμων ὁ τὰ ῥάκια τὰ πινακεά, ὁ δὲ τρύβλιον περιλείχων, ἅσμενος ἐξελαύνει, ἀλουργῆ καὶ ὑακινθαφῆ ἀμπεχόμενος, οἰκέτας, καὶ ζεύγη, καὶ χρυσᾶ σκεύματα, καὶ ἐλεφαντόποδας τραπέζας ἔχων, ὑφ' ἁπάντων περισκυνούμενος, οὐδὲ περιβλέπων ἐπ' ἡμᾶς. ἔναγχος γοῦν ἐγὼ μὲν ἰδὼν περιόντα, Χαῖρε, ἔφην, ὦ Σίμων. ὁ δὲ ἀγανακτήσας, Εἰπάτε, ἔφη, τῷ πτωχῷ, μὴ καταμικρύνῃ μου τοὔνομα· οὐ γὰρ Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. ὃ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ ἐρῶσιν αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες· ὁ δὲ ἀρύτεται καὶ περὶ ταύτας, καὶ ὑπερορᾷ, καὶ ταῖς μὲν, περιέπεται, καὶ φίλεως ἔστιν, αἱ δὲ, ἀπειλοῦσιν αὐτῷ καὶ αὗται, ἀμελούμεναι. ὁρᾷς ὅσων ἀγαθῶν ὁ χρυσὸς αἴτιος, εἴ γε καὶ μεταποιεῖ τοὺς ἀμορφοτέρους, καὶ ἐρασμίους ἀπεργάζεται, ὥσπερ ὁ ποιητικὸς ἱμὰς κεστός. ἀκούεις δὲ καὶ τῶν ποιητῶν λεγόντων·

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον κτέρας. καὶ,

Χρυσὸς γάρ ἐστιν, ὃς βροτῶν ἔχει κράτη.

ἀλλά τί μειδιᾷς ἐγέλασας, ὦ ἀλεκτρυών; ΑΛ. ὅτι σοῦ ἀγνοίας, ὦ Μίκυλλε, καὶ σὺ τὰ ὅμοια τοῖς πολλοῖς δόξαπάτησαι περὶ τὸ πλουσίων. οἶδ', εὖ ἴσθι, πολὺ ἀθλιώτερον ὑμῶν τὸν βίον βιῶσι. λέγω δέ σοι, ὃς πένης, καὶ πλούσιος πολλάκις γενόμενος, καὶ ἄπαντος βίου πεπειραμένος· μετ' μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸς εἴσῃ ἕκαστα.

qui paucis antè diebus apud me cœnauit, quum legumen coquerem Saturnalibus, duásque extorum cæsuras immitterem. GAL. Noui, Simonem illum breuem: qui fictilem ollulam, quæ nobis erat vnica, suffuratus, peracta cœna abiit sub ala gestans. Nam ipse vidi Micylle. MIC. Atqui quum eam sustulerit, tam multos ille deos postea iurabat. Sed cur non prodebas, ac vociferabare tum ô Galle, quum nos furto spoliari conspiceres? GAL. Coccyzabam, quod mihi solùm licebat id temporis. Verùm quid Simon ille? Nam videbare de illo dicturus nescio quid. MIC. Ei consobrinus erat vir supra modum diues, nomine Drimylus: is quoad viuebat, ne obolum quidem donauerat Simoni: nam quî daret, cùm ne ipse quidem pecunias attingeret? At simul atque mortuus est nuper, vniuersis illis opibus, iuxta leges, Simon ille, qui coria putria, qui patellam circumlingebat, gaudens potitur, purpura ostróque circuntectus: famulósque & currus, & aurea pocula, & mensas eburnis innixas pedibus possidet: ab omnibus adoratur: iámque nos ne aspicit quidem. Etenim nuper quum illum procedentem conspexissem, Salue, inquam, Simon. At ille indignè ferens, Edicite, inquit, mendico isti, ne vocabulum meum diminuat: neque enim Simon, sed Simonides appellor. Porrò (quod est omnium maximum) mulieres etiam illius amore capiuntur. Atque is quidem eludit eas, ac fastidit, & alias quidem admittit comémque sese præbet: aliæ porrò quæ negliguntur, necem conscituras sibi minitantur. Vides quantas commoditates pariat aurum: quandoquidem eos qui sunt deformissimi, transfigurat, & amabiles reddit, non secus atque cestus ille poëticus. Audis insuper & à poëtis dictum,

*O aurum auspicata res, & ostentum optimum.*

Et rursum,

*Aurum est quod opibus imperat mortalium.*

quémadmodum in obſcuris oraculis ſolet vſu venire. M I C. Illud vide, vt rides me tu quoque, non minùs atque Crotoniatas, ac Metaponticos, & Tarentinos, cúmque his alios, qui muti ſequuntur, tuáque adorant veſtigia, quæ tu calcata reliquiſti. Verùm vbi Pythagoram exueras, quem poſt eum induiſti? G A L. Aſpaſiam Miletenſem illam meretricem. M I C. Papæ! quid ego audio? Siquidem inter alia mulier quoque fuit Pythagoras. Itáne fuit aliquando tempus, quo tu Galle generoſiſſime oua pariebas, cúmque Pericle rem habebas, iam Aſpaſia videlicet, atque ex illo grauida facta es? Præterea lanam tondebas, tramámque deducebas? Poſtremò meretricũ in morem geſticbas, vultúmque componebas? G A L. Iſta quidem omnia feci, tametſi non ego ſolus: verùm & ante me tum Tireſias, tum Elati proles Cæneus. Proinde quicquid in me conuitij dixeris, tantundem & in illos dixeris. M I C. Age igitur, vtra tibi vita erat ſuauior, quum vir eſſes, an cùm Pericles tecum haberet conſuetudinem? G A L. Vides cuiuſmodi iſthuc eſt quod percontaris? nempe cui ne Tireſiæ quidem expedierit reſpondere. M I C. Atqui ſi minùs fateare tu, tamen iſthuc Euripides ſatis explicuit, quum ait ſe malle ter ſub clypeo conſiſtere, quàm parere ſemel. G A L. Imò præmoneo, te paulo pòſt puerperam fore: ſiquidem & tu mulier es olim futurus, ídque ſæpius, longo nimirum ſeculorum orbe atque recurſu. M I C. Non tu pendebis ô Galle, qui quidem omneis mortales Mileſios aut Samios eſſe ducas? Nam aiunt te etiã tum quum Pythagoras eſſes, venuſta forma decorum, ſæpius Aſpaſiam fuiſſe tyranno. Verùm age, ſecundùm Aſpaſiam in quem virum aut mulierem denuo renatus es? G A L. In Cratetem Cynicum. M I C. O Caſtor, & ô Pollux, quàm diſſimile: ex ſcorto philoſophus. G A L. Deinde rex: deinde pauper: paulo pòſt ſatrapes: dehinc equus, graculus, rana, aliáque innumerabilia: perlongum enim fuerit ſingula recenſere. Poſtremò gallus, atque id ſæpius: nam hoc vitæ genere ſum delectatus. Interea & aliis diuerſis mortalibus ſeruiui, regibus, pauperibus, diuitibus: poſtremò nunc tecum viuo: rideóque quotidie, quum video te paupertatis tædio complorantem, eiulantémque, ac diuitum admirantem fortunas, propterea quòd ignores quantũ illis adſit malorum:

A καθάπερ ἐν τοῖς ἀσαφέσι τῶν χρησμῶν. ΜΙ. ὁρᾷς; καταγελᾷς μου καὶ σὺ ἐν τῷ μέρει τοσοῦτον, ὅσον Κροτωνιάτας, καὶ Μεταποντίους, καὶ Ταραντίνων, καὶ τἆλλων ἀφώνων σιγὴ ἑπομένων, καὶ τοῖς κινουμένοις τὰ ἴχνη, ἃ σὺ πατῶν ἀπολιμπάνοις. ἀποδυσάμενος δὲ τὴν Πυθαγόραν, τίνα μετημφίασαι μετ' αὐτόν; ΑΛΕ. Ἀσπασίαν τὴν ἐκ Μιλήτου ἑταίραν. ΜΙ. φῦ τῶν λόγων, καὶ γυνὴ γὰρ ἐγένετο ἐν τοῖς ἄλλοις, ὁ Πυθαγόρας; καὶ ἰὼ ποτε χρόνος, ὅτε καὶ σὺ ὠοτόκεις, ὦ ἀλεκτρυόνων θηλυκώτατε, καὶ σεμνὴ θα Περικλῆ, Ἀσπα-
B σία οὖσα; καὶ ἐκύεις ἀπ' αὐτοῦ, εἶτα ἔτεκες, εἶτα ἐξάγνες, εἶτα κρόκιον κατῆγες, εἶτα ἐγκωμιαχίζου ἐς ὕστερον; ΑΛΕ. πολλὰ ταῦτα ἐποίουν, οὐ μόνος, ἀλλὰ καὶ Τειρεσίας πρὸ ἐμοῦ, καὶ ὁ Ἐλάτου παῖς ὁ Καινεύς, ὥστε ὁπόσα ἂν ἀποσκώψῃς εἰς ἐμέ, εἰς ἐκείνους ἀποσκώψεις ἔσῃ. ΜΙ. τί οὖν, πότερος ὁ βίος ἡδίων σοι ἰὼ, ὅτε ἀνὴρ ἦς, ἢ ὅτε σε ὁ Περικλῆς ὤπυεν; ΑΛ. οἶδας, οἷ τοῦτο ἠρώτησας, οὐδὲ τὴν Τειρεσίαν σωνεγκοῦσαν τῷ ἀποκρίνασθαι. ΜΙ. ἀλλὰ
C καὶ σὺ μὴ εἴπῃς, ἱκανῶς ὁ Εὐριπίδης διήκρινε ὃ βούλεται, εἰπὼν, ὡς τρὶς ἂν θέλοι πρὸ ἀσπίδα στῆναι, ἢ ἅπαξ τεκεῖν. ΑΛΕΚ. καὶ μὴν ἀναμνήσω σε, ὦ Μίκυλλε, ὅτι εἰς μακρὰν ὠδίνομεν· ἔσῃ γάρ ποτε γυνὴ καὶ σὺ ἐν πολλῇ τῇ περιόδῳ πολλάκις. ΜΙ. οὐκ ἀπάγξῃ, ὦ ἀλεκτρυών, ἄνδρας οἰόμενος Μιλησίους, ἢ Σαμίους εἶ); σὲ οὖν φασι, καὶ Πυθαγόραν ὄντα τὸν ὥραν λαμπρὸν πολλάκις, Ἀσπασίαν γενέσθαι τὰ πρῶτα γύναιον. τίς δὴ μῦν τὸν Ἀσπασίαν ἀνὴρ, ἢ γυνὴ αὖθις ἀνεφάνης; ΑΛ. ὁ Κυνικὸς Κράτης. ΜΙ. ὦ
D Διόσκορω, τῆς ἀνομοιότητος, οἷος ἑταίρας, φιλόσοφος; ΑΛΕ. εἶτα βασιλεύς, εἶτα πένης, καὶ μετ' ὀλίγον, Σατράπης, εἶτα ἵππος, καὶ κολοιός, καὶ βάτραχος, καὶ ἄλλα μυρία· μακρὸν δ' ἂν ἦν διελθεῖν καθ' ἕκαστα, τὰ τελευταῖα δὲ, διήκτρυών πολλάκις· ἠθλίωμαι γὰρ τὰ βίῳ· καὶ τοῦδε πολλοῖς ἄλλοις δουλεύσας βασιλεῦσι, καὶ πένησι, καὶ πλουσίοις, τὰ τελευταῖα, καὶ σοὶ νῦν συνοικῶ, καταγελῶν ὅσα μέρει σοῦ πονηρεύονται, καὶ οἰμώζοντος ὅτι τὴν πενίαν, καὶ τοὺς πλουσίους θαυμάζοντος, ἀλλ' ἀγνοίας τῶν ἐκείνοις προσόντων κακῶν.

εὐτρεπῶ ἥδεις τὰς φρενῖτίδας αὐτῷ, ἃς ἔχου- A
σιν, ἐπελάσας αὐ ὅτι σαυτῷ τοῦτον οἰηθέν-
τι ὑπερδαιμονίαν ἀεὶ τὸν πλούσιον. ΜΙ.
Ὀκνῶ, ὦ Πυθαγόρα, ἢ ὅ, τι μάλιστα χαί-
ρῃς καλούμενος, ὡς μὴ ὀπτάρχοιμι τὸν λό-
γον, ἄλλοτε ἄλλον καλῶν. ΑΛΕ. ὅρα σὺ
μὲν οὖν, εἴτε Εὔφορβον, εἴτε Πυθα-
γόραν, εἴτε Ἀσπασίαν καλῇς, εἴτε Κράτητα,
πάντα γὰρ ἐγὼ ταῦτά εἰμι· πλὴν ὅ νῦν ὁρω-
μένων τοῦτο, ἀλεκτρυόνα ὀνομάζων, ἀμείνων
αὖ ποιοῖς, ὡς μὴ ἀτιμάζοις θύτελες εἶ δο-
κῶν ὄρνεον, καὶ ταῦτα, τοσαύτας ἐν αὐτῷ
ψυχὰς ἔχον. ΜΙ. ὀκνῶ, ὦ ἀλεκτρυών, B
ὅπῃ ἀπάντων μὲν ἤδη τὸν βίον ἐπειρά-
θης, καὶ πάντα οἶσθα; λέγοις αὖ ἤδη σαφῶς,
ἰδίᾳ μὲν τὰ τῶν πλουσίων, ὅπως βιοῦσιν,
ἰδίᾳ δὲ, τὰ τῶνδε; ὡς μάθω εἰ ἀληθῆ
ταῦτα φῂς, εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνων με
τῶν πλουσίων. ΑΛ. ἰδοὺ δὴ οὕτως ὑπέσκε-
ψαι ὦ Μίκυλλε, σοὶ μὲν οὔτε πολέμου πολὺς
λόγος, ὦ λέγηται ὡς οἱ πολέμιοι ἐπελαύ-
νουσιν, οὐδὲ φρενῖτις μὴ τὸν ἀγρὸν τέμω-
σιν ἐμβαλόντες, ἢ τὸν ὀρχάτους ξυμπατή-
σωσιν, ἢ τὰς ἀμπέλους δηιώσωσιν, ἀλλὰ τῆς C
σάλπιγγος ἀκούων μόνον, εἰ τύχοι ἄρα, πρὸς-
ελέπεις ὅ τι σαυτόν, οἵ τε πάντων μάλιστα χρὴ
σωθῆναι, καὶ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν. οἱ δὲ βου-
λεύονται μὲν καὶ ἀμφ' αὐτοῖς, ἀνίενται δὲ,
ὁρῶντες ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀγόμενα καὶ φερόμε-
να ὅσα εἶχον ἐν τοῖς ἀγροῖς. καὶ ἤδη τε εἰσφέρε-
δή, μόνοι καλοῦνται· ἤδη τε ἐπεξιέναι, πρὸς-
κινδυνευθύοισι στρατηγοῦντες, ἢ ἱππάρχοῦ-
τες· σὺ δὲ οἰσυίνην ἀσπίδα ἔχων, θύελλος, καὶ
κοῦφος, εἰς σωτηρίαν ἕτοιμος ἑστάθαι τὰ
ὀπτήρια, ἐπειδὴν θύῃ ὁ στρατηγὸς νενικηκώς· D
ἐν εἰρήνῃ τε αὖ, σὺ μὲν τῶν δήμου ὤν, δυ-
νάσας εἰς ἐκκλησίαν, τυραννὶς τῶν πλουσίων,
οἱ δὲ, φοβοῦσι, καὶ ὑποστέλλουσι, καὶ δεδε-
νομένοις ἱλάσκονται σε. λοιπὰ μὲν γὰρ ὡς ἔχεις
καὶ ἀγῶνας καὶ θεάματα καὶ πάλαι ἄφθονα,
ἅπαντα ἐκεῖνοι πορίζουσι, σὺ δὲ ὀξύπικρος καὶ
δοκιμαστὴς πικρὸς ὥσπερ δεσπότης, οὐδὲ λό-
γου μεταδιδοὺς ἐνίοτε, κἂν σοι δοκῇ, κα-
τεχαλάζησας αὐτῷ ἀφύσους τοὺς λίθους,
ἢ τὰς οὐσίας αὐτῷ ἐδήμευσας· οὔτε δὲ συ-
κοφάντου δέδιας αὐτὸς, οὔτε λῃστοῦ,

alioqui si curas noris quibus illi distrin-
gũtur, teipsum profectò riseris, qui antea
credideris, eum qui sit opulentus, statim
felicissimum esse omnium. MIC. Ergo
Pythagora, aut quod maximè gaudeas
appellari, ne confundam orationem, si te
nunc hoc, nunc illo nomine compellem.
GAL. Nihil intererit, siue Euphorbum,
siue Pythagoram, siue vocaris Aspasiam,
siue Cratetem, quãdoquidem ista omnia
sum vnus: nisi quòd rectiùs feceris, si (id
quod impræsentiarum esse videor) gallũ
me voces, ne quem hanc parui ducere
contemneréque videare, præsertim cùm
tam multas contineat animas. MICY.
Ergo Galle, quandoquidem omnia penè
viuendi genera iam expertus es, atque o-
mnia cognita habes, age dilucidè mihi
narrato quæ sint peculiaria diuitũ ad vi-
tæ rationem, quę pauperum propria: quò
videlicet cognoscam, veré ne isthuc af-
firmes, me diuitibus esse feliciorem.
GAL. En hunc ad modum interim per-
pende Micylle. Te quidem non magno-
pere tangit cura belli, si quando rumor
sit aduentare hostes: neque solicitus es
ne in agros incursantes populentur, néve
hortum proculcent, proterántque, aut
vineas vastent: sed simul atque tubam au-
dieris, si tamen audieris, de te ipso vno
circunspectas, quò deflexus seruari queas
ac discrimen effugere. Contrà illi tum
de sese soliciti sunt, tum animo discru-
ciantur, quum de mœnibus quicquid o-
pum possidebant in agris, id omne tolli
deportaríque conspiciunt. Ac siue infe-
rendum est aliquid in ærarium, soli ac-
cersuntur: siue in prælium exeundum, pe-
riclitantur, aut peditum turmis, aut equi-
tum alis præfecti. Tu interim vimineum
gerens clypeum, expeditus ac leuis es ad
saluti consulendum, paratus victoriale
conuiuium agere, si quando victor exer-
citus sacra fecerit. Rursum pacis tempo-
re, tu quidem quum de plebe sis, ingres-
sus in concionem, tyrannidem in diuites
obtines: illi verò trepidant pauitántque,
ac largitionibus choragiísque te placant;
siquidem quò tibi balnea, ludi, spectacu-
la, reliquáque id genus abundè suppedi-
tent, ea omnia curant illi. At tu, censor,
& acerbus expensor, perinde quasi domi-
nus, ne alloquio quidem interdum digna-
ris illos: quòd si tibi collubitum sit, ingen-
tibus saxis in illos degrandinas, vel facul-
tates eorum publicas facis: ipse neque ca-
lumniatorem metuis neque latronem,

ne tollat aurum, vel ædium conſcenſo faſtigio, vel pariete perfoſſo: neque neceſſe habes rationibus occupari, neque exactionibus: neque tibi cũ ſceleratis diſpenſatoribus conflictãdum eſt: neque tantas in ſolicitudines diſtraheris, verùm ſimul atque crepidã vnam perfeceris, mercedémq; retuleris ſeptem obolos, ſero ſurgis crepuſculo, & ſi libuerit, lauaris: tum empto ſaperda quopiam, aut mænide piſciculo, aut paucis ceparũ capitulis, temet ipſe oblectas, canens plerunque, optimáque cum paupertate philoſophans, adeò vt eas ob res ſalubri ſis válentíque corpore, obduruerísque aduerſus gelu: ſiquidẽ labores qui te exacuũt muniúntque, certatorem haudquaquam contemnendum reddunt aduerſum eas res, quę compluribus inexpugnabiles eſſe videntur. Atque hinc nullus ex morbis illis grauioribus impetit te. Quòd ſi quando leuis ceperit febricula, paulo negotio eam medicatus, protinus exilis, inedia temet inde excutiens. Illa porrò fugit illico: quippe metuens te, quem videat etiam frigore ali, ſaturúmque fieri, ac medicorum certis illis recurſibus longum plorare renuncian-
tem. At illi ex aduerſo propter intemperantiam vitæ, quid tandem mali non habent infelices; podagras, phtiſes, pulmonum exulcerationes, aquas intercutes? Nam hæc omnia à ſumptuoſis illis conuiuiis naſcuntur. Proinde quicunque ex his Icari in morem (vt ferè faciunt) ſeſe attollunt, propiúsque ſe Soli admouent, haud cogitantes quòd alas habeant cera agglutinatas, ingentem nonnunquã ſtrepitum mouent. Cæterùm qui Dædali exemplo non admodum ſublimia neque excelſa appetunt, verùm humilia, terræque vicina, adeò vt cera nonnunquam ſalis aſpergine madeſceret, ii tutò plerunque ac citra diſcrimen tranſuolarunt.
MICYL. Moderatos iſtos & cordatos narras. GAL. Verùm aliorum Micylle naufragia fœdiſſima conſpicias: nempe vbi Crœſus reuulſis alis riſum exhiberet Perſis, conſcenſo rogo: aut Dionyſius quum abdicatus tyrannide, Corinthiorũ in vrbe, ludi literarii magiſtrũ ageret, poſt geſtum tantum imperium, puellos compellens vt ſyllabas connecterent. MIC. Dic mihi Galle: tu quum rex eſſes (nam ais te regem quoque fuiſſe) cuiuſmodi tandem id vitæ genus experiebaris? Mirũ ni tum felix eras, quandoquidem id quod eſt bonorum omnium caput, poſſidebas.

A μὴ ὑφέληται ὃ χρυσίον, ὑποβὰς ὃ θρηνυκίον, ἢ διορύξας τὸν τοῖχον, ὅτε τοιγάρτοι ἐκ τοσούτου λογιζόμενος, ἢ ἀπαγθῇ, ἢ τοῖς καταφεύγουσιν οἰκονόμοις διαπυκτεύων, καὶ τοῖς τοσαύτας φερνίδας λογιζόμενος· ἀλλὰ κρηπίδα σανδαλέσας, ἐπὶ ὀβολοῖς τὸν μισθὸν ἔχων, ἐπαυλιζόμενος τοῖς δείλιον ὀψίαν λουσάμενος ἢν δοκῇ, σαπρόδωρόν τινα, ἢ μαινίδας, ἢ κρομμύων κεφαλίδας ὀλίγας τριβόμενος, εὐφραίνῃ σαυτὸν, ᾄδων τὰ πολλὰ, καὶ τῇ ἑλκτίῃ πενίᾳ τοῖς φιλοσοφῶν· ὥστε διὰ ταῦτα, ὑγιαίνῃς τε, καὶ ἔρρωσαι τὸ σῶμα, καὶ διακαρτερῇς
B τοῖς τοῦ κρύους. οἱ πόνοι γάρ σε τοῖς διαπονοῦσιν, οὐκ ἀκαταφρόνητον ἀπαγωνιστὴν ἀποφαίνουσι τοῖς τὰ δεινὰ τοιαῦτα τοῖς ἄλλοις ἀμαχα εἶ). ὥστε οὐδὲν σοι τῶν χαλεπῶν τούτων νοσημάτων ἐπιβάλλει. ἀλλ' ἰὼ ποτὲ κῶφος πυρετὸς ἐπιλάβηται, τοῖς ὀλίγον ὑπηρετήσας αὐτῷ ἀνεπίδησας οὐθύς, ἀποσφαλμὸς τῇ ἀσιτίᾳ, ὁ δὲ, φθὰς αὐτίκα φοβηθεὶς σε
ψυχρόν τε ὁρῶν ἐμφορούμενον, καὶ μαχρὰν οἰμώζειν λέγοντα ταῖς ἰατρικαῖς τριόδοις· οἱ δὲ νῦν ἀκρασίας ἄθλιοι, τί τῶν κακῶν οὐκ ἔχουσι, ποδάγρας, καὶ φθόας, καὶ περιπνευμονίας, καὶ
C ὑδέρους; ταῦτα γὰρ τῶν πολυτελῶν ἐκείνων δείπνων ἀπόγονα. διγλῶττοι οἱ μὲν αὐτῶν, ὥσπερ ὁ Ικαρος, ὅτι πολὺ ἀφέντες αὐτοὺς, καὶ πλησιάσαντες τῷ ἡλίῳ, οὐκ εἰδότες ὅτι κηρῷ ἥρμοσται αὐτοῖς ἡ πτέρωσις, μέγαν ἐνίοτε τὸν πάταγον ἐποίησαν, ὅτι κεφαλὼ ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες· ὅσοι γε τὸν Δαίδαλον μὴ πάνυ μετέωρα μηδὲ ὑψηλὰ ἐφέρησθε, ἀλλὰ πρὸς γῆν, ὡς νοτίζεσθαι ἐνίοτε τῇ ἅλμῃ τὸν κηρὸν, ὡς ὃ πολὺ ὕστερον ἀσφαλῶς διέπλησθε.
MI. ὀρθῶς φῂς νὴ σεμνοῖς λέγεις. AA. D τῶν μύθων τε ἄλλων, ὦ Μίκυλλε, ἂς ναυαγίας πολὺ αἰσχρὰς ἴδοις ἄν, ὅτε ὁ Κροῖσος ἀπεστεφανωμένος καὶ πρὸς ἡδονὴν πίνων Πέρσαις, ἀναβαίνων ὅτι τάχιστα πυρὰν, ἢ Διονύσιος καταδυθεὶς τυραννίδος, ἐν Κορίνθῳ γραμματοδιδάσκει, μετὰ τηλικαύτην ἀρχὴν, παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. MI. εἰπέ μοι, ὦ ἀλεκτρυών, σὺ δὲ ὁπότε βασιλεὺς ἦσθα (φῂς γὰρ καὶ βασιλεῦσαι) ποίου τινὸς ἐπειρᾶσθε ἐκείνου τοῦ βίου; ἢ που πολυδαιμόνων ἦσθα, ὃ κεφαλὴ ὅ, τι ποτ' ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων, ἔχων.

ΑΛΕΚ. μηδὲ ἀναμίμησης με, ὦ Μίκυλλε, οὕτω τεισάθλιος ἰῶ τότε. τοῖς μὲν ἔξω πᾶσιν, ὅτῳ ἔφηθα, πάνυ δαίμων εἶ δοκῶ, ἔνδον δὲ, μυρίαις ἀνίαις σεσῶν. ΜΙ. τίσι ταύταις; παράδοξα γὰρ, καὶ οὐ πάνυ πιστὰ φῄς. ΑΛΕΚ. ἦρχον μὲν, οὐκ ὀλίγης χώρας, ὦ Μίκυλλε, παμφόρου πάνυ, καὶ πλήθει ἀνθρώπων, καὶ κάλλει τῶν πόλεων ἐν τοῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἀξίας, ποταμοῖς τε ναυσιπόροις καταῤῥεομένης, καὶ θαλάττῃ εὐόρμῳ χρωμένης. καὶ στρατιὰ ἰδεῖν πολλὴ, καὶ ἵππος συγκεκροτημένη, καὶ δορυφορικὸν οὐκ ὀλίγον, καὶ τειρὴς, καὶ χρημάτων πλῆθος ἀπείρων, καὶ χρυσὸς ὁ κῴλος πάμπολυς, καὶ ἡ ἄλλη τῆς ἀρχῆς παρασκευὴ πᾶσα, ἐς ὑπερβολὴν ἐξεσκευασμένη· ὥστε ὁπότε προέοιμι, οἱ μὲν πολλοὶ, προσεκύνουν, καὶ θεόν τινα ὁρᾶν ᾤοντο, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις συνέθεον ὀφόμενοί με, οἱ δὲ, καὶ ὅτε τὰ τέγη ἀνιόντες, ἐν μεγάλῳ ἐπήνεγκε ἀκριβῶς ἐσκοπεῖν ὁ ξεῦγος, τὴν ἐφεστρίδα, τὸ διάδημα, τοὺς προπέμποντας, τοὺς ἑπομένους· ἐγὼ δὲ εἰδὼς ὁπόσα με ἰδία καὶ ἔσρεφεν, ἐκείνοις μὲν συγγνώμην τῆς ἀγνοίας συνεπίγνωσκον, ἐμαυτὸν δὲ ἠλέουν, ὅμοιον ὄντα τοῖς μεγάλοις ἐκείνοις Κολοσσοῖς, οἵους ἢ Φειδίας, ἢ Μύρων, ἢ Πραξιτέλης ἐποίησεν. ἐκείνων γὰρ ἕκαστος, τὰ ἐκτὸς, ὁ μὲν, Ποσειδῶν ἢ Ζεύς ἐστι πάγκαλος, ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, κεφαλὴν, ἢ ἀστραπὴν, ἢ τρίαιναν ἔχων τῇ δεξιᾷ· ἰδεῖν δὲ ὑποκύψας ἴδοις τὰ ἔνδοθεν, ὅλα μοχλοὺς τινας καὶ γόμφους, καὶ ἥλους διαμπὰξ πεπερονημένους, καὶ κορμοὺς καὶ σφῦρας, καὶ πῆτταν, καὶ πῆλον, καὶ τοιαῦτά τινα πολλὴν ἀμορφίαν ἐνοικοῦντα· ἐὰν λέγῃ μέγα πλῆθος, ἢ μυγαλῶν ἐμπολιτευόμενον αὐτοῖς ἐνίοτε. τοιοῦτόν τι καὶ βασιλεία ἐστίν. ΜΙΚΥΛ. οὐδέπω ἔφηθα τὸν πηλὸν, καὶ τοὺς γόμφους, καὶ μοχλοὺς, οἵ τινες εἶεν τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ τὴν ἀμορφίαν ἐκείνην τὴν πολλὴν, ἥτις ἐστίν. ὡς τόγε ἐξελαύνειν ἀποβλεπόμενον, καὶ τοσούτων ἄρχοντα, καὶ προσκυνούμενον δαιμονίως, ἔοικεν οὕτως Κολοσσιαίῳ παραδείγματι.

A GAL. Ne mihi in memoriam regeras ô Micylle: vsqueadeo supra modum infelix tum eram. Nam quo ad res externas, quemadmodum dixisti, planè fortunatus esse videbar: at intētus innumerabilibus curis distringebar. MIC. Quibus tandem curis? Nam rem prorsus absurdam neque credibilem narras. GAL. Equidem imperabam regioni neutiquam exiguae, Micylle, omniiugarum rerum feraci, tum incolarum frequentia, neque non vrbium pulchritudine cum primis admirandae: praeterea fluminibus nauigabilibus, ac mari portuoso commodae. Ad hęc exercitus ingēs, equitatus spectatissimus B atque excellens, satellitium haud exiguum, triremes, pecuniarum vis maior quàm vt posset numerari, vasorū argenteorum plurima copia, reliquáque omnis illa principatus tragœdia, strepitúsque & apparatus supra quàm credi queat, extructus atque accumulatus. Itaque quum prodirem, plerique adorabant, deum quempiam intueri sese rati: aliique trudentes alios concurrebant, quò me conspicerent: nonnulli conscensis tectis, magni æstimabant si plenè contemplari licuisset quadrigam, stragulam, diadema, C tum anteambulones, & eos qui à tergo comitabantur. Ego inter hæc mihi conscius quantæ me res discruciarent, versaréntque: illos quidem propter insciti am venia dignos iudicabam, at mei ipsius miserescebat, qui prægrandibus illis Colossis viderer persimilis, quales vel Phidias, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorum quisque, quo ad ea quæ foris apparēt, Neptunus ipse est, aut Iupiter, mirificè decorus, auro eboréque compactus: & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuscinam dextra sustinet: cæterùm si immisso capite quæ sunt intus D inspicias, videbis vectes quosdam, paxillos, & clauos introrsum prominentes, neque non vimina, cuneósque, & picē sublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinsecus inhabitantem. Omitto recensere muscarū mustelarúmque vim, quæ nonnunquam in eis mansitant. Huiusmodi quædam res nimirum regnum quoque videtur. MIC. Nondum explicuisti lutum & clauos, & vectes, quinam fuerint in imperio, neque fœditatē illam plurimam quænam sit: nam istum ad modum vectari, tam multis imperare mortalibus, ac numinis instar adorari, hactenus quidem cum Colossi exemplo quadrat.

Siquidem hoc quoque diuinum quid- A
dam & admirandum: nunc autem quæ
ſunt intra Coloſſum, exponito. GAL.
Quid primo loco tibi referam Micylle?
vtrùm metus, curas mordaces, ſuſpicio-
nes, odium quo regem perſequuntur ij
qui cum illo viuunt, inſidias, atque eas
ob res ſomnum rarum, & hũc ipſum per-
tenuem, ac plena tumultus inſomnia, co-
gitationes perplexas, ſpes ſemper impro-
bas: an otij penuriã, & occupationes, iu-
dicia, expeditiones, edicta, fœdera, con-
ſultationes? quibus rebus fit vt ne per ſo-
mnium quidẽ aliqua re ſuaui frui liceat,
verùm vt omnibus de rebus ſolus diſpi-
ciat neceſſe eſt, milléq; negotia ſuſtineat: B

*Quippe nec Atriden Agamemnona dulcis habebat*
*Somnus, multigenas verſantem pectore curas.*

ídque quum reliqui omnes Achiui ſter-
terent. Adde quòd Lydum illum diſcru-
ciat filius mutus: Perſam verò Clearchus
ad Cyrum deſciſcens: atque alium quem-
piam Dion cum Syracuſanis nonnullis
ad aurem communicans. Rurſum alium
quendam vrit Parmenion collaudatus.
Item Perdiccã Ptolemæus, Ptolemæum
Seleucus. Quin illa quoque moleſtiã af-
ferunt, amaſius per vim non ſponte con- C
uiuens, concubina alio gaudens, tum ſi
qui defectionem parare dicãtur, aut duo
quatuórve ſatellites inter ſeſe conſuſur-
rantes. Porrò (quod eſt omnium grauiſſi-
mum) amiciſſimi quique vel maximè
ſunt formidãdi, ſempérque metuendum
ne quid magni mali ab illis exoriatur.
Nam alius à filio veneno necatus eſt: a-
lius item ab amaſio. Alium ſimile quod-
dam fortaſſis mortis genus eripuit. MI-
CYL. Apageſis, atrocia miráque ſunt
iſta quæ narras ô Galle. Mihi igitur mul-
to ſit tutius operæ cerdonicæ pronum
incumbere, quàm ex aurea bibere phiala D
comiter delatum hauſtum, cæterùm ci-
cuta aconitóque temperatum. Nam mi-
hi quidem hoc vnum eſt periculi, vt ſi
paulum aberret ſmilion, deflectátque à
recta inciſione, ſummum ſecantis digi-
tum exiguo ſanguine tingat: at iſti,
quemadmodum narras, lethifera agunt
conuiuia, atque id innumerabilibus in
malis conſtituti. Deinde vbi conciderint, perſimiles eſſe videntur tragœdia-
rum hiſtrionibus. Nam multi, ſicut vide-
re licet, quo ad Cecropes ſũt ſcilicet, aut
Siſyphi, aut Telephi, diademata geſtant,

θεατέσιον γάρ τι καὶ τοῦτο. σὺ δὲ καὶ τὰ ἔνδον
ἤδη τοῦ Κολοσσοῦ λέγε. ΑΛΕΚ. τί πρῶτον εἴπω σοι, ὦ Μίκυλλε, τοὺς φόβους, καὶ
τὰ δήγματα, καὶ ὑποψίας, καὶ μῖσος ὃ πρὸς τοὺς συνόντων, καὶ βουλάς, ἐν οἷς
ζῶσι, ὕπνον τε ὀλίγον, ὀνειροπολικὸν κἀκεῖνον, καὶ ταραχῆς μεστὰ ὀνείρατα, καὶ ἐννοίας
πολυπλόκους, καὶ ἐλπίδας ἀεὶ πονηράς, ἢ
τὴν ἀσχολίαν, καὶ χρηματισμούς, ἢ δίκας,
καὶ στρατείας, ἢ προστάγματα, καὶ συν-
θήματα, καὶ λογισμούς; ὑφ' ὧν οὐδὲ ὄναρ ἀπο-
λαῦσαί τινος ἡδέος ἐγγίνεται, ἀλλὰ ἀνάγκη
καθ' ἀπόρων μόνον διαπονεῖν, ἢ μυρία
ἔχειν πράγματα.

Οὐδὲ γὰρ Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα,
Ὕπνος ἔχε γλυκερός, πολλὰ φρεσὶν ὁρ-
μαίνονται.

καὶ ταῦτα, ῥεγχόντων Ἀχαιῶν ἀπόρων. λυ-
πεῖ δὲ τὸν μὲν Λυδὸν, υἱὸς κωφὸς ὤν· τὸν Πέρ-
σην δὲ, Κλέαρχος, Κύρῳ ξενολογῶν· ἄλλον
δὲ Δίωνα, πρὸς οἷς τισι τῶν Συρακοσίων καινο-
λογεῖ μῦθος· καὶ ἄλλον Παρμενίωνα ἐπαι-
νούμενος, ἢ Περδίκκαν Πτολεμαῖος, καὶ Πτο-
λεμαῖον Σέλευκος· ἀλλὰ κἀκεῖνα λυπεῖ, ὁ
ἐρώμενος, πρὸς παλλακὴν ξυνὼν, καὶ παλλακὶς
ἄλλῳ χαίρουσα, ἢ ἀποστατεῖν τινες λεγό-
μενοι, καὶ δύ' ἢ τέτταρες τῶν δορυφόρων πρὸς
ἀλλήλους διαφερίζοντες. ὃ δὲ μέγιστον, ὑ-
φορᾶσθαι δεῖ τοὺς φιλτάτους μάλιστα, κἀξ
ἐκείνων ἀεί τι δεινὸν προσδοκᾶν ἐλπίζειν. ὁ μὲν γοῦν
ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπέθανεν ἐκ φαρμάκων,
ὁ δὲ ἢ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, τὸν δὲ ἄλλον,
ἴσως ὁμοιότροπος θάνατος κατέλαβεν. MI.
ἄπαγε. δεινὰ ταῦτα φῂς, ὦ ἀλεκτρυών.
ἐμοὶ γοῦν πολὺ ἀσφαλέστερον σκυτοτομεῖν
βδικεκυφότα, ἢ πίνειν ἀπὸ χρυσῆς φιάλης,
κωνείῳ καὶ ἀκονίτῳ συμμεμαχεῖσθαι φιλο-
τησίαν· ὁ δὲ κίνδυνος, ἐμοὶ μὲν, εἰ παρολι-
σθοῖ ὁ σμιλίον, καὶ ἀμύξειε τῆς τομῆς τῆς
ἐπ' ἀὐτῷ, ὀλίγον τι αἱμάξαι τοῦ δακτύλου
ἐκτεμόντα· οἱ δὲ, ὡς φῂς, θανάσιμα διώ-
κουσι, καὶ ταῦτα, μυρίοις κακοῖς συνόν-
τες. εἶτ' ἐπειδὰν πέσωσιν, ὁμοίοι μάλιστα φαί-
νονται τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς, ὧν πολλὰς
ἰδεῖν ἔστι, τοὺς μὲν, Κέκροπας δῆθεν ὄντας, ἢ
Σισύφους, ἢ Τηλέφους, διαδήματ' ἔχοντας,
καὶ ξίφη

ξ ξίφη ἐλεφαντόκωπα, καὶ θαυμάσιον κόμιλλον, καὶ χλαμύδα χρυσόπαστον. ὧν δὲ, οἷα πολλὰ γίγνεται, τοῦ σκιρτῆσαι τὸν ἀνθρωπον, ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καταπέσῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρέχῃ τοῖς θεαταῖς, τὸ προσωπεῖόν μου συντριβέντος αὐτῷ δεξιοῦ μέρους, ἠμαγμένης δὲ τῆς ἀλλοῖς κεφαλῆς τὸ ὑποκριτοῦ, καὶ τῶν σκελῶν ὀπίσω γυμνωθέντων, ὡς τῆς τε ἐσθῆτος τὰ ἔνδοθεν φαίνεσθαι ῥάκια, δύσχημα ὄντα, καὶ τῶν ἐμβάδων τὴν ὑπόδεσιν ἀμορφοτάτην, καὶ ἅμα κατὰ λόγον τοῦ ποδός. ὁρᾷς ὅπως με καὶ εἰκάζειν ἐδίδαξας ἤδη, ὦ βέλτιστε ἀλεκτρυών; ἀλλὰ τυραννὶς μοί, τοιοῦτόν τι ὄφλημα οὖσα, ἵππος ἦ, ἢ κύων, ἢ ἰχθύς, ἢ βάτραχος ὁπότε ἦθελες, πῶς ἔφερες ἐκείνην τὴν δεσποτείαν; ΑΛ. μακρὸν τοῦτον αἰτιᾷς τὸν λόγον, καὶ ὃ τοῦ παρόντος καιροῦ, πολὺ τὸ κεφάλαιον, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἀποφαυλότερος τοῦ βίου ἔδοξέ μοι τοῦ ἀνθρωπείου, μόνας ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἐμμεμετρημένος· τελώνιον ἢ ἵππον, ἢ συκοφάντην βάτραχον, ἢ σοφιστὴν κολοιόν, ἢ ὀψοποιὸν χοιρίδιον, ἢ κίναιδον ἀλεκτρυόνα, καὶ τἄλλα, ὅσα ὑμεῖς ἐπιτηδεύετε, οὐκ ἂν ἴδοις ἐν ἐκείνοις. ΜΙ. ἀλλ' ἔστω ταῦτα ἴσως, ὦ ἀλεκτρυών. ἐγὼ δὲ ὅμως πεποίηκα, οὐκ αἰσχυνόμενος σοὶ λέγειν. οὐδέπω δυνάμενος ἀπομαθεῖν τὴν ἐπιθυμίαν, ἣν ἐκ παίδων εἶχον πλούσιος γενέσθαι· ἀλλά μοι καὶ τουτὶ τὸ ὄψιον ἔτι καὶ νῦν ὀφθαλμῶν ἔσχηκεν, ἐπιδεικνύμενον ὁ χρυσίον· καὶ μάλιστα ὅτι τὸν καλαφάτην Σίμωνα ἀποπίπτομαι, πλουσιώτατον ὄντα τῶν ἀγαθῶν ποιητῶν. ΑΛ. ἐγώ σε ἰάσομαι, ὦ Μίκυλλε, καὶ ἐπειδὴ ἔτι νύξ ἐστιν, ἀναστὰς ἕπου μοι, ἀπάξω γάρ σε καὶ τὸν Σίμωνα, καὶ εἰς τὰς τῶν ἄλλων πλουσίων οἰκίας, ὡς ἴδοις οἷα τὰ παρ' αὐτοῖς ἐστί. ΜΙ. πῶς τοῦτο; κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, καὶ μοι τοιχωρυχεῖν με σὺ ἀναγκάσεις; ΑΛ. οὐδαμῶς, ἀλλ' ὁ Ἑρμῆς, οὗπερ ἱερός εἰμι, ἀναίρετον ἔδωκέ μοι τοῦτο, ὦ τις ὃ μέγιστον πλοῦτον ὁ μήκιστον, ὁ δ' ἀπαλότητα ἐπικαμπές ἐστι. ΜΙ. δύο γ' ἔστι σοι τοιαῦτα. ΑΛ. ὃ δεξιὸν κίνησον, ὅτῳ ἂν ἐγὼ ἀποπαύσας τοῦ φέρειν ἔχειν, ἐς ὅσον ἂν βούλωμαι, ἀνοίγειν τε ὁ τοιοῦτος πᾶσιν θύρας δυνατὸν, καὶ ὁρᾶν τὰ πρῶτα, οὐχ ὁρώμενος αὐτός.

argenteísque capulis gladios, comámque ventilantem, & auro intertextam chlamydem. Quòd si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulsos illos media in scena præcipites det, risum profectò moueant spectatoribus, videlicet persona vnà cum ipso diademate contrita, vero autem actoris capite luxato, cruribúsque maxima ex parte renudatis: vt iam interioris amictus quàm miseri sint panni, fiat perspicuum: ac cothurnorum quos pedibus induxerunt, appareat deformitas, haudquaquam ad pedis modum respondentium. Vide vt me iam similitudines conferre docueris, optime Galle. Cæterùm tyrannis talis quædam res tibi visa est esse: verùm vbi equus esses, aut canis, aut piscis, aut rana, quomodo eam vitæ rationem ferebas? GAL. Istum quem nunc suscitas sermonem, & longior sit, neque huius temporis. Illud autem vnum in genere dixerim, nullam ex omnibus vitam mihi non visam tranquilliorem vita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & vsibus circunscriptam. Siquidem publicanum equum, aut sycophantam ranam, aut sophistam graculum, aut popinatorem culicem, aut cinædum gallum, atque id genus alia, quæ vos studio comminiscimini, haudquaquam inter illos videbis. MIC. Quæ dicis, ô Galle, fortassis vera sunt: verùm non me pudebit apud te fateri quod mihi accidit. Haud vnquam quiui dediscere cupiditatem illam à puero mihi insitam, videlicet vt diues euadam. Quin nunc quoque somnium illud ob oculos versatur, aurum ostentans: potissimùm autem sceleſtus ille Simon excruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur. GAL. At ego te isto leuabo morbo Micylle, tametsi nox etiamdum est. Surge modò, ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducam, atque in aliorum diuitum ędes, quò nimirum videas quomodo res habeant apud illos. MIC. Isthuc quo pacto, clausis foribus? Num me parietes transfodere compelles? GAL. Nequaquam, verùm Mercurius, cui sum sacer, hoc optãti mihi largitus est, vt si quis longissimam caudæ plumam, quæ ob mollitiem inflectitur. MIC. Atqui duas habes eiusmodi. GAL. At dextram ex his auulsam cuicunque ego gestandam dedero, is quoad voluero, fores omneis poterit aperire, cunctáque videre, ipse inuisibilis.

*Nulla vita molestior humana.*

MIC. Equidem ignorabam, ô Galle, te præstigiarum quoque peritum esse. Porrò si mihi isthuc semel præstiteris, videbis illico Simonis vniuersas opes huc deportatas: nam eas huc rediens transferam: at ille rursum circunrodet ebibétque putria coria, quibus consueuit soleas compingere. GAL. Atqui nefas sit isthuc facere: siquidem Mercurius illud mihi mandauit, vt si quis pennam tenens, istiusmodi quippiam patrarit, vociferans furem proderem. MIC. Rem neutiquam verisimilem narras, nempe, Mercurium, quum ipse sit fur, non sinere alios vt idem faciant: sed tamen abeamus. Nam aurum auferam, si modò possim. GAL. Pennam priùs reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulsisti. MIC. Tutius hoc quidem ô Galle, tum tibi minùs fœdùm sit futurum, ne altera caudæ parte mutilatus claudices. GAL. Age sanè: sed vtrùm Simonem priùs adimus, an alium quempiam diuitum? MIC. Haud aliò, imò ad Simonem, qui videlicet pro disyllabo tetrasyllabus esse affectet posteaquam dies euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facio? GALL. Pennam seræ admoue. MIC. Ecce autem, dij boni, ostium perinde atque claui resiliit. GAL. Perge porrò præcedens. Vides illum vigilantem ac supputantem? MIC. Video per Iouem, & quidem ad obscurã siticulosámque lucernam. Præterea pallet, haud scio vnde, Galle, totúsque exaruit, atque extenuatus est, mirum ni curis: neque enim auditum est illum alioqui malè habere. GAL. Auscultа quid dicat: siquidem intelliges quibus de caussis ad eum modum sit affectus. SIMON. Nimirum septuaginta illa talenta tutò admodum sub lectica defossa sunt, neque quisquam alius omnino vidit. At verò sedecim illa Sosylus equiso vidit me sub præsepe occultantem. Itaque de curando stabulo nõ est admodum solicitus, quanquam nec aliàs admodum laboris appetens. Verisimile est autem illum multo etiam his plura sustulisse. Nam vnde alioqui Tibius heri tam ingens salsamentum illi obsonio proposuisset? Tum autẽ aiunt illum monile emisse vxori drachmis quinque. Heu misero mihi. Hi omnia mea dissipabunt bona. Quid quòd ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quum sint multa? Vereor enim ne quis ea suffosso pariete tollat.

ΜΙ. ἐλελήθης με, ὦ ἀλεκτρυών, καὶ σὺ γόης ὤν. ἐμοὶ δ' οὕτω ἰὼ τοῦτο ἅπαξ παθόμενος, ὅσα τὰ Σίμωνος πάντα ἐν βερμοῖ δεδεμένα μετενηνεγμένα· μεταίσω γὰρ αὖθις ἐλθών. ὁ δέ, αὖθις ἀνατρώξεται, ἀποπίνων τὰ καττύματα. ΑΛ. ὄθεν μοι δοκεῖ τοῦτο. παρήγγειλε γὰρ ὁ Ἑρμῆς ἰὼ πιστόν τι ἐργάσηται ὁ ἔχων ὃ πτερόν, αἰαζοῦσάν με, καταφωρᾶσαι αὐτόν. ΜΙ. ἀπίθανον λέγεις· κλέπτην τὸν Ἑρμοῦν αὐτὸν ὄντα, τοῖς ἄλλοις φθονεῖν τοῦ τοιούτου. ἀπιῶμεν δ' ὅμως· ἀφέξομαι γὰρ τοῦ χρυσίου, ἰὼ δυνώμενος. ΑΛ. ἀπόπλευν, ὦ Μίκυλε, πρότερον ὃ πτίλον· τί ὄφελος; ἄμφω ἀπέπλας; ΜΙ. ἀσφαλέστερον ὄντως, ὦ ἀλεκτρυών, καὶ σοὶ ἧττον ἄμορφον ὃ πρᾶγμα αὖ εἴη, ὡς μὴ χωλεύοις δι' ἀμφοτέρων τῶν ἐρρῆς μέρος. ΑΛ. εἶεν· ὁπότερον τὸν Σίμωνα πρῶτον ἀπιμεν, ἢ πρὸς ἄλλον τινὰ τῶν πλουσίων; ΜΙ. οὐμενοῦν, ἀλλὰ πρὸς τὸν Σίμωνα, ὃς αὐτὶ δισυλλάβου, τετρασύλλαβος ἤδη πλουτήσας εἴη ἀξιοῖ. καὶ δὴ πρόσεμεν ὅπως τῆς θύρας. τί οὖν ποιῶ ὃ μὴ τοῦτο; ΑΛ. ὅπως ἂν πτερὸν ὅπως ὃ κλῆθρον. ΜΙ. ἰδοὺ δή, ὦ Ἡράκλεις, διαπεπέτασται ὥσπερ κλεὶς ἡ θύρα. ΑΛ. ἦρα γε ἐς ὃ πρόσθεν, ὁρᾷς αὐτὸν ἀγρυπνοῦντα, καὶ λαμπόμενον; ΜΙ. ὁρῶ, νὴ Δία, πρὸς ἀμυδρόν γε καὶ διῳδωδότα τὴν θρυαλλίδα, καὶ ὠχρός γ' ἔστιν. ὅτου οἶμαι ὁπόθεν, ὦ ἀλεκτρυών, καὶ κατέσπηκεν ὅλος, ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδή, οὐ γὰρ νοσεῖν ἄλλως ἐλέγετο. ΑΛ. ἄκουσον ἃ φησιν, εἴσῃ γὰρ ὅθεν οὕτως ἔχει. ΣΙ. ὀκνῶ πάλαι πολὺ ἑβδομήκοντα ἑκφυα, πολὺ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ κατορώρυκται, καὶ οὐδεὶς ὅλως εἶδε· τὰ δὲ ἑκκαίδεκα, εἶδε Σωσύλος ὁ ἱπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ καθακρύπτοντά με. ὅλως γοῦν περὶ τὸν ἵππων ἅδην ὑπερμελής, ἄλλως τ' οὐδὲ φιλόπονος ὤν· εἰκὸς δὲ διαρπάσθαι πολλῷ πλείω τούτων. ἢ πόθεν γὰρ ὁ Τίβιος πάλαι ἀπῷ οὕτω μέγαν ὠψώνησεν ἐλθὲς; ἐλέγετο δὲ τῇ γυναικὶ ἑλλόβιον ἐωνῆσθαι πέντε δραχμῶν. ὅλως τἀμὰ οὗτοι ἀπολοῦσι τὰ κακοδαίμονες. ἀλλ' οὐδὲ τὰ σκεύη ἐν ἀσφαλεῖ μοι ἀποκείται, τοσαῦτα ὄντα. δέδοικα γοῦν μή τις ὑπορύξας τὸν τοῖχον, ὑφέληται ταῦτα.

πολλοὶ φθονοῦσι, κὴ ἐπιβουλεύουσί μοι, κὴ μάλιστα ὁ γείτων Μίκυλλος. MI. νὴ Δία, σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγὼ, κὴ τὰ ῥύβδια ἀπὸ μάλης ἀπειμι ἔχων. ΑΛ. σιώπησον, ὦ Μίκυλλε, μὴ καταφωράσῃ παρόντας ἡμᾶς. ΣΙ. ἄριστον γοῦν ἄγρυπνον αὐτὸν φυλάττειν· ἅπασαν περίειμι διφήσας τὴν κύκλῳ τοῦ οἰκίδιου· τίς οὗτος; ὁρῶ σέ γε, ὦ τοιχωρύχε, μὰ Δία· ἐπεὶ χίων γε ὢν τυγχάνεις, οὐκ ἔχω. ἀριθμήσω αὖθις ἀνορύξας τὸ χρυσίον, μή τί με λάθῃ διελθόν. ἰδοὺ πάλιν ἐφόρησέ τις ἐπ' ἐμὲ, δηλαδὴ πολιορκήσων, κὴ ἐπιβουλεύσων τοῖς ἀποῦσιν. ποῦ μοι τὸ ξιφίδιον, αὐλάβωμαί τινα; θαττόν γε αὖθις τὸ χρυσίον. ΑΛ. τοιαῦτα μὲν σοι, ὦ Μίκυλλε, τὰ Σίμωνος. ἀπιωμὲν δὲ κὴ πρὸς ἄλλον τινὰ, ἕως ἔτι ὀλίγον τῆς νυκτὸς λοιπόν ἐστιν. MI. ὁ κακοδαίμων, οἷς βιοῖ τὸν βίον· ἐχθροῖς ὄντως πλουτεῖν ἔοικε· κἀγὼ κόρρης γοῦν παταξας αὐτὸν, ἀπελθεῖν βούλομαι. ΣΙ. τίς ἐπάταξέ με; λῃστεύομαι ὁ δυστυχής. MI. οἴμωξε, κὴ δέδαρσο, κὴ ὅμοιος γίγνῃ τὸ χρῶμα τοῦ χρυσοῦ, τοσοῦτος ἀπ' ἐμοῦ. ἡμᾶς δὲ, εἰ δοκεῖ, Γνίφωνα τὸν δημόσιον ἰδωμὲν, οὐ μακρὰν ἀπ' ἐκείνου οἰκεῖ. αὐέωκται αὐτὴ ἡμῖν ἡ θύρα. ΑΛ. ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα τὸν ὀφθαλμοδουλον, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, κὴ τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα, ὃν δεινὸς μὲν ὀλίγον πόνος τοῦτο λιπόντα, σίλφιον, ἢ ἐμπίδα, ἢ κυνόμυιαν ἡγεῖσθαι; MI. ὁρᾷ κακοδαίμονα, κὴ αὐόητον αὐθρωπον, ὃς δὲ νῦν πολὺ τοῦ σίλφιος, ἢ ἐμπίδος ἄμφνον βιοῦται· ὡς ὁ θεὸς ἐκτέτηκεν ὅλος ὑπὸ τῶν λογισμῶν. ἐπ' ἄλλον ἀπιωμέν. ΑΛ. τοῦδε τὸν σὸν Εὐκράτην, εἰ δοκεῖ· κὴ ἰδοὺ γὰρ αὐέωκται κὴ αὐτὴ ἡ θύρα, ὥστε εἰσίωμεν. MI. ἅπαντα ταῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμὰ ἦν. ΑΛ. ἐπὶ γὰρ σὺ ὀνειροπολεῖς τὸν πλοῦτον; ὁρᾷς γοῦν τὸν Εὐκράτην αὐτὸν μὲν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου προεσθύτερον αὐθρωπον. MI. ὁρᾷ, νὴ Δία, καταπυγοσύνην τινὰ, κὴ παχυπάσμον, κὴ ἀσελγῆ σάρκα δὲ ἑτέρωθι ὑπὸ τοῦ μαγείρου μοιχευομένην κὴ αὐτήν. ΑΛ. τί οὖν ἐθέλεις δὴ κὴ τούτων κληρονομεῖν, ὦ Μίκυλλε, κὴ πάντα ἔχειν τὰ Εὐκράτους; MI. μηδαμῶς, ὦ ἀλεκτρυών· λιμῷ πρότερον ἀπολοίμην ἢ τοιοῦτόν τι πείσωμαι.

A Complures mihi inuident, atque insidias parant: præter cæteros autem Micyllus iste vicinus. MIC. Ita per Iouem. Nam tibi sum similis, ac patellas sub ala gesto. GAL. Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas. SIMON. Optimum igitur fuerit, vt ipse insomnis seruem. Omnem obibo domum, in orbem obambulans. Quis iste? Video te per Iouem ô parietum perfossor: posteaquam es columna, bene res se habet. Pernumerabo denuo refossum argentum, ne quid fortè dudum me fugerit. En rursum obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atque insidiis

B appetor ab omnibus. Vbi mihi gladius, si quenquam deprehendero? Rursum aurum defodiamus. GAL. Sic tibi habent, ô Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiam, donec noctis adhuc aliquantulum supereſt. MICYL. O miser, cuiusmodi viuit vitam! hostibus eueniat ad hũc modum diuites esse. Itaque pugno illi in maxillam illiso, volo discedere. SIMON. Quis me pulsauit? Latrocinio despolior miser.

C MICYL. Plora ac vigila, auríque similis corpore reddaris, quandoquidem illi affixus ac deditus es. Nos autem, si videtur, Gniphonem fœneratorem visamus. Nam nec is procul hinc habitat. Ipsæ nobis suapte sponte fores patuerunt. GAL. Vides hunc quoque curis inuigilantem, & vsurarum rationes iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus sit in silpham aut culicem aut muscam abeundum. MICYLL. Equidem video miserum ac vecordem hominem, ne nunc quidem multo meliorem viuere vitam, quàm silphæ aut culicis: adeo totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus. GAL. Ad

D tuum, si videtur, Eucratem. En tibi fores per se patuêre. Quin introimus? MIC. Paulò antè hæc omnia mea erant. GAL. At etiam nunc tu diuitias somnias? Vides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, virum natu grandem? MIC. Video profectò quiddam haudquaquam virile. Porrò altera ex parte ipsam item vxorem à coquo constuprari. GAL. Quid ergo? Num optaris & horum hæres existere Micylle, cunctáque possidere quæ sunt Eucratis? MIC. Haudquaquã Galle: imò fame citiùs interierim, quàm id genus quippiã patrarẽ.

Valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt, quàm si à domesticis mihi domus perfodiatur. GAL. Sed iam nunc, quandoquidem dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus. Reliqua rursus aliàs videbis Micylle.

A χαιρέτω ὁ χρυσίον, καὶ τὰ δεῖπνα, δύο ὀβολοὶ ἔμοιγε πλουτος ὄντες μᾶλλον, ἢ τοιχωρυχοῦντες τοῖς τῶν οἰκετῶν. ΑΛ. ἀλλὰ νυῶ, ἡμέρα γὰρ ἤδη ἀμφὶ ὄλυκαυγὲς αὐτό, ἀπίωμεν οἴκαδε πρὸς ἡμᾶς. τὰ λοιπὰ δὲ, εἰσαῦθις ὀψῇ, ὦ Μίκυλλε.

## ΙΚΑΡΟΜΕΝΙΠΠΟΣ, ἢ ΥΠΕΡΝΕΦΕΛΟΣ.

## ICAROMENIPPVS, siue HYPERNEPHELVS,

D. Erasmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Quod suprà in specie, idem hîc in genere tractat. Reprehendit enim in vniuersum omnium hominum tum priuatorum, tum etiam regum ac principum, omnia facta ac studia, siue ea priuata sint, siue etiam ad cultum ac religionem deorum pertineant. Præcipuè autem philosophos, vt semper aliàs, insectatur, quos indicat non modò circa res humanas incerta ac stulta docere, verùm etiam de rebus sublimibus, de mundo, de deo, de prouidentia diuina, & id genus aliis, absurda atque impia quædam tradere, quæ neque viderint ipsi, neque aliunde cognouerint. Atque hæc omnia sub Menippi nomine, quem aliàs quoque vt philosophis infestum atque inimicum exhibet. Hunc enim fingit, cùm videret hominum res incertas & ridiculas esse, cupereúque veritatem naturæ ac virtutem cognoscere, ad philosophos sese contulisse. Qui cùm multa quidem ac speciosa habitu ac verbis pollicerentur, doctrina autem inter se diuersa atque aliena quædam traderent, neque ipsi sibi consentirent, pro veritate nugas quasdam docendo: postremò consilij inopem, de cœlo conscendendo, ac ipsarum illarum rerum experimento capiendo cogitasse. Assumptis igitur & affectis alis, Dædali exemplo in cœlum subuolasse: vbi primùm circa Lunam facto ceu diuerticulo quodam, contemplatum esse omnia quæcunque in terris siue publicè, siue priuatim & in occulto quoque geruntur, non modò à regibus & principibus, verumetiam à ciuitatibus, populis, diuitibus & plebeiis. Deinde autem in cœlo ea vidisse, quæ stultè ac ridiculè Iupiter circa hominum vota, sacrificia, iuramenta, & cætera officia dispensanda exercet; quæque item alij Dij, in conuiuiis, in concionibus, & cæteris, non quidem ipsi agere solent, sed à stultis & imperitis hominibus agere creduntur. Vtrobique autem grauem de philosophis querelam audiuisse: Nam Lunam quidem de contumeliis quibus ab illis afficeretur, conquestam esse: propterea quòd ab aliis lumen furtiuum habere, ab aliis ceu speculum supra Oceanum suspensa esse diceretur. Iouem autem omnem illorum vitam, mores, sectas, habitum, doctrinam, facinora domestica, & linguæ petulantiam, accusasse: præcipuè autem contra Epicureos, vt qui Deos omnino vllos negarent esse, incensum fuisse. Porrò tituli ratio hæc est, quòd vt Icarus alatus in altum subuolasse dicitur, ita hîc Menippus quoque cœlum alatus conscendit, vnde & alter titulus ὑπερνεφέλου additur, quasi dicas, eius qui supra nubes ascendit. In primis memorabilis & propria descriptio illa Philosophorum est, qua Iupiter in concilio deorum illos depingit. Fuit autem, vt hoc quoque addamus, Menippus quidem reuera Cynicus philosophus, natione Phœnix ac seruus natus, de quo Laërtium vide.*

### MENIPPVS. AMICVS.

MENIPPVS. TER mille igitur erant stadia à terra vsq; ad lunã, vbi prima nobis fuit mansio. Porrò hinc sursum ad Solem parasangę fermè quingẽtæ. Rursũ ab hoc vsque ad ipsum deniq; cœlũ, arcẽque Iouis in edito sitam, tantũ ferè spatij fuerit, quantũ aquila probè, succinctè, atque expeditè queat vno die peragere.

B ΟΥχὴν τρισχίλιοι μὲν ἦσαν ἀπὸ γῆς στάδιοι μέχρι τῆς σελήνης, ὁ πρῶτος ἡμῖν σταθμός. τοὐντεῦθεν ὑπὲρ τὸν ἥλιον αἴρω πολλαπλάσιαι που πεντακόσιοι. ὃ δὲ ἀπὸ τούτου, ἐς αὐτὸν ἤδη τὸν ἀετὸν, καὶ τὴν ἀκρόπολιν, τοῦ τοῦ Διὸς ἁρμόδιον, καὶ ταῦτα γοῦν τὸ βιαίῳ ἀετῷ μιᾶς ἡμέρας.

ΕΤ. τί ταῦτα πρὸς Χαρίτων, ὦ Μένιππε, ἀστρονομεῖς, καὶ ἡσυχῇ πως αἰνιττῃ; πάλαι γὰρ ἐπακροωμένου σου παρεληλυθὼν, ἥλιόν τε καὶ σελήνας, ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ ταῦτα σταθμοὺς τινας, καὶ παρασάγγας ὑποξενίζοντος. ΜΕ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε, εἰ μετέωρα καὶ δίχα γῆς δοκῶ σοι λέγειν· τὸ κεφάλαιον γὰρ δὴ περὶ ἐμαυτὸν λογίζομαι τῆς ἐναγχος ἀποδημίας. ΕΤ. εἶπα, ὦ γαθὲ, καθάπερ οἱ Φοίνικες, ἄστροις ἐτεκμήρω τὴν ὁδόν; ΜΕ. οὐ, μὰ Δία, ἀλλ' ὡς ἀΐδηλα ἄστροις ἐποιούμην τὴν ἀποδημίαν. ΕΤ. Ηφίκλεις, μακρόν τινα τὸν ὄνειρον λέγεις, εἰ γε σαυτὸν ἔλαθες καταχοιμηθεὶς παρασάγγας ὅλας. ΜΕ. ὄνειρον γὰρ, ὦ πάτερ, δοκῶ σοι λέγειν, ὃς ἀρτίως ἀφῖγμαι παρὰ τοῦ Διός; ΕΤ. πῶς ἔφησθα; Μένιππος ἡμῖν Διοπετὴς πρέσβυς ἔξ ὑπείρου; ΜΕ. καὶ μὴν ἐγώ σοι περὶ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ πρώτου Διὸς ἥκω τὴμερον, θαυμάσια καὶ ἀκούσας καὶ ἰδών· εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὑποθορυβοῦμαι, ὅτι παρὰ πίστεως βιτυχεῖν. ΕΤ. καὶ πῶς ἔγωγε, ὦ θεσπέσιε καὶ Ὀλύμπιε Μένιππε, θνητὸς αὐτὸς, καὶ ὀπίγλος ὤν, ἀπιστεῖν δυναίμην ὑπερνεφέλῳ ἀνδρί; καὶ ἵνα καὶ Ὁμήρου εἴπω, τῶν ὑπερνίων ἑνί; ἀλλ' ὑπόνοιά μοι φέρεται, εἰ δοκεῖ, τίνα τρόπον ἦρθης ἄνω, καὶ ὁπόθεν ἐπορίσω κλίμακα τηλικαύτην τὸ μέγεθος; τὰ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὸ ὄψιν, ὑπερφυῶς ἔοικας ἐκείνῳ τῷ Φρυγὶ, ὥστε καὶ ἡμᾶς εἰκάζειν καὶ σὲ οἰνοχοήσοντά που, ἀναρπασθέντα γενέσθαι παρὰ τοῦ Διός. ΜΕ. σὺ μὲν πάλαι σκώπτων δῆλος εἶ, καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἴ σοι τὸ παράδοξον τοῦ λόγου, μύθῳ δοκεῖ πρόσφορος· ἀπὰρ οὐδὲν ἐδεήσει μοι πρὸς τὴν ἀποδημίαν, οὔτε τῆς κλίμακος, οὔτε παιδικοῦ γλίσχρου τοῦ Διός. οἰκεῖα γὰρ ἐμοὶ τὰ πτερά. ΕΤΑΙ. τοῦτο μὲν ἤδη καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Δαίδαλον ἔφησθα, εἴτε πρὸς τοὺς ἄλλους, ἐλελήθεις ἡμᾶς ἱέρακός τις, ἢ χαλκοῦς ἐξ αἰθέρος ἡμόμενος. ΜΕ. ὀρθῶς, ὦ ἑταῖρε, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ εἴκασας. Τὸ Δαιδάλου γὰρ σκῆνο σόφισμα τῶν πτερῶν καὶ αὐτὸς ἐμηχανησάμην. ΕΤΑΙ. εἶπα, ὦ τολμηρότατε πάντων, οὐκ ἐδεδοίκεις μὴ καὶ σὺ που τῆς θαλάσσης καταπεσών, Μενίππειόν τι πέλαγος ἡμῖν ὠνόμαζε τὸ Ἰκάριον ἀποδείξῃς ὑπὸ τοῦ σαυτοῦ ὀνόματος;

A AMIC. Dic mihi per Gratias, Menippe, quæ ſunt iſta quæ de aſtris loqueris, ac tacitus tecum ſupputas? Etenim iamdudum te aſſectans, audio ſoles & lunas, præterea autem & magnifica iſta, manſiones ac paraſangas, peregrina quædam commemorantem. MEN. Ne mireris amice, ſi ſublimia aëriáque tibi videor loqui: nam ſummã apud me reputo nuper actæ peregrinationis. AMIC. Nimirum Phœnicum exemplo viam ſtellis notaras. MEN. Haudquaquam per Iouem: quin magis ipſis in ſtellis ſum peregrinatus. AM. Papæ! longum profecto ſomnium mihi narras: ſiquidem totas edormiſti paraſangas inſciens. MEN. B Quid ais? ſomnium tibi referre videor, qui modò ab ipſo Ioue ipſe reuerſus adſum? AMIC. Quid audio? Itáne Menippus nobis à Ioue delapſus adeſ è cœlo? MEN. Ita ſanè: ego tibi ab ipſo illo ſummo Ioue hodie venio, rebus interim dictu miris & auditis & conſpectis. Quod ſi non credis, equidem hoc ipſo nomine ſupra modũ gaudeo, cùm ſupra fidem eſſe video meam felicitatem. AMIC. Et quo pacto diuine atque Olympie Menippe, mortalis cùm ſim ac terreſtris, queam nõ C credere viro qui nubes ſuperarit, quíque, vt Homericis dicam verbis, iam ſis cœlitũ è numero vnus? Verùm illud mihi dicito, ſi moleſtum non eſt, quibus modis in altum ſubuectus es, aut vnde nactus ſcalas tanta magnitudine? Nam quantum ad faciem ac formam attinet, non es admodum ſimilis illi Phrygio: vt coniectare poſſimus te quoque ab aquila raptũ fuiſſe, quò pocillatoris alicubi munere fungereris. MEN. Non me clam eſt te iamdudum irridere. Neque verò id omnino mirum, ſi narrationis nouitas tibi fabulæ videtur aſſimilis. Cęterùm ad conſcenſum nihil mihi erat opus neque ſcalis, D neque vti pueri illius in morem ab aquila raperer: propterea quòd alæ mihi eſſẽt propriæ. AMIC. Iam verò iſtud quod narras, vel ipſum Dædali factum ſuperat. Siquidem præter alia, nobis inſcientibus miluius quiſpiã aut graculus ex homine factus es. MEN. Rectè amice, neq; procul à ſcopo coniecisti. Etenim illud Dædali de alis inuentum ipſe quoque ſum machinatus. AMIC. At interim omnium audaciſſime, non veritus es ne tu quoque alicubi in mare delapſus, Menippeum aliquod pelagus tibi cognomine redderes, quemadmodũ ille Icarium?

MEN. Nequaquam. Siquidem Icarus cùm alas haberet cera agglutinatas, eáque quamprimum ad Solem esset liquefacta: defluxis alis non mirum si decidit. At nobis citra vllam ceram erant pennæ. AMIC. Istud quî fieri potuit? Iam enim haud scio quo pacto paulatim me adducis vt vera videantur quæ narras. MEN. Ad hunc fermè modum: Aquilam egregiè magnam, tum autem & vulturem validum arripui. His cùm alas vnà cum ipsis brachiis præsecuissem: Quin potiùs, si vacat, totius commenti rationem ordine tibi percensebo. AMI. Mihi quidem vel maximè vacat: adeò sublimis à sermone tuo pendeo! iámque ad narrationis finem inhio. Ne verò me negligas, per Iouem amicitiæ præsidem, auribus in aëre suspensum ob tuam narrationem. MEN. Ausculta igitur. Neque enim ciuile fuerit, si spectem amicum ore hiante relictum, eúmque, quemadmodum tu ais, ab auribus suspensum. Ego igitur cùm expendens ea quæ sunt in vita mortalium, protinus omnes res humanas reperissem ridiculas, humiles, instabiles, nempe opes, imperia, magistratus: contemptis his, atque horum studio, adiectóque animo ad ea quæ verè sunt bona: conatus sum ab his tenebris emicare, & ad vniuersi naturam suspicere. Atque hîc mihi multam attulit hæsitationem, primùm hic ipse qui à sapientibus appellatur mundus. Neque enim inuenire poteram, neque quo pacto factus fuisset, neque quo opifice, neque quod esset illius vel initium, vel finis. Deinde cùm particulatim contemplarer, multo etiam magis ambigere sum coactus, quippe qui viderem stellas temere per cœlum disiectas. Tum Solem ipsum, qui tandem esset, scire gestiebam. Super omnia verò, quæ Lunæ accidebant, mihi videbantur absurda, ac planè mira: putabámque causam aliquam arcanam & inexplicabilem esse, cur illa subinde speciem formámque variaret. Quinetiam fulgur emicans, tonitru erumpens, tum pluuia, nix, grando, è sublimi demissa, videbantur hæc quoque omnia coniectu difficilia, quæque nullis notis deprehendi possent. Itaque cùm ad eum modum essem affectus, optimum factu ratus sum, vt horum vnumquodque à philosophis istis perdiscerem. Siquidem existimabam illos veritatem omnem docere posse.

ΜΕ. οὐδαμῶς. ὁ μὲν γὰρ Ἰκαρος, ἅτε κηρῷ τὼ πτέρωσιν ἡρμοσμένος, ὑπὸ πάχιστα τοῖς τὸν ἥλιον ἐκφυγεῖν ἐτάχη, πτεροῤῥυήσας, εἰκότως κατέπεσεν· ἡμῖν δὲ ἀκήρατα ἦν τὰ ὠκύπτερα. ΕΤ. πῶς λέγεις; ἤδη γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐρέμα με τοῖς ἀγεῖς τοῖς τὼ ἀληθέως τῆς διηγήσεως. ΜΕ. ὧδέ πως· ἀετὸν ὑμεγέθη συλλαβὼν, ἔπι δὲ γύπα τὸν καρτερὸν, ἀποτεμὼν αὐτοῖς ὠλένας τὰ πτερά, μᾶλλον δὲ ἐκ πάσης ἐξαρχῆς τὼ ὑπτίοιδν, εἴσοι σχολὴ, δίειμι. ΕΤ. πάνυ μὲν οὖν, ὡς ἐγώ σοι μετέωρός εἰμι τοῦ τῶν λόγων, καὶ τοῖς τὸ τέλος ἤδη κέχηνα τῆς ἀκροάσεως, μηδὲ τοῖς φιλίου με φείδῃς, αἴσω που τῆς διηγήσεως ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένον. ΜΕ. ἄκουε τοίνυν. οὐ γὰρ ἀστεῖόν γε τὸ θέαμα, κεχηνότα φίλον, ἐγκαταλιπεῖν, καὶ ταῦτα, ὡς σὺ φῄς, ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένον. ἐγὼ γὰρ ὑπὸ ταῦτα ἐξεπάζων τὰ κατ' τὸν βίον, γελοῖα, καὶ ταπεινὰ, καὶ ἀσέβεια τὰ ἀνθρώπινα πάντα εὕρισκον, πλούτους λέγω, καὶ ἀρχὰς, καὶ δυναστείας, καταφρονήσας αὐτῶν, καὶ τοῦ περὶ ταῦτα σπουδάζω, ἀχολίην τῶν ἀληθῶς σπουδαίων ἐπολαβὼν, αἰσχύνεσθαί τε, καὶ τοῖς τὸ πᾶν ἀποβλέπειν ἐπειρώμην. καί μοι συνῆν, πολλήν τινα παρεῖχε τοῦ ἀπορεῖσθαι, τοῦτον μὲν αὐτὸς δὴ ὁ ἐπὸ τῶν σοφῶν καλούμενος κόσμος. οὔτε γὰρ εἶχον εὑρεῖν οὔθ' ὅπως ἐγένετο, οὔτε τὸν δημιουργὸν, ὅστις ἄρχω, οὔθ' ὅ, τι τὸ τέλος ἔσται αὖτε. ἔπειτα δὲ κατὰ μέρος ὑποσκοπῶν, πολὺ μᾶλλον ἀπορεῖν ἠναγκαζόμην. τοὺς τε γὰρ ἀστέρας ἐώρων ὡς ἔτυχε τοῦ οὐρανοῦ διερριμμένους, καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸν τί ποτε ἦν ἄρα ἐπόθουν εἰδέναι, μάλιστα δὲ τὰ κατὰ τὴν σελήνην ἀπορά μοι, καὶ παντελῶς παράδοξα κατεφαίνετο, καὶ ὁ πολυειδὴς αὐτῆς τῶν σχημάτων ἀπόῤῥητόν τινα τοῦ αἰτίου ἔχειν ἐδοκίμαζον. οὐ μόνον δὲ καὶ ἀστραπὴ διαίξασα, καὶ βροντὴ καταῤῥαγεῖσα, καὶ ὑετὸς, ἢ χιὼν, ἢ χάλαζα κατενεχθεῖσα, καὶ ταῦτα διεσκόπουν πάντα καὶ ἀτέκμαρτα ἦν. σκοπῶ ἐπειδὴ οὕτω διεκείμην, ἄριστον ἂν εἴη) ἐπολαμβανον τοῦτ' τῶν φιλοσόφων τούτων ταῦτα ἕκαστα ἐκμαθεῖν. ἐῴμην γὰρ ἐκείνους πάντα γε ἔχειν αὐ εἰπεῖν τοῦ ἀληθοῦς.

ὕτω δὴ τοὺς ἀρίστους ὀπιλεξάμενος αὐτῶν, ὡς A
εἶχεν τεκμήρασθαι, τοῦ σώματος τε σκυθρωπότητι, καὶ χρόας ὠχρότητι, καὶ γλαυκίᾳ βαθύτητι (μάλα γὰρ ὑψηγόραι τινὲς, καὶ θεσπιῳδώμονες οἱ ἄνδρες αὐτίκα μοι κατεφαίνοντο) τούτοις ἐγχειρίσας ἐμαυτὸν, καὶ συχνὸν ἀργύριον, ὃ μὴ, αὐτόθεν ἤδη καταβοήσων, ὃ δὲ, εἰσαῦθις ἀποδώσων ὅτι κεφαλαίῳ τῆς σοφίας διημολογησάμενος, ἠξίουν μετεωρολέσχης τε διδάσκεσθαι, καὶ τὴν τῶν ὅλων διακόσμησιν καταμαθεῖν. οἱ δ', Οὐδὲν ἄρα ἐδέησάν με τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἀγνοίας ἀπαλλάξαι, ὥστε καὶ εἰς μείζους ἀπορίας φέροντες ἐνέβαλον, ἀρχάς τινας, καὶ τέλη, καὶ ἀτόμους, καὶ κενὰ, καὶ ὕλας, καὶ ἰδέας, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁσημέραι μου καταχέοντες. ὁ δὲ πάντων ἐμοιγε οὕτω ἐδόκει χαλεπώτατον, ὅτι μηδὲν ἄτερος θατέρῳ λέγοντες ἀκόλουθον, ἀλλὰ μαχόμενα πάντα, καὶ ἀντιφατικὰ, ὅμως πείθεσθαί τε με ἠξίουν, καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου ἕκαστος ὑπάρχειν ἐπειρῶντο. ΕΤ. ἄτοπον λέγεις, εἰ σοφοὶ ὄντες οἱ ἄνδρες, ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν ὄντων, καὶ ὁ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἐδόξαζον. ΜΕ. καὶ μήν, ὦ ἑταῖρε, γελάσῃ ἀκούσας τὴν B
τε ἀλαζονείαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις τερατουργίαν· οἵτε πρῶτα μὲν τῆς γῆς ἐβδομηκόντες, καὶ μηδὲν τῶν χαμαὶ ἐρχομένων ἡμῶν ὑπερέχοντες, ἀλλ' οὐδὲ ὀξύτερον τοῦ πλησίον δεδορκότες, ἔνιοι δὲ καὶ πάνυ γήρως, καὶ ἀρχὰς ἀμβλυωττόντων, ὅμως ὑπερῆν τε πέρατα διορᾶν ἐφασκον, καὶ τὸν ἥλιον πρεσβύτερον, καὶ τοῖς ὑπὸ τὴν σελήνην ἐπιβάτευον, καὶ ὥσπερ ἐκ τῶν ἀέρων καταπεσόντες, μετέθεσάν τε αὐτῶν, καὶ σχήματα διεξήεσαν· καὶ πολλάκις, εἰ τύχοι, μηδὲ ὁπόσοι στάδιοι Μεγαρόθεν Ἀθῆναί εἰσιν ἀκριβῶς ἐπισταμένους, ὃ μεταξὺ τοῦ σελήνης, καὶ τοῦ ἡλίου χωρίον ὁπόσων εἴη πηχῶν ὃ μέγεθος, ἐτόλμων λέγειν, ἀέρος τε ὕψη, καὶ θαλάττης βάθη, καὶ γῆς περιόδους διαμετρῶντες, ἔτι δὲ κύκλους καταγράφοντες, καὶ τρίγωνα, ὅπως τραγώνοις διαγραμμίζοντες, καὶ σφαίρας τινὰς ποικίλας, τὸν οὐρανὸν δῆθεν αὐτὸν ὅπως μετρῶντες. ἔπειτα δὲ καὶ ἐκεῖνο πῶς οὐκ ἄγνωμον αὐτῶν, καὶ πάντελῶς τετυφωμένον, ὃ περὶ τῶν οὕτως ἀδήλων λέγοντας, μηδὲν ὡς εἰκάζοντας ἀποφαίνεσθαι;

A Quare cùm ex illis præstantissimos delegissem, quãtum mihi coniectare licebat, ex vultus austeritate, éque coloris palloré, ac barbæ profunditate (mirum enim vt mihi ex ipso protinus aspectu sublimiloquos quosdam, & cœlestium rerum peritos viros præ se ferebant) his vbi memet docendum tradidissem magna pecunia (quam partim euestigio præsentem numeraui, partim tum me persoluturum sum pollicitus, vbi ad philosophiæ summam peruentum esset) non grauabar erectus ad nugas doceri, & vniuersi dispositionem discere. At illi tantum aberant vt me pristina liberarent inscitia, vt B in maiores etiam dubitationes coniecerint: principia nescio quæ, ac fines, tum insecabilia, inania, syluas, ideas, atque id genus alia mihi quotidie offundẽtes. Verùm illud interim mihi videbatur omniũ esse grauissimum, quòd cùm nihil inter illos conueniret, verùm pugnantia diuersáque inter se omnia loquerentur: tamen postulabant vt sibi fidem haberem: ac ad suam quisque rationem me conabatur adducere. AMIC. Rem absurdam narras, si viri cùm essent sapientes, inter sese de rebus factiosè dissidebant, neque de iisdem eadem probabant. MEN. Atqui rideres amice, si audieris illorum atrogãtiam, & in differendo prodigiosam confidentiam: qui quidem cùm humi ingrederentur, nihilóque præstantiores essent nobis qui super terram ambulamus, ne cernentes quidem acutiùs quàm quiuis alius adstans, nonnulli cęcutientes etiam senio atque inertia: tamen & cœli termi- *De cœlo & rebus sublimibus.* C nos perspicere sese profitebantur: solem quoque ipsum dimetientes: & ea quæ supra lunam sunt, aggredientes. Ac perinde quasi ex ipsis delapsi stellis, ita & magnitudinem illarum & figuram explicabant. Ac sæpenumero cùm fortè ne illud quidem certò scirent, quot stadiis à Megara abesset Athenę: tamen spatiũ quod interest inter Solem & Lunam, quot esset cubitorum, audebant pronuntiare: tum aëris altitudinem, maris profunditatem, terræ ambitum dimetientes. Ad hęc circulos depingebant, ac triangulorum figuras super quadrangulos inducentes: neque non sphæras quasdam picturatas, cœlum scilicet ipsum metientes. Iam verò illud an non insulsum, & insignis arrogantiæ, quòd cùm de rebus vsqueadeo incertis loquantur, nihil tamen ita proponunt, quasi coniecturis ducantur?

faſtuoſum, contumelioſum, &, vt verbis Homericis dicam, *Telluris inutile pondus*. Iſti igitur in ſectas diuiſi, ac variis rationum labyrinthis excogitatis, alij ſeſe Stoicos appellant, Academicos alij, alij Epicureos, alij Peripateticos, aliis item vocabulis his multo magis ridiculis. Deinde vbi venerandum illud virtutis nomen induerint, tum adductis in altum ſuperciliis, promiſſáque barba, fucato ambitu obambulant, deteſtandos mores ſecum circumferentes, ſimillimi nimirum iſtis Tragœdiarum hiſtrionibus, quibus ſi perſonas ſtolámque illam auro ſparſam detraxeris, quod ſupereſt, id ridiculum eſt, nempe homunculus ſeptem denariis ad agonem conductus. Atqui huiuſmodi cùm ſint, mortales quidem vniuerſos aſpernantur, de diis verò abſurda prædicant, contractíſque cœtibus adoleſcentulorum (quos nihil negotij ſit fallere) nobilem illam virtutem oſtentant, & verborum ambiguitates docent, atque apud diſcipulos temperantiam ſemper ac moleſtiam laudant, opes ac voluptatem execrantur. Cæterùm vbi ſoli & apud ſeſe eſſe cœperint, quid attinet dicere quantopere ſeſe ingurgitent, quàm immodici ſint ad venerem, quemadmodum autem etiam aſſium ſordes oblingant? Iam illud eſt omnium grauiſſimum, quòd cùm ipſi nihil agant, neque publicum, neque priuatum, ſed inutiles ac ſuperuacanei deſideant: *Nuſquam in conſiliis, nuſquam numerentur in armis*: tamen reliquos accuſant, ac virulenta quædam dicta congerentes, neque non maledicta quædam meditati, obiurgant, proximíſque conuitiantur, adeò vt is inter hos primas tenere videatur, qui clamoſiſſimus ſit, & impudentiſſimus, & ad maledicendum audaciſſimus. At ſanè ſi quis iſtum ſine fine iſta facientem, vociferantem, & cæteros incuſantem percontetur ad hunc modum: Tu verò quid tandem facis? aut, quid per deos dicemus te ad vitam conferre? nimirum reſpondebit, ſi modò recta veráque fateri volet, hoc modo: Nauigare quidem, aut agros colere, aut militare, aut artem aliquam aggredi, ſuperuacaneum mihi videtur: cæterùm clamo, ſqualeo, frigida lauo, incalceatus per hyemẽ obambulo: ac veluti Momus ille, quæ ab aliis geruntur, calumnior: ac ſi quis diuitum ſumptuoſiùs obſonarit,

τετυφωμένον, ὑβρέως καὶ ἀπλέων, καὶ ἵνα καθ' Ὁμηρον εἴπω, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. οὗτοι δίνην εἰς συζήματα διαιρεθέντες, καὶ διαφόροις λόγων λαβυρίνθοις ὑπινοήσαντες, οἱ μὲν Στωϊκοὶ ὠνομάκασιν, οἱ δ', Ακαδημαϊκοὺς, οἱ δ', Επικουρείους, οἱ δ', Περιπατητικούς, καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα τούτων. ἔπειτα δὲ, ὄνομα σεμνὸν τὴν ἀρετὴν περιθέμενοι, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπάρσιλες, καὶ πώγωνας ὑπιασασάμενοι, περιέρχονται ὑπιπλάστῳ σχήματι, καταθύσια ἤδη περιστέλλοντες, ἐοικότες μάλιστα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς, ὧν ἢν ἀφέλῃς τὰ προσωπεῖα, καὶ τὸ χρυσόπαστον ἐκείνων στολὴν, ὃ καταλοιπόμενόν ἐστι γελοῖον, ἀνθρώπιον ἐπὶ δραχμῇ ἐς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον. τοιοῦτοι δ' ὄντες, ἀνθρώπων μὲ ἀπόντων καταφρονοῦσι, περὶ θεῶν δ', ἀλλόκοτα διεξέρχονται, καὶ στωμύλλοντες δύσκατα πάντα μειρακία, τὴν τε πολυθρύλλητον ἀρετὴν παραδιδόασι, καὶ τὰς τῶν λόγων ἀποδείας ἐκδιδάσκουσι. καὶ πρὸς μὲν τοὺς μαθητὰς, καρτερίαν ἀεὶ καὶ σωφροσύνην ἐπαινοῦσι, καὶ πλοῦτον καὶ ἡδονὰς καταπτύουσι, μόνοι δὲ καὶ καθ' ἑαυτοὺς γινόμενοι, τί ἂν λέγοι τις ὅσα μὲν ἐσθίουσιν, ὅσα δὲ ἀφροδισιάζουσιν, ὅπως δὲ περιλείχουσι τὸ ὀβολὸν τὸν ῥύπον; ὃ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲν αὐτοὶ μήτε κοινὸν, μήτε ἴδιον ὑπιτελοῦντες, ἀλλ' ἀχρεῖοι καθεζῶντες. Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἀριθμοὶ, οὔτ' ἐν βουλῇ, ὅμοιοι τῶν ἄλλων κατηγοροῦσι, καὶ λόγοις τινὰς πικροὺς συμφορήσαντες, καὶ λοιδορείας τινὰς ἐκμεμελετηκότες, ὑπερμῶσι, καὶ λοιδοροῦσι τοὺς πλησίον. καὶ δοὺς αὐτῷ τις τῶν φερομένων δοκεῖ, ὃς ἂν μεγαλοφωνότατός τε ᾖ, καὶ ἰταμώτατος, καὶ πρὸς ταῖς βλασφημίαις θρασύτατος. καίτοι τὸν διαπτεινόμενον αὐτῶν, καὶ βοῶντα, καὶ κατηγοροῦντα τῶν ἄλλων, ἢν ἔρῃ, Σὺ δὴ τί πράττων τυγχάνεις; ἢ τί φαῦλον πρὸς θεῶν σε πρὸς τὸν βίον συντελεῖ; φαίη ἄν, εἰ τὰ δίκαια καὶ ἀληθῆ θέλοι λέγειν, ὅτι πλεῖν μὲν, ἢ γεωργεῖν, ἢ στρατεύεσθαι, ἢ τινα τέχνην μετιέναι, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ· κέκραγα δὲ, καὶ αὐχμῶ, καὶ ψυχρολουτῶ, καὶ ἀϋπόδητος τὸν χειμῶνος περιέρχομαι· καὶ, ὥσπερ ὁ Μῶμος, τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων γινόμενα συκοφαντῶ· καὶ εἴ μού τις ὠψώνησε τὸν πλουσίων πολυτελῆ,

ἢ ἑταίραν ἔχῃ, τοῦτο πολυπραγμονῶ, καὶ ἀγανακτῶ. εἰ δέ τῶν φίλων τις, ἢ ἑταίρων, κατάκειται νοσῶν, ὀπτικυείας τε καὶ θεραπείας δεόμενος, ἀγνοῶ. τοιαῦτα μὲν ὄντιν ἡμῖν, ὦ θεοί, τῶν τὰ θρέμματα. οἱ δὲ δὴ Ἐπικούρειοι αὐτῶν λεγόμενοι, μάλα δὴ καὶ ὑβρεισταί εἰσι, καὶ ὑπερείως ἡμῶν καταπλουτοῦσι, μήτε ὀπτιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρωπίνων λέγοντες τοὺς θεούς, μήτε ὅλως τὰ γιγνόμενα ὀπτισκοπεῖν, ὥστε οὐδὲν ὑμῖν λογίζεσθαι, ὅτῳ τὸν ἄπαξ ὅτι πείσαντα τὸν βίον διαπεπωκότα; οὐ μετρίως πεινήσετε. τίς γὰρ αὖ ἔτι θύσει ὑμῖν, πλέον οὐδὲν ἔξων προσδοκῶν; ἃ μὲν γὰρ ἡ σελήνη αἰτιᾶται, πάντες ἠκούσατε τοῦ ξένου τοῦ διηγουμένου. περὶ τούτων βουλεύεσθε ἀεὶ καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑμῖν ἀφελιμώτατα, καὶ ὑμῖν ἀσφαλέστατα. εἰπόντος ταῦτα τοῦ Διός, ἡ ἐκκλησία διετεθρύλλητο· καὶ βοὴ ἐκ τῶν ἀπάντων, κεραυνώσατε, καταφλέξατε, ὀπτίσατε, εἰς τὸ βάραθρον, εἰς τὸν Τάρταρον, ὡς τοὺς Γίγαντας. ἡσυχίαν δὲ ὁ Ζεὺς αὖθις ἐκελεύσας, Ἐσται ταῦτα ὡς ὑμεῖς θέλετε, ἔφη, καὶ πάντες ὀπτισθήσονται αὐτῇ διαλεκτικῇ· πλὴν τόγε νῦν οὐ (θέμις γὰρ ἱερομηνία γάρ ἐστιν, ὡς ἴστε, μεμιγμένη τούτων τεττάρων, καὶ ἤδη πρὸ ὀλίγου ἐκεχειρίαν ἐπηγγειλάμην. ἐς νέωτα οὖν ἐξορμοῦντος ἤδη, καὶ οἱ κακῶς ἀπολοῦνται τῇ σμερδαλέῳ κεραυνῷ.

Η, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

περὶ δὲ Μενίππου, ταῦτα, ἔφη, μοι δοκεῖ, πεφαρμάκευται αὐτὸν τὰ περὶ, ἵνα μὴ καὶ αὖθις ἔλθῃ ποτὲ, ὑπὸ τῷ Ἑρμοῦ ἐς τὸν γλῶ καταπεφθῶν αὖθις ἡμέρων. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα εἰπών, διέλυσε τὸν σύλλογον. ἐμὲ δὲ ὁ Κυλλήνιος τῇ δεξιᾷ ὦτος ἀποκρεμάσας, περὶ ἑσπέραν ἐς κατέθηκε, φέρων ἐς τὸν Κεραμεικόν. Ἀπόντα ἀκήκοας, ἄπορα, ὦ ἑταῖρε, τὰ ἐξ ὑπνου. ἄπειμι τοίνυν καὶ τοῖς ἐν τῇ Ποικίλῃ περιπατοῦσι τῶν φιλοσόφων, αὐτὰ ταῦτα διαγελιούμενος.

A aut amicam habeat: id exquiro, atque indignor. Quòd si amicorum quispiam aut sodalium morbo decumbat, curáque & obsequio egeat, id ignoro. Hoc genus sunt nobis, ô dij, hæ pecudes. Iam verò qui ex his vocantur Epicurei, vehementer sunt etiam contumelioſi, neque mediocriter nos mordent, affirmantes neque diis esse curæ res mortalium, neque omnino considerari à nobis quid apud illos agatur. Quas ob res tempus est vt de his consultemus: propterea quòd si semel valeant hęc persuadere iis qui sunt in vita, non mediocriter esurietis. Quis enim pòst vobis rem diuinam faciat, cùm B nihil inde expectet emolumenti? Nam de quibus Luna hos accusat, omnes audistis heri narrantem hospitem. Super his consultate, quæ pariter & hominibus sint quàm vtilissima, & nobis quàm minimè periculosa. Hæc locuto Ioue, frequens affremebat concio· mox clamatum est ab omnibus: effulmina, exure, comminue, in barathrum, in tartarum, vti Gigantes. At Iupiter rursum indicto silentio, Fient ista, inquit, quemadmodum vultis. Omnes comminuentur cum ipsa sua dialectica. Quanquam in præ- C sentia sanè fas non est punire quenquã. Est enim hieromenia, sicuti nostis, quatuor hos menses: iámque inducias promulgaui. Itaque proximo anno ineunte vere mali malè perdentur formidando fulmine;

*Sic ait, atque superciliis pater annuit atris.*

Porrò de Menippo hæc mihi videntur, inquit,, vt ademptis illi alis, nequando denuo redeat, à Mercurio deferatur hodie in terram. Hæc locutus dimisit cœtum. Me verò Cyllenius dextra aure suspensum, heri circiter vesperam deposuit in Ceramico. Audisti omnia: omnia inquam amice, quæ è cœlo mecum affero. D Quare abeo iam eadem hæc renunciaturus philosophis in Pœcila inambulantibus.

---

## ΔΙΣ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕΝΟΣ, ἢ ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΑ.

## BIS ACCVSATVS, seu FORA.

### Iacobo Micyllo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Et hic dialogus maxima ex parte contra philosophos, idque nominatim etiam, institutus est. Introducit enim iudicio inter se contendentes, Primò, Academiam & ebrietatem pro Polemone philosopho, actione fugæ, quòd is cùm antea per omnem ætatem ebrietati ac crapulæ deditus fuisset, audito fortè quodam Xenocrate, subitò relictis priore vita ac habitu, ad frugem redierit, ac philosophari cœperit. Secundò, Stoam & voluptatem pro Dionysio Heraclienſi, inuriarum: quoniam hic ab initio Stoicam professionem secutus, mox cùm morbo quodam correptus, ἀπαθίαν istam quam Stoici docent, cum corpore ac valetudinis affectione pugnare videret, eamque præstare non posset, ad Epicureos defecerat. Tertiò, mollitiem & virtutem pro Aristippo, consimili actione. Nam & hic cùm ab initio Socratis auditor & virtutis sectator extitisset, postea, voluptatem vt finem bonorum asserere cœpit. Quartò, mensari am Diogeni Cynico actionem fugæ intendentem, quoniam hic cùm à principio quæstum patris secutus, pro mensario sese gessisset, postea cùm ob adulteratam monetam solum vertere coactus fuisset, Athenas venit, & philosophiam sectari cœpit. Quintò, pictoriam artem, Pyrrhonem vt desertorem accusantem, quòd ab initio pictor fuerat, postea autem relicta ea arte ad philosophiam sese contulerat. Videtur autem velle Lucianus ostendere & quàm ipsi homines abiecti ac viles, quidam autem etiam perditi per se fuerint, qui apud alios de virtute ac summis rebus philosophari, & foris sapientiæ titulo gloriari soliti sint: & quàm à malis, interdum etiam turpibus principiis & causis, ad tantarum rerum professionem prosiluerint, cùm alium videlicet ex ebrio subitò Academicum factum, alium ex impostore Cynicum, alium autem etiam ex propria affectione bonorum finem & virtutis naturam æstimasse ostendit. Postremò autem & seipsum à Rhetorica & à Dialogo reum fieri fingit: ab illa, quòd ea à qua plurimùm adiutus & nobilitatus fuerat, deserta, ad Dialogum transierit: ab hoc autem, quòd veterem eius characterem & modum egressus, iocosa & comica argumenta, contra vetus Platonis exemplum, tractare cœperit. Quo iterum videtur & studiorum suorum & instituti rationem quandam exponere voluisse, & pariter illis respondere quoque, qui ob scribendi genus, & dictionis nouitatem, ipsum fortassis nonnihil corripuerant, quemadmodum & suprà in Prometheo fecit. Ab exordio autem longam querelam Iouis de curis & officiis deorum præmittit, qua occasionem instituto dramati quærit, & quasi quandam viam ad futuram actionem sternit. Deinde & alteram Iustitiæ, quæ se in terras iterum à Ioue, ad præsidendum iudiciis videlicet, demitti grauatur. Vbi in genere quoque philosophorum initia siue creationes, & contentiosas atque clamosas disputationes persequitur, adhibita ad hoc Panos persona, vtpote liberioris dei, & ipsam rem, vt est, παχυμερίστερον etiam narrantis. Titulus alter ab eo qui bis, hoc est, à Rhetorica, & à Dialogo, accusatur, sumptus est: alter, à toto argumento.*

Iupiter, Mercurius, Iustitia, Pan, Athenienſis, Alius, & Alius, Academia, Stoa, Epicurus, Virtus, Mollities, Diogenes, Rhetorice, Syrus, Dialogus.

IVPITER. AT malè pereant, quicunque philosophorum apud solos deos felicitatem esse dicunt. Quòd si igitur nossent quàm multa nos hominũ causſa patiamur, haudquaquam nos ob nectar aut ambrosiam beatos prædicarent; Homero videlicet credentes, homini cæco, & præstigiatori, beatos vocitanti nos, & ea quæ in cœlis geruntur, exponenti: cùm ipse ne illa quidem quæ in terris fiunt, aspicere potuerit. Iam primùm certè Sol quidem hic iuncto curru totam diem cœlũ circumuagatur, indutus igne, & resplendens radiis, ne tantum quidem ocij habens, quantum ad scalpẽdam aurem, ceu dici solet, sufficiat.

Sol.

Λλ' ὁπόσοι τῶν φιλοσόφων ὅδε μόνοις τὴν εὐδαιμονίαν φασὶν εἶ τοῖς θεοῖς. εἰ γοῦν ἠδεσθν ὁπόσα τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα πάσχομεν, οὐκ ἂν ἡμᾶς τῆς νέκταρος, ἢ τῆς ἀμβροσίας ἐμακάριζον. Ομήρῳ πιστεύσαντες αὐθρὶ τυφλῷ, καὶ γόητι, μακαρίζουσι ἡμᾶς, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ διηγουμένῳ, ὡς οὐδὲ τὰ ἐν τῇ γῇ καθορᾶν ἐδυνάτο. αὐτίκα γέ τοι ὁ μὲν ἥλιος οὑτοσὶ ζυξάμενος ὅλην ἅρμα, πυρὶ ἐκδεδυκώς, καὶ τῶν ἀκτίνων ἀποστίλβων, οὐδὲ ὅσον κνῆσαι ὃ οἶς, φασι, σχολὴν ἄγων.

ἰὼ γάρ τι καὶ ὀλίγον ὑπορραθυμήσας λάθη, ἀφιππάσωνται οἱ ἵπποι, καὶ τῆς ὁδοῦ πολλὰ παραπόμποι, κατέφλεξαν τὰ πώματα. ἡ σελήνη δὲ, ἄγρυπνος καὶ αὐτὴ περιέρχεται, φαίνουσα τοῖς κωμάζουσι, καὶ τοῖς ἀωρεὶ ἀπὸ τῶν δείπνων ἐπανιοῦσιν. ὁ Ἀπόλλων τε αὖ, πολυπράγμονα τὴν τέχνην ἐπαγγελόμενος, ὀλίγου δεῖν τὰ ὦτα ἐκκεκώφηται πρὸς τῶν ἐκκλησιαζόντων καὶ χρείαν ἔχοντων μαντικῆς. καὶ ἄρτι μὲν, αὐτοῦ ἐν Δελφοῖς ἀναστῆναι δεῖ), μετ' ὀλίγον δὲ, εἰς Κολοφῶνα ἥξει, κἀκεῖθεν, εἰς Ξάνθον μεταβαίνει, καὶ δρομαῖος αὖθις εἰς τὴν Κλάρον, εἶτα εἰς Δῆλον, ἢ εἰς Βραγχίδας, καὶ ὅλως, ἔνθα ἂν ἡ προμαντις πιοῦσα τοῦ ἱεροῦ νάματος, καὶ μασησαμένη τῆς δάφνης, καὶ τὸν τρίποδα ἀφασσαμένη, κελεύῃ πρᾶξαι, ἄοκνον χρὴ αὐτίκα μάλα παρεστάναι συνιέντα τοῖς χρησμοῖς, ἢ οἴχεσθαι οἱ τὴν δόξαν τῆς τέχνης. ἐῶ γὰρ λέγειν ὁπόσα ὑπὸ πείρας τῆς μαντικῆς ὑπιτεχνῶνται αὐτῷ, ἀρνεία κρέα καὶ χελώνας ἐς ὃ αὐτὸ ἕψοντες· ὥστε εἰ μὴ τὴν ῥῖνα ὀξὺς ἦν, κἂν ἀπῆλθεν αὐτοῦ ὁ Λυδὸς καταγελῶν. ὁ μὲν γὰρ Ἀσκληπιὸς, ὑπὸ τῶν νοσούντων συνοχλούμενος, ὀρῇ τε δεινά, θιγγάνει τε ἀνδέων, ἐῶ' ἀλλοτρίησί τε συμφορῇσι, ἰδίας καρποῦται λύπας. τί γὰρ δῆτ, εἰ τοὺς ἀνέμους Φυσπυργοῦντας λέγοιμι, καὶ παραπέμποντας τὰ πλοῖα, καὶ τοῖς λικμῶσιν ὑποπνέοντας; ἢ τὸν ὕπνον ὑπὸ πόλεις πεπομφότα, ἢ τὸν ὄνειρον μετὰ τοῦ ὕπνου παννυκτερεύοντα, καὶ ὑποφητεύοντα αὐτῷ; πολλὰ γὰρ ταῦτα ὑπὸ φιλανθρωπίας οἱ θεοὶ πονοῦσι, καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς γῆς βίον ἑκάστοις συντελοῦσι. καίτοι τὰ μὲν τῶν ἄλλων, μέτρια· ἐγὼ δὲ αὐτὸς ὁ πάντων βασιλεὺς, ὁ πατὴρ, ὅσας μὲν ἀνδίας ἀνέχομαι, ὅσα δὲ πράγματα ἔχω πρὸς τοσαύτας φροντίδας διηρημένος; ᾧ πρῶτα μὲν τὰ τῶν ἄλλων θεῶν ἔργα ὑπισχνεῖν ἀναγκαῖον, ὁπόσοι τι ἡμῖν συνδρᾶν προθύμοιστῆς ἀρχῆς, ὡς μὴ ἐλαττεύωσιν ἐῶ' αὐτῆς· ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸν μυρία ἄτερ πραγμάτων, καὶ ῥᾳδίως ἀνέφικτα ὑπὸ λεπτότητος. ὃ γὰρ μόνον τὰ κεφά-

A Nam si vel paululum cessauerit insciens, arreptis habenis equi, & à via transuersè eũtes, omnia miscere incẽdiis solent. Luna autem insomnis & ipsa circumit, lumẽ exhibens iis qui nocturnis comessationibus atque lasciuiis indulgẽt, quique præter tempus à cœnis domũ redeunt. Rursus autem & Apollo negotiosam quandã artem professus, parum abest quin totis obsurdescat auribus, tanta illi multitudine quotidie obstrepente, atque oracula efflagitante. Ac nunc quidem in Delphis illi esse necesse est, paulo autem pòst Colophonem currendo petit. Inde & Xanthum transit, & cursu postea in Clarum B abit, deinde verò etiam in Delum, vel ad Branchidas. Et in summa, vbicunque sacerdos oraculorum interpres, postquam de sacro latice biberit, & laurũ commanderit, ac tripodem impulerit, adesse iubet, impigrum ac strenuũ quamprimum assistere necesse est, connectentem oracula; vel intercidere artis huius gloriam sibi pati. Nolo enim dicere quàm multa, *Alludit ad ea quæ de Cræso scribit Herodotus lib. I.* experiendæ artis, & probãdorum vaticiniorum causſa, insidiosè quidam contra ipsum machinantur, dum carnes agninas testudinésque vno & eodem vase coctas C illi apponunt: vt nisi nasum acrem & acutum haberet, abiisset eo etiam deriso Lydus ille. Nam Æsculapius quidẽ, cùm ab *Æsculapius.* ęgrotantibus quotidie vexetur, & tuetur graue, & tractat iniucunda, alieniſque ex malis proprias sibi contrahit molestias. Quid enim Ventos dicã plantas fouẽtes, *Venti. Somnus, & Insomnia.* & promouentes nauigia, iisque qui frumenta ventilant, ac paleas secernũt, aspirantes? Aut Somnum, ad omnes volantẽ? ant etiam Insomnium vnà cum Somno pernoctãs, ac veluti interpretem quendã illius se gerens? Omnia enim hæc humanitate ac beneuolentia quadã erga mortales dij operantur, & ad vitam in terris D agendam singulis contribuunt. Ac cæterorum quidem negotia adhuc mediocria: Ego verò ipse, omnium ille rex ac *Iupiter.* pater, quàm multas molestias sustineo? quàm multa autem negotia habeo, tot ac tantis curis distractus? Cui principiò quidem necesse est cæterorum deorum opera inspicere, quicunque aliquid commune in administrando imperio nobiscum agunt, ne desides sint, & ad res obeundas torpescant: deinde verò seorsim ac per me ipsum innumerabilia quædam peragere, eáque quæ propè incomprehensibilia & inaccessa sint præ tenuitate sua. Non enim solùm generali-

bus illis adminiſtrationibus, pluuiis videlicet,grãdinibus,ventis & fulguribus adminiſtratis,ceu curarum parte ſubleuato quieſcere mihi licet, ſed oportet me & hæc quidem facere, & præterea autem aſpicere eodem tempore in omnes partes, omniáque contemplari, non ſecus atque illum in Nemea bubulcum, furantes, peierantes, ſacrificantes, ſi quis libauit, vnde nidor ac fumus aſcendat, quiſnam ægrotans aut nauigans inuocarit, & quod omnium acerbiſſimum eſt, vno eodémque tempore in Olympia Hecatombæ adeſſe,in Babylone belligerantes intueri, in Getis grandinare,& in Æthiopibus conuiuari. Et tamen querelas ac reprehenſionem ne ſic quidẽ euitare facile eſt,ſed ſępenumero dij quidẽ cæteri *Atque hominum populus, cauda criſtatus equina*, dormiunt totam per noctem: Me verò Iouẽ videlicet placidus ſopor haud te net vnquam. Nam ſicubi vel paululum nictauerimus, verus illico Epicurus iſte eſt, qui nulla nos prouidentia, ea quæ in terris gerũtur, proſpicere affirmat. Atq; adeò periculum hoc haudquaquam contemnendum, ſi homines ei hæc credent, ſed ſine coronis quidẽ templa nobis ſtabunt,ſine nidore autem plateæ,ſine libamentis cratêres, frigidæq; paſſim aræ. Et in ſũma,ſine ſacrificiis ac victimis omnia, multaq; fames futura. Proinde veluti nauiũ gubernatores,ſublimis ſolus in puppi ſtare ſoleo, clauum tenens manibus: atq; alii quidem qui in naui vehuntur,inebriantur ſcilicet, & ſi fors ita ferat, etiã dormiunt: ego verò inſomnis atque ieiunus pro omnibus illis cura exerceor, & ſolicitus ſum mente animóque, ſolo eo nomine honoratus, quòd omnium dominus eſſe videor. Quare lubens equidẽ interrogarim philoſophos iſtos qui ſolos Deos beatos prędicant,quando tandem & nectari vacare nos & ambroſiæ putarẽt, innumerabilibus adeò implicatos negotiis. Ecce enim præ cõtinuis occupationibus quàm multas cõtrouerſias intus repoſitas iam olim ſeruamus,ſitu adeò atq; araneis iam propè corruptas, præcipuéque eas quas ſcientiæ atque artes aduerſus homines quoſdã habent, admodum antiquas illarum nonnullas. Illi verò vociferantur vndique,& indignantur, ac iuſtitiam inclamant, méque ob tarditatem accuſant & pigritiam: neſcii videlicet quòd haudquaquã negligentia aliqua, iudicia vltra diẽ extrahi atque differri hæc contingit,

A λαια ταῦτα τῆς διοικήσεως, ὑετοὺς, καὶ χαλάζας, καὶ πνεύματα, καὶ ἀστραπὰς αὐτὸς οἰκονομησάμενος, καὶ διαταξάς, πέπαυμαι τῶν ὅτι μέγας Φερετίδων ἀπηλλαγμένος· ἀλλά με δεῖ καὶ ταῦτα μὲν ποιεῖν, ἀποβλέπειν δὲ καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον ἁπάντα χόσε, καὶ πανταχοῦ ὁρᾶν, ὥσπερ τὸν ἐν τῇ Νεμέᾳ βουκόλον, τοὺς κλέπτοντας, τοὺς ἐπιορκοῦντας, τοὺς θύοντας, εἴ τις ἔσφαξε, πόθεν ἡ κνίσα καὶ ὁ καπνὸς ἀέρχεται, τίς νοσῶν ἢ πλέων εὐχάλεται· καὶ δὴ πάντων ὁπιπονώτατον, ὑφ' ἕνα καιρὸν ἔν τε Ὀλυμπίᾳ τῇ ἑκατόμβῃ παρεῖναι, καὶ ἐν Βαβυ-
B λῶνι τοὺς πολεμοῦντας ὁρᾶν, καὶ ἐν Γέταις χαλάζαν, καὶ ἐν Αἰθίοψιν διωχεῖσθαι. Ὃ δ' ἐμὲ μεμέμνηκεν, οὐδὲ ὅτῳ διαφυγεῖν ῥᾴδιον, ἀλλὰ πολλάκις, οἱ μὲν ἄλλοι θεοί τε, καὶ ἀνέρες ἱπποχαρμαί, δύδουσι πανυύχιοι· τὸν Δία δὲ ἐμέ, οὐκ ἔχει νήδυμος ὕπνος. εἰ γάρ που καὶ μικρὸν ὑπονυστάξομεν, ἀληθὴς βύθιος ὁ Ἐπίκουρος, ἀπρονοήτους ἡμᾶς ἀποφαίνων τῶν ὅτι γῆς πραγμάτων· καὶ ὁ κίνδυνος οὐκ ὀλίγος καταφρονεῖσθαι, εἰ ταῦτα οἱ ἄνθρωποι πιστεύσουσιν αὐτῷ, ἀλλ' ἀστεφάνωτοι μὲν ἡμῖν οἱ ναοὶ
C ἔσονται, ἀκνίσωτοι δὲ αἱ ἀγυιαί, ἀσπόνδοι δ' οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ οἱ βωμοί· καὶ ὅλως, ἄθυτα, καὶ ἀκαλλιέρητα, καὶ ὁ λιμὸς πολύς. Τοιγαροῦν, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται, ὑψηλὸς μόνος ὅτι τῆς πρύμνης ἕστηκα, τὸ πηδάλιον ἔχων ἐν ταῖν χερσῖν· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ὑπνῶσι, μεθύουσι, καὶ εἰ τύχοι, ἐγκαθεύδουσιν· ἐγὼ δὲ, ἄγρυπνος καὶ ἄσιτος ὑπὲρ ἁπάντων μερμηρίζω καὶ φρένα, καὶ καὶ θυμὸν, μόνῳ τῷ δεσπότης εἶ δοκεῖν τετιμημένος. ὥστε ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς φιλοσόφους, οἱ μόνους τοὺς θεοὺς
D εὐδαιμονίζουσι, πότε καὶ σχολάζειν ἡμᾶς τῷ νέκταρι καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ νομίζουσι, μυρία ὅσα ἔχοντας πράγματα. ἰδοὺ γοῦν ὑπ' ἀσχολίας, τοσαύτας ἑώλους δίκας φυλάττομεν ἀποκειμένας, ὑπ' ὄρνιθος ἤδη, καὶ ἀραχνίων διεφθαρμένας· καὶ μάλιστα ὑπόσαι τῆς ὀπισήμης καὶ τέχναις πρὸς ἀνθρώπους πινὰς συνεστᾶσι, πάνυ παλαιὰς οὐσίας αὐτῶν. οἱ δὲ, κεκράγασιν ἁπάντα χόθεν, καὶ ἀγανακτοῦσι, καὶ τὴν δίκην ὀπιδοῶνται, κἀμὲ τὸν ἐγκαθυπνοῦντα αἰτιῶνται, ἀγνοοῦντες ὡς οὐκ ὀλιγωρεία τὰς κρίσεις ὑπερημέρους συνέβη γενέσθαι, ἀλλὰ

ἀλλὰ ὑπὸ τῆς εὐδαιμονίας, ἢ συνέφαγε ἡμᾶς ὑπολαμβάνοισι· τοῦτο γὰρ τὴν ἀσχολίαν καλοῦσι. ΕΡ. καὶ τὸς, ὦ Ζεῦ, πολλὰ τοιαῦτα ἀκούων δυσχερῶς φερόντων, λέγειν πρὸς σὲ οὐκ ἐτόλμων. ἐπεὶ δὲ σὺ περὶ τούτων τοὺς λόγους ἐνέβαλες, καὶ δὴ λέγω. πάνυ ἀγανακτοῦσιν, ὦ πάτερ, καὶ σκληρὰ ζοισι, καὶ ἐς ὀργὴν φανερὸν μὲν οὐ τολμῶσι λέγειν, ὑποτονθορύζοισι δὲ συνεκφοτες, αἰτιώμενοι τὸν χρόνον· οἷς ἔδει πάλαι τὰ καθ' αὐτοὺς εἰδόσι, τέρμα ἕκαστον τοῖς δεδικασμένοις. Ζ Ε. τί οὖν, ὦ Ερμῆ, δοκεῖ; πρὸς τίθεμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν, ἢ ἄλλως εἰς νέωτα παραγελῶμεν; ΕΡ. ἔμενοῦν, ἀλλὰ ἤδη προθῶμεν. Ζ Ε. οὕτω ποιῶ. σὺ μὲν κήρυττε καταπάλμυος, ὅπως ἀγορὰ δικῶν ἔσται καὶ πάδε, πρώτας ὁπόσοι τὰς γραφὰς ἀπενηνόχασιν, ἥκειν τήμερον εἰς Αρεῖον πάγον, ἐγὼ δὲ τῷ μὲν δίκῃ ἀποπληρώσω σοφίσι τὰ δικαστήρια καὶ τὸν λόγον τῶν τιμημάτων, ἐξ ἁπάντων Αθηναίων. εἰ δέ τις ἄδικον οἴοιτο γεγενῆσθαι τῷ κρίσιν, ἐξεῖναι ἐφέντι ἐπ' ἐμέ, δικάζεσθαι ἐξ ὑπαρχῆς, ὡς εἰ μηδὲν πρόσθεν ἐδεδίκαστο. σὺ δέ, ὦ θύγατερ, καθεζομένη παρὰ τὰς σεμνὰς θεὰς, ἀποκλῆρου τὰς δίκας, καὶ ὑπισκόπει τοὺς δικάζοντας. ΔΙ. αὖθις ἐς τὸ γλῶ; ἵν' ἐξελαυνομένη πρὸς αὐτῶν δραπετεύω πάλιν ἐκ τοῦ βίου, τὸ ἀδικεῖσθαι ὑπογελῶσθαι θ' φέρουσα; Ζ Ε. χρηστὰ ἐλπίζειν τε δεῖ· πάντων γὰρ ἤδη πεπείκασιν αὐτοὺς οἱ φιλόσοφοι σὲ τῆς ἀδικίας προτιμᾶν, καὶ μάλιστα ὁ τοῦ Σωφρονίσκου ὃς δίκαιον ἐπῃνέσας, καὶ ἀγαθῶν ὃ μέγιστον ἀποφήνας. ΔΙΚ. πάνυ γοῦν ὀργὴν φῆς αὐτὸν ἐκφυγεῖν οἱ πρὸς ἐμοῦ λόγοι· ὃς παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσών, ὅπερ ἄθλιος τοῦ κωνείου, μηδὲ τὸν ἀλεκτρυόνα τῷ Ασκληπιῷ ἀποδεδωκώς, παρὰ τοσοῦτον ἐπῆλθον οἱ κατήγοροι πανταπάσι περὶ τῆς ἀδικίας φιλοσοφοῦντες. ΖΕΥΣ. ξένα ἐπὶ τοῖς πολλοῖς τὰ τῆς φιλοσοφίας ἐπὶ τότε, καὶ ὀλίγοι ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦντες, ὥστε εἰκότως ἐς τὸν Ανυτον καὶ Μέλητον ἔρρεπε τὰ δικαστήρια. ὁ δὲ νῦν ἔτι, οὐχ ὁρᾷς ὅσοι τρίβωνες, καὶ βακτηρίαι, καὶ πῆραι,

sed præ felicitate scilicet ista, in qua versari nos credunt. Hoc enim nomine occupationes hasce perpetuas illi vocant. MERC. Et ipse, Iupiter, multa huiuscemodi audiens grauiter ferentes & indignantes illos, dicere tibi non audebam. At postquam tu ipse de his mentionem incepisti, eloquar sanè. Valde indignantur, pater, & animo ferunt iniquo, atque etiam manifestè quidem profiteri non audent, submurmurant autem apud sese, inclinati & incuruati accusantes tempus: quos tamen conueniebat iam olim, propriis sûis viribus cognitis, contentum vnumquemque esse rebus iudicatis. IVPIT. Quid igitur videtur Mercuri? Statimne illis forum constituemus, & agendi potestatem dabimus: an vis vt in proximum prorogato termino, diem illis dicamus? MER. Haudquaquam, sed iam agendi copiam faciamus. IVP. Ita igitur facias. Tu quidem deuolans proclama quòd forum atque iudicium constituetur: hoc pacto, omnes quotquot actiones atque libellos suos obtulerunt, venire hodie debere in vicum Martium. Illic autem iudiciorum quidem præsidem Iustitiam, sorturam esse ipsis fora secundùm rationem, ac litis æstimationem, ex cunctis Athenienſibus. Quòd si quis autem iniustum putauerit factum esse iudicium, séque sententia grauatum, licere illi prouocanti ad me, de integro tum iudicio experiri, perinde ac si sententia prorsũ lata non fuisset. Tu verò filia, assidés iuxta deas venerãdas & graues, actiones sorte distribue, & inspice iudicantes. IVST. Iterúmne in terram? vt eiecta ab illis, denuo fugitiua è vita abeam? vbi iniustitiã ferre non potero irridentem. IVPIT. Bene sanè sperare decet. Omnino enim iam persuaserunt illis philosophi, vt te iniustitiæ anteponant, ac maximè filius ille Sophroniſci, laudato eo quod iustum est, & velut omnium bonorum maximo comprobato. IVST. Proinde & ipsi illi quem dicis, admodum multum profuerunt habiti de me sermones, vt qui traditus Vndecimviris istis capitalibus, & in carcerem coniectus, aconitum miser biberit, ne gallo quidem Æsculapio persoluto: in tantum præualuerunt accusatores contraria de iustitia philosophantes. IVP. Peregrina adhuc plerisque tum philosophia erat, paucíque etiã dum philosophabantur: quare meritò ad Anytum & Meletum fora tum inclinabant. At nunc an non vides quantum vbique palliorum & baculorum & perarum,

σεμνὰς θεὰς Erinnyes Athenienses appellarunt.

& vt nusquam non barba profunda, & libellus in siniſtra, atque omnes adeò pro te philoſophãtur? Plena autem & ambulacra, turmatim atque gregatim mutuò ſibi obuiam euntium, nemóque prorſum eſt qui non virtutis alumnus videri cupiat. Multi igitur relictis artibus quas antea exercebant, ad peram proſilientes & pallium, & corpore ad ſolem ad Æthiopis modum infuſcato, ſubiti & extemporales quidam philoſophi ex coriariis aut fabris prodeuntes obambulant: téque ac tuam virtutem collaudant: vt iuxta prouerbium, Citiùs aliquis in naui cadens ligno deſtituatur, quàm hîc quocunque aſpexerit oculus, philoſophum deſideret. IVST. At verò, Iupiter, hi me territant, dum inter ſe altercantur, & improbè ſe gerunt in iis ipſis quæ de me commemorant. Aiunt autem & plurimos eorum in ſermone quidem ſimulare me, re ipſa autem omnino ne in ædes quidem intrò admittere, ſed manifeſtè præ ſe ferre quòd excluſuri me ſint, ſi vnquam ad fores illorum propiùs acceſſero. Nam iam olim iniuſtitiam ab ipſis hoſpitio acceptam eſſe. IVPIT. Non omnes, filia, flagitioſi adeò ſunt. Et abundè ſatis eſt ſi vel paucos quoſdam bonos reperias. Verùm abite iam, vt vel paucæ aliquæ actiones hodie finiantur. MER. Abeamus, Iuſtitia, rectà verſus Sunium, paululum ſub Hymetto ad ſiniſtram Parnethis deflectentes, vbi duo illi vertices. Tu enim videris oblita iam olim eſſe viæ iſtius. Sed quid fles, atque indignaris? Ne metuas. Non ampliùs eodem pacto res humanæ ſe habent, ac mortui ſunt omnes illi Scirones, Pityocamptæ, Buſirides, & Phalarides, quos tunc pertimeſcebas. Nunc autem Sapientia & Academia & Stoa tenent omnia, & vbique te quærunt, & de te diſputant, hiantes & expectantes ſicunde ad ipſos iterum deuoles. IVST. Proinde tu mihi verum Mercuri ſolus dicere poteris (vtpote qui cum ipſis degas plerumque, & conuerſeris vnà, cùm in gymnaſiis, tum in foro: nam & forenſis quoque es, & in concionibus præconem agis) quales tandem ſint: & num videar apud ipſos commorari ac permanere poſſe. MERC. Per Iouem: iniuſtè enim equidem agerem, ſi ad te, ſororem vtique meam, non dicerem. Non enim parum vtilitatis ex philoſophia perceperunt plerique ipſorum.

καὶ ἀπώμοτα πολλὰ ψεύδη, καὶ βιβλίον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ πώγωνες ὑπὲρ σοῦ φιλοσοφοῦσι· μεσοὶ δὲ οἱ τριβώνες καὶ ἴλαι, καὶ φάλαγγες, ἀλλήλοις ἀπομυττόντων, καὶ σοφίας ὅστις οὐ σοφιεῖται τῆς ἀρετῆς ἐπιδοκεῖν βούλεται. πολλοὶ γοῦν τὰς τέχνας ἀφέντες, αἷς εἶχον τέως ὅτι τιμὴ πέρα ἀίξαντες, καὶ ὁ τρίβωνιον, καὶ ὁ σῶμα πρὸς ἥλιον εἰς τὸ Αἰθιόπειον ὑπεκκαύσαντες, αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων ἢ τεκτόνων περιέρχονται, σὲ, καὶ τιμὴ σὴν ἀρετιμὴ ἐπαινοῦντες. ὥστε καὶ τὴν παροιμίαν, Θᾶττον ἄν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν ξύλου, ἢ ἔνθα ἂν ἀπίδῃ ὁ ὀφθαλμὸς, ἀπορήσει φιλοσόφου. ΔΙ. Ἐμοὶ γοῦν οὗτοί με, ὦ Ζεῦ, δεδίττονται, πρὸς ἀλλήλους ἐριζοντες, καὶ ἀγνωμονοῦντες ἐν αὐτοῖς, οἷς περὶ ἐμοῦ διεξέρχονται. φασὶ δὲ καὶ πολλοὺς αὐτῶν, ἐν μὲν τοῖς λόγοις προσποιεῖσθαί με· ὅτι δὲ τῶν πραγμάτων, μηδὲ θυρόπωμα εἰς τιμὴν οἰκίαν προσδέχεσθαι, ἀλλὰ δήλους εἶναι ἀποκλείσοντας, ὡς ἀφίκωμαί ποτε αὐτοῖς ὅτι τὰς θύρας. πάλαι γὰρ τὴν ἀδικίαν προξενεῖσθαι αὐτοῖς. ΖΕ. οὐ πάντες, ὦ θύγατερ, μοχθηροί εἰσιν· ἱκανὸν δὲ καὶ εἰ ὀλίγοι τινὲς χρηστοῖς ἐντύχῃς. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, ὡς καὶ ὀλίγας τιμέρας ἐκδικασθῶσιν. ΕΡ. ἀπίωμεν, ὦ Δίκη, θύθι τῆς Σουνίου, μικρὸν ὑπὸ τὸν Ὑμηττὸν ὅτι τὰ λαιὰ τῆς Παρνηθος, ἔνθα αἱ δύο ἐκεῖναι ἄκραι. σὺ γὰρ ἔοικας ἐκλελῆσθαι πάλαι τιμὴ ὁδόν. ἀλλὰ τί δακρύεις, καὶ ἀγανακτεῖς; μὴ δέδιθι. οὐκ ἔστ' ὅμοια τὰ ἐν τῷ βίῳ· τεθνᾶσιν ἐκεῖνοι πάντες οἱ Σκίρωνες, καὶ Πιτυοκάμπται, καὶ Βουσίριδες, καὶ Φαλαρίδες, οὓς ἐδεδίεις τότε· νυνὶ δὲ, Σοφία, καὶ Ἀκαδημία, καὶ Στοά, κατέχουσι πάντα, καὶ πανταχοῦ σε ζητοῦσι, καὶ περὶ σοῦ διαλέγονται, κεχηνότες εἴ ποθενὲς αὖθις καταπτοῖο πάλιν. ΔΙ. σὺ γοῦν μοι πάλαι δῆς, ὦ Ἑρμῆ, ἂν εἴπῃς μόνος, ἅτε συνὼν αὐτοῖς τὰ πολλὰ, καὶ συνδιατρίβων, ἔν τε γυμνασίοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ (καὶ ἀγοραῖος γὰρ εἶ, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττῃς) ὁποῖοί γεγόνασι· καὶ εἰ δυνατή μοι πρὸς αὐτοῖς ἡ μονή. ΕΡ. νὴ Δία, ἀδικοίμην γὰρ ἄν, πρὸς ἀδελφὴν σε ὄσαν μὴ λέγων. οὐκ ὀλίγα γὰρ πρὸς τῆς φιλοσοφίας ὠφέληνται οἱ πολλοὶ αὐτῶν·

καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο, αἰδοῖ γοῦν τῷ σχήματος, μετειώτερα βλαμβάνουσι· πλὴν ἀλλά καὶ μοχθηροῖς τισιν ἐντεύξῃ αὐτῶν, (χρὴ γὰρ οἶμαι παλινῳδῆν λέγειν) οἱοῖς δὲ ἡμισόφοις, καὶ ἡμιφαύλοις. ἐπεὶ γὰρ αὐτοὺς μετέβαπτεν ἡ φιλοσοφία ἀποβαλοῦσα, ὁπόσοι μὲν ἐς κόρον ἔπιον τῆς βαφῆς, ἐκεῖνοι ἀκριβῶς ἀπετελέσθησαν, ἀμιγεῖς ἑτέρων χρωμάτων, καὶ παρός γε τὴν σὴν ὑποδοχήν, ὅτι ἑτοιμότατοι· ὅσοι δὲ ὑπὸ τῷ πάλαι ῥύπου μὴ ἐς βάθος προεδέξαντο ὁπόσον δύσοποιὸν τῷ φαρμάκου, τῶν ἄλλων ἀμείνους· ἀτελῶς δὲ ὅμως, καὶ μιξόλευκοι, καὶ κατεσιγμένοι, καὶ παραλωποὶ τὴν χρόαν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ μόνον ψαύσαντες ἔκτοθεν τῷ λέβητος ἄκρῳ τοῦ δακτύλου, καὶ ὑπεξεμάξαντες τῆς ἀσβόλου, ἱκανῶς οἴονται καὶ οὗτοι μεταβεβάφθαι. σοὶ μὲν τοι δῆλον ὅτι μετὰ τῶν ἀρίστων ἡ διατριβὴ ἔσται. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἤδη πλησιάζομεν τῇ Ἀττικῇ, ὥστε ὁ μὲν Σουνιον, ἢν δεξιᾷ καταλείπωμεν, ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀποβλέψωμεν ἤδη. καὶ ἐπεὶ τοῦ καταβεβήκαμεν, αὐτὴ μὲν ἐνταῦθά που ὑπὸ τῷ πάγου καθῆσθαι, τὴν πύκα ὁρῶσα, καὶ προσμένουσα ἐς τ' αὖ κηρύξω τὰ παρὰ τοῦ Διός· ἐγὼ δ' ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβαὶς, ῥᾷον οὕτως ἅπαντας ἂν τοῦ ἐπηκόου προσκαλέσομαι. ΔΙΚ. μὴ πρότερον ἀπέλθῃς, ὦ Ἑρμῆ, πρὶν εἰπεῖν ὅστις ποτ' ὁ προσιὼν ὅστιν, ὁ κερασφόρος, ὁ τὴν σύριγγα, ὁ λάσιος ἂν τῶν σκελῶν. ΕΡΜ. τί φῄς, ἀγνοεῖς τὸν Πᾶνα, τὸν Διονύσου θεραπόντων τὸν βακχικώτατον; οὗτος ᾤκει μὲν ὁ πρόσθεν αὖθ' ὁ Παρθένιον· ὑπὸ δὲ τὸν Δάτιδος ἐπίπλουν, καὶ τὴν Μαραθῶνα δὲ, τῶν βαρβάρων ἐπόδασιν, ἦκεν ἄκλητος τοῖς Ἀθηναίοις σύμμαχος· καὶ ὁ ἀπ' ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγα τούτην ἀπολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τῷ Πελασγικῷ, ἐς ὃ μετοικικὸν στωτελῶν. καὶ νῦν, ὡς ὁ εἰκὸς, ἰδὼν ἂν ἡμᾶς, προσίσει δεξιωσόμενος. Π. χαίρετε, ὦ Ἑρμῆ, καὶ Δίκη. ΕΡ. καὶ σὺ Δι. καὶ σύ γε ὦ Παῦ, μουσικώτατε, καὶ πηδητικώτατε σατύρων ἀπάντων, Ἀθηναίοις δὲ καὶ πολεμικώτατε.

A Nam etiã si nihil aliud, illud saltem consecuti sunt, quòd pudore ac reuerentia habitus, modestiùs paulo delinquunt. Veruntamen & in flagitiosos quosdam ipsorum incides (decet enim, opinor, verum quod est, fateri) nonnullos autem & semidoctos, & propè seruiles. Nam postquam acceptos eos alio colore infecit Philosophia; illi quidem quotquot ad satietatem vsque tinctura imbiberunt, exactè boni probique effecti sunt, nullo alieno colore permixti: & ad suscipiendam te, tales quammaximè appositi sunt. Quotquot autem præ veteri squalore atque illuuie, minùs altè, quantum medi-
B camenti illius imbuendi vim habet, intrò receperunt: aliis quidem meliores, sed tamen imperfecti, & semialbi, & quasi compuncti, pardaliúmque modo, quod ad colorem attinet, variegati euasere. Sunt autem etiam qui cùm solùm attigerint foris lebetem summo digito, ac fuliginis nonnihil sibi illeuerint, abundè putent & ipsi sese tinctos denuo esse. Tibi verò certum est quòd cum optimis conuersandum erit. Sed interea dum sermones cedimus, iam appropinquamus Atticæ: quare Sunium quidem ad dexteram
C relinquamus, ad arcem autem iam hinc declinemus. Ac postquam descendimus, ipsa quidem hîc alicubi super vicũ sede, ad Pnycen aspiciens, & expectans, donec ea proclamauero quæ à Ioue imperata sũt. Ego verò consensa arce, faciliùs hoc pacto vniuersos ex alto, & vnde exaudire vocem omnes possint, illos aduocabo. IVST. Ne antea abieris Mercuri, quàm dicas quisnã iste sit qui huc accedit, cornutus videlicet ac fistulam habens, & hirsuta crura. MER. Quid ais? an non nosti Pana illum ex Dionysi ministris omnium
D maximè Bacchicum? Hic antea quidem habitabat in Parthenio monte: temporibus autem illis quibus Datis cum classe aduectus est, & Barbari in Marathonẽ egressi, vltrò atque inuocatus venit Athenensibus auxilium laturus. Et ex eo spelunca hac sub arce velut præmio eius rei accepta, habitat paulum infra Pelasgicum, inter aduenas & inquilinos census. Ac nunc quidem, vt verisimile est, ex vicinis nos conspicatus accedit, salutatos excepturus. PAN. Saluete Mercuri, & tu Iustitia. MER. Et tu. IVST. Et tu vtique ô Pan, Musicorum studiosissime, & saltatorum inter omnes Satyros agillime, Athenis autem & bellicosissime.

*Pnyce locus Athenis fuit, vbi concionari haberi solebant.*

*Locus in arce Athenensi fuit hoc nomine: cuius & Aristophanes meminit.*

PAN. Quid autem rei Mercuri eſt? aut quæ vos huc neceſſitas appulit? MER. Hæc tibi enarrabit omnia. Ego verò in arcem hinc, & ad præconium faciẽdum abeo. IVST. Iupiter, ô Pan, demiſit me, vt ſortitò diſtribuerem actiones forenſes. At tibi quo pacto res habẽt Athenis? PAN. In vniuerſum quidem haudquaquam pro dignitate apud ipſos ago, ſed multo deteriùs quàm ſperaram, & hoc, cùm tantum depulerim tumultum illum à Barbaris exortum. Sed tamen bis aut ter quotannis aſcendentes, ſegregato ad hoc hirco aliquo coleato, grauiter ac multum olente, ſacrificant mihi: deinde epulantur carnes illas, me lætitiæ eius velut teſtem adhibentes, ac tenui quodam honorantes applauſu: quanquam me nonnihil animo oblectat riſus ipſorum & luſus. IVST. In cæteris verò, ô Pan, ecquid meliores, & ad virtutẽ intenti magis redditi ſunt à philoſophis? PAN. Quóſnam iſtos dicis philoſophos? num tetricos illos, ac triſtes vultu congregatos pariter multos, quod ad mentũ ac barbam attinet, non diſſimiles mihi, loquaces præterea? IVST. Atque admodum. PAN. Non ſanè intelligo neque quid dicant, neque quæ ſit ſapientia illorum. In montibus enim verſari ego ſoleo, & affectata iſta verba atque vrbana haudquaquam didici, Iuſtitia. Vnde enim in Arcadia ſophiſta vel philoſophus foret? Vſque ad tranſuerſum calamũ & fiſtulam doctus ego ſum: quod ad cætera attinet, paſtor & ſaltator, & bellator etiã, ſi opus ſit. Sed tamen audio certè illos aſſiduè vociferantes, ac virtutem neſcio quam, & ideas, & naturam, & incorporea quædam commemorantes, ignota mihi ac peregrina nomina. Ac primùm quidem pacificè exordiuntur inter ſe ſermones: cæterùm procedente aliquantum diſputatione, intendunt vocem vſque ad tonum ſeu modum quem orthium vocant, vt exinde, cùm nimiùm diſtenduntur, atque eloqui magna contendunt, & facies illis rubeſcat, & collum intumeſcat, & venæ extantiores appareant, perinde vt tibicinum ſolent quando anguſtam tibiam inflare vi quadam coguntur. Conturbatis igitur ſermonibus, & eo quod à principio inſtituerant, cõfuſaneo relicto, abeunt, conuitiãtes ſibi mutuò plerique, & ſudorem ex fronte, incuruo digito abſtergentes. Atque hic demum vincere viſus eſt, qui

*Tonus quidam Græcorum Muſicorũ fuit: cuius & Gellius meminit in Arione.*

ΠΑΝ. τίς δὲ ὑμᾶς, ὦ Ερμῆ, δεδεγ χρεία ἤγαγεν; ΕΡ. αὐτη σοι διηγήσεται τὰ πάντα· ἐγὼ δὲ, ὅτι τάχιστα ἀκρόπολιν, καὶ ὁ κήρυγμα. ΔΙ. ὁ Ζεύς, ὦ Παὶ, κατέπεμψέ με, ἀποκληρώσουσόμ τοῖς δίκαις· σοὶ δὲ πῶς τὰ ἐν Ἀθήναις ἔχει; ΠΑΝ. τὸ μὲν ὅλον, οὐ κατ' ἀξίαν τοῦ πρὸ αὐτοῖς, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερον τῆς ἐλπίδος· ἐγ γοῦν, τηλικοῦτον ἀπωσάμενος κυδιμὸν, τὸν ἐκ τῶν βαρβάρων ὄμφον δὲ, ὅς ἤ τεις τῦ ἔτους ἀνιόντες, ὑπιλεξάμενοι τράγον ἔνορχιν, θύουσί μοι, πολλῆς τῆς καπνοῦ ἀπέζοντα, εἶτ' ἐσθίωσιν τὰ κρέα, ποιησάμενοί με τῆς εὐφροσύνης μάρτυρα, καὶ ψιλῷ τιμῶσι τῷ κρότῳ· πλὴν ἀλλά ἔχει τινά μοι ψυχαγωγίαν ὁ γέλως αὐτῶν, καὶ ἡ παιδιά. ΔΙ. τὰ ἄλλα δὲ, ὦ Πάν, ἀμείνους τοὺς ἀνθρώπους ἐγένοντο πρὸς τὸ φιλοσόφων. ΠΑΝ. τίνας λέγεις τοὺς φιλοσόφους; ἆρ' ἐκείνους τοὺς κατηφεῖς, τοὺς ακυθρώπους ξυμμάκτας πολλοὺς, τοὺς δ' ὄμφον οὐχ ὁμοίους ἐμοὶ, τοὺς λάλους; ΔΙ. καὶ μάλα. ΠΑΝ. ἐγὼ οἶδα ὅ, τι ἔν λέγουσιν, οὐδὲ συνίημι τὸ σοφίαν αὐτῶν. ὄρθος γὰρ ἔγωγε, καὶ τὰ κομψὰ ταῦτα ῥήματα, καὶ ἀστεῖα, οὐ μεμάθηκα, ὦ Δίκη. πόθεν γὰρ ἐν Αρκαδίᾳ σοφιστὴς, ἢ φιλόσοφος; μέχρι τῦ πλαγίου καλάμου, καὶ τ' σύριγγος, ἐγὼ σοφός· τὰ δ' ἄλλα, αἰπόλος, καὶ χορδύτης, καὶ πολεμικὸς, ἐὰν δέῃ. πλὴν ἀλλ' ἀκούω γε αὐτῶν ἀεὶ κεκραγότων, καὶ ἀρετὴν τινα, καὶ ἰδέας, καὶ φύσιν, καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ καὶ ξένα ὀνόματα. καὶ τὰ μὲν πρῶτα μὲν, εἰρηνικῶς ἐναρχονται πρὸς ἀλλήλους λόγων· προϊούσης δὲ τῆς συνουσίας, ὑπιτείνουσι τὸ φθέγμα μέχρι τοῦ ὄρθιον· ὥστε ὑποφλεγματινομένων, καὶ μεγάλα λέγειν ἐθελόντων, τό, τε πρόσωπον ἐρυθριᾷ, καὶ ὁ τράχηλος οἰδεῖ, καὶ αἱ φλέβες ἐξανίσανται, ὥσπερ τῶν αὐλητῶν, ὁπόταν εἰς γενὸν τὸν αὐλὸν ἐμπνεῖν βιάζωνται. ὑφαιρόξυντές γε οὖν τοὺς λόγους, καὶ ὃ ἐξ ἀρχῆς ὑπισχνούμενοι συγχέαντες, ἀπίασι λοιδορησάμενοι ἀλλήλοις οἱ πολλοὶ, τὸν ἱδρῶτα ἐκ τοῦ μετώπου ἀγκύλῳ τῷ δακτύλῳ ἀπεξεσμένοι. καὶ οὕτως κρατεῖν ἔδοξεν

ὃς αὖ μεγαλοφωνότερος αὐτῶν, ἢ θρασύτερος. πλὴν ἀλλ' ὅγε λεὼς ὁ πολὺς τεθήπασιν αὐδῆς· καὶ μάλιστα ὁπόσους μηδὲν τῶν ἀναγκαιοτέρων πρᾶξαι παρέσχεν, περὶ ὃ θράσος καὶ πλῆθος κεκλημένοι. ἐμοὶ μὲν οὖν ἀλαζόνες τινὲς ἐδόκουν ἀπὸ τούτων, καὶ ἐνωιώμην ὅτι τῇ τῶν πώγωνος ὁμοιότητι. εἰ δέ γε δημοφελές τι ὠφέλει τὴν βοὴν αὐτῶν, καί τι ἀγαθὸν ἐκ τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἀνεφύετο αὐδῆς, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. πλὴν ἀλλ' εἶγε δεῖ μηδὲν ὑποφλάμενον, ἐάλωδές γε ἀνηῆσθαι (οἶκαδε γὰρ ὅτι σκοπῶ, ὡς ὁρᾷς) πολλοὺς αὐτῶν πολλάκις ἤδη ἐθεασάμην περὶ δείλην ὀψίαν. ΔΙ. ὁπόταν, ὦ Πάν, οὐχ ὁ Ἑρμῆς σοι κηρύττειν ἔδοξε; ΠΑΝ. πάνυ μὲν οὖν. ΕΡΜ. Ἀκούετε λεώς, ἀγορᾶς δικῶν ἀγαθῇ τύχῃ καθεσταμένης τήμερον, Ἑλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου. ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον, ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὴ πρέσται τοῖς δικάζουσιν· οἱ δικασταί, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων· ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης· ἀριθμὸς τῶν δικαστῶν, κατὰ λόγον τῆς ἐγκλήματος. ὁπόσοι δὲ ἀποθέμενοι γραφὰς, πρὶν εἰσελθεῖν, ἀπέθανον, καὶ τούτοις ὁ Αἰακὸς ἀναπεμψάτω. ἢν δέ τις ἄδικα δεδικάσθαι οἴηται, ἔφεσιν ἀγωνίσηται πρὸς Δίκην. εἰ δὲ ἔφεσις, ὅτι τὸν Δία. ΠΑΝ. βαβαὶ τοῦ θορύβου, ἠλίκου, ὦ Δίκη, ἀνεβόησεν. ὡς ἅπαντες καὶ σπουδῇ συνῄεσαν ἕλκοντες ἀλλήλους πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον; καὶ ὁ Ἑρμῆς δὲ ἤδη πάρεστιν. ὥστε ὑμεῖς μὲν ἀμφὶ τὰς δίκας ἔχετε, καὶ ἀποκληροῦτε, καὶ διακρίνετε, ὥσπερ ὑμῖν νόμος· ἐγὼ δὲ, ὅτι τὸ πάλαιον ἀπελθὼν, συρίζομαί τι μέλος τῶν ἐρωτικῶν, ᾧ πρὸς Ἠχὼ εἴωθα διατρυμᾶν. ἀκροάσεων δὲ, καὶ λόγων τῶν δικανικῶν, ἄλις ἔχοιμι, ὅσημέραι τῶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαζομένων ἀκούοντι. ΕΡ. ἄγε, ὦ Δίκη, πρόσκαλῶμεν. ΔΙΚ. οὔκουν λέγεις. ἀληθοῖ γοῦν ὡς ὁρᾷς πρόσισι θορυβοῦντες, ὥσπερ οἱ σφῆκες πρὸς ὁμβροῦντες πρὸς τὴν ἄκραν. ΑΘΗΝΑΙΟΣ. εἴλκυσάτω, ὦ καταράκτε. ΑΛΛ. συκοφάντης.

A ipsorum maximè clamosus, aut cõfidentior aliis fuit. Sed tum populus iste promiscuus admiratur eos, & maximè ij quibus alioqui necessariæ rei nihil incumbit aut curæ est, qui tum astant, confidentia atque clamore illorum excitati. Proinde mihi quidem homines quidã arrogantes ob hæc videbantur esse, atque ægrè afficiebar propter barbæ similitudinem. Vtrum autẽ vtile aliquid, atque in cõmune cõducens, clamori ipsorum inesset, & num quid boni ex verbis illis enasceretur ipsis, dicere sanè haudquaquam possum. Quanquam si conuenit vtique depositio metu quod verum est proferre (nam ha-
B bito veluti in specula quadam, vt vides) multos ipsorum sæpenumero iam conspicatus sum circa profundam vesperam. IVST. Sustine, ô Pan: an non Mercurius tibi iam proclamare visus est? PAN. Admodum igitur. MER. Audite populus: forum atque iudicium, quod felix faustúmque sit, cõstituemus hodie, mensis Februarij die septima. Quicũque igitur actiones detulêre, in vicum Martium veniunto: ibi Iustitia sortietur fora, atque ipsa præstò erit iudicantibus. Iudices ex vniuersis Athenien-
C sibus dabuntur: merces, tres oboli vniuscuiusque caussæ: numerus iudicum, secundùm æstimationem litis. Quotquot autem relictis actionibus priusquã iudicio experiri potuere, fato functi sunt, & hos Æacus remittat. Quòd siverò quispiam iniquè iudicatum esse putauerit, appellatione facta deniq; experietur: ipsa autem prouocatio ad Iouem fiat. PAN. Papæ! qualis tumultus! quantũ, Iustitia, exclamarunt! Vt autem seriò vndique cõcurrunt, trahentes sese mutuò per accliue sursũ versus Areopa-
D gum! Ipse autem Mercurius quoque iam adest. Quapropter vos quidẽ actionibus & iudiciis operam date, sortimini & disceptate pro eo atque legitimum vobis est: ego verò ad spelũcam hinc digressus, fistula canam carmen aliquod amatorĩu, quo Echo soleo probris incessere. Cæterùm auscultationum & orationum iudicialium abundè habeo, quotidie contendentes ac litigantes in Areopago audiẽs. MERC. Age Iustitia, aduocemus istos. IVST. Rectè dicis. Conferti siquidem, vt vides, accedunt tumultuantes, & perinde vt vespæ circumstrepentes verticem. ATHENIENSIS. Cepi te, ô sceleste. ALIVS. Sycophantam agis.

A L. Dabis tandem iam pœnas. A L. Conuincam te, quòd grauia atque indigna perpetraris. A L. Mihi primo sortire. A L. Sequere sceleste ad iudicem. A L. Ne suffoca me. IVST. Scis quid faciamus, Mercuri? Cæteras quidem lites in crastinum reiiciamus, hodie autem eas tantùm sortiamur, quęcunque ab artibus aut vitis aut scientiis cõtra homines promulgatæ sunt. Ac mihi has in mediũ profer actiones. MERC. Ebrietas contra Academiã pro Polemone, plagij. IVST. Sortire septem. MER. Stoa contra Voluptatem, iniuriarum, quòd amatorem ipsius Dionysium, seductum ab ipsa abstraxerit. IVST. Quinque sufficient. MER. Pro Aristippo Mollities contra Virtutem. IVST. Etiam his quinque iudicent. MER. Mensaria cõtra Diogenẽ, fugæ. IVST. Tres sortire solos. MER. Pictoria contra Pyrrhonem, vt desertorem. IVST. Nouem cognoscant. MER. Vísne & has sortiamur Iustitia, duas videlicet istas paulò antè, nosti, contra Rhetorem institutas atq; delatas? IVST. Antiquiores illas priùs decidamus, hæc autem postea continuò disceptabuntur. MERC. Atqui similes etiam istæ superioribus sũt, & id quod intenditur, etiam si recens ac nouũ, affine tamen illis est de quibus modò sortiti sumus: quare inter ea disceptari quoque dignũ est. IVST. Videris Mercuri indulgere nonnihil petitioni. Sed tamen sortiamur, si tibi videtur: veruntamẽ duas has solas. Sufficiunt enim hæ de quibus sortiti iam sumus. Cedo ipsas actiones. MER. Rhetorica contra Syrum, malę tractationis: Dialogus contra eundem, contumelię. IVST. Quis autem Syrus iste est? Neque enim nomen adscriptũ est. MERC. Ita sortire: contra Rhetorẽ Syrum. Nihil enim vetabit etiam absque nomine proprio. IVST. Ecce externas quoque iam & peregrinas Athenis in Areopago sortiamur, quas rectius fuerat vltra Euphratem disceptatas fuisse. Veruntamen sortire vndecim, eosdémque vtrique liti. MER. Eia iustitia, parce nimiùm adeò exhaurire fiscum tot mercede iudicum. IVST. Primi considento Academiæ & ebrietati iudicaturi. Tu verò aquam infunde. Prior autem dic tu Ebrietas. Quid taces & nutas? Audi Mercuri accedens. MERC. Non possum, inquit, certamen hoc perorare, lingua mihi præ mero impedita atque illigata, ne etiam risui me exponam in iudicio.

*Sortitio iudicum secundùm genera actionum.*

Α Α Λ. δώσῃς ποτὲ ἤδη τὴν δίκην. Α Λ. ἄξε λέγξω σε, δῆτα ἐργασμένον. Α Λ. ἐμοὶ πρῶτον ἀπόκληρωσον. Α Λ. ἔπου, μιαρέ, πρὸς τὸ δικαστήριον. Α Λ. μὴ ἄπχε με. ΔΙ. οἶσθα ὃ δράσομεν, ὦ Ερμῆ; τὰς μὲν ἄλλας δίκας ἐς τὸ αὔριον ὑπερβαλώμεθα, σήμερον δὲ κληρώσωμεν τὰς τοιαύτας, ὁπόσαι τέχναις, ἢ βίοις, ἢ ὁπωστιοῦν πρὸς ἀνθρώπους εἰσὶν ἐπηγγελμέναι. καί μοι τοῦτο πρῶτον ἀπόδος τὴν γραφήν. ΕΡ. Μέθη κατὰ τῆς Ακαδημίας ὑπὲρ Πολέμωνος ἀσέβειαν. ΔΙ. ἑπτὰ κλήρωσον. ΕΡ. ἡ Στοὰ κατὰ τῆς ἡδονῆς, ἀδικίας, ὅτι τὸν ἐραστὴν αὐτῆς Διονύσιον ἀπεβιάσατο. ΔΙ. πέντε ἱκανοί. ΕΡ. πρὸς Αριστίππου τρυφὴ πρὸς ἀρετήν. ΔΙ. πέντε δὲ τούτοις δικασάτωσαν. ΕΡ. ἀργυραμοιβικὴ, δραπετῶν Διογένους. ΔΙ. τρεῖς ἀπόκληρα μόνους. ΕΡ. ἡ γραφικὴ κατὰ Πύῤῥωνος λιποταξίου. ΔΙ. ἐννέα κρινέτωσαν. ΕΡ. ἐγὼ δὲ τούτοις ἀποκληροῦμαι, ὦ Δίκη, τοῖς δύο, τοῖς πρώτοις, τοῖς ἀπειλουμένοις κατὰ τοῦ ῥήτορος; ΔΙ. τὰς παλαιὰς πρότερον διαλύσωμεν. αὗται δὲ εἰς ὕστερον διακάσονται. ΕΡ. καὶ μὴν ὁμοιαί γε καὶ αὗται, καὶ τὸ ἔγκλημα, εἰ καὶ νεαρὸν, ἀλλὰ πρὸς πλησίον τοῖς προαποκεκληρωμένοις· ὥστε ἐν τούτοις δικαιοῦσθαι ἄξιον. ΔΙ. ἔοικας, ὦ Ερμῆ, χαριζομένῳ τὴν δέησιν· ἀποκληρωμεν δ' ὅμως εἰ δοκεῖ· πλὴν ἀλλὰ τούτους μόνας, ἱκαναὶ γὰρ αἱ ἀποκεκληρωμέναι, δὸς τὰς γραφάς. ΕΡ. ῥητορικὴ, κακώσεως τοῦ Σύρου· δημόλογος, τοῦ αὐτοῦ, ὕβρεως. ΔΙ. τίς δὲ οὗτός ἐστιν; οὐ γὰρ ἐγγέγραπται πω ὄνομα. ΕΡ. οὗτος ἀπόκληρος τοῦ ῥήτορος τοῦ Σύρου, κωλύσει γὰρ οὐδὲν καὶ ἄνευ τοῦ ὀνόματος. ΔΙ. ἰδοὺ καὶ τὰς ὑπερορίας ἤδη Αθήνησιν ἐν Αρείῳ πάγῳ ἀποκληρώσομεν, ἃς ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην καλῶς εἶχε δεδικάσθαι· πλὴν ἀποκλήρου ἕνδεκα τοῖς αὐτοῖς ἑκατέρᾳ τῇ δίκῃ. ΕΡ. δῦναι, ὦ Δίκη, φείδῃ, μὴ πολὺ ἁλίσκεσθαι τὸ δικαστικόν. ΔΙ. οἱ μὲν πρῶτοι καθήσονται τῇ Ακαδημίᾳ, καὶ τῇ Μέθῃ, σὺ δὲ τὸ ὕδωρ ἔγχει. πρότερος σὺ λέγε ἡ Μέθη. τί σιγᾷς, ἀλλὰ μάθε, ὦ Ερμῆ, προσελθών. ΕΡ. ἀδυναμεῖ, φησι, τὸν ἀγῶνα εἰπεῖν ὑπὸ τοῦ ἀκράτου τὴν γλῶτταν πεπεδημένη, μὴ καὶ γέλωτα ὀφλῃ ἐν τῷ δικαστηρίῳ,

μόγις δὲ καὶ ἔστηκα ὡς ὁρᾷς. ΔΙ. Ὀκνοῦ- A
σιν ἡγοῦμαι ἀναβιβασάτω τῶν δεινῶν τού-
των τινά· πολλοὶ γὰρ οἱ καὶ ὑπὲρ τριωβό-
λου διαῤῥαγῆναι ἕτοιμοι. ΕΡ. Ἀλλ' οὐδεὶς
ἐθελήσοι γε τῷ φανερῷ συναγωνίσασθαι Μέ-
θῃ· πλὴν δύγωμόνά γε ταῦτα ἔοικεν ἀξιοῦν.
ΔΙ. τὰ ποῖα; ΕΡ. ἡ Ἀκαδημία ἀεὶ πρὸς
ἀμφοτέρους παρεσκεύασε τοὺς λόγους, καὶ
τοῦτ' ἀσκεῖ, τἀναντία καλῶς δυνασθαι λέ-
γειν. αὐτὴ τοίνυν, φησὶν, ὑπὲρ ἐμοῦ πρότε-
ρα εἰπάτω· εἶτα ὕστερον ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐρεῖ.
ΔΙ. καινὰ μὲν ταῦτα. εἰπὲ δὲ ὅμως, ὦ Ακα-
δημία, τὸν λόγον ἑκάτερον, ἐπεί σοι ῥᾴδιον. B
ΑΚΑ. Ακούετε, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρότε-
ρον τὰ ὑπὲρ τῆς Μέθης· ἐκείνης γὰρ τόγε
νῦν ῥέον. ἠδίκηται δὲ ἡ ἀθλία τὰ μέγιστα
ὑπὸ τῆς Ακαδημίας ἐμοῦ, δύδραποδον ὁ
μόνον εἶχεν δύνοιαν, καὶ πιστὸν αὐτῇ, μηδὲν αἰ-
σχρὸν ὧν προσάξειεν οἰόμενον, ἁφαιρεθεῖσα,
τὸν Πολέμωνα ἐκεῖνον, ὃς μεθ' ἡμέραν ἐκώ-
μαζε μετὰ τῆς ἀληθοῦς μέσης, ψάλτριαν
ἔχων, καὶ καταδόμενος, ἕωθεν εἰς ἑσπέραν
μεθύων ἀεὶ, καὶ κραιπαλῶν, καὶ πλὴν κε- C
φαλὴν τοῖς στεφάνοις διειλημμένος. καὶ ταῦ-
τα ὅτι ἀληθῆ, μάρτυρες Αθηναῖοι ἅπαντες,
οἳ μηδὲ πώποτε νήφοντα Πολέμωνα
εἶδον. ἐπεὶ δὲ ὁ κακοδαίμων ὅτι ταῖς τῆς
Ακαδημίας θύραις ἐκώμασεν, ὥσπερ ὅτι
πολλοῖς εἰώθει, ἀνδραποδισαμένη αὐτὸν, καὶ
ἀπὸ τῶν χειρῶν τῆς Μέθης ἁρπάσασα με-
τὰ βίας, καὶ πρὸς αὑτὴν ἀγαγοῦσα, ὑ-
δροποτεῖν τε κατηνάγκασε, καὶ νήφειν με-
τεδίδαξε, καὶ τοὺς στεφάνους ἀπέσπασε, καὶ
δέον πίνειν καθακείμενον, ῥημάτια σχολιὰ,
καὶ δύσκνα, καὶ πολλῆς φροντίδος ἀπάμε- D
σα ἐπαίδευσεν· ὥστε νῦν τῷ τέως ἐπῳ-
δοῦντος αὐτῇ ἐρυθήματος, ὠχρὸς, ἀθλιος,
καὶ ῥικνὸς ὃ σῶμα γεγένηται, καὶ τὰς ᾠ-
δὰς ἁπάσας ἐπιλαθών, ἄσιτος σχεδὸν καὶ
διψαλέος εἰς μέσον ἑσπέραν κάθηται λυ-
ρῶν, ὁποῖα πολλὰ ἡ Ακαδημία ἐγὼ λη-
ρῶν διδάσκω. ὃ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ λοιδο-
ρεῖται τῇ Μέθῃ πρὸς ἐμοῦ ἐπῳδὴν, καὶ
μυρία κακὰ διέξεισι περὶ αὐτῆς. εἴρηται
σχεδὸν τὰ ὑπὲρ τῆς Μέθης. ἤδη καὶ ὑπὲρ
ἐμαυτῆς ἐρῶ· καὶ ὃ ἀπὸ τούτου, ἐμοὶ ῥητέον.

Ægrè autem, vt vides, conſtiti quoque. IVST. Proinde patronum adducat ex vehementibus ac grauibus iſtis aliquem: Sunt enim multi qui vel trioboli gratia diſrumpi parati ſunt. MERC. At nemo certè volet manifeſtè patrocinari Ebrietati. Verùm æqua vtique hæc poſtulare videtur. IVST. Quænam? MER. Academia hæc ſemper in vtranque parata atque inſtructa eſt orationem, ídque etiam exercet ſeſe, vt contraria probè poſſit dicere. Ea igitur, inquit, pro me prior dicat, atque ita deinceps pro ſe ipſa verba faciat. IVST. Noua quidem hæc. Sed dic tamen Academia orationem vtranque, quandoquidem hoc tibi facile eſt. ACA. Audite viri Iudices priore loco illa quæ pro Ebrietate afferuntur. Illius enim eſt id quod nunc dicitur. Iniuria affecta eſt miſera, vt cùm maximè, à me Academia, mancipio quod ſolum habebat beneuolum ac fidele, quódque nihil turpe eorum quæ ipſa imperaſſet, putabat, ſpoliata, Polemone illo inquam, qui interdiu cum laſciuia ac petulantia per medium forum ferebatur, pſaltriam ſecum habens, & cantu perſtrepens, à ſummo mane ad veſperam vſque ebrius ſemper, & crapulę indulgens, capútque corollis ac floribus implicatum gerens. Atque hæc quòd vera ſint, teſtes ſunt Athenienſes vniuerſi, qui ne vnquam quidem Polemonem ſobrium viderunt. Poſtquã autem infelix ille ad fores Academiæ quoque comeſſabundus & per laſciuiam illudens acceſſiſſet, perinde vt ad omnes ſolebat: mancipatum illum, atque è manibus Ebrietatis vi ereptum, & ad ſe adductum, aquam bibere, ac ſobrium eſſe docuit, corollaſque capiti detractas diſcerpſit. Ac quoties bibendum atque accumbendum fuerat, verba quædam perplexa ac miſera, & multa curioſitate referta, illi tradidit. Quare pro eo qui antea effloreſcebat in illo, rubore, pallidus miſer & incuruus corpore factus eſt, & cantilenis illis vniuerſis obliuioni mandatis, ſine cibo interdum & ſitibundus ad mediam vſque veſperam ſedet, nugando videlicet qualia multa Academia ego nugari doceo. Quod autem maximum eſt, etiam conuitiatur Ebrietati, à me eò inductus, & innumera quædam mala de ea commemorat. Dicta fermè ſunt quæ pro Ebrietate adduci poſſunt. Iam verò & pro me ipſa verba faciam: & exinde peroratum à me eſto.

IVST. Quid igitur ad hæc respondebit? Veruntamen infunde & huic parem vicissim. ACA. At hoc quidem pacto auditu admodum probabilia videntur, viri Iudices, quæ à patrono pro Ebrietate dicta sunt. Quòd si autem & me eadem beneuolentia audietis, intelligetis sanè quòd nulla ipsam iniuria affeci. Nã Polemonem hũc, quem seruum illa suum esse ait, natum haudquaquam seruiliter, neque ita vt ebrietatem referret, sed familiarem mihi, & natura similem, præreptum adolescentem adhuc atque tenerum existentem, adiuuante ad hoc Voluptate, quæ illi in plerisque mutuam operam præstat, corrupit miserũ, lasciuis comessationibus & meretricibus quasi in deditionem tradẽdo: ita vt ne paululum quidem verecundiæ in eo remaneret. Atque ea quidem quæ illa pro se paulò antè dici putabat, pro me dicta esse existimate. Circumibat enim miser ille à primo statim mane coronatus, ac crapula perditus, per medium forum, sonantibus vndique circum ipsum tibiis, nunquam sobrius, lasciuus ac petulans in omnes, dedecus & cõtumelia maiorum, & præterea ciuitatis totius, ludibrium autem peregrinorum ac hospitum. Posteaquã autem ad me venit, ego quidem forte quadam, vt consueui facere, patẽtibus foribus ad amicos qui tum præsentes erant, sermones quosdam de virtute atque modestia faciebam. Ille verò cum tibia & coronis astans, principiò quidem vociferabatur ac perturbare nos tentabat, cõuersationem nostram clamore suo interturbando. At postquam nos nullam illius rationem habebamus, paulatim (neque enim omnino aut extremè vino madefactus erat) resipiscere cœpit ad sermones, & simul auferebat coronas, & tibicinam cõpescebat, & ob purpurã erubescebat: ac veluti è profundo somno experrectus, cùm seipsum aspiciebat, quo pacto ornatus atque affectus esset, tum vitam superiorem & anteactam damnabat. Et rubor quidem ille ex temulentia contractus defloreſcebat, euanescebátque: ipse autem præ pudore eorum quæ fecerat, erubescebat. Postremò ab illa aufugiens, ita vt erat, ad me transiit, neque vocante me, neque cogente, perinde vt illa de me ait, sed vltro ac volens, meliora hæc nostra esse credens. Ac mihi iam ipsum huc aduoca, vt cognoscatis quo pacto à me immutatus atque affectus sit. Hunc

ΔΙ. τί ἄρα πρὸς ταῦτα ἐρῇς; πάλιν ἀλλ' ἔχῃ ὅ τι ἴσον ἐν τῷ μέρει. ΑΚΑ. οὕτω δοκοῦσί μοι ἀκοῦσαι πάνυ εὔλογα, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἃ συνήγορος εἴρηκεν ὑπὲρ τῆς Μέθης. εἰ δὲ καμοῦ μετ' εὐνοίας ἀκούσεσθε, εἴσεσθε ὡς οὐδὲν αὐτὴν ἠδίκηκα. τὸν γὰρ Πολέμωνα τοῦτον, ὃν φησιν ἑαυτῆς οἰκέτην εἶναι, πεφυκότα οὐ φαύλως, οὐδὲ κατὰ τὴν Μέθην, ἀλλ' οἰκεῖον ἐμοὶ, καὶ τὴν φύσιν ὅμοιον, παρασκευάσασα νέον ἔτι καὶ ἁπαλὸν ὄντα, συναγωνιζομένης τῆς ἡδονῆς, ἅτε αὐτῇ τὰ πολλὰ ξυνυπουργεῖ, διέφθειρεν ἄθλιον, ταῖς κώμοις, καὶ ταῖς ἑταίραις παραδοῦσα ἐκδοτον, ὡς μηδὲ μικρὸν αὐτοῦ τῆς αἰδοῦς ὑπολείπεσθαι. καὶ ἃ μὲν ὑπὲρ ἑαυτῆς λέγεσθαι μικρὸν ἔμπροσθεν ᾤετο, ὑπὲρ ἐμοῦ εἰρῆσθαι νομίσατε. περιῄει γὰρ ἕωθεν ὁ ἄθλιος ἐστεφανωμένος, κεκραιπαλῶν, διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης καταθρυλούμενος, ὑπό τε νήφων, κωμάζων ὅτι πρῶτον, ὑβρεις τῶν παρόντων, καὶ τῆς πόλεως ὅλης, καὶ γέλως τοῖς ξένοις. ἐπεὶ μέντοι πρὸς ἐμὲ ἦλθεν, ἐγὼ μὲν ἔτυχον, ὥσπερ εἴωθα ποιῶν, αἰωρεσταλμένων τῶν θυρῶν, πρὸς τοὺς παρόντας τῶν ἑταίρων λόγοις τινὰς περὶ ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης διεξιόντα. ὁ δὲ, μετὰ τοῦ αὐλοῦ, καὶ τῶν στεφάνων ὠθήσας, τὰ μὲν πρῶτα ἐβόα, καὶ συνέχειν ἡμῶν ἐπειρᾶτο, τὴν συνουσίαν διαταράξας τῇ βοῇ. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἡμεῖς ἐπεφροντίκειμεν αὐτοῦ, κατ' ὀλίγον (οὐ γὰρ τέλεον ἦν ἀφιλόσοφος τὴν Μέθη) ἀνέκυπτε πρὸς τοὺς λόγους, καὶ ἀφῃρεῖτο τοὺς στεφάνους, καὶ τὴν αὐλητρίδα κατεσιώπα, καὶ ὑπὸ τῇ πορφυρίδι ἠμύετο. καὶ ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἀνεγρόμενος, ἑαυτόν τε ἐώρα ὅπως διέκειτο, καὶ τὸν πάλαι βίον κατεγίγνωσκε, καὶ ὃ μὲν ἐρύθημα ὃ ἐκ τῆς Μέθης, ἀπῄνθει, καὶ ἠφανίζετο. ἠρυθρία δ' κατ' αἰδῶ τῶν παρόντων, καὶ τέλος, ἀποδρὰς ὥσπερ εἶχεν, ἠτυμόλησε πρὸς ἐμὲ, οὔτε ὑπὸ καλέσαντος, οὔτε βιασαμένης, ὡς αὐτή φησιν, ἐμοῦ, ἀλλ' ἑκὼν αὐτὸς ἀμείνω ταῦτα εἰ) ὑπολαμβάνων. καὶ μοι ἤδη κάλει αὐτὸν, ὅπως καταμάθητε ὃν τρόπον μέθεικται πρὸς ἐμοῦ. τοῦτον,

ὦ ἄνδρες δικασταί, ὡς γελοίως ἔχοντα, καὶ μήτε φωνὴν ἀφιέναι, μήτε ἑστάναι ὑπὸ τοῦ ἀκράτου δυνάμενον, ὑπτίαν, καὶ ἀσθενῆ, καὶ ἀντὶ ὑδροποτοῦντα, κόσμιον ἄνδρα, καὶ σώφρονα, καὶ πολλοῦ ἄξιον τοῖς Ἕλλησιν ἀπεδείξα. καί μοι αὐτὸς τε χάριν οἶδεν ὅτι τούτοις, καὶ οἱ προσήκοντες ὑπὲρ αὐτοῦ. εἴρηκα. ὑμεῖς δὲ, ἤδη σκοπεῖτε πότερα ἡμῖν ἄμεινον ἢ αὐτῷ συνεῖναι. ΕΡ. ἄγε δὴ μὴ μέλλετε, ψηφοφορήσατε, ἀπάγετε, καὶ ἄλλους χρὴ δικάζειν. ΔΙ. πάσαις ἡ Ἀκαδημία κρατεῖ, πλὴν μιᾶς. ΕΡΜ. ὡς δόξον οὐδὲν εἶναί τινα καὶ τῇ Μέθῃ πιθόμενον. καθήσατε οἱ τῇ Στοᾷ προσῆκον τῷ ἡδονῇ λαχόντες, καὶ τὸ ἔρεσθαι δικάζειν· ἐγκέχυται δ' ὕδωρ· ἰὼ καταγέλαστος, ἡ τὰ ποικίλα, σὺ ἤδη λέγε. ΣΤ. οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὡς πρὸς ἀνθρώπου μοι τῷ ἀντίδικον ὁ λόγος ἔσται, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς τοὺς πολλοὺς ὁρῶ, πρὸς μὲν ἐκεῖνα ἀποβλέποντας, καὶ μειδιῶντας πρὸς αὐτῷ, ἐμοῦ δὲ καταφρονοῦντας, ὅτι σὺν χρῷ κέκαρμαι, καὶ ἀῤῥενωπὸν βλέπω, καὶ σκυθρωπὴ δοκῶ. ὅμως δὲ, ἰὼ ἐλπίσητε ἀκοῦσαί μου λεχθέντος, θαῤῥῶ πολὺ δικαιοτέρα ταύτης ἐρεῖν. τοῦτο γάρ τι καὶ τὸ παρὸν ἔγκλημά ἐστιν, ὅτι οὕτως ἐπιμελῶς ἐσκευασμένη τῇ ἐπαγωγῷ τῆς ὄψεως, ἐρασταὶ ἐμὸν ἄνδρα τότε σώφρονα τὸν Διονύσιον φενακίσασα, πρὸς ἑαυτὴν προσέσπασε. καὶ ἰὼ γε οἱ πρὸς ἡμῶν δίκαιον ἐδίκασθε τῇ Ἀκαδημίᾳ, καὶ τῇ Μέθῃ, ἀδελφὴ τῆς παρούσης δίκης ἐστίν· ἐξεπάζεται γὰρ ἐν τῷ παρόντι, πότερα, χοίρων δίκην νενοσηκότας κάτω, ἡδομένους δεῖ ζῆν, μηδὲν μεγαλόφρον ὑπινοοῦντας, ἢ ἐν δευτέρῳ τῷ καλῶς ἔχοντος ἡγησαμένους δὲ τερπνὸν, ἐλευθέρους ἐλευθέρως φιλοσοφεῖν· μήτε δ' ἀλγεινὸν ὡς ἄμαχον δεδιότας, μήτε δ' ἡδὺ ὑδροποδώδως προσαγορευομένους, καὶ τῷ εὐδαιμονίᾳ ζητοῦντας ἐν τῷ μέλιτι, καὶ ταῖς ἰσχάσι. τοιαῦτα γὰρ αὕτη δελέατα τοῖς ἀνοήτοις προτείνουσα, καὶ μορμολυττομένη τῷ πόνῳ, προσάγεται αὐτῇ τοὺς πολλοὺς, ἐν οἷς καὶ τὸν δείλαιον ἐκεῖνον ἀφιωτάσαι ἤδη πεποίηκε, νοσοῦντα τηρήσαντα.

ego, viri Iudices, ad me receptum, ridiculè omnino sese gerentem, & neque vocem edere, neque consistere præ mero valentem, conuerti, ac sobrium reddidi, & ex vili mancipio virum modestum ac temperātem pretióque dignum Græcis effeci. Et mihi nunc ipse gratiam pro ea re habet, & propinqui eius pro ipso. Dixi. Vos autem iam spectate, Iudices, vtri nostrûm satius fuerit illum conuersari. MERC. Agite itaque, ne cunctemini: ferte sententiam, atque inde exurgite: nam & cæteros iudicare oportet. IVST. Omnibus calculis superat Academia, excepto vno. MERC. Nihil nouum aut mirū si quis sit qui & pro Ebrietate ferat. Sedete nūc vos qui Stoæ contra Voluptatem sortitò electi estis, ad iudicium de amatore ferendum: Infusa est aqua: Heus picturata, ac varicoloribus induta, tu iam dic. STOA. Haud equidem ignoro, viri Iudices, quàm contra formosam aduersariam oratio habenda mihi sit: sed & vestrum plerosque video ad illam quidem aspicere, & eidem arridere, me verò contemnere, quòd videlicet ad cutem vsque tonsa sum, & virile quiddam obtueor, tetricáque ac tristis appareo. Sed tamen si me dicentem audire volueritis, confido equidem multo iustiora, quàm hæc, dicturam me esse. Nã hoc ipsum illud est quod in præsentia accuso, quòd ita meretricio modo exornata, aspectus illecebris amatorem meum virum tunc modestum ac temperantem, Dionysium videlicet, fraude circumuentum, ad sese auulsum hinc abstraxit. Et quam præcedentes illi caussam iudicauerunt inter Academiam & Ebrietatem, quasi quædam soror præsentis caussæ est. Examinabitis enim in præsentia, vtrùm porcorum more in terram deiectos viuere nos deceat, voluptati indulgentes, neque quicquam generosum in animo cogitātes: an verò posteriore loco, eo quod est delectabile, posito, prælata honestate, liberos liberè philosophari, neque dolorem vt ignauum quiddā pertimescentes: neque id quod dulce est, mancipiorum more sectantes, felicitatémque in melle & caricis quærentes. Huiusmodi enim illectamenta hæc stultis obiiciens, & laborè ceu quadam larua perterrefaciens, plerosque ipsorum ad se illectos adducit, inter quos & miserum illum velut excusso iugo à nobis secedere fecit, cùm ægrotantē tacitè obseruasset.

Neque enim rectè valentem ac ſanum oratione ſua vnquam facilè adduxiſſet. Quanquam quid ego adeò aduerſus illã indignata ſim, quando ne ipſis quidem diis parcere ſoleat, ſed adminiſtrationem ac prouidentiam illorum calumnietur? Quare ſi rectè ſapitis, Iudices, etiã impietatis pœnas de ipſa ſumetis. Porrò audiui equidem quòd neque orationem ipſa habere parata ſit, ſed Epicurum iſtum patronum pro ſe huc adductura. Adeò ſcilicet illudit etiam ipſi iudicio. Veruntamen illa certè ipſam interrogate, qualéſnam putet fuiſſe Herculem, ac Theſeum noſtrum, num etiam illi indulgentes voluptati, laborem euitarint. Nihil enim prohiberet quominùs plena iniuſtitiæ terra foret, ſi illi laborem non ſuſtinuiſſent. Atque hæc dixi, vt quæ non admodum longis orationibus delectari ſoleam. Quòd ſi vtique voluerit & parumper reſpondere mihi interrogata, celerrimè cognoſcetur quòd nulla ſit. Veruntamen vos certè iuriſiurandi memores, decernite iam quæ iuſta ac pia ſunt: haudquaquam Epicuro fidem adhibentes, qui deos dicit nihil eorum quæ apud nos geruntur, attendere. MERC. Tranſi hinc. Heus Epicure, pro Voluptate dicito. EPIC. Haudquaquam prolixiùs apud vos, viri Iudices, dicam. Nam multis verbis ne opus quidem mihi eſt. Verùm ſi incantationibus aut medicamentis quibuſdam Voluptas eum quem Stoa hæc amatorem ſuum ait, Dionyſium videlicet, coëgit ab hac quidem abſtinere, ad ſe autem conuertere ſeſe, venefica meritò viſa eſt, & iniuriam feciſſe huic coarguitur, tanquam contra alienos amatores præſtigias ac dolos machinata. At ſi quis liber, in ciuitate libera, legibus non vetantibus, moleſtiam atque acerbitatem quæ ab hac proficiſcitur, perоſus, & felicitate quam quaſi caput laborum inde prouenire aiunt, pro nugis ac nihilo habita, obliquos & incuruos huius ſermones, labyrinthiſque ſimiles reliquit, ad Voluptatem autem lubens transfugit, verborum iſtorum retiis tanquam vinculis quibuſdam abiectis, haudquaquam ſtolida, ſed humana ſapiens, laborémque ipſum, id quod eſt, malum, Voluptatem autem ſuauem ducens: excludere ne eum decebat quaſi ex quodam naufragio ad portum enatantem, & ſerenitatis cupientem, præcipiti capite in laborem impellendo,

*Fuit hic Dionyſius Heracliẽſis, diſcipulus Theophraſti: qui ab initio Zenonem & Stoicam profeſſionẽ ſecutus, mox cùm agrotus factus, doloris acerbitatem ſenſiſſet, ad Epicureos tranſiit. Vide Laert.*

A οὐ γὰρ ἂν ὑγιαίνων ποτὲ προσήκατο τοὺς περὶ ταύτης λόγους. καίτοι τί ἂν ἐγὼ ἀγανακτοίην κατ' αὐτῆς, ὅπου μηδὲ τῶν θεῶν φείδεται, ἀλλὰ τιὼ δοκιμέλφαν αὐτῶν διαβάλλει; ὥστε εἰ σωφρονεῖτε, καὶ ἀσεβείας αὐ δίκην λάβοιτε παρ' αὐτῆς. ἤκουον δὲ ἔγωγε ὡς οὐδὲ αὐτὴ παρεσκευάσατο ποιήσασθαι τοὺς λόγους, ἀλλὰ τὸν Ἐπίκουρον ἀναβιβάσεται συναγορεύσοντα· οὕτως ἀτεχνῶς τοῦ δικαστηρίου. πλὴν ἀλλὰ σκέψασθέ γε αὐτὴν ἐρωτῶντες, οἵους ἂν οἴεται γενέσθαι τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν ἡμέτερον Θησέα. Εἰ προσδεῖντες τῆ
B ἡδονῆ, ἔφυγον τοὺς πόνους. οὐδὲν γὰρ ἂν ἐκώλυε μεστὴν ἀδικίας εἶναι τὴν γῆν, ἐκείνων μὴ πονησάντων. ταῦτα εἶπον, οὐ πάνυ τοῖς μακροῖς τῶν λόγων χαίρουσα. εἰ δέ γε ἐθελήσοι τι μικρὸν ἀποκρίνασθαί μοι σύντομον μάλα, τάχα ἂν γνωσθείη ὃ μηδὲν οὖσα. πλὴν ἀλλὰ ὑμεῖς γε τοῦ ὅρκου μνημονεύσαντες, ψηφίσασθε ἤδη τὰ δίκαια, μὴ πρὸς δόξαντες Ἐπικούρῳ, λέγοντι μηδὲν ὑποπτεύειν τῶν πρὸς ἡμῶν γιγνομένων τοὺς θεούς.
EPM. μεταίχμι. ὁ Ἐπίκουρος, ὑπὲρ τῆς
C ἡδονῆς λέγε. ΕΠΙΚ. οὐ μακρά, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. δεῖ γὰρ οὐδὲ πολλῶν μοι τῶν λόγων. ἀλλ' εἰ μέν τισι γοητῳδαῖς τισιν, ἢ φαρμάκοις, ὃν φησιν ἐρασθεὶς ἑαυτῆς ἡ Στοὰ τὸν Διονύσιον κατιδιάσασα, ταύτης μὲν ἀπέσχεσθαι, πρὸς ἑαυτὴν δὲ βλέπειν ἡ ἡδονή, φαρμακὶς ἂν εἰκότως ἔδοξε, καὶ ἀδικεῖν ἐπίκειτο, ὅτι τοῖς ἀλλοτρίοις ἐρασταῖς μαγγανεύουσα. εἰ δέ τις ἐλεύθερος, ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει, μὴ ἀπαγορευόντων τῶν νόμων, τιὼ δὲ ταύτης ἀπο-
D δίδρα μυσαχθεὶς, καὶ ἰὼ φησι κεφάλαιον τῶν πόνων τιὼ δύσθυμίαν προσαγορεύεσθαι λῆρον οἰηθείς, τοῖς μὲν ἀσκύλοις ἐκείνοις λόγοις, καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίοις, ἀπέφυγε· πρὸς δὲ τιὼ ἡδονιὼ ἅσμενος ἐδραπέτευσεν, ὥσπερ δεσμά τινα ἀποῤῥίψας τὰς τῶν λόγων πλεκτάνας, ἀληθέστινα καὶ οὐ βλαχώδη φρονήσας· καὶ τὸν μὲν πόνον, ὅπερ ἐστὶ, πονηρὸν, ἡδεῖαν δὲ τιὼ ἡδονιὼ οἰηθείς, ἀποκλείειν ἐχρὴ αὐτὸν, ὥσπερ ἐκ ναυαγίου λιμένι προσνέοντα, καὶ γαλήνης ἐπιθυμοῦντα, σπουδῇ τῇ κεφαλιὼ ἐς τὸν πόνον,

καὶ ἕκδοτον τὸν ἄθλιον προέχειν ταῖς ἀπο- A & ceu deditium, inopiæ atque egeſtati miſerum illum trádendo, idque cùm
είαις, καὶ ταῦτα ὥσπερ οἰκέτην ὑπὸ τὸν τῆς
ἐλέου βωμὸν ὑπὸ τὴν ἡδονὴν καταφύγοντα; ἵνα τὴν πολυθρύλλητον ἀρετὴν δη-
λαδὴ ὅτι ὄρθιον ἱδρῶτι πολλῷ ἀνελ-
θὼν ἴδῃ, κἄπα δι' ὅλου πονήσας τὸν βίου,
εὐδαιμονήσῃ μετὰ τὸν βίον. καίτοι τίς ἂν κρι-
τὴς δικαιότερος δόξειεν αὐτὸ ἐκείνου, ὃς καὶ
τὰ παρὰ τῆς Στοᾶς εἰδώς, εἴ καί τις ἄλ-
λος, καὶ μόνον τέως τὸ καλὸν ἀγαθὸν οἰό-
μενος εἶ), μεταμαθὼν ὡς κακὸν ὁ πόνος
ἐστὶν, τὸ βέλτιον ἐξ ἀμφοῖν δοκιμασθὲν εἵ-
λετο. ἐώρα γὰρ, οἶμαι, τοὺς περὶ τὸν καρ- B lum foret labor, cognito, id quod melius
τερεῖν καὶ ἀνέχεσθαι πόνους, πολλὰ διεξιόν-
τας, ἰδίᾳ δὲ τὴν ἡδονὴν θεραπεύοντας, καὶ
μέχρι μὲν τῶν λόγων νεανιευομένους, οἴκοι
δὲ κατὰ τοὺς τῆς ἡδονῆς νόμους βιοῦντας, αἰ-
σχυνομένους μὲν εἰ φανεροῖντο, χαλῶντας
τὸν τόνον, καὶ παρεδιδόντας τὸ δόγμα, πε-
πονθότας δὲ ἀθλίως τὸ τοῦ Ταντάλου· καὶ
εἶτα αὖ λήσειν καὶ ἀσφαλῶς παρανομή-
σειν ἐλπίσαντας, χανδὸν ἐμπιπλαμένους τῆς
ἡδέος. Εἰ γοῦν τις αὐτοῖς τὸν τοῦ Γύγου δα- C hiantibus faucibus voluptatem ingurgi-
κτύλιον ἔδωκεν, ὡς ἀφανισθησομένους μὴ ὀφ-
θαι, ἢ τὴν τοῦ Ἅιδου κυνέην, τί οἶσθ' ὅτι
μακρὰν χαίρειν τοῖς πόνοις φράσαντες, ἐ-
πὶ τὴν ἡδονὴν ὠθοῦντο ἂν, καὶ ἐμιμοῦντο
ἅπαντες τὸν Διονύσιον, ὃς μέχρι μὲν τῆς
νόσου, ἤλπιζεν ὠφελήσειν τι αὐτὸν τοὺς περὶ
τῆς καρτερείας λόγους· ἐπειδὴ δὲ ἤλγησε καὶ ἐνόσησε, καὶ ὁ πόνος ἀληθέστερον αὐ-
τῷ καθίκετο, ἰδὼν τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἀπι- D credidit: atque id ſibi perſuaſit, homo
φιλοσοφοῦν τῇ Στοᾷ, καὶ παναπτία δογμα-
τίζον, αὐτῷ μᾶλλον ἢ τούτοις ὑπῆρξεν,
καὶ ἔγνω αὐθέκαστος ὤν, καὶ αὐθέκαστου σῶ-
μα ἔχων· καὶ διετέλεσεν οὐχ ὡς ἀνδριάντι
αὐτῷ χρώμενος, εἰδὼς ὅτι ὃς δ' ἄλλως λέ-
γει, καὶ ἡδονῆς κατηγορῇ, λόγοισι χαίρει,
τὸν δὲ νοῦν ἀλλοῦ ἔχει. εἴρηκα· ὑμεῖς δ' ἐ-
πὶ τούτοις ψηφοφορήσατε. ΣΤΟΑ. μη-
δαμῶς. ἀλλ' ὀλίγα μοι συνερωτῆσαι ὑπο-
τρέψατε. ΕΠΙΚΟΥ. ἐρώτησον. ἀποκρι-
νοῦμαι γάρ. ΣΤΟΑ. κακὸν ἡγῇ τὸν πό-
νον; ΕΠΙΚΟΥ. ναί. ΣΤΟΑ. τὴν
ἡδονὴν δὲ ἀγαθόν; ΕΠΙΚ. πάνυ μὲν
οὖν. ΣΤ. τί δέ; οἶσθα ὅτι διάφορόν τι ἀ-

ti miſerum illum trádendo, idque cùm ille ſupplicis inſtar ad Voluptatem tanquam ad miſericordiæ aram aliquã confugeret? Nimirum, vt paſſim ac multis iactatam illam virtutem, cum multo ſudore in arduum progreſſus aſpiciat, atque exinde per omnem ætatem laboribus exercitatus, demum poſt vitam peractam felix atque beatus fiat. Atqui quis quæſo iudex iuſtior in hac cauſſa fuerit, quàm ipſe ille qui & ea in quibus Stoa verſatur, cognouit vt quiſquam alius, & cùm antea ſolum illud quod honeſtũ eſt, bonum putaret eſſe, poſtea quãtum malum foret labor, cognito, id quod melius ex vtroque probauit eſſe, delegit? Videbat enim, opinor, eos qui de tolerandis ac perferendis laboribus multa cõmemorare ſolent, priuatim autem Voluptatẽ colunt, eò quidem vſque iuueniliter ſeſe iactare, domi autem ſecundùm Voluptatis præcepta vitam degere, erubeſcẽtes quidem ſi deprehendãtur, remittere aliquid de firmitate & contentione, proderéque profeſſionem ſuam, patientes autẽ miſerè interea Tãtali illud: & vbi latere ſeſe, ac tutò leges tranſgredi poſſe confidunt, chiantibus faucibus voluptatem ingurgitantes. Proinde ſi quis ipſis Gygis annulũ daret, vt eo inducto cõſpici non poſſint, aut etiam Orci galeam: ſat ſcio quòd laboribus longum valere iuſſis, ad Voluptatem proſilirent, & cuncti imitarẽtur Dionyſium: qui quidem antea quàm morbo correptus eſſet, ſperare ſolebat illos de tolerantia ſermones multùm ſibi profuturos eſſe: At poſtquam dolere atque ægrotare cœpit, ac labor re ipſa illum inuaſit, animaduertens corpus ſuum diuerſam à Stoa philoſophiam ſequi, & contraria ſtatuere, illi magis quàm iſtis credidit: atque id ſibi perſuaſit, homo cùm eſſet, etiam corpus humanum habere ſeſe: vixítque exinde non vt ſtatua illo vtens, ſed hoc ſciens, quòd quicunque aliter dicit, ac Voluptatem accuſat, verbis quidem delectetur, animum autem illuc conuerſum habeat. Dixi. Vos autem ob hæc ſententiam ferte. STOA. Nequaquam, ſed pauca etiam interrogare mihi permittite. EPIC. Interroga: reſpondebo enim. STOA. Malúmne putas laborem? EPIC. Etiam. STOA. Voluptatem autem bonum? EPIC. Atque admodum. STOA. Quid autem? Scíſne quid ſit differens vel indif-

*Hypocriſis Stoicorũ.*

ferens, & promotum, vel reiectum? EPIC. Maximè. MER. Negant se Iudices intelligere, Stoa, disyllabas istas interrogationes: quare silentium agite. Iam enim sententiam ferent. STOA. Atqui vicissem sanè, si interrogassem in tertia figura, eorum videlicet quæ demonstrari non possunt. IVST. Vtra superauit? MERC. Voluptas calculis omnibus. STOA. Prouoco ad Iouem. IVST. Bona sanè fortuna, vt lubet. Tu verò alios accerse. MER. De Aristippo contendentes Virtus atque Mollities, & Aristippus verò etiam ipse adesto. VIRTVS. Priorem me dicere conuenit, Virtutem videlicet. Meus enim est Aristippus, perinde atque indicant sermones, & opera. MOL. Haudquaquam, sed me potiùs. Meus enim est homo ille, quemadmodum videre licet ex coronis, & purpura, & vnguentis. IVST. Ne ambitiosè adeò contendite: differetur enim & hæc caussa eò vsque, dum Iupiter de Dionysio sententiam ferat. Non enim dissimile quippiam hoc quoque videtur esse. Quare tum quidem, si Voluptas vicerit, etiam Aristippum Mollities habebit. Vincente autem contrà Stoa, & hic erit Virtuti condemnatus. Proinde alii adsunto. Istud autem ne accipiant hi, iudiciale præmium puta. Nam caussa hæc incognita & indiscussa mãsit ipsis. MER. Frustráne igitur per longam adeò atque accliuem viam ascenderint viri hi senes? IVST. Abundè est si tertiam etiam partem acceperint. Abite, ne indigne-

*Diogenes hic Iceſij meſarij filius, adulterata monetadeprehenſus, ſolũ vertit, & Athenis ad philoſophos ſeſe contulit.*

mini, aliàs iterum iudicabitis. MERC. Diogenem Sinopensem adesse tempus est. Ac tu itaque Mensaria dic. DIOGEN. At verò nisi desinat molesta esse, Iustitia, non ampliùs de fuga mecum apud iudicem aget, sed de multis atque altis vulneribus. Ego enim quamprimum adeò fuste hanc contundam. IVSTITIA. Quid hoc rei est? profugit Mensaria: ille autem sublato baculo insequitur. Haud mediocre malum aliquod videtur misera illa acceptura esse. Pyrrhonem proclama. MER. At pictoria quidem iamdudum adest, Iustitia: ipse autem Pyrrho principiò ne ascendit quidem huc: ac videtur hoc facere. IVST. Qua de caussa Mercuri? MERC. Quia nullum putat iudicium aut forum verum esse. IVST. Proinde contumaciæ ipsum cõdemnent.

*Vide Ciceronem in lib. de finibus bonorum & malorum.*

A δηλήφορον, καὶ πεφευγμένον, καὶ ἀποφεύγοντα; ΕΠΙΚΟΥ. μάλιστα. ΕΡΜ. οὐ φασιν, ὦ Στοά, σιωπᾶναι οἱ δικασταὶ τὰ δισύλλαβα ταῦτα ἐρωτήματα· ὥστε ἡσυχίαν ἄγετε. ψηφοφορήσουσι γάρ. ΣΤΟ. καὶ μὴν ἐκεφάτησα αὖ, εἰ σιωπρώτησα ἐν τῷ τείτῳ τῶν ἀναποδείκτων σχήματι. ΔΙ. τίς ὑπῆρξεν; ΕΡ. πάσας ἡ ἡδονή. ΣΤ. ἐφίημι ὅτι τὸν Δία. ΔΙ. τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. σὺ δὲ ἄλλους κάλει. ΕΡΜ. ἄγε δὴ Ἀρετὴν Ἀριστίππου καὶ Τρυφὴν, καὶ Ἀριστιππος δὲ αὐτὸς παρέστω. ΑΡΕΤΗ. πρότερον

B ἐμὲ χρὴ λέγειν τὴν Ἀρετὴν, ἐμὸς γάρ ἐστιν Ἀριστιππος ὡς δηλοῦσιν οἱ λόγοι, καὶ τὰ ἔργα. ΤΡΥ. οὐμοῦσιον, ἀλλ' ἐμὲ τὴν Τρυφῶ· ἐμὸς γὰρ ὁ ἀνὴρ, ὡς ἔστιν ὁρᾶν ἀπὸ τῶν στεφάνων, καὶ τῆς πορφυρίδος, καὶ τῶν μύρων. ΔΙΚ. μὴ φιλονικῆτε, ὑπάρχειται γὰρ καὶ αὕτη ἡ δίκη ἔστ' ἂν ὁ Ζεὺς δικάσῃ ὥσπερ τῷ Διονυσίου, ὥστε πλησίον γάρ τι καὶ τοῦτο ἔοικεν εἶναι), ὥστε δὴ μὴ ἡ Ἡδονὴ κρατήσῃ, καὶ τὸν Ἀριστιππον ἕξῃ ἡ Τρυφή· νικώσης δὲ αὐτῆς Στοᾶς, καὶ σοὶ ἔσται τῆς Ἀρε-

C τῆς κεκειμήλιος. ὥστε ἄλλοι πρέσβευσθε. ὦ δεῖνα μὴ τοίνυν λαμβανέτωσαν οὗτοι, ὦ δικασταί, ἀδίκως γὰρ ἡ δίκη μεμφήσεται αὐτοῖς. ΕΡΜ. μάτην οὖν ἀπελήλυθότες ὅσοι γέροντες ἄνδρες οὕτω μακρὰν τὴν ἀνάβασιν. ΔΙΚ. ἱκανὸν, εἰ τριτημόριον λάβοιεν. ἄπιτε, μὴ ἀγθομαινέτε, αὖθις δικάσατε. ΕΡΜΗΣ. Διογένη Σινωπέα πρεῖναι χρεὼς, καὶ σὺ τοίνυν ἡ ἀργυρεμπορικὴ λέγε. ΔΙΟΓΕΝΗΣ. καὶ μὴν δή γε μὴ παύσηται σκοχλοῦσα, ὦ Δίκη, ὡς ἔτι

D δρασμοῦ δικάσεται μοι, ἀλλὰ πολλῶν ἐβαθέων τραυμάτων, ἐγὼ γὰρ αὐτίκα μάλα παπάξω τῷ ξύλῳ. ΔΙ. τί τοῦτο; ἀπέφυγεν ἡ ἀργυρεμπορικὴ, ὁ δὲ διώκει, ἐπηρμένος ὁ βάκτρον· οὐ μετρίου τινὸς κακὸν ἡ ἀθλία ἔοικε λήψεσθαι. τὸν Πύρρωνα κήρυττε. ΕΡΜΗΣ. ἀλλ' ἡ μὲν γραφικὴ πρέσβις, ὦ Δίκη, ὁ Πύρρων δὲ, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀνελήλυθε· καὶ ἔοικε τοῦτο ποιεῖν. ΔΙ. ὅρα τί, ὦ Ἑρμῆ, ΕΡ. ὅτι οὐδὲν ἡγεῖται κρεῖττον ἀληθὲς εἶναι). ΔΙΚ. ἴσως ὧν ἐρήμην αὐτὸν καταδικασάτωσαν,

τὸν

τὸν λογογράφον ἤδη καλῶ τὸν Σύρον. χαίρει A
τοῦτο μὲν ἀπηνέχθη πάλαι κατ' αὐτοῦ αἱ γραφαί,
καὶ οὐδὲν ἦττον ἤδη κεκρίσθαι· πλὴν ἀλλ'
ἐπεὶ ἔδοξε, πρότερον εἰσαγέ τῆς ῥητορικῆς
τὴν δίκην. βαβαί, ὅσοι συνεληλύθασιν
ὑπὲρ τῆς ἀκροάσεων. ΕΡ. Εἰκότως ὦ Δίκη. τό, τε γὰρ μὴ ἔωλον εἶ) τὴν κρίσιν, ἀλλὰ καινὴν, καὶ ξένην, ἔδες, ὥσπερ ἔφης, ἐπηγελμένην, καὶ ὃ ἐλπίζειν ἀκούσεσθαι ῥητορικῆς μὲν καὶ διαλόγου, ὑπὸ τῶν μὲν κατηγορούντων, ἀπολογουμένου δὲ τοῦ ἀμφοτέρους τὸν Σύρου, τοῦτο πολλοὺς ἐπήγαγε τῷ δικαστηρίῳ. πλὴν ἀλλὰ ἄρξαι B
ποτὲ, ὦ Ρητορικὴ, τῶν λόγων. ΡΗ. πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι, καὶ πάσας, ὅσην εὔνοιαν ἔχουσα διατελῶ τῇ τε πόλει, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι πρὸς ὑμᾶς εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. εἶδ', ὅπερ ὅτι μάλιστα δίκαιον, τοῦτο παρασχοῦσα τοῖς θεοῖς ὑμῖν, τὸν μὲν αὐτάδικον σιωπᾶν κελεύω· ἐμὲ δὲ, ὡς πρέπτον μοι, καὶ βεβούλημαι, τὴν κατηγορίαν ἐᾶσαι ποιήσασθαι. οὐχὶ ταυτὰ δέ μοι παίσασθαι γιγνώσκειν, ὅταν τε εἰς ἃ πέπονθα ἀποβλέψω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους, οὓς ἀκούω. τοὺς μὲν γὰρ λόγους, ὡς ὁμοιοτάτους τοῖς ἐμοῖς, σοὶ ἔρχεσθαι πρὸς ὑμᾶς· τὰ δὲ πράγματα, εἰς τοῦτο προήκοντα ὁρᾶτε, ὥστε ὅπως μὴ χεῖρόν τι πείσομαι πρὸς αὐτοῦ, σκέψασθαι δέον. ἀλλὰ γὰρ, ἵνα μὴ μακρὰν προοιμιάζωμαι, τοῦ ὕδατος πάλαι εἰκῇ ῥέοντος, ἄρξομαι τῆς κατηγορίας. ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῦτο κομιδῇ μειράκιον ὄντα, βάρβαρον ἔτι τὴν φωνὴν, καὶ μονονουχὶ κάνδυν ἐνδεδυκότα D
εἰς τὸν Ἀσσύριον τρόπον, πρὸς τὴν Ἰωνίδα διοῦσαν πλαζόμενον ἔτι, καὶ ὅπη χρήσαιτο ἑαυτῷ οὐκ εἰδότα, παραλαβοῦσα, ἐπαίδευσα· καὶ ὅπως ἐδόκει μοι εὐμαθὴς εἶναι, καὶ ἀτενὲς ὁρᾶν εἰς ἐμὲ (κατέπληττόν τε γὰρ ἔτι τότε, καὶ ἐθεράπευε, καὶ μᾶλλον ἐθαύμαζεν) ἀπολιποῦσα τοὺς ἄλλους, ὁπόσοι ἐμνήστευόν με πλούσιοι, καὶ καλοὶ, καὶ λαμπροὶ τὰ πρόγονικὰ, τῷ ἀχαρίστῳ τούτῳ ἐμαυτὴν συνεζύγησα πένητι, καὶ ἀφανεῖ, καὶ νέῳ, πρῶτα δὲ μικρὸν ἐπεσενεγκαμένη,

At iam ſcriptorem proſę orationis Syrum illum accerſe. Quanquam nuper adeò actiones contra ipſum hæ delatæ ſint, & nihil neceſſe erat tantopere feſtinari, atque eas tam ſtatim diſceptari: veruntamen quia ita viſum eſt, priorem introduc Rhetorices cauſſam. Papæ, quàm multi ad audiendum conuenêre! ME R. Meritò, Iuſtitia. Nam hoc ipſum quòd actio hæc minimè vetus aut obſoleta eſt, ſed noua ac peregrina, heri, quemádmodum ais, primùm intentata: deinde quòd & ſperant audituros ſe eſſe Rhetoricam quidem atque Dialogum per vices accuſantes, vtriſque autem Syrum reſpondentèm, multitudinem tantam ad iudicium contraxit. Verunámen incipe tandem Rhetorica cauſſam dicere. RHETOR. Principiò quidẽ, viri Athenienſes, deos deáſque precor omnes, vt quanta ipſe beneuolentia affectus ſum ergà hanc ciuitatem, ergáque vos omnes, tantam à vobis ad præſens certamen hoc conſequi poſſim. Deinde, quod eſt æquũ maximè, id vobis in mentem à Diis immortalibus dari, vt aduerſarium quidem ſilentium agere iubeatis, me verò, quemadmodum conſtitui, mecúmque ipſe deliberaui, accuſationem peragere poſſe faciatis. Cæterùm haudquaquam eadem in mentem venit ſtatuere, quoties ad ea quæ paſſus ſum aſpicio, & ad orationem ac verba quæ audio. Nam verba quidem quàm ſimillima meis iſte ad vos faciet: res autem eò vſque proceſſiſſe videbitis, vt mihi iam neceſſe ſit ſpectare ne quid peius etiam ab ipſo mihi accidat. Atenim vt ne longiore proœmio vtar, aqua iamdudum fruſtra effluente, accuſationẽ ipſam incipiam. Ego enim, viri Iudices, hunc, cùm admodum adhuc adoleſcens eſſet, neque non barbarè etiamnum loqueretur, ac tantùm nõ Candyn indutus, Aſſyriorũ more incederet, circa Ioniam inuentum, errabundum adhuc, & quid de ſe ipſo ſtatueret, neſcientem, ad me receptum, educaui: & quia videbatur mihi ingenio admodum prõpto, & ad diſcendũ appoſito eſſe, méque fixis in me oculis intueri (nã & verebatur adhuc tum me, & colebat, ac ſolam in admiratione habebat) relictis cæteris quotquot nuptias ambibant meas, diuites atque formoſi, & quod ad maiores attinet, etiã illuſtres, ingrato huic me ipſam deſpondi, pauperi videlicet, & obſcuro, & adoleſcenti: dote haudquaquã exigua inſuper allata,

*Ex oratione Demoſt. pro corona.*

multis & admiratione dignis orationibus. Post hæc adducto eo ad contribules meos, nomen eius in tabulas tacitè retuli, ac ciuem reddidi: vt ij qui à spe desponsationis meæ excidерãt, exinde suffocarentur. Porrò cùm ipsi visum esset terrarum orbem circumuagari, felicitatémque cõiugij passim ostentare; ne tum quidem à tergo relicta sum, sed quoquouersum sequens, sursum atque deorsum circunducebar, clarúmque ipsum ac celebrem faciebam, ornando pariter & componendo. Atque ea quidem quæ in Græcia & in Ionia acciderũt, mediocria sunt: postquam autem & in Italiam proficiscí statuit, vnà cum eo Ionium mare traieci: & postremò vsque in Galliam vnà progressa, ditescere ipsum feci. Ac in longum quidem vsque per omnia mihi obtemperabat, & conuersabatur mihi, ne vnam quidem noctem extra lectum à nobis diuertens. At vbi iam abundè viaticum sibi comparasse visus est, & quãtum ad famam & existimationem attinet, rectè sibi omnia habere credidit: adductis superciliis, & elatum præ se animum ferens, me quidem neglexit, imò verò prorsus missam fecit: ipsum verò barbatum illum, ex habitu conspicuum, Dialogũ videlicet, quẽ philosophiæ filium esse perhibent, supra quàm decet amando, atque admodum amatoriè prosequendo, natu quàm ipse est, grandiorem: cum eo nunc consuetudinem habet. Neque pudet ipsum libertatem quidem hanc orationis meæ, qua veluti laxatis habenis soluta ac libera fertur concidere, in paruas autem & per breuia commata tractandas quæstiones seipsũ includere. Ac pro eo quod licitum ipsi fuerat, quodcũque libuisset, plena ac sonora voce eloqui, breues quasdam sententiolas inter se implicare, & quasi per syllabas numerare. Vnde sanè conferta quidem laus aut multus applausus haudquaquam obuenerit ipsi, irrisio verò auditorum nõnulla, & attollere manum, intra fines tamen, & longè annuere capite, & ingemiscere dictis. Talia nimirum sunt quibus generosus iste amatus me contempsit. Aiunt autem ipsum ne cum isto quidem amasio suo pacem agere, sed & erga illum contumeliosè, opinor, se gerere. Quomodo igitur non ingratus, atque obnoxius iis quæ de mala tractatione sancitæ sunt legibus censendus fuerit, qui legitimè quidem nuptam, à qua tanta accepit, & per quam nobilis & clarus adeò est, ita ignominiosè reliquit, ac nouas atque alienas res appetiuit;

A πολλοὺς καὶ θαυμασίους λόγους. Εἶτα ἀγαγόντα αὐτὸν εἰς τοὺς φυλέτας τοὺς ἐμοὺς, παρενέγραψα, καὶ ἀντὶ ἀπέφηνα· ὥστε τοὺς ἀφαιρουμένους τῆς ἐλπίδος, ἀποπνίγεσθαι. δόξαν δὲ αὐτῷ δεινοτεῖν ὑπιδόμενος τὸν γάμον τὸν ἐμὸν, οὐδὲ τότε ἀφεῖλεν· ἀλλὰ παλαιχθοῦ ἐπομένην, μίαν καὶ κάτω δεικνύμενον, καὶ κλαίοντα αὐτὸν καὶ ἀοίδιμον ἐποίουν, καταχορεύουσα, καὶ περιστέλλουσα. καὶ τὰ μὲν ὅτι τῆς Ἑλλάδος, καὶ τῆς Ἰωνίας, μέτρια· ἐς δὲ τὴν Ἰταλίαν ἀποδημήσας ἐβιάσατο αὐτῷ, τὸν Ἰώνιον συμ-
B διέπλευσα, καὶ τὰ τελευταῖα, μέχρι τῆς Κελτικῆς συναπέρασα, ἀπορφᾶσθαι ἐποίησα. καὶ μέχρι μὲν πολλοῦ, πάντα μοι ἐπείθετο, καὶ συνῆν μοι, μηδεμίαν νύκτα ἀπόκοιτος γιγνόμενος ἧς ἐμοῦ. ἐπεὶ δὲ ἱκανὰς ἐπεσιτίσατο, καὶ τὰ πρὸς τὴν δόξαν ἃ ἔχειν αὐτῷ ᾤετο ἔλαβε, τὰς ὀφρῦς ἐπῆρε, καὶ μεγαλοφρονήσας, ἐμοῦ μὲν ἠμέλησε, μᾶλλον δὲ τέλεον εἴασεν· αὐτὸν δὲ τὸν γνησιώτερον ὑφῆν, τὸν ἀπὸ τοῦ σχήματος τὸν ἀφέλογον, φιλοσοφίας υἱὸν εἶ λέγο-
C μενον, ὑπαγαπήσας μᾶλλα ἐρωτικῶς πρεσβύτερον αὐτοῦ ὄντα, τοιούτῳ συνεστι· καὶ οὐκ αἰσχύνεται, τὴν μὲν ἐλευθερίαν, καὶ ὃ αἴτιον τῶν ἐμοὶ λόγων συντεμεῖν· εἰς μικρὰ δὲ καὶ κομματικὰ ἐρωτήματα καταχλείσας ἑαυτὸν, καὶ μετὰ τοῦ λέγειν ὅ, τι βούλεται μεγάλῃ τῇ φωνῇ, βραχεῖς τινας λόγους ἀναπλέκων, καὶ συλλαβίζων· ἀφ' ὧν
D ἀληθὲς μὲν ἔπαινος, ἡ κρότος πολὺς, οὐκ ἂν ἀποκρύψαιμι αὐτῷ, μειδίαμα δὲ τοῦτ' ἀκουόντων, καὶ ὃ ὑπισχνοῦσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τῶν ὀφρύων, καὶ μικρὰ ὑπανεύσαι τῇ κεφαλῇ, καὶ ὑπιστενάξαι τοῖς λεγομένοις. τοιούτων ἠρέμα ὁ γλυκὺς, ἐμοῦ καταφρονήσας. φασὶ δὲ αὐτὸν μηδὲ πρὸς τὸν ἐρώμενον τῶν εἰρωνίων ἄγειν, ἀλλὰ ἐς ἐχεῖνον, οἶμαι, ὑβρίζειν. πῶς οὖν οὐκ ἀχάριστος οὗτος, καὶ ἔνοχος τοῖς περὶ κακώσεως νόμοις, ὃς τὴν μὲν νόμῳ γαμετὴν, ἧς τοσοῦτον εἴληφε, καὶ δι' ἣν ἔνδοξός ἐστιν, οὕτως ἀτίμως ἀπέλιπε, καὶ καινῶν ὠρέχθη πραγμάτων·

καὶ ταῦτα, νῦν ὁπότε μόνῳ ἐμὲ θαυμάζοισι, καὶ διαγράφονται ἅπαντες τοσοῦτον ἑαυτῶν; ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀντέχω, τοσούτων μνηστευόντων, καὶ κώπαισιν αὐλῖς τὴν θύραν, καὶ τοὔνομα βοῶσιν μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ἤτε ἀνοίγω, οὔτε ἐπακούειν βούλομαι· ὁρῶ γὰρ αὐλῆς οὐδὲν πλέον τῆς βοῆς κομίζοντας. οὗτος δὲ οὐδὲ οὕτως ἐπιστρέφεται πρὸς ἐμέ, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐρώμενον βλέπει, τί, ὦ θεοί, χρηστὸν παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι προσδοκῶν; ὃν τῶν τείχους οὐδὲν ὁρᾷ πλέον ἔχοντα. εἴρηκα, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὑμεῖς δὲ, ἵν' εἰς τὸν ἐμὸν τρόπον τῶν λόγων ἀπολογεῖσθαι θέλῃ, τοῦτο μὴ ἐπιτρέψητε. ἄγνωμον γὰρ ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐμοὶ μάχαιραν ἀκονᾶν. κἂν ὃ τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον τὸν Διάλογον, οὕτω ἀπολογεῖσθω, ἵν' δύνηται. ΕΡ. τοῦτο μὲν ἀπίθανον· ἃ γὰρ οἷόν τε, ὦ Ρητορική, μόνον αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι καὶ φθέγγεσθαι τοῦ Διαλόγου, ἀλλὰ ῥῆσιν καὶ αὐτὸς εἰπάτω. ΣΥΡ. ἐπεὶ καὶ τοῦτο, ὦ ἄνδρες, ἡ αὐτόδικος ἠγανάκτησεν, εἰ μακρῷ χρήσομαι τῷ λόγῳ, καὶ αὐτὸ δὴ δύναμαι λέγειν περὶ ἐκείνης λαβών, πολλὰ μὲν οὖν ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς, τὰ κεφάλαια δὲ αὐτὰ ὑπολυσάμενος τῶν κατηγορηθέντων, ὑμῖν ἀπολείψω σκοπεῖν πρὸς ἃ ἀπρώτων. πρῶτα γὰρ ὁπόσα διηγήσατο περὶ ἐμοῦ, ἀληθῆ ὄντα διηγήσατο· καὶ γὰρ ἐπαίδευσε, καὶ σωφρονέστερον ἀπέδημησε, καὶ εἰς τὰς Ἑλλήνας ἐνέγραψε, καὶ κατάγε τοῦτο χαίρειν ἐᾷ εἰδείλη τοῦ γάμου· δι' ἃς δὲ αἰτίας ἀπολιπὼν αὐτὴν ὑπὸ τοῦτονὶ τὸν Διάλογον ἐτράπομην, ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ μὲ μηδὲν τῆς χρησίμου ἕνεκα ψεύδεσθαι νομίσητε. ἐγὼ γὰρ ὁρῶν τούτους οὐκ ἐπὶ σωφρονισμῷ, οὐδὲ ἐμμένουσιν ὑπὸ τοῦ κοσμίου σχήματος, οἷον ποτὲ ἐσχημάτισμαι αὐτὴν ὁ Παιανιεὺς σκῆνος ἠγάγετο, κοσμουμένην δὲ, καὶ τὰς τρίχας διατιθεμένην εἰς τὸ ἑταιρικὸν, καὶ φυκίον ἐντριβομένην, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπογραφομένην, ἐπωμωμένην δὲ, καὶ προσφύλακα ὅπου τὸν ὀφθαλμὸν φέρει. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ· καθ' ἑκάστην δὲ τὴν νύκτα, ὁ μὲν γείτων ἡμῶν, ἐπεπίμπλατο μεθυόντων ἐραστῶν, κωμαζόντων ἐπ' αὐτὴν, καὶ κρουόντων τὴν θύραν, οἷον δὲ, καὶ εἰσβιάζεσθαι σὺν σθένει κόσμῳ τολμώντων.

A ídque nunc, quando ſolam me cuncti mirantur, & veluti præſidem ſuum, ſcripto teſtantur? At ego quidem repugno tot procis ambientibus me: & pulſantibus ianuam illis, ac nomine inclamantibus me voce elata ac magna, neque aperire volo, neque etiam exaudire. Video enim illos nihil ampliùs clamore iſto hinc auferre. Iſte verò etiam ne ſic quidem ad me reuertitur, ſed ad amaſium illũ ſuum reſpicit, & quid tandem boni, ô dij, ab eo acceptum ſe ſperans, quem præter palliũ habere videt ampliùs nihil? Dixi, viri Iudices. Vos autem ſi meo iſte orationis atque verborum modo reſpondere voluerit, ne permittite. Iniquum enim foret meam contra me machærã acui. Sed iuxta amatum à ſe Dialogum illũ reſpõdeat, ſi poteſt. MER. At hoc quidem nõ perſuadebis, Rhetorica. Neque enim fieri poteſt vt hic ſolus iuxta formã & morem dialogi reſpondeat, ſed perpetua oratione ipſe quoque dicat. SYR. Poſteaquam, viri Iudices, hoc quoque malè habet aduerſariam, ſi lõgiore paulo oratione vtar, ipſo quoque eo quod dicere poſſum, ab illa accepto, multa quidem verba apud vos haudquaquam faciã: capita verò ipſa diſſoluẽdo, eorum de quibus illa me accuſauit, vobis vniuerſum negotium exinde inſpiciendum ac perpendendum relinquã: omnia enim quæcunque modò de me narrauit, ita vt ſunt, ac verè narrauit. Nam & educauit me, & mecum vnà quocunque abij profecta eſt; & Græcorũ ciuitati adſcripſit: eóque certè nomine etiam gratiã lubens egerim nuptiis iſtius. Cæterùm ob quas cauſſas relicta ea ad Dialogum hunc diuerti, de eo quæſo, viri Iudices, vt me pauliſper audiatis. Ac me cõmodi alicuius gratia nihil quicquã falſi dicere exiſtimetis. Ego enim cùm viderem hanc haudquaquã ampliùs temperantẽ eſſe, neque etiam in eo modeſto habitu permanere, quo olim ornatã ipſã Pæanienſis ille duxerat, cõptam autem, & capillos meretricio more collocãtem, præterea fuco illitam, & genas ceruſſa quoque pingentem: ſuſpicari ſtatim cœpi ac tacitè obſeruare quorſum verteret oculum. Ac cætera quidem miſſa facio: ſingulis autem noctibus angiportus quidem noſter replebatur amatoribus temulentis, & laſciuè erga illam petulantérque multa agentibus, ac fores pulſantibus, quibuſdam verò etiam vi introrſus eſſe citra omnem modeſtiã ferre audentibus.

Hæc autem ridebat,& iis quæ agebãtur, A delectabatur, ac plerunque vel de tecto prospiciebat, canentes illos aspera voce cantilenas quasdam amatorias auscultãs: vel etiam apertis clàm foribus, dum me latere ista putat,lasciuè se gerebat,& stuprabatur ab illis. Quod cùm ego ferre nõ possem,accusare quidem ipsam adulterij non placebat: ad Dialogum autem hunc in vicino habitantem accedens, rogabam vt is me recipere vellet. Atque hæc illa sunt, Iudices, quibus ego tanta iniuria Rhetoricam affeci. Quanquam etiam si nihil tale ab ipsa commissum esset: tamen,puto, deceret me, virum iam propè quadraginta annos natũ, B à tumultibus quidem istis & caussis agendis desistere, ac viros iudices pati quiescere, cùm Tyrannorum accusationibus, tum optimatium laudibus euitatis: in Academiam autẽ vel Lycéum ingressum, cum optimo hoc,Dialogo videlicet, vnà deambulare, paulatim ac sensim cum eo disputando. Multa adhuc habens, Iudices, quæ dicere poteram, in præsentia quiescam. Vos autem sententiam iuriiurando iusto consentaneã proferte. IVST. Vter vincit? MER. Omnibus calculis Syrus,excepto vno. IVST. Apparet rhe- C torem fuisse aliquem qui contrariũ tulit. Heus Dialoge, sub iisdem iudicibus dic tu quoque. Vos autem sedentes manete, duplicẽ accepturi mercedẽ, pro vtraque videlicet lite. DIAL. Ego verò, viri Iudices,longiorẽ quidem proferre orationem apud vos haudquaquam statueram, sed breuibus verbis, vt consueui, rem expedire: veruntamen, vti lex est in iudiciis, ita peragam accusationem: quanquam imperitus planè, atque istarum rerum indoctus sim. Atque hoc ad vos exordium peractum mihi sit. Quæ verò per iniuriam & contumeliosè ab hoc passus D sum, ea ita se habẽt. Nam me,cùm grauis antea ac venerandus essem,ac de diis pleraque,& natura,& vniuersi huius ambitu considerarẽ,sublimis supra nubes alicubi per aërem incedens, vbi magnus ille per cœlũ Iupiter alatum currum agẽs fertur: abstractum inde ipse, cùm iam in summa conuexitate volarem,atque vltra cœlum ascenderem,& alis confractis, æqualẽ & eiusdem conditionis cum multitudine promiscua fecit. Ac tragicam quidem illam atque modestã personam abstulit mihi:comicam verò aliam, atque satyricam quandã imposuit,ac tantùm nõ ridiculã.

αὐτη δὲ ἐγέλα, καὶ ἥδετο τοῖς ἀραιλμοῖς, καὶ τὰ πολλὰ ἢ προὐκυπτεν ἀπὸ τῦ τέγους, ἀδόντων ἀκούουσα τραχεία τῇ φωνῇ ᾠδάς τινας ἐρωτικὰς, ἢ καὶ παρηνοίγουσα τὰς θυρίδας, ἐμὲ οἰομένη λαθεῖν, ἠσέλγαινε, καὶ ἐμοιχεύετο τοῖς αὐτῦ. ὅπερ ἐγὼ μὴ φέρων, γράψασθαι μὲν αὐτὴν μοιχείας οὐκ ἐδοκίμαζον. ἐπὶ γέρουτα δὲ οἰκοῦντι τὸν Διάλογον προσελθὼν ἠξίουν καταδεχθῆναι ὑπ' αὐτῦ. ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ τὴν Ρητορικὴν μεγάλα ἠδίκησα. καίτοι εἰ καὶ μηδὲν αὐτῇ τοιῦτο ἐπέπρακτο, καλῶς εἶχέ μοι ἀνδρὶ ἤδη τεταρακοντα ἔτη σχεδὸν γεγονότι, θορύβων μὲν ἐκείνων, καὶ δικῶν, ἀπηλλάχθαι, καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς δικαστὰς ἀπρεμεῖν ἐᾶν, καὶ τυράννων κατηγορίας, καὶ ἀριστέων ἐπαίνους ἐκφυγόντ· ἐς δὲ τὴν Ακαδημίαν, ἢ ἐς ὃ Λύκειον ἐλθόντα, τῷ βελτίστῳ τούτῳ Διαλόγῳ συμπεριπατεῖν, ἠρέμα σὺν ἀφελεῖσθαι. πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἤδη παύσομαι. ὑμεῖς δὲ, ὄμνυτον τὴν Ψῆφον ἐνέγκατε. ΔΙ. τίς κρατεῖ; ΕΡΜ. πάσας ὁ Σύρος, πλὴν μιᾶς. ΔΙΚ. ῥήτωρ τις ἔοικεν εἶ) ὁ τὴν ἐναντίαν γνώμην ὁ Διάλογος ὑπὲρ τῦ αὐτῦ λέγε. ὑμεῖς δὲ περιμείνατε, διπλασίονα ἀποισόμενοι τὸν μισθὸν ἑκατέραις ταῖς δίκαις. ΔΙΑΛΟΓΟΣ. ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μακροὺς μὲν ἀποτείνειν τοὺς λόγους οὐκ ἂν ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν ὡς περ εἴωθα. ὅμως δὲ ὡς νόμος ἐν τοῖς δικαστηρίοις, οὕτω ποιήσομαι τὴν κατηγορίαν, ἰδιώτης πανταπασι καὶ ἄτεχνος τῶν τοιούτων ὤν. καί μοι τοῦτο ἔστω πρὸς ὑμᾶς ὃ προοίμιον. ἃ δὲ ἠδίκημαι, καὶ περὶ ὧν βούλομαι πρὸς τοῦτον, ταῦτά ἐστιν· ὅτι με σεμνὸν τέως ὄντα, καὶ θεῖόν τε πέρι, καὶ φύσεως, καὶ τῆς τῶν ὅλων περιόδου σκοπούμενον, ὑψηλὸν αἴρω που τῶν νεφῶν ἀεροματούμενον, ἔνθα ὁ μέγας ἐν ὑρανῷ Ζεὺς ἁρμα ἐλαυνῶν φέρεται, καταπατήσας αὐτὸς ἤδη κἀγὼ τὴν ἀψίδα πετόμενον, καὶ ἀναβαίνοντα ὑπὲρ αὐτὸν τὸν ὑρανὸν, καὶ τὰ περὶ στερεμνίας, ἰσοδίαιτον τοῖς πολλοῖς ἐποίησε. καὶ ὃ μὲν τραγικὸν σχῆμα, καὶ σωφρονικὸν προσωπεῖον, ἀφεῖλέ μου. κωμικὸν δὲ ἄλλο, καὶ σατυρικὸν, ἐπέθηκέ μοι, καὶ μικρὸν δεῖν γελοῖον.

εἶτά μοι ἐς ὃ αὐτὸ φέρων, συνκαθεῖρξέ μοι τὸ σχῆμα, καὶ τὸν ἴαμβον, καὶ κυνισμὸν, καὶ τὸν Εὔπολιν, καὶ τὸν Ἀριστοφάνη, δῆτα ἄνδρας ὀξυχερομῆσαι τὰ σεμνὰ, καὶ χλευάσαι τὰ καλῶς ἔχοντα. τελευταῖον δὲ, τὸν Μένιππόν τινα τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν, ὡς δοκεῖ, καὶ κάρχαρον αἰορύξας, καὶ τοῦτον ἐπεισήγαγέ μοι φοβερόν τινα ὡς ἀληθῶς κύνα, καὶ ὃ δῆγμα λαθραῖον, ὅσῳ καὶ γλῶν ἅμα ἔδακνε. πῶς οὖν ὁ δῆτα ὕβρισμαι μηκέτ' ὀξὺ τοῦ οἰκείου σχήματος διακείμενος, ἀλλὰ κωμῳδῶν, καὶ γελωτοποιῶν, καὶ ὑποθέσεις ἀλλοκότους ὑποκρινόμενος αὐτῷ; ὃ γὰρ πολὺ τῶν ἀτοπώτατον, χρῶμά τινα κωμῳδοῦν κέκραμαι. καὶ οὔτε πεζός εἰμι, οὔτε ὀξὺ τῶν μετεώρων βέβηκα· ἀλλὰ ἰσοπαχῆ τινα σοῦ λέγω, σεμνότητί τε, καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσι δοκῶ. ΕΡΜΗΣ. τί οὖν πρὸς ταῦτα ἐρεῖς ὦ Σύρε; ΣΥ. ἀπροσδόκητον, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἀγωνίζομαι πρὸ ὑμῶν. πολὺ γοῦν μᾶλλον αἰ ἤλπισα τὸν Διάλογον, ἢ τοιαῦτα ἐρεῖν περὶ ἐμοῦ, ὃν σκληρῶν ἐγὼ, σκυθρωπὸν ἔτι τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα, καὶ ὑποφὺν τῶν συνεχῶν ἐρωτήσεων κατεσκληκότα, καὶ ταύτην αἰδέσιμον μὲν εἶναι δοκοῦντα, ὑπόπτην δὲ ἡδεῖ, οὐδὲ τοῖς πλήθεσι χαριζόμενον, πρῶτον μὲν αὐτὸν ὀρθὸν ἐπὶ γῆς βαίνειν ἐς τὸν ἀνθρώπινον εἴθισα τοῦτον τρόπον. μετὰ δὲ τὸν ἀυχμὸν τὸν πολὺν, ἀποπλύνας, καὶ μειδιᾷν κατηναγκάσας, ἡδίω τοῖς ὁρῶσι προσκρούσασθαι. ὅτι πᾶσι δὲ, τὸν κωμῳδίαν αὐτῷ προέζυξα, καὶ τί τοῦτο, πολλοῦ οἱ μηχανώμενος τὸν Διόνυσον κωμῳδὸν ἀντὶ τοῦ ἀκυόντων, οἱ τέως τὰς ἀκρωνύχους τὰς ἐν αὐτῷ δεδοικότες, ὥσπερ τὸν ἐχῖνον, λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας ἐφυλάττοντο. ἀλλ' ἐγὼ οἶδ' ὅσῳ μάλιστα λυπεῖ αὐτὸν, ὅτι μὴ τὰ ἰσχνὰ σκεῖνα, καὶ λεπτὰ καὶ ἠθικὸν πρὸς αὐτὸν συκροτοῦμαι, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ, Πόσας κοτύλας ὁ θεὸς, ὁπότε τὸν κόσμον εἰφύρατο, τῆς ἀμιγοῦς, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης οὐσίας ἐνέχεεν εἰς τὸν κρατῆρα, ἐν ᾧ πάντα συνεφύρητο, καὶ, εἰ Ῥητορικὴ πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, κολακείας ὃ τέταρτον.

Deinde in eundem locũ ad me adducta, concluſit mecum Conuitium, Iambum, Cynicam petulantiam: præterea Eupolin & Ariſtophanem, vehementes videlicet viros ad exagitandum grauia illa, & ad irridendum ea quæ præclara ac pulchra ſunt. Poſtremò autem & Menippo quodam ex antiquis illis canibus admodum latratu facili ac prõpto, vt videtur, deinde mordaci atque aſpero quoque, effoſſo, hunc quoque ad me introduxit, terribilem reuera canem, & morſu latenter inuadentem, eò nimirum quòd etiã ridendo pariter mordeat. Proinde quomodò non graui contumelia affectus videar, qui neque familiari ac proprio habitu ampliùs conſpicior, & comœdias agendo, ac riſus ciendo, argumentáque aliena tractando, quaſi quẽdam hiſtrionem illi mẽgero? Nam quod omnium abſurdiſſimũ eſt, temperatura quadam aliena ac noua mixtus ſum, & neque pedeſtris ampliùs ſum, neque in ſublimibus inedo: ſed planè Centauri modo compoſitum quiddam ac peregrinum ſpectrum auditoribus appareo. MER. Quid igitur ad hæc dices Syre? SYR. Inexpectatum equidem, viri Iudices, certamen hoc apud vos ſuſtineo. Quiduis enim citiùs putarã Dialogum, quàm hæc de me dicturum eſſe. Quem ego ſuſceptum tetricum adhuc pleriſque apparentem, & præ continuis interrogationibus præfractum ac durum, eóque nomine venerabundum quidem aliquid præ ſe ferentem, haudquaquàm tamen omnino ſuauem, aut etiam multitudini acceptum, principiò quidem ipſum per terram incedere ad humanum hunc morem aſſuefeci: poſtea autem ſqualore iſto multo abſterſo, & ridere ipſo coacto, ſuauiorem ac gratiorem aſpicientibus exhibui. Supra omnia autem comœdiam cum ipſo coniunxi, ac per hoc multam illi beneuolentiam apud auditores conciliaui: qui antea ſpinas in eo iſtas metuentes, perinde vt Echinum, in manus accipere ipſum fugiebant. Cæterùm noui ego quod maximè ipſum malè habet, nempe quòd non tenuia illa atque exilia ſedendo cum eo argutari ſoleo, Sítne anima immortalis videlicet, &, Quot heminas Deus quando mundum fabricauit, ſynceræ & eodem modo ſeſe habentis ſubſtantiæ in craterem illum in quo vniuerſa miſcendo temperabat, infuderit: &, Num Rhetorica politicæ particulæ imago, adulatoriæ pars quarta ſit.

*Platonem perſtringit in Phædone, Gorgia, & de legibus, &c.*

Delectatur enim neſcio quo pacto huiuſmodi argutias diſputando, perinde vt illi qui ex pſora libenter fricantur. Accogitatio iſta & cura, dulcis ipſi videtur: ac magnificè ſe effert ſi dicatur quòd non cuiuſuis hominis ſit ea intelligere, quæ ipſe de ideis ſubtiliter & acutè ſpeculatur. Huiuſmodi videlicet à me quoque poſcit, & alas illas quærit, ac ſurſum aſpicit: illa interim quæ ante pedes ſunt, non videns. Nam cæterorum certè cauſſa haudquaquam, puto, accuſauerit me, quòd veſte hac Græca detracta, barbaricam ipſi induerim, & hoc, cùm barbarus ipſe videar eſſe. Iniuriam enim feciſſem, ſi legibus præteritis in ipſum talia commuliſſem, ac patrio veſtitu graſſatorum more ſpoliaſſem. Reſpondi, Iudices, quantum poſſibile mihi fuit. Vos autem ſimilem priori ſententiam quæſo ferte. MERC. Papæ omnibus decem vincis. Nam ipſe ille prior ne nunc quidem eadem cum cæteris ſentit. Nimirum conſuetudo hæc illius eſt, atque omnibus perforatum calculum ferre ſolet, nec facile deſierit optimis quibuſque inuidere, ſed vos quidem nunc abite bona cum fortuna: in craſtinum autem & de reliquis cognoſcemus.

A χαίρῃ γὰρ, οὐκ οἶδ' ὅπως, τὰ τοιαῦτα λεπτολογῶν, καθάπερ οἱ τὴν ψώραν ἡδέως κνώμενοι. καὶ ὁ φθόνισμα ἡδὺ αὐτῷ δοκεῖ, καὶ μέγα φρονῇ, ὡς λέγηται ὡς ὑπὸ τοῦ πάντας ἀνθρώπους εἶναι σοφιστὴν ἀκριβῶς τὴν ἰδέαν ὀξυδορκεῖ. ταῦτα δηλαδὴ καὶ πρὸς ἐμοῦ ἀπαιτεῖ, καὶ τὰ πτερὰ ἐκ νώτου ζητεῖ, καὶ ἀποβλέπει, τὰ ποδῶν οὐχ ὁρῶν. ἐπεὶ τήν γε ἄλλων ἕνεκα, οὐκ ἂν, οἶμαι, μέμψαιτό μοι, ὡς θοιμάτιον τοῦτο Ἑλληνικὸν περιαπάσας αὐτῷ, βαρβαρικὸν μετενέδυσα· καὶ ταῦτα, βάρβαρος αὐτὸς εἶ δοκῶν. ἠδίκουν γὰρ ἄν, τὰ νόμιμα εἰς αὐτὸν παλαιὰ νομίσας, καὶ τὸ πάτριον ἐσθῆτα λωποδυτήσας. ἀπελελόγημαι ὡς δυνατὸν ἐμοί· ὑμεῖς δὲ, ὁμοίαν τῇ πάλαι τὴν ψῆφον ἐνέγκατε. EP. βαβαί, δέκα ὅλοις κρατεῖς. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πάλαι, οὐδὲ νῦν ὁμόψηφός ἐστιν. ἀμέλει τοῦτο ἔθος ἐστὶ, καὶ πᾶσι τὸν τετρυπημένον τοῦτ' φέρειν, καὶ μὴ παύσασθαι φθονοῦντα τοῖς ἀρίστοις. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν, ἄπιτε ἀγαθῇ τύχῃ· αὔριον δὲ, περὶ τῶν λοιπῶν δικάσομεν.

---

## ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΣΙΤΟΥ, ΗΤΟΙ ΟΤΙ ΤΕΧΝΗ Η ΠΑΡΑΣΙΤΙΚΗ.

## DE PARASITO, ſiue QVOD ARS SIT PARASITICA. Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Didaſcalici generis Dialogus, in quo contendit ac docet Paraſiticam artem eſſe, eámque omnium aliarum præſtantiſsimam. Diſpoſitio & ſeries orationis plana eſt. Nam artem eſſe, principio ex diffinitione artis oſtendit, ſingulis eius partibus cum Paraſitica comparatis, videlicet quoniam & ſua ac certa principia habeat, exercitationéque & vſu conſtet, & ob finem vitæ vtilem, nempe voluptatem, exerceatur. Quòd autem voluptas vtilis vitæ finis ſit, auctoritate ac teſtimonio Homeri defendit. Et quòd hic finis Paraſiticæ magis proprius quàm Epicureorum philoſophiæ ſit, comparatione ſtudiorum ac vitæ vtrorumque probat. Deinde verò hanc omnium aliarum artium præſtantiſsimam eſſe, primùm in genere docet, collatis omnibus accidentibus, effectibus & cauſis aliarum artium, cum ijs quæ huic arti accidunt. Poſtea ſeorſim etiam Philoſophiæ & Rhetoricæ, vtpote artium cæterarum ſummis, & maximè laudatis, anteponit: Primùm quia illæ incertæ, alijs aliter de illis ſentientibus atque tradentibus. Paraſitica autem vbique eadem ac certa ſit: Deinde quia nuſquam reperiantur paraſiti affectaſſe philoſophiam aut rhetoricam: contrà autem paraſiticam Rhetores ac Philoſophi plurimi. Poſtremò ab vſu eorum qui artes has ſectantur & profitentur, duplici videlicet, altero in bellis, altero in pace. Vbi ad vtrunque tempus philoſophos & rhetores inutiles & ineptos eſſe, multis exemplis & rationibus docet: contrà autem paraſitos idoneos ac paratos maximè, idque ex Homero, & item ex hiſtorijs probat, addita etiam hypotypoſi, qua paraſitum ad prælium parantem & expedientem ſeſe deſcribit. Præterea & priuatam atque domeſticam vtrorumque vitam inter ſe comparat, multo meliores atque etiam beatiores eſſe paraſitos oſtendens, quàm vel rhetoras vel philoſophos. Sub finem ipſam artem ex locis finalibus commendat quoque, & ipſius nominis honeſtatem etymologia & analogia defendit.*

## TYCHIADES. PARASITVS.

Τί ποτε ἄρα, ὦ Σίμων, οἱ μὲν ἄλλοι ἄνθρωποι, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ δοῦλοι, τέχνῃ ἕκαστός τινα ὠφέλησαν, ἢ ἑαυτοῖς τέ εἰσι, καὶ ἄλλῳ χρήσιμοι· σὺ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἔργον οὐδὲν ἔχεις, ἢ ὃ ἄν τι ἢ αὐτὸς ὠφελοῖο, ἢ ἄλλῳ μεταδοίης; ΠΑΡ. πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς, ὦ Τυχιάδη, οὐδέπω οἶδα. πειρῶ δὴ σαφέστερον ἐρωτᾶν. ΤΥ. ἔστιν ὦ τινα τυχὸν ὠφελήσαιμι τέχνῃ, οἷον μουσικήν; ΠΑ. μὰ Δία. ΤΥ. τί δὲ, ἰατρικήν; ΠΑ. οὐδέπω ταύτῃ. ΤΥ. ἀλλὰ γεωμετρίαν; ΠΑ. οὐδαμῶς. ΤΥ. τί δὲ, ῥητορικήν; φιλοσοφίας μὲν γὰρ τοσοῦτον ἀπέχεις, ὅσον καὶ κακία. ΠΑ. ἐγὼ μὲν, εἰ οἷός τε εἴη, ἧκιστα πλησον. ὥστε μὴ δόκει τοῦτο καθάπερ ἀγνοοῦντι ὀνείδισαι, φημὶ γὰρ κακὸς εἶναι, καὶ χείρων, ἢ σὺ δοκεῖς. ΤΥ. ναί. ἀλλὰ ταύτας μὲν ἴσως τὰς τέχνας οὐκ ἐξέμαθες διὰ μέγεθος αὐτῶν, καὶ δυσκολίαν, τὴν δὲ δημοτικήν τινα, τεκτονικήν, ἢ σκυτοτομικήν; καὶ γὰρ οὐδὲ ταύτῃ ἔτυχες ἔχοντα, ὡς μὴ καὶ τοιαύτης αὖ δεηθῶμεν τέχνης. ΠΑ. ὀρθῶς λέγεις, ὦ Τυχιάδη· οὐδὲ γὰρ τούτων οὐδεμιᾶς ἔτυχον εἰμί. ΤΥ. τίνος οὖν ἑτέρας; ΠΑ. τίνος; ὡς ἐγὼ οἶμαι, γυναίας. ἴσως εἰ μάθοις, καὶ σὲ ἐπαινέσαι οἶμαι. ἔργῳ μὲν οὖν καταδεῖξαι φημι ἤδη, εἰ καὶ σοὶ λόγῳ οὐκ ἔχω εἰπεῖν. ΤΥ. τίνα ταύτην; ΠΑ. ὅπως μοι δοκῶ τοῖς περὶ ταύτην ἐγκεκελετηκέναι λόγοις. ὥστε ὅτι τέχνην μὲν τινα ἔτυχα, ὑπάρχει ἤδη σοι γιγνώσκειν, καὶ μὴ δι' ἃ τοῦτο χαλεπῶς μοι ἔχῃς· ἴσως τινα δὲ, αὖθις ἀκούσῃ. ΤΥ. ἀλλ' οὐκ ἀνέξομαι. ΠΑ. τοῦτο τῆς τέχνης, παράδοξον ἴσως φανήσεταί σοι ἀκούσαντι. ΤΥ. καὶ μὲν δι' τοῦτο σπουδάζω μαθεῖν. ΠΑ. εἰσαῦθις, ὦ Τυχιάδη. ΤΥ. μηδαμῶς, ἀλλ' ἤδη λέγε, εἰ μὴ ὤρα αἰσχύνῃ. ΠΑ. ἡ Παρασιτική. ΤΥ. κἄπα εἴ μή τις, ὦ Σίμων, τέχνην ταύτην φαίη αὖ;

A QVID tandem in causa est Simo, quòd cùm alii homines, siue serui sint, siue ingenui, quisque artem quādam calleat, qua cùm sibi ipsi, tum aliis sunt vtiles: tu verò, quantum ego perspicio, nulli rei aut negotio intentus es, vnde aut tu aliquem fructum caperes, aut alteri benignè impertiendo, adiumento esse possis? PAR. Quid hæc tua sibi vult interrogatio ô Tychiade? nondum enim capio: proinde planiùs ac manifestiùs me interrogato. TYC. Estne aliqua ars, cuius tu sciēs & peritus es, videlicet Musicæ? PAR. B Non per Iouem. TYC. Quid autem, Medicinæ? PAR. Ne illius quidem. TYC. Atqui Geometriæ? PAR. Nequaquam. TYC. Quid autem, Rhetoricæ? Nam à philosophiæ studio vsque adeò abhorres, quantum ipsius vitij cōtagium à philosophia alienum est. PAR. Atque etiam, si fieri potest, adde quiddā ampliùs. Proinde ne animū inducas hoc te mihi ignoranti exprobrare: fateor enim me ignauum esse, atque etiam tua opinione longè peiorem. TYC. Sanè, sed hasce fortasse artes propter illarum magnitudinem atque difficultatem non C perdidicisti: at ex popularibus illis quam tandem tenes? num architectonicam, aut sutrinam? Neque enim ea est rerum tuarum conditio, vt non talis alicuius artis egeas adminiculo. PAR. Rectè dicis ô Tychiade: neque enim vllam illarum calleo. TYC. Quam igitur aliam? PAR. Quā? Profectò, vt mea est opinio, generosam, quam & te, si pernoueris, laudaturum planè existimo. Eandem verò opere atque re ipsa perpulchrè obire posse me dico, tametsi illā oratione explicare mihi non perinde prōptum sit. TYC. Quam tandem dicis? PAR. Nondum mihi videor super illa orationes satis studiosè exercuisse. Quòd autem vnius alicuius artis non rudis sim, hoc planè iam nosse potes. Quare nihil est quòd hoc nomine mihi sies infensior. Quamcunque autem teneam, alio tempore audies. TYC. Verùm ego omnis morę impatiēs sū. PAR. Fortasse si audires, inopinata tibi ars mea D videretur. TYC. Atqui propter hoc ipsum tanto impensiùs scire laboro. PAR A. Alio tempore tibi exponetur, ô Tychiade. TYC. Nequaquam, sed iam quamcunque tandem pernosti, exponito, nisi adeò te pudeat. PAR. Parasiticam. TYC Et quis ita vesani atque dementis est animi, ô Simo, qui hanc artem esse prædicet?

Quòd autem Parasitica nõ cognitionem solam, sed exercitationem quoque sibi vendicet, inde perdisces facillimè, quoniam aliarum artium cognitiones, & dies & noctes, & menses & annos sæpenumero inexercitatæ permanent, non tamen artes ipsæ apud possidentes depereunt. At verò Parasiti cognitiones nisi quotidie in vsu sint atque exercitio, perdunt non artem solam, vt opinor, sed ipsum quoque artificem. Parasiticæ verò vtilitatem ad vnum aliquem vitæ exitum tendentem vereor ne insaniæ sit perquirere. Ego verò quàm edere & bibere, in vita mortalium nihil inuenio vtilius aut præstantius, & citra quod vita non potest subsistere. TYC. Maximè. PAR. Atqui ne eiusmodi quidem res est parasitica, cuiusmodi est pulchritudo aut fortitudo, vt ars nulla esse videatur, sed quædam vis atque potentia. TYC. Vera dicis. PAR. Verùm neque arte caret. Quod enim arte caret, nullo modo possidenti est conducibile. Age enim si tibi ipse nauim in mari commisisses fluctibus atque procellis ingruentibus, gubernandi imperito, num euasurus es incolumis? TYC. Minimè gentium. PAR. Quid tandem obstat? an quòd arte careas, cuius ope te ipse seruare potuisses? TYC. Sanè verò. PAR. Proinde arte seruamur, imperitia verò non item. TYC. Admodum. PAR. Ergo Parasiticam artem esse constat. TYC. Artem profectò, quãtùm apparet. PAR. Atqui gubernatores quidem præclaros, & aurigas eximios, de curru non rarò delapsos esse comperi, ac nonnullos illorum luxatos atque delumbatos, porrò nonnullos prorsus extinctos: cæterùm Parasiti naufragium nullus est qui possit producere. Proinde si neque ab arte remota est Parasitica, neque facultas est aliqua, comprehensio autem præceptionum exercitarum; eandem artem esse hodie nobis fatendum est. TYC. Quantum quidem ex hoc coniecturam facio. Sed in hoc tibi vigilandum esse intelligis, vt finem aliquem generosum Parasiticæ nobis attribuas. PAR. Rectè sanè dicis: videtur autem hac finitione potissimùm explicari posse: Parasitica ars est ciborum atque potuum, & sermonum qui horum conquirendorum gratia dicendi sunt, cuius finis est voluptas. TYC. Videre mihi tuam artem præclarè definisse.

*Parasitica definitio.*

Α ὅτι γε μὴν οὐκ ἐκ καταλήψεως μόνον, ἀλλὰ συγγεγυμνασμένης ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μάθοις ἂν εὐθέως ῥᾳδίως. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν καταλήψεις, καὶ ἡμέρας, καὶ νύκτας, καὶ μῆνας, καὶ ἐνιαυτοῖς πολλάκις ἀσυγγύμναστοι μένουσι, καὶ ὅμως οὐκ ἀπόλλυνται παρὰ τοῖς κεκτημένοις αἱ τέχναι· αἱ δὲ τοῦ παρασίτου καταλήψεις, εἰ μὴ καθ' ἡμέραν εἴη ἐν γυμνασίῳ, ἀπόλλυσιν ἤ μόνον, οἶμαι, τὴν τέχνην, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τεχνίτην. τὸ γε μὴν πρός τι τέλος βλέπον τῆς βίου, μὴ καὶ
Β μανίας εἴη ζητεῖν; ἐγὼ γὰρ τοῦ φαγεῖν καὶ τοῦ πιεῖν οὐδὲν βλέπειν χρησιμώτερον εὑρίσκω ἐν τῷ βίῳ ὄν, οὐδὲ ζῆν γε αὐτὸ τυγχάνει. ΤΥ. πάνυ μὲν οὖν. ΠΑ. ἦ μὴν οὐδὲ τοιοῦτόν τί ἐστιν ἡ παρασιτικὴ, ὁποῖον τὸ κάλλος, ἢ ἡ ἰσχύς, ὥστε τέχνην μὲν μὴ δοκεῖν αὐτὴν, δύναμιν δέ τινα τοιαύτην. ΤΥ. ἀληθῆ λέγεις. ΠΑ. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀτεχνία ἐστίν. ἡ γὰρ ἀτεχνία, οὐδέποτε οὐδὲν κατορθοῖ τῶν κεκτημένων. φέρε γὰρ εἴ σε ἐπιτρέψας σὺ σαυτὸν ναυῒ ἐν θαλάττῃ, καὶ χειμῶνι, μὴ ἐπισάμενος κυβερνᾶν, σωθείης ἄν; ΤΥ. οὐκ ἔστιν. ΠΑ. τί δή
C ποτε, ἢ τῷ μὴ ἔχειν τέχνην, δι' ἣν δυνήσεταί σώζειν ἑαυτόν; ΤΥ. ἦ μάλα. ΠΑ. οὐκοῦν καὶ παρασίτου ἐστὶ τῆς παρασιτικῆς, εἴπερ ἐστὶν ἀτεχνία, οὐκ ἂν ἐσώζετο; ΤΥ. ναί. ΠΑ. οὐκοῦν τέχνη σώζεται, ἀτεχνία δὲ οὔ; ΤΥ. πάνυ μὲν οὖν. ΠΑ. τέχνη ἄρα ἐστὶν ἡ παρασιτική. ΤΥ. τέχνη, ὡς ἔοικε. ΠΑ. καὶ μὴν κυβερνήτας μὲν ἀγαθοὺς, καὶ ἡνιόχους τεχνίτας ἐκπεσόντας τῶν δίφρων οἶδα ἐγὼ πολλάκις· καὶ τοὺς μὲν, ξυντετριβότας, τοὺς δὲ, καὶ πάμπαν ἀφανισθέν-
D τας· παρασίτου δὲ ναυάγιον, οὐδὲ εἷς ἔχει τινὰ εἰπεῖν. οὐκοῦν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, μήτε δύναμις, σύγκριμα δέ τι, καὶ οὐ καταλήψεων γεγυμνασμένων, τέχνην ὁμολογοῖτ' ἂν ἡμῖν σήμερον. ΤΥ. ὅσον οὐ τοῦτο, εἰκάζω· ἀλλ' ὅρα, ὅπως καὶ ὅρον ἡμῖν τινα χρηναῖον ἀποδῷς τῆς παρασιτικῆς. ΠΑ. ὀρθῶς σύγε λέγων. δοκεῖ γὰρ δή μοι οὕτως ἂν μάλιστα διορίσθαι, παρασιτικὴ ἐστὶ τέχνη ποτέων, καὶ βρωτέων, καὶ τῶν δι' ἀμφοῖν τούτοιν λεκτέων, τέλος ἔχουσα τὴν αὐτῆς, ὃ ἡδύ. ΤΥ. ἐπῴδηγέ μοι δοκεῖς εἰσαῦθις τὴν σαυτοῦ τέχνην.

ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πρὸς σοῦς τῶν φιλοσόφων μάχη σοι περὶ τοῦ τέλους ᾖ. ΠΑ. Ἐμοὶ μὲν ἀπόχρη τε, εἰ μόνον ἔσται τὸ αὐτὸ τέλος εὐδαιμονίας, καὶ παρασιτικῆς. φαίνεται δὲ οὕτως. ὁ μὲν σοφὸς Ὅμηρος τὸν τοῦ παρασίτου βίον θαυμάζων, ὡς ἄρα μακάριος, καὶ ζηλωτὸς εἷς μόνος,

Οὐ γάρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
-- πολλοὶ δὲ πλήθωσι παρὰ δαῖτα
Σίτου καὶ κρεῶν, μέθυ δὲ κρητῆρες ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι.

καὶ ὡς ἀχικνούμενος τοῦτα θαυμάζων, μᾶλλον τὴν αὐτοῦ γνώμην ποιεῖ φανερωτέραν, ὃ λέγων· Τοῦτο τί μοι κάλλιον εἰς φρεσὶν εἰδέναι εἴη; ἀχ' ἕτερόν τι ἐξ ὧν φησιν, ἢ ὃ πολλοστεῖον, εὐδαίμονα νομίζων. καὶ μὲν οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀνδρὶ πεποίηκε τοὺς τοιούσδε λόγους, ἀλλὰ τῷ σοφωτάτῳ τῶν Ἑλλήνων. χαίρει γε εἰ μόνον ἐθέλει Ὀδυσεὺς ὁ κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς ἐπαινεῖν τέλος, ἐθέλων τοῦτο λέγειν, ὅτε τὴν Φιλοκτήτου αἰκίαν ἐκ τῆς Λήμνου, ὅτε τὸ Ἴλιον ἐξεπόρθησεν, ὅτε τοὺς Ἕλληνας φεύγοντας κατέσχεν, ὅτε εἰς Τροίαν εἰσῆλθεν, ἑαυτὸν μαστιγώσας, καὶ κακὰ καὶ Στωϊκὰ ῥάκη ἐνδύς· ἀλλὰ τότε οὐκ εἶπε τοῦτο τέλος χαριέστερον· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τοῖς τῶν Ἐπικουρείων βίῳ γυμνούμενος αὖθις πρὸς τὴν Καλυψοῖ, ὅτε αὐτῷ ὑπῆρχεν ἐν ἡδονῇ τε διατεύξῃ, καὶ τρυφᾷν, καὶ δινεῖν τῷ Ἀτλαντος θυγατέρα, καὶ κινῆν πάσας ταῖς λείαις κινήσῃς, οὐδέποτε εἶπε τοῦτο τὸ τέλος χαριέστερον, ἀλλὰ τὸν τῶν παρασίτων βίον. ἐκαλοῦντο δὲ δαιτυμόνες οἱ παράσιτοι τότε. πῶς οὖν λέγω; πάλιν γὰρ ἄξιον ἀναμνησθῆναι τῶν ἐπῶν· οὐδὲ γὰρ οἷόν τε ἀκούειν αὐτῶν, μὴ πολλάκις λεγομένων. Δαιτυμόνες καθήμενοι ἑξείης, καὶ, πολλὰ πλήθωσι παρὰ δαῖτα Σίτου καὶ κρεῶν. ὅτε μὲν Ἐπίκουρος σφόδρα ἀναισχύντως ὑφελόμενος ὃ τῆς παρασιτικῆς τέλος, τὸ κατ' αὐτὸν εὐδαιμονίας, τέλος αὐτὸ ποιεῖ. καὶ ὅτι κλοπή ὃ πρᾶγμά ἐστι, καὶ οὐδὲν Ἐπικούρᾳ μέλει ἡδύ, ἀλλὰ τῷ παρασίτῳ, ἔστω μάθοις ἄν. ἐγώγε ἡγοῦμαι ὃ ἡδὺ πρῶτον μὲν, ὃ τῆς σαρκὸς ἀοχλησίαν, ἔπειτα ὃ μὴ θορύβου καὶ ταραχῆς τὴν ψυχὴν ἐμπεπλῆσθαι.

A Illud tamen etiam atque etiam considera, ne aduersus philosophos aliquos de fine tibi oriatur pugna atque contentio. PAR. Atqui abundè sufficit hunc esse finẽ & felicitatis & Parasiticæ: nèque aliter apparet. Siquidem Homerus ille sapiens Parasiti vitam admirans tanquam solam beatam atque felicem, ita inquit:

*Haud ego finẽ vllũ meliorẽ vltrà arbitror esse,*
*Quàm si mente omnis populus letetur ouanti,*
*Iuxta autem mensæ sint pane cibisq; repletæ,*
*Atque pocillator dulce è cratère falernum*
*Fundẽs distribuat per pocula parua bibendũ.*

Iam quasi parum cumulatè hæc admiraretur, sententiam suam longè pleniorem
B apertiorémque hisce verbis facit, perfestiuè subiiciens:

*Hic finis nobis pulcherrimus esse videtur.*

haud aliud ex iis quæ dicit, beatũ ac felix, quàm parasitari existimans. Sedenim hęc verba non cuilibet è vulgo attribuit, verùm omnium sapientissimo. Et sanè si Vlyssi fuisset in animo Stoicos secuto laudare finem Virtutem, potuisset illud dicere quãdo Philocteten ex Lemno adduxit, quando Troiam subuertit, quando Græcos fugam adornantes compescuit atque detinuit, quando Troiam ingressus est se
C ipse indecoris vulneribus flagellatum afficiens, ac sordido & planè Stoico indumento amictus. At tunc huius pulcherrimi finis nusquam cõmeminit. Cæterùm ne tunc quidem cùm in Epicureorum vita constitutus apud venustissimam Calypso versaretur, illíque liceret in otio voluptuosè & molliter viuere, ac in omnibus deliciis Atlantidis lectum cõscendere, neque non rebus quas animi libido ferebat, indulgere; illius pulcherrimi finis memor est: sed cùm apud Phæacas parasitum ageret. Vocabãtur autem tunc tẽporis parasiti, dætymones. Quomodo enim dicit? Dignum enim est vt iterum atque iterum suauissimorum versiculorum recordaremur: neq; enim ad satietatem
D audiri possunt, nisi sæpius repetantur:

*Dætymones sedeant ex ordine.* &,

*Iuxta mensæ adsint epulis & carne repletæ.*

Porrò Epicurus nimiùm impudenter hunc finem detractum parasiticæ, ad felicitatem suam detorsit. Quòd autem hæc res non absit à furto, quódque Epicuro voluptas nihil curæ sit, sed parasito, ita potes colligere. Ego voluptatem existimo primùm tranquillum statum corporis: deinde neque mentem vlla perturbatione aut molesta cura onerari.

Horum vtrunque parasitus assequitur, Epicurus autem ne alteutrius quidem fit particeps. Etenim cùm curiosè satis de habitu terræ, de infinitis mundis, de magnitudine solis, atque distantiis, de primis elementis, atque etiam de diis, siue sint siue non sint, déque ipso fine perueſtigãs, nunquam non digladiari soleat, semper cum aliquibus contenriosè dissidens: non humanis solùm, sed & mundanis vexationibus atteritur atque consumitur. At parasitus horum omnium securus, omnia bene se habere existimans, credénsque hæc meliori loco esse nõ posse quàm sint, cum multa securitate & animi tranquillitate, nullo istiusmodi nugarum scrupulo illi facessente negotium, edit suauissimè, ac dormit supinus, porrectis & manibus & pedibus, quemadmodum Vlysses rate ad patriam nauigans. Atqui non propter illa tantùm nulla in re Epicurus voluptatis potitur, sed etiam propter hæc. Quippe Epicurus ille, quicunque tandem fuerit ille sapiens, aut habet quod edat, aut non. Si non, ille quidem voluptuosè viuet minimè, imò ne viuet quidem. Sin autem habuerit, habebit aut à seipso, aut ab alio. Itaque si ab alio quod edat habuerit, parasitus est & ille, & non is quem se superbè venditat: Sin à seipso, voluptuosè non viuet. T Y C. Quomodo verò non voluptuosè? P A R. Si enim suppetiuerit illi apud seipsum victus copia, multa, ô Tychiade, eiusmodi vitam consequi necesse est. Vide verò qualia: oportet enim eum qui voluptate duce molliter & delicatè victurus est, omnibus incidentibus cupiditatibus abundè indulgere. Aut quid tu ais? T Y C. Et mihi idem videtur. PAR. Proinde ei qui re familiari ampliter instructus est, fortasse vnde libidinem suam expleat, nõ ægrè suppetet: at qui æstiuè atque tenuiter munitus erit opibus, illi harum rerum potiundi nulla supererit copia. Itaque si pauper fuerit Epicurus, sapiens esse non potest, neque vnquam voluptatis finem sibi propositum consequetur. Sed ne diues quidem copioſę pecuniæ dominus, cui per facultates suas cupiditatibus prolixè suppeditare atque inseruire promptum est, præfixum voluptatis finem nanciscetur. Quid ita tandem? Propterea quòd necesse sit cum qui sumptum de suo fecerit, in multas atque adeò odiosas illabi molestias. Iam enim illi cum coco rixandum erit, quòd parum opiparè atque apparatè edulia adornauerit. Aut si citra rixam, coci negligentiam dissimulanter habuerit, tum ferculis inconditis, & minimè delicatis vescitur, ac per hoc sperata voluptate priuatur.

A Τούτων τοίνυν ὁ μὲν παράσιτος ἑκατέρων τυγχάνει· ὁ δὲ Ἐπικούρειος, οὐδὲ θατέρου. ὁ γὰρ ζητῶν περὶ χήματος γῆς, καὶ κόσμων ἀπειρίας, καὶ μεγέθους ἡλίου, & ἀποστημάτων, καὶ περάτων στοιχείων, καὶ περὶ τῶν θεῶν, εἴτε εἰσὶν, εἴτε οὐκ εἰσὶ, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ τέλους ἀεὶ πολεμῶν, καὶ διαφερόμενος πρός τινας, οὐ μόνον ἐν ἀνθρωπίναις, ἀλλὰ καὶ ἐν κοσμικαῖς ὕλαις ὀχλήσεσιν. ὁ δὲ παράσιτος, πάντα καλῶς ἔχειν οἰόμενος καὶ πεπιστευκὼς μὴ ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἀμείνον, ἢ ἔχει, μετὰ πολλῆς ἀδείας, καὶ γαλήνης, οὐδενὸς αὐτῷ τοιούτου περενοχλοῦντος ἐαθίῃ, καὶ χειμαίνει ὑπνῶν, ἀφόβως τοῖς πόδας, καὶ ταῖς χερσὶν, ὥσπερ Ὀδυσεὺς ὅτι τῆς πατρίδος ἀποπλέων οἴακα δε. καὶ μὲν οὐχὶ τούτου μόνον οὐδὲν πεφροντικεῖ ὁ ἡδὺ τῷ Ἐπικούρῳ, ἀλλὰ καὶ κατ' ἀκρίβειαν. ὁ γὰρ Ἐπίκουρος οὗτος, ὅστις ποτέ ὅστιν ὁ σοφὸς, ἤτοι φαγεῖν ἔχει, ἢ οὔ. εἰ μὲν οὐκ ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως ὑ ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται· εἰ δὲ ἔχει, εἴτε παρ' ἑαυτοῦ, εἴτε παρά ἄλλου. εἰ μὲν οὖν παρ' ἄλλου ὁ φαγεῖν ἔχοι, παράσιτός ὅστι, καὶ οὐχ ὡς λέγει· εἰ δὲ παρ' B ἑαυτοῦ, οὐχ ἡδέως ζήσεται. ΤΥ. πῶς οὐχ ἡδέως; ΠΑ. Εἰ γὰρ ἔχοι ὁ φαγεῖν παρ' ἑαυτῷ, πολλά γοι, ὦ Τυχιάδη, τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη· καὶ ἅπτεσθαι πόσα. δεῖ τὸν μέλλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν, ταῖς ἐγκυμονούσαις ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπλεῶσαι. ἢ τί φῄς; ΤΥ. καὶμοὶ δοκεῖ. ΠΑ. ὁρῶ τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ, ἴσως τοῦτο πάρεστι. τῷ δὲ ὀλίγα, καὶ μηδὲν ὁκέτι· ὥστε πένης οὐκ ἂν σοφὸς γένοιτο, οὐδὲ ἐφικνοῖτο τοῦ τέλους· λέγω δὲ τοῦ ἡδέος. ἀλλ' οὐδὲ μὲν ὁ πλούσιος, ὁ παρὰ τῆς οὐσίας ἀφθόνως ταῖς ἐπιθυμίαις χορηγῶν, δυνήσεται τοῦδε ἐφικέσθαι. τί δήποτε; ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἀναλίσκοντα τὰ ἑαυτοῦ πολλαῖς περιπίπτειν ἀηδίαις. τοῦτο μὲν, τῷ μαγείρῳ κακῶς σκευάσαντι ὃ ὄψον μαχόμενον, ἢ εἰ μὴ μαγειρικὸν, φαύλως παρατεθὲν ἐαθίοντα τὰ ὄψα, καὶ τοῦ ἡδέος ὑστερεῖν. C D

τοῦτο

τῦτο δὲ, τῷ οἰκονομοῦντι τὰ πρὸς τὸν οἰκίαν, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομοῖτο, μαχόμενον. ἢ οὐχ οὕτω; ΤΥΧ. νὴ Δία καὶ μάλα δοκεῖ. ΠΑΡ. τῷ μὲν Ἐπικούρῳ, πάντα ξυμβαίνειν εἰκὸς, ὥστε οὐδέποτε τεύξεται τοῦ τέλους· τῷ δὲ παρασίτῳ, οὔτε μάγειρός ἐστιν, ᾧ χαλεπήνῃ, οὔτε ἀγρὸς, οὔτε οἰκονόμος, οὔτε ἀργύρια, ὑφ' ὧν ἀπολογούμενος ἀχθεσθείη, καὶ πάντα ἔχει, ὥστε καὶ φαγοι καὶ πίοι, μόνος οὗτος ὑπὸ μηδενὸς, ὧν ἐκεῖνος, ἀναγκαίως ἐνοχλούμενος. ἀλλ' ὅτι μὲν τέχνη ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἱκανῶς δέδεικται. λοιπὸν, ὅτι καὶ ἀρίστη δεικτέον, καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ὅτι κοινὴ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν· εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν οὕτω διαφέρει. πάσης γὰρ τέχνης ἀνάγκη προσάγειν μάθησιν, πόνον, φόβον, πληγὰς, ἅπερ οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν ἀπεύξαιτο. τούτῳ δὲ τῷ τέχνῃ, ὡς ἔοικε, μόνῃ ἔξεστι μαθεῖν, μὴ πόνου. τίς γὰρ ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπερ τινας ἐκ τῶν διδασκάλων ὁρῶμεν; τίς δ' ὅτι δεῖπνον ἀπιὼν, ὤφθη σκυθρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς διδασκαλεῖα φοιτῶντες; καὶ μὲν ὁ μὲν παράσιτος, ἐκὼν αὐτὸς ὅτι δεῖπνον ἔρχεται, μάλιστα ὑπεδυμῶν τῆς τέχνης, οἱ δὲ τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνοντες, μισοῦσιν αὐτάς· ὥστε ἔνιοι δι' αὐτὰς ἀποδιδράσκουσι. τί δὲ δ' κἀκεῖνο ἐνοῆσαί σε δεῖ, ὅτι καὶ τοὺς ἐν ἐκείναις ταῖς τέχναις παιδοτρίβους, οἱ πατέρες καὶ μητέρες τούτοις τιμῶσι μάλιστα, οἷς καθ' ἡμέραν καὶ τὸν παράσιτον; Καλῶς, νὴ Δία, ἔγραψεν ὁ παῖς, λέγοντες, δότε αὐτῷ φαγεῖν· οὐκ ἔγραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. οὕτω δὲ πρᾶγμα καὶ ἔντιμον, καὶ ἐν τιμωρίᾳ μέγα φαίνεται. καὶ μὲν αἱ ἄλλαι τέχναι, ὃ ὕστερον τοῦτο ἔχουσι, μετὰ τὸ μαθεῖν, καὶ τοῖς καρποῖς ἡδέως ἀπολαμβάνουσι· πολλοὶ γὰρ, καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτό.

A Aut iam illi cum domus præfecto rem familiarem indiligenter accurante delitigandum est. An verò hæc ita se non habent? TYG. Per Iouem idem quoque mihi videtur. PARAS. Hæc ergo omnia vt Epicuro accidant necesse est: itaque nunquam voluptatis fine miser ille potietur. At verò parasito neque cocus est vllus cui propter incuriam irasceretur, neque ager, neque villicus, neque argentum, quorum nomine famuli excusationem perferens doleret: & tamen omnia habet, vt edat & bibat, soli illi nulla re existente qua vt Epicurus perturbaretur. Iam quòd ars sit para- B sitica, & ex his iam dictis, atque aliis, satis supérque ostensum est. Reliquum est vt planum faciam quàm sit etiam omnium optima, & hoc quidem non simpliciter, sed primùm declarabo quàm communiter omnes alias artes sua anteire soleat præstantia: deinde quàm etiam priuatim præcellat cæteras. Communiter ad hunc modum præstat aliis. Etenim vniuscuiusque artis studium, discendi adducere laborem, timorem ac verba necesse est: quæ qui non deprecetur, nullus vnquam inuentus est. Hanc verò artem cuius ego professor sum, so- C lam, vt videtur, licet sine labore perdiscere. Quis enim vnquam à conuiuio flens digressus est, veluti quospiam videmus pueulos à præceptoribus discedere? Quis proficiscens ad conuiuium vnquam tristis atque seuerus conspectus est, quemadmodum illi qui ludos literarios frequentare solent? Atqui parasitus sua sponte, atque adeò volens ad cœnam vadit, artis consequendæ omnium cupidissimus. Cæteri verò qui aliis artibus perdiscendis nauant operam, easdem prosequuntur odio, ita D vt nonnulli aufugientes, artes suas summa detestatione repudient. Et cur non hoc quoque considerandum tibi venit, quòd eos qui in aliis artibus fecissent aliquod operæpretium, parentes his potissimùm honorare solent, quibus parasitum quotidie cohonestant? Elegantes, ita me Dij ament, inquiunt, puer pinxit literas, date illi quod edat: malignas literarum notas descripsit, nihil date illi. Adeò res & honore pensanda, & supplicio punienda esse videtur. Quinetiam cum cæteris artibus ita comparatum est, vt primum hoc posterius habeant, postquam iam multo sudore paratæ sunt, dulcem & expetitum voluptatis fructũ subministrant suis cultoribus, ad quam rem multa est via, nec minùs aspera.

Cæterùm ſola ex omnibus paraſitica ſtatim initio inter diſcendum arte ſua fruitur, ac ſimul atque incepta fuerit, quantocyus eſt in quæſtu. Præterea reliquæ artes non ſaltem aliquæ, ſed omnes ſimul tantùm victus conquirendi gratia inuentæ ſunt: at paraſito actutum parata eſt alim ētorum felix copia, ſimul atque artem exorſus fuerit. An verò non animaduertis agricolam agros colere non colendi gratia, & fabrum fabricare non fabricandi gratia? At paraſitus nihil ſectatur aliud, ſed hoc ipſum quod illius negotium eſt, & cuius gratia ei negotio intentus eſt. At hæc cui obſcura ſint, neminem eſſe arbitror, quòd ij qui reliquarum artium exercendo tractant commercia, per omne tempus afflicti laboribus viuunt ærumnosè atque infeliciter, ac vix vnũ atque alterum diem feſtum per menſem agunt, propterea quòd ciuitates aliàs quidẽ per annum, aliàs per menſem indicta ſolennitate dies feſtos agere ſoleant, & tunc animo remiſſiore lætari dicuntur: at paraſitus ferè ſingulos ſemper triginta dies agit in otio. Omnes enim dies illi videntur ſacri deorum numinibus. Præterea quibus conſilium aut animus eſt reliquis vti artibus cum aliqua laude & exiſtimatione, illi tenui frugalíque victu & potu vtantur neceſſe eſt, tanquam qui morbis decumbũt impliciti. Nam qui victu paulo copioſiore, potúque largiore ſemet inuitat & oblectat, ille ſtudio minimè eſt accommodus. Accedit his, quòd reliquæ artes, ſine inſtrumẽtis, magiſtro ſuo nihil fructus afferre poſſunt. Neque enim citra tibiam tibia canere, neque citra lyram pſallere, neque abſque equo equitare quiſquam poteſt. Porrò hæc vſqueadeo bona eſt, adeóque non onerosa artifici, vt omnibus etiam inſtrumentis carenti, tamen victum largè ſuppeditet, eáque commodiſſimè vti poſſit. Et, ſicut videmus, alias artes perdiſcentes, magiſtris mercedem perſoluimus: hanc autem diſcentes, præmium accipimus. Præterea aliarum artium omnium ſunt doctores quidam & profeſſores: cæterùm qui paraſiticam tradat aut doceat, nullus eſt: ſed quemadmodum Poëſis iuxta Socratem, & ipſa quidem fato quodam accedit. Quinetiam illud apud animũ tuum expẽditò, quòd alias artes, aut iter faciẽtes aut naũgantes exercere nequeamus, hac verò vti licet & in itinere, & inter nauigandũ. TYC. Admodum profectò. PAR. Atqui ô Tychiade, reliquæ artes omnes huius opem mihi deſiderare videntur, hæc verò nullius alterius egens eſt adminiculo.

A ἡ δὲ παρασιτικὴ μόνη τῶν ἄλλων εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν αὐτῷ τῷ μανθάνειν, καὶ ἅμα τε ἄρχεται, καὶ ἐπὶ τῷ τέλει ἐστίν. αἱ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τεχνῶν, οὐ πᾶσαι, ἀλλὰ πᾶσαι, ὅτι μόνῳ τῷ βίῳ γεγόνασιν· ὁ δὲ παράσιτος, εὐθὺς ἔχει τὸν βίον ἅμα τῷ ἄρξασθαι τῆς τέχνης. ἢ οὐκ οἶσθ' ὅτι ὁ μὲν γεωργὸς, γεωργεῖ, ἵν' τῷ γεωργεῖν ἕνεκα, καὶ ὁ τέκτων, τεκταίνεται, ἵν' τεκταίνεσθαι ἕνεκα· ὁ δὲ παράσιτος, οὐχ ἕτερόν μέν τινα διώκει, ἀλλὰ δ' αὐτὸ καὶ ἔργον ἐστὶν αὐτῷ, καὶ οὗ ἕνεκα γίγνεται. καὶ μὲν σαφές γε δοκεῖς ἐστὶν
B ὅστις οὐκ ἐπίσταται, ὅτι οἱ μὲν τὰς λοιπὰς τέχνας ἐργαζόμενοι, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον παλαιπωροῦσι, μίαν δὲ ἢ δύο μόνας τοῦ μηνὸς ἡμέρας ἱερὰς ἄγουσι. καὶ αἱ πόλεις ὔ, τὰς μὲν, δι' ἔτους, τὰς δὲ, ἐμμελῶς ἑορτὰς διατελοῦσι, καὶ διαφέρεσθαι λέγονται τότε. ὁ δὲ παράσιτος, τοῦ μηνὸς τὰς τριάκοντ' ἡμέρας ἱερὰς ἄγει· πᾶσαι γὰρ δοκοῦσιν αὐτῷ εἶ) τῶν θεῶν. ἔτι οἱ μὲν βουλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας κατορθοῦν, ὀλιγοστίας τε ὀλιγοποσίας χρῶνται, καθάπερ οἱ νοσοῦντες. πολυποσίας δὲ, καὶ πολυτελείας, οὐκ ἔστιν διαφερόμενον μανθάνειν. τὰς δὲ ἄλλας τέχνας, χωρὶς ὀργάνων οὐδαμῶς τοῦ κεκτημένου ὑπηρετεῖν δύνανται· οὔτε γὰρ αὐλῷ ἔνι χωρὶς αὐλῶν, οὔτε ψάλλειν δίχα λύρας, οὔτε ἱππεύειν χωρὶς ἵππου. αὐτὴ δ' ἅπασῶν ἐστὶν ἀγαθὴ, τε καὶ ἑαυτῇ τοῦ τεχνίτου, ὥστε καὶ ὁτῳοῦν ἀρχεῖ μηδὲν ἔχοντι ὅπλοις χρῆσθαι αὐτῇ. καὶ, ὡς ἔοικε, τὰς ἄλλας τέχνας μανθάνομεν, μισθὸν διδόντες, τοῦτ' ἔστιν, λαμβάνοντες. ἔτι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν εἰσὶ διδάσκαλοι
D τινες, τῆς δὲ παρασιτικῆς οὐδείς, ἀλλ' ὥσπερ ἡ ποιητικὴ κατὰ Σωκράτην, τε αὐτὴ τινὶ μοίρᾳ παραγίγνεται. κἀκεῖνο ἂν σκέψαι, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ὀδυνώντες, ἢ πλέοντες, ἃ δυνάμεθα διαπεραίνεσθαι. ταύτῃ δὲ ἔστι χρῆσθαι τε ἐν ὁδῷ, καὶ πλέοντι. TY. πολύ μοι δοκεῖς. PA. καὶ μάλα, ὦ Τυχιάδη, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν, αὐτὴ δὲ, οὐδεμιᾶς ἑτέρας.

ΤΥ. τί δὲ οὐχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες, ἀδικεῖν σοι δοκοῦσι; ΠΑ. πῶς γὰρ οὔ; ΤΥ. πῶς οὖν ὁ ψόφιτος τὰ ἀλλότρια λαμβάνων, οὐκ ἀδικεῖ μόνος; ΠΑ. οὐκ ἔχω λέγειν. τῶν μὲν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ ἀρχαὶ φαῦλαί τινες, καὶ εὐτελεῖς εἰσι, τῆς δὲ παρασιτικῆς ἡ ἀρχή, πολύ γε γενναία τις. ὃ γὰρ ἐνθυμούμενον τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα, οὐκ ἄλλό τι ἔοικεν, ἢ ἀρχὴ τῶν ψοφιτικῆς. ΤΥ. πῶς λέγεις; ΠΑ. ὅτι οὐδεὶς ἐχθρὸν, ἢ ἀγνῶτα οὐδὲ φαῦλον, ἀλλ' οὐδὲ σωτηθ μετρίως, ὅτι δεῖπνον καλεῖ, ἀλλὰ δεῖ πρότερον, οἶμαι, τοῦτον γενέσθαι φίλον, ἵνα κοινωνήσῃ σπονδῶν, καὶ τραπέζης, καὶ τῶν τῆς τέχνης ἑαυτοῦ μυστηρίων. ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσα τινῶν λεγόντων, ποταπὸς δέ ἐστιν ὁ φίλος, ὅστις οὐ βέβρωκεν, οὐδὲ πέπωκε μεθ' ἡμῶν; ὡς δηλονότι τὸν συμπίνοντα, καὶ συνεσθίοντα, μόνον πιστὸν ἡγουμένων φίλον. ὅτι γε μὲν ἡ βασιλικωτάτη τῶν τεχνῶν ἐστιν αὕτη, μαθοῖς ἂν καὶ σὺ τοῦτο οὐχ ἥκιστα. τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τέχνας, οὐ μόνον καμοπαθοῦντες, καὶ ἱδρωτῶντες, ἀλλὰ, νὴ Δία, καθήμενοι, καὶ ἑστῶτες ἐργάζονται, ὡσπερ ἀμελῆ δοῦλοι τῶν τεχνῶν. ὁ δὲ ψόφιτος, μεταχειρίζεται τὴν αὐτοῦ τέχνην, ὡς βασιλεὺς κατακείμενος. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς εὐδαιμονίας αὐτοῦ, ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸν σοφὸν Ὅμηρον οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὸν, οὔτε ἀρῶ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα, καὶ τὰ αὐτόροτα πρῶτα νέμεται. καὶ μὴν ῥήτορά τε, καὶ γεωμέτρην, καὶ χαλκέα, οὐδὲν κωλύει τὴν ἑαυτοῦ τέχνην ἐργάζεσθαι, ἐάν τε πονηρὸς, ἐάν τε καὶ μοχθηρὸς ᾖ, ψοφιτεῖν δὲ οὐδεὶς δύναται ἢ μοχθηρὸς ὤν, ἢ πονηρός. ΤΥΧ. παπαῖ. οἵαν χρῆμα ἀποφαίνῃ τὴν ψοφιτικήν· ὥστε καὶ αὐτός ἤδη βούλεσθαί μοι δοκῶ ψόφιτος εἶναι αὐτὴν τοῦτον ὃς εἰμι. ΠΑΡ. ὡς μὲν οὖν κοινὴν πάντων ἁπλῶς φέρειν, δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. φέρε δὴ ὡς καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης ἁψώμεθα, σκοπῶμεν. ὃ μὲν δὴ ταῖς βαναύσοις τέχναις ψοφᾶλλειν αὐτὴν, αὐόητόν ἐστι· καὶ μᾶλλόν πως καταισχύνειν τὸ ἀξίωμα τῆς τέχνης.

A ΤΥ C. Quid autem? nonne qui alienas res accipiunt, tibi iniustè agere videtur? PAR. Et quî non? TYC. Quomodo ergo parasitus aliena accipiens, solus extra iniusti noxiam habendus est? PAR. Huius quæstionis causſam tibi non possum reddere: verùm aliarũ artium principia plerunque sunt vilia atque simplicia, parasiticæ autem principium admodum generosum & illustre est. Etenim omnibus modis iactatum ac tritum illud amicitiæ nomen, nõ inueneris aliud quàm parasiticæ esse auspicium. TYC. Quomodo dicis? PAR. Quoniam nemo inimicum aut ignotum hominẽ, sed ne mediocriter quidem familiarem ad cœnam B vocat: sed necessarium est vt antè cum illo amicitiam contraxerit, quàm eum libationis & mensæ participem fecerit, atque ad huius artis mysteria admiserit. Audiui ego sæpenumero dicẽtes quospiam, Cuiusmodi ille amicus est, qui neque edit neque bibit vnquam nobiscum? quasi eum qui vnà cibum capiat atque combibat, solum fidum amicum esse existimẽt. Quòd autem ars sit omnium præstantissima, inde facillimè poteris cognoscere. Etenim artes reliquas non tantùm graui- C ter laborantes, & sudore perfluentes, sed per Iouem sedentes aut stantes exercent, quasi artibus seruiliter mancipati sint: at parasitus veluti addicto mancipio sua arte vtitur, veluti rex accumbẽs otiosus ab animo. Illa autem quorsum recensere attinet, certissima felicitatis parasiticæ documenta, quòd solus iuxta sapiẽtem Homerum, neque vllam plantam inserit manibus, neque terram versat aratro, sed citra arationem, citráque sementem omnia parasitando consequitur? Præterea rhetori aut mathematico aut fabro ærario nihil obstare video quominus artem suam exerceat, etiamsi improbus fuerit D aut morio: porrò autem parasitum agere nemo potest, qui aut stultus fuerit, aut improbis moribus. TYC. Papæ! cuiusmodi rem ostendisti esse parasiticam! Itaque & me iam ea inuasit libido, vt parasitus esse cupiam pro eo qui nunc in præsens sum. PARA. Itaque quemadmodum omnibus aliis artibus potior sit parasitica communiter, abundè mihi demonstratum esse opinor. Age nunc deinceps quomodo priuatim quoque excellat singulas, considerabimus. Vt autem hanc cum mechanicis aut manuariis artibus conferam, ineptum mihi esse videtur, aut potiùs eius qui huiusce artis dignitatem indignis modis subuerteret.

Sed illud potiùs, quomodo maximas atque pulcherrimas ſua præſtantia exuperet, demonſtrandum eſt. Eſt autem in confeſſo apud omnes, rhetoricam atque philoſophiam cæteris longè celebriores haberi, quas plerique propter generoſitatem atque cognitionem omnibus anteponunt. Proinde poſteaquam oſtendero & his lõgè potiorem eſſe paraſiticam, ſatis conſtabit eandem quoque cæteris artibus vniuerſis longè latéque præſtare, *Odyſſ. ζ.* veluti Nauſicaa corporis venuſtate atque proceritate omnes præcellebat famulas. Equidem communiter vtraſque excellenter anteit, & rhetoricam, & philoſophiam. Primùm quantum attinèt ad artis ſubſtantiam. Illa enim ſubſiſtit, hæc verò minimè. Neque enim de rhetorica *Quintil. lib. 2. c. 17.* eadem omnium eſt ſententia, neque eandem idem omnes eſſe ſentimus, ſed nonnullis ars eſſe videtur, nonnullis ab arte ſeiuncta. Plerique etiam prauitatẽ quandam artis ſeu impoſturam eſſe exiſtimãt, alij aliud. Haud alia eſt hominum de philoſophia diſputantium opinio. Aliter enim Epicuro res philoſophicæ habere videntur, aliter Stoicis, aliter Academicis, ſecus quoque Peripateticis. Et quid multis opus eſt? Omnino alius aliam rem philoſophiam eſſe contendit & comminiſcitur: & ad hunc vſque diem neque illi ſuã obtinent ſententiam, neque ars illorum vna eſſe videtur. Ex quibus omnibus hãc mihi coniecturam facere licet, quòd ſtatim ſub initium illam artem eſſe negem, cuius nulla eſt ſubſtantia: quoniam cur tandem arithmeticam vnam eſſe videmus, quàm quòd bis duo & apud nos & apud Perſas ſint quatuor, nec diſcrepant hæc neque apud Græcos, neque apud Barbaros? At philoſophias varias atque multiplices eſſe videmus, prẽterea neque fines neque principia illarum cõcordare.

TYC. Vera dicis. Etenim vnam philoſophiam eſſe aſſeueranter affirmant, ipſi verò multarum ſunt auctores. PAR. Atqui in reliquis artibus, quanquã nonnihil diſcreparet, quiſpiam verò progreſſus illud ignoſcendum eſſe contenderet, proptrea quòd alioqui perfectæ eſſent, earúmque cognitiones nõ forent ambiguæ aut mutabiles, certè ille repudiãdus non eſſet. At philoſophiam quis tanquam neceſſariam ſuſtineret vnam & ſimplicem non exiſtentem, ac ferè vbique ipſam ſecum diſcrepantem, longè magis quàm inſtrumenta quæ ſunt diuerſiſſima? Siquidem non eſt vna philoſophandi ſcientia aut ratio, poſtquam innumeras eſſe conſpicio.

A ἀλλ' ἔτι γε μᾶλλον τῶν μεγίστων καὶ καλλίστων τεχνῶν διαφέρειν δεικτέον. ὡμολόγηται γὰρ δὴ παρὰ πάντων, τήν τε ῥητορικὴν καὶ τὴν φιλοσοφίαν, αἷς διαφέρειν λαμπρότητα καὶ ἐπιστήμας ἐπιφαίνονται τινες. ἐπειδὴ γοῦν καὶ τούτων ἀποδείξαιμι τὴν παιδαγωγικὴν πολὺ κρατοῦσαν, σχολῇ δηλονότι τῶν ἄλλων τεχνῶν δόξειε προφέρεσθαι, καθάπερ ἡ Ναυσικάα τῶν θεραπαινίδων. κοινῇ μὲν οὖν ἀμφοῖν διαφέρειν, καὶ τῆς ῥητορικῆς, καὶ τῆς φιλοσοφίας, πρῶτον κρῖναι τὴν ὑπόστασιν. ἡ μὲν γὰρ ὑφέστηκεν, αἱ δὲ, οὔ. οὔτε γὰρ B καὶ τὴν ῥητορικὴν ἔν τι, καὶ ὃ αὐτὸ νομίζομεν, ἀλλ' οἱ μὲν, τέχνην, οἱ δὲ, πονηρίαν, ἀτεχνίαν, ἄλλοι δὲ, κακοτεχνίαν, ἄλλοι δὲ, ἄλλό τι. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν καθ' ἑαυτὰ, καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν. ἕτερος μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ πράγματα ἔχειν, ἕτερος δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἕτερος δὲ, τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας, ἕτερος δὲ, τοῖς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, καὶ ἁπλῶς, ἄλλος ἄλλην ἀξιοῖ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι. καὶ μέχρι γε νῦν, οὔτε οἱ αὐτοὶ γνώμης κρατοῦσιν, οὔτε αὐτῶν ἡ τέχνη μία φαίνεται. ὅθ' ὧν C δηλονότι πεπαίρεσθαι καταλείπεται· ἀρχὴν γὰρ φημι μήτε εἶναι τέχνην, ἧς ὅλη ἔστιν ὑπόστασις. ἐπεὶ τί δή ποτε ἀριθμητικὴ μὲν, μία ἐστὶ καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ δὶς δύο παρά γε ἡμῖν, καὶ παρὰ Πέρσαις, τέτταρά ἐστι, καὶ συμφωνεῖ ταῦτα καὶ παρὰ Ἕλλησι, καὶ βαρβάροις; φιλοσοφίας δὲ πολλὰς καὶ διαφόρους ὁρῶμεν, καὶ οὔτε τὰς ἀρχὰς οὔτε τὰ τέλη σύμφωνα πασῶν. ΤΥ. ἀληθῆ λέγεις. μίαν μὲν γὰρ τὴν φιλοσοφίαν εἶναι λέγουσιν· αὐτοὶ δὲ αὑτοῖς ποιοῦσι πολλάς. D ΠΑΡ. καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι κατ' αὐτὰς ἀσύμφωνον εἴη, καὶ προέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μέσας τε δοκοῦσι, καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμεταπτωτοι, ὡς δεκτέος ἂν εἴη. φιλοσοφίαν δέ τις ὡς ἀναίσχυντον, ἀνάρχητον μὴ μίαν εἶναι, καὶ μηδὲ σύμφωνον αὐτὴν ἑαυτῇ μᾶλλον τῶν ὀργάνων. μία μὲν οὐκ ἔστι φιλοσοφία, ὅπερ ὁρῶ καὶ ἄπειρον οὖσαν.

πολλαὶ δὲ οὐ δυνάσται εἶ), ἐπειδήπερ ἡ φι- A Multæ autem esse non possunt, quando-
λοσοφία μία. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς ῥητορικῆς ἔστιν εἰπεῖν τινα φαίη τις ἄν. ὃ γὰρ περὶ ἑνὸς προκειμένου ἔστι μὴ λέγειν ἅπαντας, ἀλλὰ μάχεσθαι εἶ) φορᾶς ἀντιδόξου, ἀπόδειξις μεγίστη τοῦ μηδὲ τὸν ἄρχειν εἶ) τοῦτο, οὗ μία κατάληψις οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ ζητεῖν τὸ, τί μᾶλλον αὐτῶν ἐστι, καὶ τὸ μηδέποτε ὁμολογεῖν μίαν εἶ), τοῦτο αὐτὸν αἴρει τὸ ζητουμένου τὸν οὐσίαν. ἡ μέντοι παρασιτικὴ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρβάροις μία ἐστὶ, καὶ κατὰ ταὐτὰ, καὶ ὡσαύτως. καὶ οὐκ ἂν εἴποι τις B quam dissimilis est, sed vna atque eadem
ἄλλως μὲν τοὺς δὲ, ἑτέρως δὲ τοὺς παρασιτεῖν. οὐδὲ εἰσὶν ὡς ἔοικεν ἐν παρασίτοις τινὲς, οἷς Στωϊκοὶ, ἢ Ἐπικούρειοι, δόγματα ἔχοντες διάφορα, ἀλλὰ πᾶσι περὶς ἅπαντας ὁμολογία τις ἐστὶ, καὶ συμφωνία τῶν ἔργων, καὶ τοῦ τέλους. ὥστε ἐμοί γε δοκεῖ ἡ παρασιτικὴ κινδυνεύειν κατά γε τοῦτο, καὶ σοφία εἶ). ΤΥ. πάνυ μοι δοκεῖς ἱκανῶς ταῦτα εἰρηκέναι. ὡς δὲ καὶ τὰ ἄλλα χείρων ἐστὶν ἡ φιλοσοφία τῆς σῆς τέχνης, πῶς ἀποδείκνυσι; ΠΑΡ. ὀκνῶ ἀνάγκη πρῶτον εἰπεῖν, ὅτι φιλοσοφίας μὲν οὐδέποτε ἤρξατο παράσιτος, παρασιτικῆς δὲ πάμπολλοι ἐπιθυμήσαντες μεμνημένοι φιλόσοφοι, καὶ μέχρι γενῶν ἐρῶσι. ΤΥ. καὶ τίνας αὖ ἔχοις εἰπεῖν φιλοσόφους, παρασιτεῖν σπουδάσαντας; ΠΑΡ. οὓς τινας μέντοι, ὦ Τυχιάδη, καὶ σὺ γιγνώσκων, ὑποκρίνῃ ἀγνοεῖν κἀμέ, ὡς κατά τινος αὐλῆς αἰσχύνης ἐστεῦθεν γιγνομένης, οὐχὶ τιμῆς. ΤΥΧΙΑ. οὐ, μὰ τὸν Δί', ὦ Σίμων, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀπορῶ οὓς τινας καὶ δύ- D
ναιο εἰπεῖν. ΠΑΡ. ὦ γενναῖε, σύ μοι δοκεῖς αἰνήκοος εἶ) καὶ τῶν ἀναγραφόντων τοὺς ἐκείνων βίους, ἐπεὶ πάντως δὴ καὶ ἐπιγνῶναι οὓς τινας λέγω, δυνάμενο. ΤΥΧΙΑ. καὶ μέντοι, νὴ τὸν Ἡρακλέα, πάνυ δὴ ἀκούειν τινὲς εἰσίν. ΠΑΡ. ἐγώ σοι δείξω, καὶ καταλέξω αὐτοὺς ὄντας οὐχὶ τοὺς φαύλους, ἀλλ' ὧν ἐγὼ δοκῶ, τοὺς ἀρίστους, ἢ ὡς ἥκιστα οἴει.

ever philosophia vna est. Non disparia de rhetoricæ quoque substantia quispiam dicere possit. Nam de vna re proposita omnes nõ idem sentire & dicere, sed super præceptionibus diuersis pugnare sententiis, documentum est certissimum ne principium quidem illius artis esse probabile, cuius non est vna cognitio. Etenim quærere quid potissimùm ex illis æstimanda sit rhetorica, ac nondum fateri vnam esse, omnem eius quod quæritur, tollit essentiam. Porrò autem ipsa parasitica non perinde se habet, sed & inter Græcos & inter barbaros sui nunquam dissimilis est, sed vna atque eadem parasitandi ratio vbique. Neque quispiam dixerit, aliter hos aliter illos exercere parasiticam. Neque sunt inter parasitos, vt vides, discrepantium sectarum auctores, cuiusmodi sunt aut Stoici, aut Epicurei, dogmata habentes pugnantia, sed vna omnibus apud omnes est professio, operúmque & finis concordia. Itaque, vt mihi videtur, periculum est ne ex his omnibus iam à me adductis, parasitica quoque sit singularis & præcipua quædam sapientia. ΤΥ C. Videre mihi ista C sufficienter disseruisse. Quòd autem & in aliis philosophia tua professione parasitica deterior existimanda sit, quomodo planum facies? ΠΑΡ. Ergo illud mihi sub initiũ dictu perneccessarium est, nullum parasitum vnquam philosophiam amasse: at parasiticæ desiderio permultos arsisse philosophos testãtur historiæ: quo desiderio etiam nunc tenentur. ΤΥ C. Et quosnam memorare potes philosophos qui parasiticæ operam dederint? ΠΑΡ. Eos quidem, ô Tychiade, quos neque tu ignoras, sed data opera me quoq; ignorare ciuiliter simulas, veritus ne ea ex re dedecus illis potiùs quàm honorẽ conciliem. ΤΥ C. Non per Iouem hoc mihi in mentem venerat, ô Simo, attamen vehementer animi pendeo quósnam ei rei vnquam seruientes possis producere. ΠΑΡΑ. O generose, equidem tu mihi rudis & imperitus esse vidêre eorum qui philosophorum vitas memoriæ proditas ad posteros transmiserunt: omnino enim eosdem quos dico legere potuisses. ΤΥ C. Atqui per Herculem iam mirabiliter audire gestio qui tandem illi sint. ΠΑΡΑ. Ego tibi eosdem demonstrabo, & nominatim perstringam, & quidem minimè malos, aut infimæ conditionis philosophos, sed vt ego opinor, ferè ex omnibus præstantissimos, & de quibus hoc vel suspicari indignũ facinus esse putasses.

Enim vero Æschines ille Socraticus, longis illis & lepidis dialogis summo sermonis nitore atque munditia conscriptis, semel venit in Siciliam, eosdem vnà secum ferens, vt si quo modo fieri posset, eorũ opera Dionysio tyranno innotesceret. Tandem verò lecto Miltiade, visus sibi non mediocrem adiunxisse & laudem & opinionem, reliquum tẽpus permansit in Sicilia, parasitans Dionysio, Socraticis disceptationibus longum valere iussis. Quid autem? nónne & Aristippus ille Cyrenæus vnus ex præstantibus & eximiis philosophis tibi esse videtur? TYC. Maximè. PAR. Et ille per id ætatis Syracusis versatus est parasitando apud Dionysium. Itaque ex omni parasitorum numero ille in maximo pretio habitus fuit apud illum. Erat enim præter cæteros ad hanc artem singulari præditus industria: quare & coquos quotidie ad illum missitare solitus est Dionysius, quò apparatiùs tanto magistro artem perdiscerent culinariam. Ille sanè videtur etiam artem pro dignitate excoluisse. Quin etiam Plato vester generosissimus, & ipse non aliam ob caussam in Siciliam profectus est: ac sanè pauculos aliquot dies parasitatus, statim ab incepta parasitatione propter artis imperitiam elapsus est. Rursus autem Athenas regressus, cùm variis semet studiis exercuisset & adornasset, deinceps secunda vice in Siciliam nauigando contendit, vbi iterum pauculos aliquot dies cœnatus, ob parasitandi imperitiam Dionysio excidit. Et hæc quæ Platoni in Sicilia parum scitè parasitãti accidit aduersitas, persimilis mihi esse videtur Niciæ. TY. Et quis ea Simo de Platone tibi dixit? PAR. Equidem & alij complures: porrò autem Aristoxenus Musicus vir clarus atque memorabilis, & ipse Nelei parasitus fuit. Quòd verò Euripides apud Archelaum parasitum egerit vsque ad extremum vitæ diem, Anaxarchus autem apud Alexãdrum, planè tibi compertum est. Neque Aristoteles parasiticam intactam reliquit, sed eandem vt reliquas artes omnes exorsus est. Philosophos quẽadmodum parasiticæ operam dederint, ostendi: parasitum verò nemo vnquã potest producere qui philosophandi captus sit desiderio. Et sanè si felicitas putanda est, neque fame discruciari, neque siti vrgeri, neque algore torqueri: hęc nemini alteri quàm parasito suppetunt. Itaque philosophorum non parum multos quispiam inuenerit & algentes grauiter & esurientes,

Αἰσχίνης μὲν οὖν ὁ Σωκρατικὸς οὗτος, ὁ τοὺς μακροὺς καὶ ἀστείους διαλόγους γράψας, ἦλθέ ποτε εἰς Σικελίαν κομίζων αὐδεὶς, ὅπως εἰ δυνατὸν δι' αὐτῶν γνωσθείη Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ· καὶ τὸν Μιλτιάδην αἰσγνοὶς, καὶ δόξας οὐδοκιμηκέναι, λοιπὸν ἐκάθητο ἐν Σικελίᾳ παρασιτῶν Διονυσίῳ, καὶ τοῖς Σωκρατικοῖς διατριβαῖς ἐρρῶσθαι φράσας. τί δ' ἡ Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος οὐχὶ τῶν δοκίμων φαίνεταί σοι φιλοσόφων; ΤΥ. ἔγωγε πάνυ. ΠΑ. καὶ οὗτος μέντοι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον διέτριβεν ἐν Συρακούσαις παρασιτῶν Διονυσίῳ. πάντων γοῦν ἀμελεῖ τῶν παρασίτων αὐτὸς οὐδοκιμεῖ παρ' αὐτῷ. καὶ γὰρ ἐν πλέον τι τῶν ἄλλων ἔσχε τὴν τέχνην δι' φυῆς· ὥστε τοὺς ὀψοποιοὺς ὁσημέραι ἔπεμπε παρὰ τοῦτον ὁ Διονύσιος, ὡς παρ' αὐτῷ μαθησομένους. οὗτος μέντοι δοκεῖ κοσμήσαι τὴν τέχνην ἀξίως. ὁ γὰρ Πλάτων ὑμῶν ὁ γενναιότατος, καὶ αὐτὸς μὲν ἦκεν εἰς Σικελίαν ὑπὸ τούτῳ, καὶ ὀλίγας παρασιτήσας ἡμέρας τῷ τυράννῳ, τῆς παρασιτεῖν ταχὺ ἀφυίας ἔξέπεσε, καὶ πάλιν Ἀθήναζε ἀφικόμενος, καὶ φιλοπονήσας, καὶ παρασκευάσας ἑαυτὸν, αὖθις δευτέρῳ σόλῳ ἐπέπλευσε τῇ Σικελίᾳ· καὶ δειπνήσας πάλιν ὀλίγας ἡμέρας, ταχὺ ἀμαθίας ἐξέπεσε. καὶ αὕτη ἡ συμφορὰ Πλάτωνι περὶ Σικελίαν, ὁμοία δοκεῖ γενέσθαι τῇ Νικίου. ΤΥ. καὶ τίς, ὦ Σίμων, περὶ τούτου λέγει; ΠΑΡ. πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, Ἀριστόξενος δ' ὁ μουσικὸς, πολλοῦ λόγου ἄξιος, καὶ αὐτὸς ἦν παράσιτος Νηλέως ἐκεῖ. Εὐριπίδης μὲν γὰρ ὅτι Ἀρχελάῳ μέχρι τοῦ θανάτου παρέσχετο, καὶ Ἀνάξαρχος Ἀλεξάνδρῳ, πάντων ὁμολογεῖται. καὶ Ἀριστοτέλης δὲ τῆς παρασιτικῆς ἥψατο μόνον, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. φιλοσόφους μὲν οὖν, ὥσπερ ἐγὼ, παρασιτικὰ σοφιζομένους, ἔδοξα· παρασίτους δ' οὐδεὶς ἔχει φράσαι, φιλοσοφεῖν ἐθελήσαντας. καὶ μέντοι εἰ ἔστιν οὐδαμοῦ ὃ μὴ πεινῇ, μηδὲ διψῇ, μηδὲ ῥιγοῖ, ταῦτα οὐδενὶ ἄλλῳ ὑπάρχει, ἢ παρασίτῳ. ὥστε φιλοσόφους μὲν εἴ τις πολλοὺς κατὰ ῥιγοῦντας, καὶ πεινῶντας εὕροι,

παράσιτον δὲ οὔ. ἢ οὐκ αὖ εἴη παράσιτος, ἀλλά δις τυχὸς τις, ἢ πλωχὸς αὖ θέρμος, ἢ φιλοσόφῳ ὅμοιος. ΤΥ. ἱκανῶς ταῦτά γε. ὅτι δὲ καὶ κρεῖττον πολλὰ διαφέρει φιλοσοφίας, καὶ ῥητορικῆς ἡ παρασιτική, πῶς ἀποδείξεις; ΠΑ. Εἰσὶν, ὦ βέλτιστε, καιροὶ τοῦ τῆς ἀνθρώπων βίου, ὁ μὲν τις, εἰρήνης, οἶμαι, ὅδ' αὖ, πολέμου. ἐπὶ δὴ τούτοις πᾶσα ἀνάγκη φανερὰς γίνεσθαι τὰς τέχνας, καὶ τοὺς ἐχομένους ταύτας ὁποῖοί τινές εἰσι. πρότερον δὲ εἰ δοκεῖ, σκοπώμεθα τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, καὶ τίνες ἂν εἶεν μάλιστα χρησιμώτατοι, ἴδιά τε ἕκαστος αὐτῷ, καὶ κοινῇ τῇ πόλει. ΤΥ. ὡς οὐ μέτριον ἀγῶνα καταγγέλλεις τῶν ἀνδρῶν· καὶ ἔγωγε πάλαι γελῶ κατ' ἐμαυτὸν, ἐννοῶν ποῖος ἂν εἴη συμβαλλόμενος παράσιτῳ φιλόσοφος. ΠΑ. ἵνα τοίνυν μὴ πάνυ θαυμάζῃς, μηδὲ ὃ πρᾶγμά σοι δοκῇ χλιδῆς ἄξιον, φέρε προτυπωσώμεθα πρὸ ἡμῶν αὐτῶν, ἠγγέλθαι μὲν αἰφνίδιον εἰς τὴν χώραν ἐμβεβληκέναι πολεμίους, εἰ δὲ ἀνάγκη ἐπεξιέναι, καὶ μὴ προϊέσθαι ἔξω διαιουμένων τὴν γῆν· τὸν στρατηγὸν δὲ παραγγέλλειν ἀπάντας εἰς τὸν καταλογον τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ δὴ χωρεῖν ἐπὶ τοὺς ἄλλους· ἐν δὲ δὴ τούτοις, φιλοσόφους τινὰς, καὶ ῥήτορας, καὶ παρασίτους. πρῶτον τοίνυν ἀποδύσωμεν αὐτούς, ἀνάγκη γὰρ τοὺς μέλλοντας ὁπλίζεσθαι, γυμνοῦσθαι πρότερον. ἴθι δὴ τοὺς ἀθλητὰς, ὦ γυναῖε, καὶ ἕκαστον, καὶ δοκίμαζε τὰ σώματα· τοὺς μὲν τοίνυν αὐτῶν, ἐὰν σὺ δείας ἴδοις αὐτοὺς, καὶ λεπτοὺς, καὶ ὠχροὺς πεφυκότας, ὥσπερ ἤδη τραυματίας πρειαμένους. ἀγῶνα μὲν γὰρ, καὶ μάχην σταδίαν, καὶ ὠθισμὸν, καὶ κόνιν, καὶ τραύματα, μὴ γελοῖον ᾖ λέγειν, δύνασθαι φέρειν ἀνθρώπους ὥσπερ ἐκείνους τινὰς δεομένους ἀναλήψεως. ἄθρει δὲ πάλιν μεγαλαυχοῦντας, τὸν παράσιτον, ὁποῖός τις φαίνεται. ἆρ' οὐχ ὁ μὲν, ὃ σῶμα πρῶτον πολὺς, καὶ ὃ χρῶμα ἁδρὸς, οὐ μέλας δὲ, οὐδὲ λευκὸς (ὃ μὲν γὰρ γυναικὶ, ὃ δὲ, δούλῳ πρόσοικεν) ἔπειτα θυμοειδὴς, δριμὺ βλέπων, ὁποῖον ἡμεῖς μέγα, καὶ ὕφαιμον.

A parasitum verò nequaquam. Aut alioqui parasitus habendus non esset, sed infelix quispiam, aut mendicus circumforaneus, aut etiam philosopho similis. TYC. Hæc equidem tibi satis superque disputata sunt. At philosophia atque Rhetorica etiam reliquis potiorem esse parasiticam, quomodo comprobabis? PAR. Sunt in vita humana tempora, ô optime, alia quidē pacis, vt opinor, alia verò belli. Iam in his omnibus modis necessarium est artes cuiusmodi sint manifestas fieri; sed & illi necessum est vt se aperiant qui artibus sunt imbuti. Primùm autem, si ita tibi videtur, tempus belli subducta B ratione excutiamus, & quinam ingruente bello omnium maximè tum sibi ipsis priuatim, tum Reipub. sunt vtiles. TYC. Quàm non mediocre virorum certamen annuncias! Et ego iamdudum apud me ipse rideo, cogitabundo animo mecum considerans cuiusmodi futurus sit philosophus cum parasito comparatus. PAR. Ne verò nimia capiaris admiratione, néve hanc rem cauillo aut subsannatione dignam existimes, age hoc totum expressis typis oculis nostris subiiciemus. Annuntiatum est ex improuiso hostes in re- C gionem irruptionem fecisse; perneccessarium autem est collecta manu illis exire obuiam: neque enim per socordiam cōmittendum est vt impune abactis pecoribus agros nostros deuastent atque depopulentur. At dux belli denunciat vt ad delectum faciendum iuuenes confluant, alij verò discedant. Sint autem inter hos nonnulli & philosophi, & rhetores, & parasiti. Itaque initiò abiectis vestimentis exuimus nos. Quippe qui armis induendi sunt, antè se denudent necesse est. Proinde intentis oculis specta ô generose vnumquenque ex ordine, habitóque D delectu probato corpora. Itaque illos propter victus indigentiam haud dubiè visurus es tenues atque pallidos, & planè corpore horrido, quasi iam confecti sint vulneribus. Quiergo non sumnè foret ridiculum, affirmare eiusmodi viros perferre posse certamen, aut pugnam stataria m, aut impressionem, aut puluerematque vulnera, qui curatione aliqua refocillandi sunt? At iam contrà ab illis regressus, parasitum quo corpore appareat, contemplare. Nunquid non ille membris præditus est planè gladiatoriis, ac colore viuo atque iucundo, neque nigro, neque rursus peralbo? (Hoc enim muliebre esset, illud seruile.) Deinde animosus quoq; terribile quiddam obtuēs, vultu minaci & rubicūdo, quod parasitorum est proprium.

Neque enim conſultum factu videtur, hominem meticuloſum, aut fœmineis oculis præditũ, in aciem producere. Nunquid non igitur iſtiuſmodi ſit elegans & viuens armatus, elegans etiam ſi honeſtè in prælio ceciderit? Sed quorſum iſtis collationibus vtimur, cùm illorum exempla nobis in promptu parata ſint? Vt enim ſimpliciter quæ ſentio eloquar, priorum rhetorum atque philoſophorum partim extra murum in bellum progredi nunquam auſi ſunt. Quòd ſi quis etiam neceſſariò coactus militatũ egreſſus eſt, illum ego deſerta acie turpiter aufugiſſe dico. TYC. Quàm admirãda omnia, & quàm nihil exiguum aut mediocre polliceris! PAR. Nihilo ſecus tamen orationem ſemel exorſus expediam. Equidem ex rhetorum numero Iſocrates, ne ſemel quidẽ in bellum egreſſus eſt, at ne in foro quidem iudiciali vnquam orationem habiturus aſcẽdit, propter animi puſillanimitatem. Opinor verò & ob hoc ipſum illi vocem defuiſſe. Præterea nonne Demades & Æſchines & Philocrates timore ſtatim conſternati bellum Philippo indicente, vrbẽ atque ſeipſos hoſti prodiderunt, neque non pertinaciter perſeuerarũt Athenis illius res atque negotia ſemper adminiſtrantes? adeò vt ſi quis etiam alius Athenienſium eandem ſequeretur bellandi rationem, protinus in illorum amicitiam adſciſcebatur. At verò Hyperides, & Demoſthenes, & Lycurgus, qui paulo videbantur cæteris animoſiores, tametſi in concionibus ſubinde tumultuarentur, ac Philippum contumelioſis dictis proſcinderent, quodnam memorabile facinus in eo bello quod aduerſus illum geſſere Athenienſes, ediderunt? Equidem Hyperides & Lycurgus nunquã egreſſi ſunt, ſed neque vel modicum exerto è portis capite auſi ſunt proſpicere, verùm intra murum clauſi ſedebant, iam apud ſe ipſi obſidionem perferentes, ſententiolas atque ſenatuſconſulta componentes. Sed enim anteſignanus illorum atque coryphæus, nempe Demoſthenes, cui iſta pro concionibus ciuium auribus ſubinde occinere moris erat: Philippus, Macedonum exitium, à quo ne mancipium quidem aliquis emere ſuſtineret: auſus venire in Bœotiam, priuſquam vterq; exercitus commixtus ad manus deueniret, abiecto clypeo aufugit, magna cum ignominia atque dedecore. An & hæc antea neminem commemorantem audiſti, quæ nedum Athenienſibus pro certo comperta ſunt, ſed & Scythis & Thracibus, vnde illud piaculum profectum fuerat? TYC. Iſta equidem mihi compertè nota ſunt.

A ὃ γὰρ καλὸν δεδοικότα καὶ θῆλυν ὀφθαλμὸν εἰς πόλεμον φέρειν. ἆρ' οὐχ οὕτω τοίνυν καλὸς μὲν γέγονεν αὖ, ἔζων ὁπλίτης, καλὸς δὲ κἂν ἀποθάνοι καλῶς; ἀλλὰ τί δὴ ταῦτα εἰκάζειν, ἔχοντας αὐτῶν παραδείγματα; ἁπλῶς γὰρ εἰπεῖν, τὸ πολέμιον τῶν πώποτε ῥητόρων, ἢ φιλοσόφων, οἱ μὲν ὅλως ὑπέμειναν ἔξω τῶν τείχους προελθεῖν. Εἰ δέ τις καὶ διαλαθὼν προεξέλθοι, φημὶ τὸν λείψανα τὴν τάξιν, ὑποστρέφειν. ΤΥ. ὡς θαυμάσια πράγματα, κἀδόκει ὑπισχνῇ μέτριον. ΠΑ. λέγω δὲ ὅμως. τῶν μὲν τίνων

B ῥητόρων, Ισοκράτης οὐχ ὅπως εἰς πόλεμον ἐξῆλθέ ποτε, ἀλλ' οὐδ' ὑπὲρ δικαστηρίου αἰέκα, δίκην δίλιαν, οἶμαι, ὅτι οὐδὲ τὴν φωνὴν δίκην τοῦτο εἶχε. τί ἔτι; οὐχὶ Δημάδης μὲν, καὶ Αἰσχίνης, κἀ Φιλοκράτης ὑπὸ δείους θὠμὸς τῆς καταγελείας τοῦ Φιλίππου πολέμου, τὴν πόλιν προῆδοσθην, κἀ σφᾶς αὐτοὺς τῷ Φιλίππῳ, κἀ διετέλεσθην Αθηναίοις αἰεὶ τὰ ἐκείνου πολιτευόμενοι; ὡς εἴγέ τις ἢ ἄλλος Αθηναῖος, κατ' αὐτὰ ἐπολέμει, καὶ ἐκεῖνος ἐν αὐτοῖς ἦν φίλος. ὁ Υπερίδης δὲ, καὶ Δημοσθένης, ἢ Λυκοῦργος, οἵ γε δοκοῦντες αὐδριότεροι, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις αἰεὶ θορυβοῦντες κἀ

C λοιδορούμενοι τῷ Φιλίππῳ, τί ποτε ἀπειργάσθην γενναῖον ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν πολέμῳ; κἀ Υπερίδης μὲν, ἢ Λυκοῦργος, οὐδ' ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐτόλμησαν μικρὸν ἔξω προκύψαι τῶν πυλῶν, ἀλλ' ἐντειχίσθην καὶθῆντο, πρὸ αὐλοῖς ἤδη πολιορκούμενοι, γνωμιδίοις, ἢ προβουλευμάτια συντιθέντες. ὁ δὲ δὴ κορυφαῖος αὐτῶν, ὁ ταῦτα λέγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σωτὴρ· Φίλιππος γὰρ ὁ Μακεδόνων ὄλεθρος, ὅθεν οὐδὲ ἀνδράποδον πρίαιτο τις πώποτε, βλημένος προελθὼν

D εἰς τὴν Βοιωτίαν πρὶν ἢ ξυμμίξαι τὰ στρατόπεδα, κἀ ξυμβαλεῖν εἰς χεῖρας, ῥίψας τὴν ἀσπίδα, ἔφυγεν. ἢ ἀδέπω ταῦτα πρότερον ἀκήκοας ἀδενός, πάνυ γνώριμα ὄντα, ἀχ ὅπως Αθηναίοις, ἀλλὰ Θραξὶ, κἀ Σκύθαις, ὅθεν ἐκεῖνο τὸ κάθαρμα ἦν; ΤΥ. ἐπίσταμαι ταῦτα.

ἀλλ' ἔστι μὲν ῥήτορες, οἷς λόγους λέγειν ἠσκη- A
κότες, ἀρετὴν δὲ, οὔ. τί δὲ περὶ τῶν φιλοσό-
φων λέγεις; ἃ γὰρ δὴ τούτους ὥσπερ ἐκείνους
ἔχεις αἰτιᾶσθαι. ΠΑ. ἔστι πάλιν, ὦ Τυχιάδη, οἱ περὶ τῆς ἀνδρίας ὁσημέραι διαλεγόμε-
νοι, καὶ κατατείνοντες ὃ τῆς ἀρετῆς ὄνομα,
πολλῷ μᾶλλον τῶν ῥητόρων φανοῦνται δειλό-
τεροι, καὶ μαλακώτεροι. σκόπει δὴ ἅτε πρῶ-
τον μὲν, οὐκ ἔστιν ὅστις εἰπεῖν ἔχοι φιλόσοφον
ἐν πολέμῳ τετελευτηκότα· ἤτοι γὰρ οὐδὲ ὅ-
λως ἐστρατεύσαντο, ἢ εἰ ὅπερ ἐστρατεύσαντο,
πρώτους ἔφυγον. Ἀντισθένης μὲν οὖν, καὶ Διο-
γένης, καὶ Κράτης, καὶ Ζήνων, καὶ Πλάτων, καὶ B
Αἰσχίνης, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ πᾶς σύστημα ὁ ὅμι-
λος, ὅτε εἶδον τὴν τάξιν, μόνος δὲ τολμήσας
ἐξελθεῖν εἰς τὸν ἐν τῇ πόλει μέλλω ὁ σοφὸς
αὐτῶν Σωκράτης, φεύγων ἐκεῖθεν ἀπὸ τῆς
Παρνηθος, εἰς τὴν Ταυρέᾳ παλαίστραν κα-
τέφυγε· πολὺ γὰρ αὐτῷ ἀσφαλέστερον ἐδόκει μετ'
τῶν μειρακυλλίων καθεζόμενον ὠρχίζειν, καὶ
σοφισμάτια προβάλλειν τοῖς ἀντυγχάνουσιν,
ἢ αὐτοῖς Σπαρτιάτῃ μάχεσθαι. ΤΥ. ὦ γεν-
ναῖε, ταῦτα μὲν ἤδη καὶ πρὸ ἄλλων ἐπυθόμην, C
ὦ, μὰ Δία, σκώπτειν αὐτοὺς καὶ ὀνειδίζειν βου-
λομένων· ὥστε οὐδέν τι μοι δοκεῖς χρειζόμε-
νος τῇ σαυτοῦ τέχνῃ καταψεύδεσθαι τῶν ἀν-
δρῶν. ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ἤδη φέρε δὴ σὺ τὸν πα-
ράσιτον ὁποῖός τίς ἐστιν ἐν πολέμῳ, δὴ λέγε, δὴ
εἰ ὅλως λέγεται παράσιτός τις γενέσθαι τῶν
παλαιῶν. ΠΑ. καὶ μάλα, ὦ Φιλότης, οὐδεὶς
ἀνήκοος Ὁμήρου, ὅστις αὖ πάμπαν ἰδιώτης
τύχοι, ὅστις οὐκ ἴσασιν τῶν πρὸ αὐτοῦ τοὺς ἀρί-
στους τῶν ἡρώων παράσιτους ὄντας. ὅ, τε γὰρ Νέ-
στωρ ἐκεῖνος, ὃ ἀπὸ τῆς γλώττης ὥσπερ μέλι
ὁ λόγος ἀπέρρει, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως παράσι- D
τος ἦν, καὶ οὔτε τὸν Ἀχιλλέα, ὡσπερ ἐδόκει τε δὴ καὶ ἦν ὃ σῶμα γενναιότατος, καὶ δικαιό-
τατος, οὔτε τὸν Διομήδην, οὔτε τὸν Αἴαντα
ὁ Ἀγαμέμνων οὕτως ἐπῃνέσε τε, καὶ θαυμάζει ὥσπερ τὸν Νέστορα. οὐδὲ γὰρ δέκα Αἴαν-
τας φύγεται γενέσθαι αὐτῷ, οὔτε δέκα Ἀχιλ-
λέας· πάλαι δ' ἂν ἐαλωκέναι τὴν Τροίαν,
εἰ τοιούτους ὁποίους ἦν οὗτος ὁ παράσιτος,

A At illi quidem fuerunt rhetores, quibus studio fuit concionari, & causſas perorare, non virtutem armis exercere. Quid autem de philoſophis habes quod dicas? Neque enim hos quemadmodum illos accuſare potes ignauiæ. P A R. Illi equidem Tychiade, qui quotidianis diſſertationibus multa de fortitudine diſputare conſueuerunt, virtutis nomen nunquam non in ore habentes, multo quàm rhetores apparent fugaciores, ignauiores, atque etiam effœminatiores. Ad hunc verò modum rem conſidera. Principiò quidem nemo eſt vſquam qui pro certo affirmare poſſit vllum philoſophum in bello
B oppetiiſſe: aut potiùs in vniuerſum nunquam meruere ſtipendia: aut ſi meruerunt, omnes audita tuba aufugerunt. Equidem Antiſthenes & Diogenes, & Crates, & Zeno, & Plato, & Æſchines, & Ariſtoteles, & illa vniuerſa philoſophorum turba, nunquam viderũt aciem. Solus autem ſapiens ex illorum numero Socrates ſumpta fiducia in bellum quod ciuitati fuit aduerſus Lacedæmonios, exire auſus, fuga inde ſaluti conſulens, ex Parnethe in Taurei palæſtram diuertit. Exiſtimabat enim ſibi longè fore tutius
C atque ciuilius ſedenti cum puerulis ſtudioſè exornari, ac vnà ſermonem ſociantes ſophiſticis captiunculis illaqueare, quàm cum viro Spartano manus conſerere. T Y C. Ego verò iſta iam olim, ô generoſe, memorata accepi ab aliis, quibus per Iouem nequaquam voluntas erat hæc illis illudendi gratia exprobrare ſicut tibi. Itaque parum gratiæ arti tuæ conciliare vidêre, tantos viros falſis contumeliis afficiẽdo. At ſi videtur, age iam, ac mihi cuiuſmodi vir paraſitus in bello ſit, expedi, & nunquid omnino ex veteribus illis quiſpiam paraſitus fuiſſe credendus eſt. P A R. Atqui ô amice, neminem
D vſqueadeo Homericę poëſeos rudem atque imperitũ eſſe exiſtimo, neque ſi prorſus à literis alienus aut idiota fuerit, qui neſciat apud illũ ex heroibus omniũ præſtantiſſimos paraſitos eſſe. Siquidem Neſtor ille, à cuius lingua, perinde vt mel, fluebat oratio, regis paraſitus fuit. Sed neque Achillem, quemadmodũ & videbatur eratq; corporis forma atque viribus excellẽtiſſimus, & iuſtiſſimus, neq; Diomedẽ, neque Aiacem Agamẽnon tantis laudibus extulit & admiratus eſt, quãto laudis teſtimonio ornauit Neſtorem. Neque enim decem Aiaces ſibi dari exoptat, neque decẽ Achilles: Quippe iam olim Troiam funditus excisã cepiſſet, ſi eiuſmodi decẽ alios milites cuiuſmodi paraſitus ille fuerat,

*Neſtor.*

*Iliad. β.*

quanquam iam confectus senio, habuisset. Quin etiam Idomenea Iouis filium eadem ratione Agamemnonis parasitum fuisse confirmat. TYC. Hæc quidem & ipse non ignoro. Nondum tamen mihi intelligere videor quomodo illi duo heroës Agamemnonis parasiti fuerint. PA. Perlege ô generose versiculos illos quibus ipse Agamemnon Idomenea alloquitur. TYC. Quosnam dicis? PAR.

*Idomeneus.*

*Iliad. δ.*

*semper tibi plenior vni*
*Stare solet cyathus, velut & mihi, quando bibendi*
*Est mens, vt potes.*

Inde quod dixit, semper pleniorem adstare cyathum, non ita accipiendum est, quasi semper poculum vino plenum Idomeneo & pugnanti & dormienti sit propositum, sed quòd illi per omnem vitam soli cum rege cœnandi facultas concessa fuerit, sed non perinde vt aliis militibus certis quibusdã diebus ad mensam vocatis. Etenim Aiacem quòd singulari certamine cõgressus cum Hectore, optimè se gesserat, proceres ad Agamemnonem diuinum cœnatum abduxisse cõmemorat, tanquam propter virtutem in pugna editam honoratum, admodum sera cœna apud regem apparata. At verò Idomeneus atque Nestor ferè quotidie cũ rege cœnitabant, vt idem auctor testatur. Porrò Nestor regum parasitus mihi fuisse videtur multa arte industrius. Neque apud Agamemnonẽ primùm hanc parasitandi artem exorsus est, sed multis retro tẽporibus apud Cænea atque Exadium. Visus verò est neque parasitandi finem antè feciſſe, quàm Agamemnon diem suũ obiit. TYC. Equidem ille præclarus & insignis fuit parasitus. At si quos alios id genus heroas parasitos fuisse nosti, hoc mihi nominatim explicare ne pigeat. PAR. Quid igitur ô Tychiade, nonne & Patroclus Achillis parasitus tibi fuisse videtur, præsertim cũ nullo aliorum Græcorum fuerit deterior aut ignauior, neq; animi neque corporis dotibus, tametsi iuuenis exisiẽs? Mihi equidẽ nulla in re ipso Achille videtur fuisse inferior, ex eius operibus cõiecturam faciẽti. Etenim Hectorem perruptis portarum obicibus, ac intra munitionem iuxta naues pugnantẽ, fortissimè repulit, & Protesilai nauim iam incẽsam & ardentem extinxit, quanquam in ea essent nõ ignauissimi, verùm Telamone nati & Aiax & Teucer, alter hasta strenuus, alter arcu valẽs. Multos præterea ex Barbaris neci dedit: inter quos & Sarpedonem Iouis filium Achillis parasitus peremit.

*Patroclus.*

*Iliad. π.*

A καίτοι γέρων ὢν, στρατιώτας εἶχε δέκα. καὶ τὸν Ἰδομενέα τὸν τοῦ Διὸς ἔγγονον, τροφίμου τὸν Ἀγαμέμνονος ὁμοίως λέγει. ΤΥ. Ταῦτα μὲν αὐτὸς ὁπίσαμεν. ὅπως μὲν μὴν δοκῶ μοι γιγνώσκειν πῶς δὴ τὼ ἄνδρε, τοῦ Ἀγαμέμνονος τροφίμοι ἦσαν. ΠΑ. ἀναμνήσθητι, ὦ γενναῖε, τῶν ἐπῶν ἐκείνων, ὧνπερ αὐτὸς ὁ Ἀγαμέμνων πρὸς τὸν Ἰδομενέα λέγει. ΤΥ. ποίων; ΠΑ.

σὸν δὲ πλέον δέπας αἰεὶ
Ἑστήκ' ὥσπερ ἐμοί, πίεμεν ὅτε θυμὸς ἀνώ-
γοι.

ἐνταῦθα γὰρ ὃ αἰεὶ πλέον δέπας εἴρηκεν, οὐχ B ὅτι ὃ ποτήριον ἀεί ποτε τοῖς πλήρες ἑστήκει τῷ Ἰδομενεῖ, τῷ μαχητῇ, τῷ καθεύδοντι, ἀλλ' ὅτι αὐτῷ δι' ὅλου τοῦ βίου μόνῳ συνεδείπνει τῷ βασιλεῖ. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ τοῖς λοιποῖς στρατιώταις τοῖς ἡμέρας τινὰς τοῖς καλλιμήνοις. τὸν μὲν γὰρ Αἴαντα, ἐπεὶ καλῶς ἐμονομάχησε τῷ Ἕκτορι, εἰς Ἀγαμέμνονα δεῖπνον ἄγων, φησί, τιμῆς ἀξιωθέντα ὑπὲρ τοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ δείπνου. ὁ δὲ Ἰδομενεύς, καὶ ὁ Νέστωρ, ὁσημέραι συνεδείπνουν τῷ βασιλεῖ, ὡς αὐτὸς φησι. Νέστωρ δὲ προφάσιός μοι δοκεῖ C τῶν βασιλέων μᾶλλον τεχνίτης ὢν ἀγαθὸς τεθεᾶσθαι. ἤδη γὰρ ὅτι τοῦ Ἀγαμέμνονος ἀρξαμένου τῆς τέχνης, ἀλλὰ ἀκοῇ ἴσμεν ὅτι Καινέως καὶ Ἐξαδίου. δοκεῖ δὲ οὐδὲ αἰσχρὸν εἶναι παρασιτῆσαι, εἰ μὴ ὑπὸ Ἀγαμέμνονι ἀπέθανε. ΤΥ. ὑποῖ μὲν γενναῖος ὁ προφάσιος· εἰ δὲ ὑπ' ἄλλων τινὰς οἶσθα, πειρῶ λέγειν. ΠΑ. τί οὖν, ὦ Τυχιάδη, οὐχὶ ὑπὸ Πατρόκλου τοῦ Ἀχιλλέως προφάσιος ἦν, καὶ ταῦτα, οὐδενὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων φαυλοτέρου, ὅτε τὴν ψυχήν, ὅτε D τὸ σῶμα, νεανίας ὤν; ἐγὼ γοῦν οὐδ' αὐτός μοι δοκῶ τοῦ Ἀχιλλέως τεκμήρεσθαι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ χείρω εἶναι, τόν τε γοῦν Ἕκτορα ῥήξαντα τὰς πύλας, καὶ προσβάντα ταῖς ναυσὶν εἴσω μαχόμενον, σὺν ὀξέσι, τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἤδη καιομένην, ἔσβεσε. καίτοι ἐπεβάτευον αὐτῆς οὐχ οἱ φαυλότατοι, ἀλλ' οἱ τοῦ Τελαμῶνος, Αἴας τε, καὶ Τεῦκρος, ὁ μὲν, ὁ πλίτης ἀγαθός· ὁ δὲ, τοξότης. καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε τῶν βαρβάρων, ὃν δὲ δὴ τρόπαιος καὶ Σαρπηδόνα τὸν τοῦ Διὸς υἱόν, ὁ προφάσιος τοῦ Ἀχιλλέως.

καὶ ἀπέθανε δὲ οὐχὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως, ἀλλ' A
αὐτὸν μὲν Ἕκτορα Ἀχιλλεὺς ἀπέκτεινεν,
εἷς ἕνα, καὶ αὐτὸν Ἀχιλέα Πάρις. τὸν δὲ
παράσιτον, δύο, καὶ δύο ἄνδρες ποι. καὶ τελευ-
τῶν δὲ, φωνὰς ἀφῆκεν, οὐχ οἵας ὁ γενναιότατος
Ἕκτωρ, παρεσπόνδων τὸν Ἀχιλέα, καὶ ἱκε-
τεύων ὅπως ὁ νεκρὸς αὐτῷ τοῖς οἰκείοις ἀπο-
δοθῇ, ἀλλ' οἵας εἰκὸς ἀφεῖναι παράσιτον. τίνας
δὴ φωνάς; [ σύν,

Τοιοῦτοι δ' εἴην μοι ἐείκοσιν αὐτεβόλην-
Πάντες καὶ πρὸ ἕθεντο, ἐμοῦ ὑπὸ δουρὶ
δαμέντες.

ΤΥΧ. Ταῦτα μὲν ἱκανά. ὅτι δὲ μὴ φίλος, B
ἀλλὰ παράσιτος ἦν ὁ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλ-
λέως, πειρῶ λέγειν. ΠΑ. αὐτὸν, ὦ Τυχιάδη,
τὸν Πάτροκλον ὅτι παράσιτος ἦν, λέγοντά
σοι παρέξομαι. ΤΥ. θαυμαστὰ λέγεις. ΠΑ.
ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ τῶν ἐπῶν·

Μή ἐμὰ σῶν ἀπόνυθε πάρεμμαι ὀστέ' Ἀχιλλεῦ,
Ἀλλ' ὁμοῦ ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι
δόμοισι. καὶ πάλιν ἀποβάς,

καὶ νῦν με δῶκε μῦθος, φησὶν, ὁ Πηλέως
Ἐτρεφεν ἐν δυκέως, θ' σὸν θεράποντ' ὀνό- C
μηνε,

τουτέστι παράσιτον εἶχεν. εἰ μὲν τοίνυν φίλον
ἐβούλετο τὸν Πάτροκλον λέγειν, οὐκ ἂν αὐτὸν
ὠνόμαζε θεράποντα. ἐλευθερώτερος γὰρ ἦν ὁ Πά-
τροκλος. τίνας τοίνυν λέγει θεράποντας, εἰ μήτε
τοὺς δούλους, μήτε τοὺς φίλους; τοὺς παρασί-
τους δηλονότι· ἢ καὶ τὸν Μηριόνην τὸν Ἰδομε-
νέως θ' αὐτὸν θεράποντα ὀνομάζει. οὕτως, οἶ-
μαι, καλῶν μύων τότε τῶν παρασίτων. σκόπει
δὲ ὅτι καὶ σύνεσιν τὸν μὲν Ἰδομενέα, Διὸς ὄν-
τα υἱὸν, οὐκ ἀξιοῖ λέγειν ἀπάλαστον Ἄρεϊ,
Μηριόνην δὲ τὸν παράσιτον αὐτοῦ; τί δὲ, οὐχὶ D
καὶ Ἀριστείδην δημοτικὸς ὢν, καὶ πένης, ὡς φησὶ
Θουκυδίδης φησὶ, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου;
τί δὲ, οὐχὶ καὶ ἐραστής; ὀψὲ γὰρ οἱ παράσι-
τοι καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν. οὕτω τοί-
νυν πάλιν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πό-
λιν τυραννουμένην, εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλε-
το. καὶ νῦν ἕστηκε χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ με-
τὰ τῶν παιδικῶν. ὅτι μὲν δὴ τοιοῦτοι δέ ὄντες
μάλα ἀγαθοὶ, παράσιτοι ἦσαν. σὺ δὲ δὴ
ποῖόν τινα εἰκάζεις ἐν πολέμῳ τὸν παράσιτον;

Proſtratus verò occubuit nequaquam vt
alij, ſed ipſum quidem Hectorem vita
ſpoliauit Achilles, at Achillem Paris,
vnus vnum. Porrò autem parasitum &
Apollo & duo viri occiderunt. Ac iam
moriens eas voces edidit, nō quales gene-
roſiſſimus Hector ille, Achillem ſuppliciter precatus vt cadauer eius ſuis ſepeliẽdum redderet: ſed quales par eſt parasitum expirantem emittere. cuiuſmodi tandem?

*Si mihi viginti duro in certamine tales*
*Antè occurriſſent, cunctos ego cuſpide ce-*
*ſos*
*Strauiſſem letho.*

TYC. At de his quidem abundè ſatis
multa verba feciſti. Cæterùm Patroclum
non amicum, ſed Achillis parasitum fuiſſe, quo pacto teſtatum facies? PARAS.
Ipſum, ô Tychiade, Patroclum quòd parasitus fuerit, dicentem tibi exhibebo.
TYCH. Admiranda dicis. PARAS.
Audi igitur hoſce verſiculos:

*Ne mea Pelida condi patiare ſeorſim*
*Oſſa, ſed amborum ſint vno tecta ſepulchro,*
*Sicut & antè domi nutriti viximus vnà.*

Et rurſum eodem in loco:

*Nam me ſuſceptum Peleus ſtudioſus alebat,*
*Nomine tuque tuum noto Theraponta vo-*
*cauit.*

hoc eſt, parasitum eſſe voluit. Etenim ſi
Patroclum Achillis amicum dicere voluiſſet, haud illum theraponta nominaſſet. Erat enim Patroclus liberalior, quàm
vt Achillis ſeruus dici ſuſtinuiſſet. Quos θεράπων.
igitur dicit eſſe therapontas? qui neque
ſerui ſunt, neque amici, nempe parasitos:
quo nomine & Merionẽ Idomenei theraponta compellat. Atque ita tunc parasitos dictos eſſe planè coniectura auguror. Quinetiam hoc conſidera, quamobrem Idomenea Iouis filium non dignatus ſit Marti æqualem dicere, verùm
Merionem eius parasitum. Nonne verò
& Ariſtides, vir popularis exiſtens & pauper, vt inquit Thucydides, parasitus fuit *Ariſtides.*
Harmodij? nonne & amator? Sunt enim
parasiti ſuorum alumnorum peramantes. Huius itaque parasiti opera, Athenienſium Reipub. tyrannide oppreſſæ libertas iterum recuperata eſt. Et nunc in
foro ſtat æneus inter reliqua ciuitatis
monimenta ſpectabilis. Illi equidem
cùm tanta virtute claruerint, tamen parasitos agebant. Tu verò quonam animatum animo parasitum in bello eſſe putas?

Nonne ſub initium talis curato probè corpore ſumpto ientaculo prodit in aciẽ, quemadmodum & Vlyſſes fas eſſe cõtendit? Quippe cui ſtatim ſub auroræ exortum pugnandum erit, ille priùs cibum ſumat neceſſe eſt. Et quo tempore alij milites, præ metu, hic quidem galeam diligẽter adornat, ille thoracem curiosè induit, alius aliud quiddam malum belli ſuſpicãs trepidat: paraſitus vultu prorſus hilaro & exporrecto indulget epulis: ac mox poſtquam in aciem progreſſus eſt, inter primos fortiſſimè dimicat: cæterùm qui alit paraſitum, tum in ordine ſubſequitur, quem ille non ſecus atque Aiax Teucrũ, clypeo defendit. Cupit enim impenſiùs ſuum ſeruare alumnum paraſitus, quàm ſeipſum tueri incolumem. Quòd ſi etiam in bello cæſus paraſitus occubuerit, neq; imperatorem, neque militum quẽquam pudore afficit, tantum exiſtens cadauer, quali corporis dignitate quõdam in ſympoſiis accumbere ſolitus eſt: adeò vt indignũ ſit facinus, philoſophi cadauer huic appoſitum conſpici, aridum & ſordidum, prolixo barbitio informe, hominẽ prorſus miſerandum, & qui ante initum prælium mortuus ſit, imbellis atque inualidus. Quis verò eam ciuitatem non extremè contemneret, cuius tam miſerandos atque infelices cerneret ſatellites? Quis nõ eam vrbem cùm robuſtis tum animoſis auxiliatoribus egere exiſtimet, qui adeò pallidos & comatos homunciones inter militum cadauera diſperſos intuitus fuerit, cóſque qui in excubiis ſtationes agitant, nullius in bello eſſe pretij? Tales equidem ſunt in rebus bellicis paraſiti, cum philoſophis atque rhetoribus comparati. Cæterùm in pace tantùm præcellit philoſophiam paraſitica, quãtum ipſa pax bello præſtat. Ac primùm, ſi videtur, pacis loca atque ſtudia contemplemur. TYCHI. Nondum teneo quid hæc tua ſibi velit oratio: conſideremus tamen. PARAS. Igitur forum & iudicia, & palæſtras, & gymnaſia, tum venationes & ſympoſia ego ciuitatis locа eſſe dixerim. TYCHI. Et rectè ſanè. PARAS. Quòd autem paraſitus in forum cauſas acturus non prodit, quódque in iudiciis nulli clientulorum vocatus patronus præſtò eſt, hanc ego ſubeſſe cauſſam opinor, quòd iſta loca magis ſycophãtis & rabulis illis forenſibus pateant atque cõueniant, quódq; nihil moderati in illis fieri ſoleat. Palęſtras verò atque gymnaſia vnà cũ ſympoſiis paraſitus frequentat ſedulo, quibus ſolus ille ornamẽto eſt atq; decori: quoniã quiſnam philoſophorum

A ἀχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν ὅτι τὴν τάξιν, καθάπερ ἡ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; ἢ γὰρ· δεῖ ὀψὲ ἐν πολέμῳ μάχεσθαί φησιν ἐστάσῃ, ἢ θύεις ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι· ἢ ὃν δεῖ οἱ στρατιῶται χρόνον ὑπὸ δέους, ὁ μὲν τις ἀκριβῶς ἁρμόζεται τὸ κράνος, ὁ δὲ θωρακίον ἐνδύεται, ὁ δὲ, αὐτὸ τὸ δόρυ ὑποστιβάδων τὸ πολέμου, τρέμει, οὗτος δὲ, ἐναβὶς τότε μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον θᾶττον ἐν πρώτοις διαγωνίζεται· ὁ δὲ τρέφων αὐτὸν, ὅπισθεν ὑποστέπεται ὡς πάσαιτο, καὶ κρύπτων αὐτὸν ὥσπερ ὁ Αἴας τὸν Τεῦκρον ὑπὸ

B τῷ σάκει καλύπτει, καὶ τῶν βελῶν ἀφιεμένων, συμπώσας ἑαυτὸν, τοῦτον σκέπει· βούλεται γὰρ ἐκεῖνον μᾶλλον σῴζειν, ἢ ἑαυτόν. εἰ δὲ καὶ πέσοι πάσιος ἐν πολέμῳ, οὐκ αἰσχύνεται ἐπ' αὐτῷ δήπου οὔτε λοχαγὸς, οὔτε στρατιώτης αἰσχυνθείη, μεγάλῳ τε ὄντι νεκρῷ, καὶ ὥσπερ ἐν συμποσίῳ καλῷ κατακειμένῳ· ὡς ἀξίου τε φιλοσόφου νεκροῦ ἰδεῖν τούτῳ παρακείμενον, ξηρὸν, ῥυπῶντα, μακροὺς πωγώνιον ἔχοντα, προτεθνηκότα τῇ μάχης, ἀθλιον ἄθρωπον. τίς οὐκ αἰσχυνθείη καταφρονήσας τοιούτης τῆς πόλεως, τοὺς ὑπασπιστὰς αὐτῆς

C οὕτω κακοδαίμονας ὁρῶν; τίς δὲ οὐκ εἰκάσειεν χλωροὺς καὶ κομήτας ὁρῶν αἰθροπίσκους κειμένους, τὴν πόλιν ἐπορθῆσθαι συμμάχων, τοῖς ἐν τῇ εἰρκτῇ κακούργοις ὑπλίσασθαι πρὸς πόλεμον; τοιούτοις μὲν ἐν πολέμῳ πρὸς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἰσὶν οἱ παράσιτοι. ἐν εἰρήνῃ δὲ, ὅσον τὸν μοι δοκεῖ καὶ διαφέρειν παρασιτικὴν φιλοσοφίας, ὅσον αὐτὴ ἡ εἰρήνη πολέμου. καὶ πρῶτον εἰ δοκεῖ, σκοπῶμεν τὰ τῆς εἰρήνης χωρία. ΤΥ. ὅπως ξυνίημι ὅτι τοῦτό πως βούλεται, σκοπῶμεν δὲ ἡμεῖς.

D ΠΑ. ἀγορὰν ἀγορᾶν, καὶ δικαστήρια, καὶ παλαίστρας, καὶ γυμνάσια, καὶ κυνηγέσια, καὶ συμπόσια ἔγωγε φαίην ἄν, πόλεως χωρία; ΤΥ. πάνυ μὲν οὖν. ΠΑ. ὁ τοίνυν παράσιτος, εἰς ἀγορᾶν μὲν καὶ δικαστήρια οὐ πρόσιν, ὅτι, οἶμαι, τοῖς συκοφάνταις πρέπει τὰ χωρία ταῦτα μᾶλλον προσήκει, καὶ ὅτι οὐδὲν μέτριον ὄφελος τῶν ἐν τούτοις γιγνομένων, ταῖς δὲ παλαίστραις, καὶ τοῖς γυμνασίοις, καὶ τοῖς συμπόσιοις, διὰπαντὸς, καὶ κοσμεῖται μάλιστα ὑπ' ἐκείνου. ἐπεὶ τίς ἂν παλαίστρας φιλόσοφος,

ἢ ῥήτωρ

ἢ ῥήτωρ ἀποδὺς, ἄξιος συγκριθῆναι τῷ παρασίτου τὸ σῶμα τι; ἢ τίς ἐν γυμνασίῳ τούτων ὀφθεὶς, οὐκ αἰσχύνη τὸ χωρίον μᾶλλον ἂν ποιήσειεν; ἐγὼ μὲν οὖν ἐρημίᾳ τούτων οὐδεὶς ἂν οὕτω θηρίων ὁρμὴν ὑποστείη. ὁ δὲ παράσιτος, αὐτά τε τὰ δεινὰ μόνος, καὶ δέχεται ῥᾳδίως, μεμελετηκὼς αὐτῶν ἐν τοῖς δείπνοις καταφρονεῖν· καὶ οὔτ' ἔλαφος, οὔτε σῦς αὐτὸν ἐκπλήττει φερεικῶς, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτὸν ὁ σῦς τὸν ὀδόντα θήγει, καὶ ὁ παράσιτος ὅτι τὸν σῦν ἀντιθήγει· τοὺς μὲν γὰρ λαγὼς διώκει μᾶλλον τῶν κυνῶν. ἐν δὲ δὴ συμποσίῳ, τίς ἂν καὶ ἀμιλλήσαιτο παρασίτῳ, ἤτοι παίζοντι, ἢ ἐσθίοντι; τίς δ' ἂν μᾶλλον ὑφεῖναι τις συμπότας; πότερον ποτὲ τοὺς ᾄδοντας καὶ σκώπτοντας, ἢ αὐθέκαστος μὴ γελῶν, ἐν τραγωιδίᾳ χείμαρος, εἰς γῆν ὁρῶν, ὡς τοῦ ὄντι πένθος, οὐχὶ συμπόσιον, ἥκων; καὶ ἐμοί γε δοκεῖ, ἐν συμποσίῳ φιλόσοφος τοιοῦτόν ἐστιν, οἷ ἐν βαλανείῳ κύων. φέρε δὴ τοῦτα ἀφέντες, ἐπ' αὐτὸν ἤδη βαδίζωμεν τὸν βίον τὸν παρασίτου, σκοποῦντες ἅμα, καὶ παραβάλλοντες ἐκεῖνον. πρῶτον τοίνυν ἴδωμεν εἴ τις αὐτὸν μὲν παράσιτον, ἀεὶ δόξης καταφρονοῦντα, καὶ οὐδὲν μέλον αὐτῷ, ὧν οἱ ἄνθρωποι οἴονται. πρὸς ῥήτορας δὲ καὶ φιλοσόφους λέγει τις αὖ, ἃ πινάς, ἀλλὰ πρώτους, ἐκτὸς τύφου καὶ δόξης τρέποντας· καὶ ἃ δόξης μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου αἴσχιόν ἐστιν, ἐπ' ἀργυρίου. καὶ ὁ μὲν παράσιτος, οὕτως ἔχει πρὸς ἀργύριον, ὡς οὐκ ἄν τις οὐδὲ πρὸς ταῦς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδας ἀμελῶς ἔχοι, ἢ οὐδὲν αὐτῷ δοκεῖ διαφέρειν τὸ χρυσίον τοῦ πυρός. οἱ γε μὲν ῥήτορες, καὶ ὁ δυνότερόν ἐστι, καὶ οἱ φιλοσοφοῦντες φάσκοντες, πρὸς αὐτὰ οὕτω διάκεινται κακοδαιμόνως, ὥστε τῶν μάλιστα νῦν βδελυκτῶν φιλοσόφων (πρὸς μὲν γὰρ τοὺς ῥητόρων τί δεῖ λέγειν) ὁ μὲν, δικάζων δίκην, δώροις ἐπ' αὐτῇ ἑάλω· ἄλλος δὲ, μαθὼν σοφιστεύων, εἰσπράττεται τοὺς μανθάνοντας. ὁ δὲ, πρὸς τοῦ βασιλέως ἕως τοῦ στωμυλῆσαι ὁμοίως μαθὼν αἰτεῖ, καὶ οὐκ αἰσχύνεται. ἔτι πρεσβύτης ἀνὴρ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖ, καὶ μισθοφορεῖ, καθάπερ Ινδὸς, ἢ Σκύθης αἰχμάλωτος·

A aut rhetorum, exutus veſtimentis in palæſtra, dignè componendus eſſet cum paraſiti corpore? Aut quis illorum conſpectus in gymnaſio, non potiùs probro atque dedecore locum afficeret? Atqui ne in deſerto quidem illorum quiſpiam irruentis alicuius beluæ impetum ſuſtineret: at paraſitus earundem vim atque ferociam fidenter expectat, ac ſine negotio compeſcit, quippe qui eaſdem in conuiuiis contemnere didicerit. Sed neque ceruus neque ſus ſetis inhorreſcens paraſitum conterret, ſed ſue aduerſus illum dentes acuente, paraſitus aduerſus ſuem contrà acuit terribilis. Cęterùm lepuſcu-
B los magis infectatur, quàm vllus canis venaticus. Porrò autem in conuiuio quis cum paraſito certamen ſuſciperet, aut iocos ciente, aut comedente? Et quis magis conuiuarum triſtitiam diſcutit? an ille cătillans ridicula, & ludens dicteriis: an homo potiùs nihil ridens, in ſordida tritáque lacerna accumbens, terram triſtis intuens, quaſi ad luctum non ad ſympoſium vocatus veniſſet? Ac mihi profectò tale quiddam in ſympoſio videtur eſſe philoſophus, quod canis in balneo. Sed age, iſtis poſthabitis ad ipſam paraſiti vitā nos
C conferamus, excutientes atque cōparantes illum. Primùm igitur quis eſt qui non videt paraſitum nunquam non contemptorem eſſe gloriæ, quippe cui nihil curę eſt quam de ſe opinionem homines obtineant? At verò ipſos rhetores atque philoſophos non ſaltem illorum aliquos, ſed in vniuerſum omnes, faſtu atque gloria tranſuerſos agi quiſpiam inuenerit, ac nō tantùm gloriæ deditos, ſed quod adhuc turpius eſt, argenti ſitientiſſimos. Sed enim paraſitus hoc erga pecuniā affectus eſt animo, quo non aliquis negligentiore erga lapillos paſſim proiectos in littore animatus eſt. Ac nihil illi inter aurum &
D ignem videtur eſſe diſcriminis. Rhetores autem, & quod abſurdius eſt, etiam illi qui philoſophiæ profeſſione ſe venditāt, tam auidè argento inhiant, quaſi hac ratione maximam ſibi nunc conciliarent, & opinionem & auctoritatē philoſophi. De rhetoribus quid multa attinet dicere? cùm ille corruptus largitionibus cauſſam orare ſoleat, alius dicendi artem profitens à diſcentibus mercedem exigit. Tertius à rege ſimiliter præmiū flagitat, non ob aliud, niſi quòd cum illo conuerſationem ſociet: nec pudore ſuffunditur. Eſt præterea alius qui iam ætate cōfectus, non ob aliud peregre proficiſcitur, quàm vt lucrū faciat, aut ſtipendio mereat, nō aliter atque Indus quiſpiā aut Scytha captiuus.

Neque eundem pudet nominis, quòd merces sit illud quod accipit. Non solùm verò his vitiis eos inuenies obnoxios, sed sunt adhuc alij degeneris animi affectus, quibus sunt plenissimi, nempe molestæ perturbationes, iracundia, inuidentia, ac omnis generis concupiscentiæ. Parasitus autem his omnibus vacans affectibus, neque irascitur, propter animi tolerantiam, tum etiam quòd illi nemo sit cui irasceretur. Atque etiam si quando victus mentis impotentia, indignatur, nihil tamen mali aut iniuriæ, iracundiæ impulsu designat perperam: quin potiùs risum omnibus eius excandescentia excutit, ac oblectamento est conuersantibus. Minimè verò omnium perturbatur tristitia, aut vlla mentis molestia discruciatur. Etenim tam præsens illi parasitica suppeditat aduersus omnes molestias remedium, vt nulla etiam caussa existat quamobrem afficiatur tristitia. Neque enim illi sunt opes, neque domus, neque famulus vllus, non vxor, non liberi, quibus pereuntibus habentem discruciari animo omnino necesse est, si horum iacturā fecerit. Atqui neque gloriæ vllius est appetens, neq; opulentiæ: sed nec formosum quenquam desiderat. T Y C. Veruntamen, ô Simo, planè consentaneum est illum ob victus indigentiam perturbari animo. P A R. Ignoras, ô Tychiade, statim initiò hunc non esse parasitū, quicunque laborat victus inopia. Neque enim fortis, inopia fortitudinis, fortis perhibēdus est: neque sapiens, sapientiæ penuria sapiens putandus: alioqui parasitus esse non possit. Nos enim de eo qui re ipsa parasitum agit, loquimur, non de eo qui solum parasiti nomen falsò obtinet. Iam si fortis non alia ratione, quàm præsente fortitudine fortis, & sapiens præsente sapientia sapiens habendus est: sequitur, neque parasitum, nisi parasitandi facultas suppetat, parasitum esse posse. Quare nisi hoc illi suppeditatum fuerit ab alio, nequaquam parasitus existimandus est. T Y C. Proinde parasitus nunquā alimenti laborabit inopia? P A R. Ita quidem apparet. Itaq; neque huius neque alterius cuiuspiā rei gratia discruciatur animo. Verùm omnes ad vnum philosophi pariter atque rhetores, maximo semper in metu sunt. Illorum igitur plurimos plerūque ligno armatos in publicum prodire videmus: quod pro culdubio non facerent, nisi armatos metuerent. Quid quòd etiam ianuas probè oppessulatas concludunt, metuentes ne quis noctu domum ingressus, illis perniciem machinetur? At parasitus ædiculæ suæ ianuam quidem claudit, sed planè incuriosè & temere, ne videlicet vēti violentia irruens aperiat.

A κὴ οὐδὲ αὐτὸ τὸ ὄνομα αἰσχύνεται, ὅτι μισθὸς ὁ λαμβανόμ. βλέπεις δ' αὖ καὶ μόνον τοῦτο τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ κὴ ἄλλα πάθη οἷ, λύπας, κὴ ὀργὰς, κὴ φθόνους, καὶ πονηρίας ἐπιθυμίας. ὁ γε μὴν παράσιτος, ἔξω τούτων ἐστὶν ἁπάντων· ὥστε γὰρ ὀργίζεται δι' αὐταρκείαν, κὴ ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὅτῳ ὀργισθείη. κὴ εἰ ἀγανακτήσας δέ ποτε, ἢ ὀργὴ αὐτὸ χαλεπὸν μὴν, οὐδὲ σκυθρωπὸν οὐδὲν ἀποτελέσει, μᾶλλον δὲ, γέλωτα, κὴ εὐφροσύνη τοὺς ξυνόντας. λυπεῖται γε μὴν ἥκιστα πάντων, τοῦτο τῆς τέχνης παρασκευαζούσης αὐτῷ, καὶ χρειοδαίμονος, μὴ ἔχειν B ὑφ' ὅτου λυπηθείη. οὔτε γὰρ χρήματά ἐστιν αὐτῷ, ὥστε οἰκεῖν, ὥστε οἰκέτης, ὥστε γυνὴ, οὔτε παῖδες, ὧν ἀμφιθαλούντων, πάντως ἀνάγκη ἐστὶ λυπεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὰ, ἐπεὶ τοῦτα ἀπόλλυσθ). ἐπιθυμεῖ δὲ οὔτε δόξης, ὥστε χρημᾶν, ἀλλ' οὐδὲ ὡραίου τινός. T Y. ἀλλ', ὦ Σίμων, εἰκός γε ἐνδεία τροφῆς λυπηθῆναι αὐτόν. Π Α. ἀγνοᾷς, ὦ Τυχιάδη, ὅτι ὃς ἀρχῆς μὲν παράσιτός ἐστιν οὔπω, ὅστις ἀπορᾷ τροφῆς. οὐδὲ γὰρ ἀνδρεῖος, ἀπορία ἀνδρίας ἐστὶν ἀνδρεῖος, μὲν φρόνιμος, ἀπορία φρενῶν ἐστὶ φρόνιμος· ἄλλως τε, ὥστε παράσιτος ἂν εἴη· προσῆκεν C τοῦ ἡμῖν περὶ παρασίτου ζητεῖν ὄντος, οὐχὶ μὴ ὄντος. εἰ γὰρ μὴ ὁ ἀνδρεῖος ἀνὴρ, ἢ πρᾶσις ἀνδρεότητος, καὶ ὁ φρόνιμος, πρᾶσις φρονήσεως, καὶ ὁ παράσιτος δὲ, πρᾶσις τοῦ παρασιτεῖν, παράσιτος ἔσται. ὡς εἴτε τοῦτο μὴ ὑπάρχει αὐτῷ, περὶ ἄλλου τινός, καὶ οὐχὶ παρασίτου, ζητήσομεν. T Y. σχολῇ γοῦν ποτε ἀπορήσει παράσιτος τροφῆς; Π Α. ἔοικεν· ὥστε οὔτ' ἐπὶ τούτῳ, οὔτ' ἐπ' ἄλλῳ ἐστὶν ὅτῳ λυπηθείη αὖ. κὴ μὲν καὶ πάντες ὁμοῦ φιλόσοφοι, κὴ ῥήτορες φοβοῦνται μάλιστα· τοὺς γέ τοι πλείστους αὐτῶν βλέποι τις ἂν μετὰ ξύλου προϊόντας· σχεδὸν δὴ δή που εἰ μὴ ἐφοβοῦντο ὡπλισμένους, καὶ τὰς θύρας δὲ μάλα ἐρρωμένως ἀποκλείοντας, μή τις ἄρα νύκτωρ ἐπιβουλεύσειν αὐτοῖς δεδοίκοτες. ὁ δὲ, τὰ μὲν θύρᾳ τῇ δωματίᾳ προσπήξας· εἰκῇ κὴ ἔτι, ὡς μὴ ὑπὸ αὐτῶν αἰσχυθείη.

ψοφοδώς δὲ φόβου νύκτωρ, οὐδέν τι μᾶλλον θορυβεῖται, ἢ μὴ ψοφοδώους· καὶ δι' ἐρημίας δὲ ἀπιὼν, αὐθις ξίφους ὁδεύει, φοβεῖται γὰρ οὐδέν οὐδαμοῦ. φιλοσόφους δὲ πολλάκις εἶδον ἐγὼ, οὐδενὸς ὄντος δεινοῦ, τόξα ἐνεσκευασμένους· ξύλα μὲν γὰρ ἔχουσι, καὶ εἰς βαλανεῖον ἀπιόντες, καὶ ἐπ' ἄριστον. παραπίτου μέντοι οὐδεὶς ἔχει κατηγορῆσαι μοιχείαν, ἢ βίαν, ἢ ἁρπαγὴν, ἢ ἄλλό τι ἀδίκημα ἁπλῶς· ἐπεὶ ὅ γε πιστὸς, οὐκ ἂν εἴη παράσιτος, ἀλλ' ἑαυτὸν σκῆνος ἀδικεῖ. ὥστ' εἰ μοιχεύσας τύχοι, ἅμα τῷ ἀδικήματι καὶ τοῦνομα μεταλαμβάνει τὸ ἀδικήματος. ὡς ὁ πονηρὸς δὲ ὁ κακὸς, οὐ τὸ ἀγαθὸς ἀλλὰ φαῦλος ἢ μεταλαμβάνει, ἔστως, οἶμαι, ὁ παράσιτος ἐάν τι ἀδικῇ· αὐτὸ μὲν τοῦτο ὅπερ ἐστὶν, ἀποβάλλει, ἀντὶ δὲ ὧν ἀδικεῖ ἀδικήματα ἢ τοιαῦτα ῥητόρων καὶ φιλοσόφων ἄφθονα, οὐ μόνον ἴσμεν αὐτῶν γεγονότα καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις ἀπολελειμμένα ὑπομνήματα ἔχομεν, ὧν ἠδίκηται. ἀπολογία μὲν γὰρ Σωκράτους ἐστὶ, καὶ Αἰσχίνου, καὶ Ὑπερίδου, καὶ Δημοσθένους, καὶ τῶν πλείστων σχεδόν τι ῥητόρων, καὶ σοφῶν. παρασίτου δὲ οὐκ ἔστιν ἀπολογία, οὐδ' ἔχει τις εἰπεῖν δίκην τοῖς παρασίτου τινὶ γεγραμμένην. ΤΥΧ. ἀλλὰ, νὴ Δία, ὁ μὲν βίος τοῦ παρασίτου, κρείττων ἐστὶ τοῦ τῶν ῥητόρων, καὶ τῶν φιλοσόφων· ὁ δὲ θάνατος, φαυλότερος. ΠΑΡ. πολὺ μὲν οὖν τοὐναντίον, παρὰ πολὺ εὐδαιμονέστερος. φιλοσόφους μὲν γὰρ ἴσμεν ἀπολωλότας, ἢ τοὺς πλείστους, κακοὺς κακῶς ἀποθανόντας, τοὺς μὲν οὐκ ἀλαζονείας ἑαλωκότας ὑπὸ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι, φαρμάκῳ τοὺς δὲ καταπραθέντας τὸ σῶμα ἀπὸ· τοὺς δὲ ἀπὸ δυσπνοίας φθινήσαντας, τοὺς δὲ φυγόντας. παρασίτου δὲ θάνατον, οὐδεὶς ἔχει τοιοῦτον εἰπεῖν, ἀλλὰ τὸν εὐδαιμονέστατον, φαγόντος καὶ πόντος. εἰ δέ τις καὶ δοκεῖ βιαίῳ τετελευτηκέναι θανάτῳ, ἀπεπνίγησας ἀπέθανε. ΤΥΧ. ταῦτα μὲν ἱκανῶς δεδήλωταί σοι τὰ πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὑπὲρ τοῦ παρασίτου.

A Cæterùm noctu orto tumultu, nõ magis animo timore concutitur, quàm si nullus extitisset. Præterea per sola loca iter faciens, nullo accinctus gladio ambulat: nihil enim prorsus vspiam gentium metuit. At ego sæpenumero vidi philosophos nullius periculi ne suspicione quidẽ existente arcus apparãtes. Semper enim baculis armati incedunt, atque etiã si quando in balneas lotum abeunt, aut vocati ad prandium. Nullus verò est qui parasitum aut adulterij, aut violentiæ, aut rapinæ, aut alterius cuiuspiam delicti insimulare possit: quoniam qui talibus vitiis esset contaminatus, iam non ampliùs para-
B situs foret perhibendus, sed se ipse grauissimæ iniuriæ exponeret. Itaque adulterium flagitiosè committens, vnà cum perpetrato delicto etiam flagitij nomen incurrit. Quemadmodum autem qui improbus fuerit, non bonus sed malus habendus est: sic quoque parasitus si quid turpiter in se admiserit, illud ipsum quod fuerat, abiicit, assumit autem id quod deliquit per flagitium. Cæterùm eius generis praua facinora permulta extant à philosophis & rhetoribus turpissimè perpetrata, quæ non nobis tantùm comperta sunt, vtpote quæ nostro tempore saltem
C designata forent, sed libris editis relicta monumenta habemus eorum facinorum quorum illi auctores extiterunt. Extat apologia Socratis, extat Æschinis atque Hyperidæ neque non Demosthenis. Ac fermè plurimorum rhetorum atque philosophorum defensiones etiam hodie leguntur. At nulla extat parasiti apologia, nec vllus est qui pro vero affirmare possit, parasito iniuriarum scriptam esse dicam. TYC. At per Iouem parasitus meliori quàm rhetores atque philosophi viuendi conditione fruitur, fato tamen deteriore absumitur. PAR. Equidem
D longè diuersum est quod dicis: nam & fato multo feliciore functus è viuis migrat parasitus. Quippe compertè exploratum habemus, philosophos ferè omnes, aut illorum maximam partem, malo extinctos esse exitio, nõnullos condemnatione iudicij in maximis flagitiis manifestò deprehensos, sumpto veneno: alios toto corpore exustos, pleroſque vrinandi difficultate absumptos, alios ex fuga retractos atque occisos. At quis tandem tali quopiam exitio parasitum sublatum esse referre potest? sed mors felicissima ferè illi contingit edenti atque bibenti. Quòd si quis etiam violenta morte defungi videtur, mortuus auolasse creditur. TY. Hæc equidem satis superque tibi pro parasito contra philosophos decertata. sunt.

Superest vt & illud explices, num honesta & vtilis sit hæc alenti possessio. Siquidem opulentiores mihi videntur parasitos alere, tanquam officiosi, & beneuolè gratificantes illorum tenuitati: quod ego ei qui alitur, dedecus esse existimo. PAR. Quàm simpliciter fatuum te esse constat, ô Tychiade, si hoc nequeas intelligere, hominem diuitem, etiamsi Gygis opulentiam possideret, solum edentē, esse pauperem? Atque ille progrediens in publicum non comitante parasito, mendicus est. Et quemadmodum miles sine armis habetur despectior, & vestis sine purpura vilior, & equus sine phaleris leuior: sic etiam diues egregiè & ampliter nummatus, longè apparet sine parasiti satellitio humilior atque contemptior. Atqui parasitus quoque non parum ornamento est diuiti, diues parasito non item. Alioqui neque probrum est, vt tu ais, huic parasitari, vt præstantiori deteriorem. Quòd autem opulento vtile sit parasitum alere, præterquam quòd ornamentum non vulgare illi adiungit, etiam securitatem multam, parasiti præsentia & comitatus diuiti suppeditat. Neque enim quispiam temere pugna adoriretur diuitem qui hunc illius lateri assistentem cōspexerit. Sed neque metuendum est eum veneno periturum, qui parasitum conuiuam habuerit. Quis enim auderet insidiis petere quempiam hoc præmandente atque præbibente? Itaque diues non tantùm à parasito ornatur, sed eius quoque opera à maximis periculis tutus cōseruatur. Ita enim parasitus propter charitatis affectum qua diuitem ex animo complectitur, omnibus semet obiectat periculis. Neq; tantùm cō cedit solum cibum sumere, sed vnà quoque edēs exoptat oppetere. TYC. Omnia mihi, ô Simo, satis disertè disseruisse videris, nec quicquam quod ad artem tuā commendandam pertinet, prætermisisti: neque, vt tu dixisti, ad hanc rem inexercitatus accessisti, sed planè omniū instructissimus atque exercitatissimus. Quod reliquum est, scire gestio an parasiti compellatio non turpis & dedecorosa habenda sit. PAR. Vide quod responsum à me exigas, si sufficienter super his verba tibi fecisse videor. Responde verò mihi vicissim ad quæstionem, si rectè factum existimas. Age ὄπον prisci illi quo vocarunt nomine? TYC. Alimenti vocabulo. PAR. A. Quid autem σπῖαι, nonne alere? TYC. Sanè verò. PAR. Est ergo in confesso, neque aliud esse parasitari.

A λοιπὸν δὲ εἰ καλὸν καὶ λυσιτελὲς ὄντι ὃ κτῆμα τοῦτο τῷ τρέφοντι, πειρῶ λέγειν. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκοῦσιν ὡσπερ εὐεργετοῦντες ἅμα χαριζόμενοι τρέφειν αὐτοῖς οἱ πλούσιοι, καὶ εἴ τι τοῦτο αἰσχύνω τὸν τρεφόμενον. ΠΑ. ὡς ἠλίθιά γε σοι, ὦ Τυχιάδη, φαῦλα, εἰ μὴ δύνασαι γιγνώσκειν ὅτι πλούσιος ἀνὴρ, εἰ καὶ ὁ Γύγου χρυσίον ἔχοι, μόνος ἐσθίων, πένης ὄντι, καὶ πεζὸς αὖθις βαδίσειεν, οἷος δοκεῖ, καὶ ὡσπερ στρατιώτης χωρὶς ὅπλων, ἀσημότερος, καὶ ἐσθὴς αὖθις πορφύρεος, καὶ ἵππος αὖθις φαλάρων, οὕτω καὶ πλούσιος αὖθις βαδίσειεν, ταπεινός τις B καὶ δύτελὴς φαίνεται. καὶ μὲν ὁ μὲν πλούσιος, κοσμεῖται ὑπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ βαδίσειεν πλούσιος οὐδέποτε κοσμεῖ. ἄλλως τε, οὐδὲ ὄνειδός ἐστιν αὐτῷ ὄντι, ὡς σὺ φῄς, ὃ βαδιστεῖν ἐκείνῳ δηλονότι, ὡς χρείττονι χείρονα. ὅπως γε μὲν τῷ πλουσίῳ τοῦτο λυσιτελές ὄντι, ὃ τρέφειν τὸν βαδίσειεν, ὥστε μὴ ὁ κοσμεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀσφάλεια πολλὴ ἐκ τοῦ τοιούτου δορυφορείας ὑπαρχεῖ. ὅτε γὰρ μάχη ῥᾳδίως αὖ τις ἐπιχειρήσαι τῷ πλουσίῳ, ὅταν ὁρῶν παρεσῶτα· ἀλλ' ὅσῃ' ἂν ἀποθάνοι φαρμάκῳ ὑC δεὶς, ἔχων βαδίσειεν. τίς γὰρ ἂν τολμήσειεν ἐπιβουλεύσαι τινὶ, τοῦτον τρεφόμενον, καὶ προπίνοντος; ὥστε ὁ πλούσιος οὐχὶ κοσμεῖται μόνον, ἀλλὰ ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων ὑπὸ τοῦ βαδίσειεν σώζεται. ὅτου μὲν ὁ βαδίσειος δι' φιλοσοφίαν, πολλὰ κινδύνων ὑπομενεῖ, καὶ οὐκ ἂν βαδίσειεν ὃ πλουσίῳ φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν αἱρεῖται συμφαγών. TYX. πολλά μοι δοκεῖς, ὦ Σίμων, διεξελθεῖν, ὑστερήσας οὐδὲν τῆς σαυτοῦ τέχνης, οὐχ ὥσπερ αὐτὸς ἔφασκες· ἀμελέτητος ὤν, D ἀλλ' ὥσπερ δή τις ὑπὸ τῶν μεγίστων γεγυμνασμένος. λοιπὸν, εἰ μὴ αἴσχιον αὐτὸ ὄνομά ἐστι τῆς βαδισιστικῆς, ἐθέλω μαθεῖν. ΠΑΡ. ὅρα δὴ τί σοι ἀποκρίσιν, ἐάν σοι ἱκανῶς λέγεσθαι δοκῇ, καὶ πειρῶ πάλιν αὐτὸς ἀποκρίνασθαι πρὸς ὃ ἐρωτώμενον ἢ ἄρεσται οἴῃ. φέρε γάρ, τὸν σῖτον οἱ παλαιοὶ τί καλοῦσι; TY. ξηφώ. ΠΑ. τί δ', ὃ σιτεῖσθαι, οὐχὶ ὃ ἐσθίειν; TY. ναί. ΠΑ. σίτου καὶ βαδισμολόγηται ὃ βαδιστεῖν ὅτι οὐκ ἄλλο ὄντι.

ΤΥ. τοῦτο γὰρ, ὦ Σίμων, ὅτι ὁ αἰσχρὸν φαίνεται. ΠΑ. φέρε δὴ πάλιν ἀποκρίναί μοι, πότερόν σοι δοκεῖ διαφέρειν, ἢ τοῦ ἀγωνιουμένου ἀμφοῖν, πότερον αὐτὸς ἕλοιο, ἀρά γε ὁ πλεῖν, ἢ ὁ συμπλεῖν; ΤΥ. ὁ συμπλεῖν ἔγωγε. ΠΑ. τί δὲ, ὁ τρέχειν, ἢ ὁ παρατρέχειν; ΤΥ. ὁ συντρέχειν. ΠΑ. τί δὲ, ὁ ἱππεύειν, ἢ ὁ παριππεύειν; ΤΥ. ὁ παριππεύειν. ΠΑ. τί δὲ, ὁ ἀκοντίζειν, ἢ ὁ συνακοντίζειν; ΤΥ. ὁ συνακοντίζειν. ΠΑ. οὐκοῦν ὁμοίως ἔφη ἕλοιο καὶ τὴν ἐαυτοῦ μᾶλλον ὁ συνασκεῖν. ΤΥ. ὁμολογεῖν ἀνάγκη· καί σοι λοιπὸν, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἀφίξομαι καὶ ἑῴθεν καὶ μετ' ἄριστον, μαθησόμενος τἀμὰ τέχνα. σὺ δέ με αὐτὰ δίκαιος διδάσκειν ἀφθόνως, ἐπεὶ καὶ πρῶτος μαθητής σοι γίγνομαι. φασὶ δὲ καὶ αἱ μητέρες μᾶλλον τὰ πρῶτα φιλεῖν τῶν τέκνων.

A TYC. At illud ipsum Simo est, quod turpe esse apparet. PAR. Age iterum mihi responde, quid tibi discriminis esse videtur, aut vtrisque propositis vtrum electurus esses, num nauigare, an adnauigare? TYC. Ego quidem eligerem adnauigare. PAR. Quid autem, currere, an adcurrere? TY. Adcurrere. PAR. Quid autem, equitare, an adequitare? TY. Adequitare. PAR. Quid autem, iaculari, an adiaculari? TYC. Adiaculari. PAR. Proinde non alia quoque ratione præ edere parasitari sat scio quo- B que eligeres. TYC. Velim nolim sententiæ tuæ refragari non possum. Ac te quidem in posterum, veluti pueri, & sub auroram & à prandio accedam, arti tuæ perdiscendæ operam daturus. Tu verò eandem docebis citra inuidiam ingenuè, quoniam primus tibi ero discipulus. Perhibent autem & matres primam prolem adamare impensiùs.

---

# ΑΝΑΧΑΡΣΙΣ, ἢ ΠΕΡΙ ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ.

# ANACHARSIS, seu DE GYMNASIIS.

## Vincentio Obsopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Disputant de gymnasiis siue exercitiis adolescentum, Anacharsis & Solon. Cuius rei occasio hæc fingitur: Quum Anacharsis Athenas ex Scythia profectus, vt & Solonem (qui temporibus illis pro sapientissimo habebatur) audiret, & Græcorum instituta ac mores cognosceret, fortè inter cætera iuuenes Athenienses inter se luctantes, ac mutuò in luto ac puluere sese prosternentes ac volutantes aspiceret, ignarus quid agerent, aut quorsum ea contentio pertineret, rem & caussam à Solone perquirit: qui cùm exercitandi genus esse diceret, & laudem ac præmia certaminum, corollas ac poma quædam commemoraret: ille ob tam paruas res tanto & tam acri studio illos inter se contendere, pro stulto ac deridendo putat. Proinde altero institutum hoc, vt suum, commendante, altero verò ceu stultitiam atque dementiam quandam ridente, paulatim eò venitur, vt Solon totam ciuitatis & informandæ iuuentutis rationem exponat. Ac primùm quidem, quibus disciplinis, quibúsque exemplis animos ac mentes ciuium informent, commemorat: deinde & corporum exercitium, & qui finis eorundem, quæque vtilitas sit, recenset. Atque ea pars propria instituti argumenti est. Cæterùm quia finem, à dissimilitudine rerum & instrumentorum, & quòd hæc puerilia, ad seria certamina ac bella parum profutura, Anacharsis iterum confutat, monétque vt iusta potiùs armorum exercitatione ad futuros casus sese parent: Solon solennium quoque ludorum auctoritatem & instituta, deinde publicum morem, & postremò etiam Lacedæmoniorum exemplum allegat: vbi tum ad Lacedæmoniorum ludos, & puerorum verberationes, ita respondet Anacharsis, vt videatur Lucianus reprehendendi magis causa illorum mentionem facere, quàm quòd inhumanitatem atque sæuitiam istam laudet. Porrò videtur interim & illud voluisse Lucianus ostendere, videlicet rationem quandam qua iuuentus institui atque informari ad rempub. bene ac rectè possit, cuiusmodi & pleraque ea sunt quæ à Platone de legibus lib. 7. & 8. de educatione & institutione iuuentutis traduntur. Adeóque breui isto Solonis sermone, omnia fermè ea Lucianus complexus est, quæ ille multis verbis & libris vix absoluit.*

## ANACHARSIS. SOLON.

ANACHARSIS.

HÆc verò, ô Solon, quamobrem veſtri faciunt iuuenes? Partim enim illorum complexi mutuò ſe ſupplantant, partim verò alius alium præfocat, ac verberat, & cœno ſemet immiſcent, volutãturque perinde vt ſues. Atqui initiò ſtatim exutis veſtimentis, (ſpectator enim aſſiſtebam) alter alterum viciſſim & raſit, & vnxit oleo, valde pacatè & amiciter: deinde verò neſcio qua offenſa diſſociati, mutuò ſe de loco propulerunt inuentes, frontéque arietantes concurrũt
Lutta. non ſecus atque arietes. Et vide vt ille alterum ſublatum cruribus, humi proſtrauerit, deinde in eum illapſus ſuſpiciendi facultatem non permittit, in cœnũ deorſum adigens. Poſtremò verò iam illius crura ſecundùm ventrem complexus, circumiecto gutturi cubito, miſerum ęrumnosè præfocat. Alter autem eius obuerberat humeros, ſupplicans, vt opinor, illi, ne prorſus præfocetur. Sed ne olei quidẽ gratia agunt modeſtiùs, ne luti aſpergine inquinarentur: verùm obſcurata vnctione, & luto completi, largo ſudore perfluentes, copioſam ridendi materiam mihi exibent, veluti anguillæ è manibus elabentes. Rurſus alij in aulę area hoc ipſum ſub Ioue facere conſueuerunt, neque tamen illi ipſi in cœno, ſed profundam arenam ſubiicientes in foſſa conturbant ſe mutuò: ipſique vltro ſpargunt puluerem, gallorum in morem, quominus (vt mea fert ratio) in complexibus effugiant, arena omnem lubricitatem diſcludente, aduerſariique cõprehenſionẽ firmiorem in
Pancratium. arido ſubminiſtrãte. Cęterùm illi ſtantes erecto corpore pulueribus pleni, & ipſi mutuis ſemet afficiunt verberibus, & calcitrant. Itaque infelix ille & dentes expuenti ſimilis eſſe videtur: adeò illi os totum & arena & ſanguine oppletum eſt, palma (vt cernis) in maxillam percuſſo. Sed ne præſes quidem ille inter eos pacẽ componit, ac pugnam inducta cõcordia diſſoluit. Etenim purpura coniecturam facio hunc eſſe vnum ex illis principem. Quin animosè quoque cohortatur & laudat eum qui alteri incuſſa in faciẽ palma
Saltus. plagam intulit. Porrò alij alibi omnes accelerantes in puluere veluti currentes ſubſiliunt, eodem in loco permanẽtes: & in altũ proſilientes, calce laceſſunt aëra.

ΤΑδπα δὲ ὑμῖν, ὦ Σόλων, πῆνος ἕνεκα οἱ νέοι ποιοῦσιν; οἱ μὲν αὐτῶν περιπλεκόμενοι, ἀλλήλοις ὑποσκελίζουσιν, οἱ δὲ ἄλλοι καὶ λυμίζουσι, καὶ ἐν τῷ πηλῷ στωμασαφύονται καὶ λινδούμενοι, ὥσπερ σύες. καίτοι κατ' ἀρχὰς ἀθρόως ἀποδυσάμενοι (ἑώρων γὰρ) λίπα τε ἠλείφαντο, καὶ κατέψησε μάλα εἰρωνικῶς ἄτερος τὸν ἕτερον ἐν τῷ μέρει. μετὰ δὲ, οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθόντες, ὠθοῦσί τε ἀλλήλους στωμυθυκότες, καὶ τὰ μέτωπα στωμαράττουσιν, ὥσπερ οἱ κριοί. καὶ ἰὼ ἰδοὺ ἀράμενος ὑπέφησέ τὸν ἕτερον ἐκ τῶν σκελῶν, ἀφῆκεν εἰς ὃ ἔδαφος· εἶτ' ὀπίσω παπεσών, αἰαὶ κύων ἦν ἐᾷ, στωμωθῶν κάτω ἐς τὸν πηλόν· τέλος δὲ ἤδη περιπλέξας αὐτῷ τὰ σκέλη καὶ τῷ γαστέρα, τὸν τράχηλον ὑποβαλὼν τῷ λαιμῷ, ἄγχει ἄθλιον· ὁ δὲ, ὑποκροτεῖ ἐς τὸν ὦμον, ἱκετεύων, οἶμαι, ὡς μὴ τέλεον ἀποπνιγείη. καὶ ἵνα δὴ τῷ ἐλαίου ἕνεκα φείδονται, μὴ μολύνεσθαι, ἀλλ' ἀφανίσαντες ὃ χρίσμα, καὶ τῷ κορκόρου αἱματωθέντες, ἐν ἱδρῶτι ἅμα πολλῷ, γέλωτα ἐμοὶ γοῦν παρέχουσιν, ὥσπερ οἱ ἐγχέλυες ἐκ τῶν χειρῶν ὀλισθαίνοντες. ἕτεροι δὲ ἐν τῷ αἰθρίᾳ τῆς αὐλῆς ὃ αὐτὸ τοῦτο δρῶσιν· οὐκ ἐν πηλῷ δή τε, ἀλλὰ φάμμον ταύτην καθῆσαν ὑποδυόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι παραπήξαντές τε ἀλλήλους, καὶ αὖθις ἐκόντες πάτησι τὴν χύσιν ἀλεκτρυόνων δίκην, ὡς ἀφυκτότεροι εἶεν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς, οἶμαι, τῆς φάμμου τὸν ὄλισθον ἀφαιρούσης, καὶ βεβαιοτέραν ἐν ξηρῷ παρεχούσης τὴν ἀντίληψιν. οἱ δὲ, ὀρθοστάδην κεχυμμένοι, καὶ αὖθις παίουσιν ἀλλήλους παρεσπευάντες, καὶ λακτίζουσιν. οὗτοσὶ γοῦν καὶ τοὺς ὀδόντας ἔοικεν ἀποτίλλειν ὁ κακοδαίμων· ὕπτιος αἵματος αὐτῷ καὶ φάμμου ἀναπέπλησται τὸ στόμα, πύξ ὡς ὀρθὸς παραπήξας ἐς τὸ γνάθον. ἀλλ' ἤδη ὁ ἄρχων ὑποσὶ διίσησιν αὐτούς, καὶ λύει τὴν μάχην. τετμήμεσθα γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τῶν ἐμῶν. ὁ δὲ, καὶ ἐποτρύνει, καὶ τὸν παπάξαντα ἐπαινῇ, ἄλλοι δὲ ἄλλαχόθι πάντες ἐξηνοῦσι, καὶ ἀναπηδῶσιν, ὥσπερ θέοντες, ὅπου τῶν αὐτῶν μόνοντες, καὶ ἐς τὸ ἄντα στωαλλόμενοι, λακτίζουσι τὸν ἀέρα.

τοῦτα οὖν ἐθέλω εἰδέναι τίνος ἀγαθοῦ αἴτιά ἐστιν ποιεῖν· ὡς ἔμοιγε μανία μᾶλλον ἐοικέναι δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις αὐ ῥᾳδίως μεταπείσαι με ὡς οὐ πολλαπλασίοισιν οἱ ταῦτα δρῶντες. ΣΟ. καὶ εἰκότως, ὦ Ἀνάχαρσι, τοιαῦτά σοι τὰ γυμνάσια φαίνεται, ξένα γε ὄντα, καὶ πάμπολυ τῶν Σκυθικῶν ἐθῶν ἀπᾴδοντα, καθάπερ καὶ ὑμῖν πολλὰ εἰκὸς εἶ μαθήματα, καὶ ὑπιτηδεύματα, τοῖς Ἕλλησιν ἡμῖν ἀλλόκοτα εἶ δόξαντα ἄν, εἴ τις ἡμῶν ὥσπερ σὺ νῦν ὑπιζαίη αὐτοῖς. πλὴν ἀλλὰ θαῤῥεῖ, ὦ γαθέ. οὐ γὰρ μανίας τὰ γυγνόμενά ἐστιν, οὐδὲ ἐφ' ὕβρει οὕτω παίοισιν ἀλλήλους, καὶ κυλίοισιν ἐν τῷ πηλῷ, ἢ ὑπιπάτοισι τὴν κόνιν· ἀλλ' ἔχει τινὰ χρείαν οὐκ ἀτερπῆ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀκμὴν οὐ μικρὸν ἐπάγει τοῖς σώμασιν. ἐγὼ γοῦν ἐνθαδεὶ ὥσπερ οἶμαί σε ποιήσειν τὴν Ἑλλάδι, οὐκ εἰς μακρὸν εἶς καὶ αὐτὸς ἔσῃ τῶν πεπηλωμένων, ἢ κεκονιμένων. οὕτω σοι τὸ πρᾶγμα ἡδύ τε ἅμα καὶ λιστελὲς εἶ δόξει. ΑΝΑ. ἄπαγε, ὦ Σόλων. ὑμῖν ταῦτα γένοιτο τὰ ὠφέλιμα, καὶ τερπνά· ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι ἀφελεῖν, εἴσεται ὡς οὐ μάτην διεζώσμεθα τὸν ἀκινάκην. ἀτὰρ εἰπέ μοι τί ὄνομα ἔθεσθε τοῖς γυμνασίοις, ἢ τί φωνὴν ποιεῖν αὐτοῖς; ΣΟ. ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ὦ Ἀνάχαρσι, γυμνάσιον ὑφ' ἡμῶν ὀνομάζεται, καὶ ἔστιν ἱερὸν Ἀπόλλωνος τοῦ Λυκίου, καὶ τὸ ἄγαλμα ἢ αὐτοῦ ὁρᾷς, τὸν ὀπὶ τῇ σφαίρᾳ κεκλιμένον, τῇ ἀριστερᾷ μὲν τὸ τόξον ἔχοντα· ἡ δὲ δεξιὰ δὲ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀπακεκλασμένη, ὥσπερ ἐκ πολλοῦ μακροῦ ἀναπαυόμενον δείκνυσι τὸν θεόν. τῶν γυμνασμάτων δὲ τούτων, τὸ μὲν ἐν τῷ πηλῷ ἐκεῖνο, πάλη καλεῖται, οἱονεὶ ἐν τῇ κόνει, παλαίοισι καὶ αὐτοῖς· τὸ δ' παίειν ἀλλήλους ὀρθοὺς ἀδὲν, παγκρατιάζειν λέγομεν. καὶ ἄλλα δὲ ἡμῖν ἔστι γυμνάσια τοιαῦτα πυγμῆς, καὶ δίσκου, καὶ τοῦ ἁλέσθαι, ὧν ἀπάντων ἀγῶνας τιθέμεθα. καὶ ὁ κρατήσας, ἄριστος εἶ δοκεῖ τῶν καθ' αὐτὸν, καὶ αἴρεται τὰ ἆθλα. ΑΝΑ. τὰ δὲ ἆθλα τίνα ὑμῖν ταῦτά ἐστιν; ΣΟ. Ὀλυμπιάσι μὲν, στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ, σελίνων πεπλεγμένος·

A Quocirca ista perlibenter scire velim cuius compendij aut vtilitatis gratia factitare soleant. Equidem omnino hæc res mihi videtur esse insania: nec quenquam esse arbitror, qui me facilè persuasum ab ista sententia abducturus sit, vt non credam hos insigniter desipere quibus studio est ista facere. SO. Ista mehercle ô Anacharsi non iniuria ita tibi videntur, cùm & peregrina sint, & multum à moribus Scythicis abhorreant: quemadmodum & vobis non parum multas disciplinas & corporis exercendi studia esse verisimile est, quæ nobis Græcis absurda & aliena esse viderentur, si quis quemad-

B modum tu illis spectandis arbiter assisteret. Atqui bonum habe animum, ô amice: neque enim ista insaniæ sunt opera, neque impulsu contumeliæ hi mutuò se obuerberant, ínque cœno volutantur, aut semet conspergunt puluere: sed inest huic rei necessitas non iniucunda, neque mediocrem vigorem adiungit corporibus. Itaque si diutiùs, vt te planè facturũ opinor, in Græcia versatus fueris, non in longum & tu vnus ex eorum eris numero, qui cœno oppleti sunt aut puluere: vsqueadeo res tibi videbitur & voluptuosa, & vtilis. ANA. Apage ista à me

C ô Solon. Vobis hæc oblectamẽta vtilitatem afferant: me si quidem quis vestrũm ea affecerit contumelia, sentiet me haud nequicquam accinctum esse acinace. Veruntamen dic mihi, quod nomen huic rei indidistis, aut quídnam operis hoc facere dicamus? SO. Locus ille, ô Anacharsi, à nobis vocatur gymnasium, éstque templum Apollinis Lycij. Cernis autem eius simulacrum quod supra statuam situm est, sinistra quidem arcum gerens: dextra verò supra caput refracta, tanquam ex multa defatigatione Deum quiescentem indicat. Cæterùm exercitiorum aliud quidem quod in cœno fit, Lucta vocatur. Illi verò in puluere quo-

D que luctantur. Porrò eos qui erecto stant corpore, ac semet verberibus mutuis onerant, Pancratio decertare dicimus. Sũt præterea & alia nobis eiusmodi gymnasia, & pugillatus, & disci, & saltus, quorum omnia certamina solemus proponere: quorum qui palmam adeptus fuerit, is præstantissimus ex omnibus esse iudicatur, ac certaminis tollit præmia. ANA. Cuiusmodi verò sunt ista præmia? SO. In Olympiis corona oleagina, in Isthmiis pinea, in Nemeis ex apiis cõcinnata:

*Gymnasium.*

*Certaminum species & nomina.*

*Præmia victorum.*

Porrò autem in Pythiis poma ſacerdotes Apollinis proponere conſueuerunt, cæterùm apud nos Athenienſes oleum ex oliua. Quid autem ſublatis cachinnis riſiſti Anacharſin an quia hæc tibi viſa ſunt eſſe modica? A N A. Non, ſed præmia omnibus modis clara atque præſtãtia percenſuiſti ô Solon, cùm digna iis qui ea proponunt in certaminibus ob munificentiam, tum etiam athletis qui iſta nauiter conſequi ſtudeant. Itaque pomorum gratia atque apiorum tanta antè laboriosè perferunt, & periclitantur, dum indignis modis præfocantur mutuò, ac inhoneſtis verberibus cæduntur, ita vt non liceat ſine negotio potiri malis, ſi quem cepiſſet pomorum deſiderium, aut coronari apio, aut ſertis pineis, cuius nullo luto defœdaretur facies, neque aduerſarij eius vẽtrem pede calcitraſſent. S O. Atqui ô optime, nos nõ ad nuda tantùm dona intentos habemus oculos (etenim hæc ſaltem ſigna ſunt atque indicia victoriæ, per quæ victores cognoſcuntur) cæterùm quæ hæc comitatur gloria, quauis re digna videtur eſſe victoribus: pro qua conſequenda etiam in ventrem calcitrari, præclarum eſt venãtibus gloriam ex laboribus. Neque enim hæc citra ſudorem atque laborem contingit mortalibus, ſed illius flagrantem deſiderio, oportet ſub initium multa dura perpeti: quibus nauiter perpeſſis, illi dulcis & tãtopere exoptatus finis è laboribus expectandus eſt. A N A. Húnene finem ais ô Solon dulcem atque vtilem, vt ab omnibus viridi redimiti corona conſpiciantur, atque ob victoriam laude vehantur, quorum paulò antè nemo non ob indigna verba miſertus eſt, cæterùm nunc mirifica felicitate perfruuntur ditati pomis atque apiis? S O. Noſtrarum rerum etiamnum imperitus eſſe vidêre: non multo verò pòſt alia tua erit ſuper hiſce rebus ſententia, poſtea quam in frequentiſſimos Græcorum conuentus profectus, videris tantam hominum multitudinem collectam ad illorum confluxiſſe ſpectaculum, ac theatra multis millibus hominum repleta, athletas verò ipſos diuinis efferri laudibus: porrò eum qui præconis voce victor pronunciatus fuerit, ab omnibus propemodum deum exiſtimari. A N A. Hoc ipſum quod dixiſti ô Solon, longè miſerrimum eſt, quòd non paucis præſentibus tam infanda patiuntur, ſed in tanta ſpectantium corona atque celebritate, qui acceptæ contumeliæ teſtes ſunt oculatiſſimi: illi nimirũ eos felices eſſe pronunciabũt, quos vident ſanguine perfluere,

*Finis exercitationis.*

*Gloria laborepartã da.*

A Πυθοῖ δὲ, μῆλα τῷ ἱερῶν τῷ θεοῦ· πῶς δ' ἡμῖν δὲ τοῖς Παναθηναίοις, ὦ ἔλαιον ὦ οὐ τῆς μοριάς. τί ἐγέλασας, ὦ Ἀνάχαρσι, ἢ ὅτι μικρά σοι ταῦτα εἶναι δοκεῖ; ΑΝΑ. οὐκ· ἀλλὰ πάνσημα, ὦ Σόλων, καὶ τέλεξας τὰ ἆθλα, καὶ ἄξια τοῖς τε ἀγωνίζεσθαι αὐτὰ φιλοτιμεῖσθαι ὅτι τῇ μεγαλοδωρεᾷ, καὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις αὐτοῖς ἐπαφεσσουδαχέναι ὡς τὰ αἱρέσιν τῶν τηλικούτων. ὥστε μῆλων ἕνεκα, καὶ σελίνων, καὶ ταῦτα ποιοῦσι, καὶ κινδυνεύειν, ἀγχομένους ὑπὸ ἀλλήλων, καὶ καταπλακωμένους, ὡς ὀλίγου ἀποπνιγμένους θύπτησαι μῆλον ὅτῳ ἐπιθυμία, ἢ σελίνῳ ἐστεφανῶσθαι, ἢ πίτυϊ, μήτε πηλῷ καταχρισμένου τὸ πρόσωπον, μήτε λακτιζομένου ὑπὸ τῶν ἀντιπάλων. ΣΟ. ἀλλ', ὦ ἄριστε, οὐκ ἐς φλαῦρα τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. ταῦτα μὲν γὰρ ἴσως σημεῖα τῆς νίκης, καὶ γνωρίσματα, οἵ τινες οἱ κρατήσαντες. ἡ δὲ περιβόητος ἀκολουθοῦσα τούτοις δόξα, τῷ πᾶσιν ἀξία τῆς νενικηκέναι. ὑπὲρ ἧς καὶ λακτίζεσθαι καλῶς ἔχει τοῖς ἠρωμένοις τοῦ ὄκλειαν οὐ τῶν πόνων. ὁ γὰρ ἀπονητὶ πεφυκὼς αὐτὴν αὐτὴν. ἀλλὰ χρὴ τὸν ὀρεγόμενον αὐτῆς, πολλὰ καὶ δυσχερῆ ἀναδόμενον ἐν τῇ ἀρχῇ, τότ' ἤδη τὸ λοιπὸν τελεῖν, καὶ ἡδὺ τέλος οὐ τῶν καμάτων προσμένειν. ΑΝ. τοῦτο φῄς, ὦ Σόλων, τὸ τέλος ἡδύ, καὶ λοιπὸν τελεῖν, ὅτι πάντες αὐτοὺς ἴδωσι στεφανωμένους, καὶ ὅτι τῇ νίκῃ ἐπαινέσωσι, πολὺ προτέρων οἰκτείραντες ὅτι ταῖς πληγαῖς. οἱ δὲ, δύδαιμονίσουσιν, αὐτὶ τῶν πόνων μῆλα καὶ σέλινα ἔχοντες. ΣΟ. ἄπειρος εἶ, φημὶ, τῶν ἡμετέρων ἔτι, μὴ μικρὸν ὄν, ἀλλὰ σοὶ δόξει τοῦτο αὐτῶν· ἐπειδὰν ἐς τὰς πανηγύρεις ἀπιὼν, ὁρᾷς ποσοῦτον πλῆθος ἀνθρώπων συλλεγόμενον ὅτι τὴν θέαν τοιούτων, καὶ θεάτρα πλείστων συμπληρούμενα, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἐπαινουμένους, τὸν δὲ καὶ νικήσαντα αὐτῶν, ἰσόθεον νομιζόμενον. ΑΝ. αὐτὸ τοῦτο, ὦ Σόλων, καὶ δοκεῖ οἰκτρόν ἐστιν, εἰ μὴ ἐπ' ὀλίγων ταῦτα πάσχουσιν, ἀλλὰ ἐν τοσούτοις θεαταῖς, καὶ μάρτυσι τῆς ὕβρεως, οἳ δηλαδὴ δύδαιμονίσουσιν αὐτοὺς, αἵματι ῥαινομένους ὁρῶντες,

ἢ ἀζχομένους πρὸς τῶν ἀντιπάλων. τοῦτο γὰρ τὰ εὐδαιμονέστατα πρόσεστι τῇ νίκῃ αὐτῶν. πρὸ ἡμῶν δὲ τῶν Σκυθῶν, εἰ τις, ὦ Σόλων, ἢ πατάξῃ τινὰ τῶν πολιτῶν, ἢ ἀναῤῥέψῃ προσπεσών, ἢ ἱματίων περιῤῥήξῃ, μεγάλας οἱ πρεσβῦται τὰς ζημίας ἐπάγουσι, καὶ ἐπ' ὀλίγων τῶν μαρτύρων τοῦτο πάθῃ τις· ἅπερ οὖν τηλικούτοις θεάτροις, οἷα σὺ φῂς, ὁ Ἰαδμοῖ, καὶ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ. ἐγὼ μὲν ἄλλα τε μὴ ἀγωνίσας, οἰκτείρω μοι ἔπεισιν, ὧν πάσχουσι. τῶν δὲ θεατῶν, ὃς φῂς ἀπορεῖσθαι τοὺς ἀρίστους ἀφικνεῖσθαι ἐς τὰς πανηγύρεις, καὶ πάνυ θαυμάζω, εἰ παντάπασι πρέποντες, σχολάζουσιν ὅτι τοῖς τοιούτοις. οὐδὲ γὰρ σκοπόν πω διώμεθα κατανοῆσαι, ὅτι τοῦτο τερπνὸν αὐτοῖς, ὁρᾶν παγκρατίους γε, καὶ δίσκους πλήττοντας ἀνθρώπους, καὶ πρὸς τὴν γῆν ἁρπαζομένους, καὶ στενοχωρουμένους ὑπ' ἀλλήλων. ΣΟ. εἰ καιρὸς ἦν, ὦ Ἀνάχαρσι, Ὀλυμπίων, ἢ Ἰσθμίων, ἢ Παναθηναίων, αὐτὸ ἂν σε τὸ γιγνόμενον ἐδίδαξεν, ὡς ἐγὼ μάτην ἐσπουδάκαμεν ὅτι τούτοις. ἐγὼ γὰρ ἅτε λέγων μή τις προσβιάσηταί σε τῇ ἡδονῇ τῶν ἐκεῖ θεωμένων, ὡς εἰ καθεζόμενος αὐτὸς ἐν μέσοις τοῖς θεαταῖς, βλέπεις ἀρετὰς ἀνδρῶν, καὶ κάλλη σωμάτων, καὶ ἀκμὰς ἰσχύος, καὶ ἐμπειρίας δυνάμεις, καὶ ἰσχὺν ἄμαχον, καὶ τόλμαν, καὶ φιλοτιμίαν, καὶ γνώμας ἀπτήτους, καὶ σπουδὴν ἀληκτον ὑπὲρ τῆς νίκης. ἀλλ' οἶδα, ὡς οὐκ ἂν ἐπαύσω ἐπαινῶν, καὶ ἐπιβοῶν, καὶ ἐπιχρῶν. ΑΝ. νὴ Δί', ὦ Σόλων, καὶ ἐπιγελῶν γε προσέτι, καὶ ἐπιχλευάζων. ἅπαντα γὰρ, ὁπόσα κατηριθμήσω ἐκεῖνα, τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ἀκμὰς, καὶ τὰ κάλλη, καὶ τόλμαν, ὁρᾷ σοῦ ἕνεκα πολλυμένους ὑμῖν, οὔτε πατρίδος κινδυνευούσης, οὔτε χώρας πορθουμένης, οὔτε φίλων, ἢ οἰκείων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων. ὥστε τοσούτῳ γελοιότεροί μοι εἶεν ἄρισοι μοι, ὡς φῂς, ὄντες, μάτην δὲ τοσαῦτα πάσχοντες, καὶ καλαπωρούμενοι, καὶ αἱμάσσοντες τὰ κάλλη καὶ τὰ μεγέθη, τῇ ψάμμῳ, καὶ τοῖς ὑπωπίοις, ὡς μήλου καὶ κοτίνου ἐγκρατεῖς γένοιντο, νικήσαντες. πολὺ

A aut à ſuis aduerſariis compreſſo gutture præfocari. Hæc enim ſumma felicitas illorum præſtò eſt victoriæ. Sed enim apud nos Scythas ſi quis, Solon, vel vnum è ciuibus pulſauerit, aut obuiam factus è via detruſerit, aut veſtem diſciderit, graui mulcta in eum animaduertunt ſenes, tametſi hoc ipſum vel paucis præſẽtibus arbitris quiſpiam paſſus fuerit: taceo in tam numeroſis ſpectaculis, cuiuſmodi tu percenſes in Iſthmo celebrari, aut Olympia. Cæterùm athletarum mehercle vicem ex animo doleo, eorum nomine quæ ab illis ſufferenda ſunt. Spectatorum verò dementiam, quos tu ex omni-
B bus locis optimos quoſque ad ludos viſendos ais confluere, demiror magnopere, ſi negotiis neceſſariis poſthabitis, hiſce rebus vacare non vereantur. Nondum enim illud poſſum intelligere, quidnam oblectamenti, quid voluptatis denique hoc illis afferat, ſi videant homines cædi verberibus, atque decertantes tum humi proſterni, inque vicẽ à ſe mutuò conteri. SO. Si iam tempus eſſet Anacharſi aut Olympiorum aut Iſthmiorum aut Quinquatrium, ipſa res perfacilè docuiſſet quàm non fruſtra aut temere harum rerum ſtudioſi ſimus. Neque e-
C nim quiſpiam ita nudè percenſendo rerum quæ ibi geruntur, voluptatem illam tibi ita perſuaſerit, quaſi ipſe in mediis ſedens ſpectatoribus, virorum virtutes cerneres, & corporum excellentium formoſitates, & habiles admirandorum membrorum vigores, multáque præclara experientiæ documenta, & vim inexpugnabilem, & audaciam, & ambitioſam contentionem, & ſententias nullo modo vincibiles, atque indefatigatum pro conſequenda victoria ſtudium. Sat enim ſcio te iſta ſpectantem nullum finem facturum laudandi & exclamandi & applaudendi. ANA. Et per Iouem, ô Solon, etiam ridendi & ſubſannandi. Siquidem
D hæc quæ enumeraſti, nempe virtutes, ac corporum habitudines & pulchritudines, & interritam audaciam, nullius magnæ rei gratia atque adeò nequicquam vobis perire video, cùm neque periclitetur patria, neque regio incendiis atque populationibus diuexetur, neque amici aut domeſtici ad iniuriam rapiantur. Itaque hoc magis mihi riſu digni videntur viri illi, vt tu ais, optimi, fruſtra tanta ſufferentes, talibúſq; difficultatibus conflictantes, & eas pulchritudines & heroicas corporũ proceritates ita turpiter arena atque tumentibus vulneribus fœdantes, vt parta victoria pomo aut pinu potiantur. Sem-

aut fortaſſe Comicorum & Tragœdorum potiùs armaturam aſſumetis, & ſi iuſſu ſenatus in aciem vobis exeundum fuerit, galeas illas hiantes capiti imponetis, vt hoc magis terrori ſitis aduerſariis, laruis ac terriculamentis anilibus eos exanimantes. Præterea calceos quoque peraltos illos pedibus accommodabitis, qui ſi fugiendum vobis eſſet, leues ſunt: rurſus ſi alios inſectati fueritis, hoſtibus erunt ineffugibiles, tanta mole vobis aduerſus illos irruentibus. At vide potiùs ne iſta veſtra arguta ſedulitas nugæ ſint, & ludicra puerilia, & inertium iuuenum ignauiæque deditorum exercitia. Si verò vobis in animo eſt prorſus eſſe liberis, & per omnia felicibus, aliis vobis opus erit gymnaſiis, & vero in armis exercitio: neque cum aliquo alternis certaminibus iuuenes vobis componendi ſunt, ſed aduerſus hoſtes depugnandum erit certo cum periculo virtutem exercentibus. Quapropter relictis puluere atque oleo, docete illos arcu contendere, & haſta vti: neque illis leuia dabitis iacula, quæ venti flatu feruntur, ſed ſit haſta grauis, quæ cum turbine atque ſibilo extorqueatur: præterea lapis prægrandis, & gladius, & ſcutum ſiniſtræ inſertum, & thorax, & galea. Nam ſicut in præſens inſtructi eſtis, dei cuiuſpiam benignitate mihi ſeruati eſſe videmini quominus nondum periiſtis à perpaucis ſaltem leuis armaturæ militibus irruentibus. Ecce enim ſi ſtricto ſaltem gladio quo ſuccinctus ſum, ſolus in iuuenes veſtros omnes irruerem, actutum vnà cum clamore gymnaſium haud dubiè caperem, illis paſſim diffugientibus, ac nullo contrà ferrum aſpicere audente, verùm poſt ſtatuas aut columnas conſiſtentes riſum mihi exhiberent, lacrymantes atque trepidãtes permulti. Tunc verò videres illos non ampliùs rubeſcentes corpore, cuiuſmodi nunc ſunt in præſentia, ſed omnes illico expalleſcentes, tranſcoloratos præ formidine. Adeò multa pax vos eneruatos effœminauit, vt non facilè ſaltem criſtam hoſtilis galeæ conſpectam ſuſtineretis. ΣΩ. At nequaquam talia de nobis prædicauerunt, ô Anacharſi, Thraces, quotquot Eumolpum ſecuti bello nos laceſſiuerunt, neque veſtræ mulieres quæ duce Hippolyta aduerſus vrbem expeditionem inſtituerant. Neque item alij quotquot in armis & acie vires noſtras experti ſunt.

τος· ἢ τὰς πτηνοπλίας ἐκείνας τότε ἀναλήψεσθε, τὰς τῶν κωμῳδῶν τε, καὶ τραγῳδῶν. καὶ μὴν τοιγε δὴ ὑμῖν ἔξοδος, ἐκφανὰ τὰ κράνη ποιήσεσθε τὰ λεχηνότα, ὡς φοβερώτεροι εἶητε τοῖς ἐναντίοις, μορμολυττόμενοι αὐλοις, καὶ ἐπισοβήσεσθε τὰ ὑψηλὰ ἐκφανα δηλαδὴ φθόγγοισί τε γὰρ, ὦ δέη, κοῦφα, καὶ ὦ διώκητε, ἄφυκτα τοῖς πολεμίοις ἔσαι, ὑμῖν οὕτω μεγάλα διβαινόντων ἐπ' αὐτοὺς. ἀλλ' ὅρα μὴ ταῦτα μὲν ὑμῖν τὰ κομψὰ λῆρος ᾖ, καὶ παιδιὰ ἄλλως, καὶ διατριβαὶ ἀργοῦσι, καὶ ῥαθυμεῖν ἐθέλουσι τοῖς νεανίσκοις. εἰ δὲ βούλεσθε πρώτως ἐλεύθεροι καὶ εὐδαίμονες εἶναι, ἀλλων ὑμῖν γυμνασίων δεήσει, καὶ ἀσκήσεως ἀληθινῆς τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις. καὶ μὴ ἄμιλλα ἔστω πρὸς ἀλλήλους μετὰ παιδιᾶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς δυσμενεῖς ἔσαι, μετὰ κινδυνων μελετῶσι πολὺ ἀγρεπολῶ. ὥστε ἀφέντας πολὺ κόνιν, καὶ τὸ ἔλαιον, διδάσκετε αὐτοὺς τοξεύειν, καὶ ἀκοντίζειν, μὴ κοῦφα διδόντες τὰ ἀκοντία, καὶ οἷα διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἄνεμον, ἀλλ' ἔστω λόγχη βαρεῖα, μετὰ συρισμοῦ ἐλιττομένη, καὶ λίθος χερὸς πλήθης, καὶ σάγαρις, καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ θώραξ, καὶ κράνος. ὡς δὲ νῦν ἔχετε, θεῶν τινος βουλομένου σώζεσθαί μοι δοκεῖτε, οἳ μηδέπω ἀπολώλατε ὑπό τινων ὀλίγων ψιλῶν βεβιωκότων. ἰδοὺ γέ τοι ἐγὼ παρασάλπιγξ ὢν μικρὸν τοῦτο ξιφίδιον ὃ καὶ πολὺ ζωνίον, μόνος ἐπεισπεσὼν τοῖς νέοις ὑμῖν ἅπασιν, αὐλοῦντι αὖ ἔλαιμι ὃ γυμνάσιον, φυγόντων ἐκείνων, καὶ οὐδενὸς ἀντιβλέπειν τολμῶντος· ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀδριαντας δὴ προϊὼν, καὶ πρὸς τοὺς κίονας καταχρυσοβόλμους, γέλωτα δὴ μοι προσάρειεν, δακρύοντες οἱ πολλοὶ, καὶ τρέμοντες. καὶ τότ' δὴ ἴδοις ὰν ἐπ' ἐρυθριῶντας αὐτοὺς τὰ σώματα, οἷοι νῦν εἰσιν, ἀλλὰ ὠχροὶ ἅπαντες αὐτίκα γίνοιντ' δὴ, ὑπὸ τοῦ δέους μεταβαφέντες. οὕτως ὑμᾶς ἡ εἰρήνη διατέθηκε βαθεῖα οὖσα, ὡς μὴ δὴ ῥᾳδίως δύασθαι λόφον ἕνα κράνους πολεμίου ἰδόντας. ΣΩ. ταῦτα ἔφασθε, ὦ Ἀνάχαρσι, Θρᾷκές τε ὅσοι μετ' Εὐμόλπου ἐφ' ἡμᾶς ἐστράτευσθε, αἱ γυναῖκες ὑμῶν, αἱ μετὰ Ἱππολύτης ἐλάσασαι ὅτε τὴν πόλιν, οὐδὲ ἄλλοι ὅσοι ἡμῶν ἐν ὅπλοις ἐπεξήεσαν.

ἡμεῖς γάρ, ὦ μακάριε, οὐκ ἐπὶ διαφθορᾷ οὕτω γυμνὰ τὰ σώματα ἐκπονοῦμεν τῶν νέων, ἀφ' τοῦτο καὶ ὅπλα ἀξιοῦμεν ὅτι πρὸς κινδύνους· ἀλλ' ἐπειδὰν καθ' αὐτοὺς ἄριστοι γένωνται, ἀσκοῦνται δὲ μετὰ τοῦτο ξὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ πολὺ ἄμεινον χρήσονται αὐτοῖς, οὕτω διακείμενοι. ANA. καὶ ποῦ τοῦτο ὑμῖν ἐστὶ τὸ γυμνάσιον τὸ ἐν τοῖς ὅπλοις; οὐ γὰρ εἶδον ἔγωγε ἐν τῇ πόλει τοιοῦτον οὐδέν, ἅπασαν αὐτὴν ἐν κύκλῳ περιελθών. ΣΟ. ἀλλὰ ἴσως αὖ, ὦ Ἀνάχαρσι, βέλτιον ἡμῖν σεσκεμμένος, καὶ ὅπλα ἑκάστῳ μάλα πολλὰ, οἷς χρώμεθα ὁπότ' ἀναγκαῖον ἦ, καὶ λόφους καὶ φάλαρα, καὶ ἵππους, καὶ ἱππέας σχεδὸν τὸ τέταρτον τῶν πολιτῶν. τὸ μέντοι ὁπλοφορεῖν ἀεὶ, καὶ ἀκινάκιον περιζώσασθαι, περιττὸν ἐν εἰρήνῃ οἰόμεθα εἶναι. καὶ προνοητικόν γ' ἐστὶν, ὅστις ἐν ἀσφαλείᾳ σιδηροφορεῖν μηδὲν δέον, ἢ ὅπλα ἐξενέγκαι εἰς τὸ δημόσιον. ὑμεῖς δὲ συγγνωστοὶ, ἐν ὅπλοις ἀεὶ βιοῦντες. τότε γὰρ ἐν ἀφυλάκτῳ οἰκεῖν, ῥᾴδιον ἐς ἐπιβουλήν· καὶ οἱ πολέμιοι, μάλα πολλοὶ, καὶ ἄδηλον ὁπότε τις ἐπέσται, κοιμώμενον καθαπάσας ἀπὸ τῆς ἁμάξης, φονεύσειεν. ἥ τε πρὸς ἀλλήλους ἀπιστία αὐθαιρέτως, καὶ μὴ ἐν νόμῳ ξυμπολιτεύεσθαι, ἀναγκαῖον ἀεὶ τὸν σιδηρον ποιεῖ, ὡς πλησίον εἴ τις ἀμυνοῦντα εἴ τις βιάζοιτο. ANA. εἶπα, ὦ Σόλων, σιδηροφορίαν μὲν οὐδενὸς ἀναγκαίου ἕνεκα περιττὸν ὑμῖν δοκεῖ, καὶ τῶν ὅπλων φείδεσθαι, ὡς μὴ ἀφ' χειρὸς ἦντα φθείροιτο· ἀλλὰ φυλάττετε ἀποκείμενα, ὡς χρησόμενοι τότε, τῆς χρείας ἐπιτάσης· τὰ δὲ σώματα τῶν νέων, οὐδενὸς δέους ἐπείγοντος, καθαπονοῦντε παύοντες, καὶ ἔτι τῶν ἱδρώτων καταμαλίσχοντες, καὶ ταμιευόμενοι πρὸς τὸ ἀναγκαῖον τὰς ἀλκὰς αὐτῶν, ἀλλ' εἰκῇ ἐν τῷ πηλῷ καὶ τῇ κόνει ἀναχέοντες. ΣΟ. ἔοικας, ὦ Ἀνάχαρσι, τοῖόν τι δυνάμεως περὶ σώματος, ὡς οἴνῳ ἢ ὕδατι, ἢ ἄλλῳ τῶν ὑγρῶν ὁμοίαν αὐτὴν οὖσαν· δέδιας οὖν μὴ ὥσπερ ἐξ ἀγγείου κεραμέου λαθὴ διαῤῥυεῖσα ἐν τοῖς πόνοις, κἄπειτα ἡμῖν κενὸν ἐξηρὸν οἴχηται τὸ σῶμα καταλιποῦσα, ὑπὸ μηδενὸς ἔνδοθεν διαπληρούμενον.

A Cæterùm nos, ô beate, non hoc consilio nuda iuuenum corpora exercemus, vt propterea eos in aciem aduersus pericula producamus: sed vbi in hisce ludicris quàm optimi atque exercitatissimi euaserint, deinceps & cum armis exercentur, quibus longè promptiùs vtuntur ad hunc modum antè instituti. ANA. Et vbinam locorum illud vobis est gymnasium, quod armorum vsui exercendo destinatum est? Neque enim ego vspiam in vrbe eiusmodi conspexi, cùm totum oppidum sursum ac deorsum diligenter perreptassem. SO. Sed certò videbis ô Anacharsi, multum nobis temporis con-
B uersatus, tum vnicuique permulta esse arma, quibus necessitate vrgente vtimur, & cristas, & phaleras, & equos, & equites fermè quartam partem ciuium. Siquidem semper armatum incedere, neque non acinace succinctum esse, superuacaneum in pace esse existimamus. Præterea mulcta cautum est, ne quis in vrbe, cùm nihil necesse sit, ferrum gestet, aut armatus procedat in publicum. Vobis verò non iniuria ignoscendum est, perpetuò in armis viuentibus. Viuere enim in loco aperto incustodito, facilè insidiis
C obnoxium est, & hostium valde numerosa est copia, neque illud certum, quo tempore assistens quispiam dormientem è plaustro pertractum iugulet. Ipsa quoque mutua infidelitas, & quòd legibus nequaquam coërciti vnam remp. incolitis, ferrum vobis semper facit necessarium, vt in propinquo sit ad propulsandã iniuriam, si quis vim alteri inferre aggrederetur. ANA. Adeò verò Solon ferrum gestare nulla necessitate adigente superuacaneum esse censetis, vt & armis parcatis, ne in manibus frequenter habẽtes corrumpantur, sed reposita conseruatis, vt necessitate vocante vtamini: sed enim
D iuuenum corpora nullo cogente periculo verberantes laboribus cõficitis. Quinetiam sudore absumentes, nulli rei magnopere necessariæ aut conducibili vires illorum expromitis, sed incassum in cœno atque arena effunditis. SO. Videris ô Anacharsi talem de robore corporeo opinionem obtinere, quasi vino aut aquæ aut alij cuipiam rei humidæ similitudine respondeat. Itaque metuis ne quemadmodum ex vase Samio, robur clanculum effluens in laboribus, deinde nobis corpus inane & aridum discedẽdo relinquat, cùm à nemine intus repleatur.

Atqui ad hunc modum res se non habet, sed quanto quis impensiùs exhauserit, tanto copiosiùs influit, iuxta Hydræ fabulam, si qua vnquam tibi inaudita est, cui pro vno capite præciso, semper alia duo renascebantur. Cæterùm si ab initio inexercitato corpore fuerit, parúmque firmo, neque satis habuerit subiectæ materiæ, tunc illico fatigatione defessus, detrimento afficitur, atque marcescit, veluti in igne ac lychno vsuuenire videmus. Etenim eodem flatu & ignem potes incendere, ínque breui maiorem facere, nimirum inflãmans spiritu: ac lychni lumen extingues, non habens sufficientem materiæ suppeditationem, quæ aduerso flatui par esse possit: neque enim ab altiùs acta radice productum fuerat. ANA. Hæc equidem, ô Solon, non admodum intelligo: argutiùs enim ista tibi dicta sunt, quàm vt ego queam intelligẽtia assequi, exactam quandam curam & mentem acutè cernentem requirentia. Illud porrò omnino mihi respõde, quamobrem tandem non etiam in Olympicis certaminibus, & Isthmiacis, & Pythicis, aliísque, quando multi, vt ais, confluxerint, iuuenes certantes spectaturi, in ipsis armis certamen conficiendum proponitis, sed nudos in medium adductos, qui & calcitrentur, & verberẽtur, ostenditis, ac deinceps victoribus mala aut oleaginã coronam præstatis? Hoc enim scitu dignum est, cuius rei gratia factitare soleatis. SO. Quoniam opinamur, ô Anacharsi, hac ratione gymnasiorum desiderium in iuuenibus magis accendi, si eos qui optimè sese gesserint, in illis honorari conspexerint, & in medio Græcorum præconis voce magnificè proclamari. Quapropter etiam tanquam illi exutis vestimentis, optimi corporis æstimandæ habitudinis curam non negligunt, ne denudati pudore afficiantur, ac se quisque victoria quàm dignissimum præparet. Quinetiam præmia, quemadmodum à me prædictum est, non mediocria sunt proposita, nempe honorificum & laude plenum à spectatoribus testimonium, & esse clarissimum, ac demonstrari prætereuntium digito, inter æquales hunc visum esse etiam sua opinione præstantissimum. Etenim non pauci ex spectatoribus quibus per ætatem etiamnum exercitatio colenda est, abeunt non mediocriter ex his virtutis & laborum amore inflammati. Itaque ô Anacharsi, si quis è communi hominum vita laudis & gloriæ amorem sublatũ eiiceret, quídnam ampliùs præclarę rei nobis ille faceret reliquum?

*Gloriæ stimulus.*

Ὁ δὲ οὐχ οὕτω ἔχει σοι· ἀλλ' ὅσῳ τις αὖ αὐτὴν ὀξυτέλῃ τοῖς πόνοις, τοσῷδε μᾶλλον ὀπτᾶται, καὶ τὸν τῆς Ὑδρας μῦθον, εἴ τινα ἤκουσας, ὡς αὐτῇ μιᾶς κεφαλῆς τμηθείσης, δύ' ἀεὶ ἄλλαι ἀνεφύοντο. ὧν δὲ ἀγύμναστος ὀξὺ ἀρχῆς, καὶ ἄτονος ἦ, μηδὲ ἱκανὴν τινὰ ὕλην ἔχῃ τοῦ ἐγκαυθησομένου, πρὸς τὸ καμεῖν βλαπτόμενον αὖ, καὶ καταμαραίνεται, οἷόν τι ὅταν πυρὸς καὶ λύχνου γένηται. τοῦτο γὰρ τῷ αὐτῷ φυσήματι, ὃ μὲν πῦρ ἀναζωπυρήσας αὖ, καὶ μεῖζον ποιήσας ἐν βραχεῖ, τοσόνδε θήγων τῷ πνεύματι, καὶ ὁ τὸ λύχνου φῶς ἀποσβέσας, οὐκ ἔχον ἀποχρῶσάν τῆς ὕλης τινὰ χορηγίαν, ὡς ἱκανὴ εἶναι πρὸς ὁ αὐτίπνουν. ἅτε γὰρ ἀπ' ἰσχυρᾶς οὐ μακρὰ τῆς ῥίζης ἀνεφύετο. ΑΝ. Ταῦτα μὲν, ὦ Σόλων, ἃ πάνυ σαφῶς μοι. λεπτότερα γάρ ἢ κατ' ἐμὲ εἴρηκας ἀκριβοῦς τινος φροντίδος, καὶ διανοίας ὀξυτάτης δεόμενα. ἐκεῖνο δέ μοι πρώτως εἰπέ, τίνος ἕνεκα δὴ καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς Ὀλυμπιάσι, καὶ Ἰσθμοῖ, καὶ Πυθοῖ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπότε πολλοί, ὡς φῄς, συνίασιν ὀφόμενοι τοὺς νέους ἀγωνισομένους, οὐδέποτε ἐν ὅπλοις ποιεῖσθε τὸν ἄμιλλαν, ἀλλὰ γυμνοὺς ἐς τὸ μέσον προαγαγόντες, λακτιζομένους καὶ παιομένους ὑπεδείκνυτε, καὶ νικήσασι μῆλα καὶ κότινον δίδοτε; ἄξιον δὲ εἰδέναι τοῦτό γε, ἕνεκά τινος ἕνεκα τοῦτο ποιεῖτε. ΣΩ. ἡγούμεθα γὰρ, ὦ Ἀνάχαρσι, τὸν ἐς τὰ γυμνάσια προθυμίαν ὅτῳ ἂν πλείω ἐγγενέσθαι αὐτοῖς, εἰ τοὺς ἀριστεύοντας ἐν τούτοις ἰδίᾳ τιμωμένους, καὶ ἀναχηρυττομένους ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησι, καὶ δῆτα ὡς ἐς τούτους ἀποδυσόμενοι, δυεξίας τε ὑπομενοῦνται, ὡς μὴ ἀμειώτως γυμνωθέντες, καὶ ἀξιονικότατον ἕκαστος αὐτὸν ἀπεργάζῃ. ἐς τὰ ἆθλα ὡσαύτως ἔμπροσθεν εἶπον, ὅτι μικρά, ὁ ἔπαινος ὁ παρὰ τῶν θεατῶν, καὶ ὁ ὑπισχνούμενον κλέος, καὶ δεικνύμενος τῷ δακτύλῳ, ἄριστον εἶναι τῶν καθ' ἑαυτὸν δοκοῦντα. ἔστι γάρτοι πολλοὶ τῶν θεατῶν, οἷς καθ' ἡλικίαν ἔτι ἡ ἄσκησις, ἀπίασιν ὅτι μετείως ἐκ τῶν τοιούτων, ἀρετῆς καὶ πόνων ἐμπεπλησθέντες· ὡς εἴ γέ τις, ὦ Ἀνάχαρσι, τὸν τῆς εὐκλείας ἔρωτα ἐκκαλοῖ ἐκ τοῦ βίου, τί ἂν ἔτι ἀγαθὸν ἡμῖν γένοιτο;

ἢ τίς

ἢ τίς αὖ τι λαμπρὸν ἐργάσασθαι ὑπεθυμήσε; νῦν δὲ καὶ ἀπὸ τούτων εἰκάζειν παρέχοιεν ἂν σοι, ὁποῖοι ἐν πολέμοις ὑπὲρ πατρίδος, καὶ παίδων, καὶ γυναικῶν, καὶ ἱερῶν γίνοιντ' ἂν, ὅπλα ἔχοντες, οἱ κοτίνου πέρι καὶ μήλων γυμνοὶ, τοσαύτην παρασκευὴν ἐς τὸ νικᾶν εἰσφερόμενοι. καίτοι τί ἂν παῖδες, εἰ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας πρὸς ἡμῖν, καὶ ἀκούσειας ὅτι τούτοις ὑμῖν μικρόν; ἢ γελάσῃ δηλονότι, καὶ μάλιστα ἐὰν μάθῃς ὡς ἐπὶ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν, καὶ παρεσκευάσθαι πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ πρέπειν, καὶ ὁρᾶν τὰ ὄρνεα δηλονότι μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο γελοῖον. ἐπόδυεταί γέ πως ἡρέμα ταῖς ψυχαῖς ὁρμὴ ἐς τοὺς κινδύνους, ὡς μὴ ἀγλυκέστεροι ᾖ ἀπολιπόντες φαίνοιντο τοῖς ἀλεκτρυόσιν, μηδὲ παραπαγορεύσειεν ἐπὶ τραύμασιν, ἢ καμάτοις, ἢ τῷ ἄλλου δυσχερεῖς. ὃ δὲ δὴ ἐν ὅπλοις πειρᾶσθαι αὐτοῖς, καὶ ὁρᾶν πεπωκότας, ἀπαγε, θηριώδες γὰρ, καὶ δεινῶς σκαιὸν, ἐπεὶ καὶ ἀλισιτελὲς ἀποσφάττειν τοὺς ἀρίστους, ἢ οἷς ἄν τις ἄμεινον χρήσαιτο πρὸς τοὺς δυσμενεῖς. ἐπεὶ δὲ φῂς, ὦ Ἀνάχαρσι, ἢ νῦν ἄλλην Ἑλλάδα ἐπελθόντα, μέμνησο ἐὰν ποτὲ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ καταγελάσαι μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἴεσθαι μάτην ποιεῖν αὐτοὺς, ὁπότε μὴ σφαίρας πέρι ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες, παίσωσιν ἀλλήλους, ἢ ἐς χωρίον ἐπελθόντες, ὕδατι περιγεγραμμένον, ἐς φάλαγγα διαστάντες, τὰ πολεμίων ἀλλήλοις ἐργάζωνται, γυμνοὶ καὶ αὐτοὶ, ἄχρις οὗ ἐκβάλωσι τῆς περιγράμματος ὁ ἕτερον στράτευμα οἱ ἕτεροι, τοὺς καλοῦσι Λυκοῦργον οἱ καλοὶ Ἡρακλέα, ἢ ἔμπαλιν συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ (τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου εἰρήνη λοιπὸν) καὶ οὕτως ἂν ἐπὶ παύσαιτο. μάλιστα δὲ ἐὰν ὁρᾷς μαστιγουμένους αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ βωμοῦ, καὶ αἵματι ῥεομένους, πατέρας δὲ, καὶ μητέρας παρεστώσας, οὐχ ὅπως ἀνιωμένας ὑπὸ τοῖς γιγνομένοις, ἀλλὰ καὶ ἀπειλούσας, ἐὰν μὴ ἀντέχοιεν τοῖς πληγαῖς, καὶ ἱκετευούσας ὑπομένειν ἀνδρικέσαι τὸν πόνον, καὶ ἐκκαρτερῆσαι τοῖς ἀνιαροῖς.

aut quisnam facinus aliquod magnum & memorabile concupisceret? Iam ex iis haud difficulter coniecturam facere potes, quales in bello pro tuenda patria, defendendis liberis & vxoribus, & pro templis susceptо, futuri sint arma habentes in manibus, qui oleagina corona aut pomis inducti, tanta cupiditate ad victoriam consequendam ferantur. Et quidnam dicturus esses si apud nos, & coturnices & gallos gallinaceos compugnantes videres, ac harum rerum spectandarum & adornandarum studium non mediocre? Rideres videlicet, at tunc maximè, si rescisceres lege à maioribus lata illud nos facere, omnibúsque iuuenibus vt interfint imperatum esse, vt spectent volucres rostris inter se depugnantes vsque ad extremam defectionem virium. Atqui ne hoc quidem institutum risu dignum est. Irrepit enim sensim in animos iuuenum impetus ad fortiter subeunda & contemnenda pericula, ne gallis ingeniosiores atque ignauiores esse appareant, néve defessi vulnera aut labores aut aliam difficultatem ferre recusent. Cæterùm vt in armis harum rerum periculum faciant, vtque mutuis vulneribus semet conficientes spectemus, apage: ferinum enim illud esset, & omnibus modis crudele: ad hæc non minùs damnosum & inutile, mactare iuuenes præstantissimos, quorum opera & viribus longè meliùs aduersus hostes vti queamus. Quia verò ais, ô Anacharsi, te reliquam quoque Græciam videndi gratia peragraturũ, vide vt memoria teneas, si quando in Lacedæmona veneris, ne & illos irrideas, neque putes eosdem inutilibus vacare laboribus, quando aut de pila in theatro impetu facto collapsi, mutuis vulneribus semet deformauerint, aut in locum circumcirca aqua obseptum ingressi, ac in cohortes distributi, hostili animo alter alterum inuaserit, & ipsi nudi, donec pars alterutra diuersa è loco aquis circundato eiecerit, nempe Lycurgi assecla, sectatores Herculis, aut rursus in aquam impulerint. Ab illa enim pax insequitur, nec vllus ampliùs pulsatur. Maximè verò si videris pueros ad aram flagellis ac loris cædi, ac sanguine defluẽtes, & patre & matre assistentibus, non vt aliquem ex hoc facto dolorem capiant: sed minaciter interminantibus nisi verbera perseueranter tulerint, ac supplicantibus quoque vt quamdiutissimè labori tolerando sufficiant, néve verberum difficultatibus cedentes succumbant.

*Gallorum gallinaceorũ pugna.*

Itaque permulti plagis ipsis immoriuntur, dedecorosum existimantes si etiamdum viuentes, in familiarium conspectu verberibus superati deficerent, aut corpore flagrorum ictibus cederent: quos etiam statuis in memoriam illorum erectis publicè à Spartanis honestatos videbis. Quando ergo ista coràm oculatus arbiter intueberis, caue illos insanire temere suspiceris, neque dicas citra caussam iustam ac necessariam talibus eos difficultatibus conflictari, neque vrgente alicuius sæua tyrannide, neque hostibus imminentibus. Dixerit enim haud dubiè Lycurgus Laconicarum legum auctor pro illis tuendis tibi rationi valde cõsentanea, quibusnam caussis impulsus pueros ita verberibus affligendos statuerit, neque inimicus illis existens, neque inuidentia adductus hoc faciens, neque ciuitatis iuuentutem nequicquam absumens, sed volens atque contendens reddere quàm fortissimos, ac omni difficultate superiores eos qui patriã ab iniuria essent seruaturi atque defensuri. Quamquam verò ipse Lycurgus nihil dixerit, facilè tamen animaduertis, vt talis quispiam quondam in bello comprehensus, nullam vocem Spartana magnitudine indignam emiserit, inimicis eundem diris tormentis torquentibus; sed illos falsè subsannans, flagellis cædebatur, cum verberante infracta animi tolerantia contendens, vternã citiùs viribus deficeret. ANA. Num Lycurgus quoque, Solon, in iuuentute loris cædi solitus est? & an huius certaminis auctor existens, citra periculum talia iuueniliter commentus est? SO. Cùm iam prouectæ ætatis esset, ciuibus Spartanis leges condidit, profectus è Creta. Aliquãdiu enim apud Cretenses peregre egit, quoniam eosdem audiuerat optimis legibus instructos viuere, quibus Minos Iouis filius legum scriptor extiterat. ANA. Quamobrem igitur Solon, & tu non imitatus es Lycurgum, ac iuuenes loris proscindis? Etenim perpulchra hæc sunt instituta, & vobis non indigna. SO. Quoniam nobis Anacharsi sufficere videntur ista gymnasia quorum ipsi repertores extitimus, neque magnopere necessarium existimamus peregrinorum æmulatores esse.

A πολλοὶ γοῦν καὶ ἀναπεθανον τῷ ἀγῶνι, μὴ ἀξιώσαντες ἀπαγορεύσαι ζῶντες ἔτι, ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν οἰκείων, μηδὲ εἴξαι τοῖς σώμασιν· ὧν καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἵστασι τιμῶμενους δημοσίᾳ, ὑπὸ τῆς Σπάρτης ἀναστεφανωθέντας. ὅταν οὖν οὕτω ὀρθῶς κἀκεῖνα, μήτε μαίνεσθαι ὑπολάβῃς αὐτοὺς, μήτε εἴπῃς, ὡς οὐδεμιᾶς ἕνεκα αἰτίας ἀναγκαίας τηλικαῦτα ταλαιπωροῦσι, μήτε τυράννου διαζοῦντος, μήτε πολεμίων ἐπικειμένων. εἴποι γὰρ ἂν σοι ὑπὲρ ἐκείνων Λυκοῦργος ὁ νομοθέτης αὐτῶν, πολλὰ τὰ ὄνειδα, καὶ ἀσωτίαν κολάζει αὐτοῖς, οὐκ ἐχθρὸς ὤν, οὐδὲ ὑπὸ μίσους αὐτὸ δρῶν, οὐδὲ τὴν νεολαίαν τῆς πόλεως εἰκῇ βασανίσκων, ἀλλὰ καρτερικωτάτους, καὶ πρὸς δεινοὺς κρείττονας ἀξιῶν εἶναι τοὺς σώζειν μέλλοντας τὴν πατρίδα. καίτοι κἂν μὴ ὁ Λυκοῦργος εἴπῃ, ἐνόησα, οἶμαι, καὶ αὐτὸς, ὡς οὐκ ἄν ποτε ληφθεὶς ὁ τοιοῦτος ἐν πολέμῳ, ἀπόρρητόν τι ὠφελήσοι τὴν Σπάρτην, αἰχμαλώτων τῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ κατάγελῶν αὐτῶν, βασιγοῖτο ἄν, ἀμιλλώμενος πρὸς τὸν παίοντα, ὡς πρότερος ἀπαγορεύσειεν. ANA. ὁ Λυκοῦργος δὲ C αὐτὸς, ὦ Σόλων, ἐμαστιγοῦτο ἐφ' ἡλικίας, ἢ ἐκπεφοιτήκει ἤδη τῶν ἀγώνων, ἀσφαλῶς τὰ τοιαῦτα ἐπαινέσαντος; SO. πρεσβύτης ἤδη ὤν, ἔγραψε τοῖς νόμοις αὐτοῖς Κρήτηθεν ἀφικόμενος· ἐπεδεδήμηκει δὲ παρὰ τοῖς Κρησὶ, ὅτι ἤκουσιν εὐνομώτατοι εἶναι, Μίνωος, τοῦ Διὸς, νομοθετήσαντος ἐν αὐτοῖς. ANA. τί οὖν οὐ καὶ σὺ, ὦ Σόλων, ἐμιμήσω Λυκοῦργον, καὶ μαστιγοῖς τοὺς νέους; καλὰ γὰρ ταῦτα, καὶ ἄξια ὑμῶν ἐστιν. SO. ὅτι ἡμῖν ἱκανὰ, ὦ Ἀνάχαρσι, ταῦτα τὰ γυμνάσια, οἰκεῖα ὄντα· ζηλωτὰ δὲ τὰ ξενικὰ, οὐ πάνυ ἀξιοῦμεν. ANA. οὐκοῦν ἀλλὰ σιωπᾷς, οἶμαι, οἷόν τι ὀφείλειν μαστιγοῦσθαι γυμνούς, αἴρω τὰς χεῖρας ἐπαίοντα, μηδενὸς ἕνεκα ὠφελίμου, ἢ αὐτῷ ἐκείνῳ, ἢ κοινῇ τῇ πόλει. ὡς ἔγωγε ἐὰν ποτε ἐπιδημήσω τῇ Σπάρτῃ, καθ' ὃν καιρὸν ταῦτα δρῶσι,

D

ANACH. Nequaquam: sed intelligis, vt opinor, quàm res sit friuola flagris obverberare nudi scapulas, palmas vtrasque suppliciter extendentis, ex quo nulla proueniat vtilitas, neque priuatim ad eum qui cæditur, neque item ad Remp. cõmuniter. Itaque si quando Spartã peregre profectus venero quo tempore ista factitare solent,

δοκῶ μοι πάχιστα καταλιθωθήσεσθαι δημοσίᾳ πρὸς αὐτῶν, ὁπόταν ὁρῶσι τυπτομένους καθάπερ κλέπτας, ἢ λωποδύτας, ἢ τί ἄλλο τοιοῦτον ἐργασαμένους. ἀτεχνῶς γὰρ ἐλλεβόρου δεῖσθαί μοι δοκεῖ ἡ πόλις αὐτῶν, οὕτω καταγέλαστα ὑφ' ἑαυτῆς πάσχουσα. ΣΩ. μὴ ἐρήμην, ὦ γενναῖε, μηδὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπόντων, μόνος αὐτὸς λέγων, οἷόν σε πεῖσαι. ἔστι γάρ τις ὁ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων σοὶ τὰ εἰκότα ἀντερῶν ἐν Σπάρτῃ. πλὴν ἀλλ', ἐπειδὴ ἐγὼ τὰ ἡμέτερά σοι διεξεληλύθα, σὺ δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ ἀρεσκόμενος ἐν τούτοις ἔοικας, οὐκ ἄδικα αἰτήσειν ἔοικα παρὰ σοῦ, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει διεξέλθῃς πρός με, ὃν τρόπον ὑμεῖς οἱ Σκύθαι διδάσκετε τοὺς νέους τοὺς παρ' ὑμῖν, καὶ οἵοισι γυμνασίοισι ἀσκητέους φέρετε, καὶ ὅπως ὑμῖν ἀνδρες ἀγαθοὶ γίγνονται. ΑΝ. δικαιότατα μὲν οὖν, ὦ Σόλων, καὶ ἐγώ γε διηγήσομαι τὰ Σκυθῶν νόμιμα, ἃ σεμνὰ ἴσως, οὐδὲ καθ' ὑμᾶς, οὔτε οὐδὲ κατ' ἐμὲ πάλαι θῶμαι τολμήσαιμι ἂν μίαν πληγὴν ἀλλοὶ γάρ ἐσμεν. ἀλλὰ εἰρήσεταί γε ὁποῖα ἂν εἴη. ἐς αὔριον μέντοι εἰ δοκεῖ, ὑπερβαλώμεθα τὴν σπουδαιοσύνην, ὡς ἅ τε αὐτὸς ἔφης, ἔτι μᾶλλον ἐννοήσαιμι καθ' ἡσυχίαν, ἅ τε χρὴ εἰπεῖν, σπουδάσαιμι τῇ μνήμῃ ἐπελθών· ὃ δὲ νῦν ἔχον, ἀπίωμεν ὅτι τάχιστα, ἑσπέρα γὰρ ἤδη.

A videor me ſtatim lapidibus obrutum iri ab illis publicè, ſingulos deridentem, ſi quando videro pueros veluti fures flagris onerari, aut veluti peculatorē, aut alium facinoroſum. Planè verò illorum ciuitas mihi videtur egere elleboro, quæ vſqueadeo ridicula à ſe ipſa pati conſueuit. SO. Ne deſertam cauſſam ô generoſe, neque viris abſentibus te ſolum dicentem vincere inducas in animum. Neque enim deerit quiſpiam etiam Lacedæmone, qui harum rerum cauſſam tibi promptiſſimè redditurus eſt. Verumenimvero quandoquidem ego tibi noſtra B ex ordine gymnaſia percenſui, quæ tibi non admodum placuiſſe non occultè tuliſti, videor mihi non iniqua poſtulaturus à te, vt & tu viciſſim me audiente percurras qua ratione vos Scythæ veſtros iuuenes exerceatis, tum quibus gymnaſiis educatos inſueſcitis, & quonã pacto eoſdem viros ſtrenuos efficitis. ANA. Æquiſſima ſunt ô Solon quæ poſtulas. Ac ego quidem Scytharum leges tibi commemorabo, fortaſſe non admodum admirandas illas, & quæ non multum veC ſtris ſunt reſponſuræ. Neque enim vel in maxillam alicui plagam illidere auderemus, ſumus enim perquam meticuloſi: ſed tamen qualiacunque ſunt noſtra exercendorum iuuenum inſtituta, dicentur. Cæterùm, ſi videtur, ea de re colloquium in craſtinum vſque differemus, vt ea quæ ipſe dixiſti, magis quietus apud me retractare poſſim, tum etiam ea quæ mihi dicenda ſunt, memoria percurrere. Itaque, quod nunc reſtat, in præſentia quidem abeamus. Iam enim inualeſcentibus vmbris appetit veſpera.

## ΠΕΡΙ ΠΕΝΘΟΥΣ.

## DE LVCTV. Eraſmo Roterodamo interprete.

ΑΞΙΟΝ γε παρατηρῆσαι τὰ ὑπὸ D τῶν πολλῶν ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, καὶ λεγόμενα, ἢ τὰ ὑπὸ τῶν παραμυθουμένων λεγόμενα αὐτοῖς αὖθις λεγόμενα, ἢ ὡς ἀφόρητα ἡγοῦνται τὰ συμβαίνοντα σφίσι τε αὐτοῖς οἱ ὀδυρόμενοι, καὶ ἐκείνοις, οὓς ὀδύρονται, ἢ, μὰ τὸν Πλούτωνα, καὶ Περσεφόνην, κατ' οὐδὲν ὀρθούμενοι φρῶς, ἢ τ' εἰ πονηρὰ ταῦτα καὶ λύπης ἄξια, ἢ τι εἰ τοὐναντίον ἡδέα, καὶ βελτίω τοῖς παθοῦσι, νόμῳ δὲ καὶ συνηθείᾳ τὴν λύπην ὀρθῶς ἐπόντες.

Peræpretium ſanè fuerit obſeruare ea quę in luctu vulgo tum dicantur, tum fiant, item quæ dicantur ab iis qui eos conſolãtur ſcilicet, quámque nõ ferenda putent lugentes ea quæ acciderũt, & ſibiipſis, & iis quos flent, cùm haudquaquam pernouerint, maláne ſint iſta, ac dolenda, an contrà iucundiora melioráque iis quibus accidunt: ſed ex more & conſuetudine dolorem accerſunt.

Itaque cùm mortuus fuerit aliquis, faciunt ad hunc modum. Quin priùs volo tibi narrare quas habeant de morte ipsa opiniones. Sic enim palàm fiet, qua gratia superuacanea ista moliantur. Vulgi quidem hominum multitudo, quos sapientes isti vocant idiotas, Homero, Hesiodo, reliquisque fabularum auctoribus super his fidem habentes, & illorum poësim pro lege ducentes, locum quendam subter terram profundum esse putant, quem Tartarum vocant. Eum existimant magnum & spatiosum esse, caliginosum atque opacum, qui tamen istis haud scio quo pacto illustrari videtur, quò singula quæ illic sunt, introspiciant. Tum regnare in hoc specu Iouis fratrem, cui nomen Plutoni, vt mihi retulit quidam harum rerum mirè peritus, ob id eo vocabulo honestatum, quòd mortuorum copia diues esset. Porrò Plutonem hunc inferorum remp. & manium vitam constituisse in hanc formam Nam sorte obtigisse huic vt vita defunctis imperaret. Quos vbi demissos receperit, arreptos vinculis ineffugibilibus coërcet, nulli prorsus permittens vt ad superos redeat, præterquam admodum paucis ex vniuerso æuo, idque grauissimis de causis. Interluitur autem regio illius fluuiis & magnis & horrendis vel solo nomine. Siquidem Cocyti, Phlegethontes, atque huiusmodi vocabulis appellantur. Quódque est grauissimum, præiacet Acherontica palus, quæ prima excipit obuios, quam non possis neque transmittere neque transire sine vectore: nam & profundior est quàm vt pedibus transiri possit, & spatiosior quàm vt tranari queat. In summa huiusmodi est, vt nec auium manes possint eam transuolare. In ipso verò descensu, portáque, quæ quidem est adamantina, Æacus est, regis patruelis, cui mandata est custodia: iuxtáque hunc canis triceps, sæuus admodum. Is aduenientes satis amicè pacatéque intuetur: cæterùm si quis conetur aufugere, latrat, territósque in specum redigit. Iam qui transiuisla palude ingressi sunt, eos excipit pratum ingens, Asphodelo consitum; ac fluuius memoriæ hostis: eôque Lethe nomen est inditum. Nam hæc videlicet priscis illis mortalibus narrarunt, qui illinc redierant, nempe Alcestis & Protesilaus, Thessalus vterq;

A ἐπειδὴ τοίνυν ἀποθάνῃ τις, ὅτῳ ποιῶσι. μᾶλλον ἢ πρότερον εἰπεῖν βούλομαι ἃς τινας περὶ αὐτῶν τῶν θανάτου δόξας ἔχουσιν. ὅτῳ γὰρ ἔσαι φανερὸν, ὅ τινος ἕνεκα τὰ περιττὰ σκάφη ὑποτιθέασιν. ὁ μὲν δὴ πολὺς ὄμιλος, οὓς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσιν, Ὁμήρῳ τε καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις μυθοποιοῖς πρὸς τούτων πεφοιτηκότες, καὶ νόμον θέμενοι τὴν ποίησιν αὐτῶν, τόπον τινὰ ὑπὸ τῇ γῇ βαθὺν, Ἅιδου ὑπερειλήφασι, μέγαν τε καὶ πολύχωρον τὸν τρόπον τινά, καὶ ζοφερὸν, καὶ ἀφώτιστον, οὐκ οἶδ' ὅπως αὐτοῖς φανταζόμενον δοκοῦντα, πρὸς δὲ καὶ καθορᾶν τὰ ἐνόντων ἕκαστον. βασιλεύειν τε τοῦ χάσματος, ἀδελφὸν τοῦ Διὸς, Πλούτωνα κεκληκότες (ὡς μοί τῳ τὰ τοιαῦτα διηγοῦντί τις ἔλεγε) δι' ὃ πλουτεῖν τοῖς νεκροῖς τὴν προσηγορίαν τετιμημένον τοῦτον δὲ τὸν Πλούτωνα, τὴν παρ' αὐτῶν πολιτείαν, καὶ τὸν κάτω βίον καταστήσασθαι τὸν τοιοῦτον. κεκληρῶσθαι μὲν γὰρ αὐτὸν ἄρχειν τῶν ἀποθανόντων· καταδεξάμενον δὲ αὐτοὺς, καὶ προσλαβόντα, κατέχειν δεσμοῖς ἀφύκτοις, οὐδενὶ δὲ πάντῃ τῆς ἀφόδου ὑφιέμενον, πλὴν ὀλίγων πάνυ καὶ ἐξ ἁπάντων τοῦ αἰῶνος πάνυ ὀλίγων

B

C

διὰ μεγίστας αἰτίας. περιῤῥεῖσθαι δὲ τὴν χώραν αὐτοῦ ποταμοῖς μεγάλοις τε καὶ φοβεροῖς, καὶ οὐ μόνον τῶν ὀνομάτων Κωκυτοὶ γὰρ, καὶ Πυριφλεγέθοντες, καὶ τὰ τοιαῦτα κέκληνται. τὸ δὲ μέγιστον, ἡ Ἀχερουσία λίμνη προῦκειται, πρώτη δεχομένη τοὺς ἀπαντῶντας, ἣν οὐκ ἔνι ὅπῃ πλεύσαντα, ἢ περᾶσαι, μὴ τῷ πορθμέως· βαθεῖά τε γὰρ φασὶ τοῖς ποσὶ, καὶ διανήξασθαι πολλή· καὶ ὅλως, οὐκ ἂν αὐτὴν διαπλεύσῃ σὺν τοῖς νεκροῖς τῶν ὀρνέων. πρὸς δὲ αὐτῇ τῇ καθόδῳ, καὶ πύλῃ, οὐσῃ ἀδαμαντίνῃ, ἀδελφιδοῦς τοῦ βασιλέως Αἰακός ἐστι, τὴν φρουρὰν ἐπιτεταγμένος, καὶ πρὸ αὐτῆς, κύων τρικέφαλος, μάλα καρχαρίας, οἷς μὲν ἀφικνουμένοις, φίλιόν τι καὶ εἰρηνικὸν προσβλέπων, τοῖς δὲ πειρωμένοις ἀποδιδράσκειν, ὑλακτῶν, καὶ τῷ χάσματι δεδιττόμενος. περαιωθεῖσι δὲ τὴν λίμνην ἐς ὃ εἴσω, λήμνη ὑποδέχεται μέγας, τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτος, καὶ ποτὸν, μνήμης πολέμιον. Λήθης γοῦν διὰ τοῦτο ὠνόμασται. ταῦτα γὰρ ἀμέλει διηγήσαντο τοῖς πάλαι ἐκεῖθεν ἀφιγμένοις, Ἄλκηστίς τε, καὶ Πρωτεσίλαος οἱ Θετταλοὶ,

D

καὶ Θησεὺς ὁ τοῦ Αἰγέως, καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ὀδυσσεύς, μάλα σεμνοὶ καὶ ἀξιόπιστοι μάρτυρες, ἐμοὶ δοκεῖν, ὑπὲρ πίοντες τῆς πηγῆς, ὑγιὲς ἂν ἐμεμνήμην αὐτῶν. ὁ μὲν οὖν Πλούτων, ὡς ἐκεῖνοι ἔφασαν, καὶ ἡ Περσεφόνη, δυναστεύουσι, καὶ τιμῶσι τὴν ὅλων διαστοιχίαν ἔχουσιν· ὑπηρετοῦσι δ' αὐτοῖς, καὶ τὴν ἀρχὴν συνδιαπράττουσιν, ὄχλος πολύς, Ἐρινύες τε, καὶ Ποιναί, καὶ Φόβοι, καὶ ὁ Ἑρμῆς· οὗτος μέντοι οὐκ ἀεὶ συμπαρών. ὕπαρχοι δὲ, καὶ σατράπαι, καὶ δικασταί, κάθηνται δύο, Μίνως τε, καὶ Ῥαδάμανθυς, Κρῆτες ὄντες, καὶ υἱοὶ τοῦ Διός. οὗτοι δὲ, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, καὶ δικαίους, καὶ κατ' ἀρετὴν βεβιωκότας, ἐπειδὰν συναλισθῶσι πολλοὶ, καθάπερ εἰς ἀποικίαν τινὰ, πέμπουσιν ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, τὸν ἀρίστῳ βίῳ συνεσομένους. ἂν δέ τινας τῶν πονηρῶν λάβωσι, ταῖς Ἐρινύσι παραδόντες, ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον ἐκπέμπουσι, κατὰ λόγον τῆς ἀδικίας κολασθησομένους. ἔνθα δή τι τῶν κακῶν οὐ πάσχουσι, τρεβλούμενοί τε, καὶ καιόμενοι, καὶ ὑπὸ γυπῶν ἐσθιόμενοι, καὶ ἔχῳ συμφερόμενοι, καὶ λίθους ἀνακυλίοντες; ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος, ἐπ' αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸς ἕστηκε, κινδυνεύων, ὑπὸ τοῦ διψους ὁ κακοδαίμων ἀποθανεῖν. οἱ δὲ τοῦ μέσου βίου πολλοὶ ὄντες οὗτοι, ὑπὸ τῶν λημῶνι πλανῶνται αὐθ' τῶν σωμάτων, σκιαὶ γεγονότες, καὶ ὑπὸ τῇ ἀφῇ καθάπερ καπνὸς ἀφανιζόμενοι. τέφονται δὲ ἄρα ταῖς παρ' ἡμῶν χοαῖς, καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ὑπὸ τῶν τάφων· ὡς εἴτω μή εἴη καταλελειμμένος ὑπὸ γῆς φίλος, ἢ συγγενὴς, ἄσιτος οὗτος νεκρὸς, καὶ λιμώττων, ὁ αὐτοῖς πολιτεύεται. ταῦτα οὕτως ἰσχυρῶς παρειλήλυθε τοῖς πολλοῖς, ὥστε ἐπειδάν τις ἀποθάνῃ τῶν οἰκείων, πρῶτα μὲν φέροντες ὀβολὸν, ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῷ, μισθὸν τῷ πορθμεῖ τῆς ναυτιλίας γενησόμενον· ὑπὲρ πρώτου ἐξεπάσαντες ὁποῖόν τὸ νόμισμα νομίζεται, καὶ εἰ Ἀθηναίων παρὰ τοῖς κάτω, καὶ εἰ δωδεκάτης παρ' ἐκείνοις Ἀττικὸς, ἢ Μακεδονικὸς, ἢ Αἰγιναῖος ὀβολός· ὑφ' ὅτι πολὺ κάλλιον ᾖ μὴ ἔχειν τὰ πορθμεῖα καταβαλεῖν. οὕτω γὰρ ἂν, οὐ παραδεξαμένου τοῦ πορθμέως, ἀναπόμπιμοι πάλιν ἐς τὸν βίον ἀφικνοῖντο. μετὰ ταῦτα δὲ, λουσάμενοι αὖθις, ὡς οὐκ ἱκανῶς τῆς κάτω λίμνης λουσθῆναι εἶχεν τοῖς ἐκεῖ, καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα,

A neque non Theſeus Ægeo prognatus, & Homericus Vlyſſes, teſtes admodũ graues, digníque quibus habeatur fides, qui mihi non videntur è fonte illo bibiſſe, alioqui non meminiſſent horum. Itaque Pluto & Proſerpina, vt aiebant illi, remp. adminiſtrant, rerúmque omnium dominatum obtinent. Sed inſeruiunt his, & in adminiſtrando principatu adiuuant, ingens turba, furiæ, pœnæ, terrores, ac Mercurius: quanquam is ſanè non adeſt perpetuò. Præfecti autem & ſatrapæ & iudices ſedent duo, Minos & Rhadamanthus, vterque Cretenſis, vterque Iouis filius. Atque hi quidem bonos ac B iuſtos viros, qui cum virtute vitam peregiſſent, vbi iam multi collecti fuerint, velut in coloniam quandam emittunt in campum Elyſium, vitam optimam inibi victuros. Quòd ſi malos aliquos ceperint, hos Furiis traditos, in impiorum locum eiiciunt, pro ratione malefactorum puniendos. Quo quidem in loco quid tandem mali non patiuntur? torti, exuſti, à vulturibus arroſi, rota circumacti, ſaxa ſurſum voluentes. Nam Tantalus ipſe ad paludem ſtat, in periculum adductus ne ſiti moriatur infelix. C Rurſum alij mediocris vitæ (ſunt autem hi complures) vagantur in prato ſine corporibus iam vmbræ facti, & ad tactum ceu fumus euaneſcentes. Aluntur autem videlicet noſtris libationibus inferiíſque quæ ſepulchris inferuntur: adeò vt ſi cui nullus ſit in terra reliquus amicus aut cognatus, hic mortuus, ieiunus ac famelicus inter illos verſatur. Hæc vſque adeo validè vulgi animos peruaſerunt, vt ſimul atque familiaris quiſpiam mortuus fuerit, primùm obolum illi in os imponunt, traiectionis mercedem, quam vectori daturus ſit: nec illud priùs expendunt, cuiuſmodi nomiſma legitimum ſit ambulétque apud D inferos, & apud illos valeat, Atticus, an Macedonicus, an Æginenſis obolus. At ne id quidem cogitant, multo ſatius eſſe non poſſe naulum reddere: ſic enim fiat, vt non recipiente portitore, poſtliminio redeant in vitam. Poſt hæc lotos eos, perinde quaſi tartarea palus ηõ ſatis ſit idonea lauandis his qui illic degunt, & vnguẽtis optimis vncto corpore,

iámque victa graueolentia, tum coronatos pulcherrimis floribus proponunt splendidè vestitos, ne videlicet algeãt per viam, néve nudi conspiciantur à Cerbero. Accedunt ad hæc mulierum eiulatus, omnium certè lacrymæ, pectorum planctus, comæ dilaniatio, genarum cruentatio. Aliis autem & vestis discerpitur, & puluis capiti inspergitur, adeò vt viuentes miserabiliores sint mortuo. Nam illi humi volutantur sæpenumero, & capita solo allidunt: hic verò decorus ac formosus, ac diligentissimè coronatus, sublimis propositus est, & excelsus, velut ad pompam adornatus. Deinde mater, atque adeò pater quoque ex mediis cognatis progressus, ac mortuo circumfusus, (nam finge iuuenem aliquem ac formosum propositum esse, quò magis in hunc competat actio fabulæ) absurdas ac stultas voces emittit, ad quas mortuus ipse responsurus sit, si contingat vocem recipere. Ait enim pater, flebili quadam voce verbum vnumquodque producens in longum: Fili iucundissime, peristi mihi, mortuus es, ante diem præreptus es, me super hæc misero solo relicto. Non duxisti vxorem, non parasti liberos, non militasti, non coluisti agros, non ad senectam peruenisti. Non comessaberis posthac, non amabis fili, neque cum æqualibus in compotatione inebriaberis. Porrò hæc atque id genus alia dicet, quasi putet filium adhuc rebus his egere post obitum, ac desiderare quidem, verùm potiri non posse. Sed quid hæc loquor? Quot enim sunt qui equos ac concubinas, rursum alij qui pincernas etiam in funere mactarunt, qui vestem, reliquúmque mundum pariter in rogum iniectum exusserunt, aut vnà cum cadauere sepelierunt, perinde quasi illic sit vsurus, & apud inferos fruiturus? At senex iste luctum agens, hæc omnia atque his etiam plura quæ dicit, neque filij caussa iactare videtur, vt quem sciat non auditurum, etiam si Stentorem clamore vincat: neque rursum sua ipsius gratia. Satis enim erat illi, cogitare & cognoscere vel sine voce. Nihil enim opus est vt quis apud sese clamet. Supereſt igitur vt ad hunc modum deliret ob eos qui adsunt, cùm nesciat

A πρὸς δυσωδίαν ἤδη βιαζόμενον, καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραιοτάτοις ἄνθεσι, περιπέμπουσι, λαμπρῶς ἀμφιέσαντες, ἵνα μὴ ῥιγῷεν ἐπιόντι τῷ ἅδῃ τὴν ὁδὸν, μηδὲ γυμνοὶ βλέποιντο τῷ Κερβέρῳ. οἰμωγαὶ δὲ ὅπου πυκνὰς, καὶ κωκυτὸς γυναικῶν, καὶ πρὸ πάντων δάκρυα, καὶ στέρνα τυπτόμενα, καὶ κόμαι διασπώμεναι, καὶ παρειαὶ κατορρηγνύμεναι, καὶ κόνις ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πάσασθαι, καὶ οἱ ζῶντες, οἱ κείμενοι τῶν νεκρῶν. οἱ μὲν γὰρ χαμαὶ κυλινδοῦνται πολλάκις, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀφιᾶσι πρὸς τὸ ἔδαφος· ὁ δὲ, ἀγήμων τε καλὸς, καὶ κατὰ κορυφὴν ἐστεφανωμένος, ὑψηλὸς προκεῖται, καὶ μετέωρος, ὥσπερ ἐς πομπὴν κεκοσμημένος. εἶτ' ἡ μήτηρ, καὶ, νὴ Δί', ὁ πατὴρ, ἐκ μέσων τῶν συγγενῶν προελθὼν, καὶ περιχυθεὶς αὐτῷ (νεηνίσκου γάρ τις νέος, καὶ καλὸς, ἵνα καὶ ἁρμοδιώτερον ᾖ αὐτῷ τὸ δρᾶμα ᾖ) φωνὰς ἀλλοκότους, καὶ μωρίας ἀφίησι, πρὸς ἃς ὁ νεκρὸς αὐτὸς ἀποκρίναιτ' ἂν, εἰ λάβοι φωνήν. φησὶ γὰρ ὁ πατὴρ, μακρόν τι φθεγγόμενος, καὶ παρατείνων ἕκαστον τῶν ὀνομάτων, Τέκνον ἥδιστον, οἴχῃ μοι, καὶ τέθνηκας, καὶ πρὸ ὥρας ἀνήρπασθης, μόνον ἐμὲ ἐπὶ τὸν ἄθλιον καταλιπών, οὐ γαμήσας, οὐ παιδοποιησάμενος, οὐ στρατευσάμενος, οὐ γεωργήσας, οὐκ εἰς γῆρας ἐλθών, οὐ κωμάσῃ πάλιν, οὐδ' ἐρασθήσῃ τέκνου, οὐδ' ἐν συμποσίῳ μετ' ἐμοῦ ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ. ταῦτα δὲ, καὶ τὰ τοιαῦτα φησὶ, οἰόμενος τὸν υἱὸν δεῖσθαι μὲν ἐπὶ τούτων, καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ μετὰ τὸν τελευτὸν, οὐ δυνάσθαι δὲ μετέχειν αὐτῶν. καίτοι τί ταῦτα φημί; πόσοι γὰρ καὶ ἵππους, καὶ παλλακίδας, οἱ δὲ καὶ οἰνοχόους ἐπικατέσφαξαν, ἢ ἐθῆτα, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον συγκατέφλεξαν, ἢ συγκατώρυξαν, ὡς χρησομένοις ἐκεῖ, καὶ ἀπολαύσουσιν αὐτῶν κεῖτο. ὁ δ' οὖν παρεσύτης ὁ πενθῶν, οὐτωσὶ πάντα ταῦτα ὁπόσα εἴρηκε, καὶ ἔτι τούτων πλείονα, οὔτε τῷ παιδὸς ἕνεκα πραγματεύειν ἔοικεν· εἰδὼς γὰρ οὐκ ἀκουσόμενον, ἢ, δι' μείζονα ἐμβοήσῃ τῷ Στέντορος, ὅτε μὴν αὐτό. φθονῶν γὰρ ὅτῳ, ἢ γνώσεσθαι ἐκεῖνον ἰῷ ἢ δι' ἄλλης τῆς βοῆς. σαφὲς γὰρ δὴ πρὸς ἑαυτὸν δεῖται βοᾶν. λοιπὸν οὖν ὅτι ἐστὶν αὐτὸν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα λυπεῖν,

οὐδ' ὅτι πέποηθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα, οὐδ' ὅποι κεχώρηκε, μᾶλλον δὲ οὐτε τὸν βίον αὐτοῦ ἐξεπίσθητα ὁποῖός ἐστιν. ἡ γὰρ ἂν τῷ ἐξ αὐτῆς μετάστασιν ὡς τι τῶν δεινῶν ἐδυσχέρανεν. εἰπὸν δ' ἂν οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ παῖς, πρατησάμενος τὸν Αἰακὸν καὶ τὸν Αἰδωνέα πρὸς ὀλίγον τῆς σομίου ἀφεῖναι, καὶ τὸν πατέρα παῦσαι μαινάζοντα, Ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κέκραγας; τί δέ μοι πρέχεις πρόσωπα; παῦσαι πλόκαμος τε κόμιον, καὶ δ' πρόσωπον ἐξ ὑπωπιῆς ἀμύσσων· τί μοι λοιδορῇ, καὶ ἄθλιον ἀποκαλῇς, καὶ δυσμοιρον, πολύ σου βελτίω, καὶ μακαριώτερον γεγονότα; ἢ τί σοι δοκῶ ἡδέως πάσχειν δοκῶ; ἢ ὅτι μὴ τοιοῦτος ἥρων ἐγκόμιος, οἷος εἶ σύ, φαλακρὸς μὲν τὸν κεφαλὴν, τὸν δὲ ὄψιν ἐρρυτιδωμένος, κυφὸς, καὶ τὰ γόνατα ἰωβῆς, καὶ ὅλως, ἐπὶ τῷ χρόνῳ σαθρὸς, πολλὰς πενταετηρίδας, καὶ Ὀλυμπιάδας ἀριθμήσας, καὶ τὰ τελευταῖα δὴ ταῦτα, πρὸς παίων ὅτι τοσούτων μαρτύρων; ὦ μάταιε, τί σοι χρήσιμον εἶναι δοκεῖ πρὸς τὸν βίον, οὗ μηκέτι μεθέξομεν; ἢ τοὺς πότους ἐρᾷς δηλονότι, καὶ τὰ δεῖπνα, καὶ ἑταίρας, καὶ Ἀφροδίσια; καὶ δέδοικας μὴ τούτων ἐνδεὴς γενόμενος, ἀπόλωμαι; οὐκ ἐννοεῖς δὲ ὅτι ὃ μὴ διψῇν, πολὺ κάλλιον ἢ πιεῖν, καὶ ὃ μὴ πεινῇν, τοῦ φαγεῖν, καὶ ὃ μὴ ῥιγοῦν, τοῦ ἀμπέχονης βέλτιον; φέρε τοίνυν ὅπως ἔοικας ἀγνοεῖν, διδάξομαί σε ἡρέμα ἀληθέστερον. καὶ δὴ ἀναλαβὼν ἐξ ὑπαρχῆς, βόα, Τέκνον ἄθλιον, οὐκέτι διψήσεις, οὐκέτι πεινήσεις, οὐδὲ ῥιγώσεις, οἴχῃ μοι κακόδαιμον, ἐκφυγὼν τὰς νόσους, οὐ πυρετὸν ἔτι δεδιὼς, οὐ πολέμιον, οὐ τύραννον· οὐκ ἔρως σε ἀνιάσει, οὐδὲ συνουσία παροξυνέσει, οὐδὲ ἀποδήσεις ὅτε τούτῳ δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας. ὦ τῆς συμφορᾶς, οὐδὲ καταφρονηθήσῃ, ῥιγῶν ἰγνυόμενος, ἀλλ' ὀχληρὸς ἔσῃ τοῖς νέοις, βλεπόμενος· ἀλλὰ τοῦτα λέγεις, ὦ πάτερ, οὐκ οἶδα πολὺ ἀληθέστερα, καὶ γελοιότερα ἐκείνων ἐρῶν; ἀλλὰ ὅρα μὴ τόδε σε αἰτιᾶται, καὶ ἀφανῆ τὸν πρὸ ἡμῶν ζόφον, καὶ τὸ πολὺ σκότος, κἄπα δέδοικας μή σοι ἀποπνιγῶ καταχλωθεὶς τῷ μνήματι; χρὴ δὲ πρὸς ταῦτα λογίζεσθαι ὅπως τὸν ὀφθαλμὸν δίψασα πέντων, ἢ καὶ, νὴ Δία, καέντων μετ' ὀλίγον, εἶτε καύσαι με διεγνώκατε, οὔτε σκότος, οὔτε φῶς ὄψεσθαι δεησόμεθα.

A neque quid acciderit ipsi filio, neque quò concesserit, imò cùm ne suam quidem ipsius vitam cuiusmodi sit, perpenderit. Neque enim alioqui ceu rem acerbam grauiter ferret illum ex hac vita demigrasse. Filius igitur huic ita respondet, exorato Æaco atque Orco, quò liceat tantisper è specu proferre caput, dum patrem insanientem compescat: Homo infelix quid clamas? Quid mihi molestus es? Desine vellicare comam, ac vultus etiam cutem lacerare. Cur mihi conuitium facis, ac miserum appellas, & infortunatum, qui iam sim te multo tum melior, tum felicior? Aut quid acerbi mi-
B hi putas accidisse? An quia non sim factus senex talis, qualis es tu, capite caluo, facie rugosa, incuruus genibus, segnis, in summa, totus ætate putris, multis expletis triacadibus & Olympiadibus, denique ad istum modum delirans apud testes tam multos? O demens, quid tibi videtur in vita boni, quo posthac non simus potituri? Nimirum vsuras dicis, ac cœnas, vestémque, & concubitus: eó- *πότους; compotationes.*
que metuis ne rerum harum inopia peream? Non cogitas autem longè bellius esse, non sitire, quàm bibere: non esurire,
C quàm edere: non algere, quàm vestibus abundare? Age igitur, quandoquidem ignarus videris, docebo te lugere veriùs: iamque denuo incepto luctu, clama: Fili miser, non ampliùs sities, non ampliùs esuries, non ampliùs algebis. Peristi mihi infelix, qui morbos effugeris, qui febrem iam non timeas, non hostem, non tyrannum. Non amor discruciabit te, non auocabit coitus, neque huius rei caussa bis aut ter quotidie perdes impensam. Heu calamitatem, neque contemneris factus senex, neque molestus eris iuuenibus, si quando conspiciaris. Hæc si di-
D xeris pater, an non putas te multo veriora, magísque ridicula dicturum, quàm ista quæ modò? At vide ne illud te malè habeat, dum noctem quæ apud nos est, magnámque cogitas caliginẽ, proinde metuis ne tibi præfocer, conclusus in monumento. Verùm in his illud oportet perpendere, oculis putrefactis, atque adeò exustis (siquidem paulo pòst exurere me decreuistis) nihil opus erit nec ad tenebras nec ad lumen inspiciendum.

Atque iſta fortaſſis vtcunque ferenda: verùm eiulatus iſte veſter quid mihi confert: aut quid iſta pectorum ad tibiæ modos percuſſio? aut quid mulierum immodica lamentatio? Quid autem ſaxum quod ſepulchro imponitur coronis ornatum? Aut quid valet quòd merum infundatis? Num putatis illud ad nos deſtillaturum, & ad Orcum vſque permeaturum? Nam de parentalibus ipſi quoque, ni fallor, videtis, quod ex apparatu potiſſimùm ad nos redire debuerat, id fumo correptum ſurſum in cœlum abire, neque quicquam iuuare nos, qui infernè agimus. Porrò quod ſupereſt, puluis eſt inutilis, niſi creditis nos cinere veſci. Nō eſt vſque adeo ſterile neque infrugiferum Plutonis regnum, neque nos deſtituit Aſphodelus, vt à vobis cibos huc deportemus. Itaque iuro per Tiſiphonem, iampridem mihi libebat vehementer exclamare ſuper his quæ & faciebatis, & dicebatis, ſed vetabat linteum ac lanæ quibus mihi fauces obligaſtis.

*Atq; ita profato mors vltima lumina clauſit.*

Sed dicito per Iouem: Si cōuerſus ad eos mortuus ille, loquatur hæc, cubito innitens, an non videbitur rectiſſimè dicturus? Attamen vecordes iſti vociferantur, & accerſito quopiam lamentorum artifice, qui multas antiquas calamitates in vnum congerat, certaminis adiutore & amentiæ chorago abutuntur, vbicunque cœperit ille, ipſi ad melos eiulatu reſpondentes. Verùm quantum ad lamentationes attinet, omnibus eadem eſt ineptiendi cōſuetudo. At deinceps ſepulturæ rationem in varios diuidunt modos. Nam Græcus exurit, Perſa defodit, Indus adipe ſuillo oblinit, Scytha deuorat, muria condit Ægyptius. Atque hic quidē (rem à me viſam narro) deſiccatum cadauer, conuiuam & compotorem adhibet. Fit autē frequenter, vt Ægyptium aliquem indigentē pecunię, leuet egeſtate pignus frater aut pater in tempore factus. Nā libationes, pyramides, columnæ, tituli, ad breue tempus duratura, an non ſuperuacanea, & ludicris ſimillima? Sūt verò qui ludos quoque conſtituant ad ſepulchrū, ac funebres orationes habeant, perinde quaſi patrocinentur ac teſtimonium perhibeant defuncto apud inferos iudices.

*Sepultura.*

*Ludi funebres.*

ἢ ταῦτα μὲν ἴσως μέτρια· τί δέ με ὁ κωκυτὸς ὑμῶν ὀνίνησι, καὶ ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν αὕτη τετροτυπία, καὶ ἡ τῶν γυναικῶν πρὸς τὸν θρῆνον ἀμετρία; τί δὲ ὁ ὑπὲρ τοῦ τάφου λίθος ἐστεφανωμένος; ἢ τί ὑμῖν δύναται τὸν ἄκρατον ὀπτιχεῖν; ἢ νομίζετε καταστάξειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρι τοῦ Ἅιδου διήξεσθαι; τὰ μὲν γὰρ ὅτι τῶν καθαγισμῶν καὶ αὐτοὶ ὁρᾶτε, οἶμαι, ὡς ὁ μὲν νοσιμώτατον τῶν προσθιασμένων ὁ καπνὸς ἀπαλλαγέων, μόνον εἰς τὸν ἀέρα οἴχεται, μηδέν τι ἡμᾶς ὀνήσας πρὸς κάτω· ὁ δὲ καταλιφθόμενον, ἡ κόνις, ἀχρεῖον, ἐκτὸς εἰ μὴ τῷ ἀποδόν ἡμᾶς σιτεῖσθαι πεπιστεύκατε. ἀλλ' ὅτως ἄσαρκος, οὐδὲ ἄκαρπος ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀρχή, ὅθεν ὑπολέλοιπεν ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος, ἵνα πρὸς ὑμῶν τὰ σιτία μεταστελλώμεθα. ὥστε μοι, μὴ τῷ Τισιφόνῃ, πάλαι δὴ ἐφ' οἷς ἐποιεῖτε, καὶ ἐλέγετε, παμμέγεθες ἐπηὶ ἀνακραγάσαι. διεκώλυσε δὲ ἡ ὀθόνη, καὶ τὰ ἔρια, οἷς μου τὰς σιαγόνας ἀπεσφίγξατε.

Ὡς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε.

πρὸς Διὸς δὲ, εἰ λέγῃ ταῦτα ὁ νεκρὸς ὀπτραφεὶς, ἀνακλίνας αὐτὸν ἐπ' ἀγκῶνος, οὐκ αὐτοὶ ὠόμεθα δικαιότατα ἂν αὐτὸν εἰπεῖν; ἀλλ' ὅμως οἱ μάταιοι καὶ κωφοὶ, καὶ μεταστελλόμενοί τινα θρηνῶν σοφιστὴν, πολλὰς συμφλεγούσας παλαιὰς συμφορὰς, τότε συναγωνιοῦνται, καὶ χορηγῶ τῆς αἰσίας καταχεῶνται ὅποι μὲν ἔκφυος ὄξαρχη, πρὸς δὲ μέλος ἐπαιάζοντες. καὶ μέχρι μὲν θρηνῶν, ὁ αὐτὸς ἅπασι νόμος τῆς ἀβελτηρίας· ὃ δ' ἀπὸ τούτων, διελόμενοι καὶ ἔθνη τὰς ταφὰς, ὁ μὲν Ἕλλην, ἔκαυσεν, ὁ δὲ Πέρσης, ἔθαψεν, ὁ δὲ Ἰνδὸς, ὑάλῳ προσχρίει, ὁ δὲ Σκύθης, κατεδήδε, ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. οὗτοι μέντοι (λέγω δὲ ἰδὼν) ξηράναντες τὸν νεκρὸν, συμπότην καὶ συμπότιον ἐποιήσατο, πολλάκις δὲ καὶ δεομένῳ χρημάτων αὐθρὶ Αἰγυπτίῳ, ἔλυσε τὴν ἀπορίαν, ἀδελφὸς ἢ ὁ αὐδελφὸς ἢ ὁ πατὴρ γενόμενος ἐν καιρῷ. κώματα μὲν γὰρ, καὶ πυραμίδες, καὶ στῆλαι, καὶ ὀπιγράμματα, πρὸς ὀλίγον διαρκοῦντα, πῶς οὐ γελοῖα, καὶ παιδιᾶς πρόσεοικότα; καίτοι καὶ ἀγῶνας ἔνιοι διέθεσαν, καὶ λόγους ὑπαφίους εἶπον ὑπὲρ τῶν μνημάτων, ὥσπερ συναγορεύοντες, ἢ μαρτυρούντες, παρὰ τοῖς κάτω δικασταῖς τῷ νεκρῷ.

ὅλη πᾶσι τούτοις, ὃ πρεῖδιπνον, καὶ πρόσιν οἱ παρεσηκότες, καὶ τοὺς γονέας παραμυθοῦνται τὸν τετελευτηκότος, καὶ πείθουσι χρῆσθαι ὡς οὐκ ἀνδρῶν, μὰ Δί', ἔτι δὲ αὐτοὺς αἰσχυνομένους, ἀλλ' ἤδη καὶ λιμοῦ πειρῶν ἕξης ἡμέρων ἀπηυδηκότας. τὸ μέχρι μέν τινος, ὦ ἑταῖρε, ὀδυρώμεθα; ἔασον αὐτὰ παύσασθαι τοὺς τῶν μακαρίτου δαίμονας. εἰ δὲ δεῖ καὶ ὃ πρόπαν κλαῦσαι διέγνωκας, αὐτό τε τοῦτο ἕνεκα χρὴ μὴ ἀπόσιτον εἶναι, ἵνα μὴ δεδρακέναι πρὸς τὸν πένθους ὁ μέγεθος. τότε δὴ τότε πρὸς ἀπόντων ῥαψῳδοῦνται δύο τῶν Ὁμήρου στίχοι.

Καὶ γάρ τ' ἠύκομος Νιόβη ἐμνήσατο σίτου. καὶ,

Γαστέρι δ' οὔπως ἐστὶ νέκυν πενθήσαι Ἀχαιούς.

οἱ δὲ, ἀπολοῦνται μέν, αἰσχυνόμενοι δὲ τὰ πρόσφατα, καὶ δεδιότες, εἰ φανοῦνται μὴ πάνυ τελευτῶντες τὸν φιλοπάτορα τοῖς ἀνδρειοτάτοις παθήμασιν ἐμιμούμενοι. ταῦτα, καὶ πολὺ τούτων γελοιότερα ἄν τις ἐν ἐπιτηδείοις ἐν τοῖς πένθεσι γιγνόμενα, δόξειε τοῖς πολλοῖς τὸ μέγιστον τῶν κακῶν τὸν θάνατον οἴεσθαι.

A Post hæc omnia superest exequialis cœna. Iámque adsunt necessarij, vt defuncti parentes consolentur, suadéntque vti cibum capiant: quanquã illi per Iouem nõ illibentes ad id compellũtur, quippe perpetuum iam triduum enecti fame. Et quousque quæso flebimus? Sine quieſcãt Plutonis manes. Quòd si tibi deliberatũ est omnino flere, vel ob hoc ipsum cibus est capiendus, quò tanto luctui par esse possis. Tum denique, tum ex omnibus contexuntur duo versus Homerici: *Cœna exequialis.*

*Nam cœpit meminisse cibi Niobe auricapilla.*

B Tum illud:

*Vita defunctos flere haud sinit aluus Achiuos.*

At capiunt quidem illi, sed initiò pudibundi, verentéſque ne post charissimorũ obitum videantur adhuc affectibus humanis commoueri. Hæc atque his longè magis ridicula reperiet, quisquis obseruarit ea quæ fiunt in luctu, propterea quòd vulgò existiment mortem summum esse malum.

---

# ΡΗΤΟΡΩΝ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ.

# RHETHORVM PRÆCEPTOR.

## Bilibaldo Birckeimero interprete.

## ARGVMENTVM.

*Insectatur hoc scripto Lucianus corruptam suorum temporum eloquentiam, & affectatum dicendi genus eorum qui se maximè facundos esse, atque egregiè perorare existimant, cùm verba quædam ex vltima vetustate repetita, & vix ipsi Euandri matri intellecta, orationi passim admiscent, aut veriùs infarciunt: quales fuerunt nostra ætate non pauci cùm apud Germanos alicubi, tum præcipuè apud Italos, quibus maximè ea cura fuit ita loqui, vt à nemine intelligerentur. In quorum gratiam & superioribus annis dialogus ille qui Volscorum & Oscorum titulo ferebatur, editus apparet. Cæterùm ipsa oratio didascalica est. Duas enim vias ad eloquentiam consequendam, adolescenti, à quo (vt fingitur) ad id impulsus fuerat, præscribit: Priorem quidem asperam ac duram, & vix longo tempore peragendam, cæterùm veram ac rectam, quam non modò ad eloquentiam, verùm ad omnem virtutem parandam, ingredi opus est ei qui volet vel mediocrem laudem assequi. Alteram autem planam & expeditam, sed quæ ad improbitatem & petulantiam, non virtutem, perducat: quam ipse ironica quadam epitrope commendat, ac adolescenti obeundam proponit, scilicet ad temporum suorum morem alludens, quibus vt quisque indoctissimus & impudentissimus erat, ita pro præcipuo ac summo habebatur. Vtrique autem viæ doctorem quendam addit: alterum videlicet, ea quæ recta sunt, & ad ipsam rem pertinent, monentem: alterum autem, quæ ad arrogantiam, improbitatem & temeritatem spectant, veriúsque rabulam ac sycophantam aliquem quàm oratorem efficiunt, docentem: qui primò quidem, quæ de se ipso afferre conueniat discipulum, præcipit: deinde quibus maximè studere publicè, primùm in affectandis verbis, & componenda oratione, deinde inter agendum, & in foro, & in frequentia hominum; post hæc priuatim quoque, & domi inter suos idem debeat, docet. Quæ omnia eiusmodi sunt, vt mores ac vitia illorum temporum planè referant, quemadmodum cùm ex aliis pleriſque, tum ex Quintiliano multis in locis idem animaduertere licet, qui ipse quoque huiusmodi affectatores & arrogantes non semel perstringit. Exemplum autem talis oratoris qualem hîc describit, suprà in Lexiphane expressum habes, & hodie in multis coràm & ob oculos videre licet.*

ἐπειρᾶτό μου πάντοθεν προσβάλλων, εἰ ποθεν κρατήσοι, καὶ ἄρτι μὲν κύων, ἄρτι δὲ, ταῦρος γινόμενος, ἢ λέων. ἐγὼ δὲ προχειρισάμενος τὸ φερωνυμώτατον ὑπόῤῥησιν, αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, στενάξασα κατάδων αὐτὸν εἴς τινα γωνίαν σκοτεινὴν οἰκήματος. ἰδὼν δὲ αὐτὸν οἷ κατέδυ, ὃ λοιπὸν ἀνεπαυόμην· ἕωθεν δὲ πάντων ἀπεγνωκότων, καὶ νεκρὸν διερωτώντων με οἰόμενοι, καθάπερ τοὺς ἀνῆγες, προελθὼν ἀπροσδόκητος ἅπασι, προσέρχομαι τῷ Εὐβατίδῃ, διαγελιζόμενος αὐτῷ, ὅτι καθαρὰν αὐτῷ, καὶ ἀδείμαντον ἤδη ἔξει τὴν οἰκίαν οἰκεῖν. καὶ προσκαλεσάμενον αὐτόν τε, καὶ τῶν ἄλλων πολλοὺς (εἵποντο γὰρ τῆς παραδόξου ἕνεκα) ἐκέλευον ἀγαγεῖν ὅπου τὸν τόπον, ἔνθα καταδεδυκότα τὸν δαίμονα ἑωρᾶκειν, σκάπτειν, λαβόντας δικέλλας, καὶ σκαφέα. καὶ ὅπερ ἐποίησαν, ὀρύττοντες ηὑρέθη ὡς ἐπ' ὀργυιὰν καταρρυγμένος τις νεκρὸς ἔωλος, μόνα τὰ ὀστᾶ καὶ χρῆμα συγκείμενος. σκῆπτρον μὲν οὖν ἐθαύμαζον ἀπορύξαντες. ἡ οἰκία γὰρ ὃ ἀπ' ἐκείνου ἐπαύσατο, σκοπούμενον ὑπὸ τῶν φασμάτων. ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Ἀρίγνωτος, ἀνὴρ δαιμόνιος τὰ σοφίαν, καὶ ἅπασιν αἰδέσιμος, σοὶ δὲ μάλιστα ἐπὶ τῶν παρόντων, ὃς οὐκ ἂν κατεγίγνωσκέ μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν, τοῖς τοιούτοις ἀπιστοῦντος, καὶ ταῦτα, Ἀρίγνωτου λέγοντος. ἐγὼ δὲ ὅμως σοὶ μὲν τρέσας, ὅτε τὸ κῆμον, ὅτε τὴν δόξαν τὴν περὶ αὐτοῦ, Τί τοῦτ', ἔφην, ὦ Ἀρίγνωτε, καὶ σὺ τοιοῦτος ἦσθα, ἡ μόνη ἐλπὶς τῆς ἀληθείας, καπνῷ μεσὸς καὶ ἐνδαλαμῖν; ὃ γοῦν τὸ λόγου ἐκεῖνο, Ἀνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς πέφηνας· σὺ δή, φησὶν ὁ Ἀρίγνωτος, εἰ μήτε ἐμοὶ πιστεύῃς λέγοντι, μήτε Δημοκράτει, ἢ Κλεοδήμῳ τούτῳ, μήτε αὐτῷ Εὐκράτει, φέρε, εἰπὲ τίνα περὶ τῶν τοιούτων ἀξιοπιστότερον ἡγῇ πάντα ἡμῖν λέγοντα; νὴ Δί', ἦν δ' ἐγὼ, μάλα θαυμαστὸν ἄνδρα τὸν Ἀβδηρόθεν ἐκεῖνον Δημόκριτον, ὃς ὥστε ἄρα ἐπέπεισο μηδὲν οἷόν τε εἶναι συστῆναι τοιοῦτον ὥστε ὑπὸ καθείρξας ἑαυτὸν ἐς μνῆμα ἔξω πυλῶν, ἐνταῦθα διετέλει γράφων καὶ συντάττων, καὶ νύκτωρ ἅμ' ἡμέραν· καί τινες τῶν νεανίσκων, ἐρεσχελῆσαι βουλόμενοι αὐτὸν, καὶ ἱματίοις, σκληθρώποις νεκρικῶς ἐσθῆτι μελαίνῃ, καὶ προσωπείοις ἐς τὰ κρανία μεμιμημένοις περιστάντες αὐτὸν, περιεχόρευον ἅμα πυκνῇ τῇ βάσει ἀναπηδῶντες·

A vndique me adsultim petens tentauit si quà posset expugnare, ac modò in canem, modò in taurum, modò in leonem vertebatur. At ego correpto in manum quàm maximè horrendo carmine, simúlque vocem imitatus Ægyptiam, & incantans eum, in domicilij tenebrosi angulum quendam compuli. Ac quum animaduertissem vbi se in terram condidit, tum destiti. Mane autem desperantibus vniuersis, ac me quemadmodum alios mortuum sese reperturos putantibus, præter omnium spem progrediens, Eubatidem adeo, feliciter illi annuntians quòd puram sibi ac spectris liberam do-
B mum iam liceret incolere. Atque illum assumens, aliósque multos (sequebantur autem huius inopinatæ rei gratia) quum ad locum duxissem vbi condentem se dæmona conspexeram, iussi vt sumptis ligonibus matulísque suffoderent. Atque vbi id fecerant, inuentum est ferè ad passum defossum cadauer quoddam marcidum, ossibus tantùm humana specie cohærentibus. Illud igitur effossum sepeliuimus, domus verò postea turbari prodigiis desiit. Hæc vbi narrauit Arignotus, vir prodigiosa sapientia, ac re-
C uerendus omnibus, nemo erat ex his qui aderant, qui non multam mihi imputaret insaniam, qui talia non credam, narrante præsertim Arignoto. Ego tamen nihil veritus neque comam, neque illam quam de eo habebant opinionem: Quid hoc, inquam, Arignote? Etiam tu talis eras, in quo mihi sola spes fuit, fumo plenus ac simulacris? Illud ergo nobis in te, quod dici solet, euênit, vt thesaurum quum sperauerimus, carbones offenderimus? At tu, inquit Arignotus, si neque mihi credis narranti, neque Dinomacho, aut huic Cleodemo, neque ipsi Eu-
D crati, dic age, quemnam digniorem cui his de rebus fides habeatur, existimas, qui nobis dicat cõtraria? Per Iouem, inquam ego, virum apprime mirabilem Abdera oriundum illum Democritum, cui tam firmiter erat persuasum eiusmodi nihil esse in rerum natura posse, vt quum se in monimento extra portas clausisset, ibíq; degeret dies noctésque scribens atque componens, iuuenésque eum quidam illudere cupientes, ac perterrefacere, nigra veste in modum cadaueris ornati, ac personis in capita affictis circunsistentes illum circunsilirent, crebrò subsilientes:

hic neque eorum commenta pertimue-
rit, neque eos omnino reſpexerit, ſed in-
ter ſcribendum, Deſiſtite, inquit, ineptire. Adeò firmiter credidit animas nihil eſſe poſtquam è corporibus exierint. Hoccine ais, inquit Eucrates, demẽtem quempiam virum eſſe Democritum, ſi quidem ſic exiſtimauit? Ego verò vobis etiam aliud referam, quod mihi ipſi contigit, non quòd ab alio acceperim: fortaſſis etiam tu Tychiades quum audieris, compelleris accedere, ipſa narrationis veritate coactus. Quum in Ægypto verſarer adhuc adoleſcens, à patre videlicet doctrinæ gratia tranſmiſſus, cupiebam nauigio profectus in Coptũ, illinc adiens Memnonem, miraculum illud audire, eum videlicet ſonum reddentem ad Orientem ſolem. Illum igitur audiui non hoc vulgari modo quo audiunt alij ſonũ quempiam inanem, ſed mihi oraculaetiam edidit Memnon ipſe aperto ore ſeptem verſibus: quod niſi eſſet ſuperuacaneum, ipſos vobis verſus recenſerem. Inter nauigandum verò incidit in nos vnà nauigans vir Memphiticus quidam ex ſacris illis ſcribis, mirabili ſapientia, & qui vniuerſam Ægyptiorum doctrinam callebat. Dicebatur autem tres ac viginti annos in adytis ſubterraneis manſiſſe, magiam interea doctus ab Iſide. Pancratem dicis (inquit Arignotus) præceptorem meum, virum ſacrum, raſum, lineis indutum, doctum, puréque lingua Græca loquentem, procerum, ſimum, labiis promiſſis, cruribúſque gracilibus. Illum ipſum, inquit ille, Pancratem. Ac primùm quidem quis eſſet ignorabam: at poſtquam vidi eum, ſi quando in portum appuliſſemus, cùm alia multa miracula facientem, tum crocodilis inſidentem agitaſſe, & cum feris verſantem, illas verò reuerentes eum, caudíſque adulantes; agnoui ſacrum quempiam virum eſſe: paulatímque comitate mea me in eius amicitiam ac familiaritatem inſinuaui, adeò vt omnia arcana mihi communicaret. Ac tandem mihi perſuadet, vt famulis omnibus in Memphide relictis, ſe ſolus ſequerer: neque enim defuturos nobis miniſtros: atque ex eo tempore ſic vitam duximus. Quum in diuerſorium quodpiam veniremus, homo accepto piſtillo, ſcobiná ve,

*Memnon Ægyptius, de quo & Iuuenalis meminit.*

A ὁ δὲ, οὔτε ἔδοξε τῷ πρεσβυτῇ, οὔτε ὅλως ἐνέβλεψε πρὸς αὐτούς· ἀλλὰ μεταξὺ γράφων, Παύσασθε, ἔφη, παίζοντες· οὕτω βεβαίως ὑπίστευε μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς ἔτι ἔξω γιγνομένας τῶν σωμάτων. τοῦτο φῄς, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, αὐτόν τινα ἄνδρα καὶ τὸν Δημόκριτον γενέσθαι, εἴ γε οὕτως ἐνόησεν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ ἄλλο διηγήσομαι αὐτὸς παθών, οὐ πρὸς ἄλλου ἀκούσας. πάσχα γὰρ ἂν καὶ σύ, ὦ Τυχιάδη, ἀκούων, προσβιασθείης πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῶν διηγημάτων. Ὁπότε γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διῆγον, ἔτι νέος ὤν, B ἐπὶ τῇ παιδείας προφάσει ἀποσταλείς, ἐπεθύμησα ἐς Κοπτὸν ἀναπλεύσας, ἐκεῖθεν ὅτι τὸν Μέμνονα ἐλθών, ἀκούσας θαυμαστὸν ἐκεῖνο ἠχοῦντα, πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον. ἐκείνου μὲν οὖν ἤκουσα, οὐχ ὃν τρόπον τοῖς πολλοῖς ἄσημόν τινα φωνὴν, ἀλλά μοι καὶ ἔχρησεν ὁ Μέμνων αὐτὸς, ἀνοίξας τὸ στόμα· ἐπτὰ δ' ἦσαν ἐπῶν ἑπτά. καὶ εἴ γε μὴ πρεσβύτερον ἦν, αὐτὰ ἂν ὑμῖν εἶπον τὰ ἔπη. κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν, ἔτυχεν ἡμῖν συμπλέων Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερῶν γραμματέων, C θαυμάσιος τὸν σοφίαν, καὶ τὸν παιδείαν πᾶσαν εἰδὼς τὴν Αἰγυπτίων. ἐλέγετο δὲ τεττάρων καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐν τοῖς ἀδύτοις ὑπογαίοις οἰκήσεως, μαγείαν παιδευόμενος ὑπὸ τῆς Ἰσιδος. Παγκράτην, ἔφη, λέγεις, ὁ Ἀρίγνωτος, ἐμὸν διδάσκαλον, ἱερέα ἀνδρα ἐξυρημένον τὸ ὀφρύων, λινοῦν ἔχοντα, καθαρῶς Ἑλληνίζοντα, βαθυμήκη, σιμόν, τὰ σκέλη λεπτόν. αὐτὸν, ἦν δ' ὅς, ἔγνων τὸν Παγκράτην· καὶ τὰ μὲν πρῶτα, ἠγνόουν ὅστις ἦν· ἐπεὶ δὲ ἑώρων αὐτὸν, εἴποτε ὁρμίσαιμεν τὸ πλοῖον, ἀλλά τε πολλὰ τερατία ἐργαζόμενον, καὶ δὴ καὶ ὅτε κροκοδείλων ὀχούμενον, καὶ συνεύοντα τοῖς θηρίοις, τὰ δὲ, ὑποσαλπάζοντα, καὶ σαίνοντα ταῖς οὐραῖς, ἔγνων ἱερόν τινα ἄνδρα ὄντα, καὶ κατὰ μικρὸν φιλοφρονούμενος, ἔλαθον ἑταῖρος αὐτῷ, καὶ συνήθης γενόμενος. ὥστε πάντων ἐκοινώνει μοι τῶν ἀπορρήτων· καὶ τέλος, πείθει με, τοὺς μὲν οἰκέτας ἀπόντας ἐν τῇ Μέμφιδι καταλιπεῖν, αὐτὸν δὲ μόνον ἀκολουθεῖν μετ' αὐτόν, μὴ γὰρ ἀπορήσειν ἡμᾶς τῶν ἀναγκαιοτάτων. καὶ ὃ μετὰ τοῦτο, οὕτω διήγομεν. ὅπου δὲ ἐλθοιμεν εἴς τι καταγώγιον, λαβὼν αὐτὸ ὁ ἀνὴρ τὸν μοχλὸν τῆς θύρας,

ἢ ὃ κόρηθρον, ἢ καὶ ὃ ὕπερον, παρεβαλὼν ἱματίοις, ἐπειπών τινα ἐπῳδὴν, ἐποίᾳ βαδίζειν, τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώπου εἰδὼς ἀχρεῖα. ὁ δὲ, ἀπελθὼν, ὕδωρ τε ἀπήντλει, καὶ ὀψώνει, καὶ ἐσκεύαζε, καὶ ἐς πάντα δεξιῶς ὑπηρέτει, καὶ διηκονεῖτο ἡμῖν. εἶτα δὲ ὅπῃ ἄλλοι ἔχοι τῆς διακονίας, αὖθις κόρηθρον ὃ κόρηθρον, ἢ ὕπερον ὃ ὕπερον, ἄλλην ἐπῳδὴν ἐπειπών, ἐποίᾳ ἀνω. τοῦτο ἐγὼ πάνυ ἐσπουδακὼς, οὐκ εἶχον ὅπως σκεμφθοίμι πρὸς αὐτόν· ἐδιδάσκαμε γὰρ αὐτόν, καίτοι πρὸς τἄλλα πρόχειρος ὤν. μιᾷ δέ ποτε ἡμέρᾳ λαθὼν, ἐπήκουσα τῆς ἐπῳδῆς, ἦν δὲ τρισύλλαβος, χρόδυ σκοτεινῷ ὑποσταί. καὶ ὁ μὲν, ὡς ἦκε τὸ ἀλφιτόν, ἐντειλάμενος τῇ ὑπηρέτῃ ἃ ἔδει ποιεῖν· ἐγὼ δὲ, ἐς τὴν ὑστεραίαν σκεύους τι τῶν ἀλφιτοπωλικῶν παραματευομένου, λαβὼν ὃ ὕστερον, σχηματίσας, ὁμοίως ἐπειπὼν τὰς συλλαβάς, σκέλθιον ὑδροφορῆν. ἐπεὶ δὲ ἐμπλησάμενος τὴν ἀμφορέα σκόμιζε, Πέπαυσο, ἔφην, μηκέτι ὑδροφόρει, ἀλλ' ἴθι αὖθις ὕπερον. ὁ δὲ, σκέπτεσθαι μοι πιθέσθαι οὐκ ἤθελεν, ἀλλ' ὑδροφόρει ἀεὶ, ἄχρι δὴ ὁπόσου ἐνέπλησεν ἡμῖν ὕδατος τὴν οἰκίαν ἐπῳκτλοιῶν. ἐγὼ δὲ ἀμηχανῶν τῷ πράγματι (ἐδεδίειν γὰρ μὴ ὁ Παγκράτης ἐπανελθὼν ἀγανακτήσῃ, ὅπερ καὶ ἐγένετο) ἀξίνῃ λαβὼν, σχίζω ὃ ὕπερον εἰς δύο μέρη· τὰ δὲ, ἑκάτερον ὃ μέρος, ἀμφορέα λαβόντα, ὑδροφόρει, καὶ αὐτῶν ἑνὸς, δύο μοι ἐγένοντο οἱ σχίνοι. ἐν τούτῳ καὶ ὁ Παγκράτης ἐφίσταται, καὶ σεσεικὼς ὃ γλωμώμενον, σκέψαι μὲν αὖθις ἐποίησε ξύλα, ὥσπερ ἦν πρὸ τῆς ἐπῳδῆς· αὐτὸς δὲ ἀπολιπών με λαθὼν, οὐκ οἶδ' ὅποι ἀφανὴς ᾤχετο ἀπιών. νῦν οὖν, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, οἶσθα καὶ σκέψαι αὖθις ἄνθρωπον ποιεῖν ἐκ τοῦ ὑπέρου; νὴ Δί', ἦν δ' ὅς, ἥμισείας γε· οὐκέτι γὰρ εἰς ὃ ἀρχαῖον οἷόν τέ μοι ἄγαν αὐτὸ, ἦν ἅπαξ γένηται ὑδροφόρος, ἀλλὰ δεήσει ἡμῖν θυρεῖον θύραν τὴν οἰκίαν ἐπῳκτλουμένην. οὐ παύεσθε, ἦν δ' ἐγὼ, τὰ τοιαῦτα τερατολογοῦντες λέγοντες ἄνδρες; εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ κἂν τῶν μειρακίων τούτων ἕνεκα εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερβάλλεσθε τὰς παραδόξους ταύτας καὶ φοβερὰς διηγήσεις, μή πως λάθωσιν ἡμῖν ἐμπλησθέντες δείματων, καὶ ἀλλοκότων μυθολογημάτων.

aut pessulo; vestibus implicans, quum in id carmen quoddam dixisset, effecit vt ambularet, vtque aliis omnibus homo videretur. Illud ergo abiens, & aquam hauriebat, & cœnam parabat, instruebátque, atque in omnibus commodè subseruiebat ministrabátq; nobis. Deinde postquam iam satis huius ministerij fuit, scobinam rursus scobinam, ac pessulum pessulum, aliud recitans carmen, reddebat. Hoc ego vehementer conatus non reperiebam quo pacto ab illo expiscarer. Nam id mihi inuidebat, quanquam in aliis esset facillimus. At quadam die in angulo quodam tenebricoso clam illo deliteſcens, subauscultaui propiùs incantationem illam. Erat autem trisyllaba. Tum ille quum pistillo mandasset quæ curanda erant, abiit in forum. At ego postridie illo apud forum occupato, acceptum pistillum quum ornassem, syllabas illas simili modo pronuntians, aquam iussi vt hauriret. Tum impletam amphoram quum tulisset, Desiste, inquam, neque aquam ampliùs haurito, sed rursus esto pistillum. At illud mihi haud ampliùs iam obtemperare volebat, sed aquam hauriebat continuè, quoad hauriendo totam domum nobis impleret. At ego quum resistere huic rei non valerem, timebam autem ne Pancrates reuersus (id quod etiam euênit) iraſceretur, correpta securi pistillum in duas partes disseco. At vtraque pars amphoram sumens hauriebat aquam, iámque vnius loco duo mihi ministri esse cœperunt. Interea Pancrates superuênit, ac re intellecta, illas quidem in ligna rursus, quemadmodum ante carmen erant, mutauit. At ipse me clanculum relicto, nescio quò clanculum se subducens abiit. At possis istud etiam nunc, inquit Dinomachus, hominem ex pistillo facere? Per Iouem, inquit ille, dimidia ex parte scio: nam in priorem formam nunquam à me' restitui potest, postquam semel aquarius esse cœperit, sed deferenda nobis domus esset aquæ iam impleta. Non desistitis, inquam ego, huiusmodi monstrosa narrare viri senes? Alioqui horum saltem adolescentium gratia incredibiles istas ac terribiles fabulas aliud in tempus omittite, ne clanculum terroribus ac prodigiosis fabulamentis impleantur.

Parcere ergo eis oportet, ne talia consuescant audire, quę eos per totam vitam comitata perturbabũt, atque ad omnem strepitum meticulosos reddent, posteaquam eos omnigena superstitione impleuerint. Rectè admonuisti me, inquit Eucrates, quum superstitionẽ dixisti. Nam quid tibi Tychiade de rebus huiusmodi videtur, de oraculis loquor ac vaticiniis, & quæcunque quidam numine afflati proclamant, quæve ex adytis audiuntur? aut quæ virgo numeris eloquens futura prædicit? an videlicet nec talia credis? At ego quòd annulum quendam sacrum habeo, Pythii Apollinis imaginem exprimente sigillo, quódque hic Apollo mecum loquitur, non dico, ne tibi videar ad gloriam meam res incredibiles narrare. Cæterùm quæ apud Amphilochum audiui in Mallo, heroë mecum diu differente, deúmque meis de rebus consulente, tum quæ ipse vidi, volo vobis narrare: deinde ex ordine & quæ vidi in Pergamo, & quæ audiui in Pataris. Itaque quum ex Ægypto redirem domum, audirémque illud in Mallo vaticinium apertissimum simul ac verissimum esse, tamen sic oracula dare, vt ad rem respondeat his quæcunque prophetæ quispiam in schedulam inscripta tradiderit, rectè me facturum putaui, si dum præternauigarem, experirer oraculum, deúmque de futuris quippiam consulerem. Hæc adhuc Eucrate dicente, quum viderẽ quàm longè res esset processura, quódque non breuem incepisset de oraculo tragœdiã, ratus non expedire vti solus contradicerem omnibus, relinquens eum ex Ægypto adhuc in Mallum nauigantem (nam & intelligebam molestam illis esse præsentiam meam, vtpote qui dissentirem, refellerémque eorum mendacia.) Atqui ego abeo, inquam, quæsiturus Leontichum: nam opus habeo cum eo congredi. At vos, quandoquidem parum sufficere vobis res humanas putatis, ipsos etiam deos denique in fabularum vobis partem vocate. Atque hæc simul ac dixi, discessi. Illi verò alacres iam libertatem nacti, vt est verisimile, mutuò sese epulis accipiebant, ac mendaciis ingurgitabant. Talibus ô Philocles apud Eucratem auditis, venio per Iouem inflato ventre, non aliter quàm hi qui musto poti sunt, opus habẽs vomitu.

A φείδεσθαι οὖν χρὴ αὐτῶν, μηδὲ τοιαῦτα ἐθίζειν ἀκούειν, ἃ δίχα πάντως τὸν βίον συγχλονοῦντα, καὶ φοβοδεᾶ ποιοῦντα, ποικίλης τῆς δεισιδαιμονίας ἐμπιπλάντα. ὅτε δὴ ἐμνημόνευσας, ἢ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, εἰπὼν τὴν δεισιδαιμονίαν. τί γάρ σοι, ὦ Τυχιάδη, περὶ τῶν τοιούτων δοκεῖ, λέγω δὴ χρησμῶν, καὶ θεσφάτων, καὶ ὅσα θεοφορούμενοί τινες ἀναβοῶσιν, ἢ ἐξ ἀδύτων ἀκούεται, ἢ παρθένος ἔμμετρα φθεγγομένη, προαγορεύει τὰ μέλλοντα; ἢ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις ἀπιστοῦντες; ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν καὶ δακτύλιόν τινα ἱερὸν ἔχω, Ἀπόλλωνος τοῦ B Πυθίου εἰκόνα ἐκτυποῦσης τῆς σφραγίδος, καὶ οὗτος ὁ Ἀπόλλων φθέγγεται πρὸς ἐμέ, οὐ λέγω, μή σοι ἄπιστα δόξω περὶ ἐμαυτοῦ μεγαλαυχεῖσθαι· ἃ δὲ ἐν Ἀμφιλόχου τε ἤκουσα ἐν Μαλλῷ, τοῦ Ἥρωος ἐπ' ἐμοῦ διαλεχθέντος μοι, καὶ συμβουλεύοντος περὶ τῶν ἐμῶν, καὶ ἃ εἶδον αὐτὸς, ἐθέλω ὑμῖν εἰπεῖν. εἶπα ἐξῆς μὲν ἐν Περγάμῳ εἶδον, καὶ ἤκουσα ἐν Πατάροις. ὁπότε γὰρ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανήειν οἴκαδε, ἀκούων ἐν Μαλλῷ τὸ μαντεῖον, ὅτι φανερώτατόν τε, καὶ ἀληθέστατον εἴη, καὶ C χρῆν σαφῶς περὶ ἕκαστα ἀποκρινόμενον, οἷς αὐτὸ ἐγκεφάλας τις εἰς τὸ γραμματεῖον παραδοῖ τῷ προφήτῃ, καλῶς αὐ ἔχειν ἡγησάμενον ἐν παρόδῳ πειραθῆναι τοῦ χρηστηρίου, καί τι περὶ μελλόντων συμβουλεύσασθαι τὸν θεόν. ταῦτα ἐπὶ τῷ Εὐκράτους λέγοντος, ἰδὼν οἱ ὁ παῖς παρεχωρήσαν ἐμελλε, καὶ ὡς ἐπὶ μικρὸν ἐπήρχετο τῷ περὶ τὰ χρηστήρια τραγῳδίας, ἐδόκουν οἱ πάντες δεῖν μόνος αὐτὸς ἐναντιολέγειν ἅπασιν, ἀπολιπὼν αὐτὸν ἐπὶ πλείονα δὲ Αἰγύπτου εἰς τὴν D Μαλλὸν (καὶ γὰρ συνῄδειν ὅτι μοι ἀχθόμενα παρῆν, καθάπερ ἀνύποφορα τὰ φυσήματα) Ἀλλ' ἐγὼ ἄπειμι, ἔφην, Λεόντιχον ἐπιζητήσων· δέομαι γὰρ αὐτοῦ τι συλλέξασθαι. ὑμᾶς δὲ, ἐπεὶ οὐχ ἱκανὰ ἡγεῖσθε τὰ ἀνθρώπινα τοῖς, καὶ αὐτοὺς ἤδη τοὺς θεοὺς καλεῖτε συνεπιπλημμύρους ὑμῖν τοῖς μυθολογουμένοις. ἅμα λέγων, ἐξῄειν. οἱ δὲ ἅσμενοι ἐλευθερίας λαβόμενοι, εἰστίων, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀλλήλους, καὶ ἐπεφορεῖτο τοῖς φυσήμασιν. ταῦτά σοι, ὦ Φιλόκλεις, παρὰ Εὐκράτει ἀκούσας, ἥκω, μὰ τὸν Δία, ὥσπερ οἱ τὸν γλεῦκος πίοντες, ἐμπεφυσημένος τὴν γαστέρα, ἐμέτου δεόμενος.

ἡδέως δ' ἂν ποθεν ὅτι πολλῷ ἐωριάμην ληθεδόνιόν τι φάρμακον, ὧν ἠκουσα, ὡς μή τι κακὸν ἐργάσηταί με ἡ μνήμη αὐτῶν ἐνοικοῦσα. τέρατα γοῦν, ἦ δαίμονας, ἦ Ἑκάτας ὁρᾶν μοι δοκῶ. ἦ αὐτός, ὦ Τυχιάδη, τοιοῦτόν τι ἀπήλαυσα τῆς διηγήσεως. φασὶ γάρ τοι μὴ μόνον λυττᾶν, ἦ ὕδωρ φοβεῖσθαι, ὁπόσους ἂν οἱ λυττῶντες κύνες δάκωσιν, ἀλλά κἂν τινα ὁ δηχθεὶς ἂν ἄνθρωπος δάκῃ, ἴσα τοῦ κυνὶ δυνατὰ ὄδηγμα· ἦ τὰ αὐτὰ κἀκεῖνος φοβεῖται. σὺ οὖν τοίνυν ἔοικας αὐτὸς ὁ Εὐκράτης δηχθεὶς ὑπὸ πολλῶν ψευσμάτων, μεταδεδωκέναι κἀμοὶ τοῦ δήγματος. ὥστε δαιμόνων μοι πλεῖν ψυχῇ ἐνέπλησας. ἀλλὰ θαῤῥῶμεν, ὦ Φιλότης, μέγα τῶν τοιούτων ἀλεξιφάρμακον ἔχοντες τὴν ἀλήθειαν, ἦ τὸν ὀρθὸν πᾶσι λόγον ὀρθόν. ᾧ χρώμενοι ἡμᾶς, οὐδὲν ἂν μὴ ταράξῃ τῶν κενῶν ἦ ματαίων τούτων ψευσμάτων.

A Tum libenter alicunde magno emerim pharmacum aliquod quod mihi obliuionem induceret eorum quę audiui, ne me nonnihil earum rerum lędat inhærēs memoria: nempe monſtra, dæmones, atque Hecatas mihi videre videor. PHIL. Quin mihi quoq; ô Tychiade tale quiddam hic ſermo tuus attulit: aiunt etenim non ſolùm in rabiem verti, atque aquam formidare, quoſcũque rabidi canes mordeant, verumetiã ſi quem mordicus homo morſus momorderit, illum morſum B quoque non minùs canino valiturum, atque eum etiam eodem modo formidaturum. Quin tu ergo videris, quum ſis ipſe apud Eucratem à multis mendaciis morſus, mihi quoque morſum illum communicaſſe, adeò mihi mentem dæmonibus impleuiſti. TYC. At bono animo ſimus amice, quum magnum aduerſus huiuſmodi res remedium habemus, veritatem, rectámque omnibus in rebus rationem: quo ſi vtamur, nullis huiuſmodi vanis ſtultíſque mendaciis turbabimur.

---

# ΙΠΠΙΑΣ, Η ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ.

# HIPPIAS, SEV BALNEVM.

## Vincentio Obſopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Balneum Hippiæ deſcripturus, principiò ipſum artificem à cognitione artium atque peritia commendat. Orditur autem à loco communi, ita videlicet proponens, eos eſſe potiſſimùm laudandos artifices, qui non ſolùm verbis prolixè polliceri, aut de ſcientiis diſputare ſoleant, ſed qui ipſo opere, hoc quod profitentur, præſtare poſſint: hunc locum exemplis aliquot illuſtrat, deinde ad præſens inſtitutum accommodat. Proinde, inquiens, etiam mechanici artifices maximè laudandi illi ſunt, qui nõ verbis tantùm opera aliqua deſcribunt, aut promittunt, ſed qui re ipſa illa quàm optimè atque artificioſiſſimè extruunt, qualis & Hippias hic vnus eſt, id quod, opus ab eo, nempe balneum, extructum, comprobat: atque exinde ipſum balneum deſcribit ſitum, elegantiam, proportionabilitatem operis, deinde & vtilitatem & opportunitatem omnium cellarum, & lauandi in eo vſum commendans.*

TΩν σοφῶν ἐκείνως μάλιστα ἔγωγε φημὶ δεῖν ἐπαινεῖν, ὁπόσοι μὴ λόγοις μόνον δοξιὸς προέχουσιν τῶν ὡρισμένων ἑκάστων, ἀλλὰ καὶ ἔργοις ὁμοίοις τοῖς τῶν λόγων ἐπιδείξεσθαι διεγένοντο. C OS ego viros ſapientes cum primis laude celebrãdos eſſe exiſtimo, quicunque nõ orationes ſolùm magna induſtria elaboratas, ac ſingulis de rebus memoriæ proditas poſteris reliquerunt, ſed operibus quoque non diſſimilibus ea quæ orationibus ampliter & magnificè polliciti ſunt, confirmarunt.

Quippe ægrotus, cui quidem pectus sapit, non eos accersit medicos, qui super arte multa luculentè & excellenter disputare nouerunt, sed qui vsu medendi illam diu multúmque exercuerunt. Potior autem & maioris pretij habēdus est, vt mea fert opinio, musicus qui psallendi & pulsandę citharę peritia exornatus est, quàm is qui tantùm rhythmos & concentuum harmoniā iudicare nouerit. Quorsum enim attinet bellorum atque exercitus duces tibi enumerare non iniuria optimos & præstantissimos hominum opinione iudicatos, quòd eorum virtus nedum in instruenda acie, & militum animis tempestiua oratione accendendis & inflammandis eluxerit, sed quòd in præliis quoque fortissimè dimicando optimè se gesserint, ac manu non secus quàm lingua prompti, memorabilia facinora ediderint: cuiusmodi ex vetustis illis Agamemnonē & Achillem, ex paulo autem recentioribus Alexandrum & Pyrrhum fuisse cognouimus? Quorsum verò ista percensui? Non quòd alia ratione historiam edere statuens, harum rerum mentionem fecerim, sed quòd ex mechanicis quoque eos laude & admiratione non indignos putem, quicunque visendis operibus aliquam ingenij famam sibi parauerunt, eadémque opera artis suę egregia monimēta post se reliquerunt: quandoquidem illi qui solis semet orationibus exercuerunt, multo iustiùs Sophistarum quàm sapientium appellationem meruerunt. Talem multorum relatu percepimus fuisse Archimedem, ac Sostratū illum Cnidium: quorum alter de Ptolemæo subiugato victoriam reportauit, ac Memphim, sine obsidione, fluminis intercepti auersione occupauit: alter singulari artificio hostium tritemes absumpsit incendio. Thales quoque Milesius ante illos Crœso Lydorum regi pollicitus exercitum sicco pede se traiecturum, sua industria in vnius noctis spatio Alys fluuij alueum à tergo exercitus deriuatum circunduxit, tametsi è mechanicorum numero non fuerit, verùm alioqui magna intelligentia & singulari ingenij acumine præditus. Etenim quod de Epéo fertur, commentum pervetus est, qui non tantùm Achiuis equi machinam fabricasse, sed vnà cum Græcorum optimatibus in eam conscendisse perhibetur. Inter hos & Hippiæ huius, quem nostra memoria vixisse constat, meminisse æquum puto, viri dicendi facultate & studio ita exercitati, vt cum quouis ex priscis illis & veteribus optimè conferri possit. præterea qui ingenij acrimonia atque intelligentia multum præcelluerit, quíque

*Sophistæ.*

καὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν ὅστις νοῦν ἔχων, ἢ τοὺς ἄριστα ὑπὲρ τῆς τέχνης εἰπεῖν δυναμένους μεταπέμψεται νοσῶν, ἀλλὰ τοὺς πολλάκις τι κατ' αὐτὸ μεμελετηκότας. ἀμείνων δὲ καὶ μουσικὸς, οἶμαι, τῷ ἀκριβῆ ῥυθμοὺς, καὶ ἁρμονίας διαισθάνεσθαι, ὁ καὶ ψάλαι καὶ κιθαρίσαι αὐτὸς δυνάμενος. τί γὰρ ἂν σοι τῶν στρατηγῶν λέγοιμι τοὺς εἰκότως ἀρίστους κριθέντας, ὅτι ἀ πάππῳ μόνον, καὶ πολεμικὸν ἦσαν ἀγαθοὶ, ἀλλὰ καὶ στομοῦσθαι τῶν ἄλλων, καὶ χερὸς ἔργα ὑποδείκνυσθαι; οἷος τῶν πάλαι μὲν, Ἀγαμέμνονα καὶ Ἀχιλλέα, τῶν κατω δὲ, τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Πύρρον ἴσμεν γενομένους; πρὸς δὴ τί ταῦτ' ἔφην; οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ὑποδείκνυσθαι βουλόμενος, ἐπεμνήσθην αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι δὴ τῇ θεωρίᾳ λαμπρῶς ἠσκήμενοι, καὶ μνημόσυνα ὅμως τῆς τέχνης, καὶ παράδειγματα τοῖς μετ' αὐτοὺς κατέλιπον. ἐπεὶ οἵ γε τοῖς λόγοις μόνοις ἐγγεγυμνασμένοι, σοφισταὶ αὖ εἰκότως μᾶλλον, ἢ σοφοὶ καλοῖντο. τοιοῦτον ἀκούομεν τὸν Ἀρχιμήδη γενέσθαι, καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον· τὸν μὲν, Πτολεμαῖον χειρωσάμενον, καὶ τὸ Μέμφιν, ἄνευ πολιορκίας, ἀποστροφῇ καὶ ἀφαιρέσει τοῦ ποταμοῦ· τὸν δὲ, τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις καταφλέξαντα τῇ τέχνῃ. καὶ Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος τοῦ αὐτῶν ἐπισχόμενος Κροίσῳ ἀβρόχοις διαβιβάσειν τὸν στρατὸν, διώρυχα κατόπιν τοῦ στρατοπέδου μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν ἐξήγαγε, οὐ μηχανικὸς οὗτος νομιζόμενος, σοφὸς δὲ, καὶ διανοῆσαι τὸ σωθῆναι πιθανώτατος. ὁ μὲν γὰρ τοῦ Ἐπειοῦ, πολὺ ἀρχαῖον, ὃς ἀ μόνον τεχνήσασθαι τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν ἵππον, ἀλλὰ καὶ συγκαταβῆναι αὐτοῖς ἐς αὐτὸν λέγεται. σὺ δὴ τούτοις, καὶ Ἱππίου τουτουὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς, μεμνῆσθαι ἄξιον, ἀνδρὸς, λόγοις μὲν, πρὸ ὧν τινα βούλει τῶν περὶ αὐτὸν, γεγυμνασμένου, καὶ σωθῆναί τε ὀξέως,

καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφέστατον. τὰ δὲ ἔργα πολὺ τῶν λόγων ἀμείνω παρεχομένου, καὶ πλεῖ τῆς τέχνης ὑποσχέσιν ἀποπληροῦντος, οὐκ ἐν τοιαύταις μὲν ὑποσχέσεσιν, ἐν αἷς οἱ πρὸ αὐτοῦ ἠγωνίσαντο εὐτυχήσαντα, καθὸ δὲ τὸν γεωμετρικὸν λόγον, ὅτι τῆς δοθείσης, φασὶν, εὐθείας τὸ τρίγωνον ἀκριβῶς στήσαιτο. καίτοι τῶν γε ἄλλων ἕκαστος ἔν τι τῆς ὀπτικῆς ἔργον ἀποτεμόμενος, ἐν τούτῳ δοκιμήσας, εἶναί τις ὅμως ἔδοξεν. ὁ δὲ, μηχανικῶν τε ὢν τὰ πρῶτα, καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἁρμονικῶν καὶ μουσικῶν φαίνεται· καὶ ὅμως ἕκαστον τούτων οὕτως ἐτελῶς δείκνυσιν, ὡς ἐν αὐτὸ μόνον ὀπτικάμενος. πλεῖ μὲν γὰρ θαυμάσιον ἀκτίνων τε καὶ ἀνακλάσεων, καὶ κατόπτρων θεωρίαν, ἔτι δὲ, καὶ ἀστρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν, οὐκ ὀλίγου χρόνου αὖ εἰπεῖν ἐπαγγέλλω. ἃ δὲ ἔναγχος ἰδὼν αὐτοῦ τῶν ἔργων, κατεπλάγην, οὐκ οἶκόθεν εἰπεῖν. κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ὑποδοχὴ, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς βίῳ πολλῇ πολλὴ, βαλανείου κατασκευή· πεῖνοια δὲ, καὶ ἐν τοῖς κοινῷ τούτῳ σπουδαίοις θαυμασή. Τόπος μὲν ἦν οὐκ ὀπίπεδος, ἀλλὰ πολὺ πρὸς σπότης, καὶ ὄρθιος, ὃν πρὸς λαβὼν τὴ θατέρᾳ εἰς ὑπόκολπον ταπεινὸν, ἰσόπεδον θατέρᾳ ἀπέφηνε, χρηπῖδα μὲν βεβαιοτάτην ἅπασι τοῖς ἔργοις βαλλόμενος, καὶ θεμελίων ἴσα τὸ τῶν ὀπτιπλευμόνων ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενος, ὕψεσι δὲ πολὺ ἀποτόμοις, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν στενοχωρουμένοις ὃ ὅλον κρατυνάμενος· τὰ δὲ ἐποικοδομηθέντα τοῖς τε τοῦ τόπου μεγέθη σύμμετρα, καὶ τοῖς λόγῳ τῆς κατασκευῆς ἁρμοδιώτατα, καὶ τὸν τῶν φώτων λόγον φυλάττοντα, πυλῶν μὲν ὑψηλὸς, ἀναβάσεις πλατείας ἔχων, εὐρὺς μᾶλλον, ἢ ὄρθιος πρὸς τὸ τῶν εἰσιόντων εὐμάρειαν. εἰσιόντα δὲ τοῦτον ὑποδέχεται κοινὸς οἶκος εὐμεγέθης, ἱκανῶν ἔχων ἀναπαύσεις καὶ ὑπηρέτας ἀφθονίαν· ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένων οἰκημάτων. βαλανείῳ δ' οὖν καὶ ταῦτα πρεπωδέστατα,

A interpretando multa perſpicuitate vſus ſit. Cæterùm opera ipſis orationibus longè præſtantiora exhibebat: & quæ arte ſua pollicitus fuerat, re ipſa abſoluta reddidit: neque verò in talibus ſaltem profeſſionibus, in quibus illi qui ætate eum præceſſerunt, feliciter floruerunt, ſed iuxta geometricam quoque rationem propoſita (quod aiunt) linea triangulum rectè potuit deſcribere. Atqui aliorum quiſque vnum quiddam ab arte decerptum & ſingulare opus exercuit, in quo parata ſibi hominum opinione aliquis eſſe viſus eſt. Porrò ille primùm rebus mechanicis perpolitus, ne
B dimenſionum quidem geometricarum rudis fuit, nec ab harmonicis & muſicis alienus apparuit: ac vnumquodque ex illis vna eadémque opera ita perfectè cognitum demonſtrauit, quaſi in eo ſolo cognoſcendo elaboraſſet. Multi verò temporis res eſſet, eius laudare induſtriã circa radiorũ & repercuſſionũ ac ſpeculorum expreſſionem. Præterea quanta in Aſtronomia cognitione excelluerit, in qua omnes eos qui annis eum anteiuerũt, pueros eſſe oſtendit. Sed enim quę nuper ipſe vidi opera illius induſtria elaborata,
C quæque mihi ſpectanti ſtuporẽ & admirationem incuſſerunt, ea nunc in preſens referre nõ grauabor. Eſt enim argumentũ cõmune, & in noſtra memoria admodũ frequens, balnei ſubſtructio: ſolertia autem, & in cõmuni illo argumento ſingularis admirationis ſpectatur induſtria. Locus erat prorſus inæquali deformatus planitie, decliuis & arduus, quem ille occupãs ex vtraque parte magnopere humilẽ, vtrinq; ſoli altitudine æquauit, firmamẽtúmq; munitiſſimum omni futuro operi ſubiiciens, fundamentorũ poſitione ſubſtruendi ædificij certitudinem confirmauit: faſtigiis verò magnopere pręruptis &
D pręciſis, & ad firmiorem coniunctionem cõplicatis, totum opus conſolidauit. Cæterùm quæ ſubſtructa ſunt, loci magnitudinem menſuræ quantitate non exceſſerunt, ſed ędificij proportionibus conuenientiſſimè atq; decentiſſimè reſponderunt, lucis vbique infuſę rationẽ conſtanter cuſtodienti a. Portarum altitudo latos ingreſſus retinens, ſupina magis quã erecta ad ingredientiũ cõuenientiam informata fuit. Ingredientem verò ſtatim domus cõmunis excipit, ſufficientem exhibens pediſequis & miniſtris conuerſandi amplitudinẽ. Porrò ad lævam cameræ ſunt ad delicias exercẽdas ſubſtructę. Proinde & iſta in balneo decẽtiſſimè ſunt obſeruata;

Amœni & luce multa illustrati recessus: deinde domus illorum, quam quidē longè præstantiorem quàm vt lauacro conueniat dixeris, perneceſſariam tamen ad melioris notæ homines & opulentiores ſuſcipiendos. Poſt hāc vtrinque ſufficientes exuentibus ad reponendum veſtitum habitationes. Ac media domus & faſtigio excelſiſſima, & iucundo lumine amœniſſima, tres aquæ frigidæ piſcinas in ſe cōplectitur. Laceno lapide exornata. Sunt etiam in illa ſtatuæ geminæ ex albo lapide antiqui operis & artificij, altera quidē Sanitatis, altera verò Æſculapij. Ingreſſos autem excipit domus ſenſim ac gradatim tepeſcens, calore non inſuaui occurrente: quæ in longū porrecta, ac circumcirca orbiculatim extructa eſt. Poſt hanc ad dextram habitatio eſt magnopere amœna & elegans, copiam delicatis & voluptuoſis vnctionibus exhibēs, ex vtraque parte habens aditus & ingreſſus lapide Phrygio ornatiſſimè decoratos, à palæſtra ingredientes ſuſcipiens. Quę deinde hanc cōſequitur habitatio, omnes reliquas pulchritudine excedit & elegātia, &ad ſtandum ſedendúmque accōmodatiſſima, & ad diutiùs immorandum minimè noxia, tum ad volutandum vtiliſſima, & ipſa lapide Phrygio ad ſummum vſque faſtigium expolita relucens. Deinceps verò locus thermis dicatus, lauātes excipit, Nomade lapide extructus. Porrò interior habitatio omni amœnitate referta & elegantia, plurima luce conſpicua eſt, ac inſtar purpuræ floribus & venuſtate renitet. Ad hæc tria labra thermarum exhibet. Porrò autem tibi iam loto non integrum eſt per eaſdem habitationes regredi, ſed ea quæ ad frigidam tendit via per vaporarium lento tepore caleſcēs regrediendum eſt. Et hæc omnia copioſo lumine illuſtrata, & multo diei intus lucentis ſplendore exornata ſunt. Ad hæc ipſa faſtigia ab ędificio non diſcrepantia, tum latitudines longitudinibus aptè cohærent: in ſumma, multa vbique relucet ſumma cū elegantia & venuſtas & gratia. Etenim iuxta elegantiſſimi Pindari præceptum, opus exordiētibus facie eleganti & ſplendida exornandū eſt. Hoc certè cū primis in huius domus ſubſtructione cum ipſo lumine tum feneſtris obſeruatū eſt. Etenim ſapiens, vt reuera fuerat Hippias, habitationem frigido lauacro deſtinatam, ad Boream tendentem inſtituit, nec aëris meridiani expertē: reliquas autē multum feruoris & caliditatis requirētes,

A χαρίεσσαν, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενον ὑποχωρήσας. Εἶτ' ἐχόμενος αὐτῆς οἶκος, πολυτίμητος μὲν ὡς πρὸς ὃ λουτρόν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν διαμενεστέρων ὑποδοχήν. μεῖζον δὲ τοῦτον, ἑκατέρωθεν θύρας ἔχοντα τοῖς ἀποδυομένοις εἰσόδους, καὶ μέσος οἶκος ὑψηλός τε ὑψηλότατος, καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ ὕδατος ἔχων πρὸς κολυμβήθρας, λευκαίνῃ λίθῳ κεκομισμένος, καὶ εἰκόνες ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τῆς ἀρχαίας ἐργασίας, ἡ μὲν, ὑγείας, ἡ δὲ Ἀσκληπιοῦ. εἰσελθόντας δὲ, ὑποδέχεται ἠρέμα χλιαινόμενος οἶκος, οὐκ ἀπηνεῖ τῇ θέρμῃ πρὸς ἀπαντῶν, B ὀπτομένης, ἀμφιστρόγγυλος, μᾶλλον ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος, οὗ μάλα φαιδρὸς, ἀλείφασθαι πρὸς ἡσυχῇ πρόχειρος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων, Φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας εἰσιόντας δεχόμενος. εἶτ' ὀπίσω τούτου ἄλλος οἶκος, οἴκων ἁπάντων κάλλιστος, ξηραί τε, καὶ ἐγκαθέζεσθαι πρὸς ἡσυχίαν, καὶ ἐμβραδύνειν ἀβλαβέστατος, καὶ ἐγκυλίσασθαι ὠφελιμώτατος, Φρυγίου καὶ αὐτὸς εἰς ὀροφὴν ἄχρι ἀπὸ C σίλλων. ἐξῆς δὲ ὁ θερμὸς ὑποδέχεται δρόμος, Νομάδι λίθῳ ξυνοκοδομημένος. ὁ δὲ ἔνδον οἶκος, κάλλιστος, φωτός τε πολλοῦ αἰθάμενος, καὶ ὡς πορφύρᾳ διαθρυπτόμενος πρὸς καὶ τοὺς θερμοὺς πυέλους πρέχεται. λουσαμένῳ δὲ, ἔνεστί σοι μὴ πάλιν ἐξ αὐτῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι, ἀλλὰ ταχείαν πάλιν ὅτι ὃ ψυχρόν, δι' ἠρέμα θερμοῦ οἰκήματος, καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ φωτὶ μεγάλῳ, καὶ πολλῇ τῇ ἔνδον ἡμέρᾳ· ὕψει πρὸς τούτοις αἰάλογα, καὶ πλάτει τοῖς μήκεσι σύμμετρα, καὶ πάντα δὴ πολλὴ χάρις, καὶ Ἀφροδίτη ἐπανθεῖ. κεῖ γὰ τὸν καλὸν Πίνδαρον, Ἀρχομένους ἔργου, πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. τοῦτο δ' αὖ εἶη ἂν τῆς αὐτῆς μάλιστα, καὶ τῶ φέγγους, καὶ τῶν φωταγωγῶν μεμηχανημένον. ὁ γὰρ σοφὸς ὡς ἀληθῶς Ἱππίας τὸν μὲν ψυχροδόχον οἶκον, εἰς βορέαν πρόσχωρήσαντα ἐποίησεν, οὐκ ἄμοιρον οὐδὲ τοῦ μεσημβρινοῦ ἀέρος· τοὺς δὲ πολλοῦ τοῦ θάλπους δεομένους,

νότῳ, καὶ Βύρᾳ, καὶ Ζεφύρῳ προέθηκε. τί σοι δ' ὅτι τούτῳ λέγω μι, παλαίστρας, καὶ τὰς καινὰς τῶν ἱματιοφυλακοιούντων κατασκευάς, τὰ χρεῖα τοῦ ὅτι δ' λουτρόν, καὶ μὴ διὰ μακροῦ τοῦ ὁδὸν ἐλθούσας, τοῦ χρησίμου τε καὶ ἀβλαβοῦς ἕνεκα; καὶ μή με ὑποληφθῇ τις μικρὸν ἔργον προσθήκασθαι, κοσμῆσαι τῷ λόγῳ προσαρμόσασθαι. δ' γὰρ ἐν τοῖς κοινοῖς, καινὰ διανοήσασα κάλλους δείγματα, καὶ μικρᾶς σοφίας ἔγωγε τίθεμαι, οἷς καὶ τὸ δεῖ δ' ἔργον ὁ θαυμάσιος ἡμῖν Ἱππίας ἐπεδείξατο, πάσας ἔχον τὰς βαλανείου ἀρετάς, δ' χρήσιμον, δ' ἡδύ, δ' ὠφελιμον, δ' σύμμετρον, δ' τῷ τόπῳ ἁρμοσμένον, δ' τοῦ χρεὼν ἀσφαλῶς προσχόμενον καὶ προσέτι, τῇ ἄλλῃ προνοίᾳ κεκοσμημένον, ἀμφόδων μὲν αἰσχρῶν δυοῖν ἀναχωρήσεσιν, ὁδοῖς τε πολλαῖς τεθυρωμένον. ὥρᾳ δὲ διττὰς δηλώσας, τὸ μὲν, δι' ὕδατος, καὶ μυκήματος, τὸ δὲ, δι' ἡλίου διαδηκνύμενον. ταῦτα ἰδόντα μὴ ἀποδοῦναι τὸν πρέποντα ἔπαινον τῷ ἔργῳ, οὐκ ἀνοήτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀχαρίστου, μᾶλλον δὲ βασκάνου μοι εἶναι ἔδοξεν. ἐγὼ μὲν οὖν εἰς δύναμιν τοῦ ἔργου, καὶ τὸν τεχνίτην, καὶ δημιουργὸν ἠμείψαμην τῷ λόγῳ. εἰ δὲ θεὸς παρέσχοι καὶ λοῦσασθαί ποτε, πολλοὺς οἶδα καὶ ἄλλους ἕξων τοὺς συνεπαινέσοντάς μοι τῷ ἐπαίνῳ.

A Notho & Euro ac Zephyri flatibus subiectas oppoſuit. Quid ad hæc tibi palæſtras memorem, & veſtes aſſeruantium communes habitatiunculas, compendioſam citra ambages viam quę ad lauacrum ducit; habentes, ſingularis vtilitatis capiendæ, & incommodi vitandi gratia? Neque verò quis me ſuſpicetur opus modicum proponentem, orationis lenociniis atque verborũ ampullis extuliſſe. Siquidem in rebus communibus & publicis noua elegantiæ ſigna atque indicia excogitare, non mediocris aut contemnendæ ſapientiæ argumentum ego eſſe opinor: quo in numero & hoc opus admirandi illius Hippiæ opera ad vnguem elaboratũ B meritò habendum eſt, quódque nobis ab illo oſtenſum eſt omnes balnei virtutes complectens, vtilitatem, opportunitatẽ, perſpicuitatem, menſuræ quantitatem in omnibus aptè obſeruatam, nec loci neglectam commoditatem, tum tutum lauandi vſum exhibens. Præterea omnibus aliis induſtriæ atque ſolertiæ officiis abſolutũ, biuiorũ & ambituum duplicibus ſeceſſibus, multarúmque ianuarũ patens egreſſibus. Quinetiam Horarũ geminis indiciis idem balneum exornauit, vno per aquam & ſonitum, altero per ſolem. His inquam viſis, nec debitam & conuenientem tam illuſtri operi reddere gratiam, non inſipientis ſolùm, ſed etiam ingrati, aut potiùs inuidi mihi viſum eſt. Itaque ego pro virili, cùm opus ipſum, tum architectum & artificem orationis meæ laudibus euexi & perſolui. Cæterùm ſi deus aliquando conceſſerit & lauandi copiam, non dubium eſt & alios permultos in laudum mearum partem mecum venturos.

## ΠΡΟΣΛΑΛΙΑ, ἢ ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

## ALLOCVTIO, SEV BACCHIS.

### Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Præfatio quædam eſt, quales & noſtri homines in enarrandis auctoribus, aut alijs rebus tractandis, ipſis operibus præmittere ſolent. Et extant ſanè etiam Ciceronis quædam ad idem exemplum compoſitæ. Monet autem Lucianus auditores ſuos, ne ſolùm compoſitionis nouitatem in ſcriptis ſuis ſpectent, néue ideo pro paruis aut contemnendis illa habeant, quia comica ac ſatyrica quædam ſub dialogi grauitate tractet, ſed magis ipſam rem ſpectent: ne idem illis, quod Indis olim, accidat, dum Bacchi exercitum vt muliebrem, & à re militari alienum contemnunt. Deinde autem & veniam precatur ætati, ſi paulo verboſior aut loquacior nonnullis fortè videatur, factum ſuum etiam hic collatione quadam Indorum cohoneſtans. Omnino autem multum gratiæ habent huiuſmodi præfationes, ſiue cui allocutiones eas vocare magis libet, vbi collationibus atque ſimilibus ſuis ipſa hypotheſis aptè reſpondet.*

QVO tempore Bacchus aduersus Indos ductare exercitum instituit (nihil enim prohibet, vt mea fert opinio, fabulam vobis Bacchicam percensere) ferunt vsqueadeo cum initiò ab Indiæ incolis fuisse contemptui habitum, vt accedentem etiam subsannarent. Magis autem temerariam illius audaciam miseratione prosequendam esse opinabantur, tanquam actutum ab elephantis proculcãdum, si acie instructa illis occurrisset. Siquidem inaudiuerant, vt ego existimo, ab exploratoribus, absurda & monstrosa de illius exercitu renuntiantibus, quemadmodum eius phalanx & cohortes ex mulieribus insanis & furentibus collectæ forent, thyrso redimitis, pelles ceruinas indutis, & hastas quaspiam paruas gerentibus nulla acie ferri acuminatas, & illas ex thyrso confectas: tum scuta quæpiam leuia, & resonantia si quis saltem vel leuiter attigisset (Quippe clypeis assimilabant & tympana) esse præterea in exercitu iuuenes quospiam agrestes & nudos, qui saltarent cordaca, caudas habentes & cornua, qualia ferè hœdis recenter natis solent succrescere. Ipsum autem ducem illorum in curru vehi iunctis pardalibus, imberbem admodum, ac ne tantillum quidem per genas herbescente barbitio pubescentem, cornigerum, racemis coronatum, mitra purpurea comam inuolutum, ac aureos cothurnos indutum. Cæterùm secundas ductandi exercitus partes obire duos alios, vnum quidem breuis staturæ senunculum, corpore perobeso & ventricoso, simis naribus deformem, auribus magnis & arrectis, tremulum, scipioni innitentem, pandum asellum vt plurimùm equitantem, amictum crocoto, & hunc vehementer fidum illius in ordinanda acie socium. Alterum verò hominem monstrosum, inferioribus corporis partibus hircum referentem, crura crinitum, & cornigerum, profunda insuper barba insignem, iracundum, & animo ad furorem propenso præditum, altera manu ferentem fistulam, dextra verò incuruum baculum, semet attollentem, ac tota castra circumsaltantem, quem mulierculæ exterrere solent, comásque vento diffusas concutere, quoties accesserit, neque non vociferari, Euohe: quo nomine, vt mihi coniecturam facienti visum est, dominũ suum cõpellant. Itaque greges à mulieribus iam discerptos esse, & oues adhuc viuentes dilaniatas: quippe illas crudiuoras esse planè videbant.

Τὲ ὁ Διόνυσος ἐπ' Ινδοὺς στρατιὰ ἤλασε (κωλύει γὰρ οὐδὲν, οἶμαι, & μῦθον ὑμῖν διηγήσασθαι Βακχικὸν) φασὶν ὅτω καταφρονῆσαι αὐτῶν τὰ πρῶτα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥστε καταγελᾶν ὁπόντος, μᾶλλον δὲ ἐλεῆσαι τὴν τόλμαν, ὡς αὐτίκα μάλα συμπατηθησομένου ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, εἰ ἀντιτάξαιτο. ἤκουον γὰρ, οἶμαι, τῶν σκοπῶν ἀγγέλλοντων ὑπὸ τῶν στρατιᾶς αὐτῷ ἀγγελλόντων, ὡς ἡ μὲν φάλαγξ αὐτῷ, & οἱ λόχοι, γυναῖκες εἶεν ἐκφερεῖς, & μεμηνῖαι, B κισσῷ ἐστεμμέναι, νεβρίδας ἐνημμέναι, δόρατά τινα μίκρα ἔχουσαι, ἀσπίδια, κισσοποίητα καὶ ταῦτα, καί τινα πέλτια κοῦφα, βομβοῦντα, εἴ τις μόνον προσάψαιτο (ἀσπίσι γὰρ εἴκαζον & τὰ τύμπανα) ὀλίγους δέ τινας ἀγενείους νεανίσκους σκιρτητικοὺς, κόρδακα ὀρχουμένους, ὄρχεις ἐχοντας περίφορους, οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις ἐπιφύεται. καὶ τὸν μὲν στρατηλάτην αὐτῶν, ἐφ' ἅρματος ὀχεῖσθαι πρὸς δαλέων ἐπεζευγμένων, ἀγρίων ἀκριβῶς, ὅσοι ἐπ' ὀλίγον χρόνον τιθῆ παρὰ C ῥάφῃ, κερασφόρον, κοτινοις ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τε κόμην ἀναδεδεμένον καὶ πορφυρίδι, καὶ χρυσῇ ἐμβάδι. ἐπιστρατηγεῖν δὲ δύο, ἕνα μὲν τινα βραχὺν πρεσβύτην, ὑπόπαχυν, πρόγαστορα, ῥινόσιμον, ὦτα μεγάλα ὄρθια ἔχοντα, ἐπίτομον, παρῆκε ἐσφοδρύμενον, ἐπ' ὄνου τὰ πολλὰ ἱππεύοντα, ἐν κροκωτῷ, καὶ τοῦτον πόρρω πιθανὸν εἶναι συνταγματάρχειν αὐτῷ· ἕτερον δὲ τερατίαν αὖ θέαμα, πρόσω τὰ νέρθεν ἐοικότα, κνημῖσι τὰ σκέλη, κέρατα ἔχοντα, βαθυπώγωνα, ὀργίλον, καὶ θυμικὸν, θατέρα μὲν, σύριγγα φέροντα, τῇ δεξιᾷ δὲ, ῥάβδον καμπύλην ἐπηρμένον, καὶ περισκιρτῶντα ὅλον ὃ στρατόπεδον, καὶ τὰ γυναῖα δὲ φοβεῖσθαι αὐτὸν, καὶ σείειν ἠρεμημένας τὰς κόμας, ὁπότε προσοίσει, καὶ βοᾶν, ὃ οἱ τοῦτο δὴ εἰκάζειν καλεῖσθαι αὐτῷ τὸν διασπώντων· τὰς δὲ οἰῶν ποίμνας, διηρπάσθαι ἤδη ὑπὸ τῶν γυναικῶν, καὶ διεσπᾶσθαι ἔτι ζώντα τὰ D θρέμματα· ὠμοφάγοις γάρ τισι αὐταῖς εἶ.

ταῦτα οἱ Ἰνδοὶ, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἀκούοντες, ἐγέλων, ὡς ὃ εἰκὸς, καὶ ἅμα ἀπεπεζάγλν, ἢ πρὸς πάντα ἔδοξαν ἠξίουν. ἀλλ' εἴπερ ἄρα τὰς γυναῖκας ἐπαφήσειν αὐτοῖς, εἰ πλησίον γένοιντο, σφίσι δὲ καὶ νικᾶν αἰσχρὸν ἐδόκει, καὶ φονεύειν γυναῖα μεμηνότα, καὶ θηλύμιτεν ἄρχοντα, καὶ μεθύοντα σμικρὸν γεγηπιον, καὶ ἡμιγραπώτιν ἄλλον, καὶ γυμνὰς ὀρχησὰς, πρώτας γελοίους. ἐπεὶ δὲ ἠγγέλλετο πυρπολεῖν ὁ θεὸς ἤδη τὴν χώραν, καὶ πόλεις αὐτανδρους καταφλέγων, καὶ αἰθάπλων τὰς ὕλας, καὶ ὃ βαρύχειν πᾶσαν τὴν Ἰνδικὴν πυρὸς ἐμπεπλησμένος (ὅπλον γάρ τοι Διονυσιακὸν ὃ πῦρ πατρῷον αὐτῷ, κἀκ τοῦ κεραυνοῦ) ἐσκεύαστο ἤδη σπουδῇ ἀνελάμβανον τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ὑπεσάξαντες, καὶ ἐξαλινώσαντες, καὶ τοῖς πύργοις ἀναθέμενοι, ἐπ' αὐτοῖς αὐτεπεξήεσαν, καταφρονοῦντες μὲν καὶ τότε, ὀργιζόμενοι δὲ ὅμως, καὶ στυγοῦντες ἀπεύθυντες αὐτῷ στρατοπέδῳ, τὸν ἀγῶνα σκῆπτον στρατηλάτην. ἐπεὶ δὲ πλησίον ἐγένοντο, καὶ εἶδον ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰνδοὶ, προεστάξαντες τοὺς ἐλέφαντας, ἐπῆγον τὴν Φάλαγγα, ὁ Διόνυσος δὲ, ὃ μέσον μὲν αὐτὸς εἶχε, τὸ κέρας δὲ αὐτῷ, τὸ δεξιὸν μὲν, ὁ Σειληνὸς, τὸ εὐώνυμον δὲ, ὁ Πάν, ἡγεῖτο. λοχαγοὶ δὲ, καὶ ταξίαρχοι, Σάτυροι, ἐγκαθίστηκεισαν. καὶ ὃ μὲν σύνθημα, εὐοῖ ἅπασι δὲ, εὐοῖ. αὐλοὶ δὲ τὰ τύμπανα ἐπαπηχεῖτο, καὶ τὰ κύμβαλα ὃ πολεμικὸν ἐσήμαινε, καὶ τῶν Σατύρων τις λαβὼν ὃ κέρας, ἐπηύλει ὃ Ὀρθιον, καὶ ὁ τοῦ Σειλλοῦ ὄνος, συναύλιόν τι ὠλόλυξε, καὶ αἱ Μαινάδες, συνολολυγῇ συνεπήδησαν αὐτοῖς, δράκοντας ὑποζωσμέναι, καὶ τῶν θύρσων ἄκρων ἀπογυμνοῦσαι τὸν σίδηρον. οἱ Ἰνδοὶ δὲ, καὶ ἐλέφαντες αὐτῶν, αὐτίκα συγκλίναντες, συνοὐδενὶ κόσμῳ ἔφυγον, οὐδὲ στὰς βέλους γεύσασθαι ὑπομείναντες, καὶ τέλος καταχεῖτος ἐαλώκεσαν, καὶ αἰχμάλωτοι ἀπήγοντο ὑπὸ τῶν τέως καταγελωμένων, ἔργῳ μαθόντες ὡς οὐκ ἐχρῆν ἀπὸ τοῦ πρώτης ἀκοῆς καταφρονεῖν ξένων στρατοπέδων. ἀλλὰ τί πρὸς τὸν Διόνυσον, τοῦτ' ὁ Διόνυσος; εἶπον

A Hæc cùm Indi, & rex illorum, ſpeculatoribus annunciantibus cognouiſſent, ſublatis, vt par erat, cachinnis, ridebant: iámque nequaquam contrà exercitum educere, aut inſtructis ordinibus obuiam procedere illis deliberatum erat, ſed reputabant, ſi comminus mulierculæ in eos impreſſionem ac impetum eſſent facturæ, illis & vincere turpe eſſe, & mulieres inſanientes neci dare vnà cum duce effœminato, ac ſene modico & vinoſo, adiuncto etiam alio ſemiuiro milite, nudiſque ſaltatoribus per omnia ridiculis, facinus eſſe parum memorabile. Poſtea verò quàm Bacchus regionem incendiis
B deuaſtare, & viris deuictis ciuitates igne abſumere, ac ſyluas incendere annuntiatus eſt, iámque in breui temporis ſpatio tota Indorum regio flammis conflagraret (etenim ignis Baccho iam vſque à fulmine paterna ſunt arma) ibi iam citra moram armis induti, coactis elephantibus & infrenatis, & turribus deſuper poſitis aduerſus illos mouerunt aciē, etiamdum hoſtilem exercitum extremè contemnentes, & iracundo animo ferocientes, neque non elephantis comminuere atque proterere properantes ipſis cum
C caſtris imberbem illum imperatorē. Poſtquam verò propinquiores facti ſunt, & vtraque acies vtrique eſſet ſpectaculo, Indi locatis ante exercitum elephantis phalangem adegerunt. Cæterùm Bacchus ipſe in medio ſtrenui Imperatoris fungebatur officio, cuius dextrum cornu Silenus, ſiniſtrum Pan regebat. Porrò autem Satyri manipulares conſtituti ordinibus inſtruendis erant intenti. Signum omnibus erat, Euohe. Statim verò percuſſa tympana inſtrepuerunt, ipſaque cymbala claſſicum cecinerunt. Ac è ſatyris quiſpiam correpto cornu carmen
D quod Orthium dicitur, occinebat. Tum Sileni, aſellus hianti atque diducto rictu Martium quiddam atque terribile derudiit. Ipſæ verò Mænades cum vlulatu facto in eos impetu incurſarunt, ſuccinctæ draconibus, atq; ex ſummis thyrſis ferrum denudantes. Indi autem & elephantes illorum illico declinantes, nullo ſeruato ordine in fugam ſe dederunt, neque intra teli iactum conſiſtere ſuſtinuerunt. Ad poſtremum autem omni vi capti atque ſubacti ſunt, & captiui abducti ab iis quos paulò antè contemptim ſubſannauerant, re ipſa experti quàm non oportuerit prima ſtatim fama adductos, peregrinum exercitum contemnere. Sed quid ad Bacchum ille Bacchus, dixerit

aliquis? Quia permulti mihi videntur (ac per Gratias vos oro ne me insanire aut prorsus temulentũ esse suspicemini, si mea cũ Diis immortalibus cõtulero) idem erga orationũ nouitates cum Indis perpeti, quemadmodum & erga meas. Existimãtes enim satyrica & ridicula quædam nimiúmque comica apud nos audiri, talibus fidem habuêre: atque haud scio quam illi de me opinionem induerunt. Alij ne exordium quidem assequuntur, quasi nihil necesse sit aures præbere vinosis & lasciuis mulierculis, & saltationibus satyricis ab elephantis descendentes. Alij verò, tanquam alicuius rei gratia venissent, thyrsi loco inuento ferro, neque sic laudare audent, inaudita rei nouitate perterriti. At ego fidenti animo illis annuntio, quòd si in præsentia quoque, vt antea facere consueuerunt, festiuitatem spectarè sæpe voluerint, ac veteres compotores recordati fuerint conuiuiorum Bacchanalium tunc temporis celebratorum, neque Satyros aut Silenos contempserint, sed æquo largiùs ad satietatem vsque ex cratêre illo hauserint: & illos Bacchico numine afflatos indecorè insanituros, neque non persæpe nobiscum Euohe dicturos. Itaque illi (liberum enim est audire) quicquid animo suo gratum fuerit, faciant: at ego posteaquam adhuc in India peregrè versamur, statui & aliud quiddam earum rerum quæ illic aguntur, quod non valde à Baccho abhorrebit, neque à præsenti instituto alienum erit, percensere. Inter Indos quos Machlæos vocant, qui læuum Indi fluminis littus, si ad fluxum illius respexeris, incolunt atque depascũt vsque ad Oceanum porrecti: apud hos lucus est in loco sepibus obturato, & angusto, circumtecto tamen: quippe thyrsorum & vitium vbertas ibi prouenientium, locum opacitate sua pulcherrimè inumbrat. Eo ipso in luco tres fontes sunt aquæ elegantissimæ & limpidissimæ: quorum vnus Satyris, secundus Pani, tertius Sileno sacer est. Ingrediuntur verò in lucum Indi quotannis semel, diei solennitate deum celebrantes, bibúntque de fontibus, non tamen indiscriminatim omnes de omnibus, sed iuxta ætatem. Nam iuuenes ex eo qui satyris sacer est, viri ex Panico, porrò ex Sileni fonte ij qui in mea ætate constituti sunt. Itaque quæ pueris de fonte bibentibus accidunt, aut qualia designent viri iam numine Panos afflati, perlongum esset enumerare.

τις αὖ. ὅτι μοι δοκοῦσι (καὶ πρὸς Χαρίτων μή με κορυβαντιᾶν, ἢ τελέως μεθύειν ὑπολάβητε, εἰ τἀμὰ εἰκάζω τοῖς θεοῖς) ὅμοιόν τι πάσχειν οἱ πολλοὶ πρὸς τοὺς καινοὺς τῶν λόγων τοῖς Ἰνδοῖς ἐκείνοις, οἷ καὶ πρὸς τοὺς ἐμούς. οἱ μὲν γὰρ σατυρικὰ, καὶ γελοῖά τινα, καὶ κωμῳδῆ κωμικὰ πρὸ ἡμῶν ἀκούεσθαι, τοιαῦτα πεπιστεύκασιν, οὐκ οἶδ' ὅτι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. οἱ μὲν, οὐδὲ τὸν πρόλογον ἀφικνοῦνται, ὡς οὐδὲν δέον παρέχειν τὰ ὦτα κώμοις γυναικείοις, καὶ σκιρτήμασι σατυρικοῖς, καταβαίνοντας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων· οἱ δὲ, ὡς ὅτι τοιοῦτό τι ἥκοντες, ἀντὶ τοῦ κισσοῦ σίδηρον βλέποντες, οὐδὲ οὕτως ἐπαινεῖν τολμῶσι τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπεπληγμένοι. ἀλλὰ θαῤῥῶν ἐπαγγέλλομαι αὐτοῖς, ὅτι νῦν καὶ νεῦ ὡς πρότερόν ποτε τὸν τελετὸν ἐθελήσουσιν ὀπτάσθαι πολλάκις, καὶ ἀναμνησθῶσιν οἱ παλαιοὶ συμπόται κώμων κοινῶν τῶν τότε χαρῶν, καὶ μὴ καταφρονήσουσι τῶν Σατύρων, καὶ Σιληνῶν, πίωσι δὲ ἐς κόρον τοῦ κρατῆρος τούτου, ἐκβακχεύσουσί καὶ αὐτοὺς, καὶ πολλάκις μεθ' ἡμῶν ἐρροῦσι, καὶ οἴσονται μετ' ἐμοῦ (ἐλεύθερον γὰρ ἀκοὴ) ποιούμενοι ὅ, τι καὶ φίλον. ἐγὼ δὲ, ἐπειδὴπερ ἔτι ἐν Ἰνδοῖς ἐσμὲν, ἐθέλω καὶ ἄλλο ὑμῖν διηγήσασθαί τι τῶν ἐκεῖθεν, οὐχ ἁπρεπὲς τοῦ Διόνυσον ὄντος αὐτοῦ, ὄντος δ' ὧν ποιεῖσθαι ἀλλότριον ἐν Ἰνδοῖς τοῖς Μαχλαίοις, οἳ παρὰ λαιὰ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, εἰ κατὰ ῥοῦν αὐτοῦ βλέπεις, ὀπισθεμόμενοι, μέχρι πρὸς τὸν Ὠκεανὸν καθήκουσι· πολλὰ τούτοις ἄλσος ἐστὶν ἐν περιφράκτῳ, ὑπὸ πάνυ μεγάλῳ χωρίῳ, σκιερεφὲς δὲ. κατὰ τοῦτο γὰρ πολὺς, καὶ ἄμπελοι, σύσκιον αὐτὸ ἀκριβῶς ποιοῦσιν. ἐνταῦθα πηγαί εἰσι τρεῖς καλλίστου καὶ διαφανεστάτου ὕδατος, ἡ μὲν, Σατύρου, ἡ δὲ, Πανὸς, ἡ δὲ, Σιληνοῦ. καὶ εἰσέρχονται εἰς αὐτὸ οἱ Ἰνδοὶ ἅπαξ τοῦ ἔτους, ἑορτάζοντες τῷ θεῷ· καὶ πίνουσι τῶν πηγῶν οὐχ ἁπασῶν ἅπτωτες, ἀλλὰ καθ' ἡλικίαν, τὰ μὲν μειρακια, τῆς τῶν Σατύρων· οἱ ἄνδρες δὲ, τῆς Πανικῆς· τῆς δὲ τοῦ Σειληνοῦ, οἱ κατ' ἐμέ. ἃ μὲν οὖν παθοῦσιν οἱ παῖδες ἐπιόντι πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες τολμῶσι κατεχόμενοι τοῦ Πανὸς, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν.

ἃ δ'

ἀ δ' οἱ γέροντες ποιοῦσιν ὅταν μεθυσθῶσι τῷ ὕδατος, οὐκ ἀλλότριον εἶπεῖν· ἐπειδὰν πίῃ ὁ ἥρως, καὶ καταλάβῃ αὐτὸν ὁ Σιληνὸς, αὐτίκα ὅτι πολὺ ἄφωνός ἐστι, καὶ καρηβαρεῶντι καὶ βεβαρυσμένῳ ἔοικεν, εἶτα ἄφνω φωνή τε λαμπρὰ, καὶ φθέγμα πρᾷον, καὶ πνεῦμα λιγυρὸν ἐξίσταται αὐτῷ, καὶ λαλίστατος ἐξ ἀφωνοτάτου ἐστίν· ἤδη δ' αὖ ὀπισομίσας, παύσας αὐτὸν μὴ ἔτι σιωπᾷν λαλοῦντα, καὶ ῥήσεις μακρὰς συνείρων. συνεπὰ μὲν τοῖς ποιηταῖς, καὶ κόσμια, καὶ τὸν Ὁμήρου σκῶμμα ῥήτορα, νιφάδεσι γὰρ ἐοικότα χειμερίῃσι διεξέρχονται. ἤδη δ' ἀπαρχόμενοί σοι κύκνοις καὶ τοῖς ἡλικίδαις εἰκάσαι αὐδάς, ἀλλὰ τεττιγώδεσί τι πυκνὸν καὶ ὀπίθεχον συνάπτουσιν, ἄχρι βαθείας ἑσπέρας. ὑπὸ τοιούτου δὲ ἤδη ἀφεθείσης αὐδῆς τῆς μέθης, σιωπῶσι, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον αἰσχύνονται. τὸ μὲν οὖν θαυμαστότατον, οὐδέπω εἶπον. ἐπεὶ γὰρ ἀτελὴς ὁ ἥρως μεταξὺ καταλίπῃ οὐ διεξιὼν τὸν λόγον, δυσὶν ἡλίοις κωλυθεὶς, ὅτι πέρας αὐτὸν ἐπεξελθεῖν, ἐς νέωτα πιὼν, αὖθις σκῶμμα συνάπτει, ἃ πρόσθεν λέγοντα ἡ μέθη αὐτὸν κατέλιπε. ταῦτά μοι καὶ τὸν Μῶμον εἰς ἐμαυτὸν ἀποσκώψω, καὶ, μὰ τὸν Δία, οὐκ αὖ ἔτι ἐπαγάγομαι τὸ ὀπιμύθιον. ὁρᾶτε γὰρ ἤδη καθότι τῷ μύθῳ ἔοικα. ὥστε ἐῶ μηδέν τι πρόσθε παίζων μου, ἡ μέθη αἰτία. εἰ δὲ πιστὰ δόξει τὰ λεγόμενα, ὁ Σιληνὸς ἄρα ἐῶ ἵλεως.

A Cæterùm qualia ſenes faciunt vbi iam aqua pota inebriati fuerint, non alienum eſſe opinor narrare. Senex ſimul atque hauſtam de fonte aquam biberit, ac eundem iam Silenus ipſe inuaſerit, illico ad prodigium vſque obmuteſcit, hominem cui graue ſit caput, aut ebrium, per omnia referens. Poſt id ex improuiſo voce clara, & loquela graui, tum ſpiritu dulci rumpit ſilentium, ac ſubitò è mutiſſimo fit loquaciſſimus. Sed nec obturato ore illum compeſcueris, quominus continuis verbis diffluat, longáſque orationes contexat. Et profectò quæcunque dixerit, B prudenter & ornatè dicta ſunt, ac iuxta Homericum illum rhetorem, hybernis *Iliad. a.* niuibus conſimilia diſſerit. Neque verò ſufficienter eos cygnis ſecundùm ætatem conferre poſſis, ſed vocum denſitate cicadas imitantur ac referunt, ac rotūdum quiddam componunt in profundam vſque veſperam. Inde iam diſcuſſa ab illis ebrietate conticeſcunt, & ad antiquum morem redeunt. Cæterùm quod inter hæc maximè omnium admirandum eſt, nondum expoſui. Quòd ſi ſenex imperfectam quam inchoauit orationem reliquerit, neque, Solis occaſu interueniente, & temporis anguſtia excluſus, eandē C ad finem deduxerit, deguſtata iterum in annum ſubſequentem aqua, deinceps cætera percurrens orationi inchoatæ adiungit, quę ſuperiori anno dicentem non in tempore, deſtituerat ebrietas. Iſtis ego me ipſe ſcommatibus Momi inſtar ludere volui. Et per Iouem nequaquam ampliùs affabulationem adducam. Iam enim haud dubiè videtis me fabulæ eſſe perſimilem. Quare, ſi quibus in rebus delinquentes hallucinati ſumus, in cauſſa fuit ebrietas. Sin prudenter & cordatè dicta ſunt quæ produximus, conſtat, Silenum nobis fuiſſe placatum & propitium.

---

## ΠΡΟΣΑΛΑΛΙΑ, ἢ ΗΡΑΚΛΗΣ.

## PRÆFATIO, SEV HERCVLES GALLICVS.

D. Eraſmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Præfatio eſt eiuſdem rationis, cuius & ſuperior, niſi quòd quantum ad argumentum attinet, rationem & cauſſam hìc reddit cur natu iam grandior adhuc in eloquentiæ exercitatione verſetur, ſtudium atque ætatem ſuam exemplo eo defendens, & (vt ipſe ait) etiam conſolans, quo apud Gallos ipſa eloquentia depingitur, nimirum Herculis, eiuſdémque iam ſenioris imagine. Fingit autem imaginem ſeu typum eum à ſacerdote quodam Gallorum, quales ea ætate Druidæ fuiſſe perhibentur, explicatam, & ſingulorum picturæ eius membrorum rationem ſibi traditam eſſe, etiam Homeri atque aliorum poëtarum locis, vtpote à perito Græcarum literarum additis. De quibus in ipſo orationis contextu ac ſerie videri ſatius eſt, quàm hìc pluribus immorari.*

HErculem Galli lingua gentis vernacula Ogmium vocant. Porrò deum ipsum noua quadam atque inusitata figura depingunt: Decrepitus est apud illos, recaluaster, reliquis capillis, si qui reliqui sunt, planè canis, cute rugosa, & in aterrimum exusta colorem, cuiusmodi sunt nautæ isti senes. Charontē potiùs, aut Iapetū quempiam ex his qui apud inferos versantur, dicetes. In summa, quiduis potiùs quàm Herculem esse coniiceres ex imagine. Atque tali specie quum sit, tamen Herculis ornatum gerit, vt qui tum leonis exuuium indutus sit, tum clauam dextera teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum tensum læua prætendat: denique modis omnibus Hercules est. Hęc equidem arbitrabar in Græcanicorum deorum contumeliam perperam facere Gallos, quum eum eiusmodi fingerent effigie, quòd nimirum illum talibus picturis vlciscerentur, quòd olim in regionem ipsorum incursasset prædas agēs, id temporis, cùm Geryonis armenta vestigans, Occidentalium gentiū pleraſque regiones peruastaret. At nōdum etiam dixi id quod erat in imagine maximè nouum atque mirādum: siquidem Hercules ille senex, ingentem admodum hominū multitudinē trahit, omnibus ab aure reuinctis: porrò vincula sunt catenulæ tenues auro electróve cōfectæ, pulcherrimis istis monilibus adsimiles. Atqui cùm vinculis vsqueadeo fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant, cùm alioqui commodè possint, neque prorsus obnituntur, aut pedibus aduersus trahentem obtendunt, sese resupinantes: verùm alacres ac læti sequuntur, ducentem admirantes, vltro festinantes omnes, & laxatis funiculis etiam anteuertere studentes, perinde quasi grauiter laturi si soluerentur vinculis. Nec illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum: etenim cùm non inueniret pictor vnde catenularum summas ansas necteret, videlicet dextera iam clauam, læua arcum tenente, summam dei linguam perterebrauit, atque ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipse nimirum ad eos qui ducebantur, vultum & oculos conuertebat, arridens. Hæc ego quum diutiùs assistens essem contemplatus, admirans, hæsitans, indignans:

A Ὁν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ Ὄγμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ. Ὁ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ, πάνυ ἀλλόκοτον γράφουσι. γέρων ἐστὶν αὐτοῖς ἐς ὕστατον, καὶ ἀφθαρτίας, πολιὸς ἀκριβῶς, ὅσαι λοιπαὶ τῶν τριχῶν, ῥυσὸς ὁ δέρμα, καὶ δεδαρμένος ἐς ὁ μελανώτατον, οἷοί εἰσιν οἱ θαλαττουργοὶ γέροντες· μᾶλλον δὲ Χάρωνα, ἢ Ἰαπετόν τινα τῶν Τιτανικῶν, καὶ πάνυ μᾶλλον ἢ Ἡρακλέα εἰ δὲ καὶ εἰκάσῃς. Ἀλλὰ τοιοῦτος ὢν, ἔχει ὅμως τοῦ σκύλου τὴν Ἡρακλέους· καὶ γὰρ τοῦ διφθέρᾳ σκέπεται τοῦ τοῦ λέοντος, καὶ ὁ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τὸν γωρυτὸν περίκειται, καὶ ὁ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ προτείνει, καὶ ὅλως Ἡρακλῆς ἐστί. Ταῦτά τε ἐμέλλον ἐφ' ὑβρῇ τῶν Ἑλληνίων θεῶν τοιαῦτα ἀναθήσειν τοὺς Κελτοὺς ἐς τὴν μορφὴν τὴν τοῦ Ἡρακλέους, ἀμυνομένους αὐτὸν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ, ὅτι τὴν χώραν ποτὲ αὐτῶν ἐπῆλθε, λείαν ἐλαυνῶν, ὁπότε τὰς Γηρυόνου ἀγέλας ζητῶν, κατέδραμε τὰ πολλὰ τῶν ἑσπερίων μερῶν. κρίνει δὲ ἀναθησόμενον οὐδέπω ἔφην τῆς εἰκόνος. ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς σκῆνος, αἰθέρων παμπόλυ τι πλῆθος ἕλκει, ὦτα τῶν ἀπάντων δεδεμένους. δεσμὰ δέ εἰσιν οἱ, σφόδρα λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι, ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις. καὶ ὅμως ἀφ' οὕτως ἀσθενῶν ἀγόμενοι, ὅτε σφᾶς μὲν βούλοιτο, δυναμένοις ἀπιέναι ῥᾳδίως, ὅτε ὅλως ἀντιτείνοιεν, ἢ τοῖς ποσὶν ἀντερείδοιεν, τοῦ δὲ σπεύδοντος τῆς ἀγωγῆς ὀξυτέρως ἐξαίρουσιν, ἀλλὰ φαιδροὶ ἕπονται, καὶ γεγηθότες, καὶ τὸν ἀγωνα ἐπαινοῦντες ἐπειγόμενοι ἅπαντες, καὶ τοῦ φθάσαι ἐλπίδι τὸν δεσμὸν ὑπεραλγοῦντες, ἐοικότες ἀληθῆ πάσχουσιν, εἰ λυθήσονται. ὁ δὲ πάντων ἀτοπώτατον εἶναί μοι ἔδοξεν, οὐκ οἶδα εἰ τοῦτο εἰπεῖν. οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ὀξάψαι τὰς σφενδόνας τοῦ τῶν δεσμῶν ἀρχάς, ἅτε τῆς δεξιᾶς μὲν ἤδη τὸ ῥόπαλον, τῆς λαιᾶς δὲ, τὸ τόξον ἐχούσης, τρυπήσας τοῦ θεοῦ τὴν γλῶτταν ἄκρην, ἐξ ἐκείνης ἐλκομένους αὐτοῖς ἐποίησε, καὶ ἐπέστραπται γε εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν. Ταῦτ' ἐγὼ μὲν ὅτι πολὺ εἰσήκειν ὁρῶν, καὶ θαυμάζων, καὶ ἀπορῶν, καὶ ἀγανακτῶν·

Κελτὸς δέ τις πρεσβύτης, οὐκ ἀπαίδευτος τὰ ἡμέτερα, ὡς ἔδηξεν, ἀκριβῶς Ἑλλάδα φωνὴν ἀφιείς, φιλόσοφος, οἶμαι, τὰ βαρβαρικά, Ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ ξένε, λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα, πάνυ γὰρ παραπλησίως ἔοικας τοῖς αὐτηνί. τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ, οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλῆ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι πολὺ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος ἐστί. εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς. μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φίλῃ τελέως ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμήν, εἴγε ἀληθῆ ὑμῖν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν,

Ὅτῳ μὲν αἱ τῶν ὁπλοτέρων φρένες ἥρεθονται.

Τὸ δὲ γῆρας ἔχει πλέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

οὕτω γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος ὑμῖν ἀπορρεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὀπὰ τὴν λεπτοεπῆ ἀφιᾶσιν βιαίαν ἤ τινα. λείρια γὰρ καλεῖται, εἴγε μέμνημαι, τὰ ἄνθη. ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοῖς αὐθέκτοις τοῖς τῶν γλωττῶν ὁ γέρων οὗτος Ἡρακλῆς, ὁ λόγος ἕλκει, μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς τὴν τῶν ὤτων καὶ γλώττης συγγένειαν. ὑφ' ὕβρεως εἰς αὐτὸν, εἰ τούτῳ τετύπται. μέμνημαι γὰρ ἔφη καὶ κωμικῶν τινων ἰαμβείων, παρ' ὑμῶν μαθών,

Τοῖς γὰρ λάλοις
Ἐξ ἄκρου ἡ γλῶττα πᾶσιν ὀπὴ τέτυπται.

ὅλον, καὶ αὐτὸν ἡμᾶς τὸν Ἡρακλέα λόγῳ τὰ πρῶτα ἡγούμεθα ἐξεργάσασθαι, σοφὸν ἡγούμενον, καὶ πείθοι τὰ πλῆκτα διάσασθαι. καὶ τὰ γε βέλη αὐτῷ, οἱ λόγοι εἰσὶν, οἶμαι, ὀξεῖς, καὶ βύσσοχοι, καὶ ταχεῖς, καὶ τὰς ψυχὰς πτεροῦντες. τοσαῦτα μὲν ὁ Κελτός. ἐμοὶ δ', ἐπείπερ καὶ τῆς δεῦρο παρόδου τούτου ἐσκοπούμην παρὸς ἐμαυτὸν εἰ μοι καλῶς ἔχοι, τηλικῷδε ὄντι, καὶ πάλαι τῶν ἐπιδείξεων πεπαυμένῳ, αὖθις ὑπὲρ ἐμαυτοῦ φῆφον διδόναι τοσούτοις δικασταῖς, καὶ καιρὸν ἐπῆλθεν ἀναμνησθῆναι τῆς εἰκόνος. τέως μὲν γὰρ ἐδεδίειν, μή τινι ὑμῶν δόξαιμι καμιδῆ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι· κατά τις Ὁμηρικὸς νεανίσκος ἐπιπλήξῃ μοι, εἰπών ὅ,

A Gallus quispiam, qui propiùs adstabat, nostratium literarum non indoctus (id quod declarauit, quum Græcanicam linguam absolutè sonaret, philosophus opinor ex eo genere Philosophorum quod apud illos esse fertur) Ego tibi, hospes, inquit, picturæ istius ænigma explicabo: nam vidêre vehementer ad eam attonitus ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Græci, verùm Herculi illam tribuimus, propterea quòd hic Mercurio longè robustior extiterit: nam quòd senex fingitur, nihil est quòd mirêre. Siquidem vna facundia

B consueuit in senecta demum absolutum vigorem ostendere, si modò verum vestri dicunt poëtæ,

*Obduci iuuenum densa caligine pectus:*
*Contrà senectam posse quiddam dicere,*
*Rudi iuuenta melius ac præclarius.*

Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua melle profluit, & Troianorum concionatores lirioëssam edunt, videlicet floridam quandam vocem: nam liria, si satis commemini, flores appellantur. Proinde quòd ab auribus vinctos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non

C aliud quàm ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguæ cum auribus esse cognationem. Neque verò ad contumeliã illius illud pertinet, quòd ea pertusa est: nam memini, inquit, & Iambicos quosdam versiculos è comœdiis apud vos discere:

*Siquidem viris loquacibus*
*Extrema lingua perforata est omnibus.*

Quin de eodem hanc in summa habemus opinionẽ, vt quicquid egit, id oratione facundiáq; confeciſſe putemus, vtpote virum sapientẽ, ac persuadendo pleraque sibi subegisse. Iam tela illius nimirũ rationes sunt acutę, missiles, citę, atque animam sauciantes: vnde pennigera dicta

D vos quoque nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem cùm huc me conferens mecũ inter eundum perpenderem, num decorum iam esset, vt tam grandis natu, quíq; iam pridem ab his doctrinæ certaminibus memet abdicasse, rursum me tã multorum iudicũ calculis exponerem iudicandum, in tẽpore subiit animũ meum eius picturæ recordatio: nam antehac verebar ne cui vestrũ videret hæc admodũ pueriliter agere, quasíque præter ętatem iuuenari: proinde ne quis Homericus adolescẽtulus illud mihi impingeret, dicẽs:

Quippe ægrotus, cui quidem pectus sapit, non eos accersit medicos, qui super arte multa luculentè & excellenter disputare nouerunt, sed qui vsu medendi illam diu multúmque exercuerunt. Potior autem & maioris pretij habēdus est, vt mea fert opinio, musicus qui psallendi & pulsandę citharę peritia exornatus est, quàm is qui tantùm rhythmos & concentuum harmoniā iudicare nouerit. Quorsum enim attinet bellorum atque exercitus duces tibi enumerare non iniuria optimos & præstantissimos hominum opinione iudicatos, quòd eorum virtus nedum in instruenda acie, & militum animis tempestiua oratione accendendis & inflammandis eluxerit, sed quòd in præliis quoque fortissimè dimicando optimè se gesserint, ac manu non secus quàm lingua prompti, memorabilia facinora ediderint: cuiusmodi ex vetustis illis Agamemnonē & Achillem, ex paulo autem recentioribus Alexandrum & Pyrrhum fuisse cognouimus? Quorsum verò ista percensui? Non quòd alia ratione historiam edere statuens, harum rerum mentionem fecerim, sed quòd ex mechanicis quoque eos laude & admiratione non indignos putem, quicunque visendis operibus aliquam ingenij famam sibi parauerunt, eadémque opera artis suę egregia monimēta post se reliquerunt: quandoquidem illi qui solis semet orationibus exercuerunt, multo iustiùs Sophistarum quàm sapientium appellationem meruerunt. Talem multorum relatu percepimus fuisse Archimedem, ac Sostratū illum Cnidium: quorum alter de Ptolemæo subiugato victoriam reportauit, ac Memphim, sine obsidione, fluminis intercepti auersione occupauit: alter singulari artificio hostium triremes absumpsit incendio. Thales quoque Milesius ante illos Crœso Lydorum regi pollicitus exercitum sicco pede se traiecturum, sua industria in vnius noctis spatio Alys fluuij alueum à tergo exercitus deriuatum circunduxit, tametsi è mechanicorum numero non fuerit, verùm alioqui magna intelligentia & singulari ingenij acumine præditus. Etenim quod de Epéo fertur, commentum pervetus est, qui non tantùm Achiuis equi machinam fabricasse, sed vnà cum Græcorum optimatibus in eam conscendisse perhibetur. Inter hos & Hippiæ huius, quem nostra memoria vixisse constat, meminisse æquum puto, viri dicendi facultate & studio ita exercitati, vt cum quouis ex priscis illis & veteribus optimè conferri possit. præterea qui ingenij acrimonia atque intelligentia multum præcelluerit, quíque

Sophistæ.

A καὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν ὅγε νοῦν ἔχων, ὃ τοὺς ἄριστα φάσκοντας περὶ τῆς τέχνης εἰπεῖν δυναμένους μεταστέλλεται νοσῶν, ἀλλὰ τοὺς πολλάκις τι κατ' αὐτὸ μεμελετηκότας. ἀμείνων δὲ καὶ μουσικὸς, οἶμαι, τῷ ἀκριβῆ ῥυθμοὺς, καὶ ἁρμονίας ὀπτιστάμενον, ὁ καὶ ψάλαι καὶ κιθαρίσαι αὐτὸς δυνάμενος. τί γὰρ ἂν σοι τῶν στρατηγῶν λέγοιμι τοὺς εἰκότως ἀρίστους κριθέντας, ὅτι ὁ πάππου μόνον, καὶ πολεμικὸν ἦσαν ἀγαθοὶ, ἀλλὰ καὶ στρατοπεδεύεσθαι τῶν ἄλλων, καὶ χρεὼν ἔργα ὑποδείκνυσθαι; οἷς τῶν πάλαι μὲν, Ἀγαμέμνονα καὶ Ἀχιλ-
B λέα, τῶν κατω δὲ, τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Πύρρον ἴσμεν γενομένους; πρὸς δὴ τί ταῦτ' ἔφην; οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ὑποδείκνυσθαι βουλόμενος, ἐπεμνήσθην αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι ὑπὸ τῆ θεωρίᾳ λαμπρῶς γλυόμενοι, καὶ μνημόσυνα ὅμως τῆς τέχνης, καὶ στρώματα τοῖς μετ' αὐτοὺς κατέλιπον. ἐπεὶ οἵ γε τοῖς λόγοις μόνοις ἐγγεγυμνασμένοι, σοφισταὶ ἂν εἰκότως μᾶλλον, ἢ σοφοὶ κεκλοῖντο. τοιοῦτον ἀκούομεν
C τὸν Ἀρχιμήδη γενέσθαι, καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον· τὸν μὲν, Πτολεμαῖον χειρωσάμενον, καὶ τὸν Μέμφιν, δίχα πολιορκίας, ἀποστροφῇ καὶ ἀφαιρέσει τοῦ ποταμοῦ· τὸν δὲ, τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις καταφλέξαντα τῇ τέχνῃ. καὶ Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος στρατὸν αὐτῷ ἐπαγόμενος Κροίσῳ ἀβρεχεῖ διαβιβάσαι τὸν στρατὸν, ὑποῤῥοίᾳ κατόπιν τοῦ στρατοπέδου μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἅλυν ἐκτρέψαντι, οὐ μηχανικὸς οὗτος γενόμενος, σοφὸς δὲ, καὶ ὑπονοῆσαι τὰ σωθησόμενα πιθανώτατος. Ὁ
D μὲν γὰρ τοῦ Ἐπειοῦ, πάνυ ἀρχαῖον, ὃς ἅμα τὸν τεχνήσασθαι τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν ἵππον, ἀλλὰ καὶ συγκαταβῆναι αὐθις ἐς αὐτὸν λέγεται. ὁ δὲ τούτοις, καὶ Ἱππίου τουτουὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς, μεμνῆσθαι ἄξιον, ἀνδρὸς, λόγοις μὲν, πρὸς ὃν τινα βούλει τῶν ἐκ παιδὸς, γεγυμνασμένου, καὶ σωθῆναί τε ἐξέσης,

καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφέστατον. τὰ δὲ ἔργα πολὺ τῶν λόγων ἀμείνω προεχόμενον, καὶ τῷ τῆς τέχνης ἐπιτυχεῖν ἀποπληρωτὸς, οὐκ ἐν τοιαύταις μὲν ἐπιτυχέσιν, ἐν αἷς οἱ περὶ αὐτὸν ἠμέλουν ἠτυχήσαμεν, κατὰ δὲ τὸν γεωμετρικὸν λόγον, ὅτι τῆς δοθείσης, φασὶν, εὐθείας τὸ τρίγωνον ἀκριβῶς σεσιτασμένον. καίτοι τῶν γε ἄλλων ἕκαστος ἓν τι τῆς ὅλης ἐργον ἀποτεμόμενος, ἐν ἐκείνῳ εὐδοκιμήσας, εἶναί τις ὅμως ἔδοξεν. ὁ δὲ, μηχανικῶν τε ὢν τὰ πρῶτα, καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἁρμονικῶν καὶ μουσικῶν φαίνεται· καὶ ὅμως ἕκαστον τούτων οὕτως ἐτελῶς δείκνυσιν, ὡς ἐν αὐτὸ μόνον ὁπτισάμενος. τὸν μὲν γὰρ περὶ ἀκτίνων καὶ ἀνακλάσεων, καὶ καταόπτρων θεωρίαν, ἔτι δὲ, καὶ ἀστρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς περὶ αὐτὸν ἀπέφηνεν, οὐκ ὀλίγου χρόνου ἂν εἴη ἔπαινον. ἃ δὲ ἔναγχος ἰδὼν αὐτοῦ τῶν ἔργων, κατεπλάγην, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν. κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ὑπόθεσις, καὶ πᾶσι κατ' ἡμᾶς βίῳ πολλὴ, βαλανείου κατασκευή· περίνοια δὲ, καὶ ἐν τῷ κοινῷ τούτῳ σοφίσει θαυμαστή. Τόπος μὲν ἦν οὐκ εὐπέδου, ἀλλὰ πολὺ περιπετὴς, καὶ ὄρθιος, ὃν περιλαβὼν καὶ θατέρᾳ εἰς ὑπόκολπον ταπεινὸν, ἰσόπεδον θατέρᾳ ἀπέφηνε, χρηπῖδα μὲν βεβαιοτάτην ἅπασι τῷ ἔργῳ βαλλόμενος, καὶ θεμελίων θέσει τὸ μὲν ὀπισθόμενον ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενος, ὕψεσι δὲ πολὺ ἀποτόμοις, καὶ περὶς ἀσφάλειαν συνεχομένοις τὸ ὅλον κρατυνάμενος· τὰ δὲ ἐποικοδομηθέντα τῇ τε τοῦ τόπου μεγέθει σύμμετρα, καὶ τῷ λόγῳ τῆς κατασκευῆς ἁρμοδιώτατα, καὶ τὸν τῶν φώτων λόγον φυλάττοντα, πυλῶν μὲν ὑψηλὸς, διαβάσεις πλατείας ἔχων, ὕπτιος μᾶλλον, ἢ ὄρθιος πρὸς τὸ τῶν εἰόντων εὐμάρειαν. εἰσιόντα δὲ τὸν ἀποδέχεται κοινὸς οἶκος εὐμεγέθης, ἱκανὸν ἔχων ἀκολούθοις καὶ ὑπηρέταις ἀφορμεῖον· ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένων οἰκημάτων. βαλανείῳ δ' οὖν καὶ τοῦτο παρεπωδίσατο,

A interpretando multa perſpicuitate vſus ſit. Cæterùm opera ipſis orationibus longè præſtantiora exhibebat: & quæ arte ſua pollicitus fuerat, re ipſa abſoluta reddidit: neque verò in talibus ſaltem profeſſionibus, in quibus illi qui ætate eum præceſſerunt, feliciter floruerunt, ſed iuxta geometricam quoque rationem propoſita (quod aiunt) linea triangulum rectè potuit deſcribere. Atqui aliorum quiſque vnum quiddam ab arte decerptum & ſingulare opus exercuit, in quo parata ſibi hominum opinione aliquis eſſe viſus eſt. Porrò ille primùm rebus mechanicis perpolitus, ne

B dimenſionum quidem geometricarum rudis fuit, nec ab harmonicis & muſicis alienus apparuit: ac vnumquodque ex illis vna eadémque opera ita perfectè cognitum demonſtrauit, quaſi in eo ſolo cognoſcendo elaboraſſet. Multi verò temporis res eſſet, eius laudare induſtriã circa radiorũ & repercuſſionũ ac ſpeculorum expreſſionem. Præterea quanta in Aſtronomia cognitione excelluerit, in qua omnes eos qui annis eum anteiuerũt, pueros eſſe oſtendit. Sed enim quę nuper ipſe vidi opera illius induſtria elaborata,

C quæque mihi ſpectanti ſtuporẽ & admirationem incuſſerunt, ea nunc in preſens referre nõ grauabor. Eſt enim argumentũ cõmune, & in noſtra memoria admodũ frequens, balnei ſubſtructio: ſolertia autem, & in cõmuni illo argumento ſingularis admirationis ſpectatur induſtria. Locus erat prorſus inæquali deformatus planitie, decliuis & arduus, quem ille occupãs ex vtraque parte magnopere humilẽ, vtrinq; ſoli altitudine æquauit, firmamẽtúmq; munitiſſimum omni futuro operi ſubiiciens, fundamentorũ poſitione ſubſtruendi ædificij certitudinem confirmauit: faſtigiis verò magnopere pręruptis &

D pręciſis, & ad firmiorem coniunctionem cõplicatis, totum opus conſolidauit. Cæterùm quæ ſubſtructa ſunt, loci magnitudinem menſuræ quantitate non exceſſerunt, ſed ędificij proportionibus conuenientiſſimè atq; decentiſſimè reſponderunt, lucis vbique infuſę rationẽ conſtanter cuſtodienti a. Portarum altitudo latos ingreſſus retinens, ſupina magis quã erecta ad ingredientiũ cõuenientiam informata fuit. Ingredientem verò ſtatim domus cõmunis excipit, ſufficientem exhibens pediſequis & miniſtris conuerſandi amplitudinẽ. Porrò ad lævam cameræ ſunt ad delicias exercẽdas ſubſtructę. Proinde & iſta in balneo decẽtiſſimè ſunt obſeruata;

Amœni & luce multa illustrati recessus: A deinde domus illorum, quam quidē longè præstantiorem quàm vt lauacro conueniat dixeris, perneceſſariam tamen ad melioris notæ homines & opulentiores ſuſcipiendos. Poſt hāc vtrinque ſufficientes exuentibus ad reponendum veſtitum habitationes. Ac media domus & faſtigio excelſiſſima, & iucundo lumine amœniſſima, tres aquæ frigidæ piſcinas in ſe cōplectitur. Laceno lapide exornata. Sunt etiam in illa ſtatuæ geminæ ex albo lapide antiqui operis & artificij, altera quidē Sanitatis, altera verò Æſculapij. Ingreſſos autem excipit domus ſenſim ac gradatim tepeſcens, calore non inſuaui occurrente: quæ in longū porrecta, ac circumcirca orbiculatim extructa eſt. Poſt hanc ad dextram habitatio eſt magnopere amœna & elegans, copiam delicatis & voluptuoſis vnctionibus exhibēs, ex vtraque parte habens aditus & ingreſſus lapide Phrygio ornatiſſimè decoratos, à palæſtra ingredientes ſuſcipiens. Quę deinde hanc cōſequitur habitatio, omnes reliquas pulchritudine excedit & elegātia, & ad ſtandum ſedendúmque accōmodatiſſima, & ad diutiùs immorandum minimè noxia, tum ad volutandum vtiliſſima, C & ipſa lapide Phrygio ad ſummum vſque faſtigium expolita relucens. Deinceps verò locus thermis dicatus, lauātes excipit, Nomade lapide extructus. Porrò interior habitatio omni amœnitate referta & elegantia, plurima luce conſpicua eſt, ac inſtar purpuræ floribus & venuſtate renitet. Ad hæc tria labra thermarum exhibet. Porrò autem tibi iam loto non integrum eſt per eaſdem habitationes regredi, ſed ea quæ ad frigidam tendit via per vaporarium lento tepore caleſcēs regrediendum eſt. Et hæc omnia copioſo lumine illuſtrata, & multo diei intus lu- D centis ſplendore exornata ſunt. Ad hæc ipſa faſtigia ab ędificio non diſcrepantia, tum latitudines longitudinibus aptè cohærent: in ſumma, multa vbique relucet ſumma cū elegantia & venuſtas & gratia. Etenim iuxta elegantiſſimi Pindari præceptum, opus exordiētibus facie eleganti & ſplendida exornandū eſt. Hoc certè cū primis in huius domus ſubſtructione cum ipſo lumine tum feneſtris obſeruatū eſt. Etenim ſapiens, vt reuera fuerat Hippias, habitationem frigido lauacro deſtinatam, ad Boream tendentem inſtituit, nec aëris meridiani expertē: reliquas autē multum feruoris & caliditatis requirētes,

χαρίεσσαν, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπομένην ὑποχωρήσας. εἶτ' ἐξόμνυος αὐτῶν οἶκος, πρεπτὸς μὲν ὡς πρὸς τὸ λουτρόν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. μετὰ δὲ τοῦτον, ἑκατέρωθεν ἀφορμὰς τοῖς ἀποδυομένοις ἀποδίδους, καὶ μέσος οἶκος ὕψει τε ὑψηλότατος, καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας, λαχαίνῃ λίθῳ κεκομισμένος, καὶ εἰκόνες ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τῆς ἀρχαίας ἐργασίας, ἡ μὲν, ὑγείας, ἡ δὲ Ἀσκληπιοῦ. εἰσελθόντας δὲ, ὑποδέχεται ἠρέμα χλιαινόμενος οἶκος, οὐκ ἀπηνὴς τῇ θέρμῃ προσπταίων, ὑπερμήκης, ἀμφιστρόγγυλος, λίθῳ ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος, ᾧ μάλα φαιδρὸς, ἀλείφασθαι προσηνῶς παρεχόμενος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων, Φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας εἰσιόντας δεχόμενος. εἶτ' ὀπὶ τούτῳ ἄλλος οἶκος, οἴκων ἁπάντων κάλλιστος, εἶναί τε, καὶ ἐγκαθέζεσθαι προσηνέστατος, καὶ ἐμβρεχθῆναι ἀλαβέστατος, καὶ ἐγκωλίσασθαι ὠφελιμώτατος, Φρυγίου καὶ αὐτὸς εἰς ὀροφὴν ἄκρων ἀποστίλβων. ἐξῆς δὲ ὁ θερμὸς ὑποδέχεται δρόμος, Νομάδι λίθῳ διακεκολλημένος. ὁ δὲ ἔνδον οἶκος, κάλλιστος, φωτὸς τε πολλοῦ ἀναμέστος, καὶ ὡς πορφύρα διαπρεπέστατος. τρεῖς καὶ οὗτοι θερμὰς πύελους παρέχεται. λουσαμένῳ δέ, ἔνεστί σοι μὴ πρὸ τῶν διὰ τῶν αὐτῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι, ἀλλὰ ταχείαν πρὸ τοῦ ὅπῃ τὸ ψυχρόν, δι' ἠρέμα θερμοῦ οἰκήματος, καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ φωτὶ μεγάλῳ, καὶ πολλῇ τῇ ἔνδον ἡμέρᾳ· ὕψη τοῖς τοῦτοις ἀνάλογα, καὶ πλάτη τοῖς μήκεσι σύμμετρα, καὶ πανταχοῦ πολλὴ χάρις, καὶ Ἀφροδίτη ἐπαφῆκεν. κατὰ γὰ τὸν καλὸν Πίνδαρον, Ἀρχομένους ἔργου, πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. τοῦτο δ' ἂν εἴη οὐ τῆς αὐτῆς μάλιστα, καὶ τοῖς θέλγοις, καὶ τῶν φωταγωγῶν μεμηχανημένον. ὁ γὰρ σοφὸς ὡς ἀληθῶς Ἱππίας τὸν μὲν ψυχροδόχον οἶκον, εἰς βορέαν προσκεχωρηκότα ἐποίησεν, οὐκ ἄμοιρον οὐδὲ τοῦ μεσημβρινοῦ ἀέρος· τοὺς δὲ πολλοῦ τοῦ θάλπους δεομένους,

νότῳ, καὶ Εὔρῳ, καὶ Ζεφύρῳ προσέθηκε. τί σοι δ' ὅτι τούτῳ λέγοιμι, παλαίστρας, καὶ τὰς κοινὰς τῶν ἱματιοφυλακιωτῶν καταγωγάς, τὴν εὐχείαν τιν' ὅτι δι' λουτρῶν, καὶ μὴ διὰ μακροῦ τινὸς ὁδὸν ἐλθούσας, τῆς χρησίμου τε καὶ ἀβλαβοῦς ἕνεκα; καὶ μή με ὑποπτεύσῃ τις μικρὸν ἔργον προθέμενον, κοσμεῖν τὸν λόγον προσαρμόσασθαι. δι' ἃ δὲ τοῖς κοινοῖς, καινὰ ἐπινοήσας κἀλλιγράμματα, καὶ μικρᾶς σοφίας ἐγώγε τίθεμαι, οἷς καὶ τὸ δεῦρο ὁ θαυμάσιος ἡμῖν Ἱππίας ἐπεδείξατο, πάσας ἔχον τὰς βαλανείου ἀρετάς, δι' χρήσιμον, δι' εὔκαιρον, δι' ὠφελίμους, δι' σύμμετρον, δι' τῷ τόπῳ ἁρμοσμένον, δι' τινὶ χρείαν ἀσφαλῶς προκόμενον· καὶ προσέτι, τῇ ἄλλῃ προσευσίᾳ κεκοσμημένον, ἀμφόδων μὲν αἰθρίων δύσιν ἀναχωρήσεσιν, ὁδοῖς τε πολλαῖς τετυραμμένον. ὥρᾳσι δὲ διττὰς δηλώσας, τινὶ μὲν, δι' ὕδατος, καὶ μυκήματος, τινὶ δὲ, δι' ἡλίου διπτυχούμενον. ταῦτα ἰδόντα μὴ ἀποδοῦναι τὸν πρέποντα ἔπαινον τῷ ἔργῳ, οὐκ ἀνοήτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀχαρίστου, μᾶλλον δὲ βασκάνου μοι εἶναι ἔδοξεν. ἐγὼ μὲν οὖν εἰς δύναμιν τό τε ἔργον, καὶ τὸν τεχνίτην, καὶ δημιουργὸν ἠμείψαμην τῷ λόγῳ. εἰ δὲ θεὸς προθείη καὶ λουσασθαί ποτε, πολλοὺς οἶδα καὶ ἄλλους ἔξων τοὺς συνεπαινήσοντάς μοι τῷ ἐπαίνῳ.

A Notho & Euro ac Zephyri flatibus subiectas oppoſuit. Quid ad hæc tibi palæſtras memorem, & veſtes aſſeruantium communes habitatiunculas, compendioſam citra ambages viam quę ad lauacrum ducit; habentes, ſingularis vtilitatis capiendæ, & incommodi vitandi gratia? Neque verò quis me ſuſpicetur opus modicum proponentem, orationis lenociniis atque verborũ ampullis extuliſſe. Siquidem in rebus communibus & publicis noua elegantiæ ſigna atque indicia excogitare, non mediocris aut contemnendæ ſapientiæ argumentum ego eſſe opinor: quo in numero & hoc opus admirandi illius Hippiæ opera ad vnguem elaboratũ B meritò habendum eſt, quódque nobis ab illo oſtenſum eſt omnes balnei virtutes complectens, vtilitatem, opportunitatẽ, perſpicuitatem, menſuræ quantitatem in omnibus aptè obſeruatam, nec loci neglectam commoditatem, tum tutum lauandi vſum exhibens. Præterea omnibus aliis induſtriæ atque ſolertiæ officiis abſolutũ, biuiorũ & ambituum duplicibus ſeceſſibus, multarúmque ianuarũ patens egreſſibus. Quinetiam Horarũ geminis indiciis idem balneum exornauit, vno per aquam & ſonitum, altero per ſolem. His inquam viſis, nec debitam & conuenientem tam illuſtri operi reddere gratiam, non inſipientis ſolùm, ſed etiam ingrati, aut potiùs inuidi mihi viſum eſt. Itaque ego pro virili, cùm opus ipſum, tum architectum & artificem orationis meæ laudibus euexi & perſolui. Cæterùm ſi deus aliquando conceſſerit & lauandi copiam, non dubium eſt & alios permultos in laudum mearum partem mecum venturos.

## ΠΡΟΣΛΑΛΙΑ, ἢ ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

## ALLOCVTIO, SEV BACCHIS.

### Vincentio Obſopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Præfatio quædam eſt, quales & noſtri homines in enarrandis auctoribus, aut alijs rebus tractandis, ipſis operibus præmittere ſolent. Et extant ſanè etiam Ciceronis quædam ad idem exemplum compoſitæ. Monet autem Lucianus auditores ſuos, ne ſolùm compoſitionis nouitatem in ſcriptis ſuis ſpectent, néue ideo pro paruis aut contemnendis illa habeant, quia comica ac ſatyrica quædam ſub dialogi grauitate tractet, ſed magis ipſam rem ſpectent: ne idem illis, quod Indis olim, accidat, dum Bacchi exercitum vt muliebrem, & à re militari alienum contemnunt. Deinde autem & veniam precatur ætati, ſi paulo verboſior aut loquacior nonnullis fortè videatur, factum ſuum etiam hîc collatione quadam Indorum cohoneſtans. Omninò autem multum gratiæ habent huiuſmodi præfationes, ſiue cui allocutiones eas vocare magis libet, vbi collationibus atque ſimilibus ſuis ipſa hypotheſis aptè reſpondet.*

QVO tempore Bacchus aduersus Indos ductare exercitum instituit (nihil enim prohibet, vt mea fert opinio, fabulam vobis Bacchicam percensere) ferunt vsqueadeo eum initiò ab Indiæ incolis fuisse contemptui habitum, vt accedentem etiam subsannarent. Magis autem temerariam illius audaciam miseratione prosequendam esse opinabantur, tanquam actutum ab elephantis proculcãdum, si acie instructa illis occurrisset. Siquidem inaudiuerant, vt ego existimo, ab exploratoribus, absurda & monstrosa de illius exercitu renuntiantibus, quemadmodum eius phalanx & cohortes ex mulieribus insanis & furentibus collectæ forent, thyrso redimitis, pelles ceruinas indutis, & hastas quaspiam paruas gerentibus nulla acie ferri acuminatas, & illas ex thyrso confectas: tum scuta quæpiam leuia, & resonantia si quis saltem vel leuiter attigisset (Quippe clypeis assimilabant & tympana) esse præterea in exercitu iuuenes quospiam agrestes & nudos, qui saltarent cordaca, caudas habentes & cornua, qualia ferè hœdis recenter natis solent succrescere. Ipsum autem ducem illorum in curru vehi iunctis pardalibus, imberbem admodum, ac ne tantillum quidem per genas herbescente barbitio pubescentem, cornigerum, racemis coronatum, mitra purpurea comam inuolutum, ac aureos cothurnos indutum. Cæterùm secundas ductandi exercitus partes obire duos alios, vnum quidem breuis staturæ senunculum, corpore perobeso & ventricoso, simis naribus deformem, auribus magnis & arrectis, tremulum, scipioni innitentem, pandum asellum vt plurimùm equitantem, amictum crocoto, & hunc vehementer fidum illius in ordinanda acie socium. Alterum verò hominem monstrosum, inferioribus corporis partibus hircum referentem, crura crinitum, & cornigerum, profunda insuper barba insignem, iracundum, & animo ad furorem propenso præditum, altera manu ferentem fistulam, dextra verò incuruum baculum, semet attollentem, ac tota castra circumsaltantem, quem mulierculæ exterrere solent, comásque vento diffusas concutere, quoties accesserit, neque non vociferari, Euohe: quo nomine, vt mihi coniecturam facienti visum est, dominũ suum cõpellant. Itaque greges à mulieribus iam discerptos esse, & oues adhuc viuentes dilaniatas: quippe illas crudiuoras esse planè videbant.

Τὲ ὁ Διόνυσος ἐπ' Ινδοὺς στρατιὰν ἤλασε (κωλύει γὰρ οὐδὲν, οἶμαι, καὶ μῦθον ὑμῖν διηγήσασθαι Βακχικὸν) φασὶν οὕτω καταφρονῆσαι αὐτοῦ τὰ πρῶτα τοὺς αὐθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥστε καταγελᾶν ὁπόντος, μᾶλλον δὲ ἐλέᾳν τὴν τόλμαν, ὡς αὐτίκα μάλα συμπατηθησομένου ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, εἰ αὐτοπαίξαιτο. ἤκουον γὰρ, οἶμαι, τῶν σκοπῶν ἀγγέλλοντων ὑπὸ τοῦ στρατιᾶς αὐτῷ ἀγγελλόντων, ὡς ἡ μὲν φάλαγξ αὐτοῦ, καὶ οἱ λόχοι, γυναῖκες εἶεν ἔκφρονες, καὶ μεμηνῖαι, Β κιττῷ ἐστεμμέναι, νεβρίδας ἐνημμέναι, δόρατά τινα μίκρα ἔχουσαι, ἀσπίδια, κιττοποίητα καὶ ταῦτα, καί τινα πέλτια κοῦφα, βομβοῦντα, εἴ τις μόνον προσάψαιτο (ἀσπίσι γὰρ εἴκαζον καὶ τὰ τύμπανα) ὀλίγους δέ τινας ἀνδρείκους νεανίσκους σκιναγωγιμους, κέρδακα ὀρχουμένους, ὄρχεις ἔχοντας κερατίας, οἷα τοῖς ἄρτι γιγνηθεῖσιν ἐρίφοις ἐκφύεται. καὶ τὸν μὲν στρατηλάτην αὐτῶν, ἐφ' ἅρματος ὀχεῖσθαι πολυδάλεων ἐζευγμένων, ἀγένειον ἀκριβῶς, μᾶλλον δὲ ἔτι ὀλίγον χνοῦντα τὴν παρειάν, κεκασφόρον, C βοτρύοις ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τε κόμην ἀναδεδεμένον καὶ πορφυρίδι, καὶ χρυσῇ ἐμβάδι. ὑποστρατηγεῖν δὲ δύο, ἕνα μὲν τινα βραχὺν πρεσβύτην, ὑπόπαχυν, προγάστορα, ῥινόσιμον, ὦτα μεγάλα ὀρθία ἔχοντα, ὑπόκομον, καρήνῳ ἐπιφδόμενον, ἐπ' ὄνου τὰ πολλὰ ἱππεύοντα, καὶ κροκωτῷ, καὶ τῶν πόδων παιδαρίοις τισὶ συντεταγμασπάρχῃ αὐτοῦ· ἕτερον δὲ τερατίσκον αὖθις, πρόχῳ τὰ νέρθεν ἐοικότα, κεφαλὴν τὰ σκέλη, κέρατα ἔχοντα, βαθυπώγωνα, ὀργίλον, καὶ θυμικὸν, θατέρᾳ μὲν, συρίγγα φέροντα, τῇ δεξιᾷ δὲ, ῥάβδον καμπύλην ἐπηρμένον, καὶ προσκιρτῶντα ὅλον D τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ γυναῖα δὲ φοβεῖσθαι αὐτὸν, καὶ σείειν ἰωλεμισμένας τὰς κόμας, ὁπότε προσοίσει, καὶ βοᾶν, ὃ δὴ τοῦτο δὴ εἰκάζειν καλεῖσθαι αὐτῷ τὸν δεσπότην· τὰς δὲ ὠμὰς προίμνας, διηρπάσθαι ἤδη ὑπὸ τῶν γυναικῶν, καὶ διεσπᾶσθαι, ἔτι ζῶντα τὰ θρέμματα· ὠμοφάγοις γάρ τισι καὶ τοῖς εἰ).

ταῦτα οἱ Ἰνδοὶ, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἀκηκόοντες, ἐγέλων, ὡς ὃ εἰκὸς, καὶ ἅμα ἀπετραπέσθαι ἠξίουν. ἀλλ' εἴπερ ἄρα ταῖς γυναιξὶ ἐπαφήσειν αὐτοῖς, εἰ πλησίον γένοιντο, σφίσι δὲ καὶ νικᾶν αἰσχρὸν ἐδόκει, καὶ Φονεύειν γυναῖα μεμηνότα, καὶ θηλύμιτεν ἄρχοντα, καὶ μεθύοντα σμικρὸν γεγηθότα, καὶ ἡμιστρατιώτην ἄλλον, καὶ γυμνήτας ὀρχηστὰς, πάντας γελοίους. ἐπεὶ δὲ ἠγγέλλετο πυρπολῶν ὁ θεὸς ἤδη τὴν χώραν, καὶ πόλεις αὐτάνδρους καταφλέγων, καὶ αἰθάπτων τὰς ὕλας, καὶ ὡς βαρεῖ πᾶσαν τὴν Ἰνδικὴν πυρὸς ἐμπεπληκὼς (ὅπλον γάρ τοι Διονυσιακὸν ὃ πῦρ παντοῖον αὐτῷ, καὶ κατὰ τὸ κεραυνοῦ) ἐταῦθα ἤδη ἀσπὶς ἀειλάμπουσα τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἐπισάξαντες, καὶ ἐγχαλινώσαντες, καὶ τοὺς πύργους ἀναθέμενοι, ἐπ' αὐτοὺς ἀντεπεξήεσαν, καταφρονοῦντες μὲν καὶ τότε, ὀργιζόμενοι δὲ ὅμως, καὶ στωτεύσαι σπεύδοντες αὐτῷ στρατοπέδῳ, τὸν ἀλκίμον σκῆνον στρατηλάτην. ἐπεὶ δὲ πλησίον ἐγένοντο, καὶ εἶδον ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰνδοὶ, προεστάξαντες τοὺς ἐλέφαντας, ἐπῆγον τὴν φάλαγγα, ὁ Διόνυσος δὲ, ὃ μέσον μὲν αὐτὸς εἶχε, τὸ κέρως δὲ αὐτῷ, τὸ δεξιὸν μὲν, ὁ Σειληνὸς, τὸ εὐωνύμου δὲ, ὁ Πάν, ἡγεῖτο. λοχαγοὶ δὲ, καὶ ταξίαρχοι, Σάτυροι, ἐγκαθιστήκεισαν. καὶ ὃ μὲν σύνθημα, ἰὼ πάντες ὅ, τι οἱ. αὐλοὶ δὲ τὰ τύμπανα ἐπαπηχεῖτο, καὶ τὰ κύμβαλα ὃ πολεμικὸν ἐσήμηνε, καὶ τῶν Σατύρων τις λαβὼν ὃ κέρας, ἐπηύλει ὃ Ὀρθιον, καὶ ὁ τοῦ Σειληνοῦ ὄνος, συναύλιόν τι ὠρχήσατο, καὶ αἱ Μαινάδες, συνολολυγῇ συνεπήδησαν αὐτοῖς, δράκοντας ὑποζωσμέναι, καὶ τῶν θύρσων ἄκρων ἀπογυμνοῦσαι τὸν σίδηρον. οἱ Ἰνδοὶ δὲ, καὶ ἐλέφαντες αὐτῶν, αὐτίκα σκιδνάμενοι, συνοδεινὸν κόσμῳ ἔφυγον, οὐδὲ σὺν τοῖς βέλεσι θεῖναι ὑπομείναντες, καὶ τέλος καταχεῖσθαι ἐαλώκεσαν, καὶ αἰχμάλωτοι ἀπήγοντο ὑπὸ τῶν τέως καταγελωμένων, ἔργῳ μαθόντες ὡς ἄρα ἐγχείῃ ἀπὸ τ' ὠκυπόδου ἀκοῆς καταφρονῆν ξένων στρατοπέδων. ἀλλὰ τί πρὸς τὸν Διόνυσον, σοῦ ὁ Διόνυσος; εἶπον

A Hæc cùm Indi, & rex illorum, speculatoribus annunciantibus cognouissent, sublatis, vt par erat, cachinnis, ridebant: iámque nequaquam contrà exercitum educere, aut instructis ordinibus obuiam procedere illis deliberatum erat, sed reputabant, si comminus mulierculæ in eos impressionem ac impetum essent facturæ, illis & vincere turpe esse, & mulieres insanientes neci dare vnà cum duce effœminato, ac sene modico & vinoso, adiuncto etiam alio semiuiro milite, nudísque saltatoribus per omnia ridiculis, facinus esse parum memorabile. Postea verò quàm Bacchus regionem incendiis

B deuastare, & viris deuictis ciuitates igne absumere, ac syluas incendere annuntiatus est, iámque in breui temporis spatio tota Indorum regio flammis conflagraret (etenim ignis Baccho iam vsque à fulmine paterna sint arma) ibi iam citra moram armis induti, coactis elephantibus & infrenatis, & turribus desuper positis aduersus illos mouerunt aciē, etiamdum hostilem exercitum extremè contemnentes, & iracundo animo ferocientes, neque non elephantis comminuere atque proterere properantes ipsis cum

C castris imberbem illum imperatorē. Postquam verò propinquiores facti sunt, & vtraque acies vtrique esset spectaculo, Indi locatis ante exercitum elephantis phalangem adegerunt. Cæterùm Bacchus ipse in medio strenui Imperatoris fungebatur officio, cuius dextrum cornu Silenus, sinistrum Pan regebat. Porrò autem Satyri manipulares constituti ordinibus instruendis erant intenti. Signum omnibus erat, Euohe. Statim verò percussa tympana instrepuerunt, ipsáque cymbala classicum cecinerunt. Ac è satyris quispiam correpto cornu carmen

D quod Orthium dicitur, occinebat. Tum Sileni, asellus hianti atque diducto rictu Martium quiddam atque terribile derudiit. Ipsæ verò Mænades cum vlulatu facto in eos impetu incursarunt, succinctæ draconibus, atq; ex summis thyrsis ferrum denudantes. Indi autem & elephantes illorum illico declinantes, nullo seruato ordine in fugam se dederunt, neque intra teli iactum consistere sustinuerunt. Ad postremum autem omni vi capti atque subacti sunt, & captiui abducti ab iis quos paulò antè contemptim subsannauerant, re ipsa experti quàm non oportuerit prima statim fama adductos, peregrinum exercitum contemnere. Sed quid ad Bacchum ille Bacchus, dixerit

aliquis? Quia permulti mihi videntur (ac per Gratias vos oro ne me insanire aut prorsus temulentũ esse suspicemini, si mea cũ Diis immortalibus cõtulero) idem erga orationũ noũitates cum Indis perpeti, quemadmodum & erga meas. Existimãtes enim satyrica & ridicula quædam nimiúmque comica apud nos audiri, talibus fidem habuêre: atque haud scio quam illi de me opinionem induerunt. Alij ne exordium quidem assequuntur, quasi nihil necesse sit aures præbere vinosis & lasciuis mulierculis, & saltationibus satyricis ab elephantis descendentes. Alij verò, tanquam alicuius rei gratia veniissent, thyrsi loco inuento ferro, neque sic laudare audent, inaudita rei nouitate perterriti. At ego fidenti animo illis annuntio, quòd si in præsentia quoque, vt antea facere consueuerunt, festiuitatem spectarè sæpe voluerint, ac veteres compotores recordati fuerint conuiuiorum Bacchanalium tunc temporis celebratorum, neque Satyros aut Silenos contempserint, sed æquo largiùs ad satietatem vsque ex cratêre illo hauserint: & illos Bacchico numine afflatos indecorè insanituros, neque non persæpe nobiscum Euohe dicturos. Itaque illi (liberum enim est audire) quicquid animo suo gratum fuerit, faciant: at ego posteaquam adhuc in India peregrè versamur, statui & aliud quiddam earum rerum quæ illic aguntur, quod non valde à Bacco abhorrebit, neque à præsenti instituto alienum erit, percensere. Inter Indos quos Machlæos vocant, qui læuum Indi fluminis littus, si ad fluxum illius respexeris, incolunt atque depascũt vsque ad Oceanum porrecti: apud hos lucus est in loco sepibus obturato, & angusto, circumtecto tamen: quippe thyrsorum & vitium vbertas ibi prouenientium, locum opacitate sua pulcherrimè inumbrat. Eo ipso in luco tres fontes sunt aquæ elegantissimæ & limpidissimæ: quorum vnus Satyris, secundus Pani, tertius Sileno sacer est. Ingrediuntur verò in lucum Indi quotannis semel, diei solennitate deum celebrantes, bibúntque de fontibus, non tamen indiscriminatim omnes de omnibus, sed iuxta ætatem. Nam iuuenes ex eo qui satyris sacer est, viri ex Panico, porrò ex Sileni fonte ij qui in media ætate constituti sunt. Itaque quæ pueris de fonte bibentibus accidunt, aut qualia designent viri iam numine Panos afflati, perlongum esset enumerare.

τῆς αὖ. ὅτι μοι δύκουσι (καὶ πρὸς Χαρίτων μή με κορυβαντιᾶν, ἢ τελέως μεθύειν ὑπολάβητε, εἰ τὰ μὰ εἰκάζω τοῖς θεοῖς) ὅμοιόν τι πάσχειν οἱ πολλοὶ πρὸς τοὺς καινοὺς τῶν λόγων τοῖς Ἰνδοῖς ἐκείνοις, οἵ καὶ πρὸς τοὺς ἐμούς. οἰόμενοι γὰρ σατυρικά, καὶ γελοῖά τινα, καὶ κωμῳδῆ κωμικὰ πρὸς ἡμῶν ἀκούεσθαι, τοιαῦτα πεπιστεύκασιν, οὐκ οἶδ' ὅτι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. οἱ μὲν, οὐδὲ τὸν θόρυβον ἀφικνοῦνται, ὡς οὐδὲν δέον πρέχειν τὰ ὦτα κώμοις γυναικείοις, ἐκπιρτήμασι σατυρικοῖς, καταβαίνουσι ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων· οἱ δὲ, ὡς ὅτι τοιοῦτό τι ἥκοντες, ἀντὶ τοῦ κισσοῦ σίδηρον διφθέντες, οὐδ' οὕτως ἐπαινεῖν τολμῶσι τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπλαγέντες. ἀλλὰ θαῤῥῶν ἐπαγγέλλομαι αὐτοῖς, ὅτι ἐμοὶ καὶ νῦν ὡς πρότερόν ποτε τῷ τελετῷ ἐθελήσουσιν ὀπαδεῖν πολλάκις, καὶ ἀναμνησθῶσιν οἱ παλαιοὶ συμπόται κώμων κοινῶν τῶν τότε καιρῶν, καὶ μὴ καταφρονήσωσι τῶν Σατύρων, καὶ Σιληνῶν, πίωσι δὲ ἐς κόρον τοῦ κρατῆρος τούτου, ἐκβακχεύσῃ καὶ αὐτοῖς, καὶ πολλάκις μοὶ ἡμῶν ἐρῇ Εὐοῖ, δι' οἷ ἔστι μοὶ οὕτω (ἐλεύθερον γὰρ ἀκοὴ) ποιοῦντων ὅ, τι καὶ φίλον. ἐγὼ δὲ, ἐπειδὴ περ ἔτι ἐν Ἰνδοῖς ἐσμὲν, ἐθέλω καὶ ἄλλο ὑμῖν διηγήσασθαί τι τῶν ἐκεῖθεν, ὃ οὐκ ἂν πρὸς τὸν Διόνυσον ἐρῶ αὐτὸ, ἐρῶ δ' ὧν ποιοῦμαι ἀλλότριον ἐν Ἰνδοῖς τοῖς Μαχλαίοις, οἳ παρὰ τὰ λαιὰ τῆς Ἰνδοῦ ποταμοῦ, εἰ κατὰ ῥοῦν αὐτοῦ βλέπεις, ὁπόσοι νεμόμενοι, μέχρι πρὸς τὸν Ὠκεανὸν καθήκουσι· πρόσεισι δὲ τούτοις ἄλσος ὄρθιον ἐν περιφράκτῳ, ὑπὸ πολυ μεγάλῳ χωρίῳ, σκιερῷ δὲ. κατὰ μὲν γὰρ πολὺς, καὶ ἄμπελοι, σύσκιον αὐτὸ ἀκριβῶς ποιοῦσιν. ἐν τούτῳ πηγαί εἰσι τρεῖς καλλίστου καὶ διαφανεστάτου ὕδατος, ἡ μὲν, Σατύρου, ἡ δὲ, Πανὸς, ἡ δὲ, Σιληνοῦ. καὶ εἰσέρχονται εἰς αὐτὸ οἱ Ἰνδοὶ ἅπαξ τοῦ ἔτους, ἑορτάζοντες τῷ θεῷ· καὶ πίνουσι τῶν πηγῶν οὐχ ἁπασῶν ἅπαντες, ἀλλὰ καθ' ἡλικίαν, τὰ μὲν μειρακία, τῆς τῶν Σατύρων· οἱ ἄνδρες δὲ, τῆς Πανικῆς· τῆς δὲ τοῦ Σειληνοῦ, οἱ κατ' ἐμέ. ἃ μὲν οὖν παίζουσιν οἱ παῖδες ἐπειδὰν πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες τολμῶσι κατεχόμενοι τοῦ Πανὸς, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν.

ἃ δ'

ἀλλ' οἱ γέροντες ποιοῦσιν ὅταν μεθυσθῶσι τοῦ ὕδατος, οὐκ ἀλλότριον εἶπεῖν· ἐπειδὴ πίῃ ὁ ἥρως, καὶ καταβῇ αὐτὸν ὁ Σιληνὸς, αὐτίκα ὅτι πολὺ ἄφωνος ἐστι, καὶ καρηβαρεῖν τε καὶ βεβαπτισμένῳ ἔοικεν, εἶτα ἄφνω φωνή τε λαμπρὰ, καὶ φθέγμα πρᾷον, καὶ πνεῦμα λιγυρὸν ἐγίνεται αὐτῷ, καὶ λαλίστατος ἐξ ἀφωνοτάτου ἐστί· καὶ ἐπισομίσας, παύσας αὐτὸν μὴ οὐχὶ στόμα ἐχῇ λαλεῖν, καὶ ῥήσεις μαχερὰς στωμύλλειν. στωμυλτὰ μὲν τοι πρώτα, καὶ κόσμια, καὶ τὸν Ὁμήρου ῥήτορα, νιφάδεσι γὰρ ἐοικότα χειμερίοις διεξέρχονται. ἔπειτα δὲ ἐπιχρήσας σὺν κύκνοις καὶ τηλωπὸν ἡλικίαν εἰκάσας αὐδαῖς, ἀλλὰ τετιγώσαις τι πυκνὸν καὶ ὑπέβαρυ στωμύλλουσιν, ἄχρι βαθείας ἑσπέρας. ὑπὸ τοιούτων δὲ ἤδη ἀφεθείσης αὐλῆς τῆς μέθης, σιωπῶσι, καὶ πρὸς ὃ ἀρχαῖον αἰσχύνονται. ὃ μέντοι πάνδεινόν ἐστιν, οὐδέπω εἶπαν. ἵνα γὰρ ἀτελὴς ὁ ἥρως μεταξὺ καταλίπῃ ὃν διεξῄει τὸν λόγον, δυσὶν ἡλίοις κωλυθείς, ὅτι πέρας αὐτὸν ἐπέξελθεῖν, ἐς νέωτα πιὼν, αὖθις ἐκεῖνα στωμύλλῃ, ἃ πρόσθεν λέγοντα ἡ μέθη αὐτὸν κατέλιπε. ταῦτά μοι καὶ τὸν Μῶμον εἰς ἐμαυτὸν ἀπεσκώφθω, καὶ, μὰ τὸν Δία, οὐκ αὖ ἐπαγάγοιμι ὃ ὑπεμύθιον. ὁρᾶτε γὰρ ἤδη καθότι τῷ μύθῳ ἔοικα. ὥστε ἵνα μύθῳ τι πάνυ παίσωμεν, ἡ μέθη αἰτία. εἰ δὲ πιστὰ δόξαι τὰ λεγόμενα, ὁ Σιληνὸς ἄρα ἵνα ἵλεως.

A Cæterùm qualia ſenes faciunt vbi iam aqua pota inebriati fuerint, non alienum eſſe opinor narrare. Senex ſimul atque hauſtam de fonte aquam biberit, ac eundem iam Silenus ipſe inuaſerit, illico ad prodigium vſque obmuteſcit, hominem cui graue ſit caput, aut ebrium, per omnia referens. Poſt id ex improuiſo voce clara, & loquela graui, tum ſpiritu dulci rumpit ſilentium, ac ſubitò è mutiſſimo fit loquaciſſimus. Sed nec obturato ore illum compeſcueris, quominus continuis verbis diffluat, longáſque orationes contexat. Et profectò quæcunque dixerit, B prudenter & ornatè dicta ſunt, ac iuxta Homericum illum rhetorem, hybernis niuibus conſimilia differit. Neque verò ſufficienter eos cygnis ſecundùm ętatem conferre poſſis, ſed vocum denſitate cicadas imitantur ac referunt, ac rotūdum quiddam componunt in profundam vſque veſperam. Inde iam diſcuſſa ab illis ebrietate conticeſcunt, & ad antiquum morem redeunt. Cæterùm quod inter hæc maximè omnium admirandum eſt, nondum expoſui. Quòd ſi ſenex imperfectam quam inchoauit orationem reliquerit, neque, Solis occaſu interueniente, & temporis anguſtia excluſus, eandē C ad finem deduxerit, deguſtata iterum in annum ſubſequentem aqua, deinceps cætera percurrens orationi inchoatæ adiungit, quę ſuperiori anno dicentem non in tempore, deſtituerat ebrietas. Iſtis ego me ipſe ſcommatibus Momi inſtar ludere volui. Et per Iouem nequaquam ampliùs, affabulationem adducam. Iam enim haud dubiè videtis me fabulæ eſſe perſimilem. Quare, ſi quibus in rebus delinquentes hallucinati ſumus, in cauſſa fuit ebrietas. Sin prudenter & cordatè dicta ſunt quæ produximus, conſtat, Silenum nobis fuiſſe placatum & propitium.

---

## ΠΡΟΣΑΛΑΛΙΑ, ἢ ΗΡΑΚΛΗΣ.

## PRÆFATIO, SEV HERCVLES GALLICVS.

### D. Eraſmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Præfatio eſt eiuſdem rationis, cuius & ſuperior, niſi quòd quantum ad argumentum attinet, rationem & cauſſam hìc reddit cur natu iam grandior adhuc in eloquentiæ exercitatione verſetur, ſtudium atque ætatem ſuam exemplo eo defendens, & vt ipſe ait, etiam conſolans, quo apud Gallos ipſa eloquentia depingitur, nimirum Herculis, eiuſdémque iam ſenioris imagine. Fingit autem imaginem ſeu typum eum à ſacerdote quodam Gallorum, quales ea ætate Druidæ fuiſſe perhibentur, explicatam, & ſingulorum picturæ eius membrorum rationem ſibi traditam eſſe, etiam Homeri atque aliorum poëtarum locis, vtpote à perito Græcarum literarum additis. De quibus in ipſo orationis contextu ac ſerie videri ſatius eſt, quàm hìc pluribus immorari.*

HErculem Galli lingua gentis vernacula Ogmium vocant. Porrò deum ipsum noua quadam atque inusitata figura depingunt: Decrepitus est apud illos, recaluaster, reliquis capillis, si qui reliqui sunt, planè canis, cute rugosa, & in aterrimum exusta colorem, cuiusmodi sunt nautæ isti senes. Charontē potiùs, aut Iapetū quempiam ex his qui apud inferos versantur, dicerres. In summa, quiduis potiùs quàm Herculem esse coniiceres ex imagine. Atque tali specie quum sit, tamen Herculis ornatum gerit, vt qui tum leonis exuuium indutus sit, tum clauam dextera teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum tensum læua prætendat: denique modis omnibus Hercules est. Hęc equidem arbitrabar in Græcanicorum deorum contumeliam perperam facere Gallos, quum eum eiusmodi fingerent effigie, quò nimirum illum talibus picturis vlciscerentur, quòd olim in regionem ipsorum incursasset prædas agēs, id temporis, cùm Geryonis armenta vestigans, Occidentalium gentiū pleraſque regiones peruastaret. At nōdum etiam dixi id quod erat in imagine maximè nouum atque mirādum: siquidem Hercules ille senex, ingentem admodum hominū multitudinē trahit, omnibus ab aure reuinctis: porrò vincula sunt catenulæ tenues auro electróve cōfectæ, pulcherrimis istis monilibus adsimiles. Atqui cùm vinculis vsqueadeo fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant, cùm alioqui commodè possint, neque prorsus obnituntur, aut pedibus aduersus trahentem obtendunt, sese resupinantes: verùm alacres ac læti sequuntur, ducentem admirantes, vltro festinantes omnes, & laxatis funiculis etiam anteuertere studentes, perinde quasi grauiter laturi si soluerentur vinculis. No illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum: etenim cùm non inueniret pictor vnde catenularum summas ansas necteret, videlicet dextera iam clauam, læua arcum tenente, summam dei linguam perterebrauit, atque ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipse nimirum ad eos qui ducebantur, vultum & oculos conuertebat, arridens. Hæc ego quum diutiùs assistens essem contemplatus, admirans, hæsitans, indignans:

A Ὁν Ἡρακλέα οἱ Κελτοὶ Ὄγμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ. Ὁ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ, πάνυ ἀλλόκοτον γράφουσι. γέρων ἐστὶν αὖθις ἐς ὕστατον, καὶ ἀφθαστίας, πολιὸς ἀκριβῶς, ὅσαι λοιπαὶ τῶν τριχῶν, ῥυσὸς δὲ τὸ δέρμα, καὶ ἐξηκισμένος ἐς τὸ μελαίτατον, οἷοί εἰσιν οἱ θαλαττουργοὶ γέροντες. μᾶλλον δὲ Χάρωνα, ἢ Ἰαπετόν τινα τῶν ἐπιπαρπαρείων, καὶ πάνυ μᾶλλον ἢ Ἡρακλέα εἰ μὴ εἰκάσῃς. Ἀλλὰ τοιοῦτος ὤν, ἕλκει ὅμως τῷ σιβυλίῳ τὸ Ἡρα-
B κλέους. καὶ γὰρ τῷ διαφέρειν σκῦλα τῷ τοῦ λέοντος, καὶ ὁ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τὸν γωρυτὸν πεπήρτηται, καὶ τὸ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ προδείκνυσι, καὶ ὅλως Ἡρακλῆς ἐστί. ταῦτά τε ἐμοὶ ὤμην ἐφ' ὕβρει τῶν Ἑλληνίων θεῶν τοιαῦτα ποιεῖν τοὺς Κελτοὺς ἐς τὴν μορφὴν τὴν τοῦ Ἡρακλέους, ἀμυνομένους αὐτὸν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ, ὅτι τὴν χώραν ποτὲ αὐτῶν ἐπῆλθε, λείαν ἐλαυνῶν, ὁπότε τὰς Γηρυόνου ἀγέλας ζητῶν, κατέδραμε τὰ πολλὰ τῶν ἑσπερίων μερῶν. κρίνει δὲ μάλιστα
C τοῦδέ γε ἕνεκα τῆς εἰκόνος. ὁ γὰρ δὴ γέρων Ἡρακλῆς ὄχλου, αὐθαιρέτων πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει, ὦτα τῶν ἀπάντων ἀπολωβῶν δεδεμένους. δεσμὰ δέ εἰσιν οἱ σφῶν λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι, ὅμοιοι ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις. καὶ ὅλως ἀφ' οὗτος ἀδέτων ἀγόμενοι, ὅτε σπασμὸν ἕλκυσιν, ὑπαμένουσι οὐ βιαίως, ὅτε ὅλως ἀντιτείνουσιν, ἢ τοῖς ποσὶν ἀντερείδουσι, πρὸς τὸ ἐναντίον τῆς ἀγωγῆς ὀκνοῦντες, ἀλλὰ φαιδροὶ ἕπονται, καὶ γελῶντες, καὶ τὸν ἄγοντα ἐπαινοῦντες ἑπειγόμενοι ἅπαντες, καὶ ταῖς φιάλαις ἐλελίζουσι τὸν δε-
D σμὸν ὑπολαλοῦντες, ἐοικότες ἀχθεσθησομένοις, εἰ λυθήσονται. ὃ δὲ πάντων ἀτοπώτατον εἶναί μοι ἔδοξεν, οὐκ οἶδα δ' ὅτῳ τοῦτο εἰπεῖν. οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ὀρύξαι ταῖς σφαῖραις τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχάς, ἅτε τῆς δεξιᾶς μὲν, ἤδη δὲ ῥόπαλον, τῆς λαιᾶς δὲ, τὸ τόξον ἐχούσης, τρυπήσας τοῦ θεοῦ τὴν γλῶτταν ἄκραν, ἐξ ἐκείνης ἐλκομένους αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ ἐπέστραπταί γε εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν. ταῦτ' ἐγὼ μὲν ὅτι πολὺ εἰσήκειν ὁρῶν, καὶ θαυμάζων, καὶ ἀπορῶν, καὶ ἀγανακτῶν·

Κελτὸς δέ τις πρεσβύτης, οὐκ ἀπαίδευτος τὰ ἡμέτερα, ὡς ἔδοξεν, ἀκριβῶς Ἑλλάδα φωνὴν ἀφιείς, φιλόσοφος, οἶμαι, τὰ ἐπιχώρια, Ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ ξένε, λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα, πάνυ γὰρ παρεσκευασμένῳ ἔοικας τοῖς ἀντίον. τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ, οὐχ ὡσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλῆ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι πολὺ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος ἐστί. εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς. μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φίλῃ ἐντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμήν, εἴγε ἀληθῆ ὑμῖν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν,

Ὅτι μὲν αἱ τῶν ὁπλοτέρων φρένες ἠρέθονται.

Τὸ δὲ γῆρας ἔχει πλέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

οὕτω γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος ὑμῖν ἀπορρεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὄπα τὴν λειριόεσσαν ἀφιᾶσιν ἐκεῖθεν. λείρια γὰρ καλεῖται, εἴγε μέμνημαι, τὰ ἄνθη. ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοῖς ἀνθέμοις τοῦ γλώττης ὁ γέρων οὗτος Ἡρακλῆς, ὁ λόγος ἕλκει, μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς τὴν τῶν ὤτων καὶ γλώττης συγγένειαν· ἤδη γὰρ εἰς αὐτὸν, εἰ ταύτῃ τετύπται. μέμνημαι γοῦν ἔφη καὶ κωμικῶν τινων ἰαμβείων, πρὸ ὑμῶν μαθών,

Τοῖς γὰρ λάλοις
Ἐξ ἄκρας ἡ γλῶττα πᾶσίν ἐστι τετυπτημένη.

Ὅλον, ἦν δ' ἐγώ, τὸν Ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα ἐξειργάσθαι, σοφὸν ἡγούμενοι, καὶ πεῖσαι τὰ πλάστα διάσασθαι. καὶ τὰ γε βέλη αὐτοῦ, οἱ λόγοι εἰσὶν, οἶμαι, ὀξεῖς, καὶ δύσκολοι, καὶ ταχεῖς, καὶ ταῖς ψυχαῖς πτερωτοὶ ἐνιπτάμενοι. ταῦτα γοῦν καὶ ἔπη καὶ ὑμεῖς φατε εἶναι. τοσαῦτα μὲν ὁ Κελτός. ἐμοὶ δ', ὥσπερ ἐκ τῆς δευτέρας παρόδου ταύτης ἐσκοπούμην πρὸς ἐμαυτὸν εἴ μοι καλῶς ἔχει, τηλικῷδε ὄντι, καὶ πάλαι τῶν ἐπιδείξεων πεπαυμένῳ, αὖθις ὑπὲρ ἐμαυτοῦ φῆφον διδόναι τοσούτοις δικασταῖς, καὶ καιρὸν ἐπῆλθεν ἀναμνησθῆναι τῆς εἰκόνος. τέως μὲν γὰρ ἐδεδίειν, μή τινι ὑμῶν δόξαιμι καμιδῆ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ πρὸ ἡλικίαν νεανιεύεσθαι· κατά τις Ὁμηρικὸς νεανίσκος ἐπιπλήξῃ μοι, εἰπὼν ὅ,

A Gallus quispiam, qui propiùs adstabat, nostratium literarum non indoctus (id quod declarauit, quum Græcanicam linguam absolutè sonaret, philosophus opinor ex eo genere Philosophorum quod apud illos esse fertur) Ego tibi, hospes, inquit, picturæ istius ænigma explicabo: nam vidêre vehementer ad eam attonitus ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Græci, verùm Herculi illam tribuimus, propterea quòd hic Mercurio longè robustior extiterit: nam quòd senex fingitur, nihil est quòd mirêre. Siquidem vna facundia

B consueuit in senecta demum absolutum vigorem ostendere, si modò verum vestri dicunt poëtæ,

*Obduci iuuenum densa caligine pectus:*
*Contrà senectam posse quiddam dicere,*
*Rudi iuuenta melius ac præclarius.*

Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua melle profluit, & Troianorum concionatores lirioëssam edunt, videlicet floridam quandam vocem: nam liria, si satis commemini, flores appellantur. Proinde quòd ab auribus vinctos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non

C aliud quàm ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguæ cum auribus esse cognationem. Neque verò ad contumeliã illius illud pertinet, quòd ea pertusa est: nam memini, inquit, & Iambicos quosdam versiculos è comœdiis apud vos discere:

*Siquidem viris loquacibus*
*Extrema lingua perforata est omnibus.*

Quin de eodem hanc in summa habemus opinionẽ, vt quicquid egit, id oratione facundiáq; confecisse putemus, vtpote virum sapientẽ, ac persuadendo pleraque sibi subegisse. Iam tela illius nimirũ

D rationes sunt acutę, missiles, citę, atque animam sauciantes: vnde pennigera dicta vos quoque nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem cùm huc me conferens mecũ inter eundum perpenderem, num decorum iam esset, vt tam grandis natu, quíq; iam pridem ab his doctrinæ certaminibus memet abdicasse, rursum me tã multorum iudicũ calculis exponerem iudicandum, in tẽpore subiit animũ meum eius picturæ recordatio; nam antehac verebar ne cui vestrũ videret hæc admodũ pueriliter agere, quasíque præter ętatem iuuenari: proinde ne quis Homericus adolescẽtulus illud mihi impingeret, dicẽs:

Quippe ægrotus, cui quidem pectus sapit, non eos accersit medicos, qui super arte multa luculentè & excellenter disputare nouerunt, sed qui vsu medendi illam diu multúmque exercuerunt. Potior autem & maioris pretij habẽdus est, vt mea fert opinio, musicus qui psallendi & pulsandę citharę peritia exornatus est, quàm is qui tantùm rhythmos & concentuum harmoniã iudicare nouerit. Quorsum enim attinet bellorum atque exercitus duces tibi enumerare non iniuria optimos & præstantissimos hominum opinione iudicatos, quòd eorum virtus nedum in instruenda acie, & militum animis tempestiua oratione accendendis & inflammandis eluxerit, sed quòd in præliis quoque fortissimè dimicando optimè se gesserint, ac manu non secus quàm lingua prompti, memorabilia facinora ediderint: cuiusmodi ex vetustis illis Agamemnonẽ & Achillem, ex paulo autem recentioribus Alexandrum & Pyrrhum fuisse cognouimus? Quorsum verò ista percensui? Non quòd alia ratione historiam edere statuens, harum rerum mentionem fecerim, sed quòd ex mechanicis quoque eos laude & admiratione non indignos putem, quicunque visendis operibus aliquam ingenij famam sibi parauerunt, eadémque opera artis suę egregia monimẽta post se reliquerunt: quandoquidem illi qui solis semet orationibus exercuerunt, multo iustiùs Sophistarum quàm sapientium appellationem meruerunt. Talem multorum relatu percepimus fuisse Archimedem, ac Sostratũ illum Cnidium: quorum alter de Ptolemæo subiugato victoriam reportauit, ac Memphim, sine obsidione, fluminis intercepti auersione occupauit: alter singulari artificio hostium triremes absumpsit incendio. Thales quoque Milesius ante illos Crœso Lydorum regi pollicitus exercitum sicco pede se traiecturum, sua industria in vnius noctis spatio Alys fluuij alueum à tergo exercitus deriuatum circunduxit, tametsi è mechanicorum numero non fuerit, verùm alioqui magna intelligentia & singulari ingenij acumine præditus. Etenim quod de Epéo fertur, commentum pervetus est, qui non tantùm Achiuis equi machinam fabricasse, sed vnà cum Græcorum optimatibus in eam conscendisse perhibetur. Inter hos & Hippiæ huius, quem nostra memoria vixisse constat, meminisse æquum puto, viri dicendi facultate & studio ita exercitati, vt cum quouis ex priscis illis & veteribus optimè conferri possit. præterea qui ingenij acrimonia atque intelligentia multum præcelluerit, quíque

Sophistæ.

A καὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν ὅγε νοῦν ἔχων, ὃ τοὺς ἀεὶ σὺν τῇ τέχνῃ εἰπεῖν δυναμένους μεταχειλῆται νοσῶν, ἀλλὰ τοὺς πρᾶξαί τι κατ' αὐτὸ μεμελετηκότας. ἀμείνων δὲ ὁ μουσικὸς, οἶμαι, τῷ ἀκριβῆ ῥυθμοὺς, καὶ ἁρμονίας ὑπισταμένου, ὁ καὶ ψάλαι καὶ κιθαρίσαι αὐτὸς δυνάμενος. τί γὰρ ἂν σοι τῶν στρατηγῶν λέγοιμι τοὺς εἰκότως ἀρίστους κριθέντας, ὅτι ὁ πάππῳ μόνον, καὶ τοῖσιν ἥσθη ἀγαθοὶ, ἀλλὰ καὶ τοῖς μάχεσθαι τῶν ἄλλων, καὶ χερὸς ἔργα ὑπιδείκνυσθαι; οἷς τῶν πάλαι μὲν, Ἀγαμέμνονα καὶ Ἀχιλ-
B λέα, τῶν κάτω δὲ, τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Πύρρον ἴσμεν γενομένους; τοῖς δὴ τί ταῦτ' ἔφην; οὐ γὰρ ἄλλως ἰσοτίαν ὑπιδείκνυσθαι βουλόμενος, ἐπεμνήσθην αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι ὑπὸ τῇ θεωρίᾳ λαμπροὶ γνόμενοι, καὶ μνημόσυνα ὅμως τῆς τέχνης, καὶ τοῖς γράμματα τοῖς μετ' αὐτοὺς κατέλιπον. ἐπεὶ οἵ γε τοῖς λόγοις μόνοις ἐγγεγυμνασμένοι, σοφισταὶ αὖ εἰκότως μᾶλλον, ἢ σοφοὶ καλοῖντο. τοιοῦτον ἀκούομεν
C τὸν Ἀρχιμήδη γενέσθαι, καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον· τὸν μὲν, Πτολεμαῖον χειρωσάμενον, καὶ τὴν Μέμφιν, ἄνευ πολιορκίας, ἀποστροφῇ καὶ ἀφαιρέσει τοῦ ποταμοῦ· τὸν δὲ, τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις καταφλέξαντα τῇ τέχνῃ. καὶ Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος τοῖς αὐτῶν ὑποχειρίοις Κροίσῳ ἄβροχον διαβιβάσειν τὸν στρατὸν, ὑπονοίᾳ κατόπιν τοῦ στρατοπέδου μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν, οὐ μηχανικὸς οὗτος νομίζεται, σοφὸς δὲ, καὶ ὑπονοῆσαι τὸ συμφέρον πιθανώτατος. Ὁ
D μὲν γὰρ τοῦ Ἐπειοῦ, πολὺ ἀρχαῖον, ὃς δὴ μόνον τεχνήσασθαι τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν ἵππον, ἀλλὰ καὶ συγκαταβιῶναι αὐτοῖς ἐς αὐτὸν λέγεται. τὸ δὴ τούτοις, καὶ Ἱππίου τουτουὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς, μεμνῆσθαι ἄξιον, ἀνδρὸς, λόγοις μὲν, πρὸς ὃν τινα βούλει τῶν τοῖς αὐτοῦ, γεγυμνασμένου, καὶ σύνεσίν τε ὀξέως,

καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφέστατον. τὰ δὲ ἔργα πολὺ τῶν λόγων ἀμείνω παρεχομένου, καὶ τὸ τῆς τέχνης ὑποσχέσιν ἀποπληρωθῆτος, οὐκ ἐν τοιαύταις μὲν ὑποσχέσεσιν, ἐν αἷς οἱ πρὸ αὐτοῦ ἠμέλησαν ἠτυχήσαμεν, καλὰ δὲ τὸν γεωμετρικὸν λόγον, ὅτι τῆς δοθείσης, φασὶν, εὐθείας τὸ τρίγωνον ἀκριβῶς σωνίσταμένου. καίτοι τῶν γε ἄλλων ἕκαστος ἔν τι τῆς ὑπαρχούσης ἔργον ἀποτεμόμενος, ἐν ἐκείνῳ εὐδοκιμήσας, εἶναί τις ὄμως ἔδοξεν. ὁ δὲ, μηχανικῶν τε ὢν τὰ πρῶτα, καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἁρμονικῶν καὶ μουσικῶν φαίνεται· καὶ ὄμως ἕκαστον τούτων οὕτως ἐπιτελῶς δείκνυσιν, ὡς ἐν αὐτὸ μόνον ὑπεζαμένος. τὸ μὲν γὰρ περὶ ἀκτίνων καὶ ἀνακλάσεων, καὶ κατόπτρων θεωρίαν, ἔτι δὲ, καὶ ἀστρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν, οὐκ ὀλίγου χρόνου ἂν εἴη ἔπαινος. ἃ δὲ ἔναγχος ἰδὼν αὐτοῦ τῶν ἔργων, κατεπλάγην, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν. κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ὑπόθεσις, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς βίῳ πολὺ πολλή, βαλανείου κατασκευή· πεῖνοια δὲ, καὶ ἐν τοῖς κοινῷ τούτῳ σπουδάσμασι θαυμαστή. τόπος μὲν γὰρ οὐκ ἰσοπεδος, ἀλλὰ πολὺ πρανοτάτης, καὶ ὄρθιος, οὐ πολλαχοῦ καὶ θατέρᾳ εἰς ὑπερβολὴν τεταπεινὸν, ἰσοπεδον θατέρῳ ἀπέφηνε, χρηπῖδα μὲν βεβαιοτάτην ἀπάντων τοῖς ἔργοις βαλλόμενος, καὶ θεμελίων θέσιν τὸ πᾶν ὑπερηρμένων ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενος, ὕψεσι δὲ πολὺ ἀποτόμοις, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν συνεχομένοις ὅλον κρατυνάμενος· τὰ δὲ ἐποικοδομηθέντα τοῖς τε τοῦ τόπου μεγέθη σύμμετρα, καὶ τοῖς λόγοις τῆς κατασκευῆς ἁρμοδιώτατα, καὶ τὸν τῶν φώτων λόγον φυλάττοντα, πυλῶν μὲν ὑψηλὸς, διαβάσεις πλατείας ἔχων, ὑψηλὸς μᾶλλον, ἢ ὄρθιος πρὸς τὸ τῶν εἰσιόντων βούλημα. εἰσιόντα δὲ τοῦτον ὑποδέχεται κοινὸς οἶκος ὑμεγέθης, ἱκανῶς ἔχων ἀναπαύσεις καὶ ὑπηρέτας ἀφθονίαν· ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένων οἰκημάτων. βαλανείῳ δ' οὖν καὶ τοῦτο παρεπωδίσατο,

interpretando multa perſpicuitate vſus ſit. Cæterùm opera ipſis orationibus longè præſtantiora exhibebat: & quæ arte ſua pollicitus fuerat, re ipſa abſoluta reddidit: neque verò in talibus ſaltem profeſſionibus, in quibus illi qui ætate eum præceſſerunt, feliciter floruerunt, ſed iuxta geometricam quoque rationem propoſita (quod aiunt) linea triangulum rectè potuit deſcribere. Atqui aliorum quiſque vnum quiddam ab arte decerptum & ſingulare opus exercuit, in quo parata ſibi hominum opinione aliquis eſſe viſus eſt. Porrò ille primùm rebus mechanicis perpolitus, ne dimenſionum quidem geometricarum rudis fuit, nec ab harmonicis & muſicis alienus apparuit: ac vnumquodque ex illis vna eadémque opera ita perfectè cognitum demonſtrauit, quaſi in eo ſolo cognoſcendo elaboraſſet. Multi verò temporis res eſſet, eius laudare induſtriã circa radiorũ & repercuſſionũ ac ſpeculorum expreſſionem. Præterea quanta in Aſtronomia cognitione excelluerit, in qua omnes eos qui annis eum anteiuerũt, pueros eſſe oſtendit. Sed enim quę nuper ipſe vidi opera illius induſtria elaborata, quæque mihi ſpectanti ſtuporẽ & admirationem incuſſerunt, ea nunc in preſens referre nõ grauabor. Eſt enim argumentũ cõmune, & in noſtra memoria admodũ frequens, balnei ſubſtructio: ſolertia autem, & in cõmuni illo argumento ſingularis admirationis ſpectatur induſtria. Locus erat prorſus inæquali deformatus planitie, decliuis & arduus, quem ille occupãs ex vtraque parte magnopere humilẽ, vtrinq; ſoli altitudine æquauit, firmamẽtúmq; munitiſſimum omni futuro operi ſubiiciens, fundamentorũ poſitione ſubſtruendi ædificij certitudinem confirmauit: faſtigiis verò magnopere pręruptis & pręciſis, & ad firmiorem coniunctionem cõplicatis, totum opus conſolidauit. Cæterùm quæ ſubſtructa ſunt, loci magnitudinem menſuræ quantitate non exceſſerunt, ſed ędificij proportionibus conuenientiſſimè atq; decentiſſimè reſponderunt, lucis vbique infuſę rationẽ conſtanter cuſtodienti a. Portarum altitudo latos ingreſſus retinens, ſupina magis quã erecta ad ingredientiũ cõuenientiam informata fuit. Ingredientem verò ſtatim domus cõmunis excipit, ſufficientem exhibens pediſequis & miniſtris conuerſandi amplitudinẽ. Porrò ad lævam cameræ ſunt ad delicias exercẽdas ſubſtructę. Proinde & iſta in balneo decẽtiſſimè ſunt obſeruata;

Amœni & luce multa illustrati recessus: A deinde domus illorum, quam quidē longè præstantiorem quàm vt lauacro conueniat dixeris, perneceſſariam tamen ad melioris notæ homines & opulentiores ſuſcipiendos. Poſt hãc vtrinque ſufficientes exuentibus ad reponendum veſtitum habitationes. Ac media domus & faſtigio excelſiſſima, & iucundo lumine amœniſſima, tres aquæ frigidæ piſcinas in ſe cõplectitur. Laceno lapide exornata. Sunt etiam in illa ſtatuæ geminæ ex albo lapide antiqui operis & artificij, altera quidē Sanitatis, altera verò Æſculapij. Ingreſſos autem excipit domus ſenſim ac gradatim tepeſcens, calore non inſuaui occurrente: quæ in longũ porrecta, ac circumcirca orbiculatim extructa eſt. Poſt hanc ad dextram habitatio eſt magnopere amœna & elegans, copiam delicatis & voluptuoſis vnctionibus exhibẽs, ex vtraque parte habens aditus & ingreſſus lapide Phrygio ornatiſſimè decoratos, à palæſtra ingredientes ſuſcipiens. Quę deinde hanc cõſequitur habitatio, omnes reliquas pulchritudine excedit & elegãtia, &ad ſtandum ſedendúmque accõmodatiſſima, & ad diutiùs immorandum minimè noxia, tum ad volutandum vtiliſſima, C & ipſa lapide Phrygio ad ſummum vſque faſtigium expolita relucens. Deinceps verò locus thermis dicatus, lauãtes excipit, Nomade lapide extructus. Porrò interior habitatio omni amœnitate referta & elegantia, plurima luce conſpicua eſt, ac inſtar purpuræ floribus & venuſtate renitet. Ad hæc tria labra thermarum exhibet. Porrò autem tibi iam loto non integrum eſt per eaſdem habitationes regredi, ſed ea quæ ad frigidam tendit via per vaporarium lento tepore caleſcẽs regrediendum eſt. Et hæc omnia copioſo lumine illuſtrata, & multo diei intus lu- D centis ſplendore exornata ſunt. Ad hæc ipſa faſtigia ab ędificio non diſcrepantia, tum latitudines longitudinibus aptè cohærent: in ſumma, multa vbique relucet ſumma cũ elegantia & venuſtas & gratia. Etenim iuxta elegantiſſimi Pindari præceptum, opus exordiẽtibus facie eleganti & ſplendida exornandũ eſt. Hoc certè cũ primis in huius domus ſubſtructione cum ipſo lumine tum feneſtris obſeruatũ eſt. Etenim ſapiens, vt reuera fuerat Hippias, habitationem frigido lauacro deſtinatam, ad Boream tendentem inſtituit, nec aëris meridiani expertẽ: reliquas autẽ multum feruoris & caliditatis requirẽtes,

χαείεσαν, καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσας. εἶτ' ἐχόμενος αὐτῶν οἶκος, ὡς πρὸς τὸ λουτρὸν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν βιβαμενεστέρων ὑποδοχήν. μετὰ δὲ τοῦτον, ἑκατέρωθεν ἀφορμὰς τοῖς ἀποδυομένοις ἀποθέσεις, καὶ μέσος οἶκος ὑψηλός τε ὑψηλότατος, καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ ὕδατος ἔχων πρὸς κολυμβήθρας, λαχαίνῃ λίθῳ κεκομισμένος, καὶ εἰκόνες ἐν αὐτῷ λίθου λευκοῦ τῆς ἀρχαίας ἐργασίας, ἡ μὲν, ὑγείας, ἡ δὲ Ἀσκληπιοῦ. εἰσελθόντας δὲ, ὑποδέχεται ἠρέμα χλιαινόμενος οἶκος, οὐκ ἀπηνὴς τῇ θέρμῃ προσπταίων, ὀπτιμάχης, ἀμφισβόλυλος, μεθ' ὃν ἐν δεξιᾷ οἶκος, οὗ μάλα φαιδρὸς, ἀλείφασθαι προσηνῶς παρεχόμενος, ἑκατέρωθεν εἰσόδους ἔχων, Φρυγίῳ λίθῳ κεκαλλωπισμένας, τοὺς ἀπὸ παλαίστρας εἰσιόντας δεχόμενος. εἶτ' ὀπὶ τούτῳ ἄλλος οἶκος, οἴκων ἁπάντων κάλλιστος, ἕδραί τε, καὶ ἐγκαθέζεσθαι προσηνέστατος, καὶ ἐμβραδῦναι ἀβλαβέστατος, καὶ ἐγκυλίσασθαι ὠφελιμώτατος, Φρυγίου καὶ αὐτὸς εἰς ὀροφὴν ἄκρων ἀποστίλβων. ἐξῆς δὲ ὁ θερμὸς ὑποδέχεται δίγδρομος, Νομάδι λίθῳ διακεκολλημένος. ὁ δὲ ἔνδον οἶκος, κάλλιστος, φωτός τε πολλοῦ ἀνάμεστος, καὶ ὡς πορφύρα διαπρεπέστατος καὶ οὗτ' θερμὰς πύελους παρέχεται. λαμπρῷ δὲ, ἔνεστί σοι μὴ πάνυ ἀφ' ὧν αὐτῶν οἴκων αὖθις ἐπανιέναι, ἀλλὰ ταχείᾳ πάνυ ὀπὶ ὃ ψυχρόν, δι' ἠρέμα θερμοῦ οἰκήματος, καὶ ταῦτα πάντα ὑπὸ φωτὶ μεγάλῳ, καὶ πολλῇ τῇ ἔνδον ἡμέρᾳ. ὕψη μὲν τοῖς τοίχοις ἀνάλογα, καὶ πλάτη τοῖς μήκεσι σύμμετρα, καὶ πάντα δὴ πολλὴ χάρις, καὶ Ἀφροδίτη ἐπαφῆκεν. κατὰ γὰρ τὸν καλὸν Πίνδαρον, Ἀρχομένους ἔργου, πρόσωπον χρὴ θέμεν τελευτᾶς. τοῦτο δ' αὖ εἰπὼν οὐ τῆς αὐτῆς μάλιστα, καὶ τοῖς φέλοις, καὶ τῶν φωταγωγῶν μεμηχανημένον. ὁ γὰρ σοφὸς ὡς ἀληθῶς Ἱππίας τὸν μὲν ψυχρόλουτρον οἶκον, εἰς βορέαν προσκεχωρηκότα ἐποίησεν, οὐκ ἀμοιρεῖν γοῦν τοῦ μεσημβρινοῦ ἀέρος· τοὺς δὲ πολλοῦ τοῦ θάλπους δεομένους,

νότῳ, καὶ Εὔρῳ, καὶ Ζεφύρῳ προσέθηκε. τί αὖ σοι ὅ ὅτι τούτῳ λέγοιμι, παλαίστρας, καὶ τὰς καινὰς τῶν ἱματιοφυλακούντων κατασκευάς, ταχεῖαν τινὰ ὅτι ὁ λουτρών, καὶ μὴ δεῖ μακροῦ τινὰ ὁδὸν ἐλθούσας, τῆς χρησίμου τε καὶ ἀβλαβοῦς ἕνεκα; καὶ μή με ὑποπτεύσῃ τις μικρὸν ἔργον προτίθεσθαι, κοσμῶν τῷ λόγῳ προσαρμόττεσθαι. ὅ γὰρ ἐν τοῖς κοινοῖς, καινά ὅτι νοοῦσαι καλλύουσι σχήματα, καὶ μικρᾶς σοφίας ἔγωγε τίθεμαι, οἷς καὶ τὸ δεῦρο ὁ θαυμάσιος ἡμῖν Ἱππίας ἐπεδείξατο, πάσας ἔχον τὰς βαλανείου ἀρετάς, ὅ χρήσιμον, ὅ εὔκαιρον, ὅ ἀσφαλές, ὅ σύμμετρον, ὅ τῷ τόπῳ ἡρμοσμένον, ὅ τινὰ χρείαν ἀσφαλῶς προσέχοντα· καὶ προσέτι, τῇ ἄλλῃ εὐνοίᾳ κεκοσμημένον, ἀμφόδων μὲν αἰσχίοιν δυοῖν διαχωρήσεσιν, ὁδοῖς τε πολλαῖς τεθυρωμένον. ὥραν δὲ διττὰς δηλώσας, τὴν μὲν, δι' ὕδατος, καὶ μυκήματος, τὴν δὲ, δι' ἡλίου ὑποδεικνύμενον. τοιοῦτα ἰδόντα μὴ ἀποδοῦναι τὸν πρέποντα ἔπαινον τῷ ἔργῳ, οὐκ ἀσόφου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀχαρίστου μᾶλλον δὲ βασκάνου μοι εἶναι ἔδοξεν. ἐγὼ μὲν οὖν εἰς δύναμιν τὸ ἔργον, καὶ τὸν τεχνίτην, καὶ δημιουργὸν ἠμείψαμην τῷ λόγῳ. εἰ δὲ θεὸς ποτε, πολλοὺς οἶδα καὶ ἄλλους ἕξων τοὺς συνεπαινέσοντάς μοι τῶν ἐπαίνων.

A Notho & Euro ac Zephyri flatibus subiectas opposuit. Quid ad hæc tibi palæstras memorem, & vestes asseruantium communes habitatiunculas, compendiosam citra ambages viam quę ad lauacrum ducit; habentes, singularis vtilitatis capiendæ, & incommodi vitandi gratia? Neque verò quis me suspicetur opus modicum proponentem, orationis lenociniis atque verborũ ampullis extuliſſe. Siquidem in rebus communibus & publicis noua elegantiæ signa atque indicia excogitare, non mediocris aut contemnendæ sapientiæ argumentum ego esse opinor: quo in numero & hoc opus admirandi illius Hippiæ opera ad vnguem elaboratũ meritò habendum est, quódque nobis ab illo ostensum est omnes balnei virtutes complectens, vtilitatem, opportunitatẽ, perspicuitatem, mensuræ quantitatem in omnibus aptè obseruatam, nec loci neglectam commoditatem, tum tutum lauandi vsum exhibens. Præterea omnibus aliis industriæ atque solertiæ officiis absolutũ, biuiorũ & ambituum duplicibus secessibus, multarúmque ianuarũ patens egressibus. Quinetiam Horarũ geminis indiciis idem balneum exornauit, vno per aquam & sonitum, altero per solem. His inquam visis, nec debitam & conuenientem tam illustri operi reddere gratiam, non insipientis solùm, sed etiam ingrati, aut potiùs inuidi mihi visum est. Itaque ego pro virili, cùm opus ipsum, tum architectum & artificem orationis meæ laudibus euexi & persolui. Cæterùm si deus aliquando concesserit & lauandi copiam, non dubium est & alios permultos in laudum mearum partem mecum venturos.

B

## ΠΡΟΣΛΑΛΙΑ, ἢ ΔΙΟΝΥΣΟΣ.

## ALLOCVTIO, SEV BACCHIS.

Vincentio Obsopœo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Præfatio quædam est, quales & nostri homines in enarrandis auctoribus, aut alijs rebus tractandis, ipsis operibus præmittere solent. Et extant sanè etiam Ciceronis quædam ad idem exemplum compositæ. Monet autem Lucianus auditores suos, ne solùm compositionis nouitatem in scriptis suis spectent, néue ideo pro paruis aut contemnendis illa habeant, quia comica ac satyrica quædam sub dialogi grauitate tractet, sed magis ipsam rem spectent: ne idem illis, quod Indis olim, accidat, dum Bacchi exercitum vt muliebrem, & à re militari alienum contemnunt. Deinde autem & veniam precatur ætati, si paulo verbosior aut loquacior nonnullis fortè videatur, factum suum etiam hîc collatione quadam Indorum cohonestans. Omnino autem multum gratiæ habent huiusmodi præfationes, siue cui allocutiones eas vocare magis libet, vbi collationibus atque similibus suis ipsa hypothesis aptè respondet.*

QVO tempore Bacchus aduersus Indos ductare exercitum instituit (nihil enim prohibet, vt mea fert opinio, fabulam vobis Bacchicam percensere) ferunt vsqueadeo cum initiò ab Indiæ incolis fuisse contemptui habitum, vt accedentem etiam subsannarent. Magis autem temerariam illius audaciam miseratione prosequendam esse opinabantur, tanquam actutum ab elephantis proculcãdum, si acie instructa illis occurrisset. Siquidem inaudiuerant, vt ego existimo, ab exploratoribus, absurda & monstrosa de illius exercitu renuntiantibus, quemadmodum eius phalanx & cohortes ex mulieribus insanis & furentibus collectæ forent, thyrso redimitis, pelles ceruinas indutis, & hastas quaspiam paruas gerentibus nulla acie ferri acuminatas, & illas ex thyrso confectas: tum scuta quæpiam leuia, & resonantia si quis saltem vel leuiter attigisset (Quippe clypeis assimilabant & tympana) esse præterea in exercitu iuuenes quospiam agrestes & nudos, qui saltarent cordaca, caudas habentes & cornua, qualia ferè hœdis recenter natis solent succrescere. Ipsum autem ducem illorum in curru vehi iunctis pardalibus, imberbem admodum, ac ne tantillum quidem per genas herbescente barbitio pubescentem, cornigerum, racemis coronatum, mitra purpurea comam inuolutum, ac aureos cothurnos indutum. Cæterùm secundas ductandi exercitus partes obire duos alios, vnum quidem breuis staturæ senunculum, corpore perobeso & ventricoso, simis naribus deformem, auribus magnis & arrectis, tremulum, scipioni innitentem, pandum asellum vt plurimùm equitantem, amictum crocoto, & hunc vehementer fidum illius in ordinanda acie socium. Alterum verò hominem monstrosum, inferioribus corporis partibus hircum referentem, crura crinitum, & cornigerum, profunda insuper barba insignem, iracundum, & animo ad furorem propenso præditum, altera manu ferentem fistulam, dextra verò incuruum baculum, semet attollentem, ac tota castra circumsaltantem, quem mulierculæ exterrere solent, comásque vento diffusas concutere, quoties accesserit, neque non vociferari, Euohe: quo nomine, vt mihi coniecturam facienti visum est, dominũ suum cõpellant. Itaque greges à mulieribus iam discerptos esse, & oues adhuc viuentes dilaniatas: quippe illas crudiuoras esse planè videbant.

Τὲ ὁ Διόνυσος ἐπ' Ινδοὺς στρατιὰν ἤλασε (κωλύει γὰρ οὐδέν, οἶμαι, καὶ μῦθον ὑμῖν διηγήσασθαι Βακχικὸν) φασὶν ὕπω καταφρονῆσαι αὐτοῦ τὰ θηρία τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥστε καταγηρᾶν ὑπιόντος, μᾶλλον δὲ ἐλεεῖν τὴν τόλμαν, ὡς αὐτίκα μάλα συμπατηθησομένου ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων, εἰ αὐτοπάξαγε. ἤκουον γάρ, οἶμαι, τῶν σκοπῶν ἀγόντων ὑπὸ τὴν στρατιὰν ἀγγελλόντων, ὡς ἡ μὲν φάλαγξ αὐτῷ, καὶ οἱ λόχοι, γυναῖκες εἶεν ἐκφερεῖς, καὶ μεμηνῖαι, κισσῷ ἐστεμμέναι, νεβρίδας ἐνημμέναι, δόρατά τινα μίκρα ἐχούσαι, ἀσίδηρα, κισσοποίητα καὶ ταῦτα, καί τινα πελτάρια κοῦφα, βομβοῦντα, εἴ τις μόνον προσάψαιτο (ἀσπίσι γὰρ εἴκαζον καὶ τὰ τύμπανα) ὀλίγους δέ τινας ἀγελαίους νεανίσκους ἐνδιαγυμνους, κόρδακα ὀρχουμένους, οὐρὰς ἐχοντας κεράστας, οἷα τοῖς ἄρτι γιγνηθεῖσιν ἐρίφοις ὑποφύεται. καὶ τὸν μὲν στρατηλάτην αὐτῶν, ἐφ' ἅρματος ὀχεῖσθαι πεδάλεσιν ὑποζυγίοις, ἀλλοίοις ἀκριβῶς, νὴ Δί' ὀλίγον χοιρίνοις τὴν παρδάλεων, κεκασφόρων, τοιούτοις ἐστεφανωμένον, μίτρᾳ τὴν κόμην ἀναδεδεμένον καὶ πορφυρίδι, καὶ χρυσῇ ἐμβάδι. ὑποστρατηγεῖν δὲ δύο, ἕνα μὲν τινα βραχὺν προεσθύτην, ὑπόπαχυν, προγάστορα, ῥινόσιμον, ὦτα μεγάλα ὄρθια ἔχοντα, ὑποβλεμον, καρήκι ἐπιφδόμενον, ἐπ' ὄνου τὰ πολλὰ ἱππεύοντα, καὶ χροκωτόν, καὶ τοῦτον πάνυ πιθανόν τινα συνταγματάρχην αὐτοῦ· ἕτερον δὲ τεράστιον αὖ θέρπον, πρὸς τὰ νέρθεν ἐοικότα, καμήτιλον τὰ σκέλη, κέρατα ἔχοντα, βαθυπώγωνα, ὀργίλον, καὶ θυμικόν, θατέρᾳ μὲν, σύριγξα φέροντα, τῇ δεξιᾷ δὲ, ῥάβδον καμπύλην ἐπηρμένον, καὶ περισκιρτῶντα ὅλον ὅ στρατόπεδον, καὶ τὰ γυναῖα δὲ φοβεῖσθαι αὐτὸν, καὶ σείειν ἰωὴν μεμιγμένας ταῖς κόμαις, ὁπότε προσίοι, καὶ βοᾶν, ὃ οἱ τοῦτο δὴ εἰκάζειν καλεῖσθαι αὐτῷ τὸν δεσπότην· ταῖς δὴ οὖν ποίμναις, διηρπάσθαι ἤδη ὑπὸ τῶν γυναικῶν, καὶ διεσπᾶσθαι ἔτι ζῶντα τὰ θρέμματα· ὠμοφάγοις γάρ τισιν αὐταῖς εἶ.

ταῦτα οἱ Ἰνδοὶ, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἀκούοντες, ἐγέλων, ὡς ὃ εἰκὸς, καὶ ὑπὸ αἰτεπεξάγειν, ἢ ὅλως παρατάττεσθαι ἠξίουν. ἀλλ' εἰ ὅμως ἄρα τὰς γυναῖκας ἐπαφήσειν αὐτοῖς, εἰ πλησίον γένοιντο, σφίσι δὲ καὶ νικᾶν αἰσχρὸν ἐδόκει, καὶ φονεύειν γυναῖα μεμηνότα, καὶ θηλύμιτειν ἄρξαντα, καὶ μεθύοντα σμικρὸν γεγηπίου, καὶ ἡμιστρατιώτου ἄλλου, καὶ γυμνὰς ὀρχησταὶς, πολλὰς γελοίους. ἐπεὶ δὲ ἠγγέλλετο πυρπολῶν ὁ θεὸς ἤδη τὴν χώραν, καὶ πόλεις αὐτάνδρους καταφλέγων, καὶ ἀνάπλεων τὰς ὕλας, καὶ ἐν βραχεῖ πᾶσαν τὴν Ἰνδικὴν πυρὸς ἐμπεπληκὼς (ὅπλον γάρ τοι Διονυσιακὸν ὁ πῦρ πατρῷον αὐτῷ, καὶ τῶν κεραυνοῦ) ἐνταῦθα ἤδη σπουδῇ ἀνελήμβανον τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας ὑπασπίσαντες, καὶ ἐξαλινώσαντες, καὶ τοὺς πύργους ἀναδήσαντες, ἐπ' αὐτοῖς αἰτεπεξήεσαν, καταφρονοῦντες μὲν καὶ τότε, ὀργιζόμενοι δὲ ὅμως, καὶ στωμυλίαν σπεύδοντες αὐτῷ στρατοπέδῳ, τὸν ἀλλόφυλον ὄχλον στρατηλατῶν. ἐπεὶ δὲ πλησίον ἐγένοντο, καὶ εἶδον ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰνδοὶ, παρεστάξαντες τοὺς ἐλέφαντας, ἐπῆγον τὴν φάλαγγα, ὁ Διόνυσος δὲ, ὃ μέσον μὲν αὐτὸς εἶχε, τὸν κέρως δὲ αὐτῷ, τὸν δεξιὸν μὲν, ὁ Σειληνὸς, τὸν εὐωνύμου δὲ, ὁ Πὰν, ἡγεῖτο. λοχαγοὶ δὲ, καὶ ταξίαρχοι, Σάτυροι, ἐγκαθιστήκεισαν. καὶ ὃ μὲν σύνθημα, εὐοῖ ἅπασι δὲν, εὐοῖ οἱ. αὐλοὶ δὲ τὰ τύμπανα ἐπαπηχεῖτο, καὶ τὰ κύμβαλα ὃ πολεμικὸν ἐσήμηνε, καὶ τῶν Σατύρων τις λαβὼν ὃ κέρας, ἐπύλει ὃν Ὀρθιον, καὶ ὁ τοῦ Σειληνοῦ ὄνος, σύναυλίαν τινὰ ὠδήσατο, καὶ αἱ Μαινάδες, σὺν ὀλολυγῇ συνεπήδησαν αὐλοῖς, δράκοντας ὑποζωσμέναι, καὶ τῶν θύρσων ἄκρων ἀπογυμνοῦσαι τὸν σίδηρον. οἱ Ἰνδοὶ δὲ, καὶ ἐλέφαντες αὐτῶν, αὐτίκα συγκλίναντες, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἔφυγον, οὐδὲ ὅπως βέλεσι τρωθεῖεν ὑπομείναντες, καὶ τέλος καταχαράτοι ἐαλώκεσαν, καὶ αἰχμάλωτοι ἀπήγοντο ὑπὸ τῶν τέως καταγελωμένων, ἔργῳ μαθόντες ὡς οὐκ ἐχρῆν ἀπὸ τῆς φήμης ἀκοῆς καταφρονεῖν ξένων στρατοπέδων. ἀλλὰ τί πρὸς τὸν Διόνυσον, οὗτος ὁ Διόνυσος; εἶπον

A Hæc cùm Indi, & rex illorum, ſpeculatoribus annunciantibus cognouiſſent, ſublatis, vt par erat, cachinnis, ridebant: iámque nequaquam contrà exercitum educere, aut inſtructis ordinibus obuiam procedere illis deliberatum erat, ſed reputabant, ſi comminus mulierculæ in eos impreſſionem ac impetum eſſent facturæ, illis & vincere turpe eſſe, & mulieres inſanientes neci dare vnà cum duce effœminato, ac ſene modico & vinoſo, adiuncto etiam alio ſemiuiro milite, nudíſque ſaltatoribus per omnia ridiculis, facinus eſſe parum memorabile. Poſtea verò quàm Bacchus regionem incendiis

B deuaſtare, & viris deuictis ciuitates igne abſumere, ac ſyluas incendere annuntiatus eſt, iámque in breui temporis ſpatio tota Indorum regio flammis conflagraret. etenim ignis Baccho iam vſque à fulmine paterna ſint arma) ibi iam citra moram armis induti, coactis elephantibus & infrenatis, & turribus deſuper poſitis aduerſus illos mouerunt aciē, etiamdum hoſtilem exercitum extremè contemnentes, & iracundo animo ferocientes, neque non elephantis comminuere atque proterere properantes ipſis cum

C caſtris imberbem illum imperatorē. Poſtquam verò propinquiores facti ſunt, & vtraque acies vtrique eſſet ſpectaculo, Indi locatis ante exercitum elephantis phalangem adegerunt. Cæterùm Bacchus ipſe in medio ſtrenui Imperatoris fungebatur officio, cuius dextrum cornu Silenus, ſiniſtrum Pan regebat. Porrò autem Satyri manipulares conſtituti ordinibus inſtruendis erant intenti. Signum omnibus erat, Euohe. Statim verò percuſſa tympana inſtrepuerunt, ipſáque cymbala claſſicum cecinerunt. Ac è ſatyris quiſpiam correpto cornu carmen

D quod Orthium dicitur, occinebat. Tum Sileni, aſellus hianti atque diducto rictu Martium quiddam atque terribile derudiit. Ipſæ verò Mænades cum vlulatu facto in eos impetu incurſarunt, ſuccinctæ draconibus, atq; ex ſummis thyrſis ferrum denudantes. Indi autem & elephantes illorum illico declinantes, nullo ſeruato ordine in fugam ſe dederunt, neque intra teli iactum conſiſtere ſuſtinuerunt. Ad poſtremum autem omni vi capti atque ſubacti ſunt, & captiui abducti ab iis quos paulò antè contemptim ſubſannauerant, re ipſa experti quàm non oportuerit prima ſtatim fama adductos, peregrinum exercitum contemnere. Sed quid ad Bacchum ille Bacchus, dixerit

aliquis? Quia permulti mihi videntur (ac per Gratias vos oro ne me insanire aut prorsus temulentũ esse suspicemini, si mea cũ Diis immortalibus cõtulero) idem erga orationũ nouitates cum Indis perpeti, quemadmodum & erga meas. Existimãtes enim satyrica & ridicula quædam nimiúmque comica apud nos audiri, talibus fidem habuêre: atque haud scio quam illi de me opinionem induerunt. Alij ne exordium quidem assequuntur, quasi nihil necesse sit aures præbere vinosis & lasciuis mulierculis, & saltationibus satyricis ab elephantis descendentes. Alij verò, tanquam alicuius rei gratia venissent, thyrsi loco inuento ferro, neque sic laudare audent, inaudita rei nouitate perterriti. At ego fidenti animo illis annuntio, quòd si in præsentia quoque, vt antea facere consueuerunt, festiuitatem spectarẽ sæpe voluerint, ac veteres compotores recordati fuerint conuiuiorum Bacchanalium tunc temporis celebratorum, neque Satyros aut Silenos contempserint, sed æquo largiùs ad satietatem vsque ex cratêre illo hauserint: & illos Bacchico numine afflatos indecorè insanituros, neque non persæpe nobiscum Euohe dicturos. Itaque illi (liberum enim est audire) quicquid animo suo gratum fuerit, faciant: at ego posteaquam adhuc in India peregrè versamur, statui & aliud quiddam earum rerum quæ illic aguntur, quod non valde à Baccho abhorrebit, neque à præsenti instituto alienum erit, percensere. Inter Indos quos Machlæos vocant, qui læuum Indi fluminis littus, si ad fluxum illius respexeris, incolunt atque depascũt vsque ad Oceanum porrecti: apud hos lucus est in loco sepibus obturato, & angusto, circumtecto tamen: quippe thyrsorum & vitium vberras ibi prouenientium, locum opacitate sua pulcherrimè inumbrat. Eo ipso in luco tres fontes sunt aquæ elegantissimæ & limpidissimæ: quorum vnus Satyris, secundus Pani, tertius Sileno sacer est. Ingrediuntur verò in lucum Indi quotannis semel, diei solennitate deum celebrantes, bibúntque de fontibus, non tamen indiscriminatim omnes de omnibus, sed iuxta ætatem. Nam iuuenes ex eo qui satyris sacer est, viri ex Panico, porrò ex Sileni fonte ij qui in media ætate constituti sunt. Itaque quæ pueris de fonte bibentibus accidunt, aut qualia designent viri iam numine Panos afflati, perlongum esset enumerare.

A τῆς αὐ. ὅτι μοι δοκοῦσι (καὶ πρὸς Χαρίτων μή με κορυβαντιᾶν, ἢ τελέως μεθύειν ὑποπτεύσητε, εἰ τἀμὰ εἰκάζω τοῖς θεοῖς) ὁμοίως τι πάσχειν οἱ πολλοὶ πρὸς τοὺς καινοὺς τῶν λόγων τοῖς Ἰνδοῖς ἐκείνοις, οἷ καὶ πρὸς τοὺς ἐμούς. οἰόμενοι γὰρ Σατυρικά, καὶ γελοῖά τινα, καὶ κωμῳδῆ κωμικὰ παρ' ἡμῶν ἀκούεσθαι, ἰδιώτας πεπιστεύκασιν, οὐκ οἶδ' ὅτι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. οἱ μὲν, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀφικνοῦνται, ὡς οὐδὲν δέον πρόσεχθαι τὰ ὦτα κώμοις γυναικείοις, ἐξωρτημένοις Σατυρικῆς, καταβαίνας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων· οἱ δὲ, ὡς

B ὀπτὶ θυσιαστόν τι ἥκοντες, αὐτὴ τῇ κισθῷ σίδηρον εὑρόντες, οὐδ' οὕτως ἐπαγεῖν θαρροῦσι τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπεπληγμένοι. ἀλλὰ θαρρῶν ἐπαγγέλλομαι αὐτοῖς, ὅτι νῦν καὶ νῦν ὡς ποτέρων ποτε τῶν τελετῶν ἐθελήσουσιν ὀπτεῖν πολλάκις, καὶ ἀναμνησθῶσιν οἱ παλαιοὶ συμπόται κώμων κοινῶν τῶν τότε χαρῶν, καὶ μὴ καταφρονήσουσι τῶν Σατύρων, καὶ Σιληνῶν, πίωσι δὲ ἐς κόρον τοῦ κρατῆρος τύπου, ἐκβακχεύσῃ καὶ αὐτοὺς, καὶ πολλάκις μεθ' ἡμῶν ἐρῶ ὃ, δὴ οἶ-

C σθοι μὲν οὖν (ἐλεύθερον γὰρ ἀκοὴ) ποιούντων ὅ, τι καὶ φίλον. ἐγὼ δὲ, ἐπειδήπερ ἔτι ἐν Ἰνδοῖς ἐσμὲν, ἐθέλω καὶ ἄλλο ὑμῖν διηγήσασθαί τι τῶν ἐκεῖθεν, οὐχ ἁπτόμενος τοῦ Διονύσου νῦν, οὐδ' ὧν ποιοῦμαι ἀλλότριον ἐν Ἰνδοῖς τοῖς Μαχλαίοις, οἳ παρὰ λαιὰ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, εἰ κατὰ ῥοῦν αὐτοῦ βλέπεις, ὀπτευόμενοι, μέχρι πρὸς τὸν Ὠκεανὸν καθήκουσι· πρὸς δὲ τούτοις ἄλσος ἔστιν ἐν περιφράκτῳ, ὑπὸ πολυ μεγάλῳ χωρίῳ, σκιαρεφὲς δέ. κισθὸς γὰρ πολὺς, καὶ ἄμπελοι, σύσκιον αὐτὸ ἀκριβῶς ποιοῦσιν. ἐν τούτῳ πηγαί εἰσι τρεῖς καλλίστου καὶ διαφανεστάτου ὕδατος, ἡ μὲν, Σατύρου, ἡ δὲ, Πανὸς, ἡ δὲ, Σιληνοῦ. καὶ εἰσέρχονται εἰς αὐτὸ οἱ Ἰνδοὶ ἅπαξ τοῦ ἔτους, ἑορτάζοντες τῷ θεῷ· καὶ πίνουσι τῶν πηγῶν οὐχ ἁπασῶν ἅπτονται, ἀλλὰ καθ' ἡλικίαν, τὰ μὲν μειρακια, τῆς τῶν Σατύρων· οἱ ἄνδρες δὲ, τῆς Πανικῆς· τῆς δὲ τοῦ Σειληνοῦ, οἱ κατ' ἐμέ. ἃ μὲν οὖν πάσχουσιν οἱ παῖδες ἐπειδὴ πίωσιν, ἢ οἷα οἱ ἄνδρες τολμῶσι κατεχόμενοι τῷ Πανὶ, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν.

ἃ δ'

ἃ δ' οἱ γέροντες ποιοῦσιν ὅταν μεθυσθῶσι τοῦ A Cæterùm qualia ſenes faciunt vbi iam
ὕδατος, οὐκ ἀλλότριον εἶπεῖν· ἐπειδὰν πίῃ ὁ aqua pota inebriati fuerint, non alienum
γέρων, καὶ καταλάβῃ αὐτὸν ὁ Σιληνὸς, αὐτίκα eſſe opinor narrare. Senex ſimul atque
ὅτι πολὺ ἄφωνός ἐστι, καὶ καρηβαρεῶντι καὶ hauſtam de fonte aquam biberit, ac eun-
κεκαπνισμένῳ ἔοικεν, εἶτα ἄφνω φωνή τε dem iam Silenus ipſe inuaſerit, illico ad
λαμπρὰ, καὶ φθέγμα πρᾷον, καὶ πνεῦμα λι- prodigium vſque obmuteſcit, hominem
γυρὸν ἐγίνεται αὐτῷ, καὶ λαλίστατος ἐξ ἀφω- cui graue ſit caput, aut ebrium, per o-
νοτάτου ἐστίν· ἤδη δ' αὖ ὑπισχνούμενος, παύσας mnia referens. Poſt id ex improuiſo voce
αὐτὸν μὴ οὐχὶ σιωπῇ λαλῆν, καὶ ῥήσεις μα- clara, & loquela graui, tum ſpiritu dulci
κρὰς σιωπᾷν. σιωπᾷ μὲν τοίνυν πρὸς τὰ, καὶ κό- rumpit ſilentium, ac ſubitò è mutiſſimo
σμια, καὶ κατὰ τὸν Ὁμήρου ἐκεῖνον ῥήτορα, νι- fit loquaciſſimus. Sed nec obturato ore
φάδεσι γὰρ ἐοικότα χειμερίοισι διεξέρχονται. illum compeſcueris, quominus continuis
ἤδη δ' ἀπαγορήσαι σοι κύκνοις κατὰ τὸν ἡλικίαν verbis diffluat, longáſque orationes con-
εἰκάσαι αὐδάς, ἀλλὰ τεττιγώδεσί τισι ψυχαῖς texat. Et profectò quæcunque dixerit,
ὑπάρχουσι σιωπαῖοισιν, ἄχρι βαθείας ἑσπέρας. B prudenter & ornatè dicta ſunt, ac iuxta
ὡσπερεῖ δὲ καὶ ἤδη ἀφειδείσης αὐδῆς τῆς Homericum illum rhetorem, hybernis *Iliad. a.*
μέθης, σιωπῶσι, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον αἰω- niuibus conſimilia differit. Neque verò
ρεῖσι. τὸ μὲντοι θαυμαστότατον, οὐδέπω ſufficienter eos cygnis ſecundùm ætatem
εἶπον. ἵν' γὰρ ἀτελὴς ὁ χρόνος μέχρι νῦν καταλί- conferre poſſis, ſed vocum denſitate ci-
πῃ ὃν διεξῇ τὸν λόγον, δυσὶν ἡλίοις κωλυ- cadas imitantur ac referunt, ac rotũdum
θεὶς, ὅτι πέρας αὐτὸν ἐπεξελθεῖν, ἐς νέωτα quiddam componunt in profundam vſ-
πιὼν, αὖθις ἐκεῖνα σιωπᾷ, ἃ φθέγγεται λέ- que veſperam. Inde iam diſcuſſa ab illis
γοντα ἡ μέθη αὐτὸν κατέλιπε. ταῦτά μοι πρὸς ebrietate conticeſcunt; & ad antiquum
τὸν Μῶμον εἰς ἐμαυτὸν ἀπεσκώφθω, καὶ, μὰ morem redeunt. Cæterùm quod inter
τὸν Δία, οὐκ αὖ ἔτι ἐπαγάγοιμι ὃ ὑπεμύθιον. C hæc maximè omnium admirandum eſt,
ὁρᾶτε γὰρ ἤδη καθάπερ τοὺς μύθους ἔοικα. nondum expoſui. Quòd ſi ſenex imper-
ὥστε ἵν' μύθόν τινα ταῦτα παίσωμεν, ἡ μέθη αἰ- fectam quam inchoauit orationem reli-
τία. εἰ δὲ πιθανὰ δόξει τὰ λεγόμενα, ὁ Σι- querit, neque, Solis occaſu interuenien-
ληνὸς ἄρα ἵν' ἵλεως. te, & temporis anguſtia excluſus, eandẽ
ad finem deduxerit, deguſtata iterum in
annum ſubſequentem aqua, deinceps
cætera percurrens orationi inchoatæ ad-
iungit, quę ſuperiori anno dicentem non
in tempore, deſtituerat ebrietas. Iſtis ego
me ipſe ſcommatibus Momi inſtar lude-
re volui. Et per Iouem nequaquam am-
pliùs affabulationem adducam. Iam e-
nim haud dubiè videtis me fabulæ eſſe perſimilem. Quare, ſi quibus in rebus delin-
quentes hallucinati ſumus, in cauſſa fuit ebrietas. Sin prudenter & cordatè dicta ſunt
quæ produximus, conſtat, Silenum nobis fuiſſe placatum & propitium.

---

## ΠΡΟΣΛΑΛΙΑ, ἢ ΗΡΑΚΛΗΣ.

## PRÆFATIO, SEV HERCVLES GALLICVS.

D. Eraſmo Roterodamo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Præfatio eſt eiuſdem rationis, cuius & ſuperior, niſi quòd quantum ad argumentum attinet, rationem & cauſſam hìc reddit cur natu iam grandior adhuc in eloquentiæ exercitatione verſetur, ſtudium atque ætatem ſuam exemplo eo defendens, & vt ipſe ait, etiam conſolans, quo apud Gallos ipſa eloquentia depingitur, nimirum Herculis, eiuſdémque iam ſenioris imagine. Fingit autem imaginem ſeu typum eum à ſacerdote quodam Gallorum, quales ea ætate Druidæ fuiſſe perhibentur, explicatam, & ſingulorum picturæ eius membrorum rationem ſibi traditam eſſe, etiam Homeri atque aliorum poëtarum locis, vtpote à perito Græcarum literarum additis. De quibus in ipſo orationis contextu ac ſerie videri ſatius eſt, quàm hìc pluribus immorari.*

HErculem Galli lingua gentis vernacula Ogmium vocant. Porrò deum ipsum noua quadam atque inusitata figura depingunt: Decrepitus est apud illos, recaluaster, reliquis capillis, si qui reliqui sunt, planè canis, cute rugosa, & in aterrimum exusta colorem, cuiusmodi sunt nautæ isti senes. Charontē potiùs, aut Iapetū quempiam ex his qui apud inferos versantur, diceres. In summa, quiduis potiùs quàm Herculem esse coniiceres ex imagine. Atque tali specie quum sit, tamen Herculis ornatum gerit, vt qui tum leonis exuuium indutus sit, tum clauam dextera teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum tensum læua prætendat: denique modis omnibus Hercules est. Hęc equidem arbitrabar in Græcanicorum deorum contumeliam perperam facere Gallos, quum eum eiusmodi fingerent effigie, quò nimirum illum talibus picturis vlciscerentur, quòd olim in regionem ipsorum incursasset prædas agēs, id temporis, cùm Geryonis armenta vestigans, Occidentalium gentiū pleraſque regiones peruastaret. At nōdum etiam dixi id quod erat in imagine maximè nouum atque mirādum: siquidem Hercules ille senex, ingentem admodum hominū multitudinē trahit, omnibus ab aure reuinctis: porrò vincula sunt catenulæ tenues auro electróve cōfectæ, pulcherrimis istis monilibus adsimiles. Atqui cùm vinculis vsqueadeo fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant, cùm alioqui commodè possint, neque prorsus obnituntur, aut pedibus aduersus trahentem obtendunt, sese resupinantes: verùm alacres ac læti sequuntur, ducentem admirantes, vltro festinantes omnes, & laxatis funiculis etiam anteuertere studentes, perinde quasi grauiter laturi si soluerentur vinculis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum: etenim cùm non inueniret pictor vnde catenularum summas ansas necteret, videlicet dextera iam clauam, læua arcum tenente, summam dei linguam perterebrauit, atque ex hac religatis catenulis eos trahi fecit. Ipse nimirum ad eos qui ducebantur, vultum & oculos conuertebat, arridens. Hæc ego quum diutiùs assistens essem contemplatus, admirans, hæsitans, indignans:

A TOν Ηρακλέα οἱ Κελτοὶ Ογμιον ὀνομάζουσι φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ. ὁ δὲ εἶδος τοῦ θεοῦ, πάνυ ἀλλόκοτον γράφουσι. γέρων ἐστὶν αὐτοῖς ἐς ὕ ἔσχατον, καὶ ἀφῃκιωμένος, πολιὸς ἀκριβῶς, ὅσαι λοιπαὶ τῶν τριχῶν, ῥυσὸς ὁ δέρμα, καὶ σφακελωμένος ἐς ὁ μελανώτατον, οἷοί εἰσιν οἱ θαλαττουργοὶ γέροντες· μᾶλλον δὲ Χάρωνα, ἢ Ιαπετόν τινα τῶν ὑποταρταρείων, καὶ πάνυ μᾶλλον ἢ Ηρακλέα εἰ μὴ εἰκάσῃς. ἀλλὰ τοιοῦτος ὢν, ἔχει ὅμως τινὰ σκευὴν τοῦ Ηρακλέους· καὶ γὰρ τινὰ διφθέραν σκύτινα τινὰ τοῦ λέοντος, καὶ ὁ ῥόπαλον ἔχει ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ τὸν γαυρωτὸν περίκειται, καὶ ὁ τόξον ἐντεταμένον ἡ ἀριστερὰ προτείνει, καὶ ὅλως Ηρακλῆς ἐστί. ταῦτά τε ἡμῖν οὕτω ἐφ' ὕβρει τῶν Ελληνίων θεῶν τοιαῦτα προσάπτουσι τοὺς Κελτοὺς ἐς τὴν μορφὴν τὴν τοῦ Ηρακλέους, ἀμυνομένους αὐτὸν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ, ὅτι τὴν χώραν ποτὲ αὐτῶν ἐπῆλθε, λείαν ἐλαυνῶν, ὁπότε τὰς Γηρυόνου ἀγέλας ζητῶν, κατέδραμε τὰ πολλὰ τῶν ἑσπερίων μερῶν. καίτοι ὁ προσδοξότατον οὐδέπω ἔφην τῆς εἰκόνος. ὁ γὰρ δὴ γέρων Ηρακλῆς ὀκνηρὸς, αὐθέκτων πάμπολύ τι πλῆθος ἕλκει, ὦτα τῶν ἀπολωλότας δεδεμένους. δεσμὰ δὲ εἰσιν οἱ σφόδρα λεπταὶ χρυσοῦ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμέναι, ὅρμοις ἐοικυῖαι τοῖς καλλίστοις. καὶ ὅμως ἀφ' οὗτος ἀθενῶς ἀγόμενοι, ὅτε σφαδάζουσι δεδεμένοι, διωκόμενοι δὲ βιαίως, ὅτε ὅλως ἀντιτείνουσιν, ἢ τοῖς ποσὶν αὐτερείδουσι, πρὸς τὸ ἐναντίον τῆς ἀγωγῆς ὀκνωτιάζοντες, ἀλλὰ φαιδροὶ ἕπονται, καὶ γεγηθότες, καὶ τὸν ἄγοντα ἐπαινοῦντες ἑπειγόμενοι ἅπαντες, καὶ τὰς φάλαγγας ἐλκύσαι τὸν δεσμὸν ὑπερβαλλόντες, ἐοικότες ἀλγεδωνουμένοις, εἰ λυθήσονται. ὃ δὲ πάντων ἀτοπώτατον εἶναί μοι ἔδοξεν, οὐκ ὀκνήσω δὲ τοῦτο εἰπεῖν. οὐ γὰρ ἔχων ὁ ζωγράφος ὅθεν ὀξάψει τὰς σφεκὶς τὰς τῶν δεσμῶν ἀρχὰς, ἅτε τῆς δεξιᾶς μὲν, ἤδη δὲ ῥόπαλον, τῆς λαιᾶς δὲ, τὸ τόξον ἐχούσης, τρυπήσας τοῦ θεοῦ τὴν γλῶτταν ἄκραν, ἐξ ἐκείνης ἑλκομένους αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ ἐπέστραπται γε εἰς τοὺς ἀγομένους μειδιῶν. ταῦτ' ἐγὼ μὲν ὅτι πολὺ εἰσήκειν ὁρῶν, καὶ θαυμάζων, καὶ ἀπορῶν, καὶ ἀγανακτῶν·

Κελτὸς δέ τις πρεσβύτης, οὐκ ἀπαίδευτος τὰ ἡμέτερα, ὡς ἔδοξεν, ἀκριβῶς Ἑλλάδα φωνὴν ἀφιείς, φιλόσοφος, οἶμαι, τὰ ἐπιχώρια, Ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ ξένε, λύσω τῆς γραφῆς τὸ αἴνιγμα, πάνυ γὰρ παρατετρομάχαμεν ἔοικας ὁρῶν αὐτήν. τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ, οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλῆ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι πολλῷ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος ἐστί. εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς. μόνος γὰρ ὁ λόγος ἐν γήρᾳ φίλῃ ἐντελῆ ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἀκμήν, εἴγε ἀληθῆ ὑμῖν οἱ ποιηταὶ λέγουσιν,

Ὅτι μὲν αἱ τῶν ὁπλοτέρων φρένες ἠρέθονται.

Τὸ δὲ γῆρας ἔχει πλέξαι τὴν νέων σοφώτερον.

οὕτω γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος ὑμῖν ἀπορρεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὀπὰ τὴν λιριόεσσαν ἀφιᾶσιν βίαν δή τινα. λείρια γὰρ καλεῖται, εἴγε μέμνημαι, τὰ ἄνθη. ὥστε εἰ τῶν ὤτων ἐκδεδεμένους τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖ τὴν γλῶτταν ὁ γέρων οὗτος Ἡρακλῆς, ὁ λόγος ἕλκει, μηδὲ τοῦτο θαυμάσῃς, εἰδὼς τὴν τῶν ὤτων καὶ γλώττης συγγένειαν· ἴσθι δ' ὅτι εἰς αὐτὸν, εἰ τούτῳ τετύπτηται. μέμνημαι γάρ ἔφη καὶ κωμικῶν τινων ἰαμβείων, παρ' ὑμῶν μαθών,

Τοῖς γὰρ λάλοις
Ἐξ ἄκρας ἡ γλῶττα πᾶσίν ἐστι τετυπτημένη.

Ὅλον δ', ὦ αὐτὸν ἡμῖν τὸν Ἡρακλέα λόγῳ τὰ πρῶτα ἡγούμεθα ἐξεργάσασθαι, σοφὸν ἡγούμενον, καὶ πείθοι τὰ πλῆθα διάσασθαι. καὶ τά γε βέλη αὐτοῦ, οἱ λόγοι εἰσὶν, οἶμαι, ὀξεῖς, καὶ ἰσχυροὶ, καὶ ταχεῖς, καὶ τὰς ψυχὰς πτερώσαντες. τοσαῦτα μὲν ὁ Κελτός. ἐμοὶ δ', ὡς ἐκ τῆς δεδεμένης παρῳδοῦ τούτης ἐσκοπούμην πρὸς ἐμαυτὸν εἴ μοι καλῶς ἔχει, τηλικῷδε ὄντι, καὶ πάλαι τῶν ἐπιδείξεων πεπαυμένῳ, αὖθις ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ψῆφον διδόναι τοσούτοις δικασταῖς, καὶ καιρὸν ἐπῆλθεν ἀναμνησθῆναι τῆς εἰκόνος. τέως μὲν γὰρ ἐδεδίειν, μή τινι ὑμῶν δόξαιμι καμιδῆ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι· κατά τις Ὁμηρικὸς νεανίσκος ἐπιπλήξῃ μοι, εἰπὼν ὅ,

A Gallus quispiam, qui propiùs adstabat, nostratium literarum non indoctus (id quod declarauit, quum Græcanicam linguam absolutè sonaret, philosophus opinor ex eo genere Philosophorum quod apud illos esse fertur) Ego tibi, hospes, inquit, picturæ istius ænigma explicabo: nam vidêre vehementer ad eam attonitus ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Græci, verùm Herculi illam tribuimus, propterea quòd hic Mercurio longè robustior extiterit: nam quòd senex fingitur, nihil est quòd mirêre. Siquidem vna facundia

B consueuit in senecta demum absolutum vigorem ostendere, si modò verum vestri dicunt poëtæ,

*Obduci iuuenum densa caligine pectus:*
*Contrà senectam posse quiddam dicere,*
*Rudi iuuenta melius ac præclarius.*

Hinc videlicet apud vos & Nestoris lingua melle profluit, & Troianorum concionatores lirioëssam edunt, videlicet floridam quandam vocem: nam liria, si satis commemini, flores appellantur. Proinde quòd ab auribus vinctos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non

C aliud quàm ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguæ cum auribus esse cognationem. Neque verò ad contumeliã illius illud pertinet, quòd ea pertusa est: nam memini, inquit, & Iambicos quosdam versiculos è comœdiis apud vos discere:

*Siquidem viris loquacibus*
*Extrema lingua perforata est omnibus.*

Quin de eodem hanc in summa habemus opinionẽ, vt quicquid egit, id oratione facundiáq; confecisse putemus, vtpote virum sapientẽ, ac persuadendo pleraque sibi subegisse. Iam tela illius nimirũ

D rationes sunt acutę, missiles, citę, atque animam fauciantes: vnde pennigera dicta vos quoque nominatis. Hactenus Gallus. Ac mihi quidem cùm huc me conferens mecũ inter eundum perpenderem, num decorum iam esset, vt tam grandis natu, quíq; iam pridem ab his doctrinæ certaminibus memet abdicasse, rursum me tã multorum iudicũ calculis exponerem iudicandum, in tẽpore subiit animũ meum eius picturæ recordatio: nam antehac verebar ne cui vestrũ videret hæc admodũ pueriliter agere, quasíque præter ętatem iuuenari: proinde ne quis Homericus adolescẽtulus illud mihi impingeret, dicẽs:

*Aetas iam perijt tua.*

Tum illud:

*Ac te corripuit cariosa senecta, minister*
*Invalidúsque tibi, & segnes tardíque caballi:*

videlicet eo scommate pedes meos notans. Verùm quoties senex ille Hercules recurrit animo, ad quiduis adducor vt faciam, neque me pudet hæc audere, quum sim ipsi æqualis imagini. Itaque robur, celeritas, forma, & si qua sunt alia corporis bona, valeant, cúmque his tuus ô Teïe vates, Cupido, vbi me mento subcano viderit, auro rutilantibus alis, si videbitur, vel aquilas præteruolet, neque laborabit Hippoclides, imò nunc vel maximè tempestiuum fuerit facundia repubescere, florere, vigere, & quàm licet plurimos ab auribus ducere, ac sæpius arcu ferire: quando quidem periculum non est nequando quis præter spem pharetram inanem reperiat. Vides quibus modis ætatem meam, meámque senectutem ipse consoler animémque, adeò vt non sim veritus nauim iam olim in terrã subductam, denuo reuellere, suísque instructam armis, medium in pelagus demittere. Contingant autem à vobis ô dij, afflatus secundi, quando nunc vel maximè præsente bono atque amico vento nobis est opus: quo si digni modò videbimur, in nos quoque dicat aliquis Homericum illud:

*Quos profert senior pannis è vilibus armos!*

A Σὴ δὲ βίη λέλυται. καὶ,

Χαλεπὸν γήραος κατείληφέ σε,
Ἠπεδανὸς δὲ νύφι θεράπων, βραδέες δέ τοι ἵπποι.

ἐς τοὺς πόδας τοῦτο ἀποσκώπτων. ἀλλ' ὁπόταν ἀναμιμνήσκωμαι τῶν γέροντος ἐκείνου Ἡρακλέους, πρώτα ποιῶ τὰ θεράπαινα, καὶ οὐκ αἰδοῦμαι τοιαῦτα τολμῶν, ἡλικιώτης ὢν τῆς εἰκόνος. ὥστε ἰσχὺς μοὶ, καὶ πάχος, καὶ κάλλος, καὶ ὅσα σώματος ἀγαθὰ, χαιρέτω, καὶ ὁ ἔρως ὁ σὸς ὦ Τήϊε ποιητὰ, εἰσιδὼν με νεοπόλιον ἡδέως, χρυσοφαέννων εἰ βούλεται πτερύγων, ἢ ἀετοῦ παραπετάσθω, καὶ ὁ Ἱπποκλείδης ὁ φροντὶς. τῷ λόγῳ δὲ, νῦν αὖ μάλιστα αὐηθᾶν, καὶ αὐθεῖν, καὶ ἀκμάζειν καθ' ὥραν εἰκὸς, καὶ ἕλκειν τῶν ὤτων, ὅσους ἂν πλείστους δυνήται, καὶ τοξεύειν πολλάκις, ὡς ὁπόταν γε δέος μὴ κενωθεὶς λάθοι ὁ γωρυτὸς αὐτῷ. ὁρᾷς ὅπως παραμυθούμενος τὴν ἡλικίαν, καὶ ὁ γήραος ὁ ἐμαυτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο ἐπόλμησα παλαιὰν ναυεσωλκημένον ἀκάτιον καθελκύσας, καὶ ὑπὸ τῶν ὄντων ὑπισχνούμενος, αὖθις ἀφήναι ἐς μέσον τὸ πέλαγος. εἰπὲ δ', ὦ θεοὶ, καὶ τὰ πρὸ ὑμῶν ἐμπνεύσαι δεξιά, ὡς νῦν γε μάλιστα πλησίστου τε, καὶ ἑταίρου αὐέμου δεόμεθα, ἵνα εἰ ἄξιοι φαινόμεθα, καὶ ἡμῖν ὁ Ὁμηρικὸν εἶδος ὑπιφθέγξηταί τις,

Οἷαι μὲν ῥακέων ὁ γέρων ὑπογυμνοῖ δαπέδοιο φαίνει.

---

# ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΛΕΚΤΡΟΥ, ἢ ΤΩΝ ΚΥΚΝΩΝ.

# DE ELECTRO, SEV CYGNIS.

Vincentio Obsopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Et hæc superioribus consimilis præfatio est, in qua seipsum ac scripta sua extenuat, adhibita similitudine fabulæ eius quæ de electro ac Phaëthonte, ac cygnis Eridani, à poëtis traditur: quam vt fictam ac falsam præsens experientia ostendit, ita se vereri quoque ait, ne conceptam de se opinionem, auditorum præsentia imminuat, ac falsam coarguat. Commendat tamen interim eo nomine orationem suam, quòd simplex sit, & minimè cygnis illis Padanis ac fabulosis, quod ad canoritatem spectet, similis, neque etiam illorum fucatis scriptis, qui dum electrum atque aurum & speciosa omnia affectant, Eridanum istum, ac cygnos poëticos, vanitate ac fumo longè excedant.*

Ἤλεκτρου περὶ καὶ ὑμᾶς δηλαδὴ ὁ μῦθος πέπεικεν, αἰγείρεις ὅτι τῷ Ἡριδανῷ ποταμῷ δακρύειν αὐτὸ, θρηνούσας τὸν Φαέθοντα, καὶ ἀδελφὰς γε εἶναι τὰς αἰγείρεις ἐκείνας τοῦ Φαέθοντος, εἶτα ὀδυρομένας ὃ μειράκιον, ἀλλαγῆναι ἐς τὰ δένδρα, καὶ ἀποστάζειν ἔτι αὐτῶν δάκρυον δῆθεν ὃ ἤλεκτρον. Ταῦτα γὰρ ἐμέλλομεν καὶ αὐτὸς ἀκούων τῶν ποιητῶν ἀδόντων, ἤλπιζον, εἴ ποτε γνοίμην ὅτι τῷ Ἡριδανῷ ὑπελθών μίαν τῶν αἰγείρων, ἐκπετάσας ὃ παρακόλπιον, ὑποδέξεσθαι τῶν δακρύων ὀλίγα, ὡς ἤλεκτρον ἔχοιμι. καὶ δὴ καὶ πρὸ πολλοῦ κατ' ἄλλο μέν τι χρέος, ἦκον δὲ ὅμως ἐς τὰ χωρία ἐκεῖνα, καὶ ἔδοξέ γε καὶ ἀναπλεῦσαι κατὰ τὸν Ἡριδανόν, ὅτ' αἰγείρεις εἶδον, πολὺ παρεστῶσαν, οὔτε δὲ ἤλεκτρον, ἀλλ' οὐδὲ ποιώμενα τοῦ Φαέθοντος ἤδεσθαι οἱ ἐπιχώριοι. ἀναζητοῦντος γάρ ἐμοῦ, καὶ διαπυνθανομένου, πότε δὲ ὅτι τὰς αἰγείρεις ἀφιξόμεθα, τὰς δὲ ἤλεκτρον ἐκδιδούσας, ἐγέλων οἱ ναῦται, καὶ ἠξίουν σαφέστερον λέγειν ὅ, τι καὶ θέλοιμι· κἀγὼ τὸν μῦθον διηγούμην αὐτοῖς, Φαέθοντα γενέσθαι Ἡλίου παῖδα, καὶ τοῦτον ἐς ἡλικίαν ἐλθόντα, αἰτῆσαι τοῦτόν τε παῦσαι ἐλάσαι ὃ ἅρμα, ὡς ποιήσαιτο καὶ αὐτὸς μίαν ἡμέραν τὸν δρόμον, δοῦναι, τὸν δὲ, ἀπολέσθαι, ἐκδιφρευθέντα· καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ πενθούσας ἐνταῦθά που, ἔφην, πρὸ ὑμῶν, ἵνα καὶ κατέπεσεν ὅτι τῷ Ἡριδανῷ, αἰγείρεις γενέσθαι, καὶ δακρύειν ἐπ' αὐτῷ ὃ ἤλεκτρον. Τίς ταῦτά σοι, ἔφασκον, διηγήσατο ἀπατεὼν καὶ ψευδολόγος ἀνθρωπος; ἡμῖς δὲ οὔτε λιθόκολλον τινα ἐκπεπωκότα εἰδομεν, οὔτε τὰς αἰγείρεις, ἃς φῂς, ἔχομεν. εἰ δὲ καὶ τι τοιοῦτον, οἵᾳ ἡμᾶς δυοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα ἐρέτην ἂν, ἢ ἕλκειν τὰ πλοῖα πρὸς ῥεῦμα ὃ ὕδωρ, οἷς ἔξεστι πλουτεῖν, ἀναλέγοντας τῶν αἰγείρων τὰ δάκρυα; τοῦτο λέγειν, ὃ μετρίως μου καθῆκτο. καὶ ἐπισχόντος διαμυθεῖσθαι, ὅτι παιδίῳ τινὸς ὡς ἀληθῶς ἔργον ἐπεπόνθειν, πιστεύσας τοῖς ποιηταῖς ἀπίθανα ὅτω ψευδομένοις,

VAM ſuper electro poëtæ commenti ſunt fabulam, ea & nobis planè perſuaſis fidem fecit, eſſe ſcilicet in ripis Eridani populos, quæ lacrymantes illud deſtillarent, Phaëthontem lugentes, eaſdémque Phaëthontis ſorores fuiſſe populos: deinde iuuenis caſum luctu proſequētes, in arbores fuiſſe commutatas, atque etiamnum è lacrymis illarum electrum defluere. Hæc, inquam, cùm poëtas canentes audiſſem, in ſpem veniebam, ſi quando ad Eridani littora delatus eſſem, vnam accedens ex arboribus, ac recluſo ſinu & cortice, nonnullas me ſuſcepturum lacrymas, vt ego quoque electrum poſſiderem. Et ſanè nō multò antè alterius negotij conficiendi gratia ea in loca iter habens deueni, & erat mihi commodùm traiiciendus Eridanus: neque tamen cùm diligenter omnia loca circumcirca oculis obiſſem atque perluſtraſſem, aut populos vidi, aut electrum conſpexi, ſed Phaëthontis nomen ne notum quidem erat incolis. Exquirente tandem me atque interrogante, Quando verò ad populos electrum de ſe præbentes deueniemus? riſerunt nautæ, atque manifeſtiùs ſi quid vellē, iubebant proloqui. Et ego illis fabulam ordine percenſui, Phaëthonta fuiſſe Solis filium, & hunc vbi iam adoleuiſſet, à patre poſtulaſſe aurigandi copiam ſibi faceret, vt vnius diei curſum & ipſe conficeret. Cæterùm patrem filij precibus annuiſſe, ac poſtulata præſtitiſſe, hunc autem inter aurigandū è curru delapſum & deiectum periiſſe. Porrò illius ſorores lugentes eo loco alicubi, inquam, apud vos, vbi delapſus eſt, apud Eridanum in populos fuiſſe transformatas, & iam fratrem lugentes electrum lacrymando emittere. Quicunque, inquiunt, hæc tibi dixit, vanum eum hominem fuiſſe apparet: tēque dolis produxit & mendaciis. Nos verò neque aurigam vllum delapſum nouimus, neque eæ penes nos ſunt, quas tu iactas, populi. Quòd ſi quid eiuſmodi apud nos eſſet, num putas duorum obolorum gratia nos ita laboriosè remigaturos, aut nauigia aduerſus fluminis impetum tracturos, quibus promptum eſſet minori negotio & ſudore diteſcere, populorum lacrymas colligentibus? Hæc cùm dixiſſent, non mediocriter ſanè nautarum dictis ſum pudore affectus. Confuſus autem obticui, quòd reuera puerile quiddam paſſus fueram, habita fide poëtis adeò monſtroſa mentientibus:

quippè quibus ſtudio eſt nihil ſani dicere, aut literis prodere. Vnica igitur hac ſpe, nec illa modica, turpiter deceptus, indolui, non ſecus atque ſi è manibus electrum deperdidiſſem: nimirum qui iam mecum deliberabam quomodo illo potiſſimùm vti velim. Porrò autem illud planè pro certo apud illos inuentum iri opinabar, nempe cygnos complures in fluminis littoribus modulantes. Ac rurſus nautas interrogo, adhuc enim nauigabamus: Atqui cygni quando tãdem propter fluuium conſiſtentes, dulcem illum concentum vobis abſoluunt, ex vtraque parte littoris? Siquidem & illos Apollinis aſſeſſores fuiſſe perhibent, homines canendi peritia & ſuauitate excultos & celebres, poſt id in aues eſſe cõmutatos, eámque ob rem etiam nunc cantibus & modulis indulgere, necdum Muſices eſſe oblitos. Illi verò ſublato riſu, Tu quidem, inquiunt, ô homo, nunquámne hodie finem facies patriam noſtram & fluuium mendaciis infamandi? Nos equidem ſemper remigandi ſtudio operam dantes, ac penè omnem à puero ætatem laboribus in Eridano conſumentes, paucos nõnunquam cygnos conſpeximus in fluminis paludibus, qui incomptã & inamœnam vocem, & ſonum parum firmum edere ſolebant, ita vt coruos aut graculos cum illis collatos, Sirenas eſſe confirmare poſſis. Cæterùm dulce quiddam & optabile, vt tu dicis, ne in ſomnio quidem canẽtes vnquam audiuimus. Itaque demiramur vndénam iſta de nobis conficta in hominum opinionem venerint. In multis etiã aliis facile ac promptum eſt credentes decipere, iis quibus ſingula quæque iuſto magnificentiùs narrare atque extollere moris eſt. Quare & ego nunc de meipſo in metum venio, ne & vos, qui nuper veniſtis, ac nos primũ audiſtis, electra quæpiam aut Cygnos apud me inuẽturos ſperantes, tãdem non multo pòſt abeatis, & eos qui vobis magnifica de me ſunt polliciti, ſubſannetis, multas eiuſmodi verborum diuitias in orationibus meis repoſitas affirmantes. At ego Deos teſtor, talia me ipſum de orationibus meis ſuperbè & magnificè iactantem, neque à vobis neque ab alio quoquã vnquam auditum eſſe, neque pòſt quenquam ita inſolẽter agentem auditurum fore. Neque tamen fieri potuiſſe nego, vt in alios non paucos incidas quoſpiam Eridanos, quorum orationes non electrum ſolùm, ſed aurum quoque deſtillant: qui longo interuallo vocis dulcedine cygnos ſuperant poëticos.

Atque hæc tum aſpiciebant etiam cęteri qui aderant. Deinde poſtero die vna ea tibi defenſio erat, ebrietas, & ad merum confugiebas. His igitur ac talibus nominibus opulentus cùm ſis, pudore afficeris erga Apophradem. Per deos itaque dic mihi, quo pacto afficeris cùm illa quoquo dicunt plerique, λεσβιάζειν & φοινικίζειν? num igitur & hæc perinde vt Apophradem ignoras, & exiſtimas fortaſſis etiam laudari te ab ipſis? An hæc quidem vt conſueta & familiaria noſti: Apophradem autem vt ſolam ignotam improbas, & à catalogo verborum tuorum excludis? Proinde non indignas pœnas nobis exſoluis, ſed etiam muliebri conſortio, & ad Gynæcea vſque notus es. Nuperrimè igitur cùm nuptias quaſdam Cyzici ambire auſus eſſes, probè admodum explorata omnia habens optima illa mulier reſpondit: Haudquaquam, inquiens, virum eum accepero, qui ipſe quoque viro indiget. Et tamen in talibus rebus conſtituto tibi, adhuc verborum cura eſt, & rides conſpuíſque cæteros. Meritò ſanè. Neque omnes ſimilia tibi dicere poſſumus. Vnde enim, aut quis adeò in verbis audax foret, vt contra tres adulteros pro gladio tridentem poſtulet? De Theopompo autem ob Tricaranum in iudicio agente dicat tricuſpide oratione ipſum confeciſſe ciuitates præſtantiores? Et rurſum, tridente interfeciſſe ipſum Græciam: & eſſe Cerberum in oratione? Nam paulo antè & lucerna accenſa quærebas fratrem quendam, ni fallor, mortuum, & alia infinita, quorũ ne mentionem quidem facere dignum eſt, excepto ſolo illo, quod qui audierunt, memoriæ retulere. Diues quidam opinor, & duo pauperes erant inter ſe inimici: poſtea de diuite loquens, occidit, inquis, θάτερον τῶν πενήτων. Ridentibus autem vt par erat, iis qui tum aderant, corrigens videlicet, & id quod erratum erat, reſtituens, Haudquaquam, ſubiicis, ſed ἄτερον αὐτῶν occidit. Omitto antiqua illa: pura τειῶν μυοιῶν, & ἀτυτεμία, & πέταμαι, & ὀκχύνειν, & quæ alia præclara in orationibus tuis effulgent. Nam quæ paupertatis cauſſa facis, ô chara Adraſtia, nemini exprobrauero. Ignoſcendum enim, ſi quis fame coactus, depoſito à ciue accepto, deierarit ſe illud haudquaquam accepiſſe: aut ſi quis impudenter poſtulat, imò verò mendicat, & furatur, & publicanorum more rapit. Haud equidem iſta dico.

A καὶ ταῦτα ἑώρων καὶ ἄλλοι παρόντες. εἶτά σοι ἐς
τὴν ὑστεραίαν μία ἦν ἀπολογία, ἡ μέθη, καὶ εἰς
τὸν ἄκρατον κατέφευγες. τοιούτοις δὴ καὶ τοσούτοις
ὀνόμασι πλουτῶν, αἰσχύνῃ τὴν Ἀποφράδα;
πρὸς θεῶν εἰπέ μοι τί πάσχεις, ἐπειδὴ κἀκεῖ-
να λέγουσιν οἱ πολλοὶ, λεσβιάζειν σε καὶ φοινικί-
ζειν; ἆρα καὶ ταῦτα ὡς περ τὴν Ἀποφράδα ἀ-
γνοεῖς, καὶ οὐδὲ πάλαι που ἐπαινεθεὶς παρὰ αὐτῆς;
ἢ ταῦτα μὲν ἴσως σὺ σωφρονοῦντα οἶδα, τὴν Ἀπο-
φράδα δ' ὡς ἀγνῶτα μόνην ἀπημάξεις, καὶ Ἀπο-
κλείσεις τοῦ καταλόγου τῶν ὀνομάτων; τοιγαροῦν ἐ-
μεμπίας ἡμῖν τινὰς τῶν δίκας, δικὴ μέχρι καὶ
B τῆς γυναικωνίτιδος παρεδόντος εἶ. πρώην γοῦν
ἐπειδή τινα γάμον ἐν Κυζίκῳ μνᾶς ἐπολ-
μησας, οὐ μάλα σκεπτομένη, πότερα ἡ
βελτίστη ἐκείνη γυνὴ, Οὐκ ἂν προσείμην, ἔφη,
ἄνδρα, καὶ αὐτὸν ἀνδρὸς δεόμενον. εἶτα ἐν τοιού-
τοις ὄντι σοι, ὀνομάτων μὴ, καὶ γλιχᾶς, καὶ τῶν δήμων
καταπτύῃς; εἰκότως. ἃ γὰρ αὐ ἀπόντες ὁμοιά
σοι λέγειν δυναίμεθα. πόθεν; τίς ὕττως ἐν λό-
γοις μεγαλόπολις, ὡς ὅτι μὴ τοὺς ῥᾴδιος μοι-
χοὺς, ἀντὶ ξίφους, τρίαιναν αἰτεῖν; τὸν δὲ Θεό-
πομπον ὅτι τῷ Τρικαράνῳ κρίνοντα, φαίαι,
C τριγλώχινι λόγῳ καθηρηκέναι αὐτὸν τὰς
πρεσβύτατας πόλεις; καὶ πάλιν, σκιαμαχῶ-
σαν αὐτὸν τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὸν Κέρβερον ἐν
τοῖς λόγοις; πρῴην γὰρ καὶ λύχνον ἅψας, ἐζή-
τεις ἀδελφόν τινα, οἶμαι, ἀπολωλότα· καὶ ἄλλα
μυρία, ὧν οὐδὲ μεμνῆσθαι ἄξιον, ἢ μόνου
ἐκείνου, ὅπερ οἱ ἀκροώμενοι ἀπεμνημόνευον.
πλούσιός τις, οἶμαι, καὶ δύο πένητες ἦσαν ἐχθροί.
εἶτα μεταξὺ περὶ τοῦ πλουσίου λέγων, Ἀπέ-
κτεινεν, ἔφης, θάτερον τῶν πενήτων· γελα-
σάντων δ', ὡς τὸ εἰκός, τῶν παρόντων, ἐπανορ-
D θούμενος δὴ σύ, καὶ ἀναπηδήσας ὁ διορθωτη-
μόνιον, ΟΥ μὴν, ἔφης, ἀλλὰ θάτερον αὐτὸν ἀπέ-
κτεινεν. ἐῶ τὰ ἀρχαῖα, ὃ τειῶν μυοιῶν, καὶ ὃ
ἀτυτεμία, καὶ ὃ πέταμαι, καὶ ὃ ὀκχύνειν, καὶ
ὅσα ἄλλα καλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐπαθλεῖ. ἃ
μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς πενίας ἐλαττούμενος ποιῇς,
Ἀδράστεια φίλη, οὐκ ἂν τινι ὀνειδίσαιμι. συγ-
γνωστὸν γοῦν, εἴ τις λιμῷ πιεζόμενος, πρὸς ἑ-
καθήκας παρ' ἀνδρὸς πολίτου λαβὼν, εἶτα
ὑπωμόσηκεν, ἢ μὴν μὴ παρὰ φίλου· ἢ εἴ τις
αἰσχύνης αἰτεῖ, μᾶλλον δὲ προσαιτεῖ, καὶ
λωποδυτεῖ, καὶ τελωνεῖ. οὐ δὴ λέγω ταῦτα.

φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἐξ ἁπάντως ἀμυδαθαι τιλὼ ἀποφίαν· σκῆνο δὲ σκιέπι φορητόν, πέντε τάλαντα σε ὄντα, ἐς μόνας ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς ἐκχεῖν τὰ ἐκ τῆς αἰσχυντίας περιγιγνόμενα. πλὼ εἴ γέ τι καὶ ἐπαινέσαι μοι δώσεις πολὺ ἀστείως ὑπὸ σοῦ πεπραγμένον, ὁπότε τῷ Τισίου τιλὼ τέχνῃ οἶδα, ὡς ὁ διακόρακος ἔργον αὐτὸς ἐποίησας, ὀξυπάσας τῷ αἰσχίστου ἐκείνου πρεσβύτου χρυσοῦς πεντάκοντα· ὁ δὲ, ἀφ' ὧν Τισίαν, αὐτὶ τῷ βιβλίου, πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ὄξεπεσε, καταφιλοσοφιθείς. πολλὰ ἔτι ἔχων εἰπεῖν, τὰ μὲν ἄλλα ἐκὼν ἀφίημί σοι. σκεῖνο δὲ μόνον προσλέγω, πρόσεχε μὲν τοῦτα, ὅπως σοι φίλον, καὶ μὴ παύσαιο τὰ τοιαῦτα ἐς ἑαυτὸν παροινῶν, σκῆνο δὲ μηκέτι, ἄπαγε. οὐ γὰρ ὅσιον ὅτι τιλὼ αὐτιλὼ Εσίδιον τοὺς τοῦτα ἀφαπτένταις καλῶν, καὶ φιλοτησίας προπίνειν, καὶ ὅλων τῶν αὐτῶν ἀπόσεσθαι. ἀλλὰ μηδὲ σκῆνο ἔγω ὅ ὅτι τοῖς λόγοις, φιλήματα, καὶ τοῦτα προὸς τοὺς οὐ πρὸ πολλοῦ ἀποφρίδα σοι ἐργασαμένους ὅ σόμα, καὶ πειδήπερ ἅπαξ φιλικῆς ὁμιλίας νέσεως ἠρξάμεν, κἀκεῖνα, εἰ δοκεῖ, ἄφελε, ὅ μύρῳ χρίεσθαι τὰς πολιάς, καὶ ὅ πιθοῦσθαι μόνα σκεῖνα. Εἰ μὲν γὰρ νόσος τις ἐπείγει, ἅπαν ὅ σῶμα θεραπευτέον· εἰ δὲ μηδὲν νοσεῖς τοιοῦτον, τί σοι βούλεται καθαρά, καὶ λεῖα, καὶ ὁλισθηρὰ ἐργάζεσθαι, ἃ μηδὲ ὁρᾶσθαι θέμις; σκεῖνό σοι μόνον σφόν, αἱ πολιαί, καὶ ὅ μηκέτι μελαίνεσθαι, ὡς προκάλυμμα εἶεν τῆς βδελυρίας. φείδου δὴ αὐτῶν, πρὸς Διός, κἂν τούτῳ, καὶ μάλιστα τῷ πώγωνος αὐτῷ, μηδὲ μιαίνῃς ἔτι, μηδὲ ὑβρίσῃς· εἰ δὲ μή, ἐν νυκτί γε, καὶ σεαυτῷ σκότῳ. ὅ δὲ μεθ' ἡμέραν, ἄπαγε, καμιδὴ ἄγελον καὶ θηριώδες· ὁρᾷς ὡς ἄμεινον ἰῷ σοι ἀκίνητον τιλὼ Καμαρίναν ἐᾶν, μηδὲ καταγελᾶν τῆς ἀποφρίδος, ἢ σοι ἀποφρίδα τὸν βίον ὅλον ἐργάσεται; ἢ ἔτι προσδεῖ τινος, ὡς τό γε ἐμὸν οὔποτ' ἐλλείψῃ; οὐδέπω γοῦν οἶσθα ὡς ὅλιν τιλὼ ἅμαξαν ἐπεσπάσω, δεῦρο, ὦ παμπάλαμα, καὶ κίναιδος, ἵνα σοι σκήνωσιν εἴ τις αὐτὴν δασύς, ἢ τοῦτο δὴ ὅ ἀρχαῖον, μελάμπυγος, δριμὺ μόνον εἰς σὲ ἀποβλέψειεν.

Neque enim inuidia vlla est quoquo modo depellere inopiam, sed illud intolerabile tandem, pauper cùm sis, in solas huiusmodi voluptates omnia ea profundere, quæ per impudentiam istam acquiris. Nisi si quid vtique etiam laudare mihi concesseris admodum vrbanè abs te factum, quando cùm Tisiæ artem noris, bis Coracis opus ipse peregisti, subreptis stulti illius senis triginta aureis. Ille autem propter Tisiam pro libro septingentas & quinquaginta drachmas exoluit, deceptus videlicet. Multa adhuc alia possem dicere, sed tamen cætera quidem volens remitto tibi: illud autem solum adhuc verbis addam. Age ista quidem fac vt tibi lubet, néve desieris huiusmodi in te ipse debacchari: ab illo autem cave. Non enim pium aut fas est, eandem Vestam, eos qui talia committunt, inuocare, & amicitiam præbibere, eadémque obsonia attingere. Sed neque illud, Oh verba videlicet oscula: idque cum iis qui tibi non multò antè apophradem ipsum os effecere. Ac postquam semel admonitionem amicam exorsi sumus, etiam illa, si videtur, abs te amoue, vnguento puta canos istos inungere, & pice sola illa quæ scis, velli. Nam si morbus quidem aliquis vrgeret, totum corpus curandum foret: nunc autem cùm nihil ægrotas tu huiusmodi, quid attinet pura ac leuia & glabra illa tibi reddi, quæ ne aspici quidem fas erat? Illud tibi vnum relictum est, qui doctrinam ac sapientiam præ te feras, cani videlicet, & non ampliùs nigricare. Id tanquã operculum quoddam malitię ac detestabilitatis istius sit. Proinde parce ipsis per Iouem, cùm in hoc tum maximè in barba ipsa, neque polluas hanc ampliùs, neque contumelia afficias: aut si prorsus hoc nequeas, noctu saltem, & in tenebris: interdiu autem apage: est enim omnino ferum ac bestiale. Vidésne quanto satius fuerat tibi Camarinam immotam relinquere, neque Apophradẽ deridere, quæ tibi apophradem & atram totam vitam reddiderit? An etiam amplius aliquid desideras? Nam quod ad me attinet, nunquam quicquam deficiam. Nondum igitur scis quòd totum attraxisti tibi plaustrum, cùm conueniret, ô pæpalema (id est, omnifariam scelerate) atque cinæde, vereri te si quis homo hirsutus, & iuxta antiquum illud, Melãpygus, acerbè solùm intueretur te.

Fortassis iam hæc quoque ridebis, pæpalema quod dixi,& cinædum, perinde vt ænigmata quædam & griphos audiens. Ignota enim tibi sunt tuorum operum nomina. Quare licet tibi iam etiam hæc cauillari, nisi tibi tripla atque etiam quadrupla Apophras iam parta est. Accuses autem teipsum ob hęc omnia,licet. Nam vt præclarus ille Euripides dicere solitus fuit,Oris indomiti, & stultitiæ & iniquitatis finis, infelicitas esse consueuit.

Ἴσως ἤδη καὶ ταῦτα γελᾷσῃ, ὃ παιπάλημα, καὶ ὃ κίναιδος, ὥσπερ τινὰ αἰνίγματα, καὶ γρίφους ἀκούσας. ἄγνωστα γάρ σοι τὰ σῶν ἔργων τὰ ὀνόματα. ὥστε ἔξεστί σοι ἤδη καὶ ταῦτα συκοφαντεῖν, εἰ μὴ τριπλᾶ καὶ τετραπλᾶ σοι ἡ ἀποφορὰ ἐκτέτηκεν. αἰτιῶ δ' ἐμαυτὸν ὅτι πᾶσιν. ὡς γὰρ ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἴωθεν, Ἀχαλίνων στομάτων, καὶ ἀφροσύνης, καὶ ἀνομίας, ὃ τέλος δυσχέρεια γίγνεται.

---

## ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ.

## DE DOMO. Iacobo Micyllo interprete.

### ARGVMENTVM.

*Obliqua quædam domus laudatio est,cuius & situm & structuram,& tecti cæterarúmque partium ornamenta, postremò etiam parietum picturas describit, additis passim amplificandi gratia etiam similitudinibus quibusdam. Atque hæc omnia sub disputationis seu contentionis quadam figura, qua de pulchritudine domus, vtrùm ea videlicet ad inuitandum & inuandum oratorem in ea dicentem plus prosit, an noceat, disputatur. Cuius quidem affirmatiua pars priore loco tractatur, ab effectu & potestate pulchritudinis comprobata, additis & exemplis & similitudinibus eodem pertinentibus. Altera autem, ac negatiua, per prosopopœiam subiungitur. Fingitur enim alia quædam alterius oratio superiorem refellere,& similitudines, & quæ de vi pulchritudinis à superiore afferuntur, per inuersionem confutare, ipsa autem suam sententiam ab aliis elegantiæ ac pulchritudinis effectibus, præterea & Herodoti testimonio,& ipsorum auditorum exemplo, confirmare. Ac in priore quidem parte situs domus & tecti, cæterarumque partium elegantia depingitur: in posteriore verò parietum pictura describuntur, vt ex ea quoque re nouitas ac gratia quædam scripto accedat.*

ERgo Alexander quidem expetiuit in Cydno lauari, cùm pulchrum adeò & perspicuum fluuium eum conspicatus esset, deinde & tutò profundũ, & leniter concitatum, & æstatis tempore gelidum, adeò etiam, vt si iam antea manifestum eum morbum quo postea ex illo ægrotare cœpit, præuidisset, non facilè ab illius lauacro abstinere se potuisse videatur. Domum autem si quis videat mole maximam, forma pulcherrimam, luce clarissimam, auro fulgentissimam, denique & picturis floridissimis, non expetat in ea orationem velut testato relinquere, si fortè circa hoc studium versetur, & celebrari intus & inclarescere, ac voce illam implere,& quàm maximè licet, etiã ipse pars quædam pulchritudinis illius esse; sed statim postquam diligẽtiùs paulo contemplatus illam atque admiratus tãtummodo fuerit, iterum inde abeat, mutam,

ΕΙπα Ἀλέξανδρος μὲν ἐπεθύμησεν ἐν τῷ Κύδνῳ λοῦσαθαι, καλόν τε καὶ διαυγῆ τὸν ποταμὸν ἰδών, καὶ ἀσφαλῶς βαθύν, καὶ πρηνῶς ὀξύν, καὶ νήξασθαι ἡδύν, καὶ θέρους ὥρᾳ ψυχρόν, ὥστε καὶ ὅτι προεδήλῳ τῇ νόσῳ, ᾗ ἐνόσησεν ἀπ' αὐτοῦ, δοκεῖ μοι οὐκ ἂν τοῦ λουτροῦ ἀπασχέσθαι. οἶκον δέ τις ἰδὼν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον, καὶ φωτὶ φαιδρότατον, καὶ χρυσῷ στιλπνότατον, καὶ γραφαῖς ἀνθηρότατον, οὐκ ἂν ὑπεθυμήσαι λόγοις ἐν αὐτῷ ἀφεθέντα, εἰ τύχοι περὶ τούτους ἀσχολούμενος, καὶ ἐνδοξάζεσθαι, καὶ ἐλλαμπρύνεσθαι, καὶ βοῆς ἐμπλῆσαι, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα καὶ αὐτὸς μέρος τῆς κάλλους αὐτοῦ γένεσθαι, ἀλλὰ περιεσκεμμένως ἀκριβῶς, καὶ θαυμάσας μόνον, ἄπεισι, κωφὸν αὐτὸν, καὶ ἄλογον

καὶ ἄλογον καταλιπών, μήτε προσειπών, μήτε προσομιλήσας, ὥσπερ τις αὐλωδὸς, ἢ φθόνῳ σιωπᾶν ἐγνωκώς; Ἡράκλες, οὐ φιλοκάλου τινὸς, οὐδὲ περὶ τὰ δύμορφότατα ἐρωτικοῦ ὃ ἔργον, ἀγροικία δὲ πολλὴ, καὶ ἀπειροκαλία, καὶ πρόσεστι γε ἀμουσία, τῶν ἡδίστων αὐτὸν ἀπαξιοῦν, καὶ τῶν καλλίστων ἀποξενοῦν, καὶ μὴ σεμνίαν ὡς οὐχ ὁ αὐτὸς περὶ τὰ θεάματα νόμος ἰδιώταις τε καὶ πεπαιδευμένοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπόχρη τὸ κοινὸν τοῦτο ἰδεῖν μόνον, καὶ περιβλέψαι, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ περιενεγκεῖν, καὶ πρὸς τὸ ὀροφῶν αἴρειν, καὶ τὸ χεῖρα ὑπεισιέναι, καὶ κοσμίαν ἡσυχίαν ἡσθῆναι, δεῖ τοῦ μὴ αὐ δυνηθῶσιν ἄξιόν τι τῶν βλεπομένων εἰπεῖν. ὅστις δὲ μὴ παιδείας ὀρᾷ τὰ καλὰ, οὐκ αὖ, οἶμαι, ἀγαπήσει, ὄψει μόνῃ καρπωσάμενος ὃ τέρπον, ἡσθῆναι δὲ ὡς οἷόν τε, καὶ ἐνθουσιᾶσαι, καὶ λόγῳ ἀμείψασθαι τὸ θέαμα. ἡ δὲ ἀμοιβὴ, οὐκ ἔπαινος τοῦ οἴκου μόνον (τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως ἐκείνῳ τῷ νησιώτῃ μειρακίῳ ἔπρεπε, τὸ Μενέλεω οἰκίδιον ἐκφερεκπεπλῆχθαι, καὶ πρὸς τὸ ἐν οὐρανῷ καλὸ, τὸν ἐλέφαντα καὶ τὸν χρυσὸν αὐτῆς ἀπεικάζειν, ἅτε μηδὲν ἐν γῇ καλὸν τι ἄλλο ἑωρακότι) ἀλλὰ καὶ τὸ εἰπεῖν ἐν αὐτῷ, καὶ τοὺς βελτίστους συγκαλέσασθαι λόγων ἐπίδειξιν ποιήσασθαι, μέρος τοῦ ἐπαίνου καὶ τοῦτο γένοιτο ἄν. καὶ τὸ προσῳμα ἐκφιλέστερον, οἶμαι, οἴκων ὁ κάλλιστος ἐς ὑποδοχὴν λόγων ἀναπεπταμένος, καὶ ἐπαίνου καὶ εὐφημίας μεστὸς ὤν, ἠρέμα κἀν αὐτὸς ὥσπερ τὰ αἴτια συνεπηχῶν, καὶ τοῖς λεγομένοις προσακολουθῶν, καὶ προστείνων τὰ τελευταῖα τῆς φωνῆς, καὶ τοῖς ὑστάτοις τῶν λόγων ἐμβραδύνων. μᾶλλον δὲ ὡς δή τις ὑμᾶς ἀκροατὴς ἀφομνημονεύων τὰ εἰρημένα, καὶ τὸν λέγοντα ἐπαινῶν, καὶ αὐτὸ δοὺς οὐκ ἄμουσον ποιούμενος πρὸς αὐτά· οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τὰ αὐλήματα τῶν ποιμένων αἱ σκηπταὶ ἐπαυλοῦσαι, τῆς φωνῆς ἐπομιούσης κἀκ ὃ αὐτίτυπον, κἀπὶ πρὸς αὐτὸ ἀναστρεφούσης· οἱ δὲ ἰδιῶται νομίζουσι παρθένον τινὰ εἶναι τὸ ἀμειβόμενον τοῖς ᾄδουσι,

& orationis expertem illam relinquens, neque alloquendo quioquam videlicet, neque ſermonem conferendo, perinde atque elinguis aliquis, aut qui inuidia quadam tacere decreuiſſet? At Hercle neque honeſti aut ſtudioſi vllius officium hoc, neque eius qui pulcherrimarum rerum amore teneatur, ſed ruſticitas multa atque inſcitia eſt, & præterea amuſum certè & barbarum quiddam, ſuauiſſimis rebus ſe ipſum velut indignum abſtinere, & à pulcherrimis velut exulem relegare, neque intelligere quòd non eadem circa ſpectacula lex poſita ſit idiotis ſiue indoctis, & eruditis viris: ſed illis quidem ſufficit commune hoc, videre ſolum, & circumſpicere, atque oculos circumferre, ac ſurſum verſus tectum ſpectare, manúmque attollere, & cum ſilentio voluptatem capere, præ metu ne quid nõ ſatis dignum iis quæ ſpectantur, dicendo proferat. At qui cum eruditione ſiue iudicio aliquo ſpectat ea quæ pulchra ſunt, ille haudquaquam, puto, contentus erit viſu tantùm, id quod delectabile eſt, decerpere, aut mutus ſpectator pulchritudinis eſſe: ſed enitetur, quoad fieri poteſt, & immorari in eo, & oratione compenſare viſum. Cæterùm compenſatio ea, non laus modò domus (nam hoc quidem fortaſſis adoleſcentem illum inſularem decebat, Menelai videlicet domum cum admiratione quadam ſpectare, & cum iis quæ in cœlo pulchra ſunt, ebur & aurum ipſius comparare, vt qui in terris pulchrum aliud nihil vidiſſet) ſed & dicere in ea, & optimis quibuſque conuocatis, orationis ſpecimen exhibere, pars quædam laudis hoc quoque fuerit. Atque adeò rem ſuauiſſimam arbitror eſſe, domum pulcherrimam ad ſuſcipiendas orationes adapertam, laudiſque & comprecationis plenam, paulatim ipſam quoque, perinde vt antra, voces referentem, & iis quæ dicuntur, reſpondentem, & protendentem poſtrema ſermonis, & vltimis verborum immorãtem, imò verò, quemadmodum docilis aliquis auditor ſolet, ea quæ dicta ſunt, memoria repetentem, & eum qui dicit, laudãtem, ac permutationem haudquaquam à Muſis alienam cum ipſis facientem: quale quiddam accidit & ſpeculis paſtorum, tibiis & cantu reſonantibus, voce in contrarium repercuſſa, atque in ſeipſam reuertente. Idiotę autem & indocti putant virginem quandam eſſe, quæ canentibus

vel clamantibus hoc modo reſpõdeat, in mediis alicubi præcipitiis habitantem, ac loquentem intus de rupibus. Mihi itaque videtur vnà cum magnificentia domus ac ſumptu, etiam dicentis animus attollere ſeſe, & ad peroranduꝫ excitari, vtpote cui ipſe quoque viſus ſubminiſtrat ac ſubijcit nonnihil. Fermè enim intrò per oculos permanat ac deſcendit ad animum vſque pulchrũ aliquid, ad quod deinde ille exornatam & compoſitam orationem foras emittit. An verò Achilli credimus, viſum armorum intendiſſe illum contra Troianos impetum, & poſtquam idem illa experiendi tantùm gratia induiſſet, elatum fuiſſe, & veluti ſublimem ad belli deſiderium abreptum: orationis autem atque dicendi ſtudium non eodem modo pulchritudine locorum accendi? Atqui Socrati quidem ſatis fuit platanus illa ingenioſa, & herba vireſcens, & fons perſpicuus non longè ab Iliſſo: atque ibi reſidens, cùm Phædrum illum Myrrhinuſium verbis eludebat, ac Lyſiæ Cephali illius filij orationẽ redargùebat, tum Muſas quoque accerſebat, credebátq; venturas eas eſſe in ſolitudinem, & coadiuturas ſe ad illã tum de amore inſtitutam orationem. Neque verebatur homo ſenex aduocare virgines ad amores maſculos intelligendos. Nos autem in locum adeò pulchrum nõ putemus eas vel inuocatas venturas eſſe? At ſanè non in vmbra ſolùm aut ſub Platani pulchritudine receptaculum hoc erit, neque etiam illa ad Iliſſum amœnitate relicta, Regis domum auream cum hac contuleris. Nam illius quidem admiratio omnis in magnificentia ac ſumtu conſiſtebat, ars autem, vel pulchritudo, vel delectatio, vel concinnitas partium, vel iuſta etiam proportio, nulla reſpondebat: neque etiam auro ſparſim ac modeſtè ornata erat, ſed erat ſpectaculum planè barbarum opulentia mera, & inuidia aſpicientium, & felicitatis iactantia iis qui eam poſſidebant: quod autem verè laudares, nihil illi aderat. Neque enim ratio vlla erat Arſacidis pulchri, neque oſtentationes ſuas ad voluptatem comparabant, neque etiam curabant, laudaturíne eam eſſent ſpectatores, an non, ſed hoc ſolum, vt cum ſtupore quodam intuerentur. Non enim honeſti amantes, ſed diuitiarũ ſtudioſi barbari sũt.

ἢ βοᾶν ἔχῃς, ἐν μέσοις που τοῖς κρημνοῖς κατοικοῦσαν, καὶ λαλοῦσαν ἐκ τῶν πετρῶν ἔνδοθεν. ὅ μοι γοῦν δοκεῖ καὶ συνεξαίρεσθαι οἴκου πολυτελείᾳ ἡ τοῦ λέγοντος γνώμη, καὶ πρὸς τοὺς λόγους ἐπεγείρεσθαι, καθάπερ τι καὶ ὑποβαλλούσης τῆς θέας. ἀεδὼν γὰρ εἰσῄσι τι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ὅτι τοῦ ψυχοῦ καλόν. εἶτα πρὸς αὐτὸ κοσμῆσαν ἐκπέμπει τοὺς λόγους. ἢ τῷ μὲν Ἀχιλλεῖ πιστεύομεν, τὸ ὄμμα τῶν ὅπλων ὑπιτεῖναι καὶ τῶν Φρυγῶν τοῦ ὁρμοῦ, καὶ ὅπως ἐπέδυ αὐτὰ πειρώμενος, ἐπιδιώξαι καὶ παρωθῆσαι πρὸς τοῦ τὸ πολέμου ὑπεθυμίαν· λόγου δὲ σοφιστοῦ μὴ ὑπιτείνεσθαι πρὸς καλλιγραφίαν; καίτοι Σωκράτει μὲν ἀπέρρησε πλάτανος εὐφυὴς, καὶ πόα εὐθαλὴς, καὶ πηγὴ ἀφυγὴς, μικρὸν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ· κἀνταῦθα καθεζόμενος, Φαίδρου τε τοῦ Μυῤῥινουσίου κατειρωνεύετο, καὶ τὸν Λυσίου τοῦ Κεφάλου λόγον διήλεγχε, καὶ τὰς Μούσας ἐκάλει, καὶ ὑπέφαινεν ἥξειν αὐτὰς ὅτι τοῦ ἐρημίαν, συμπαιδιλλομένας τῷ περὶ τοῦ ἔρωτος λόγῳ. καὶ οὐκ ἠχθέσθη γέρων ἀνὴρ θέρμος, τοσοῦτον καλῶν πρὸς ἥβην, συνεσομένας παιδερασταῖς. ἐς δὲ οὕτω καλὸν χωρίον, οὐκ ἂν οἰώμεθα καὶ ἀκλήτους αὐτὰς ἐλθεῖν; καὶ μὴν ἔγωγε κατὰ σκιὰν μόνον, οὐδὲ τοῦ πλατάνου κάλλος ἡ ὑποδοχὴ, ἔσται τοῦτο τῷ Ἰλισσῷ καταλιπὼν, τοῦ βασιλέως λέγης τοῦ χρυσοῦν. ἐκείνης μὲν γὰρ, ἐς τὴν πολυτελείαν μόνην ὁ θαῦμα· τέχνη δὲ, ἢ κάλλος, ἢ τέρψις, ἢ ὁ σύμμετρον, ἢ ὁ εὔρυθμον, ἢ συνείργασο, οὐδὲ κατεμέμικτο τῷ χρυσῷ, ἀλλ' ἦν βαρβαρικὸν ὁ θέαμα, πλούτου μόνον, καὶ φθόνου τῶν ἰδόντων, καὶ εὐδαιμονισμοῦ τῶν ἐχόντων. ἔπαινος δὲ, οὐδαμοῦ πρὸς ἦν· οὐδὲ γὰρ ἔμελε τοῖς Ἀρσακίδαις τῶν καλῶν, οὐδὲ πρὸς ὃ τερπνὸν ἐποιοῦντο τὰς ὑπιδείξεις, οὐδὲ ἐφρόντιζον, εἰ ἐπαινέσονται οἱ θεαταὶ, ἀλλ' ὅπως ἐκπλαγήσονται· ἦ φιλόκαλοι γὰρ, ἀλλὰ φιλόπλουτοί εἰσιν οἱ βάρβαροι. τούτου δὲ τοῦ οἴκου ὁ κάλλος, οὐ κατὰ βαρβαρικούς τινας ὀφθαλμούς, οὐδὲ κατὰ Περσικὴν ἀλαζονίαν, ἢ βασιλικὴν μεγαλαυχίαν, οὐδὲ πένητος μόνον,

At huius domus pulchritudo, non ad barbaricos aliquos oculos, neque ad Perſicã arrogantiam, aut regiam iactantiam comparata eſt: neque pauperẽ modò ſpectatorem,

ἀλλὰ δύφυοῦς ἄνευ τῆς δεόμενον, καὶ ὅτῳ μὴ ὁ τῇ ἰδέᾳ ἡ χάρις, ἀλλά τις ἐ λογισμὸς ἑπακολουθεῖ τοῖς λεγομένοις. ὃ γὰρ τῆς τε ἡμέρας μέρος ὃ κάλλιστον ἀποβλέπειν (κάλλιστον δὲ αὐτῆς καὶ ποθεινότατον, ἡ ἀρχή) καὶ τὸν ἥλιον ὑποδεχόμενα θύρας ὑποδέχεσθαι, καὶ τῷ φωτὸς ἐμπίπλασθαι ἐς κόρον, αἰεπεσταλμένων τῶν ζυρῶν, καθ' ὃ καὶ τὰ ἱερὰ βλέποντα ἐποίουν οἱ παλαιοὶ, καὶ ὃ τῷ μήκους μέρος ὃ πλάτος, καὶ ἀμφοῖν μέρος ὃ ὕψος ἀριθμὸν, καὶ τῶν φωταγωγῶν ὃ ἐλεύθερον, καὶ μέρος ὥρᾳν ἑκάστην ἀν ἔχον, πῶς οὐχ ἡδέα ταῦτα πάντα, καὶ ἐπαίνων ἄξια; ἔτι δὲ θαυμάσειεν ἄν τις καὶ τῆς ὀροφῆς ὡς τῷ διμόρφῳ ὃ ἀπέρατον, καὶ τῷ διακόσμῳ ὃ ἀνεπίληπτον, καὶ ὃ τῷ χρυσοῦ ἐς ὃ διαρκὲς συμμέξαι, ἀλλὰ μὴ μέχρι τοῦ χρείας ὑπέρθορον, ἀλλ' ὁπόσον ἂν καὶ γυναικὶ σώφρονι, καὶ καλῇ, ἀρκέσον ὑπισημότερον ἐργάσασθαι ἂν κάλλος, ἢ μέχρι τῆ δειρῆ λεπτός τις ὅρμος, ἢ μέχρι τοῦ δακτύλου σφενδόνη δύφορος, ἢ ὡς τοῖν ὠτοῖν ἑλλόβια, ἢ πόρπη τις, ἢ ταινία ὃ ἄφετον τῆς κόμης στεφανοῦσα, τοσοῦτον τῇ διμορφίᾳ προσπιθεῖσα, ὅσον τῇ ἑαθῆτι ἡ πορφύρα· αἱ δέ γε ἑταῖραι, καὶ μᾶλλον αἱ ἀμορφότεραι αὐτῶν, ὡς τὴν ἑαθῆτα ὅλην πορφυρᾶν, καὶ τὸν δρόμον χρυσῆν πεποίωνται, τοῦ πολυτελοῦς θηρώμεναι ὃ ἐπαγωγὸν, καὶ ὃ σύνδεον τοῦ καλοῦ, προσαθέσει τοῦ ἔξωθεν τερπνοῦ προαμυνόμεναι. ἡγοῦνται γὰρ καὶ τὸν ὠλέγιον αὐτῶν σιλπνοτέραν φαίνεσθαι, στιλπολάμπουσάν τοῦ χρυσοῦ, καὶ τὸ ποδὸς ὃ μὴ διαφανὲς χάλκωμα, λήσειν ὑπὸ χρυσῷ σανδάλῳ, ὃ ὃ προσωπον, αὐτὸ ἐρασμιώτερον ἡδύνασθαι, τοῦ φαιδροτάτου στιλβούμενον. ἀλλ' ἐκείναις μὲν ἄττως, ἡ δέ γε σώφρων γυνὴ, χρυσῷ μὲν τὰ ἀρχέσοντα, καὶ μόνον τὰ ἀναγκαῖα προσχρῆται, ὃ δ' αὐτῆς κάλλος, οὐκ ἂν αἰσχύνοιτο, οἶμαι, καὶ γυμνὸν δείκνυσα· ὃ τοίνυν ἡ τῷδε τοῦ οἴκου ὀροφὴ, μᾶλλον ἢ κεφαλὴ, διαφόρως μὲν καθ' ἑαυτὴν, τοῦ χρυσοῦ ἢ ἐς τοσοῦτον κεκόσμηται, ἐς ὅσον καὶ οὐρανὸς ἂν νυκτὶ ὑπὸ τῶν ἀστέρων, ἐκ διαστήματος ἀπολαμπόμενος, καὶ οὐκ ἀπολείμματος αὐδῶν τοῦ πυκί.

A sed ingenioſum aliquem poſtulat, & cuius non ſolùm in viſu iudicium, ſed & cõſideratio aliqua atque æſtimatio verba ſequantur. Nã quòd & ad pulcherrimam diei partem reſpicit (pulcherrima autem ipſius pars, & amabilis maximè, principium eſt) & ſolẽ proſpicientem ſtatim excipit, & lumine ad ſatietatem vſq; repletur foribus adapertis, pro eo ac veteres quoque tẽpla ſua ſtatui, & ad ſolem aſpicere fecerunt: deinde quòd & longitudo cum latitudine, & rurſum vtraq; hęc cum altitudine iuſta proportione cõſentiunt, & feneſtræ liberæ vndequaque à nulla parte impediuntur, & ad quodlibet B anni tempus bene comparatæ atque appoſitæ ſunt, hæc, inquam, quomodo non ſuauia omnia, & multa laude digna? Prętera autem & tecti miretur quiſpiam illud, quòd in tam pulchro nihil affectatum aut nimium, in tam eleganti nihil quod reprehẽdere meritò poſſis, & quòd aurum quibus additum eſt, decorè atque concinnè reſpondet, neque vbi opus eo eſt, ibi immodicè aut ſuperfluè accumulatum, ſed perinde vt & mulieri modeſtæ ac pulchræ ſatis erit ad formam inſigniorem reddendam, vel circa collum C tenue aliquod monile, vel circa digitum annulus geſtabilis, vel de auribus ſuſpenſæ inaures, aut annulus quiſpiam, vel tænia comam diffluentem colligans, quæ tantum pulchritudini apponit, quantum veſtitui purpura ſolet. At meretrices certò, & maximè deformiores, earum & veſtem purpuream totam, & ceruicem auream facere ſolent, magnificentia videlicet ſumptus iſta venuſtatem atque amabilitatem quandam venantes: & quod pulchritudini deeſt, appoſitione externæ delectabilitatis ceu quodam ſolamine compenſantes. Arbitrantur enim & humeros ſuos nitidiores apparere, reſplendentes vnà cum auro: & pedis craſſitiem & inæqualitatem, ſub aureo ſandalio tectum iri: faciémque etiam ipſam amabiliorem fore ſi vnà cum eo quod ſplendidiſſimum, conſpiciatur. Ac illæ quidem hoc pacto. Modeſta verò mulier, auro quidem pro eo ac ſatis eſt, & ad illa ſolùm quibus opus eſt, vtitur: pulchritudinem verò ſuam haudquaquam verebitur etiam nudam exhibere ſpectandam. Proinde etiam huius domus tectum, imò potiùs caput, formoſum quidem per ſe ipſum quoque eſt, auro autem in tantum exornatum eſt, quantum & cœlum noctu ſtellis certis ſpatiis inter ſe diſtantibus circumcirca ſplendet, certíſque item interuallis igne collucet.

σφενδόνη eſt in Græco, quod palam annuli ſignificat proprie.

Quòd ſi totum foret igneum, haudquaquam certè pulchrum, ſed terribile nobis videretur. Cæterùm & hoc videre licet, aurum hîc haudquaquam otioſum, aut delectandi modò gratia, reliquo ornatui interſperſum eſſe, ſed & fulgorem quendam non iniucundum de ſe præbere, & totam domum rubore ſuo velut inficere. Quando enim lumen diei incidens applicatur & commiſcetur cum auro, commune quiddam reſplendent, & duplicem ruboris claritatem ac rutilantiam exhibent. Proinde ea quidem quæ ad faſtigium & verticem domus pertinent, huiuſmodi ſunt, vt Homero aliquo laudatore opus habeant, qui illam vel celſitectam perinde ac Helenes thalamum, vel ſplendoroſam velut Olympum ipſum appellet. Reliquum autem ornatum, & parietum picturas, & colorum pulchritudinem, & vniuſcuiuſque euidentiam, & diligentiam & veritatem, cum veris aſpectu & prato aliquo florido haud iniquum fuerit comparare: niſi quòd illa quidem defloreſcunt, & emarceſcunt, & immutantur, & abiiciunt pulchritudinem: hoc autem ver perpetuum, & pratum nunquam marceſcens, & flos immortalis, vtpote ſolo riſu apprehendente hæc, & decerpente ſuauitatem eorum quæ carpuntur. Atqui tot ac talibus quis non voluptate afficeretur ſpectandis? aut quis non magnopere expeteret, etiam præterquam poſſet, inter ea orationem habere? cùm ſciat turpiſſimum eſſe ab iis quæ riſu percipiuntur, ſuperari atque à tergo relinqui? Maximam enim alliciendi vim habet aſpectus pulchrorum, non inter homines modò, ſed & equus libentiùs opinor curſurus fuerit per campum decliuem & mollem, placidè recipientem greſſum, & ſenſim cedentem pedi, neque referientem, aut reſiſtentem vngulæ. Toto igitur nunc vtitur curſu, totúmque ſe ipſum tradens celeritati, certat etiam cum campi pulchritudine. Pauo autem incipiente vere ad pratum aliquod accedens, quando & flores prodeũt non amabiliores modò, ſed & (vt ita dixerit quiſpiam) floridiores, & quod ad colores & tinctura attinet, liquidiores: ipſe quoque extentis pennis, iiſque oſtenſis Soli, & ſublata cauda, eámque vndique circa ſe pandens, ſpectandos exhibet & illius flores, & ver illud pennarum,

ὑψόροφον, vt Iliad. 3. αἰγλήεντα.

Εἰ δὲ γε πῦρ ἰὼν ὅ πᾶν, οὐ καλὸς μὲν ἀλλὰ φοβερὸς ἡμῖν ἔδοξεν. ἴσθι δ' αὖ τις οὐδὲ ἀργὸν οἴεσθαι τὸν χρυσὸν, οὐδὲ μόνον τῷ τέρποντος εἵνεκα τῷ λοιπῷ κόσμῳ συνεπαρμόττον, ἀλλὰ καὶ αὐγήν τινα ἡδεῖαν ἀπολάμπει, καὶ τὸν οἶκον ὅλον ὑπερχρώννυσι τῷ ἐρυθήματι. ὁπότε γὰρ ὁ φῶς τοῦ ἡμέρου ἐμπέσῃ ἐφάψηται, καὶ μιγῇ τῷ χρυσῷ, κοινόν τι ἀπαστράπτουσι, καὶ διπλασίαν τὴν ἐρυθήματος ἐκφαίνουσι τιμὴν αἰθρίαν. τὰ μὲν δὴ ὑψηλὰ καὶ κορυφαῖα τοῦ οἴκου, τοιάδε, Ὁμήρου τινὸς δεόμενα ἐπαινέτου, ἵνα αὐτὸν ἢ ὑψόροφον ὡς τὸν Ἑλένης θάλαμον, ἢ αἰγλήεντα, ὡς τὸν Ὄλυμπον, εἴποι. τὸν δὲ ἄλλον κόσμον, καὶ τὰ τῶν τοίχων γράμματα, καὶ τῶν χρωμάτων τὰ κάλλη, καὶ ὁ ἀκριβὴς ἑκάστου, καὶ ὁ ἀκριβὴς, καὶ ὁ ἀληθὴς, ἔαρος ὄψει καὶ λειμῶνι δὲ ἀνθεῖ, καλῶς ἂν ἔχοι παραβαλεῖν· πλὴν πρὸς ὅσον σκιὰ μὲν ἀπολεῖται, καὶ μαραίνεται, καὶ ἀλλάττεται, καὶ ἀποβάλλει ὁ κάλλος, τουτὶ δὲ ὁ ἔαρ ἀίδιον, καὶ ὁ λειμὼν ἀμάραντος, καὶ ὁ ἄνθος ἀθάνατον, ἅτε μόνης τῆς ὄψεως ἐφαπτομένης, καὶ δρεπομένης ὁ ἡδὺ τῶν δρεπομένων. τὰ δὴ τοσαῦτα, καὶ τοιαῦτα, τίς οὐκ ἂν ἡδεῖν βλέπων, ἢ τίς οὐκ ἂν προθυμηθείη καὶ παρὰ τιμὴν διώκειν ἐν αὐτοῖς λέγειν, εἰδὼς αἴσχιστον ὂν ἀπολειφθῆναι τῶν ὡρωμένων; ἐπαγωγότατον γάρ τι ἡ ὄψις τῶν καλῶν, οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵππος ἴδοιτ' ἂν, οἶμαι, δρόμοι καλὸ προσιοῦς πεδίου, καὶ μαλακοῦ, προσηνῶς δεχομένου τὴν βάσιν, καὶ ἡρέμα ὑποείκοντος τῷ ποδὶ, καὶ μὴ ἀντιτυποῦντος τῇ ὁπλῇ. ἀπονητὶ γοῦν τότε χρῆται τῷ δρόμῳ καὶ ὅλον ἐπιδιδοὺς ἑαυτὸν τῷ πάχει, ἀμιλλᾶται καὶ πρὸς τὸ πεδίου τὸ κάλλος. ὁ δὲ ταὼς, ἦρος ἀρχομένου, πρὸς λειμῶνά τινα ἐλθὼν, ὁπότε καὶ τὰ ἄνθη προΐεισιν, οὐ ποδεινότερα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, ἀνθηρότερα, καὶ τὰς βαφὰς καθαρώτερα, τότε δὴ σκεπάσας τὰ πτερὰ, καὶ ἀναδείξας τῷ ἡλίῳ, καὶ τὴν οὐρὰν ἐπάρας, καὶ πρώτην αὐτῷ προσήνας, ὑποδείκνυται τὰ ἄνθη τὰ αὑτοῦ, καὶ τὸ ἔαρ τῶν πτερῶν,

ὥσπερ αὐτὸν προκαλουμένου τῷ λόγῳ ἐς τὴν ἅμιλλαν. ὑπιστρέφει γοῦν ἑαυτὸν, καὶ περιάγει, καὶ ἐπιπομπεύει τὴν κάλλει. ὅτε δὴ καὶ θαυμασιώτερος φαίνεται τοῖς τὸν αὐγὴν, ἀλλαττομένων αὐτῷ τὴν χρωμάτων, καὶ μεταβαινόντων ἠρέμα, καὶ τοῖς ἑτέραν διαμορφίας εἶδος περιπομπεύουσιν. παχὺ γὰρ αὐτὸ μάλιστα ὑπὸ τῶν κύκλων, οὓς ἐπ' ἄκροις ἔχει τοῖς πτεροῖς, ἴριδός τινος ἕκαστον περιθεούσης. ὁ γὰρ πρὶν χαλκοῦς ὢν, τοῦτο ἐγκλίναντος ὀλίγον, χρυσοῦς ὤφθη, καὶ ὃ ὑπὸ τῆς ἡλίου κυαναυγὴς, εἰ σκιαθείη, χλοαυγὴς ὅστιν, ὅταν μεταφωτισθῇ πρὸς ὃ φῶς ἡ πέρωσις. ὅτι μὴν γὲ καὶ ἡ θάλαττα ἱκανὴ προκαλέσασθαι, καὶ εἰς ὑπόθυμίαν ὑπιππάσασθαι σὺν γαλήνῃ φανῆσαι, ἴστε, καὶν μὴ εἴπω· ὅτε, εἰ καὶ πρωτόπλουν ἁπάντων ἐρωτῶντες ἀπειρόπλους τις εἴη, πρώτως ἂν ἐθελήσαιτε αὐτὸς ἐμβῆναι, καὶ πρόπλεύσαι, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποπάσαι, καὶ μάλιστα εἰ βλέποι τὴν μὴν αὔραν, καὶ φῶς ἐπουρίζουσαν τὴν ὁδόνην, τὴν ναῦν, προσιόντα τε καὶ λείως ἐπ' ἄκρων ἠρέμα διαλιθαίνουσαν τῷ κυμάτῳ. καὶ τοίνυν καὶ τῇ δὲ τῇ οἴκου ὁ κάλλος ἱκανὸν καὶ παρορμῆσαι ἐς λόγους, καὶ λέγοντα ἐπεγεῖραι, καὶ πρώτως ἐγκριθῆναι δοκιμήσαι προθυμούμενον. ἐγὼ μὴν δὴ τούτοις πείθομαι, καὶ ἤδη πέπεισμαι, καὶ ἐς τὸν οἶκον ὑπὸ λόγοις προελήλυθα, ὥσπερ ἀπὸ ἴυγγος ὁ Σφριὸς τῇ κάλλει ἑλκόμενος, ἐλπίδα οὐ μικρὰν ἔχων, εἰ καὶ τέως ἡμῖν ἄμορφοι ἦσαν οἱ λόγοι, καλοῖς αὖθις φανῆναι, καθάπερ ἐσθῆτι καλῇ κεκοσμημένους. ἕτερος δέ τις οὐκ ἀγλωνὴς λόγος, ἀλλὰ καὶ πρὸ γλυκαίος, ὡς φησι, καὶ μεταξὺ μου λέγοντος ὑπερέκρουε, καὶ διεκόπτειν ἐπειρᾶτο τῷ ῥήσιν. καὶ ὅπως πέπαυμαι, οὐκ ἀληθῆ ταῦτα λέγειν φησί με, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ φάσκοιμι ὑπιτηδότερον εἶναι πρὸς λόγων ὑπόδειξιν οἴκου κάλλος, γραφῇ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένου. αὐτὸ γὰρ που τοὐναντίον ἀποβαίνειν. μᾶλλον δὲ εἰ δοκεῖ, αὐτὸς προελθὼν ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καθάπερ ὑμῖν δικαστὰς, εἰπάτω ὅπῃ λειτελέστερον ἡγεῖται πρὸς λέγοντι θυτέλεσμα οἴκου, καὶ ἀμορφίαν.

A perinde vt prato ad huiusmodi contentionem & certamen ipsum prouocante: conuertit quippe seipsum & circumagit, & quasi quandam pompam agit pulchritudinis suæ, quando videlicet etiam admirabilior apparet ad splendorem solis, variantibus se coloribus, & paulatim in alios atque alios transeuntibus, aliámque ac nouam formositatis speciem subinde recipientibus. Accidit autem hoc potissimùm in circulis quos in summis pennis habet, quorum quemlibet quasi quędam irides circundant. Nam qui antè æreus visus fuit, mox inclinante se paululum illo, aureus conspicitur: & rursum quod ad

B solem, cæruleum apparuit, si sub vmbram transferatur, viride videtur: adeò ad luminis vicissitudinem, pēnarum ille ornatus variatur. Nam quòd & mare idoneum est ad prouocandum, & ad cupiditatem concitandam, quando tranquillum videlicet est, ipsi scitis, tametsi ego nō dicam, quandoquidem etiamsi quispiam longissimè à mari continētem incolat, & omnino nauigationis inexpertus sit. nihilominus tamen & ipse cupit ingredi illud, & circumnauigare, & quàm procul à terra in altum deduci, ac maximè si videat auram quidem leniter à tergo prosequentem velum, nauem autem placidè ac leuiter per summos paulatim fluctus labentem. Atque ob eam quidem rem etiã huius domus pulchritudo idonea satis atque

C efficax est ad prouocandas orationes, & ad excitandos dicentes, omnibúsque adeò modis celebrem aliquem reddendum. Proinde ego quidem hisce credo, & iamdudum persuasus sum, & in domum dicendi gratia ingressus sum, pulchritudine illius velvti rhombo aut Sirene aliqua tractus, spem haud exiguam habens, etiamsi antehac orationes meæ deformes atque inelegantes fuerint, exinde pulchras atque elegantes eas visum

D iri, perinde ac veste aliqua pulchriore exornatas. Cæterùm altera quædam Oratio haudquaquam ignaua, sed valde generosa quoque, vt ait, & inter loquendum refellebat me, & interrumpere sermonem conabatur, & postquam dicendi finem feci, haudquaquam verá hæc dicere me ait: sed mirari se, si dicam aptiorem esse ad orationes recitandas ac peragendas, domus pulchritudinem picturis atque auro exornatam. Nam ipsum contrarium planè euenire. Imò verò, si videtur vobis, ipsa huc accedens Oratio, pro se tanquam apud iudices vos dicat, quatenus conducibiliorem putet esse dicenti domum simplicem atque deformem.

Ac me quidem iam audistis, atque orationem meam: proinde opus non habeo de eadem re bis dicere. Ista autem accedens iam dicat, & ego tacebo, atque aliquantisper locum ipsi dabo. Proinde, viri Iudices, inquit oratio, ille quidem orator qui antea verba fecit, multis ac magnis modis domum hanc prædicauit, & oratione sua ornauit. Ego verò tantum abest vt illam reprehendere aut vituperare velim, vt etiam ea quæ ab illo prætermissa sunt, addenda ampliùs mihi putem. Nam quo pulchrior illa vobis apparuerit esse, eo magis contraria esse dicentis commoditati atque vsui ostendetur. Ac primùm quidem, posteaquam mulierum & ornatus & auri mentionem ille fecit, mihi quoque permittatis quæso eodem exemplo vti. Nam aio equidem, mulieribus formosis non modò nihil conferre ad pulchritudinem ampliorem reddendam, ornatum illum multum, sed contrà aduersari potiùs, quando videlicet eorum qui fortè aspiciunt illas, vnusquisque auro & lapillis istis pretiosis obstupefactus, pro eo quòd laudare vel colorem, vel vultum, vel ceruicem, vel cubitum vel digitum debebat, relictis his, ad Sardium vel Smaragdum vel monile vel armillas respicit, vt ob id meritò illa ita neglecta, dolore affici possit, propter ornatum seu mundum spectatoribus non habentibus otium ac spatium laudandæ illius, sed obiter duntaxat ipsam intuentibus. Quod idem opinor necesse est etiam illi accidere, qui inter tam pulchra opera orationem recitare volet. Latet enim inter magnitudinem pulcharũ rerum, quod dictum est, obscuratúrque, & vnà abripitur, perinde ac si quis lucernam allatã in rogum aliquem magnum iniiciat, aut formicam in elephante seu camelo spectandam exhibeat. Proinde hoc euitandum dicenti est. Præterea autem & vocem ipsam confundit, qui in vocali adeò & sonorosa domo dicit. Nam illa respondet, & ex aduerso resonat, & contradicit, imò etiam obruit atque abscondit vocem dicentis, quale quiddam & tuba facit tibiæ, si pariter inflentur, aut hortatoribus mare, quoties illi ad strepitum maris, remigationi accinere volunt. Vincit enim magnitudo vocis, & supprimit id quod minus est. Iã verò etiam illud quod dixit aduersarius, quòd videlicet excitet pulchra domus dicentem,

ἐμοῦ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐδὲν δέομαι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν. ὁ δὲ, προελθὼν ἤδη λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι, καὶ τοῖς ὀλίγον αὐτῷ μεταδήσομαι. Ἀνδρες τοίνυν δικασταί, φησὶν ὁ λόγος, ὁ μὲν τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ῥήτωρ, πολλὰ καὶ μεγάλα τὸν δὲ τὸν οἶκον ἐπῄνεσε, καὶ τῷ ἑαυτῆς λόγῳ ἐκόσμησεν. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω φόβον αὐτῷ διεξελθεῖν, ὥστε καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου παραλελειμμένα προσθῆναί μοι δοκῶ. ὅσῳ γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷδε ἐναντίως τῇ τοῦ λέγοντος χρείᾳ διατεθήσεται. καὶ τοῦτον γε τὸν τρόπον γυναικῶν, καὶ κόσμου, καὶ χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, κἀμοὶ δοκεῖτε χρήσασθαι τῷ παραδείγματι. φημὶ γὰρ οἶμαι καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐκ ὄπως συλλαμβάνειν τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολύν, ὁπόταν τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστος ἐκεῖνο τοῦ χρυσοῦ, καὶ τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπλαγείς, αὐτὴ τοῦ ἐπαίνου ἢ χροᾶς, ἢ βλέμματος, ἢ δειρῆς, ἢ πῆχυος, ἢ δακτύλου. ὁ δὲ, ταῦτ' ἀφεὶς, ἐς τὸν Σαρδόνυχα, ἢ τὸν Σμάραγδον, ἢ τὸν ὅρμον, ἢ τὸ ψέλλιον ἀποβλέπει, ὥστε ἀξίως μὲν εἰκότως παροφθῆναι, ἀφ' τὸν κόσμον, οὐκ ἀργόντων σχολὴν ἐπαινεῖν αὐτοῦ τῶν θεατῶν, ἀλλὰ παρέργως αὐτῆς ποιουμένων τὴν θέαν. ὥσπερ ἀνάγκη, οἶμαι, παθεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους δεικνύοντα. λανθάνει γὰρ ἐν τῷ μεγέθει τῶν καλῶν τὸ λεχθὲν, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ συναρπάζεται· καθάπερ εἴ λύχνον τις εἰς πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλοι, ἢ μύρμηκα ἐν ἐλέφαντος ἢ καμήλου δείκνυοι. τοῦτο χρὴ φυλακτέον τῷ λέγοντι. καὶ προσέτι γε μὴν καὶ τὴν φωνὴν αὐτὴν ὑπεραφίεται, ἐν οὕτως ὑφῶν ἐν ᾠκημένῃ οἴκῳ λέγων. ἀντιφθέγγεται γὰρ, καὶ ἀντιφωνεῖ, καὶ ἀντηλεγεῖ. μᾶλλον δὲ ὑποκαλύπτει τὴν βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ θρᾷ τὸν αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ ταῖς κελεύσαις ἡ θάλαττα, ὁπόταν πρὸς κύματος ἦχον ἐπάδῃ τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν. ὑπερβάλλει γὰρ ἡ μεγαλοφωνία, καὶ καταπνίγει τὸ ἧττον. καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς ἄρα ἐπεγείρῃ ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα,

& προθυμότερον παρασκευάζῃ, ἐμοὶ δοκεῖν, ὃ σκαιτίον ποιῇ. σκληπτῇ γὰρ, καὶ φοβῇ, καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττῃ, καὶ δηλότερον ἐργάζεται σὺν μύθου μόνον ὡς ἀπρεπῶν ὄντων αἰσχίονα σὺν δυσμόρφῳ χωρίῳ μὴ ὁμοίους φαίνεσθαι τοὺς λόγους. ἐλέγχων γὰρ οὗτος γε ὁ φανερώτατος ὡσπερ αὖ εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδυς, ἔπειτα φεύγοι τοὺς ἄλλους, ὅπως σημότερος ὢν δηλὸς ἀπὸ τῶν ὅπλων. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμενος καὶ ὁ τοῦ Ομήρου ῥήτωρ σκῆνος, δυσμορφίας ἐλάχιστον φροντίσας, μᾶλλον δὲ καὶ πανταπασιν αἰσθόμενος ἑαυτὸν ἀπεικάσας, ἵνα αὐτῷ προσδοξότερον φαίνηται τῶν λόγων τὸ κάλλος, σὺν τῆς προσῳδοῦ ἀμορφοτέρου ἐξετάσεως. ἄλλως τε, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν τοῦ λέγοντος αὐτοῦ διάνοιαν ἀφωλῶσθαι περὶ τὴν θέαν, ὑπὸ τῆς φροντίδος ὁ ἀκριβὴς σκλύῃ, τῆς ὄψεως ὑπερκρατούσης, καὶ πρὸς αὐτὴν καλούσης, καὶ τῷ λόγῳ προσέχειν σὐκ ἐώσης. ὥστε τὶς μηχανὴ μὴ ὑχὶ πάντως ἔλαττον ἔρρειν αὐτὸν τῆς ψυχῆς διατεινούσης περὶ τὸν τῶν ὁρωμένων ἔπαινον; ἐγὼ γὰρ λέγω ὅτι καὶ οἱ παρόντες αὐτοὶ, καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν προσηλωμένοι, ἐπειδὴν εἰς τὸν θόλον οἶκον προέλθωσιν, αὐτὶ ἀκροατῶν θεαταὶ καθίσαντες. καὶ ὑχ οὕτω Δημόδοκος, ἢ Φήμιος, ἢ Θάμυρις, ἢ Αμφίων, ἢ Ορφεύς τις λέγων ὑγίν, ὥστε ἀποσπάσαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς θέας. ἀλλ' οὖν ἕκαστος ἐπειδὴν μόνον ὑπερβῇ τὸν ὐδὸν, ἀληθείᾳ τῷ κάλλει περιχυθεὶς, λόγων μὴν σκείνων, ἢ ἀκροάσεως, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αἴσθησιν ἔσχεν· ὅλος δὲ πρὸς τοῖς ὁρωμένοις ὑγίν, εἰ μὴ τύχοι τὶς πανταπασιν τυφλὸς ὤν, ἢ σὺν νυκτὶ ὥσπερ ἡ ὀξ Αρείου πάγου βουλὴ, ποιοῦσι τὴν ἀκρόασιν. ὅτι γὰρ οὐκ ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀνταγωνίσασθαι, καὶ ὁ Σειρήνων μῦθος παρατεθεὶς, τῇ περὶ τὴν Γοργόνων διδάξει αὖ· σκῆναι μὲν γὰρ σκήλουν τοὺς παραπλέοντας, μελῳδοῦσαι, καὶ κηλακεύουσαι τοῖς ἄσμασι, καὶ καταπλήττουσας, ὅτι πολὺ κατεῖχον, καὶ ὅλως, ὃ ἔργον αὐτῶν ἐδεῖτό τινος διατριβῆς· καί που τὶς αὐτὰς καὶ παρέπλευσε, καὶ τοῖς μέλεσι παρήκουσε. ὁ δὲ τῶν Γοργόνων κάλλος, ἅτε βιαιότατόν τε ὄν,

& alacriorem reddat, quantum mihi quidē videtur, diuerso modo se habet. Obstupefacit enim & perterret, & rationem conturbat, timidioremque facit, cogitantem nimirum illud, quòd omniū turpissimum sit, in loco pulchro ac speciosō non pulchram ac speciosam orationem quoq; apparere. Index enim iste profectò omniū manifestissimus est, non aliter ac si quis armaturam pulchram induat, deinde ante cæteros fugiat, notabilior videlicet ex eo, quòd armis insignioribus ornatus. Atque hoc quidem videtur mihi etiam apud Homerum orator ille perpendisse, atque ideo formositatis minimam curam habuisse, quin magis homini prorsus etiā imperito se ipsum assimilasse, quo videlicet maiori admirationi foret verborū & orationis ipsius pulchritudo, ex illa cum deformitate facta collatione, præsertim cùm omnino necesse illud quoque sit, dicentis ipsius mentem circa intuitum detineri, & cogitandi diligētiam ac curam languescere visu superante, & ad sese vocante, neque orationi vacare atque incumbere permittente. Quare quid restat vltrà quominus deteriùs prorsum dicat talis aliquis, animo circa eorum quæ videntur laudes occupato? Omitto enim dicere, quòd & præsētes ipsi, & ad auscultandum intrō assumpti, postquam ad talem domum accesserint, ex auditoribus spectatores fiunt: & neque iam Demodocus, aut Phemius, aut Thamyris, aut Amphion, aut Orpheus aliquis, is qui orationem habet, ita est, vt auellere cogitationes illorum à spectando possit: sed vt quisque ipsum modò limen transcenderit, ita frequenti ac multa pulchritudine circumfusus, verborum sanè illorum aut recitationis ne principium quidem exaudire videtur: sed totus in spectando versatur, nisi quis fortè omnino cæcus fuerit, aut noctu, velut ille in vico Martio Senatus solet, ad auscultandum venerit. Nam quòd verborum vis longè inferior sit quàm vt cum visu certare queat, etiam Sirenum fabula cum illa de Gorgonibus comparata, facilè docuerit. Illæ enim mulcebant quidem præternauigantes, canendo, atque abblandiendo carminibus, & ad se delatos aliquandiu detinebant: & in summa, res ipsa, mora quadam opus habebat, atque interim eas etiam præteruectus quispiam est. & carmen ipsum obturatis auribus prætermisit: at Gorgonum pulchritudo, vt quæ violentissima esset,

& partibus animæ præcipuè ſauciabilibus obverſaretur, ſtatim attonitos reddebat aſpicientes, ac mutos faciebat, & quemadmodum fabulæ placet, & fertur, in lapides illico præ admiratione conuertebantur. Quamobrem & illa quæ de pauone paulo antè ad vos dixit, pro me ipſa dicta eſſe exiſtimo. Nam & illius in aſpectu non in voce delectatio eſt: ac ſi quis iuxta illum vel philomelam vel cygnum ſtatuat, ac canere iubeat, inter canendum autem pauonem iacētem commonſtret, ſat ſcio quòd ad hunc deflexurus ſit animus, longum valere iuſſis illorum canticis. Adeò inexpugnabile quiddam videtur eſſe ea quæ per viſum voluptàs capitur. Atque equidem, ſi vultis, teſtem vobis adducam virum doctum, qui ſtatim mihi teſtimonium ferat, quòd multo magis ſuperant ea quæ viſu percipiuntur, quàm quæ auditu. Ac iam heus præco accerſe mihi huc ipſum Herodotum, Lyxi filium, Halicarnaſſenſem. Et quia probè fecit, atque obediit, teſtimonium dicat accedens. Vos autem aduertite ipſum Ionica lingua vobis loquentem, perinde vt conſuetum ipſi eſt.

*Lib. 1. Herodoti.* Vera iſta, Oratio vobis hæc, Iudices, narrat, atque ipſi credite quæcunque de his vobis dixerit, viſum auditui præferendo. Aures ſiquidem fide minùs digniores ſunt, quàm oculi. Auditis teſtem, quæ dicit, & vt primas viſui tribuerit? ac meritò. Nam verba quidem alata ſunt, & euaneſcunt, pariter cum eo quando proferuntur, auolantia. At eorum quæ videntur, delectatio, ſemper adeſt, ac præſens manet, & ſpectatorem ad ſe prorſus abducit. Proinde quomodo non difficilis ac grauis dicenti aduerſaria fuerit domus ita pulchra, & ab omni parte conſpicua? Quin quod maximum eſt, nondum etiam dixi. Nam vos ipſi Iudices, & interea dum nos dicimus, ad tectum ſurſum aſpexiſtis, & parietes admirati eſtis: & picturas, ad vnamquamque auerſi, examinaſtis, neque quicquam etiam veriti eſtis. Venia enim dignū eſt ſi quid humanum paſſi eſtis, præſertim erga tam pulchra ac varia obiecta. Nam artis diligentia, & hiſtoriæ cum antiquitate vtilitas, reuera illiciendi vim quandam habent, & ſpectatores eruditos requirunt. Et vt ne per omnia iſthuc oculos auerſos habeatis, nobis relictis, age, quoad fieri poteſt, depingàm illa vobis oratione.

καὶ τοῖς κυριωτάτοις τῆς ψυχῆς ὁμιλοῦν, βυθοὺς ὀξίσῃ τοὺς ἰδόντας, καὶ ἀφώνους ἐποίῃ· ὡς δὲ ὁ μῦθος βούλεται, καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγίγνοντο ἀπὸ τοῦ θαύματος. ὥστε καὶ ὃν ἔμπροσθεν τοῦ παῶ λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ εἰρῆσθαι νομίζω. καὶ γὰρ ἐκείνου ἐστὶ τῇ ὄψει, οὐκ ἐν τῇ φωνῇ τὸ τερπνόν. καὶ εἴ γέ τις παρασκευάσειε τὸν παῶ σιωπῶντα, δῆλον ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχή, μακρὰν χαίρειν φράσασα τοῖς ἐκείνων ἄσμασιν, ὅτῳ ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἡ δι' ὄψεως ἡδονή. καὶ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν παρασκήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσει ὡς πολὺ ὑπερκρατέστερά ἐστι τῶν ἀκουομένων τὰ ὁρώμενα. καὶ μοι σὺ ἤδη ὁ κήρυξ, πρόσκαλει αὐτόν· Ἡρόδοτον τὸν Λύξου Ἁλικαρνασσέα· καὶ πειδὴ καλῶς ποιῶν ὑπήκουσε, μαρτυρείτω παρελθών, καὶ παραδεξάσθω δὲ αὐτὸν, ἰασὶ πρὸς ὑμᾶς λέγοντα, ὥσπερ αὐτῷ ἔθος. Ἀληθῆ τὰ δὲ ὁ λόγος ὑμῖν ἄνδρες δικασταὶ μυθεῖται, καὶ οἱ πείθεσθε ὅσα ἂν λέγῃ τούτων πεῖ, ὄψιν ἀκοῆς προτιμέοντες· ὦτα γὰρ τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. ἀκούετε τοῦ μάρτυρος, ἃ φησιν, ὡς τὰ πρῶτα τῇ ὄψει ἀποδίδωκεν; εἰκότως. παλαιὰ γὰρ ἔπεα, πολυετέα ἐστὶ, καὶ οἴχεται ἅμα τῷ προελθεῖν ἀποπταμένα. ἡ δὲ τῶν ὁρωμένων τέρψις, ἀεὶ παροῦσα, καὶ παραμένουσα, πῶς οὐ χαλεπὸς τῷ λέγοντι ἀνταγωνιστὴς, οἶκος οὕτω καλὸς, καὶ προσβλέπτος ὤν; μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί· ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ, ἐν μεταξὺ λεγόντων ὑμῶν, εἰς τὸν ὄροφον ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε, πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι, καὶ μηδὲν ἀμελῆτε. συγγνώμη γὰρ, εἴ τι καὶ ἀνθρώπινον πεπόνθατε, ἄλλως τε, καὶ πρὸς ὕστω καλὰς καὶ ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. τῆς γὰρ τέχνης τὸ ἀκριβὲς, καὶ τῆς ἱστορίας μετὰ τῆς ἀρχαιότητος τὸ ὠφέλιμον, ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ πεπαιδευμένων θεατῶν δεόμενον. καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκφέρητε ἀποβλέποντες, ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε, ὡς οἷόν τε γράψωμεν αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ.

ἡδήσεσθε γάρ, οἶμαι, ἀκούοντες, ἃ καὶ ὁρῶντες θαυμάζετε. καὶ ἴσως ἂν με καὶ δι' αὐτὸ ἐπαινέσαιτε, καὶ τῷ ἀντιδίκῳ προσπαίσαιτε, ὡς καὶ αὐτὸν ὑπιδείξαντα, καὶ διπλασιάσματα ὑμῖν τοῦ ἡδονοῦ. Ὃ χαλεπὸν δὲ τῷ τολμήματος ὁρᾶτε, ὕλῃ χρωμάτων, καὶ σχημάτων, καὶ τόπου, συνῆσθαι τοσαύτας εἰκόνας· ψιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν λόγων. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν εἰσιόντι, Ἀργολικῷ μύθῳ ἀναμέμικται πάθος Αἰθιοπικόν, ὁ Περσεὺς ὃ κῆτος φονεύσ, καὶ τοῦ Ἀνδρομέδου καθαιρῇ, καὶ μὴ μικρόν, γαμήσῃ, καὶ ἄπεισιν, αὐτοῦ ἄγων· πάρεργον τοῦτο τῆς ὅλης Γοργόνας ποιήσεως· ἐν βραχεῖ δὲ, πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου, καὶ φόβον· ὑπεισκρεῖ γάρ τοῦ μάχου ἀώρως ἔχ πέτρας, καὶ νεανίου τόλμαν ἐρωτικοῦ, καὶ θηρίου ὄψιν ἀποθησαυρον· καὶ ὃ μὲν, ἔπεισι πεφευκὼς τὰς ἀκανθώδεις, καὶ δεδιπλωμένον τῷ χάσματι· καὶ ὁ Περσεὺς δὲ, τῇ λαιᾷ μὲν ἀποδείκνυσι τοῦ Γοργόνα. τῇ δεξιᾷ δὲ καθικνεῖται τῷ ξίφει. καὶ ὃ μὲν, ὅσον τῆς κήτους εἶδε τοῦ Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστί· ὃ δ' ὅσον ἔμψυχον μέρος, τῇ ἄρτῃ κόπτεται. Ἐξῆς δὲ μετὰ τοῦ δὲ τοῦ εἰκόνα, ἕτερον γράμμα γέγραπται διηκόπατον, οὗ ὃ ἀρχέτυπον ὁ γραφὰς πρὸ Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν. ἐφήβοι γάρ ὁμοίαν ἐγραψάτην εἰκόνα, τὸν νεανία τὸν ἑταῖρον, Πυλάδης τε ὁ Φωκάς, καὶ Ὀρέστης, δοκοῦντε ἤδη τεθνάναι, λαθόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθόντε, φονεύουσιν ἄμφω τὸν Αἴγισθον. ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀνῄρηται, καὶ ἐπ' ὀλίνης τινὸς ἡμίγυμνος πεσεῖται, καὶ θεραπεία πᾶσα, ἔκπληκτοι δ' ἔργον· οἱ μὲν, ὡς δοκοῦσιν, οἱ δὲ τινες, ὅπῃ φύγωσι, περιβλέπονται. σεμνόν δέ τι ὁ γραφὰς ἐπενόησε, ὃ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμών, ἐμβραδύνοντας δὲ τοῖς νεανίσκοις ἐργασάμενος τῷ τοῦ μοιχοῦ φόνῳ. Μετὰ δὲ τοῦτο, θεός ἐστιν εὔμορφος, καὶ μειράκιον ὡραῖον, ἐρωτική τις παιδιά· ὁ βραῖχος ὅτι πέτρας καθήμενος, αἰελοῦ λαγών, καὶ παίζει τὸν κύνα· ὁ δὲ πηδησομένῳ ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν εἰς ὕψος.

A Delectabimini enim, vt puto, audientes quoque ea quæ oculis intuentes miramini. Ac fortassis ob id ipsum etiam laudabitis me, & aduersario anteponetis, vt qui & ipse demonstrem hæc, & duplicem vobis voluptatem pariam. Cæterùm conatus huius difficultatem videtis, nimirum quàm graue sit, absque coloribus & figuris & loco tam multas imagines in vnum congerere. Est enim exilis planè pictura verborum. Quare ad dexterã quidem ingredienti, Argolicæ fabulæ intermixtum est malum illud Æthiopicum: Perseus videlicet monstrum illud marinum interficit, & Andromedam deponit, B & paulo pòst eandem ducet, atque inde discedet abducta secum illa. Atque hoc parergon quoddam, siue extra propositam rem additum fuit ad eum quo ad Gorgonas abiit volatum. In exigua autem parte, multa imitatione expressit artifex ille, verecundiam puta virginis, & metum. Spectat enim & pugnam desuper ex rupe, & adolescentis audaciam amatoriam, & belluæ visum intolerabilem. Atque ea quidem accedit horrida spinis, & formidabilis hiatu oris. Perseus autem sinistra quidem ostẽdit Gorgonem, dextra verò ense ferit. Et rursum, quantum quidem belluę illius Medusam aspexit, C iam saxum est: reliquum autem quod adhuc animatum est, falcato ense cæditur. Deinceps autem post hãc imaginem alia quædam pictura, iustissima illa quidem, depicta est, cuius primum exemplar videtur mihi pictor ab Euripide vel Sophocle accepisse (nam illi similem quãdam imaginem descripsere) adolescentes duo socij, Pylades videlicet Phocensis, & Orestes, cùm iam viderẽtur mortui esse, post regiam latentes, & clàm adeuntes, occidunt ambo Ægisthum: Clytęmnestra autem iam interfecta est, & in lecto quodã D seminuda posita iacet. Ac totum famulitium, facinore tãto obstupefacti, alij quidem clamantibus similes apparent, alij autẽ nonnulli quò fugam capiãt, circunspiciunt. Honestum autem quiddam pictor excogitauit, qui quod impiũ in hac re fuit, id ostendit solùm, & quasi iã peractum trãscurrit: adolescentes autem in cæde adulteri immorari fecit. Post hæc autem deus est formosus, & adolescentulus venustus, amatorium quoddam ludicrum: Branchus puta in rupe sedens tenet leporem, & alludit cani. Hic autem assilienti ad ipsum in sublime, similis est:

eos tibi dedico, quos ad longam senectutem sana mente & integris corporis viribus peruenisse comperimus. Fortasse autem ex huius libelli lectione gemina ad te peruenire potest vtilitas: vna, vt & alacritatem animo & optimam spem concipias & te posse quàm diutissimè viuere: altera, qua institutionem ab exemplis capias, cognitis iis qui posteaquam maximam sui curam habuerunt, corporis pariter & animi ratione habita, summam senectutem sine omni corporis incommodo sunt consequuti. Homerus igitur Nestorem principum Achiuorum sapientissimum vitam suam tribus seculis produxisse scribit, quem nobis & animo & corpore exercitatum commendat. Et Tiresiam vatem poëtæ tragici ad sex vsque ætates hominum vitam prorogasse perhibent. Credibile est autem virum diis immortalibus sacrum, & moderatiore viuendi ratione vtentem, longissima vita fuisse functum. Quin omnes nationes propter victus rationem longæuæ fuisse inueniuntur: cuiusmodi sunt Ægyptiorum sacri scribæ, & apud Assyrios & Arabas fabularum interpretes, & apud Indos Brachmanes, ad amussim philosophiæ studiis vacantes. Præterea quos Magos vocant, genus illud vatidicum, & diis dicatum. Insuper apud Persas & Parthos, & Bactros, & Choraſmios, & Sacas, & Medos, aliasque multas gentes barbaras, qui & firma corporis valetudine sunt præditi, & valde diuturni, cùm beneficio magicæ quam exercent, tum quòd & ipsi accurata victus ratione vtantur. Iam verò gentes quoque ætate omnium longissima vtentes, ex quibus sunt Seres, ad trecentos annos vsque viuere, memoriæ proditum est. Cuius rei causſam nonnulli temperato aëri, nonnulli naturæ terræ, alii rationi viuendi assignant. Siquidem aiunt omnes illas nationes tantùm aquam potare. Compertum est autem Athotas quoque centum & triginta annos viuere, & Chaldæos vltra centum annos egredi fama est, & eosdem hordeaceo pane vti, tanquam perspicacitatis pharmaco. Quibus perhibent ob hanc ipsam victus rationem alios quoque sensus quàm cæteris hominibus esse validiores. Sed hæc de nationibus longæuis, & gentibus quas plurimum ætatis aiunt viuere: nonnulli, propter situm terræ: nonnulli, propter aëris temperiem,

*Catalogus Macrobiorum.*

A δίδωμί σοι τοὺς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρως ἀφικέσθαι σὺν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ αὖ καὶ ὄφελος γένοιτο τί σοι ἂν τῆς συγγράμματος διπλοῦν. ὃ μέν, εὐθυμία τις, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν ὀπτιμήκιστον δύνασθαι βιῶναι. ὃ δὲ, διδασκαλία τις ἂν παραδειγμάτων, εἰ ὀπτιμοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ὀπτιμέλησαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα, καὶ κατὰ ψυχὴν, οὗτοι δὲ εἰς μακρότατον γῆρως ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ πρωτελεῖ. Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν ὅτι τρισὶ παραδεδώκασιν γενεαῖς Ὅμηρος λέγει, ὃν σὺν ἱκανοῖς ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄμφω καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν, ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν παραδεδώκασιν λέγει. πιθανὸν δή τι καὶ εἶναι ἄνδρα θεοῖς ἀπαχείμενον, καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν, ὀπτιμήκιστον βιῶναι. καὶ γὰρ δὴ ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διά τινα δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ, καὶ Ἀράβων, οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων. Ἰνδῶν δὲ, οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἀνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀπαχείμενον, παρά τε Πέρσαις, καὶ Παρθοις, καὶ Βάκτροις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοί τέ εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διά τε μαγικήν τινα διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβεστέραν. ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρες μὲν ἱστορηθῆσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν· οἱ μὲν, τῇ αἰθρίᾳ, οἱ δὲ, τῇ γῇ τινὶ αἰτίαν τῆς μακροῦ γήρως προστιθέντες, οἱ δὲ, καὶ τῇ διαίτῃ. ὑδροποτεῖν γὰρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Ἄθως δὲ μέχρι τριακοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιῶναι ἱστόρηται, καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτοις μὲν καὶ κριθίνῳ ἄρτῳ χρωμένοις, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον. οἷς γε φασὶ διά τινα τοιαύτην δίαιταν, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶναι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν ἐθνῶν, ἃ πινά φασιν ὡς ὅτι πλεῖστον διαγίνεσθαι χρόνον. οἱ μὲν, διὰ τὴν γῆν, καὶ τὴν ἀέρα, οἱ δὲ,

οἱ δ', ἀφ' ἑτέρου διαιτήν, οἱ δ', καὶ δι' ἀμφω. ἐγὼ δὴ δώσοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥᾳδίως παρέξομαι, ἱστορήσας ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πόντια ἀέρα, μακρόβιοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, καὶ ἀφ' ἑτέρου τῇ ὑπερτεθραμμένῃ τροφῇ ὑγιάσι χρώμενοι. ἀφαίρεσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι, τὴν προφάσιν, καὶ πάντα τὰ ὑπερτεθραμμένα τῶν ἀνδρῶν· καὶ πρῶτον μέν σοι τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα καὶ εὐσεβεστάτῃ μεγάλου ἤθους ἀνδρὸς εὐτυχέστερος τύχη εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν, εὐκρατέστηκε τὰ μέγιστα τὴν οἰκουμένην τὴν ἑαυτοῦ· οὕτω γὰρ ἂν ἀποδῶν καὶ σύ, τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς ὃ ὄμοιον τῆς ἕξεως καὶ τῆς τύχης, ἐπιμότερον ἐλπίσῃς γῆρας ὑγιᾶ, καὶ μακρόν, καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐργάσαιο σεαυτῷ τὴν ἀφθίτῳ μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιέστατον βίον. Νομᾶς Πομπίλιος ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ρωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα θεοῖς τὸν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθείς, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος δὲ Τύλλιος Ρωμαίων καὶ οὗτος βασιλεύς, ὑπὲρ τὰ ὀγδήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιῶσαι ἱστορεῖται. Ταρκύνιος δὲ ὁ τελευταῖος Ρωμαίων βασιλεύς, φυγαδευθείς, καὶ ὑπὸ Κύμης Αἰολείων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται γεραρώτατα βιῶσαι. Οὗτοι μὲν οὖν Ρωμαίων βασιλεῖς, οἷς συναύξω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους, καὶ τὰ ὑπερτεθραμμένα ἐκείνου. ὅτι τέλος δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ρωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω, προσθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ὅτι πλέον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος ἡ ἱστορία τῶν Ἀργαντωνίων πειρωμένων τὸν ὑπὲρ τοῦτο ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς δυνάμεις ἔσεσθαι πρὸς ὃ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὲς τὸν πάσης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα. Ἀργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησίων βασιλεύς, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιός, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν, μῦθος ποι δοκεῖ. Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος, ἔτη ἐνενήκοντα πέντε τελευτᾷ,

A nonnulli propter rationem victus, nonnulli autem propter vtrunque. Cæterùm ego iure optimo longè meliorem ſpem tibi oſtendam, ſi planum fecero, homines vbique terrarum & gentium, & ſub quouis aëre degentes, ad ſummam ſenectutem peruenire, qui commodis exercitationibus, & conuenientem ſanitati viuendi rationem ſectantur. Facta autem huius narrationis ſectione, primùm obſeruatis virorum ſtudiis, initiò Reges, & virtute imperatoria claros homines memorabo, quorum vnum ſummæ religionis pietas ad perfectiſſimum ordinem perducens, maximis beneficiis im-
B perium & terram ipſius affecit. Ad hunc modum & tu longæuorum hominum naturæ & fortunæ animaduerſioni intentus, tanto promptiùs ſperare poteris ſenectutem ſanam & longam: & pari ſtudio hos ipſos æmulatus, tibi ipſe longiſſimam & prouectiſſimam vitam ratione victus paraueris. Numa Pompilius Romanorum Regum longè feliciſſimus, ac Deorum cultui deditiſſimus, ſupra octoginta annos vixiſſe traditur. Seruius autem Tullius, & ipſe Romanorum rex, ſimiliter vltra octoginta annos vixiſſe dicitur. Tarquinius nouiſſi-
C mus rex Romanorum eiectus in exilium Cumis conſenuit, ac vltra nonaginta annos firmiſſima valetudine vſus vixiſſe perhibetur. Et hi Romanorum reges fuere, quibus & reliquos reges adiungam qui ad vltimam ſenectutẽ peruenerunt, demonſtratis etiam illorum exercitationibus. In calce autem reliquos etiam Romanorum ad longiſſimam ſenectutem delatos adſcribam, adiectis etiam cæteris Italiæ populis, qui diutiſſimè vixerunt. Etenim qui ſola hiſtoria noſtratem aërem calũniantur, probabilibus argumentis refelli poſſunt, adeò vt meliorem ſpem habere liceat, fore vt perfecti voti com-
D potes fiamus, & longiſsimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, iámque in ſuis locis regnantem & ſeneſcẽtem conſequamur. Proinde Arganthonius Tarteſiorum rex centum & quinquaginta annos vixiſſe traditur, authoribus Herodoto hiſtorico, & Anacreonte poëta lyrico: tametſi hoc quibuſdam fabuloſum videatur. Agathocles Siciliæ tyrãnus annos quinque & nonaginta egreſſus fato functus eſt,

ſicut Demochares & Timæus literis prodiderunt. Hieron quoque Syracuſanorum tyrannus duos & nonaginta annos natus, morbis tandem abſumptus obiit, cùm regnaſſet annos ſeptuaginta, ſicut Demetrius Calliſtianus & alij memorãt. Anteas autem rex Scytharum, qui ad Iſtrum fluuium cum Philippo confligens in pugna occubuit, vltra nonaginta annos egreſſus eſt. Bardylis verò rex Illyriorum, qui ex equo in eo quod geſſit contra Philippum bello pugnaſſe dicitur, nonaginta annos compleuit. Teres rex Dryſorum, authore Theopompo, duos & nonaginta annos agens mortuus eſt. Antigonus autem Philippi filius luſcus, rex Macedonum, in Phrygia cum Seleuco & Lyſimacho confligens, multis acceptis vulneribus collapſus, anno vno & octogeſimo vitam finiuit, ſicut narrat Hieronymus, qui cum eo militauit. Porrò Lyſimachus & ipſe rex Macedoniæ, in pugna contra Seleucum ſuſcepta occubuit, octogeſimum annum conſequutus, vt idem Hieronymus teſtatur. Antigonus verò filius Demetrij, Antigoni Luſci nepos, quatuor & quadraginta annos regnum Macedoniæ tenuit: vixit autem octoginta, ſicut Medius & alij ſcriptores teſtantur. Conſimiliter quoque Antipater, patre Iolao genitus, maxima fultus potentia, & qui multorum regum Macedoniæ tutelam egit, vltra octogeſimum annum egreſſus exceſſit è vita. Ptolemæus autem Lago patre natus, inter reges propria fortuna feliciſſimus, imperauit Ægypto annos octoginta natus. Viuus autem tradidit imperium duobus annis antequam moreretur, Ptolemæo filio, cui cognomentum fuit Philadelpho, qui & paternum regnum à fratribus ſortitus eſt. Philæteros, qui primus condendi circa Pergamum principatus author fuit, & eundem cùm eſſet Eunuchus, obtinuit, mortuus eſt octoginta annos natus. Attalus autem cognominatus Philadelphus, & hic rex Pergamenorum; ad quem etiam Scipio Romanorum Imperator venit, duos & octoginta annos agens, vitam reliquit. Mithridates rex Ponti, Ktiſtes appellatus, Antigonum Luſcum fugiens, in Ponto mortuus eſt, cùm egiſſet annos quatuor & octoginta,

A καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιός ἱστορήκασιν. Ἱέρων δὲ ὁ Συρακοσίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γηράσας, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὡσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλλισθένους, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεύς, μαχόμενος περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βαρδύλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεύς, ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐπὶ τῷ περὶ Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ ὁ Δρυσῶν βασιλεύς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν. Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος, βασιλεύων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, πεσὼν πολλοῖς περιπεσών, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὡσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεύς, ἐν τῇ περὶ Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτὸς φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ, υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, ἔγγονος δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, ἔτη τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ὑπερβαλόμενος πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη σὺν ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν δυναστευσάντων βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ, παρέδωκε τὴν ἀρχὴν τοῖς δυσὶν ἐποίῃ τῆς τελευτῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ υἱοῦ, Φιλαδέλφῳ δὲ ὀνόματι, ὅστις διδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλαίτερος δὲ, περὶ τὸν μὲν κτίσαντο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, εὐνοῦχος ὤν. κατέστρεψε δὲ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἐτῶν γηράσας. Ἄτταλος δὲ, ὁ ὀνομαζόμενος Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ αὐτὸς βασιλεύων, περὶ ὃν καὶ Σκηπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ

B

C

D

ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἄξελιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης ὁ Πόντου βασιλεύς, ὁ περισωρευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ὃς ἐν Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα,

ὥς τε Ἱερώνυμος ἱστορῆ, καὶ ἄλλοι συγγεγράφασιν. A sicut Hieronymus & alij scriptores prodiderunt. Ariarathes rex Cappadocum Hieronymi testimonio duo & octoginta annos vixit: atque haud dubiè ad grandiorem ætatem peruenire potuisset, nisi in pugna contra Perdiccam viuus captus, & in crucem sublatus fuisset. Maior autem Cyrus rex Persarum, sicut Persæ & Assyriorum historiæ loquuntur, quibus etiam suffragari videtur Onesicritus, qui res gestas Alexandri Magni in historiam contulit, centesimum annum assequutus, requirebat vnumquemque amicorum: quorum cùm plurimos à filio suo Cambyse interemptos comperisset, ac Cambyses ipsius iussu hoc ipsum se fecisse fateretur, partim ob filii crudelitatem probrosè affectus, partim se ipse tanquam iustitiæ & legum violatorem accusans, maxima tristitia conturbatus, vitam finiuit. Artaxerxes Mnemonis cognomentũ sortitus, contra quem Cyrus frater exercitum duxit, imperium Persarum obtinens, morbis consumptus decessit, annos sex & octoginta natus, sed vt Dinon scribit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes alter Persarum rex, quem patrum suorum memoria Isidorus Characenus historicus regnasse tradit, cùm annos tres & nonaginta vixisset, insidiis fratris Gosethræ clàm obtruncatus est. Sinarthocles autem rex Parthyæorum annos nonaginta iam natus, à Sacauracis Scythis reductus ab exilio, regnare incepit, & regnauit annos septem. At Tigranes rex Armeniorum, contra quem Lucullus pugnauit, quinto & octogesimo anno morbo consumptus periit. Spasines Characenorum & regionum mari rubro adiacentium rex, quinto & octogesimo anno morbo correptus decessit. Tereus tertius post Spasinem earum nationum rex, cùm vixisset duos & nonaginta annos, morbo periit. Artabazus autem qui septimus post Tiręum Characenorum regnum tenuit, sex & octoginta annos reductus à Parthis ab exilio, regnauit. Et Mnascires rex Parthyęorum sex & nonaginta annos vixit. Masinissa verò rex Mauritaniæ nonaginta annos vixit. Asandrus autem à diuo Augusto loco Etnarchi rex Bospori declaratus, annum agens nonagesimum, & equestri & pedestri pugna nullo inferior vspiam est conspectus.

Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορῆ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως ἂν ὅτι πλέον διαγηρᾶσαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς, αἰσχρολογίᾳ. Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων λόγοι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ πρὸς Ἀλεξάνδρου συγγεγραφὼς, συμφωνῆν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γηρόμενος, ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων. μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου τοῦ πρόσταγμα B ἐκείνῳ ταῦτα πεποιηκέναι, ὃ μὲν τι, πρὸς τὸν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, ὃ δέ τι, ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἀρταξέρξης, ὁ Μνήμων ὀνομασθεὶς, ἐφ' οὗ Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων τῶν Περσῶν ἐτελεύτησε νοσῶν, ἔξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη γηρόμενος· ὡς δὲ Δείνων ἱστορῆ, τεσσάρων καὶ ἐνενήκοντα. Ἀρταξέρξης ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὃν φησιν ὅτι τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, C ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ὑπεβλήθη ἀδελφοῦ Γωσήθρου ἐδολοφονήθη. Σιναρθοκλῆς δὲ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς, ὑπὸ Σακαυρακῶν Σκυθῶν καταχθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δὲ ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λεύκουλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοηκοστῷ ἔτει ἐτελεύτα νόσῳ. Σπασίνης δὲ ὁ Χαρακηνὸς, καὶ τῶν κατ' Ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε καὶ ὀγδοηκοστῷ ἔτει νοσήσας, ἐτελεύτησε. Τήρεως δὲ ὁ μετὰ Σπα- D σίνην τρίτος βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ μετὰ Τήρεων ἕβδομος βασιλεύσας Χαρακηνῶν, ἓξ καὶ ὀγδοηκοστῷ ἔτει καταχθεὶς ὑπὸ Παρθυαίων, ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης δὲ βασιλεὺς Παρθυαίων, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Μασσινισσᾶς δὲ Μαυρουσίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἀσάνδρος δὲ ὁ ὑπὸ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ αὐτὶ ἐθναρχου, βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, πρὸ ἐτῶν ὀγδοήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων ἀδενὸς ἥττων ἐφάνη·

Qui vt animaduertit Scribonio rem militarem commendatam, cibo abſtinens diem ſuum obiit, cùm vixiſſet annos tres & nonaginta. Goæſus, vt Iſidorus auctor eſt, Characene regnum tenuit, quo tempore Mano quoque imperauit Arabibus, centum & quindecim annos natus, poſtremùm morbo periit. Tot igitur ante noſtram memoriam memorandæ ſenectutis reges fuiſſe maiores noſtri literis prodiderunt. His annumerantur Philoſophi, & omnes qui ingenio & eruditione præſtantes fuerunt, qui aliqua ſui cura habita, ad extremam ſenectutem peruenerunt. Eos itaque quos multa lectione didicimus, perſcribemus, ac initio quidem Philoſophos, quorum Democritus Abderites centum & quatuor annos natus, cùm alimento abſtineret, mortuus eſt. Xenophilus Muſicus, perhibente Ariſtoxeno, Pythagoricę philoſophiæ candidatus, vltra quinque & centum annos Athenis vitam traduxit. Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui è ſeptem ſapientum numero fuerunt, cētum annos vnuſquiſque vixit. Zenon verò Stoicę philoſophiæ auctor & princeps, octo & nonaginta. Hunc aiunt in concionem prodeuntem offenſo pede exclamaſſe: Quid me vocas? & domum reuerſum inedia vitam finiſſe. Cleanthes Zenonis diſcipulus & ſucceſſor, nouem & nonaginta annos natus, tuberculum in labiis habuit. Cúmque decreuiſſet inedia vitā abſumere, allatæ ſunt ei ab amicis literæ. Ac mox adhibito cibo, & perfectis amicorum poſtulatis, iterum cibo abſtinens, vita defunctus eſt. Xenophanes autem Dexino patre natus, Archelai phyſici auditor, vnum & nonaginta annos vixit. Xenocrates Platonis diſcipulus, quatuor & octoginta. Carneades nouæ Academiæ fundator, annos quinque & octoginta. Chryſippus vnum & octoginta. Diogenes autem Seleucus Tigrius, Stoicæ ſectæ philoſophus, duodenonaginta. Poſidonius Apamea Syriæ oriundus, lege autem philoſophus Rhodius, pariter & hiſtoricus, octoginta quatuor. Critolaus Peripateticus vltra duos & octoginta. Plato philoſophorum ſanctiſſimus, vnum & octoginta. Athenodorus Sandonis Tarſenſis, qui fuit Cæſaris Auguſti præceptor,

*Philoſophi.*

A ὡς δὲ ἐώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ παρασπιδισθέντας, ἀποχόμενος σιτίων, ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα. Γόαισος δὲ, ὡς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαραξηνὸς (ὅτι τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας ὁ Μάνων τῆς Ἀραβιτοφόρου βασιλεύσας) πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν. ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ περὶ παιδείαν ἔχοντες, ὅτι μέλοι πως καὶ ὅτοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον, ἀναγράψωμεν καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ πρώτους γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεττάρων, καὶ ἑκατόν, ἀποχόμενος ἔσβεσε, ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, πρόσχων τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, καὶ Πιττακὸς, οἵπερ τῶν καλουμένων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη. Ζήνων δὲ ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα· ὃν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα, ἀναφθέγξασθαι, τί με καλεῖς; καὶ ὑποστρέψαντα οἴκαδε, καὶ ἀποχόμενον σοφῶς, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ ὁ Ζήνωνος μαθητὴς, καὶ διάδοχος, ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα τοῦτ' γεγονὼς ἔτη, φύμα ἔσχεν ὑπὸ τῷ χείλει, καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ πρὸ ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος σοφιῶ, καὶ προφάσας πρὸ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποχόμενος αὐθις σοφῶς, ἀφῆλιπε τὸν βίον. Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος μαθητὴς γνώμενος, τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα. Καρνεάδης δὲ, ὁ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος, ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης δὲ ὁ Σελευκεὺς ὁ Τίγρις, Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα, καὶ ἱστορικὸς συγγραφεὺς, τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ Περιπατητικὸς, ὑπὲρ δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος, ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Ἀθηνόδωρος, Σανδῶνος, Ταρσεὺς, Στωϊκὸς, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ,

ὑφ' ἧς ἡ Ταρσέων πόλις τὰς φόρων ἐκουφίθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι. καὶ τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀπονέμει ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοφῶν δὲ ὁ Γρύλλου, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. ἔτι μὴν φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι, συγγραφέων δ', Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἰκοσιτέσσαρων ἐτῶν ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ, ἐν πολέμοις γυμνὸς, καὶ πολλοῖς καμάτοις ἐπονείνας, καὶ τραύμασι, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα, καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει, καὶ θαυμάζει γε τὸν ἄνδρα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος, ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενείτης, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασσανδρεύς, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι· τὴν ἱστορίαν δὲ, τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς, ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀπελθὼν, ἀφ' ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεὺς, ἀφ' ἱκανῶν μαθημάτων γυμνασάμενος, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ, Γοργίας, ὃν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. Ἐφῆς δὲ ὁ Ἀπολλώνιος, ἐτελεύτησεν· ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τινὰ αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως, καὶ ὑγιοῦς ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, Διὰ τὸ μηδέποτε συμπεφυρμένην θύραν ταῖς ἄλλων θύραις. Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα καὶ ἓξ ἔτη γεγονὼς, τὸν πανηγυρικὸν ἔγραφε λόγον· περὶ ἔτη δ' ἐνὸς ἀποδέοντα ἑκατὸν, γεγονὼς, ὡς ἤκουσε Ἀθηναίοις ἐπὶ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικηκόσιν, ποτνιώμενος, τὸν Εὐριπίδου στίχον προσῳδύσατο, εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων·

Σιδωνίου ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών.

cuius precibus Tarsis ciuitas vectigalibus leuata est, duos & octoginta annos agens mortuus est in patria. Huic Tarsensis populus quotannis solennes honores vt heroi persoluit. Nestor verò Stoicus, & hic à Tarso ortum trahens, præceptor Cæsaris Tiberij, duos & nonaginta. Xenophon Grylli filius vixit vltra nonaginta annos. Et hi celebres fuere philosophi. Ex scriptoribus autem historicis Ctesibius centum & viginti quatuor annos egressus, inter deambulandum mortuus est, sicut narrat Apollodorus in Chronicis. Hieronymus verò & in bellis versatus, ac non paucis laboribus & vulneribus affectus, vixit ad annum quartum & centesimum, sicut refert Agatharchides libro nono historiæ Asiaticæ. Ac hominem non mediocriter demiratur, quòd ad summum vsque vitæ diem valuerit in colloquiis, & in sensibus ad sanitatem necessariis non defecerit. Hellanicus Lesbius octoginta quinque annos vixit. Similiter Pherecydes Syrus quinque & octoginta. Timæus Tauromenites sex & nonaginta. Aristobulus Cassandræus vltra nonaginta annos vixisse fertur: qui historiam suam quartum & octogesimum annum agens orsus est conscribere, id quod ipse in operis sui principio testatur. Polybius autem Lycorta patre genitus, Megalopolitanus, rure rediens ab equo delapsus est, quo casu morbo correptus decessit anno secundo & octogesimo. Porrò Hypsicrates Amisenus historicus, vir in multis disciplinis versatus, annos duos & nonaginta vixit. Cæterùm è Rhetoribus Gorgias, quem quidam Sophistam vocant, annum agens octauum & centesimum, inedia vitam finiuit. Hunc interrogatum caussam tam longæ senectutis, & valetudinis in omnibus sensibus vigentis, respondisse aiunt, quòd aliorum conuiuia non sit sectatus. Isocrates sex & nonaginta annos natus sermonem scripsit Panegyricum. Iam verò ingressus annum nonagesimum nonum, cùm accepisset, Athenienses in pugna apud Chæroneam commissa à Philippo esse superatos, quiritando Euripideum versiculum recitauit, ad seipsum referens:

*Sidonis vrbis alta quondam mœnia*
*Cadmus relinquens.*

Quibus cùm adiecissẽt, fore vt Græcia in seruitutem prolaberetur, è vita decessit. Apollodorus autem rhetor Pergamenus, Cæsaris Augusti in diuos relati præceptor, quem vnà cum Athenodoro Tarsensi bonis disciplinis imbuit, totidem quot Athenodorus annos, nempe duos & octoginta, vixit. Potamon rhetor non inclebris, annos nonaginta. Sophocles poëta Tragicus deuorato vuæ acino strangulatus est, cùm egisset annos quinque & nonaginta. Hic à filio Iophonte sub finem vitæ in ius vocatus, & desipientiæ accusatus, recitauit Iudicibus Oedipum Colonæum, planum faciens ea fabula, quòd sanæ mentis compos esset. Qua audita, Iudices ingenium eius admirati sunt, ac filium insaniæ damnauerunt. Cratinus autẽ poëta Comicus, septem supra nonaginta annos vixit, atque sub finem vitæ cùm docuisset fabulam Pitynen, eáque victor euasisset, haud ita multo pòst est mortuus. Non dissimiliter quoque Philemon Comicus septimum & nonagesimum annum agẽs decũbebat in lectulo quiescens: qui cùm vidisset asinum ficus sibi præparatas deuorantem, prolapsus in cachinnos, & accersito famulo, multo & vehementi cum risu præcepit, asino morum ad sorbendum dari, atque ita risu suffocatus obiit. Epicharmus autem & ipse poëta Comicus, septem & nonaginta annos vixisse dicitur. Porrò Anacreon poëta Lyricus vixit annos quinque & octoginta. Et Stesichorus poëta Lyricus totidem. Simonides Cius supra nonaginta. Sedenim ex Grammaticis Eratosthenes Cyrenæus Aglai filius, quem non Grammaticum solùm, sed etiam poëtam meritò quis vocarit, & philosophum & geometram, duos & octoginta annos vixit. Quin etiam Lycurgus Lacedæmoniorum legum conditor, quinque & octoginta annos vixisse dicitur. Tot impræsentiarum Reges & eruditos homines colligere potui. Quia verò pollicitus sum & Romanorum quosdam longæuos, & Italos, qui ad summam senectutem peruenerunt, perscribere: eos tibi Diis volentibus, præstantissime Quintille, in altero libro manifestabimus.

καὶ ἐπειπὼν ὡς δουλεύσῃ ἡ Ἑλλάς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἔζησε ταυτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων δὲ, οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ, ἔτη ἐνενήκοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς, ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν, ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ὅτι τελεῖ τὸν βίου παραφροσύνης κρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίποδα τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ὅπερ ἐδικάζετο μύθος, ἐκ τοῦ δράματος, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνῃ· ὡς τοὺς δικαστὰς, τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίας. Κρατῖνος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἑπτὰ μὲν καὶ ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ μέσης τῆς τελευτῆς τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' ὀλίγον ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς, κατέκειτο μὲν ὅτι κλίνης ἠρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα καταθέοντα, ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην, καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκρατίτου ῥοφῆσαι, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος, ἀπέθανε. καὶ Ἐπίχαρμος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ἀνακρέων δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ Στησίχορος ὁ μελοποιὸς, ταυτά. Σιμωνίδης δὲ ὁ Κῷος, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν δὲ, Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσαι, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη. καὶ Λυκοῦργος δὲ ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορῆται. Τοσούτους ἐδυνήθημεν βασιλέας, καὶ πεπαιδευμένους, ἀθροίσαι· ἐπεὶ δὲ ὑπεσχόμην καὶ Ῥωμαίων τινὰς, καὶ τοὺς τὸ Ἰταλίαν οἰκησάντων μακροβίων ἀναγράψαι, εἰ τοῖς σοῖς θεοῖς εὐαρεστοῦμεν, ἱερώτατε Κοϊντίλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

# ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

# PATRIÆ ENCOMIVM.

## Vincentio Obſopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Argumentum & genus orationis, ipſe titulus exponit. Eſt autem propoſitio & ſumma negotij, patriam omnium rerum eſſe digniſsimam & venerabiliſsimam, vt quam & homines & dij reliquis rebus omnibus anteponant. Argumenta pleraque à ſignis & conſequentibus ſumuntur. Oſtendit enim, quæcunque homines faciunt, ea ad patriæ vel ornamentum vel defenſionem comparare, & quantumuis humili aut ſterili ſolo aliquis natus ſit, nihilominus patriam ſuam ſplendidiſsimis ciuitatibus ac regnis anteponere: quemadmodum parentum quoque & liberorum inter ſe affectus eiuſmodi eſt, vt qualeſcunque ipſi ſint, tamen ſuos omnibus aliis plus ament & colant. Proinde & legiſlatores cùm grauiſsimè punire homines vellent, patriæ priuationem atque exilium, tanquam acerbiſsimam pœnam, inſtituiſſe.*

ΟΤΙ μὲν οὖν γλύκιον ἦς πατρίδος φάναι τοῦτο φυλλημιδίου. ἆρ' οὖν ἥδιον μὲν οὖν, σεμνότερον δέ τι, καὶ ἥδιον ἄλλο; καὶ μὴν ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν αὐθρωποι, τούτων πατρὶς αἰτία, καὶ διδάσκαλος, ἡμῖν σαμφόν, καὶ ἀσφαλὲς σαμφόν, καὶ παιδευτὴς σαμφόν. πόλεων μὲν οὖν μεγέθη, καὶ λαμπρότητας, καὶ πολυτελείας κατασκευῶν, θαυμάζουσι πολλοὶ, πατρίδας δ' ἔργοισι πολῖται· καὶ τοσοῦτον οὐδεὶς ἔξω πατρίδη τῆς καὶ πόνου κεκρατημένων ὑπὸ τῆς περὶ τὴν θέαν ἡδονῆς, ὡς ὑπὸ τῆς ὑποφολῆς τῆς πρὸ ἄλλοις θαυμάτων λήθην ποιήσασθαι τῆς πατρίδος. ὅστις μὲν οὖν σεμνύεται πολίτης ὢν εὐδαίμονος πόλεως, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ τίνα χρὴ τιμὴν ἀποφέρειν τῇ πατρίδι· καὶ ὁ τοιοῦτος, δῆλός ἐστιν ἀθλίως αὖ, εἰ μετριωτέρας ἔλαχε τῆς πατρίδος. ἐμοὶ δὲ ἥδιστον αὐτὸ τιμᾶν ὄνομα τῆς πατρίδος. πόλις μὲν γὰρ θαλεῖν πειρωμένη, προσήκει μέγεθος ἐξεπίζειν, καὶ κάλλος, καὶ τιμὴν ὠνίων ἀφθονίαν. ὅπου δ' αἵρεσίς ἐστι πόλεων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὴν λαμπροτέραν, ἐάσας τὴν πατρίδα, ἀλλ' ἄξιον μὲν οὖν εἶ καὶ τιμῆς πατρίδα τοῖς εὐδαίμοσι θαυμάζειν, ἕλοιτο δ' ἂν τιμῆς ὁποιανοῦν.

IAM olim vulgi ſermone detritum eſt, nihil eſſe patria dulcius, proinde neque iucũdius quicquam. Eſt verò hac aliquid venerabilius aut diuinius? Siquidem quæcunque diuina, quæcunque veneratione digna homines eſſe exiſtimant, horum cauſſa atque magiſtra eſt patria, quæ nos genuit, aluit atque inſtituit. Enimvero vrbiũ magnitudinem atque ſplendorem, ſumptuoſos præterea variorum inſtrumentorũ apparatus admirantur multi, patriam verò pio amoris affectu proſequuntur omnes: neque quiſquam quamlibet potens, ita deceptus eſt alienarum rerum amœno & voluptuoſo ſpectaculo, vt propter immodicam apud alios rerum cùm viſendarum tum admirandarum excellentiam, obliuiſcatur patriæ. Itaque quicunque felicis & ſplendidè ciuitatis ſe ciuem eſſe iactat, ignorare mihi videtur quam gloriam aut honorem patriæ tribuere oporteat. Neque occultè fert talis, ſe dolore affectum iri, ſi mediocrem patriam ſortitus eſſet. Mihi verò iucundum eſt, ipſum nomen patriæ reuerenter atque religiosè colere. Etenim ei qui ciuitates inter ſe collaturus eſt, peropus eſſe video, ſingularum amplitudinem accuratè expendere, earundémque elegantiam obſeruare, neque non commerciorum ac rerum venalium copiam conſiderare. Cæterùm vbi de vrbium electione agitur, nemo vtique poſthabita patria ſplendidiorem electurus eſt, verùm in optatis habebit, patriam quoque ſuam quàm maximè conformem eſſe vrbibus copioſis & felicibus: ipſam tamen, qualiſcunque tãdem fuerit, delectu habito cæteris haud dubiè præpoſiturus eſt.

Isthuc verò ipsum liberi quoque faciunt probi & legitimi, neque non patres, qui quidē fuerint nō mali. Neque enim spectatæ honestatis & probitatis adolescens, alium patri suo honoribus præferet: neq; pater neglecto filio alium paterno affectu iuuenem complexurus est. At qui his inferiores sunt patres, tantum tamen filiis ex se genitis non grauatim tribuunt, vt sint & vita honestissimi, & dignitate amplissimi, appareántque omnibus sua opera quàm optimè educati atque exornati. Porrò qui tali erga filium suum non vtitur iudicio, ille patris oculos habere mihi videtur minimè. Proinde nomen patriæ primum est, & omnium familiarissimum. Etenim nihil est quod patre nobis sit familiarius. Si quis verò iustum habebit honorem patri, quemadmodum & lex & natura imperat, ille patriæ quoque conuenienter præcipuum honorē habiturus est. Siquidē ipse etiam pater peculiaris est patriæ possessio; ac patris pater, tū omnes qui ex illis numerosa retro serie generis domestici prognati sūt. Et ad deos vsque paternos patrium nomē protenditur. Gaudent verò ipsi quoque Dij solo natalitio, ac vniuersas res humanas, vt par est, intuentur, suam possessionem esse existimātes totum terrarum orbem, atque omnem Oceanum. In quà tamen quisque illorum terra natus est, hanc omnibus cæteris vrbibus quamuis florentioribus honore anteponere nō dubitat. Quin etiam ciuitates quæ Deorū feruntur esse patriæ, cæteris sunt venerabiliores, & insulæ præcipuo loci genio diuiniores, apud quas Deorum natiuitates & incunabula laudibus extolluntur. Itaque sacra quoq, illa superis gratiora esse existimantur, quæ quisque ad domesticos delatus locos offert atque sacrificat. Iā si patriæ nomen tanto in pretio apud Deos habetur, cur non iure optimo longè maiori in existimatione foret apud homines? Siquidem quisque nostrūm in patria primùm iucundū illud solis lumen intuitus est non secus atque Deum, qui tametsi omnibus gentibus cōmunis est, vnicuique tamē patrius esse existimatur, propterea quòd sub vitæ initiū ab illo loco primùm auream illam solis lampadem conspexerit. Accedit his quòd & vocem quisque suam in patria auspicatus est, primùm suæ gentis vernacula lingua amabili balbutie sonare perdiscens, Deósque cognouit. Porrò si quis talem sortitus est patriam, quæ ad res maiores perdiscēdas alterius egeat adminiculo, talium tamen disciplinarum gratiam acceptam feret patriæ. Neq; enim vrbis nomen cognouisset vnquā, nisi patrię beneficio & opera vrbes esse cognouisset.

A ὃ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ δίκαιοι τῶν παίδων ποιοῦσι, καὶ οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων. οὔτε γὰρ νέος καλὸς, καὶ ἀγαθὸς, ἄλλον ἂν ποτε τιμήσας τοῦ παιδὸς, οὔτε πατὴρ καταμελήσας τοῦ παιδὸς, ἕτερον ἂν ποτε ἕξειν υἱὸν, ἀλλὰ τοσοῦτόν γε οἱ πατέρες νικῶμενοι, ποσῷ νέμουσι τοῖς παισὶν, ὥστε καὶ κάλλιστοι, καὶ μέγιστοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἄριστα φαίνονται κεκοσμημένοι οἱ παῖδες αὐτοῖς. ὅστις γὰ μὴ τοιοῦτός ἐστι δικαστὴς ποῖος τὸν υἱὸν, ὃ δοκεῖ μοι παιδὸς ὀφθαλμοὺς ἔχειν. πατρίδος τοίνυν ὄνομα, πρῶτον, καὶ οἰκειότατον πάντων· ὥσπερ γὰρ ὅ, τι τοῦ παιδὸς B οἰκειότερον. εἰ δέ τις ἀπονέμει τῷ πατρὶ τὴν δικαίαν τιμὴν, ὡσαύτως καὶ ὁ νόμος, καὶ ἡ φύσις κελεύει, ποιήσοντος αὐτὴν πατρίδα προτιμήσαι. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὸς, τῆς πατρίδος κτῆμα, καὶ ὁ τοῦ παιδὸς πατὴρ, καὶ οἱ ἐκ τούτων οἰκεῖοι πάντες αὐτοτέρω, καὶ μέχρι θεῶν πατρῴων ποιοῦσιν ἀναβιβαζόμενοι τὸ ὄνομα. χαίρουσι γὰ θεοὶ πατρῷοι, καὶ πάντα μᾶλλον, ὡς εἰκὸς, φέρουσι τὰ τῶν αὐθρώπων, αὐτῶν ἡγουμένων κτήματα, πάσης γῆς, καὶ θαλάσσης. ἐφ' ἧς ἕκαστος αὐτῶν ἐγένετο, ποιεῖται C μᾶλλον τῶν ἄλλων ἁπασῶν πόλεων. καὶ πόλεις σεμνότεραι θεῶν πατρίδες, καὶ νῆσοι ἱερώτεραι, πρὸ αἷς ὑμνῆται χρόνοις θεῶν. ἱερὰ γοῦν κεχαρισμένα ταῦτα νομίζεται τοῖς θεοῖς, ἐπειδὴ εἰς τοὺς οἰκείους ἕκαστος ἀφικόμενος ἱερουργῇ τόπους. εἰ δὲ θεοῖς τίμιον τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐκ ἀνθρώποις πολύ γε μᾶλλον; καὶ γὰρ εἶδε τὸν ἥλιον πρῶτον ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος· ὡς καὶ τοῦτον τὸν θεὸν, εἰ καὶ κοινός ἐστιν, ἀλλ' οὖν ἐκείνῳ νομίζεται πατρῷον, ἀφ' ἧπερ πρώτην ἀπὸ τοῦ τόπου θέαν, καὶ φωνῆς ἐνταῦθα ἤρξατο, ὅπερ χώρια πρῶτα λαλεῖν μανθάνων, καὶ θεοὺς ἐγνώρισεν. εἰ δέ τις τοιαύτης ἔλαχε πατρίδος, ὡς ἑτέρας δεηθῆναι πρὸς τιμὴν τῶν μειζόνων παιδείαν, ἀλλ' οὖν ἐχέτω καὶ τούτων τῶν παιδευμάτων τὴν πατρίδι τιμὴν χάριν· ἀφ' οὗ γὰρ ἂν ἐγνώρισεν ταύτης πόλεως ὄνομα, μὴ ἀφ' ἧς πατρίδος, πόλιν εἰ μαθών. D

πολύτα δὲ, οἶμαι, παιδεύματα, καὶ μαθήματα συλλέγοισιν αἱ ἄνδρες, χρησιμωτέρους αὐτοῖς ἀπὸ τούτων τοῖς πατρίσι παιδοκυβάζοντες. κτῶνται δὲ καὶ χρήματα, φιλοτιμίας ἕνεκεν τῆς εἰς τὰ κοινὰ τῆς πατρίδος δαπανήματα. καὶ εἰκότως, οἶμαι· δεῖ γὰρ οὐκ ἀχαρίστους εἶναι τοὺς τῶν μεγίστων τυχόντας εὐεργεσιῶν. ἀλλ' εἰ καὶ τοῖς καθ' ἕνα τις ἀπονέμοι χάριν, ὡς ὧν ὅσιον, ἐπειδὰν εὖ πάθῃ τοῦ τινος, πολὺ μᾶλλον τοῦς ἥκει τὴν πατρίδα τοῖς καθήκουσιν ἀμείβεσθαι. κακώσεως μὲν γὰρ γονέων εἰσὶ νόμοι τοῖς ἐκ τῆς πόλεσι. κοινὴν δὲ τοῦς ἥκει πάντων μητέρα τὴν πατρίδα νομίζειν, καὶ χρείσσονα ἔφασαν ἀποδιδόναι, καὶ τῆς τῶν νόμων αὐτῶν γνώσεως. ὥφθη δὲ οὐδεὶς οὕτως ἀμνήμων τῆς πατρίδος, ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει γηρόμενος, ἀμελήσας. ἀλλ' οἵ τε κακοτυχοῦντες ἐν ταῖς ἀποδημίαις, συνεχῶς ἀνακαλοῦσιν ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἡ πατρίς· οἵ τε εὐδαιμονοῦντες, αὖ καὶ τἄλλα δὲ τοῦτο γοῦν ἀνδρὸς μέγιστον εἶναι νομίζουσι, τὸ μὴ τὴν πατρίδα οἰκεῖν, ἀλλὰ ξενιτεύειν. ὄνειδος γὰρ τῆς ξενιτείας· καὶ τοὺς κατὰ τὸν τῆς ἀποδημίας χρόνον λαμπροτέρους γηρομένους, ἢ ἀφ' χρημάτων κτῆσιν, ἢ ἀφ' τιμῆς δόξαν, ἢ ἀφ' παιδείας μαρτυρίαν, ἢ δι' ἀνδρίας ἔπαινον, ἔστιν ἰδεῖν ἐς τὴν πατρίδα πολλοὺς ἐπειγομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις βελτίοσιν ὑπολαμβάνοντες τὰ αὑτῶν καλά. καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον ἕκαστος σπεύδει λαβέσθαι τῆς πατρίδος, ὅσῳ φαίνηται μείζονων πρὸς ἄλλοις ἠξιωμένος. πολιτὴ μὲν οὖν καὶ νέοις πατρίς. τοῖς δὲ ἤδη γεγηρακόσιν, ὅσῳ πλέον τὸ φρονεῖν ἢ τοῖς νέοις μέτεστι, τοσούτῳ καὶ πλείων ἐγγίνεται πόθος ὁ τῆς πατρίδος. ἕκαστος γοῦν τῶν γεγηρακότων, καὶ σπεύδει καὶ εὔχεται καταλῦσαι τὸν βίον ὅτι τῆς πατρίδος, ἵν' ὅθεν ἤρξατο βιοῦν, ἐνταῦθα πάλιν καὶ τὸ σῶμα τοῦδε καταθῆται τῇ φιλτάτῃ γῇ, καὶ τῶν πατρῴων κοινωνήσῃ τάφων. δῆλον γὰρ

A In ea verò opinione sum, vt putem ab hominibus tantùm in hoc sibi parari omnium artium ac disciplinarum cognitionem, ne patriæ indecores, sed sciposos huic vtiliores informent. Insuper opes etiam possidentur liberalitatis exercendæ gratia, vt communibus impensis patriæ inopiam subleuemus. Consentaneum enim esse opinor, ne, cùm maximis beneficiis affecti simus, parum grati esse reperiamur. Sed si est qui vni officiosè refert gratias, quemadmodum æquum est, posteaquam beneficia nō mediocria ab illo acceperit: multo magis conuenit quàm cumulatissimè paria re-

B ferre patriæ. Etenim super parentum ærumnosa afflictione in ciuitatibus leges sunt conditæ. Æquum verò est communem omnium matrem patriam esse existimare, huícque pro nutricandi officiis ipsarum legum decreto iubente quàm amplissimas gratias reponere. Cæterùm vsqueadeo patriæ negligens & immemor conspectus est nemo, vt in alia Republ. ætatem degens, omnem curam colendę patriæ deposuisset. At etiam qui peregre multis iactati difficultatibus calamitosè agunt, crebrò testantur rerum opti-

C marum omnium præstantissimam esse patriam: tum etiam egregiè felices, quanquam in cæteris omnibus per omnia bene & beatè vitam exigant, tamen in hoc egentissimos se esse opinantur, quòd patriæ fines non incolant, sed extorres & peregre agant: quippe peregrinationis probrum nō mediocriter eos discruciat. Videmus quoque eos qui per tempus quod peregrè agendo insumpserunt, nonnihil splendoris & gloriæ sibi adiunxerunt, aut paratis diuitiarum possessionibus, aut dignitate & honoribus, aut celebri disciplinarum atque ingenij testi-

D monio, aut laude virtutis, omnes certatim ad patriam terram properare, quasi nequaquam apud alios meliores sua ipsorum bona essent cum aliqua laude ostensuri. Ac tanto quisque maiori studio patriam comprehendere approperat, quanto rebus maioribus dignus apud exteros habitus est. Proinde iuuenibus quoque desiderabilis & amabilis iuxtà est patria. Porrò autem homines iam ætate ac senio confecti, quanto maiori quàm iuuenes prudentia exculti sunt, tanto vehementiori patriæ dulcedine ac desiderio trahuntur. Quare vnusquisque è senum numero & festinat & in votis habet maximè in solo natalitio vitā cum morte cōmutatam relinquere, vt quò loci vitam auspicatus est, eodem iterū & corpus terræ altrici humandum reponat, ac patrię sepulturę participem se fore cognoscat. Etenim

graue & acerbum vnicuique esse videtur, peregre agentem se deprehendi, ac demum post mortem in aliena terra reconditum cinescere. Cæterùm quanta erga patriam sit verè germanis ac genuinis ciuibus charitas, non certiùs aut faciliùs quàm ex indigenis perdiscitur. Siquidem peregrini & aduenæ, non secus atque nothi aut spurij, paruo in discrimine ponunt exilia, quippe quibus patriæ nomen prorsus ignotum est, neque vllo animi beneuoli argumento prosequuntur, existimantes nusquam non rerum necessariarum copiam sibi haud difficulter suppeditari, modum felicitatis in ventris ac gulæ fœdis & beluinis voluptatibus situ habentes. Veruntamen quibus mater est patria, terram illam singulari amore prosequuntur, in qua in lucem editi, in qua nutriti sunt. Quanquam modicam habeant, quanquam asperam & sterilem, quanquam vtilitatem terræ virtutem collaudent, non habuerint, attamen quo patria encomio potissimùm celebranda sit, nequaquam animo perplexi hæsitabunt. Verùm tametsi non ignorauerint alios suam iactasse patriam superbiùs ob agrorum fœcunditatem, ac pratorum viridantium plantas omniugas: neque ipsi tamen patrii soli laudis obliuiscuntur: quam equis alendis aptam suspicientes, numerosa quoque ac robusta pube fœcundam collaudant. Ad hæc maturat etiam reditum in patriam aliquis qui insularis fuerit, tametsi apud alios belle & feliciter viuere possit: oblatámque immortalitatem respuet, patriæ sepulcrum perpetuitati præferens. Et vel patriæ fumus alieno igne ipsi luculentior esse videbitur. Vsqueadeo verò in vniuersum res omnes quamlibet pretiosas excellit patria, vt legum quoque conditores passim quisque videat maximis puniendis sceleribus exilium pœnam constituisse, tanquam grauissimum & acerbissimum supplicium. Neque verò solùm legislatorum consuetudo sic se habet, eorum verò qui cum imperio exercitibus præsunt, aliter: neque enim maiore ac vehementiore exhortatione in pugnis militum perturbati accenduntur & inflammantur animi, quàm si pro tuenda patria se præliari cognouerint: nec ferè vllus est qui his auditis ignauus esse sustineat. Etenim strenuum & audacem ex meticuloso quoque facit nomen patriæ.

*Alludit ad Palladis verba Odyssea. 1. de Vlysse. & Item lib 9.*

A ἑκάστῳ δοκεῖ ξενίας ἁλίσκεσθαι, καὶ μὴ θάνατον ἐν ἀλλοτρίᾳ κειμένῳ γῇ. ὅσον δὲ τῆς φύσεως τὰς πατρίδας μέτεστι τοῖς ὡς ἀληθῶς γνησίοις πολίταις, μάθοι τις ἂν τῶν αὐτοχθόνων. οἱ μὲν γὰρ ἐπήλυδες, καθάπερ νόθοι, ῥᾳδίας ποιοῦνται τὰς μεταβάσεις, ὃ μὲν τῆς πατρίδος ὄνομα μήτε εἰδότες, μήτε φέροντες· ἡγούμενοι δὴ ἀπόντα-

B χῆ τῶν ἐπιτηδείων δύπορήσειν, μέτριον εὐδαιμονίας τὰς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς πεφυκότες. οἷς γὰ καὶ μήτηρ ἡ πατρὶς, ἀγαπῶσι τὸν γῆν, ἐφ' ἧς ἐγένοντο, καὶ ἐτράφησαν, κἂν ὀλίγην ἔχωσι, κἂν τραχεῖαν, καὶ λεπτογεων· κἂν ἄπορώσι τῆς γῆς ἐπαινέσαι τὸν ἄρετὸν, τῶν γε ὑπὲρ τῆς πατρίδος οὐκ ἀπορήσουσιν ἐγκωμίων, ἀλλὰ κἂν ἴδωσιν ἑτέροις στενωπομένους, πεδίοις εὐφόροις, καὶ λιμέσι φυτοῖς πεφυτευμένοις διῳκημένοις, καὶ αὐτὸ τῶν τῆς πατρίδος ἐγκωμίων οὐκ ἐπιλαθάνονται· τὸν δὲ ἱππόβοτον ὑπερφυάντες, καὶ κουροτρόφον ἐπαινοῦσι. καὶ εἰ τύχοι τις ἐς τὸν πατρίδα, κἂν νησιώτης ᾖ· κἂν πρὸ ἄλλοις εὐδαιμονῆν δοκῶσι, καὶ διδοῖεν ἀθανασίαν οὐ

C προήσονται, προτιμῶν τὸν ὀπὶ τῆς πατρίδος τάφον· καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς, λαμπρότερος ὀφθήσεται τῶν πρὸ ἄλλοις πυρός. οὕτω δὲ ἄρα τίμιον ἐστὶ δοκεῖ πᾶσιν ἡ πατρίς· ὥστε καὶ τοὺς πολυταχοῦ νομοθέτας ἴδοι τις ἂν ὀπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασιν ὡς χαλεπωτάτην ὀπιβεβληκότας τὴν φυγὴν, τιμωρίαν. καὶ οὐχ οἱ νομοθέται μόνον οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ πιστευόμενοι τὰς στρατηγίας, ἕτερως, ἀλλ' ἐν ταῖς μάχαις τὸ μέγιστον ὄντι τῶν παραγγελμάτων τοῖς ὑπερμαχομένοις, ὡς

D ὑπὲρ πατρίδος αὐτοῖς ὁ πόλεμος. καὶ οὐδεὶς ὅστις ἂν ἀκούσας τοῦτον, κακὸς εἶναι θέλοι· ποιεῖ γὰρ καὶ τὸν δειλὸν, ἀνδρεῖον, ὃ τῆς πατρίδος ὄνομα.

# ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ.

# DE DIPSADIBVS.

## Vincentio Obſopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Prefatio quædam eſt, cuiuſmodi & ſuperiores nonnulle ſunt, qua ſtudium ſuum erga auditores, ſiue quicunque illi tandem fuere quibuſcum verſatus tum fuit, collatione iſta cum Dipſadibus facta, declarat. Vt enim eos qui ab hoc genere ſerpentis percuſſi ſunt, inexplebilis quædam ſitis inuadit, ita vt quo ſunt plus potæ, plus ſitiantur aquæ, vt ille ait: ita ſe quoque deſiderio quodam inſatiabili teneri ait, & quo frequentiùs apud illos ſit, eo magis ac magis eſſe cupere. Porrò quod ad Dipſadis morſum, & ſitim iſtam lethalem attinet, habes conſimilem fermè deſcriptionem, atque exemplum Auli cuiuſdam ſigniferi in exercitu Catonis, qui eodem modo periit, vt ille de quo epigramma præſentis narrationis teſtatur, apud Lucanum libro nono, vbi & cæterorum ſerpentium genera, de quibus hic mentio fit, enumerantur, addita etiam fabula cur Libya ſerpentibus ita abundet atque infeſta ſit.*

Τῆς Λιβύης τὰ νότια, ψάμμος ὅτι βαθεῖα, καὶ γῆ διακεκαυμένη, ἔρημος ὅτι πολύ, ἀκριβῶς ἄκαρπος, πεδινὴ ἅπασα, οὐ χλόη, οὐ πόα, οὐ φυτόν, οὐχ ὕδωρ ἔχουσα, ἢ εἴ που ἀέρι ἐν κοίλοις στωεχηκὸς ὑετῶ ὀλίγου λείψανον, παχὺ καὶ τοῦτο, καὶ δυσῶδες, ὀδὲ πάνυ διψῶντι αὐθημέρῳ πότιμον. ἀοίκητος γοῦν ὅτι διὰ ταῦτα. ἢ πῶς γὰρ αὖ οἰκοῖτο; αἰήμεφος οὔτω, καὶ ξηρά, καὶ ἄφορος οὖσα, καὶ πολλῷ τῷ αὐχμῷ πεζομένη, καὶ ὁ ἅλιος αὐτὸ, καὶ ὁ ἀὴρ, κομιδῇ πυρώδης, καὶ φλογερὸς ὤν; καὶ ἡ ψάμμος χωρὶς ἑοῦσα, πάντελῶς ἄβατον τὸν χῶρον τιθησι. Γαράμαντες μόνοι τοιοῦτοι ὄντες, δύσαλεῖς καὶ κοῦφον ἔθνος, αὐθέφοι σκηνίται, ἀπὸ θήρας τὰ πολλὰ ζῶντες, ἐνίοτε δ' οἱ ἐσβάλλουσι, θηρεύοντες ἀμφὶ ἕωθινὰς τὰς χθμερινὰς, μάλιστα ὕσαντα τὸν θεὸν τηρήσαντες, ὁπότε ὁ πολὺ τοῦ καύματος σβεσθείη, καὶ ἡ ψάμμος νοτισθείη, καὶ ἀμηχέπη βατὰ γένοιτο. ἡ θήρα δὲ ὅτιν, ὄνων τε ἄγρια, καὶ στρουθῶν τὰ μεγάλων καμηλοπαρδάλεων, τε πιθήκων μάλιστα, καὶ ἐλεφάντων ἐνίοτε. Ταῦτα γὰρ μόνα διαφέρει τοῦ δίψους, τε ἀνέχεται ὅτι πολὺ παλαιπωρούμενα ὑπὸ πολλῷ καὶ ὀξεῖ τῷ ἡλίῳ.

A

B

C

A pars Libyæ quæ ad auſtrum tendit, arena eſt profunda, & terra exuſta ſolis ardoribus, deſerta vt plurimùm, frugibus in totum infœcũda, campeſtris vniuerſa, non gramen, nõ fœnum, non plantam vllam nec aquã habens, niſi ſicubi in terrę concauitatibus cõſtiterint imbris & pluuiarum reliquiæ, quæ tamen & ipſæ dẽſæ ſunt, & mali odoris & homini ſitibũdo minimè potabiles. Has igitur ob cauſſas inhabitabilis eſt. Aut quo pacto tãdem inhabitari poſſit locus ita durus & implacidus, tum etiam aridus, ac frugibus arboribúſque iuxtà infœcũdus, quique tam moleſtis feruoribus ſit ſubiectus, cùm ipſe quoq; calor & aër nimiùm ardens ſit, & igneus? Prętereà ipſa arena magnopere feruens regionem prorſus facit inuiam & inacceſſibilẽ. Soli verò Garamantes iis locis finitimi, gens leuis atque frugalis, vitam degentes in tentoriis, venationibus vt plurimùm viuentes, nonnunquam irrumpunt venantes iuxta ſolſtitium hybernum, ſidere maximè pluuioſo obſeruato, quando videlicet maior ardoris pars deferbuit & extincta eſt, & arena aſſiduis imbribus madefacta, & aliquo modo peruia reddita eſt. Venantur autem onagros, & magnos ſtruthiones humi volantes, cùm primis verò ſimias, aliquando etiam elephantos. Hæc enim animantia ſola aduerſus ſitim perdurant, tum magnopere ſufferre poſſunt immodici & feruentis ſolis moleſtias.

Sedenim Garamantes posteaquam commeatum quem secum ingredientes importauerant, omnem consumpserunt, iterum ad suos discedunt postliminio, metuentes ne arena iterum incensa illis intercludat aut difficiliorem reddat reditum, deinde, quemadmodũ in reti comprehensis & sibi ipsis pereundum sit vnà cum præda. Siquidem omnis euadendi facultas sublata est, siquando sol subtracto humore ex regione celerrimè exiccata, feruere inceperit ardentioribus radiis emissis, veluti ad humiditatem acuminatis: illa enim igni nutrimentum suppeditare solet. Et sanè hæc omnia quæ mihi hactenus dicta sunt, feruor, sitis, solitudo, sterilis soli infœcunditas, minùs vobis videbuntur grauia præ hoc quod dicturus sum: & ob hoc ipsum omnibus modis regio ista fugienda est. Omnis enim generis is locus serpentes alit, permagnos & varios, multitudine innumeros, forma terribiles, veneno præsentissimo inexpugnabiles, & partim in cauernis subterraneis excubantes, ac in arenæ secessibus degentes: partim verò supernè repentes, nempe Physallos, aspides, viperas, cerastas, bupreste, iacula, amphisbænas, dracones, & duplex genus scorpionum, vnum terrestre & pedibus ingrediẽs, permagnum, multis corporum vertebris insigne: alterum aërium & volatile. alis tenuibus, cuiusmodi ferè sunt locustæ & vespertiliones. Istiusmodi auibus multis circumuolantibus inaccessibilis & infesta redditur illa Libya. Cęterùm serpentum omnium nocẽtissimum, quos arena nutrit, Dipsas est, serpens non admodum magnus, viperæ similis, violento ictu, veneno crasso, dolores illico inducens intolerabiles. Ardores enim immittit inextinguibiles, & putredines, & totũ corpus adurit incendio. Et qui ab illa icti fuerint, clamant non secus atque illi qui in ignem coniecti sunt. Quod autem illos omnium vehementissimè affligit & torquet, illud est, nempe cruciatus serpenti respondens cognomine. eius enim morsum mox sequitur bibendi sitis inexplebilis: & vltra modum sitiunt. Et quod maximè admirandum est, quanto plus biberint, tanto magis potum expetunt: ac subinde magis atque magis potando crescit bibendi desiderium. Neque illorum sitim extinxeris, tametsi totum Nilũ aut Danubium epotandum præstiteris, verùm irrigandi sedulitate morbum incendis:

*Serpentiũ genera, & ab iis periecla.*

*Dipsas, & eius natura.*

εἰ μὲν γὰρ Ἀδείμαντος βούλεται, οὐδὲ ἐρωτᾶν οἶμαι, ὅς γε δὴ ἐν τῇ νηῒ τὸν ἕτερον πόδα ἔχει· χρὴ δὲ καὶ Λυκίνῳ δοκεῖν. ΛΥ. ἀλλὰ πλουτωμεν, εἰ τοῦτο ἄμεινον, μὴ καὶ βασκαίνειν δόξω τοῖς κοινοῖς δυτυχίαις δοκῶ. ΑΔΕΙ. τίς γοῦν πρῶτος ἄρξεται; ΛΥ. σὺ, ὦ Ἀδείμαντε, εἶτα μέν σε, οὗτοσὶ Σάμιππος, εἶτα, Τιμόλαος, ἐγὼ δὲ, ὀλίγον ὅσον ἡμιστάδιον ὑστερήσω τοῦ Διπύλου ἐπιλήψομαι τῇ εὐχῇ, καὶ τοῦτο ὡς οἷόν τε τρεχέδραμών. ΑΔΕΙ. σχολῇ γοῦν ἐγὼ μὲν οὐδὲ νεὼς ἀποχήσομαι τῆς νεώς. ἀλλ' εἴπερ ἔξεστιν, ἐπιμετρήσω τῇ εὐχῇ. ὁ δὲ Ἑρμῆς ὁ καρδῶος ἐπινευσάτω ἅπασιν. ἔστω γὰρ ὃ πλοῖον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα, ἐμὰ, καὶ ὁ φόρτος, οἱ ἔμποροι, αἱ γυναῖκες, οἱ ναῦται, καὶ ἄλλο εἴ τι ἥδιστον κτημάτων ἀπάντων. ΣΑΜ. λέληθας σεαυτὸν ἔχων ἐν τῇ νηΐ. ΑΔ. τὸν παῖδα φῄς, ὦ Σάμιππε, τὸν κομήτην; καλὸς γοῦν ἔστω ἐμός· ὁπόσος δὲ ὁ πυρός ἐστιν, ἐκεῖνος ὁ ἀριθμὸς ἅπας, χρυσοῦν ἀποσημον γενέσθω, τοσοῦτοι Δαρεικοί. ΛΥΚ. τί τοῦτο, ὦ Ἀδείμαντε, καταδύσεταί σοι ὃ πλοῖον; οὐ γὰρ ἴσον βάρος πυρῷ, καὶ τῷ ἰσαρίθμῳ χρυσίον. ΑΔΕΙ. μὴ φθόνει, ὦ Λυκῖνε, ἀλλ' ἐπειδὰν εἰς σὲ πρέλθῃ ἡ εὐχὴ, τὸν Παρνηθα ἐκεῖνον εἰ θέλοις, ὅλον χρυσοῦν ποιήσας ἔχε, κἀγὼ σιωπήσομαί σοι. ΛΥ. ἀλλ' ὑπὲρ ἀσφαλείας τοῦτο ἔγωγε τῆς σῆς ἐπιμελήσομαι, ὡς μὴ ἀπολέσθαι ἅπαντας μετὰ τοῦ χρυσίου· καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα, μέτρια, τὸ μειράκιον δὲ τὸ ὡραῖον, ἀποπνιγήσεται ἄθλιον, νῆν οὐκ ἐπισάμενον. ΤΙΜ. θάρρει, ὦ Λυκῖνε· οἱ δελφῖνες γὰρ αὐτὸ ὑποδυόντες, ἐξοίσουσιν ἐπὶ τὸν γῆν. ἢ νομίζεις κιθαρῳδὸν μέν τινα σωθῆναι πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἀπολαβεῖν τὸν μισθὸν αὐτῆς ᾠδῆς, καὶ νεκρόν τι ἄλλο παιδίον εἰς τὸν Ἰσθμὸν ὑπὸ δελφῖνος ὁμοίως κομισθῆναι, τὸν δὲ Ἀδειμάντου οἰκέτην τὸν νεώνητον, ἀπρόσωπον δελφῖνος ἐρωτικοῦ; ΑΔΕΙ. τί σὺ γὰρ, Τιμόλαε, μιμῇ Λυκῖνον, καὶ ἐπιμετρεῖς τοῖς σκώμμασιν, καὶ ταῦτα, εἰσηγητὴς αὐτὸς γενόμενος. ΤΙ. ἄμεινον γὰρ ἦν πιθανώτερον αὐτὸ ποιεῖν, καὶ ἵνα φησὶν ὑπὸ τῇ κλίνῃ ἀνορύξαι, ὡς μὴ πρόσωπα ἔχοις ἐκ τοῦ πλοίου, μεταλήψεις χρυσίον ἐς ὃ ἄφυ.

A Nam si Adimantus vult, ne interrogandum quidem opinor, vt qui in naui alterum pedem habeat. Oportet autem & Lycino idem videri. LYC. Ac diteſcamus ſanè, ſi hoc potius, ne inuidere etiam communi fortunæ videar. ADIM. Quis igitur primus incipiet? LYC. Tu Adimante, deinde ſecundo loco Samippus hic poſt quem Timolaus. Ego verò paulò antè quàm ad Dipylum perueniemus, circa extremum ſemiſtadium videlicet votum meum incipiam, idque quoad fieri poteſt, breuiſſimè percurram. ADIM. Proinde ego quidem neque nunc à naui diſcedam, ſed ſi modò licet, etiam amB plius aliquid voto adiiciam; Mercurius autem quæſtuoſus ille annuat omnibus. Sit enim nauigium, & quæ in eo ſunt, mea omnia, & onus quod fertur videlicet, & mercatores, & mulieres, & nautæ, & ſi quid aliud ſuauiſſimum fuerit ex cũctis facultatibus. SAMIP. Atte ipſum oblitus es in naui habẽs. ADIM. Puerum iſtũ, inquis, Samippe, comatum? Et ille igitur meus ſit: quantum autẽ frumenti eſt, totus ille numerus in aurum ſignatum vertatur, fiántque totidem DaricI. LYC. Quid hoc Adimante? Submergetur tibi nauigium: non enim idẽ pondus eſt tritici, & æqualis numero auri. ADIM. Ne inuideas quæſo Lycine, ſed poſtquam ad te peruenerit votum, Parnethen, ſi placet, totam auream facias licet, atque ego tum tacebo tibi. LYC. At ego, quò magis in tuto ipſe nauigares, hoc agebam, ne videlicet vnà cum auro omnes periretis. Ac quantum ad veſtras quidem res attinet, mediocre periculum hoc futurũ erat: adoleſcentulus autem ille formoſus ſuffocabitur miſer, cũ natare neſciat. TIM. Bono animo ſis Lycine. Delphines enim ipſum tergo ſubeũtes, interrã deportabunt. An tu putas citharœdum quempiã ab illis ſeruatum eſſe, accepiſſéque mercedem hanc carminis ſui: deinde & alium quendam puerum mortuum, in Iſthmum à Delphine eodem pacto apportatum: Adimãti autem ſeruum hunc nouitium nullum habiturum Delphinem amatorem? ADIM. Etiam tu Timolaë imitaris Lycinum hunc, & ingeris conuitia, & hoc, cùm tu ipſe huius rei dux & caput ſis. TIM. Melius enim fuerat veriſimilia magis te fingere hæc, & alicubi theſaurum ſub lecto effodere aliquem, ne tibi negotium ipſe exhiberes, dum aurum è naui in vrbem transferes.

καρδῶος cognomẽtum Mercurij eſt, ἀπὸ τῆς κερδοῦς, id quòd lucris præſit.

Scilicet aurei, vt Philippici.

Mons eſt Attica.

ADIM. Rectè dicis. Effodiatur igitur thesaurus sub Mercurio illo marmoreo, qui nobis in aula est, medimna videlicet mille auri signati. Statim itaque, iuxta Hesiodum, ædes principiò quàm maximè insignes habitarem, deinde quæ circa vrbẽ sunt, omnia iam coëmissem, præterquã quæ in Isthmo, & apud Delphos, & Eleusine sunt. Præterea quæ ad mare iacent, & circa Isthmum nonnulla quoque certaminum gratia, si quãdo ad Isthmia proficisci lubitũ esset, & Sicyonium campum: & in summa quicquid vsquã in Græcia foret vel cõsitum nemoribus, vel irriguum fontibus, vel fœcundum frugibus, id omne breui adeò tempore Adimanti sit. Aurum autem cõcauum nobis sit ad cibum ex eo capiendum, pocula verò haudquaquã leuia, vt Echecratis illa, sed duorum talentorum vnumquodque põdere. LYC. Quo pacto ergo pocillator plenum porrigat tibi poculũ adeò graue? aut quomodo tu accipies ab eo, nisi cum magno negotio, non scyphum illo, sed Sisyphium quoddã pondus attollẽte? ADI. Mi homo, ne mihi disturba votum. Ego verò etiam mensas totas aureas facturus sum, & lectos aureos: si verò nõ tacueris, etiam ipsos ministros. LYC. Vide modò ne quemadmodum Midæ & panis tibi & potus aurum fiat, & dire escẽdo miser pereas, fame ista pretiosa enectus. ADIM. Tua igitur magis verisimiliter compones paulo pòst Lycine, postquam ipse optare incipies. Cæterùm ad hæc vestis quoque purpurea mihi sit, & victus quàm maximè delicatus: somnus, quoad fieri potest, suauissimus: amicorum salutationes, & petitiones: & quod vulgo faciunt, omnes me vereantur & adorent: atque alij quidem primo statim mane ad fores sursum ac deorsum obambulent, inter ipsos autem & Cleænetus & Democrates, illi supra modum. Atque accedentibus quidem ipsis, & ante alios intrò recipi volentibus, ianitores septem astantes, ingentes barbari, in frontem statim impingant ianuam, perinde atque ipsi nunc alius faciunt. Ego verò, quando visum fuerit, prospiciẽs quemadmodum sol, illorum quidem nonnullos ne aspiciam quidem: si verò pauper quispiam, qualis ego videlicet fui ante repertum thesaurum, illum humaniter complectar ac lotum ad cœnam sub tempus venire iubebo. Diuites autem isti rumpentur, aspicientes vehicula, equos, & pueros formosos circiter bis mille, ex omni ætate delectos, vt quisque fuerit maximè floridus.

ΑΔ. Οὐ λέγεις. αὐτοματοῦ θησαυρὸς ὑπὸ τὸν Ἑρμῆν τὸν λίθινον, ὃς ἔστιν ἡμῖν ἐν τῇ αὐλῇ, μέδιμνοι χίλιοι ἐπισήμου χρυσίου. ἄθρει οὖν, κατὰ τὸν Ἡσίοδον, οἶκος ὃ πρῶτον, ὡς αὐτὸς ἐπισημότατα οἰκοίην· καὶ τὰ περὶ ὃ ἄστυ πάντα ὠνησάμενος ἤδη, πλὴν ὅσα Ἰσθμοῖ καὶ Πυθοῖ, καὶ ἐν Ἐλευσῖνι· ὅσα δὲ παραθαλάττια, καὶ περὶ τὸν Ἰσθμὸν ὀλίγα, τῶν ἀγώνων εἵνεκα, εἴ ποτε δὴ τὰ Ἰσθμια ἐπιδημήσαιμι, καὶ ὃ Σικυώνιον πεδίον, καὶ ὅλως, εἴ που τι ἦν σπουδαῖον, ἢ ἔνυδρον, ἢ δένδρεσιν ἐν τῇ Ἑλλάδι, πάντα ἐν ὀλίγῳ Ἀδημάντου ἔστω. ὁ χρυσὸς δὲ, κοῖλος ἡμῖν ἐμφαγεῖν· τὰ δὲ ἐκπώματα, μὴ κοῦφα, ὡς τὰ Ἐχεκράτους, ἀλλὰ διπάλαιστον ἕκαστον τὸ ὀλκεῖον. ΛΥ. εἶτα πῶς οἰνοχόος ὀρέξει πλῆρες ὕστω βαρὺ ἔκπωμα; ἢ σὺ δέξῃ πρὸς αὐτοῦ ἀμογητὶ δὲ σκύφον, ἀλλὰ Σισύφιόν τι βάρος ἀναδιδόντος; ΑΔ. αὐθαδέστατε, μή μοι ἀνάλυε τὸν βίον. ἐγὼ δὲ καὶ τραπέζας ὅλας χρυσᾶς ποιήσομαι, καὶ βάς κλίνας χρυσᾶς· εἰ δὲ μὴ σιωπήσῃ, καὶ τοὺς δημιουργοὺς αὐλιεῖς. ΛΥ. ὅρα μόνον μὴ ὥσπερ τῷ Μίδᾳ, καὶ ὁ ἄρτος σοι, καὶ ὁ ποτὸν, χρυσοῦς γένηται, καὶ πλουτῶν, ἄθλιος ἀπόλῃ, λιμῷ διαφθαρεὶς πολυτελῶς. ΑΔ. τὰ σὰ ῥυθμιεῖς πιθανώτερον, ὦ Λυκῖνε, μετ' ὀλίγον, ἐπειδὰν αὐτὸς αἰτῇς. ἐάσῃς δὲ τοῦτο ἀλουργὴς, καὶ ὁ βίος οἷος ἁβρότατος· ὕπνος, ἐφ' ὅσον ἥδιστος· φίλων προσόδοι, καὶ δεήσεις, καὶ ὃ ἀπανταῖς ὑπ' αὐτῶν ποιήσειν, καὶ προσκυνῆν· καὶ οἱ μὲν, ἕωθεν πρὸς ταῖς θύραις ἀῶσι καὶ κάτω προπατήσουσιν, ἐν αὐλιεῖς ὦσι, καὶ Κλεαίνετος καὶ Δημοκράτης οἱ πάνυ· καὶ προσελθοῦσί γε αὐλιεῖς, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων εἰσδεχθῆναι ἀξιοῦσι, θυρωροὶ ἑπτὰ ἐφεστῶτες, μεγέθει βαρβαρικοὶ πρόσαντες ἡμῖν ἐς τὸ μέτωπον τὸν θύρᾳ τὴν θύραν, οἷα νῦν αὐλοὶ ποιοῦσιν. ἐγὼ δὲ, ὁπότ' ἂν δόξῃ, προσκύψας ὥσπερ ὁ ἥλιος, ἐκείνων μὲν οὐδὲ ἐπιβλέψομαι οὐδέν. εἰ δέ τις πένης, οἷος ἐγὼ πρὸ τοῦ θησαυροῦ, φιλοφρονήσομαι τοῦτον, καὶ λουσάμενον, ἥκειν κελεύσω τὴν ὥραν ὅτι δεῖπνον. οἱ δὲ, ἀποπνιγήσονται οἱ πλούσιοι, ὁρῶντες ὀχήματα, ἵππους, καὶ παῖδας ὡραίους, ὅσον δισχιλίους ἐξ ἁπάσης ἡλικίας, ὅ, τι πρὸς ὃ ἀνθηρότατον.

εἶπα δεῖπνα ὅτι χρυσοῦ (οὐ γὰρ ὁ ἄργυρος, ὦ ἑταῖρε, ἐμὲ) παρέχεις μοι, ἐξ Ἰσπανίας, οἶνος δὲ, ἐξ Ἰταλίας, ἔλαιον δὲ, ἐξ Ἰσπανίας καὶ τοῦτο, μέλι δὲ ἡμέτερον ὃ ἄπυρον, καὶ ὄψα πάντα ὁπόθεν, καὶ σῦες, καὶ λαγῶς, καὶ ὅσα πτηνά, ὄρνις ἐκ Φάσιδος, καὶ παὼς ἐξ Ἰνδίας, καὶ ἀλεκτρυὼν Νομαδικός· οἱ δὲ σκευάζοντες ἥκασι, θρῖσαί τινες, ὥσπερ πέμματα καὶ χυμοὺς ἔχοντες. εἰ δέ τινι παρατίθημι, σκύφον ἢ φιάλην αἰτήσας ὁ σκιπίων, ἀποφερέτω καὶ ὃ ἔκπωμα· οἱ δὲ νῦν πλούσιοι, ὥσπερ ἐμὲ ἰδόντες καὶ παρασάντες δηλαδὴ ἄπαντες. καὶ οὐκ ἐπὶ ὃ ἀργυροῦν πινάκιον, ἢ τὸν σκύφον ὑποδείξεται Διόνικος ἐν τῇ πομπῇ, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὀφῇ τοὺς οἰκέτας τοὺς ἐμοὺς ἀργύρῳ τοσούτῳ κεκοσμημένους. τῇ πόλει δὲ ταῦτα πρὸς ἐμοῦ ἀφαίρετα ὑπάρξει αὐτῇ, αἱ μὲν δραχμαὶ, καὶ μύρια ἕκαστον δραχμαί, τοῖς μὲν ἄλλοις ἑκατὸν, τοῖς δὲ μετοίκοις, ἥμισυ τούτων. δημόσια δὲ ἐς κάλλος θέατρα, καὶ βαλανεῖα· καὶ τὴν θάλατταν ἄγει παρὰ τὸ Δίπυλον ἥκειν, κἀνταῦθά που λιμένα εἶναι, ἐπακτοῦ ὀρύγματι μεγάλῳ τοῦ ὕδατος, ὡς ὃ πλοῖόν μου πλησίον ὁρμῇ, καταφανὲς ὂν ἐκ τοῦ Κεραμεικοῦ. τοῖς φίλοις δὲ ὑμῖν, Σαμίππῳ μὲν, εἴκοσι μεδίμνους ὀπτοῦ νομίσματος χρυσοῦ παραμετρῆσαι τὸν οἰκονόμον ἐκέλευσα αὐτῷ, Τιμολάῳ δὲ πέντε χοίνικας, Λυκίνῳ δὲ χοίνικα, ἀποκεκαλυμμένην καὶ ταύτην, ὅτι λάλος ἐστὶ, καὶ ὑποσκώπτει μου τὴν βοχήν. ὃν ἐβουλόμην βιῶναι τὸν βίον, πλουτῶν ἐς ὑπερβολὴν, καὶ τρυφῶν, καὶ πάσαις ἡδοναῖς ἀφθόνως κεχρημένος. εἴρηκα. καὶ μοι ὁ Ἑρμῆς τελεσιουργήσειεν αὐτά. ΛΥ. οἶδα οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, ὡς πόνου σοι ἀπὸ λεπτῆς κρόκης ὁ πᾶς ὑφοὶ πλοῦτος ἀπήρτηται, καὶ ἴσως ἐκείνη ἀπορραγῇ, πάντα οἴχεται, καὶ αὖθις ἀκὴς ὑμῖν ὁ θησαυρὸς ἔσται; ΑΔ. πῶς λέγεις, ὦ Λυκῖνε; ΛΥ. ὅτι, ὦ ἄριστε, ἄδηλον ὁπόσον χρόνον βιώσῃ πλουτῶν. τίς γὰρ οἶδεν εἰ ἔτι σοι παρακεκινδύνευται τῆς χρυσῆς ταπέτης, πρὶν ὑποδῦναι τὴν χεῖρα, καὶ ἀποτεύσασαν τοῦ ταὼ, ἢ τοῦ Νομάδος ἐξεκτυόνος, ἀποφυσῆσαι τὸ ψυχίδιον, ἅπαξ, γυψὶ καὶ κόραξι πάντα ἐκεῖνα καταλιπόντα; ἢ ἐθέλεις καταριθμήσωμέν σοι τοὺς μὲν αὐτίκα παρὼν ἀπολωλυῖαν τὰ πλείω, ἀποθανόντας, ἐνίους δὲ, καὶ ζῶντας ἀποστερηθέντας ὧν εἶχον,

A Deinde & cœnas in auro appositas (vile enim argentum, & nihil ad nostrã fortunam) ac salsamentum quidẽ ex Hispania, vinum autem ex Italia, oleũ verò & ipsum ex Hispania, mel autem nostrate nouum, & igni nondũ admotum. Præterea obsonia vndequaque allata, sues videlicet, & lepores, & quęcũque volatilia, gallina ex Phaside, & pauo ex India, & gallus Numidicus. Qui verò vnũquodque apparãt, sophistæ quidam sint, circa bellaria & sapores exercitati. Quòd si cui autem præbibero, scyphum aut phialam poscẽs, ille qui ebiberit, auferat secum & poculum. Diuites verò isti qui nũc sunt, præ me Iri

B videlicet & mẽdici omnes videantur: neque ampliùs tum argenteam istã scutellam aut scyphum Dionicus in põpa spectãdum præbebit, & maximè postquã videbit seruos etiam meos tam multo argento vti. Ciuitati autem hæc apud me velut exemptitia erunt. Ac pecuniarum quidem distributiones, singulis mensibus drachmas ciui quidem cẽtum, inquilino autem quinquaginta dabo. Publicè verò ad ornamentum vrbis theatra ædificabo, & balnea: & mare vsq; ad Dipylum intromittã, atque ibi portum aliquem extruã, aqua per fossam magnã introducta, vt na-

C uigium meum propiùs appelli, & ex Ceramico apertè cõspici possit. Amicis autẽ vobis, Samippo quidẽ viginti medimna auri signati adnumerare dispensatorẽ iubebo: Timolao autẽ quinque chœnices: Lycino verò chœnicem solam, eámque etiam circũscriptam, eo quòd loquacior est, & votum meum irridet. Atque hanc viuere vitam volebã, supra modum diteſcẽs, & delicatè agẽs, omnibúsq; voluptatibus copiosè fruẽs. Dixi. Ac mihi Mercurius perficere ea, & ad euentũ perducere velit. LYC. Scis igitur Adimãte, vt tibi ex tenui admodũ trama puer iste Plutus

D suspensus sit: ac si fors aliqua ruperit illã, omnia euanescent, & carbones tibi thesaurus iste erit? ADIM. Quomodo dicis hoc Lycine? LYC. Quoniam ô optime, incertum est quantum temporis victurus sis. Quis enim scit an adhuc apposita tibi mẽsa ista aurea, priusquã manum admoueas, & pauonem aut gallum Numidicũ deguſtes, exhalata animula abiturus sis, vulturibus & coruis omnia illa relinquens? An vis vt enumerem tibi alios quidem statim priusquã diuitiis fruerentur, mortuos, alios autem etiam viuos, iis quæ possidebant, spoliatos atque exutos

à deo aliquo qui huiuſmodi rebus inuidebat? An non audis, Crœſum & Polycratem, multo te opulentiores cùm fuerint, breui adeò tempore à bonis illis omnibus excidiſſe? Sed vt tibi miſſos hos faciam, num tibi valetudinem adeò firmam putas fore, atque conſtantem? An non vides multos diuitum infeliciter ætatem agere, doloribus ac morbis vexatos? ac alios quidem ne vadere quidem poſſe, alios autem cæcos eſſe, aut intus labore aliquo affectos? Nam quòd ne alteram quidem tantam opulentiam poſſidere velis, atque eadem cum Phanomacho diuite iſto pati, paritérque vt ille mulieroſus eſſe, ſat ſcio, etiam ſi nullus ipſe dixeris. Omittam interim dicere, quàm multas inſidias cum diuitiis coniunctas norim. Præterea & prędones, & cædes, & odium quod apud multitudinem obeundum eſt. Vides nimirum cuiuſmodi rerum cauſſa extiterit tibi theſaurus iſte. A D I M. Semper tu mihi, Lycine, aduerſarius es: quare neque chœnicem etiam accipies, vt qui perpetuò votum meum inſecteris. LYC. Atqui hoc quidem iam communi diuitum more detrectas, & promiſſum reuocas. Sed tu Samippe iam opta. SAMIP. Ego verò (Arcas enim ſum ex Mantinea, vt ſcitis, in continente vitam agens) nauem quidem haudquaquam poſtulabo mihi contingere, vt quam ciuibus meis ſpectandam exhibere impoſſibile ſit: neque ſcrupulosè adeò cum diis rationem inibo, theſaurum petens, & aurum ad menſuram accumulatum: ſed (poſſunt enim omnia dij, etiã ea quæ maxima videntur eſſe, & lex voti quam Timolaus tulit, iubet nihil vereri poſtulare, tanquam illis nihil non annuentibus) poſtulo videlicet rex eſſe, non qualis Alexander Philippi filius, aut Ptolemæus, aut Mithridates, aut ſi quis alius accepto à patre regno imperauit, ſed mihi principio à prædandi conſuetudine exorſo, ſocij & coniurati circiter triginta fideles admodum & audaces adſint. Deinde paulo pòſt trecenti accedentes nobis alij ſuper alios. Poſtea mille, & non multo pòſt decies mille, poſtremò tota armatorum ſumma quinquaginta millia. Equitum autem circa quinque millia ſit. Ego verò ſuffragiis cunctorum antepoſitus & electus, Imperator optimus eſſe videar, qui & hominibus præeam, & rerum adminiſtrationem geram.

*Voti imperij & potentia.*

A ἐπό τινος βασκάνου πρὸς τὰ τοιαῦτα δαίμονος; ἀκούεις γάρ που, τὸν Κροῖσον καὶ τὸν Πολυκράτη, πολὺ σοῦ πλουσιωτέρους γενομένους, ἐκπεσόντας ἐν βραχεῖ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων; ἵνα δὲ σοι καὶ τούτους ἀφῶ, τό, τε ὑγιαίνειν ἐγγυᾶσθαι οἷός σοι γένεσθαι, καὶ βέβαιον; ἢ οὐχ ὁρᾷς πολλοὺς τῶν πλουσίων κακοδαιμόνως ζῶντας ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων, τοὺς μὲν, οὐδὲ βαδίζειν δυναμένους, τοὺς δὲ, τυφλούς, ἢ τῶν ἐντοσθίων τι ἀλγοῦντας; ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἕλοιο πλουτῶν δὶς τοσοῦτον πλοῦτον, ὁμοῖα πάσχειν Φανο-
B μάχῳ τῷ πλουσίῳ, καὶ θηλύνεσθαι ὡς ἐκεῖνος, οἶδα καὶ μὴ εἴπῃς. ἐῶ λέγειν ὅσας ἐπιβουλὰς οἶδα μετὰ τοῦ πλούτου, καὶ λῃστὰς, καὶ φθόνον, καὶ μῖσος παρὰ τῶν πολλῶν. ὁρᾷς οἷόν σοι τὸ ἀγαθὸν ἄτοπος ὁ θησαυρὸς γίγνεται; ΑΔΕΙ. ἀεί σοι μοι, ὦ Λυκῖνε, ὑπεναντίος· ὥστε οὔτε τὴν χοινικίδα ἐπὶ λήψῃ, ἕως τέλος μου τῆς εὐχῆς ἐπηρεάζων. ΛΥ. τοῦτο μὲν ἤδη κατὰ πολλοὺς τῶν πλουσίων αἰσθήσῃ, καὶ ἀκαλεῖς, τὴν ὑπόκρισιν. ἀλλὰ σὺ ἤδη ὁ Σάμιππος, εὖχου. ΣΑΜ. ἐγὼ δὲ (ἠπειρώτης γάρ εἰμι, Ἀρκὰς, ἐκ Μαντινείας ὡς ἴστε) ναυῦν μὲν οὐκ αἰτήσομαι γενέσθαι, ἵν' γε τοῖς πολίταις ἐπιδείξασθαι ἀδύνατον, οὐδὲ μικρολογήσομαι πρὸς τοὺς θεοὺς, θησαυρὸν αἰτῶν, καὶ μεμετρημένον χρυσίον. ἀλλὰ (δύνανται γὰρ ἅπαντα οἱ θεοὶ, ἓ τὰ μέγιστα εἶ) δοκοῦντα, καὶ ὁ νόμος τῆς εὐχῆς, ὃν Τιμόλαος ἔθηκε, φήσας μηδὲν ὀκνεῖν αἰτεῖν, ὡς ἐκείνων πρὸς ὀλίγον αἰσθυόντων) αἰτῶ δὴ βασιλεὺς γενέσθαι, οὐχ οἷος Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, ἢ
D Πτολεμαῖος, ἢ Μιθριδάτης, ἢ εἴ τις ἄλλος ἐκδεξάμενος τὴν βασιλείαν παρὰ πατρὸς, ἦρξεν. ἀλλά μοι ὁ πρῶτον ἀπὸ ληστείας ὁρμηθεὶς, ἑταῖροι καὶ συνωμόται ὅσον τριάκοντα, πιστοὶ μάλα ἓ πρόθυμοι γενέσθωσαν· εἶτα κατ' ὀλίγον, τριακόσιοι προσιόντες ἡμῖν, ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις· εἶτα, χίλιοι, καὶ μετ' οὐ πολὺ, μύριοι· ἓ ὃ πᾶν, εἰς πέντε μυριάδας ὁπλιτικὸν, ἱππεῖς δὲ, ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ἐγὼ δὲ, χειροτονητὸς ὑφ' ἁπάντων προκριθεὶς, ἄρχων ἄριστος εἶ) δόξας ἀνθρώπων ἡγεῖσθαι, ᾧ προσήκει χρῆσθαι.

ὡς τοῦτό γε αὐτὸ ἤδη μείζων εἰμὶ τῶν ἄλλων βασιλέων, ἅτε ἀρετῇ προεχειρισθέντα τῆς στρατιᾶς ἀρχήν, οὐ κληρονόμον γιγνόμενον, ἀλλὰ πονήσαντος εἰς τὸν βασιλείαν ἐπὶ τὸν Ἀδιμάντου θησαυρὸν παραπλήσιον ὄντα τοιοῦτον. καὶ ὃ πρᾶγμα οὐχ ὅμοιον ἡδύ, ὥσπερ ὅταν ἴδῃ τις αὐτὸς δι' αὑτοῦ κτησάμενος τὸν δυναστείαν. ΛΥ. παπαῖ, ὦ Σάμιππε, σμικρὸν μικρόν, ἀλλὰ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων σύγε ἤτησας, ἀρχὴν ἀπαίδος τοσαύτης, ἄριστος δὴ προκριθεὶς ὑπὸ τῶν πεντακισμυρίων. Τοιοῦτον ἡμῖν ἡ Μαντίνεια θαυμαστὸν βασιλέα καὶ στρατηγὸν ἐλελήθει αἰσχύνεσθαι· πλὴν ἀλλὰ βασίλευε, καὶ ἡγοῦ τῶν στρατιωτῶν, καὶ διακόσμει τό, τε ἱππικὸν, καὶ τοὺς ἀσπιδιώτας. ἐθέλω γὰρ εἰδέναι οἵ βαδιεῖσθε τοσοῦτοι ὄντες ἐξ Ἀρκαδίας, ἢ ὅπῃ τινὰς ἀθλίους πρώτους ἀφίξεσθε. Σ Α. ἄκουε, ὦ Λυκῖνε, μᾶλλον δὲ εἴ σοι φίλον, ἀκολούθει μετ' ἐμοῦ, ἵππαρχον γάρ σε τῶν πεντακισχιλίων ἀποφαίνω. ΛΥ. ἀλλὰ τῆς μὲν τιμῆς, ὦ βασιλεῦ, χάριν οἶδά σοι, καὶ ὑποκύψας εἰς τὸ Περσικὸν, προσκυνῶ σε, προσαγαγὼν εἰς τοὐπίσω τὼ χεῖρε, τιμῶν τὸν πάρεδρον, ὀρθὸν ὄντα, καὶ τὸ διάδημα. σὺ δὲ τῶν ἐρρωμένων τούτων τινὰ ποίησον ἵππαρχον. ἐγὼ γάρ σοι δηλῶ ἀφιππός εἰμι, καὶ σφόδρα ὅλως ἐπίσταμαι ἵππου ἐπὶ τὸν πρόσθεν χρόνον. δέδοικα τοίνυν μὴ τῆς Ἑλληνικῆς ἐποτρυνούσης, καταπεσὼν ἔγωγε, συμπατηθῶ ὑπὸ τῇ τύρβῃ ὑπὸ τοσαύταις ὁπλαῖς, ἢ καὶ θυμοφθὴς ὁ ἵππος ὤν, ἐξενέγκῃ με, τὸν χαλινὸν σπάσας, ἐς μέσους τοὺς πολεμίους, ἢ δεήσῃ καταδεθῆναί με πρὸς τὸ ἐφίππιον, εἰ μέλλω μένειν τε αὖθις, καὶ ἔξεσθαι τῆς χαλινοῦ. ΑΔΕΙ. ἐγώ σοι, ὦ Σάμιππε, ἡγήσομαι τῶν ἱππέων. Λυκῖνος δὲ, τὸ δεξιὸν κέρας ἐχέτω. δίκαιος δ' αὖ εἶμι τυχεῖν παρὰ σοῦ τῶν μεγίστων, τοσούτοις σε μεδίμνοις δωρησάμενος ὀπτισήμου χρυσίου. Σ Α. καὶ αὖθις ἐρώμεθα, ὦ Ἀδείμαντε, τοὺς ἱππέας, εἰ δέξονταί σε ἄρχοντα σφῶν ἡμέτερον. ὅτῳ δοκεῖ, ὦ ἱππεῖς, Ἀδείμαντον ἵππαρχεῖν, αἰρετινάτω τὴν χεῖρα· πάντες, ὡς ὁρᾷς, ὦ Ἀδείμαντε, ἐψηφίσαντο. ἀλλὰ σὺ μὲν ἄρχε τοῦ ἵππου, Λυκῖνος δ' ἐχέτω τὸ δεξιόν· ὑποστὰς δὲ Τιμόλαος, ὅπῃ τῷ Διωνύμου τεταξέται.

A Vt hoc vtique ipso iam maior sim cæteris regibus, vt pote qui virtute cæteris antepositus, exercitui imperem, non per successionem hæreditariam ab alio in regnum introductus. Nam hoc Adimanti thesauro non dissimile foret: & ipsa res haudquaquam eodem modo suauis, vt cùm aliquis videtur ipse per se ipsum potentiam ac principatum assecutus esse. LYC. Papæ, Samippe! haudquaquam exiguum aliquid tu quidem, sed ipsum adeò caput bonorum omnium postulasti, videlicet aciei tantæ optimus ipse iudicatus à quinquaginta millibus. Talem scilicet nobis Mantinea, & tam
B admiratione dignum regem atque imperatorem, interim dum non animaduertit, enutriuit. Verùm age, regna, præi militibus, & exorna equestrem exercitum, pariter & viros clypeum gestantes. Cupio enim scire quonam profecturi sitis tam multi ex Arcadia, aut contra quos miseros primos expeditionem facturi. SAMIP. Audi Lycine. Imò verò si tibi placet, sequere vnà nobiscum. Præfectum enim alæ constituam te equitum quinque millium. LYCIN.
C At pro honore quidem isto, ô rex, gratiam tibi habeo, ac Persico more procumbens adoro te, circumactis post tergum manibus venerando tiaram rectam istam, atque ipsum diadema. Tu verò ex validis istis aliquem, præfectum equitum designa. Nam ego tibi à re equestri valde alienus sum, neque omnino equum vllum ascendi ante hunc diem. Proinde metuo ne tubicine classicum intonante, decidens ego, in tumultu à tot vngulis conculcer, aut etiam equus ferocior existens, arrepto freno in medios hostes efferat me, aut denique oporteat me alligari ephippio, si
D manere super illud debeam, frenúmque tenere. ADIM. At ego tibi Samippe ducam equites, Lycinus autem dextrum cornu habeat. Meritus autem sum qui maximos honores abs te consequar, vt qui te tam multis medimnis auri signati donauerim. SAMIP. Ipsos interrogemus equites, Adimante, num recipere te velint præfectum suum. Cui igitur placet, equites, Adimantum hunc præfectum vestrum esse, manum attollat. Omnes, vt vides, Adimante, suffragantur tibi. Proin tu quidem equitatui præsis, Lycinus autē dextrum cornu ducat. Timolaus porrò hic ad sinistram ordinabitur.

Ego verò mediam aciem regam, pro eo atque legitimum eſt Perſarum regibus, quando ipſi aſſidere ſibi aliquos volunt. Sed progrediamur iam rectà verſus Corinthum, quà per montana itur, comprecati Iouem Regium. Ac poſtquam ea quæ in Græcia ſunt, omnia ſub poteſtatem redegerimus (neque enim quiſquam erit qui nobis reſiſtet, aut arma opponet, cùm tam multi ſimus, ſed abſque ſudore ac puluere vincemus) conſcenſis triremibus, & equis in naues impoſitis (apparatum autem eſt in Cenchreis & frumentum ſatis multum, & nauigia quæ ſufficiant, cæteráque ad hanc rem omnia) traiiciamus per Ægæum in Ioniam, & exinde ibi ſacris Dianæ peractis, ac ciuitatibus nullo defendente captis, præfectiſque ibidem facilè relictis, in Syriam pergamus, per Cariam itinere facto, inde per Lyciam, & Pamphyliam, & Piſidas, & vtranque Ciliciæ oram, maritimam videlicet & montanam, donec ad Euphratem peruenerimus. LYC. At me, ô rex, ſi placet, ſatrapam aliquem Græcis relinque. Formidoloſus enim ſum, neque domo longiùs abire facilè ſuſtinuero: tu verò videris etiam contra Armenios & Parthos exercitum ducturus eſſe, gentes bellicoſas, & ſagittandi perquam peritas. Quare alteri alicui dextram cornu commitre: me verò Antipatrum quempiam in Græcia relinque, nequis etiam ſagitta me transfigat ea parte qua nudus maxime ero, miſerum me feriens, circa Sura vel Bactra alicubi phalangem ducentem tibi. SAMIP. Aufugis Lycine, ac deſeris ordinem, meticuloſus videlicet exiſtens: atqui lex iubet caput amputari ei, ſi quis ordinem deſeruiſſe deprehendatur. Sed quoniam apud Euphratem iam ſumus, & fluuius ipſe ponte iunctus eſt, & quæcunque à tergo reliquimus, bene ac tutò nobis ſe habent, omniáque à præfectis tenentur, qui à me cuique genti impoſiti ſunt, alii autem etiam abierunt, Phœniciam interea nobis & Palæſtinen, & exinde Ægyptum quoque adiuncturi: age tu primus Lycine tranſi, dextrum ducens cornu: deinde ego ſequar, & poſt me Timolaus hicce. poſtremus autem equeſtrem duc exercitum Adimante. Ac per Meſopotamiam quidem nullus nobis obuiam fuit hoſtis, ſed vltrò ſeipſos & arces, homines dediderunt.

*Vt ille, cui Macedoniam cõmiſit Alexander, dũ in Aſiam traiiceret.*

ἐγὼ δὲ, κατὰ μέσον, ὡς νόμος βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, ἐπειδὴ αὐτοῖ συμπαρεδρεύειν αὐτῆς βούλωνταί τινας. παρίωμεν δὲ ἤδη τὴν ὁδὸν τὴν Κορίνθου διὰ τῆς ὀρεινῆς, ἐπευξάμενοι τῷ βασιλείῳ Διί. κἀπειδὰν τὰ ἐν τῇ Ἑλλάδι πάντα χειρωσώμεθα (οὐδεὶς γὰρ ὁ ἀνθιστησόμενος ἡμῖν τὰ ὅπλα τοσοῦτοι οὖσιν, ἀλλ' ἀκονητὶ κρατήσομεν) ἐπιβάντες ἐπὶ τὰς τριήρεις, καὶ τοὺς ἵππους εἰς τὰς ἱππαγωγοὺς ἐμβιβάσαντες, παρεσκευάσμεθα δ' ἐν Κεγχρεαῖς καὶ σῖτος ἱκανὸς, καὶ τὰ πλοῖα διαφορὴ, καὶ πάλιν πάντα, διαβαίνωμεν τὸν Αἰγαῖον ἐς τὴν Ἰωνίαν. ἔπειτα ἐκεῖ τῇ Ἀρτέμιδι θύσαντες, καὶ τὰς πόλεις ἀτειχίστους λαβόντες, ῥᾳδίως ἄρχοντας ἀπολιπόντες, παρεχωρήσωμεν ὅτι Συρίας διὰ Καρίας, εἶτα Λυκίας, καὶ Παμφυλίας, καὶ Πισίδων, καὶ τῆς Κιλικίας, ἄχρι; αὖ ὅτε τὸν Εὐφράτην ἀφικώμεθα. ΛΥΚ. ἐμὲ, ὦ βασιλεῦ, εἰ δοκεῖ, Σατράπην τῆς Ἑλλάδος κατάλιπε. δῆλος γάρ εἰμι, καὶ τῷ οἴκοι πολὺ ἀπελθεῖν οὐκ ἂν ἡδέως ὑπομείναιμι· σὺ δ' ἔοικας ὅτι Ἀρμενίους καὶ Παρθυαίους ἐλάσῃ, μάχιμα φῦλα, καὶ τὴν τοξικὴν δύσχα, ὥστε ἄλλῳ μὲν δοὺς τὸ δεξιὸν, ἐμὲ Ἀντίπατρόν τινα ἔασον ὅτι τῆς Ἑλλάδος, μή με καὶ διαπείρῃ τις οἷος, ἄθλιον βαλὼν ἐς τὰ γυμνά, περὶ Σοῦσα ἢ Βάκτρα ἡγούμενόν σοι τῆς φάλαγγος. ΣΑΜ. ἀποδιδράσκεις, ὦ Λυκῖνε, τὸν κατάλογον, δειλὸς ὤν. ὁ δὲ νόμος, ἀποτετμῆσθαι τὴν κεφαλὴν, εἴ τις λιπὼν φαίνοιτο τὴν τάξιν. ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τὸν Εὐφράτην ἤδη ἐσμὲν, καὶ ὁ ποταμὸς ἔζευκται, καὶ κατόπιν ὁπόσα διεληλύθαμεν ἀσφαλῶς ἡμῖν ἔχει, καὶ πάντα ὑπήκοα κατέχομεν, ἀλλ' ἐμοῦ ἡγουμένου ἐνθένδε ἐπεισαθέντες, οἱ δὲ καὶ ἀπίασι, τὴν Φοινίκην ἡμῖν καὶ τοσοῦτον, καὶ τὴν Παλαιστίνην, εἶτα καὶ τὴν Αἴγυπτον προσαξόμενοι, σὺ πρῶτος, ὦ Λυκῖνε, διάβαινε, ὁ δεξιὸν ἄγων, εἶτα ἐγὼ, καὶ μετ' ἐμὲ, οὗτοσὶ Τιμόλαος. ὅτι πᾶσι δὲ, ὁ ἱππικὸν ἄγε σύ, ὦ Ἀδείμαντε. καὶ διὰ μὲν τῆς Μεσοποταμίας οὐδεὶς ἀπήντησεν ἡμῖν πολέμιος, ἀλλ' ἑκόντες αὐθίς τε καὶ τὰς ἀκροπόλεις αὐθαίρετοι ἐνεχείρισαν,

καὶ ὅτι Βαβυλῶνα ἐλθόντες ἀπροσδόκητοι A
πρήλθομεν εἰς ὃ εἴσω τῶν τειχῶν, καὶ ἑλόμεν
τὴν πόλιν. ὁ βασιλεὺς δὲ περὶ Κτησιφῶντα
διατρίβων, ἤκουσε τὴν ἔφοδον. εἶτα εἰς Σε-
λεύκειαν πρελθών, ἀθροικυάζει, ἱππέας
τε ὅτι πλείστους μεταπεμπόμενος, καὶ τοξό-
τας, καὶ σφενδονήτας. ἀπαγγέλλουσι δ' οὖν οἱ
σκοποὶ ἀμφὶ τοὺς ἑκατὸν ἤδη μυριάδας τῶν
μαχίμου σεσωφλεῖσθαι, καὶ τούτων εἴκοσιν ἱπ-
ποτοξότας· κἀγὼ ὅπω ὁ Ἀρμένιος πρέσειν,
ὅτε οἱ ἐπὶ τὴν Κασπίαν θάλατταν οἰκοῦν-
τες, ὅτε οἱ ἀπὸ Βάκτρων, ἀλλ' ὁκ τῶν πλη-
σίων καὶ περατείων τῆς ἀρχῆς· ὅπως ῥᾳδίως B
τοσαύτας μυριάδας κατέαξε. καιρὸς οὖν
ἤδη σκοπεῖν ἡμᾶς ὅ,τι χρὴ ποιεῖν. ΑΔΕΙ.
ἀλλ' ἐγὼ μὲν φημι δεῖν ὑμᾶς, ὃ πεζὸν, ἀπιέ-
ναι τὴν ὅτι Κτησιφῶντος, ἡμᾶς δὲ, ὃ ἱππι-
κὸν, αὐτοῦ μένειν, τὴν Βαβυλῶνα φρουρή-
σοντας. ΣΑΜ. ἀποδειλιᾷς καὶ σὺ, ὦ
Ἀδείμαντε, πλησίον τῶν κινδύνων γιγόμε-
νος. σοὶ δὲ τί δοκεῖ, ὦ Τιμόλαε; ΤΙΜΟ.
ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ βαδίζειν ὅτι τοὺς πολε-
μίους, μηδὲ περιμένειν ἔστ' ἂν ἄμεινον πα-
σκευάσωνται, πάντα χόδην αὐτοῖς συμμά- C
χων προσγιγομένων, ἀλλ' ἕως ἔτι κατ' ὁδὸν
εἰσὶν οἱ πολέμιοι, ὅτι χαρούμεν αὐτοῖς. ΣΑ.
Εὖ λέγεις· σὺ δὲ τί, ὦ Λυκῖνε, δοκιμάζεις;
ΛΥΚ. ἐγώ σοι φράσω. ὅτε γὰρ κεκμήκαμεν
σιωπῇ ὁδεύοντες, ὁπότε καπήειμεν ἕως
ἐς τὸν Πειραιᾶ, καὶ νῦν δὲ ἤδη τριάκοντά
που σταδίους προκεχωρήκαμεν, καὶ ὁ ἥλιος
πολύς, καὶ μεσημβρίαν γὰρ ἤδη μάλιστα,
καὶ οὗτοί που ὅτι τὰς ἐλαίας ὅτι τῆς αἰπει-
γαμένης στήλης καθίσαμεν, ἀναπαύσα-
σθαι, εἶτα οὕτως ἀναστάντας, πορεύεσθαι, καὶ D
αὖθις τὸ λοιπὸν ἐς ὅ ἄστυ. ΣΑΜ. ἐπὶ γὰρ
Ἀθηναίοισιν, ὦ μακάριε, εἰ δοκεῖς, ὃς ἀμ-
φὶ Βαβυλῶνα ὁν τῷ πεδίῳ, πρὸ τῶν τει-
χῶν ὁν τοσούτοις στρατιώταις κάθησαι περὶ τοῦ
πολέμου διασκοπούμενος. ΛΥ. ὑπέμνη-
σας· ἐγὼ δὲ νήφειν ᾤμην, καὶ σὺ μοῦσά τι φα-
νῆναι τὴν γνώμην. ΣΑ. πρόιμεν δή,
εἴ σοι δοκεῖ, καὶ ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ ὁν τοῖς
κινδύνοις ἔσεσθε, μηδὲ προδώσετε τὸ πάτριον
φρόνημα· ἤδη γάρ που καὶ οἱ πολέμιοι ὅτιλαμ-
βάνουσιν. ὥστε τὸ μὲν σύνθημα ἔστω, Ἐνυάλιος.

Etiam ad Babylonem accedentes, præ-
ter ſpem intra muros recepti ſumus,
ac vrbem ipſam tenemus. Rex autem
ad Cteſiphontem commorans, aduen-
tum noſtrum accepit. Proinde Seleu-
ciam profectus, exercitum comparat,
& equites quamplurimos vndecunque
accerſens, & ſagittarios, & funditores.
Renunciant itaque ſpeculatores, ad cen-
tum myriadas hominum bello apto-
rum congregatas eſſe, & ex his viginti
qui ex equis iaculantur. Neque tamen
adhuc neque Armenius adeſt, neque ij
qui ad Caſpium mare habitant, neque
Bactriani, ſed ij tantùm qui in vicino
degunt, & in ipſo quaſi ſubvrbio regni.
adeò facilè tot myriadas ille recepit.
Tempus igitur iam eſt vt videamus quid- κατέαξε, *Græcè, quodaliàs, fregit, ſignificat.*
nam oporteat nos facere. ADIM. At
ego quidem cenſeo oportere vos, pe-
deſtrem videlicet exercitum, proficiſci
hinc ad Cteſiphontem: nos autem, e-
quites puta, manere hîc, & Babylonem
aſſeruare. SAMIP. Etiam tu metu ef-
fœminaris Adimante, poſtquam pro-
pius periculo ventum eſt. Sed quid tibi
videtur Timolaë? TIMOL. Omni-
bus copiis eundum hoſti obuiam eſſe,
neque expectandum dum illi meliùs ſe-
ſe pararint, auxiliis vndique ipſis acce-
dentibus: ſed dum adhuc in itinere
ſunt hoſtes, adoriamur ipſos. SAMIP.
Rectè dicis. Tu verò Lycine quid cen-
ſes? LYC. Equidem tibi dicam. Po-
ſteaquam defeſſi iam ſumus contendendo, & abſque intermiſſione iter faciendo, quando in Piræum mane deſcendimus, & nunc autem triginta propè ſtadia proceſſimus, deinde & ſolis ardor frequens (nam iam circa meridiem maximè eſt) hîc alicubi ad olcas, ſuper columnam iſtam inſcriptionibus inſignitam reſidentibus, quieſcendum pauliſper eſſe. Deinde reſurgentibus inde iterum eundum, & reliquum viæ ad vrbem abſoluendum eſſe. SAMIP. Etiámne Athenis, ô beate, tibi eſſe videris, qui circa Babylonem in campo ante muros inter tot milites ſedes de bello deliberans? LYC. Submoniſti. Ego verò ſobrium eſſe me putabam, at tu in eo, vt ſententiam proferrem. SAMIP. Accedamus igitur, ſi tibi videtur. Ac vt viri fortes in periculis ſitis facite, neque prodatis patrios ſpiritus. Iam enim & hoſtes videlicet pugnam capeſſunt. Quare teſſera quidē Enyalius eſto.

*Martis cognomentū est ἀπὸ τοῦ ἐνυοῦς.*

Vos autem poſtquam claſſicum cecinerit tubicen, cum clamore inuadentes, & clypeos haſtis pulſantes, properate cum aduerſariis manum conſerere, ac cominus pugnate, atque intra teli iactum conſiſtite, vt ne plagas accipiamus, dum illis ſpatium feriendi eminus concedimus. Et quoniam ad manus mutuò iam ventum eſt, ſiniſtrum quidem cornu & Timolaus in fugam verterunt eos quibuscum congreſſi ſunt, Medos. Media autem acies, & quod circum me eſt, æquo adhuc Marte pugnat. Perſæ enim ſunt, & inter eos ipſe rex. Vniuerſus autem equitatus Barbarorum in dextrum cornu noſtrum fertur. Quare ô Lycine & ipſe vir fortis ſis, & eos qui tecum ſunt, exhortare ad fortiter excipiendam, & ſuſtinendam impreſſionem. LYC. O fortunam. Aduerſum enim me equites cuncti, ſolúſque idoneus ipſis viſus ſum qui contra ferar. Ac mihi videor, ſi vim adhibeant, transfugiturus eſſe, in palæſtram hinc currens, belligerantes etiamnum vos relinquens. SAM. Nequaquam. Vincis enim & tu ipſos iam parte quadam. Ego verò, vt vides, etiam ſingulari prælio cũ rege congrediar. Prouocat enim me, & pugnam detrectare omnino turpe fuerit. LYC. Per Iouem etiam vulneraberis ſtatim admodum ab eo. Nam hoc quoque regium eſt, vulnerari de regno dimicantem. SAM. Bene dicis. Leue tamen, & vix ſummam cutem perſtringens vulnus hoc, neque etiam in aperta corporis parte, vt ne cicatrix quidem deformis apparitura ſit poſtea. Cæterùm vides quo pacto ipſe incurſando vna adeò plaga & ipſum & equum emiſſa haſta tranſegerim: deinde amputato capite, & ablato diademate, rex adeò ipſe factus iam ſim, & ab omnibus adorer? Barbari igitur adorent nos, ego verò iuxta Græcorum legem imperabo, atque vnus Imperator nominabor. Poſt hæc igitur cogitate quàm multas quidem ciuitates cognomines mihi ipſi conditurus ſum, quàm multas autem etiam deſtructurus per vim captas, ſi quæ contumeliosè aliquid in regnum fecerint. Omnium autem maximè Cydiam iſtum diuitem perſequar, qui cùm mihi vicinus tam eſſet, eiecit me agro, tranſcendens paulatim in interiora finium. LYC. Deſine tandem Samippe. Tempus enim eſt, te quidē poſt pugnam tantam, ſuperatam, Babylone conuiuium celebrare, & victoriæ ſacra peragere,

A ὑμεῖς δὲ, ἐπειδὴν σημαίνῃ ὁ Σαλπιγκτὴς, ἀλαλάξαντες, καὶ τὰ δόρατα κρούσαντες τοῖς τῶν ἀσπίδας, ἐπείγεσθε συμμίξαι τοῖς ἐναντίοις, καὶ ἐντὸς γένεσθαι τῶν τοξευμάτων, ὡς μηδὲ πληγὰς λαμβάνωμεν, ἀκροβολίζεσθαι αὐτοῖς διδόντες. καὶ ἐπεὶ ἐς χεῖρας ἤδη συνελήλυθαμεν, ὁ μὲν εὐώνυμος, καὶ ὁ Τιμόλαος, ἐτρέψαντο τοὺς καθ' αὑτούς, Μήδους ὄντας, ὁ δὲ κατ' ἐμὲ, ἰσόπαλον ἔτι. Πέρσαι γάρ εἰσι, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς· ἡ δὲ ἵππος ἅπασα τῶν βαρβάρων, ὅπερ ὁ δεξιὸν ἡμῶν ἐλαυνούσιν, ὥστε, ὦ Λυκῖνε, αὐτός τε αἰνὴρ ἀγαθὸς γίγνου, καὶ τοῖς μετ' σαυτὸν ὑπόδεχε δέχεσθαι τὴν ἐπέλασιν. ΛΥΚ. ὦ τῆς τύχης, ἐγὼ ἐμὲ γὰρ οἱ ἱππεῖς ἅπαντες, καὶ μόνος ὑπερτάθης αὐτοῖς ἔδοξα ἐπελαυνεῖσθαι· καὶ μοι δοκῶ, ἐὰν βιάζωνται, αὐτομολήσειν, τρέχων ἐς τὴν παλαίστραν, ἔτι πολεμοῦντας ὑμᾶς καταλιπών. ΣΑΜ. μηδαμῶς. κρατεῖς γὰρ αὐτῶν καὶ σὺ ἤδη τὸ μέρος· ἐγὼ δὲ, ὡς ὁρᾷς, καὶ μονομαχήσω πρὸς τὸν βασιλέα, προσκαλεῖται γάρ με, καὶ αἰσχύνη πάντως αἰσχρόν. ΛΥΚ. νὴ Δία, καὶ τετρῶσθαι αὐτίκα μάλα πρὸς αὐτοῦ, βασιλικὸν γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἀρχῆς μαχόμενον. ΣΑΜ. οὐ λέγεις, ὑπερπόλαιον μοῦ τὸ τραῦμα, καὶ σὺν εἰς τὰ φανερὰ τοῦ σώματος· ὡς μηδὲ τὸν οὐλὸν ὕστερον ἄμορφον γένεσθαι· πλὴν ἀλλὰ ὁρᾷς ὅπως ἐπελάσας, μιᾷ πληγῇ αὐτόν τε καὶ τὸν ἵππον διέπειρα, τὸν λόγχην ἀφείς; εἶτα τὸν κεφαλὸν ἀποτεμών, καὶ ἀφελὼν τὸ διάδημα, βασιλεὺς ἤδη γέγονα, προσκυνούμενος ὑπ' ἀνθρώπων· οἱ βάρβαροι προσκυνείτωσάν ἡμῖν, καὶ τὸν Ἑλλήνων νόμον ἄρξω, εἷς στρατηγὸς ὀνομαζόμενος. ὑπὲρ τούτοις ἄρα σκοπεῖτε ὅσας μοὶ πόλεις ἐπωνύμους ἐμαυτῷ οἰκιῶ, ὅσας δὲ καὶ καθαιρήσω ἑλὼν καὶ κρατήσας, αἳ ἂν ὑβρίσωσί τι εἰς τὸν ἀρχὸν· ἀνθρώπων δὲ μάλιστα Κυδίαν τὸν πλούσιον μετελεύσομαι, ὃς ὅμορος ἤδη ὢν μοι, ἐξέωσε τοῦ ἀγροῦ, ὑπερβαίνων κατ' ὀλίγον εἰς τὸ εἴσω τῶν ὁρῶν. ΛΥ. παύσου ἤδη, ὦ Σάμιππε, καιρὸς γάρ σε ἤδη μοὶ νενικηκότα τηλικαύτην μάχην, τὸ Βαβυλῶνι βιωτεῖν τὰ ἐπινίκια,

(ἐκτὰδλης γὰρ, οἶμαι, σοι ἡ ἀρχὴ) Τιμόλεων δὲ ἐν τῷ μέρει εὔχεσθαι ὅτῳ ἂν ἐθέλῃ. ΣΑΜ. τί δ' οὖν, ὦ Λυκῖνε, οἷα σοι ἠτῆσθαι δοκῶ; ΛΥΚ. πολὺ, ὦ θαυμασιώτατε βασιλέων, ὀπισπονώτερα καὶ βιαιότερα τῶν Ἀδιμάντου, πολὺ ὅσον ἐκεῖνος μὲν ἐτύφα, διπλάσια χρύσια σκεύη τετρωμένων τοῖς συμπόταις, σὺ δὲ, καὶ ἐπιτεθωκὼς μονομαχῶν, καὶ ἐδεδίεις, καὶ ἐφρόντιζες νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν· ἃ μόνον γάρ σοι τὰ παρὰ τῶν πολεμίων φοβερὰ ἦν, ἀλλὰ καὶ ὀπιβουλαὶ μυρίαι, καὶ φθόνος παρὰ τῶν συνόντων, καὶ μῖσος, καὶ κολακεία, φίλος δὲ οὐδεὶς ἀληθὴς, ἀλλὰ πρὸς ὃ δέος ἅπαντες, ἢ πρὸς τὴν ἐλπίδα δῆθεν δοκοῦντες εἶναι). ἀπόλαυσις μὲν γε, οὐδὲ ὄναρ τῶν ἡδέων, ἀλλὰ δόξα μόνον, καὶ πορφυρὶς, χρυσῷ ποικίλη, καὶ ταινία λευκὴ περὶ τῷ μετώπῳ, καὶ δορυφόροι προϊόντες. τὰ δ' ἄλλα, κάματος ἀφόρητος, καὶ ἀνδία πολλὴ· καὶ ἡ χρηματίζειν τοῖς παρὰ τῶν πολεμίων ἥκουσι δεῖ, ἢ δικάζειν, ἢ καταπέμπειν τοῖς ὑπηκόοις ὁπιτάγματα. καὶ ἤτοι ἀφέστηκέ τι ἔθνος, ἢ ἐπιβουλεύουσί τινες τῶν ἔξω τῆς ἀρχῆς. δεδιέναι οὖν δεῖ πάντα, καὶ ὑφορᾶσθαι. καὶ ὅλως, ὑπὸ πάντων μᾶλλον ἢ ὑπὸ σεαυτοῦ δαιμονίζεσθαι. καὶ γὰρ οἶμαι καὶ τόδε, πῶς οὐ παπεινὸν, ὅτι καὶ νοσεῖς τὰ ὅμοια τοῖς ἰδιώταις, καὶ ὁ πυρετὸς οὐ διαγινώσκει σε βασιλέα ὄντα, οὐδὲ ὁ θάνατος δέδιε τοὺς δορυφόρους, ἀλλ' ὁπόταν ὁπότερον αὐτῷ δοκῇ, ἄγει οἰμώζοντα, οὐκ αἰδούμενος ὃ διάδημα; σὺ δὲ ὁ οὕτως ὑψηλὸς καθαπεσὼν, ἀναπασσος ἐκ τοῦ βασιλείου θρόνου τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἄπει, τοῖς πολλοῖς ἰσότιμος, ἐλαυνόμενος ἐν τῇ ἀγέλῃ τῶν νεκρῶν, χῶμα ὑψηλὸν ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλην μακρὰν, ἢ πυραμίδα ὀρθὴν ἰσαις γωνίαις ἀπολιπὼν, ἐκπαγθέσματα καὶ ἀνεπαίσθητα φιλοτιμήματα· εἰκόνες δὲ ἐκεῖναι, καὶ νεὼς, οὓς ἐδείμαντο αἱ πόλεις θεραπεύουσαι, καὶ ὁ μέγα ὄνομα, πάντα κατ' ὀλίγον ἀπορρεῖ, καὶ ἄτιμα ἀμελούμενα. ὧν δὲ ἕνεκα ὅτι μάλιστα ὅτι πλεῖστον χρόνον μένῃ, τίς ἔτι ἀπόλαυσις ἀναθήσει αὐτῶν γνωμένῳ; ὁρᾷς,

(iam enim extra præscriptum stadium, opinor, processit tibi imperium) Timolaum autem vicissim optare quicquid voluerit. SAMIP. Quid igitur Lycine? qualia tibi postulasse videor? LYC. Longè, ô præclarissime regum, laboriosiora & violentiora, quàm quæ Adimantus: quippe cùm ille quidem in deliciis versaretur, & duorum talentorum pocula aurea compotoribus porrigeret, tu verò etiam vulnerabaris singulari prælio dimicans, & metuebas, & curis distinebaris, noctu interdiúque. Non solùm enim ea quæ ab hostibus fierent, formidanda tibi erant, sed & insidiæ innumerabiles, & inuidia eorum quibuscum viuebas, & odium, & adulatio. Amicus autem nullus verus, sed ad metum omnes vel spem beneuolentiam simulantes. Fruitio certè voluptatum ne per somnium quidem, sed gloria solùm, & purpura auro variegata, & fascia candida circum frontem, & satellites præeuntes. Cætera autem, labor intolerabilis, & acerbitas multa. Et aut responsa dare ab hostibus venientibus oportet, aut ius dicere, aut mittere ad subditos edicta. Et vel gens aliqua defecit, vel incursiones fiunt ab iis qui extra imperium degunt. Timere itaque oportet omnia, & habere suspecta. Et in summa, ab omnibus magis quàm à teipso beatum prædicari. Nam illud quoque an non humile & abiectum, quòd & ægrotas eodem modo cum priuatis, & febris in nullo discrimine habet te regem, neque etiam mors metuit satellites tuos, sed superueniens quandocunque ipsi lubitum fuerit, ducit plorantem te, nihil verita diadema istud? Tu verò ille sublimis adeò ex alto decidens, abreptus è solio regio, eandem viam abis cum multitudine, eodémque honore cum cæteris inter gregem mortuorum agitaris; tumulum excelsum supra terram, & columnam in longum porrectam, aut pyramidem æquis ac rectis angulis assurgentem post te relinquens, serotina videlicet & tum insensibilia magnificentiæ spectacula. Statuæ autem illæ & templum, quæ ciuitates erigunt colentes, & magnum illud nomen, omnia paulatim defluunt atque abeunt neglecta. Quòd si autem quàm maximè etiam in longissimum perdurarint, quis quæso fructus eorum ampliùs fuerit, cùm sensu careas? Vides

qualia quidem etiam viuus negotia habiturus sis, metuendo videlicet, & cogitando, & laborando: qualia verò & illa quoque quæ post mutationem sequentur. Sed iam tuum erit Timolaë, optare: ac vt superes istos, vide, quemadmodum decet virum intelligentem, & rebus vti scientem. TIM. Attende igitur Lycine, num quid reprehensione dignum optabo, & quidnam arguere quispiã meritò possit. Nam aurum quidem, & thesauros, & medimna nummorum, aut regna, & bella, & terrores pro imperio, quæ tu meritò reprehendisti, haudquaquam postulabo. Caduca enim hæc, & multis insidiis referta: & plus molestiæ in ipsis est, quàm dulcedinis. Cæterùm Mercurium ego volo obuiàm mihi venientem dare nonnullos annulos, qui huiusmodi vim habeant, primùm quidem vt rectè semper valeam, & corpore sanus sim, & insauciabilis, & nulli perturbationi obnoxius. Secundum autem, vt ne conspici possit is qui eum induerit, qualis ille Gygis fuit. Deinde alium quendam, vt robore superem virorum decem millia: atque onus quod alioqui decem millia hominum mouere simul vix possent, ego solus facilè in humeros attollere possim. Præterea autem & volare possim, longè à terra in sublime sublatus, & ad hoc quoque annulum quendam habeam. Iam verò & in somnum resoluere quos voluero, & omnem ianuam accedenti mihi aperiri, laxata sera, & dimoto obice. hæc ambo vnus anulus possit. Et quod maximum est, alius quispiam sit supra omnes suauissimus, qui me amabilem faciat indutus, & pueris formosis & mulieribus, & populis totis, neque quenquam amoris expertem esse sinat, & cui non desiderabilissimus ipse videar, atque in ore sim, ita vt multę mulieres dum amorem pati nequeunt, seipsas etiam suspendant, & adolescentuli ad insaniam redigantur mei desiderio, adeóque seipsos beatos esse putent, si quem ipsorum vel aspiciam solùm: siverò contemnam, etiam illi mœrore pereant: & in summa, supra Hyacinthum, aut Hylam, aut Phaonem Chium illum sim. Atque hæc omnia habeam non in breue tempus ac statim moriturus, neque etiam ad mensuram humanæ vitæ viuens, sed annos mille, subinde iuuenis ex iuuene renascens, viuendo exigam, circa decimumseptimũ quenque annum exuens senectutem, perinde atque serpentes.

*Verum omnia fortuna & felicitatis.*

οἷα μὴν ζῶν ἔτι ἐξῆς τοιαῦτα, δηλονότι, καὶ φροντίζων, καὶ κάμνων, οἷα δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν ἔσαι; ἀλλ' ἤδη σὸν αἰτεῖν, ὦ Τιμόλαε, καὶ ὅπως ὑγιαλῆ τούτοις, ὡς ἐοικὸς ἄνδρα σωφρονοῦντα, καὶ τοιαῦτα χρῆσθαι εἰδότα. ΤΙΜ. σκόπει γοῦν, ὦ Λυκῖνε, εἴ τι ὀπιλήψιμον εὔξομαι, καὶ ὅ, τι αὖ δύναιτό τις διωνεῖν. χρυσὸν μὲν οὖν, καὶ θησαυροὺς, καὶ μεδίμνους νομίσματος, ἢ βασιλείας, καὶ πολέμους, καὶ δείματα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, ἃ εἰκότως διέβαλες, οὐκ αἰτήσομαι, ἀβέβαια γὰρ ταῦτά γε, καὶ πολλὰς ἔχοντα τὰς ἐπιβουλάς· ἔχοντα, καὶ πλέον τοῦ ἡδέος ὃ ἀναιρεῖ ἐν αὐτοῖς ἰῶ. ἐγὼ δὲ βούλομαι τὸν Ἑρμῆν ἐντυχόντα μοι δοῦναί τινας δακτυλίους τοιούτους τινὰ δύναμιν, ἕνα μὲν, ὥστε ἀεὶ ἐρρῶσθαι, καὶ ὑγιαίνειν ὃ σῶμα, καὶ ἄτρωτον εἶναι, καὶ ἀπαθῆ· ἕτερον δὲ, ὡς μὴ ὁρᾶσθαι τὸν περιθέμενον, οἷος ἦν ὁ τοῦ Γύγου· τὸν δὲ τίνα, ὡς ἰσχύειν ὑπὲρ ἄνδρας μυρίους, καὶ ὅ, τι καὶ ἅπαξ ἅμα μυρίοι κινῆσαι μόλις δύναιντο, τοῦτό με ῥᾳδίως μόνον αἴρεσθαι· ἔτι δὲ καὶ πέτεσθαι, πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθέντα· καὶ πρὸς τούτοις μοι εἶναι δακτύλιόν τινα, καὶ μὲν καὶ ἐς ὕπνον καθιστᾶν, ὁπόσους ἂν ἐθέλω, καὶ ἅπασιν ὑφεῖναι πρόσιόντι μοι ἀνοίγεσθαι, χαλωμένου τοῦ κλείθρου, καὶ τοῦ μοχλοῦ ἀφαιρουμένου. ταῦτα ἀμφότερα εἰς δακτύλιος δυνάσθω. ὃ δὲ μέγιστον, ἄλλός τις ἔστω ὑπὲρ πάντα ὁ ἥδιστος, ὡς ἐρᾶσθαι εἶναί με, περιθέμενον, παισὶ τοῖς ὡραίοις, καὶ γυναιξὶ, καὶ δήμοις ὅλοις, καὶ μηδένα εἶναι ἀνέραστον, καὶ ὅτῳ μὴ προθυμότατος ἐγὼ, καὶ αὐτὰ σώματα. ὥστε πολλὰς γυναῖκας οὐ φερούσας τὸν ἔρωτα, καὶ ἁρπαγὰν ἑαυτῶν, καὶ τὰ μειρακία ὑπομεμηνέναι μοι, καὶ δαίμονα εἶναι δοκεῖν, εἴ τινα καὶ μόνον προσβλέψαιμι αὐτῶν· εἰ δ' ὑπερορῴην, κἀκεῖνα ὑπὸ λύπης ἀπολλύσθω. καὶ ὅλως, ὑπὲρ τὸν Ὑάκινθον, ἢ Ὕλαν, ἢ Φάωνα τὸν Χῖον εἶναί με· καὶ ταῦτα πρώτην ἔχειν, μὴ ὀλιγοχρόνιον ὄντα, μηδὲ κατὰ μέτρον ζῶντα τῆς ἀνθρωπίνης βιοτῆς, ἀλλ' ἔτη χίλια νέον ἐκ νέου γιγνόμενον διαδιδόναι, ἀμφὶ τὸ ἑπτακαιδέκατον ἔτη ἀεὶ ἀποδυόμενον ὃ γῆρας, ὥσπερ οἱ ὄφεις.

οὐδὲν γὰρ δεήσει με τούτων ἔχοντα. πάντα γὰρ ἐμὰ ἔσται αὐτὰ τὰ τῶν ἄλλων, ἐς ὅσον αὐοίγειν τε τὰς θύρας ἐδυνάμην, καὶ κοιμίζειν τοὺς φύλακας, καὶ ἀθέατος εἰσιέναι. εἰ δέ τι καὶ Ἰνδῶν ἢ Ὑπερβορέων θέαμα παράδοξον, ἢ κτῆμα τίμιον, ἢ ὅσα ἐμφαγεῖν ἢ πιεῖν ἡδέα, οὐ μεταστηλάμενος, ἀλλ' αὐτὸς ὑπιπτόμενος, ἀπέλαυον ἁπάντων ἐς κόρον. καὶ ἐπεὶ γρὺψ, ὑπόπτερον θηρίον, ἢ φοῖνιξ, ὄρνεον ὑπὸ Ἰνδῶν ἀθέατον τοῖς ἄλλοις, ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἑώρων αὖ, καὶ τὰς πηγὰς δὲ τὰς Νείλου, μόνος αὖ ἐπισάμην, καὶ ὅσον τῆς γῆς ἀοίκητον, καὶ εἴ τινες αὐτίποδες ἡμῖν οἰκοῦσι, τὸ νότιον τῆς γῆς ἡμίτομον ἔχοντες. ἔτι δὲ καὶ ἀστέρων φύσιν, καὶ σελήνης, καὶ αὐτοῦ ἡλίου, ῥᾳδίως αὖ ἔγνων, ἀπαθὴς ὢν τοῦ πυρός. καὶ τὸ πάντων ἥδιστον, ἀνημερεῖν ἀγγεῖλαι ἐς Βαβυλῶνα τὴν ἔκβασιν Ὀλυμπίασι· καὶ ἀριστήσαντα, εἰ τύχοιμι ἐν Συρίᾳ, δεῖπνησαι ἐν Ἰταλίᾳ. εἰ δέ τις ἐχθρὸς εἴη, ἀμύνασθαι καὶ τοῦτον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς, πέτρον ἐμβαλόντα τῇ κεφαλῇ, ὡς ὑπτιοπεσεῖσθαι τὸ κρανίον. τοῖς τε αὖ φίλοις, τῷ ποιῆσαι, ὑπτιάσασι κοιμωμένοις αὐτοῖς τὸ χρυσίον. καὶ μὴν εἴ τις ὑπερόπτης εἴη, ἢ τύραννος πλούσιος ὑβριστὴς, ἀράμενος αὐτὸν ὅσον ὑπὲρ σταδίους εἴκοσιν, ἀφῆκα φέρεσθαι κατὰ τῶν κρημνῶν. τοῖς παιδικοῖς δὲ ὁμιλεῖν ἀκωλύτως αὖ ἔξῆν, εἰσιόντα ἀθέατον, κοιμίσαντα ἅπαντας, μόνων. οἷς δὲ κἀκεῖνο ἦν, τοὺς πολεμιωτάτους ὑπισχνεῖσθαι ἔξω βέλους ὑπαγαγεῖν, καὶ εἰ δόξειέ μοι, παραδήσαντας δὲ τοῖς ἡττημένοις, κοιμίσαντας τοὺς κρατοῦντας, νικᾶν παρέχειν τοῖς φεύγουσιν, ἀναστρέψασιν ἀπὸ τῆς ὄψεως. καὶ ὅλως, παίζων ἐποιούμην αὖ τὸν τῶν ἀθανάτων βίον, καὶ πάντα ἐμὰ ἦν, καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἄλλοις. τοῦτο ἡ ἄκρα εὐδαιμονία ἐστὶ, μήτε ἀπολέσθαι, μήτε ὑπὸ βουλευθεῖσαν δυναμένην, καὶ μάλιστα μὲν ὑγείας ἐν μακρῷ τῷ βίῳ. τί αὖ αἰτιάσαι, ὦ Λυκῖνε, τῆς εὐχῆς; ΛΥΚ. οὐδὲν, ὦ Τιμόλαε, οὐδὲ γὰρ ἀσφαλὲς ἐναντιοῦσθαι ἀνδρὶ πτηνῷ, καὶ ὑπὲρ μυρίους τινὰ ἰσχύι. πλὴν ἀλλά σε ἐκεῖνο ἐρήσομαί, εἴ τινα ἄλλον εἶδες ἐν τοσούτοις ἔθνεσιν, ὅσα ὑπέπτης, γέροντα ἤδη ἄνδρα, οὕτω παρηκμακότα τῇ γνώμῃ,

A Nihil enim deerit mihi, cùm hæc habebo. Siquidem omnia quæcunque alij habent, mea futura essent, quatenus & fores aperire possem, & sopire custodes, & ipse ingressus inuisibilis esse. Quòd si apud Indos aut Hyperboreos spectaculũ aliquod mirum ac nouum foret, aut res aliqua pretiosa, aut quicquid esu vel potu dulce: nihil veritus, sed ipse eò aduolans, fruerer omnibus ad satietatẽ vsque. Et quia Gryps alata fera, aut Phœnix auis apud Indos à cæteris videri nequit, ego verò etiam illud viderem. Et fontes Nili quoque solus scirem, & terræ quicquid inhabitabile est, & siqui Antipodes
B ex aduerso nobis habitant, australem terræ partem dimidiam tenentes. Præterea autẽm & stellarum naturam, & Lunæ & ipsius Solis, facilè nossem, vt qui ab igne illorum lædi non possem. Et quod omnium suauissimũ fuerit, vno eodémque die annunciare Babylonem possem quisnam in Olympiis vicisset: & si fortè in Syria pransus essem, cœnare in Italia. Si quis autem inimicus mihi foret, vlcisci etiam istum, ex obscuro iniecto in caput eius saxo, ita vt diminueretur ei cerebrũ.
C Amicis autem contrà benefacere, offundendo dormientibus ipsis aurum. Ac sanè si quis superbus foret, aut tyrannus diues contumelioſus, sublatum ipsum ad stadia viginti per præcipitia supernè deiicerem. Cum pusionibus autem nemine prohibẽte conuersari mihi liceret, quippe cùm & videri non possem ingressus, & omnes in somnum resoluerem, solis illis exceptis. Quale verò etiam illud foret, quòd belligerantes tutò spectare possem, extra teli iactum in altum sublatus? Et si visum fuisset, adiungendo me victis, & sopiendo victores, fugientibus victoriam subministrarem, ex fuga videlicet reuer-
D sis. Et in summa, ludum quendam facerem vitam humanam, omniáque adeò mea forent, ac deus viderer cæteris. Atque hæc summa felicitas est, quæ neque perire, neque insidiis peti potest, & maximè cum bona valetudine per longam ætatem. Quid igitur est Lycine, quod in hoc voto culpare queas? LYC. Nihil, Timolaë. neque enim tutum fuerit aduersari viro alato, & qui robore multa hominũ millia superat. Verumtamen illud interrogabo te, ecquem alium videris inter tot gentes quas volando oberrasti, senem iam virum mente à statu suo ita dimota,

qui annulo exiguo vectus, totos adeò montes digito mouere potuerit, amabilem omnibus, idque cùm caluus esset, & nasum haberet simum? At verò etiam hoc respondè mihi: Cur tandem non vnus annulus omnia tibi ista potest, sed tam multis reuinctus incedes, sinistra grauata per singulos digitos? imò verò excedit numerus, & necesse erit etiam dextram ferendo oneri succedere. Atqui vno adhuc necessario maximè opus est, qui te indutum à stultitia cohibeat, multa ista insolentia detersa. aut an hoc quidem etiam Elleborus abundè potest, meracior videlicet hausta? TIMO. At prorsus Lycine etiam ipse optabis tandem iam aliquid, quo discamus qualia tu postulaturus sis, irreprehensibilia videlicet, & quæ accusari nequeant, quandoquidem cæteros calumniaris omnes. LYCIN. At non opus habeo voto ego. Venimus enim iam ad Dipylum, & optimus hic Samippus, dum circa Babylonem singulari prælio dimicat, & tu Timolaë dum in Syria quidem prandes, in Italia autem cœnas, etiam ea stadia quæ ad me pertinebãt, absumpsistis, rectè sanè facientes, præsertim cùm non probem in breue tempus ditescere opulentia quadam quasi subuentanea, deinde post paulum mœrore affici, dum nudam aliquam massam panis comedam: quale vobis non multo pòst accidet, postquam felicitas quidem ista vobis, multæque diuitiæ auolantes euanescent, ipsi autem digressi à thesauris & diadematibus istis, tanquam ex suauissimo aliquo somnio excitati, domi dissimilia omnia reperietis, perinde vt histriones regum personas agentes qui ex theatro regredientes, plerique fame conficiuntur, idque cùm paulò antè Agamemnones aut Creontes fuerint.. Mœrore igitur afficiemini, vti consentaneum est, ægróque animo ea quæ domi vobis sunt, aspicietis: & maximè tu Timolaë, quando necesse tibi erit idem pati quod Icarus olim, vt soluta videlicet pennarum textura, de cœlo delapsus, humi incedere cogaris, amissis annulis illis omnibus, vltro de digitis effluentibus. Mihi verò etiam hoc abundè satis erit, pro omnibus thesauris, ipsaque adeo Babylone, suauiter admodum ridere ad ea quæ vos optastis, tam præclara scilicet, & hoc, cùm ipsi philosophiam laudetis.

ὅτι δακτυλίῳ μικρῷ ὀχεύμενον, ὄρη ὅλα κινῆν ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ δυναμένους, ἐφᾶσαν πᾶσι, καὶ ταῦτα, φαλακρὸν ὄντα, καὶ τὴν ῥῖνα σιμόν; ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε, τί δή ποτε οὐχ εἷς δακτύλιος ἅπαντα ταῦτα δύναταί σοι, ἀλλὰ τοσούτοις περιειλημμένος βαδίζῃ, τὴν ἀριστερὰν πεφορτισμένος χεῖρ' δάκτυλον ἕνα; μᾶλλον δ' ὑπερπαίει ὁ ἀριθμὸς, καὶ δεήσει καὶ τὴν δεξιὰν συνεπιλαβέσθαι. κρίνει ἑνὸς τοῦ ἀναγκαιοτάτου περιόδειν, ὃς περιελόμενόν σε, παύσει μωραίνοντα, τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀποξύσας. ἢ τοῦτο μὲν καὶ ὁ ἑλλέβορος ἱκανὸς ποιῆσαι, ζωφρονέστερος παρεῖς; TIMO. ἀλλὰ πάντως, ὦ Λυκῖνε, καὶ αὐτὸς εὔξῃ τί ἤδη ποτὲ, ὡς αὖ μάθωμεν οἷα αἰτήσῃ ἀνεπίληπτα καὶ ἀνέγκλητα, ὁ συκοφαντῶν τοὺς ἄλλους. ΛΥ. ἀλλ' ἐγὼ δέομαι μὲν οὐχ ἧττον ἐγώ. ἥκομεν γὰρ ἤδη πρὸς τὸν Δίπυλον, καὶ ὁ βέλτιστος οὑτοσὶ Σάμιππος, ἀμφὶ Βαβυλῶνα μονομαχῶν, καὶ σὺ, ὦ Τιμόλαε, ἀριστῶν μὲν ἐν Συρίᾳ, δειπνῶν δὲ ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ τοῖς ἐμοὶ ὑπερβάλλουσι καὶ σταδίοις κατεχρήσασθε, καλῶς ποιοῦντες· ἄλλως τε, οὐκ ἂν δοξαίμην πλουτήσας ἐγὼ ὀλίγον, ἐπαναιμόν τινα πλοῦτον ἀναθυμιᾶσθαι, μετ' ὀλίγον φλύκταιναν μέζαν ἐσθίων, οἷα ὑμᾶς πείσεσθε μετ' ὀλίγον, ἐπειδὴ ἡ εὐδαιμονία μὲν ὑμῖν, καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος οἴχεται ἀποπταμένους· αὐτοὶ δὲ καθεύδοντες ἀπὸ τῶν θησαυρῶν τε, καὶ διαδημάτων, ὥσπερ ἐξ ἡδίστου ὀνείρατος ἀνεγηγερμένοι, ἀνόμοια τὰ ὑπὸ τῆς οἰκίας εὑρήσετε· ὥσπερ οἱ τοῖς βασιλεῦσι συγχρινόμενοι τραγῳδοὶ, ἀξελθόντες ἀπὸ τοῦ θεάτρου, λιμώττοντες οἱ πολλοὶ, καὶ ταῦτα, σχεδὸν ὀλίγου Ἀγαμέμνονες ὄντες ἢ Κρέοντες. λυπήσεσθε οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ δυσαρκήσετε ἔσεσθε τὰ ὑπὸ τῆς οἰκίας, καὶ μάλιστα σὺ, ὦ Τιμόλαε, ὁπότε δὴ σε δεῖ τὸ αὐτὸ παθεῖν τῷ Ἰκάρῳ τῆς πτερώσεως διαλυθείσης, καταπεσόντα ἐκ τοῦ ἠθέρος, χαμαὶ βαδίζειν, ἀπολέσαντα τοὺς δακτυλίους ἐκείνους ἀπάσης ἀπορρυέντας τῶν δακτύλων. ἐμοὶ δὲ καὶ τοῦτο ἱκανὸν, ὅτι πάντων θησαυρῶν, καὶ Βαβυλῶνος αὐτῆς, ὃ γελάσομαι μάλα ἡδέως ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἠτήσατε, τοιούτοις οὖσι, καὶ ταῦτα, φιλοσοφίαν ἐπαινοῦντες.

TPA-

# ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ.

# TRAGOPODAGRA. Ioanne Sinapio interprete.

## ARGVMENTVM.

*Argumentum fabulæ tale est. Peragunt encomium & laudes Podagræ, sacerdotes, potestatem deæ carminibus celebrantes. Ad quorum inuocationem cùm ipsa quoque dea adesset, suúmque numen vt insuperabile & inuictum prædicaret: nuntiatur interea medicos quosdam Syros deam cõtemnentes, ac vires ipsius eleuantes, medicinam, à patre videlicet acceptam, contra illam vulgo polliceri. Indignata itaque dea, arrogantiámque ac temeritatem hominum non ferens, immissis tortoribus suis miserè illos excruciare atque vexare cœpit. Qui cùm medicina sua frustra adhibita, doloris vehementiam atque acerbitatem ferre non possent, supplicantes deæ, victos sese, artémque suam nullam esse confitentur. Exorata igitur dea tortores suos reuocat, ac victrix palmam refert. Proloquitur Podagricus quidam, malum & cruciatum immedicabilem detestans. Fabula verò in vniuersum idem illud innuit quod Ouidius, cùm inquit,*

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

ΑΠολώλαμεν, ὦ κεκτημένη, ἀπολώ- B PEriimus ô hera, periimus. Polemõ ex militia reuerſus eſt, diuitiis onuſtus, vt aiunt. Vidi autem & ego ipſum ſago purpura prætexto & fibulato indutum, & ſeruos pediſequos vnà cum eo multos. Ac amici vt aſpexerunt concurrebant ad ipſum, ſalutaturi videlicet. Interea autem ſeruum conſpicata à tergo ſequentem, eum qui cum ipſo profectus fuerat, interrogabam, ac, dic mihi Parmeno, inquiebam, ſalutato priùs ipſo, quo pacto nobis egiſtis? & nunquod operæpretium bellorum conſecuti, huc reuerſi eſtis? PAN. Non decebat hoc ſtatim, ſed C illa primùm, Quòd quidem ſeruati eſtis, multa diis gratia, & in primis Ioui Hoſpitali, & Mineruæ militari. Cæterùm hera ſemper rogitare ſolebat quidnam ageretis, & vbi eſſetis. Quòd ſi autem etiam hoc addidiſſes, quòd & lacrumaretur, & mentionem Polemonis faceret ſemper, ſatius id fuerat multo. DOR. Præfata equidem ſum ſtatim à principio cuncta hæc: ad te autem non putaui opus eſſe, verùm illa dicere volui, quæ audiui. Nam ad Parmenonem certè ita incepi: Eccubi, Parmeno, tinnierunt vobis aures? ſemper enim remini- D ſcebatur veſtri hera cum lacrymis, & maximè ſiquando ex pugna venerat quiſpiam, multique mortui eſſe dicebantur, euellebat tum crines, & pectus percutiebat, & lugebat ad vnũquodque nuntium. PAN. Rectè Dorcas. ita decebat. DOR. Deinde non multo pòſt interrogabam illa quoque ordine. Ille autem, Admodum ſplendidè, inquit, reuerſi ſumus. PAN. Ita autem etiam ille, nihil præfatus quòd meminerit mei Polemon, aut deſiderio affectus fuerit, aut optauerit ſaluam atque incolumem me iterum deprehendere? DOR. Atque adeò multa huiuſcemodi dicebat.

λαμεν, ὁ Πολέμων ἀπὸ τῆς στρατείας
ἀνέστρεψε πλουτῶν, ὡς φασιν· ἑώρακα δὲ
κἀγὼ αὐτὸν, ἐφεστρίδα περιπόρφυρον ἐμ-
πεπορπημένον, καὶ ἀκολουθοῦς ἅμα πολλούς.
καὶ οἱ φίλοι, ὡς εἶδον, συνέθεον ἐπ' αὐτὸν,
ἀσπασόμενοι. ἐν τοσούτῳ δὲ τὸν θεράποντα
ἰδοῦσα κατόπιν ἐπόμενον, ὃς συνεαποδεδη-
μήκει μετ' αὐτοῦ, ἠρόμην, καὶ εἶπέ μοι,
ἔφην, ὦ Παρμένων, ἀσπασαμένη πρότε-
ρον αὐτὸν, πῶς ἡμῖν ἐστρέψατε, καὶ εἴτι
ἄξιον τοῦ πολέμου ἔχοντες ἐπῆλθε λυθῆναι
τε; ΠΑΝ. οὐκ ἔδει τοῦτο οὕτως, ἀλλ' ὑγι-
ᾶναι, ὅτι μὲν ἐσώθητε, πολλὴ χάρις τοῖς θεοῖς,
καὶ μάλιστα τῷ ξενίῳ Διΐ, καὶ Ἀθηνᾷ
στρατείᾳ. ἡ δέσποινα δὲ ἐπωδύρετο ἀεί τι
προσθεῖσα, καὶ ἔνθα εἶπε. εἰ δὲ καὶ τοῦτο
προσέθηκας, ὡς καὶ ἐδάκρυε, καὶ ἀεὶ ἐμέ-
μνητο Πολέμωνος, ἄμεινον ἦν ἢ νῦν πολύ.
ΔΟΡ. πρόσθεν οὖν σοὶ ἐρῶ ἅπαντα.
πρὸς δὲ σὲ οὐκ οἰόμην εἰπεῖν, ἀλλὰ ἃ ἤκουσα,
ἐβουλόμην εἰπεῖν. ἐπεὶ πρός γε Παρμέ-
νοντα οὕτως ἠρξάμην. ἦ που, ὦ Παρμένων,
ἐβόμβει τὰ ὦτα ὑμῖν; ἀεὶ γὰρ ἐμέμνητο ἡ κε-
κτημένη μετὰ δακρύων, καὶ μάλιστα εἴ τις
ἐλήλυθει ἐκ τῆς μάχης, καὶ πολλοὶ τεθνά-
ναι ἐλέγοντο, ἐσπάραττε τότε τὰς κόμας, ἐ
τὰ στέρνα ἐτύπτετο, καὶ ἐπεὶ ἤρου τοῦ
ἀγγελίαν ἐκάστου. ΠΑΝ. λέγε, ὦ Δορ-
κὰς, οὕτως ἐχέτω. ΔΟΡ. εἶτα ἐξῆς μετ'
ὀλίγον ἠρόμην σκῆνα. ὁ δὲ, πάνυ λαμ-
πρῶς, φησιν, ἀνεστρέμμεθα. Π. οὕτω κἀ-
κεῖνος οὐδὲν προσφπὼν ὡς ἐμέμνητό μου ὁ Πο-
λέμων, ἢ ἐπόθει, ἢ ἤυχετο ζῶντα καταλαβεῖν;
ΔΟΡ. καὶ μάλα πολλὰ τοιαῦτα ἔλεγε.

NNNn iij

Quod igitur caput rei est, narrauit di-
uitias multas, aurum, vestes, seruos, e-
bur. Nam argentum quidem afferre i-
psum dicebat non ad numerum, sed ad
mensuram, multos videlicet medimnos
plenos. Habebat autem & ipse Parmeno
annulum in digito paruo maximum, ac
multangulum, lapillusque incrustatus in
eo erat ex tricoloribus illis quidam, rube-
batque supernè. Reliqui autem ipsum,
cùm adhuc pararet mihi dicere, quo pa-
cto Alyn transiissent, & vt occidissent Ti-
ridatem quendam, & quomodo versatus
ipse Polemon in pugna contra Pisidas es-
set: accurríque domum, vt hæc tibi re-
nunciarem, vt quid de omnibus rebus fa-
ceres, deliberares ipsa tecum. Nam si ve-
niens Polemon (veniet enim haud du-
biè postquam à se notos ac salutantes il-
los amouerit) ac resciscens, deprehende-
rit Philostratum apud nos intus, quid pu-
tas quæso facturum ipsum esse? PAN. In-
ueniamus Dorcas ex re præsenti tuum
cõsiliũ, atque salutẽ aliquam. Nam ne-
que hunc ablegare honestum fuerit, vt
qui talentum nuper dederit, & præterea
mercator quoque est, & multa pollicitus:
neque rursum vtile, Polemonem talem
ac tantum redeuntem nõ recipere. Nam
præter hæc etiam zelotypus est: & cùm
pauper adhuc intolerabilis adeò fuerit,
quid nunc nõ putes illum facturũ? DOR.
At etiam accedit. PAN. Deficio ô Dor-
cas, consilij inopia, ac tremo. DOR. Sed
& Philostratus accedit. PAN. Quę igitur
fiã? quomodo me autem terra absorbeat?
PHIL. Quid? cur non potamus Pãny-
chi? PAN. Perdidisti me ô homo. Tu
verò salue Polemon, post longum adeò
oculis oblatus iterum meis. POL. Hicce
igitur quisnam est, qui huc ad nos acce-
dit? taces? Euge abi ô Pannychi. Ego ve-
rò ex Pylis intra quintum diem huc ad-
uolaui, approperans videlicet ad talem
mulierem. Ac meritò sanè hæc mihi ac-
cidunt, tibíque adeò gratiam habeo: ne-
que enim posthac ampliùs abs te diripiar.
PHIL. Tu verò quisnam es, bone vir?
POLEM. Nimirum audis, quòd Pole-
mon ego, Sterienſis ille, ex tribu Pandio-
nis, qui Tribunus militum à principio
fui, nunc autem totius dux legionis, a-
mator Pannychidis, cùm eam adhuc hu-
mana sapere putarẽ. PHIL. At nũc, Tri-
bune, Pãnychis hęc mea est, talentúmq;
à me accepit. Accipiet autẽ & alterum
iam, vbi onera seu merces distraxerimus.

*Eadem Thermopylæ aliàs.*

1 Ξεναγὸς *Græcè, hoc est, externi & conducticij militis ductor, propriè. Suidas tamẽ ξεναγίαν & χιλιαρχίαν pro eodem sumi ait.*

Ὁ γοῦν κεφάλαιον ἐξήγγειλε, πλῆθος πολλῶν, χρυσὸν, ἐσθῆτα, ἀκολούθους, ἐλέφαντα. Ὁ μὲν γὰρ ἀργύριον, μηδὲ ἀριθμῷ ἄγειν αὐτὸν, ἀλλὰ μεδίμνῳ, ἀπομεμετρημένον πολλοὺς μεδίμνους. εἶχε δὲ καὶ αὐτὸς Παρμένων δακτύλιον ἐν τῷ μικρῷ δακτύλῳ, μέγιστον, πολύγωνον, ᾧ ψῆφος ἐνέβεβλητο τῶν τειχέων, ἐρυθρά τε ἐκ τῶν τριπόλης. εἰάσας δ' οὖν αὐτὸν ἐθέλοντά μοι διηγεῖσθαι ὡς τὸν Ἅλυν διέβησαν, καὶ ὡς ἀπέκτειναν Τηριδάτην τινὰ, καὶ ὡς διέτρεψεν ὁ Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Πισίδας μάχῃ· καὶ ἀπέδραμόν σοι ταῦτα προσαγγελῶν, ὡς περὶ πάντων σκέψαιο. εἰ γὰρ ἔλθοι ὁ Πολέμων (ἥξει γὰρ πάντως, ἀποσταλμένος τοῖς γνωρίμοις) ἀναπυθόμενος, ὅτι ὁ Φιλόστρατος ἔνδον παρ' ἡμῖν, τί οἴει ποιήσειν αὐτόν; ΠΑΝ. Ἐξευρίσκωμεν, ὦ Δορκάς, ἐκ τῶν παρόντων σωτήριον· οὔτε γὰρ τὸν ἀποπέμψαι καλὸν, πάλαντον ἔναγχος δεδωκότα, καὶ πάλιν ἔμπορον ὄντα, καὶ πολλὰ ὑποσχόμενον· οὔτε Πολέμωνα τοιοῦτον ἐπανιόντα, χρήσιμον μὴ προσδέχεσθαι· προσέτι γὰρ, καὶ ζηλότυπός ἐστιν, ὃς καὶ πένομενος ἔτι, πολὺ ἀφόρητος ἦν. νῦν δὲ τί ἂν οὐκ αὐ σκῆψιν ποιήσειεν; ΔΟΡ. ἀλλὰ καὶ προσέρχεται. ΠΑΝ. σκύομαι, ὦ Δορκάς, ὑπὸ τῆς ἀπορίας, καὶ τρέμω. ΔΟΡ. ἀλλὰ καὶ Φιλόστρατος προσέρχεται· τί ἡμῶν; πῶς αὖ με ἡ γῆ καταπίοι; ΦΙ. τί δ' πίνομεν, ὦ Πανυχί; ΠΑΝ. ἄνθρωπε, ἀπολώλεκάς με. σὺ δὲ χαῖρε Πολέμων, χρόνιος φανείς. ΠΟ. οὗτος οὖν τίς ἐστιν ὁ προσιὼν ὑμῖν; σιωπᾷς; ἄγε οἶχου, ὦ Πανυχί. ἐγὼ δὲ πεμπταῖος ἐκ Πυλῶν διέπτην, ἐπειγόμενος ὅτι τοιαύτην γυναῖκα. ἢ δίκαια μέντοι πέπονθα, καί σοι χάριν ἔχω, οὐκ ἔτι γὰρ ἁρπαθήσομαι ὑπὸ σοῦ. ΦΙΛ. σὺ δὲ τίς εἶ, ὦ βέλτιστε; ΠΟ. ὅτι Πολέμων ὁ Στειριεύς, Πανδίονος φυλῆς, ἀκούεις, χιλιαρχήσας ὁ πρῶτον, νῦν δὲ, ἡγησάμενος πενταχιλίων ἀσπίδα, ἐραστὴς Πανυχίδος, ὅτε ὤμην ἔτι ἀνθρώπινα φρονεῖν αὐτήν. ΦΙ. ἀλλὰ τὰ νῦν, ὦ ξεναγὲ, Πανυχὶς ἐμή ἐστι, καὶ τάλαντον εἴληφε, λήψεται δὲ ἤδη καὶ ἕτερον, ἐπειδὰν τὰ φορτία ἀφέλωμεθα.

καὶ νῦν ἀκολούθει μοι, ὦ Πανυχί· τοῦτον δὲ πρὸ Ὀδρυσαις χιλιαρχεῖν ἔα. ΔΟΡ. ἐλευθέρα μὲν ἔστι, καὶ ἀκολουθήσει, ὡς ἐθέλει. ΠΟ. τί ποιῶ, Δορκάς; ΔΟΡ. ἐσιέναι ἄμεινον, ὀργιζομένῳ σὺν οἷς τε πρᾶξαι Πολέμωνι, ἢ μᾶλλον ὀπιπαθήσεται ζηλοτυπῶν. ΠΑΝ. Εἰ θέλεις, εἰσίωμεν. ΠΟ. ἀλλὰ προλέγω ὑμῖν ὅτι ὃ ὕστατον πίεσθε τήμερον, ἢ μάτην ἐγὼ τοσούτοις φόνοις ἐγγεγυμνασμένος πρᾶγμι, τοῖς Θρᾳξὶ, ὦ Παρμένων. ΠΑΝ. ὡπλισμένοι ἦκον, ἐμφράξαντες τὸν στενωπὸν τῇ φάλαγγι· ὅτι μετώπου μὲν, ὃ ὁπλιτικὸν, πρὸ ἑκάτερα δὲ, οἱ σφενδονῆται, καὶ τοξόται, οἱ δ' ἄλλοι, κατόπιν. ΦΙ. ὡς βρεφυλλίοις ταῦτα, ὦ μιαθοφόρε, ἡμῖν λέγῃς, καὶ μορμολύττῃς· σὺ γὰρ ἀλεκτρυόνα πώποτε ἀπέκτεινας, ἢ πόλεμον εἶδες; ἐρυμάτιον ἐφρούρεις, τάχα δημοσίτης ὤν, ἵνα σε τοῦτο προσχαρίσωμαί σοι. ΠΟ. καὶ μὲν εἴσῃ μετ' ὀλίγον, ἐπειδὰν προσιόντας ἡμᾶς ὄψει δόρυ θραύσῃ; στίλβοντας τοῖς ὅπλοις. ΦΙ. ἦκετε μόνον συσκευασάμενοι. ἐγὼ δὲ, ὁ Τίβυς οὗτος (μόνος γὰρ οὗτος ἕπεταί μοι) βάλλοντες ὑμᾶς λίθοις τε, καὶ ὀστράκοις, οὕτω διασκεδάσομεν, ὡς μηδὲ ὅποι οἴχεσθε ἔχοντε εἰδέναι.

A Ac nunc Pãnychi sequere me: istum autem apud Odrysas Tribunatũ gerere sine. DOR. Libera hæc quidem est, sequetúrque nõ, nisi volet. PAN. Quid faciam Dorcas? DOR. Intrò ire melius. Nã Polemoni adesse irato, haudquaquã facile aut tutũ est, & magis incendetur æmulãdo. PAN. Si placet, eamus intrò. POL. At prædico vobis, quòd hodie postremũ potabitis, aut ego frustra adsum, tãtis cædibus exercitatus. Thracas huc Parmeno. PAR. Armati adsunt, cingentes angiportum phalange. Ac in fronte quidem, qui grauis armaturæ sunt, in vtroq; autem latere funditores & sagittarij, cæteri à tergo locati. PHIL. Tanquã infantibus nobis hæc ô stipendiarie minitaris, ac laruis nequicquam nos territas. An tu verò vnquam gallum aliquem gallinaceum occidisti? aut etiam bellum vidisti? Castellum, vt multũ, præsidio tenuisti, fortasse dux manipularis quispiã, vt tibi hoc interim gratificando concedam. POL. At verò scies paulo pòst, vbi nos acie in dextrum conuersa aduentare spectabis, armis resplendentes. PHIL. Aduentate modò conferti, atque instructi. Ego verò & Tibys iste (nam hic solus me sequitur) iaciendo, cùm saxis, tum testis ostraceis, ita dispergemus vos, vt neque quò vertamini, scire tum possitis.

B

C

δημοσίτης à δημοσία, quam eãdem & ἡμιλοχίαν Suidas vocat:

## ΧΕΛΙΔΟΝΙΟΝ ΚΑΙ ΔΡΟΣΗ.

## CHELIDONIVM ET DROSE.

Οὐκ ἐπὶ φοιτᾷ πρὸς σὲ, ὦ Δρόση, ὁ μειράκιον ὁ Κλινίας; ἑώρακα γὰρ ἤδη χρόνον αὐτὸν πρὸ ὑμῶν. ΔΡΟ. οὐκ ἔτι, ὦ Χελιδόνιον· ὁ γὰρ διδάσκαλος αὐτὸν εἶρξε μηκέτι μοι προσιέναι. ΧΕ. τίς οὗτος; μή τι τὸν παιδοτρίβου Διότιμον λέγῃς; ἐπεὶ σκυθρός γε φίλος μοι. ΔΡΟ. οὐκ· ἀλλ' ὁ κάκιστα φιλοσόφων ἀπολούμενος Ἀριστάνετος. ΧΕ. τὸν σκυθρωπὸν λέγῃς; τὸν δασύν; τὸν βαθυπώγωνα; ὃς εἴωθε μετὰ τῶν μειρακίων περιπατεῖν ἐν τῇ Ποικίλῃ; ΔΡ. σκυθρὸν φημι τὸν ἀλαζόνα, ὃν κάκιστα ὀπόλοιμι ἀπολούμενον, ἑλκόμενον τῷ πώγωνος ὑπὸ δημίου. ΧΕ. τί παθὼν δὲ σκυθρὸς, τοιαῦτα ἔπεισε τὸν Κλινίαν; ΔΡΟ. οὐκ οἶδα, ὦ Χελιδόνιον, ἀλλὰ μηδέποτε ἀπόκοιτος μὰ γιγνόμενος, ἀφ' ἧς γυναικὶ ὁμιλῶν ἤρξατο,

ON ampliùs ventitat ad te, Drose, adolescentulus ille Clinias? Non enim vidi longo iam tempore apud vos ipsum. DRO. Nõ ampliùs, Chelidonium. Nam præceptor prohibuit ipsum ampliùs ad me accedere. CHE. Quinam iste? num exercitorem istum puerorum Diotimum dicis? Nam is certè amicus mihi est. DRO. Non: sed perditissimus iste philosophorum, Aristænetus. CHE. Tetricum istum dicis & hirsutum, profunda barba, qui cum adolescentibus consueuit deambulare in porticu picta? DROS. Illum equidem, vanum iactatorem, quem vtinam pessimè perire videã, barba tractum à carnifice. CHEL. Quid autem accidit illi cur talia persuaderet Cliniæ? DROS. Nescio, Chelidonium. Sed cùm antea nunquam vllam noctem intermiserit quin mecum dormiret, ex quo rem cum muliere habere cœpit,

(primùm autem mecum habere cœpit) tribus iſtis diebus proximis ad angiportũ hoc ne vnquam acceſſit quidem. Poſtquam autem ex eo contriſtari cœpi (nam neſcio quo pacto mihi ægrè quiddam ob illum accidit) Neuridem miſi, quæ illum circunſpiceret, aut in foro commorantem alicubi, aut in palæſtra. Ea autem rediens, deambulantem vidiſſe ſe ait cum Ariſtæneto, atque innuiſſe illi à longè. Illum autem erubuiſſe, deiectis in terram oculis, neque aſpicere ampliùs ad ipſam voluiſſe. Atque exinde ambos ad vrbem iiſſe. Ipſa verò ad Dipylum vſque ſecuta, cùm ille prorſus neque conuerteret ſeſe, domum rediit, nihil planum aut certum habens quod renuntiaret. Quo me igitur pacto poſt illa tum affectam putas? quæ coniecturam facere nuſquam poteram, quidnam eſſet quod adoleſcẽti huic accidiſſet: ſed ita mecum dicebam: Núm nam ægrè illi aliquid feci? aut num quam aliam amat, me peroſus? aut num pater vetuit ipſum? Multa adeò huiuſmodi mecum ipſa voluebam. Porrò autem circa multam veſperam venit Dromo, literas has ab illo afferens. Accipe Chelidonium, ac lege. Scis enim literas videlicet. CHE. Age videamus. Ac literæ quidem ipſæ non admodum planè ſcriptæ, ſed incompoſitæ, & malè coagmentatæ, properantiam quãdam ſcribentis indicant. Sic autem ſonant: Quo quidem pacto amarim te mea Droſe, teſtes facio deos. DRO. Væ væ miſeræ mihi, neque ſalutationem à principio adſcripſit. CHE. Et nunc autem non odio aliquo, ſed neceſſitate coactus deſero te. Nam me pater Ariſtæneto tradidit, vt philoſophiæ dem apud illum operam. Atque ille (cognouit enim cuncta quæ ad nos pertinẽt) multis admodum obiurgauit me, inhoneſtum eſſe dictitans, cum meretrice rem habere me, Architelis & Eraſicleę filium: longè enim melius eſſe, virtutem antenere voluptati. DR. Vt nunquam ad maturitatem perueniat nugator ille, qui talibus adoleſcentem inſtituit. CHEL. Quamobrem neceſſe mihi eſt parêre illi. Aſſequitur enim me, diligenter vbique obſeruans: & in ſumma, ne aſpicere quidem alium quemquam præter ipſum ſolum mihi licet. Quòd ſi verò temperãter & pudicè viuã, ipſique per omnia obtemperem, pollicetur prorſus beatũ fore, præclarúmque ac fortem me redditurum eſſe, laboribus ad hoc antè præexercitatum. Hæc tibi vix adeò ſcripſi, me ipſum ſuffuratus paululum. Tu verò feliciter mihi vale,

*Aliàs portiçu, παιδικὴν enim Græcè habetur, quod vt corruptum puto, ſic vtrſum ποικίλην, vel παλαίσρα legendum puto.*

*μὴ ἄφρασιν ἔχοιτο, Græcè.*

A πρῶτον δὲ ὡμίλησέ μοι, πρώην τούτων ἕξης ἡμερῶν, οὐδὲ προσῆλθε πω τῷ στενωπῷ· ἐπεὶ ὁ ἰωιώμιλλον (οὐκ οἶδα ὁ ὅπως τί ἔπαθον ἐγὼ αὐτῷ) ἔπεμψα τὴν Νευρίδα προσκεψομένην αὐτὸν, ἢ ἐν ἀγορᾷ διατρίβοντα, ἢ ἐν παιδικῇ· ἡ δ' ὑπαπαιοῦσα ἔφη ἰδοῦσα μὲν τὸν Ἀριστοιγένους, νεῦσαι πόρρω, σκῆνον δὲ ἐρυθριάσαντα, κάτω ὁρᾶν, καὶ μηκέτι προσενεγκεῖν τὸν ὀφθαλμόν. εἶτ' ἐβάδιζον ἅμα ἐς τὴν πόλιν· ἡ δὲ ἄχρι τοῦ Διπύλου ἀκολουθήσασα, ἐπεὶ μηδ' ὅλως ἐπεστράφη, ἐπῆλθεν, οὐδὲν σαφὲς ἀπαγγεῖλαι ἔχουσα. πῶς με οἴῃ

B διάγειν ὃ μὴ ταῦτα, οὐκ ἔχουσάν εἰκάσαι ὅ, τί μοι πέπονθεν ὁ μειρακίσκος; ἀλλὰ μὴ ἐλύπησά τι αὐτὸν, ἔλεγον, ἢ τινὸς ἄλλης ἠράσθη, μισήσας ἐμέ; ἀλλ' ὁ πατὴρ διεκώλυσεν αὐτόν; πολλὰ τοιαῦτα ἐστρεφον. ἤδη δὲ πρὸς δείλην ὀψίαν ἦκεν ὁ Δρόμων, ὃ γραμμάτιον τοῦτ' παρ' αὐτοῦ κομίζων. ἀνάγνωθι λαβοῦσα, ὦ Χελιδόνιον, οἶσθα γὰρ δήπου γράμματα. ΧΕ. φέρ', ἴδωμεν τὰ γράμματα· καὶ πάνυ σαφῆ, ἀλλ' ὑπατεσυρμένα, δηλοῦντα ἐπείξιν τινὰ τοῦ γεγραφότος. λέγε δὲ, Πῶς

C μάν σε ἐφίλησά σε, ὦ Δρόσον, τοὺς θεοὺς ποιοῦμαι μάρτυρας. ΔΡΟ. αἰ αἰ πάλαι, οὐδὲ ὃ χαίρειν προσέγραψε. ΧΕ. καὶ νῦν δὲ οὐ καλὸς μῖσος, ἀλλὰ καλὸς ἀνάγκαν ἀφίσαμαί σου. ὁ πατὴρ γὰρ Ἀριστοιγένης παρέδωκέ με φιλοσοφεῖν αὐτῷ. κἀκεῖνος (ἔμαθε γὰρ τὰ καθ' ἡμᾶς ἅπαντα) πάνυ πολλὰ ἐπετίμησέ μοι, ἀπρεπὲς εἶναι λέγων ἑταίρᾳ συνεῖναι, Ἀρχιτέλους καὶ Ἐραισικλείας υἱὸν

D ὄντα· πολὺ γὰρ ἄμεινον εἶναι τὴν ἀρετὴν προτιμᾶν τῆς ἡδονῆς. ΔΡΟ. μὴ ὥρασιν ἴχοιτο ὁ λῆρος σκῆνος, τοιαῦτα παιδεύων ὃ μὴ δέον. ΧΕΛΙ. ὥστε ἀνάγκη πείθεσθαι αὐτῷ· παρακολουθεῖ γὰρ ἀκριβῶς παρὰ φυλάττων, καὶ ὅλως οὐδὲ προσβλέπειν ἄλλῳ οὐδενὶ ἔξεστιν ὅτι μὴ ἐκείνῳ εἰ ὃ σωφρονοῖμι, καὶ πάνυ παιδεύει αὐτῷ, ὑπισχεῖται πάνυ εὐδαίμονα ἔσεσθαί με, καὶ ῥᾴδιον καταστήσεσθαι, τοῖς πόνοις προγεγυμνασμένον. ταῦτά σοι μόλις ἔγραψα, στωκλέψας ἐμαυτόν. σὺ δέ μοι εὐτύχει,

καὶ μέμνησο Κλφνίου. ΔΡΟ. τί σοι δοκεῖ ἡ ὑπιστολὴ, ὦ Χελιδόνιον; ΧΕΛ. τὰ μὲν ἄλλα, ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις, ὃ δὲ, μέμνησο Κλφνίου, ἔχει τινὰ ἐπόλπιστον ἐλπίδα. ΔΡ. καὶμοὶ οὕτως ἔδοξεν· ἀπόλλυμαι γὰρ οὖν ὑπὸ τῦ ἔρωτος. ὁ μὲντοι Δρόμων ἔφασκε παιδεραστήν τινα εἶναι τὸν Αἰσχίνετον, ὡς ὑπὸ τοιφάσος τῶν μαθημάτων, συνήθως τοῖς ὡραιοτάτοις τῶν νέων, καὶ ἰδίᾳ λαλητοίσθαι πρὸς τὸν Κλφνίαν, ὑποσχέσεις τινὰς ὑποιησόμενον, ὡς ἐοικότως ἀποφανῆ αὐτόν. ἀλλὰ καὶ ἀναγινώσκειν αὐτῷ ἐρωτικούς τινας λόγους τῶν παλαιῶν φιλοσόφων πρὸς τοὺς μαθητὰς, καὶ ὅλως περὶ ὃ μειρακίον ἐστὶν· ἠπείλει δὲ καὶ τῷ πατρὶ τῦ Κλφνίου καταρῆσθαι ταῦτα. ΧΕ. ἐχρῆν, ὦ Δρωσὶ, γαργαρίσαι τὸν Δρόμωνα. ΔΡΟ. ἐγάργισα, καὶ αὖθις δὲ τοῦτου, ἐμὸς ὄφις. κέκνισται γὰρ κἀκεῖνος τῆς Νθυείδος. ΧΕ. θαῤῥεῖ, πάντα ἔσται καλῶς. ἐγὼ δὲ καὶ ὑπιγράψειν μοι δοκῶ ὅπου τῦ τοίχου ἐν Κεραμεικῷ, ἔνθα ὁ Αρχιτέλης εἴωθε περιπατεῖν, Αἰσχίνετος ἀφαφείρει Κλφνίαν, ὥστε καὶ ἐκ τούτου τι συνδραμεῖν τῇ παρὰ τῦ Δρόμωνος σκοπολῇ. ΔΡΟ. πῶς δ' ἂν λάθοις ὑπιγράψασα; ΧΕ. τῆς νυκτὸς, ὦ Δρωσὶ, αὐθρακα παθὲν λαβοῦσα. ΔΡΟ. ἄγε. συγκράτευε μόνον, ὦ Χελιδόνιον, κατ' τῦ ἀλαζόνος Αἰσχίνετου.

A & memineris Clinię. DR. Quid igitur videtur tibi epistola hęc, Chelidoniũ? CH. Quod ad cætera quidem attinet, Scythica, vt aiunt, oratio: illud autem, Memineris Cliniæ, spem quandam adhuc reliquam præ se fert. DR. Etiam mihi ita videtur. Proinde pereo amore. Cæterùm Dromo dicebat etiam pęderastem quendam esse Aristænetum, & prætextu doctrinæ consuetudinem habere cum pueris venustissimis, & priuatim orationem habere cum Clinia, pollicitationes quasdam faciendo, quòd videlicet diis similem illum redditurus sit. Quin & amatorios quosdam sermones philosophorum veterum ad discipulos suos idem, inquit, cum illo legit, & in summa, totus circa adolescentem est. Interminatus autem etiam est, patri Cliniæ ista se dicturum esse. CHEL. Oportebat, Drose, Dromonem ipsum inescare, ac lautiùs paulò accipere. DROS. Inescaui hominem, & præter hoc autem etiam meus est. Nam & ille gustauit Neuridem. CHEL. Bonum animum habe. Omnia rectè fient. Ego verò etiam inscribere in pariete volo in Ceramico vbi Architeles deambulare solet, Aristænetus corrumpit Cliniam: vt ex hoc quoque aliquid concurrat ac faciat ad delationem Dromonis. DROS. At quomodo id clàm facies, ne deprehendaris? CHEL. Noctu, Drose, carbone alicunde sumpto. DRO. Rectè sanè. Commilita modò, atque auxiliare, mea Chelidonium, aduersus arrogantem ac vanum istum Aristænetum.

## ΤΡΥΦΑΙΝΑ ΚΑΙ ΧΑΡΜΙΔΗΣ.

## TRYPHÆNA, ET CHARMIDES.

Ἑταίρων δέ τις παλαιῶν, πέντε δραχμὰς ὁ μίσθωμα δοὺς, καθεύδει ἀποκραφεὶς, δακρύων καὶ στένων; ἀλλ' οὔτε πέπωκας ἡδέως, οἶμαι, οὔτε δειπνήσας μόνος ἠθέλησας, ἔκλαες δὲ καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον, ἑώρων γάρ. καὶ νῦν δὲ οὐ διαλέλοιπας ὀλολύζων, ὥσπερ βρέφος. ταῦτα οὖν, ὦ Χαρμίδη, τίνος ἕνεκα ποιεῖς; μὴ ἀποκρύψῃ με, ὡς ἂν καὶ τοῦτο ἀπολαύσω τῆς νυκτὸς ἀγρυπνήσασα μετὰ σοῦ. ΧΑΡΜ. ἔρως με ἀπόλλυσιν, ὦ Τρύφαινα, καὶ οὐκέτ' αὐτέχω πρὸς τὸ δεινόν. ΤΡΥ. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἐμοῦ ἔρᾳς, δῆλον.

D A Mica autem quispiam accepta, & quinque drachmarum mercede data, auersus dormit, lacrumans ac gemens? Sed neque potasti lubenti animo, opinor, neque cœnare solus voluisti. Flebas autem etiam inter cœnandum: aspiciebam enim. & nunc autem non desinis vlulare, perinde atque infans aliquis. Ista igitur, ô Charmide, cuius gratia facis? Ne quæso me celes, vt vel hac parte consequar aliquid ex nocte hac, quam totam hucusque tecum vigilaui. CHARMID. Amor me perdit Tryphæna, neque malum hoc ampliùs sustinere possum. TRYPH. At quòd me quidem non ames, manifestum est:

neque enim ita negligeres me, cùm propè habeas: atque abs te repelleres, quoties amplexari te volo: denique etiam quasi quodam septo interposita veste intercluderes, metuens videlicet ne te tangam. Sed tamen quænam illa est, dic mihi. Fortassis enim etiam ipsa nonnihil ad amorem istum tibi contulero. Scio enim quo pacto conueniat huiusmodi res administrare. CHAR. At verò nosti atquè admodum probè ipsam, & rursum illa te quoque: neque enim obscura adeò meretrix est. TRYPH. At nomen mihi cedo, Charmide. CHARMID. Philematium, ô Tryphæna. TRYPH. Vtram dicis? duæ siquidem sunt. Illámne ex Piræo, quæ nuper adeò mulier facta est, quam Damyllus amat, eius qui nunc exercitum ducit, filius: an alteram, quam cognomento decipulam vocãt? CHAR. Illam equidem, atque adeò captus ab ea & comprehensus miser sum. TRYPH. Ob illam itaque plorabas? CHAR. Atque admodum. TRYPH. Multum autem temporis amasti illam, an nuper adeò cœpisti? CHAR. Haud nuper adeò, sed menses propè septem sunt, à Dionysiis vsque videlicet, ex quo primùm illam vidi. TRYPH. Vidistíne autem totam ipsam diligenter, an faciem solùm, eásque corporis partes quę in aperto sũt? & quæ vidisti, Philematiine erant, atque ita vti conueniebat esse mulierem quinque & quadraginta annos iam natam? CHAR. At verò deierat illa, secũdum supra vigesimum modò ad proximum Decembrem cõpleturam esse se. TRY. Tu verò vtrum credis iuriiurando illius, an propriis oculis? Contemplare enim diligenter, suspiciens aliquando ad tempora illius, quo loco solo suos crines habet: nam cætera, impostura mera. Circa tempora autem quoties medicamentum quo infici solet, langueſcit, ac vim suam remittit, albescit plerunque. Quanquam quid hoc attinet? Coge aliquando vt nudam quoque spectandam se tibi exhibeat. CHARMID. At nunquam mihi in hoc consentire voluit. TRYPH. Meritò sanè. Sciebat enim abominaturum esse te canos ipsius capillos. Cæterùm tota à collo ad genua vsque Pardali similis est. At tu lacrumabaris, quòd cum tali non coires? Fortassis autem etiam ægrè tibi faciebat, & superbam gerebat sese. CHAR. Sanè verò, Tryphæna: & hoc quamuis tam multa à me acciperet.

οὐ γὰρ ἂν ἔχων με ἠμέλεις, καὶ ἀπίθου με προσπλέκεσθαι θέλουσάν, καὶ τέλος διατείχιζες ὃ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, δεδιὼς μὴ ψαύσαιμί σου. τίς δὲ ὅμως ἐκείνη ἐστίν, εἰπέ. τάχα γὰρ ἄν τι καὶ συμπαραλάβοιμι πρὸς τὸν ἔρωτα. οἶδα γὰρ ὡς χρὴ τὰ τοιαῦτα διοικεῖσθαι. ΧΑΡΜ. καὶ μάλ' οἶδα καὶ πάνυ ἀκριβῶς αὐτήν, κἀκείνη σέ. οὐ γὰρ ἀφανὴς ἑταίρα ἐστίν. ΤΡΥΦ. Εἰπὲ τοιῶμα, ὦ Χαρμίδη. ΧΑΡΜΙΔ. Φιλημάτιον, ὦ Τρύφαινα. ΤΡΥΦ. ὁποτέραν λέγεις; δύο γὰρ εἰσὶν αὐτήν ἐκ Πειραιῶς, τὴν ἀρτι διακεκορυμβῶσαν, ἧς ἐρᾷ Δάμυλλος ὁ τῶν νῦν στρατηγοῦντος υἱός; ἢ τὴν ἑταίραν, ἣν Παγίδα ἐπικαλοῦσιν; ΧΑΡΜ. ἐκείνην, ἣ ἐάλωκα ὁ κακοδαίμων, καὶ συνείλημμαι πρὸς αὐτῆς. ΤΡΥΦ. σχολῇ δ' ἐκείνην ἔκλαες; ΧΑΡΜΙΔΗΣ. καὶ μάλα. ΤΡΥΦ. πολὺς δὲ χρόνος ἔστι σοι ἐρῶντι, ἢ νεοτελὴς τις εἶ; ΧΑΡΜ. οὐ νεοτελής, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ δεδύο ἀπὸ Διονυσίων, ὅτε πρῶτον εἶδον αὐτήν. ΤΡΥΦ. Εἶδες δὲ ὅλην ἀκριβῶς, ἢ τὸ πρόσωπον μόνον, καὶ ὅσα τοῦ σώματος φανερά, ἃ εἶδες, Φιλημάτιον, καὶ ὡς ἐχρῆν γυναῖκα πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτη γεγενῆσθαι ἤδη; ΧΑΡΜ. καὶ μάλ' ἐπόμνυται δύο καὶ εἴκοσιν εἰς τὸν ἐσόμενον Ἐλαφηβολιῶνα τελέσαι. ΤΡΥΦ. σὺ δὲ ποτέρῃς πιστεύσας αὐτῇ, τοῖς ἐκείνης ὅρκοις, ἢ τοῖς σαυτοῦ ὀφθαλμοῖς; ἐπίσκεψαι γὰρ ἀκριβῶς, ἀναβλέψας ποτὲ τοῖς κροτάφοις αὐτῆς, εἴθ' μόνον τὰς αὐτῆς τρίχας ἔχει· τὰ δὲ ἄλλα, φενάκη βαθεῖα. πρὸς δὲ τοῖς κροτάφοις ὁπότ' ἂν ἀδυνήσῃ ὁ φάρμακον, ᾧ βάπτεται, ἀσθενὲς γίνεται τὰ πολλά· καίτοι τί τοῦτο βιάσαι ποτε καὶ γυμνὴν ἰδεῖν; ΧΑΡΜΙΔ. οὐδέ πώποτέ μοι πρὸς τοῦτο ἐνέδωκεν. ΤΡΥΦΑΙΝΑ. εἰκότως· ἠπίστατο γὰρ μυσαχθησόμενόν σε τὰς αὐτῆς λευκάς· ὅλη γὰρ ἀπὸ τοῦ αὐχένος ἐς τὰ γόνατα παρδάλει ἔοικεν· ἀλλὰ σὺ ἐδάκρυες, τοιαύτη μὴ συνών; ἦπου τάχα καὶ ἐλύπει σε, καὶ ὑπερεώρα; ΧΑΡ. ναί, ὦ Τρύφαινα, καίτοι τοσαῦτα πρ' ἐμοῦ λαμβάνουσα.

καὶ νῦν ὅπως χιλίας αἰτούσῃ σοι οὐκ εἶχον διδόναι ῥᾳδίως, ἅτε τοῦ πατρὸς φειδομένου τε φόβου, Μοσχίωνα ἐσδεξαμένη, ἀπεκλῄσαί με, αἰθ' ὧν λυπῆσαι καὶ αὐτὸς θέλων αὐτῷ, σὲ προείληφα. ΤΡΥΦ. μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐκ ἂν ἦκον, εἴ μοι προεφῄτης ὡς ὅτι τούτοις τοῦ λαμβανομένου λυπῆσαι ἄλλον, καὶ ταῦτα, Φιλήματιον τὸν σοφόν. ἀλλ' ἄπειμι, καὶ γὰρ ἤδη τρίτον τοῦτο ᾄδει ἀλεκτρυών. ΧΑΡ. μὴ σύγε οὕτω ταχέως, ὦ Τρύφαινα. εἰ γὰρ ἀληθῆ ἐστιν ἃ φῂς περὶ Φιλήματίου, τὸν φενακίσαι, καὶ ὅτι βάτταρίττεται, καὶ ὁ τοῦ ἀλφοῦ, οὐδὲ προσβλέπειν αὐτὴν ἔτι δυναίμην αὐτῇ. ΤΡΥ. ἐρώτα τὴν μητέρα, εἴ ποτε λέλουται μετ' αὐτῆς· περὶ γὰρ τῶν ἐτῶν, κἂν ὁ πάππος διηγήσεταί σοι, εἴγε ζῇ ἔτι. ΧΑΡ. οὕτω δὴ τοιαύτης οὔσης ἐκείνης, ἀφῃρήσθω μὲν ἤδη τὸ διαπείρισμα, περιβάλλωμεν δὲ ἀλλήλους, καὶ φιλῶμεν, καὶ ἀληθῶς συνῶμεν· Φιλήματίον δὲ πολλὰ χαίρέτω.

A Ac nunc quidem postquam mille petenti facilè ac statim dare non potui, vtpote qui patrem habeam parcum & tenacem, Moschione intrò ad se recepto, me excluſit. Ob quæ, dum illi vicissim ægrè facere volo, te assumpsi. TRYP. At ego, per Venerem, haudquaquam veniſſem, si quis prædixisset mihi, ob id solùm assumptam esse me, vt alteri ægrè facerem, præsertim Philematio huic, capulo videlicet. Verùm abeo. Iam enim tertiùm hoc cecinit gallus. CHAR. Ne tu vtique tam statim, mea Tryphæna. Nam si vera ista sunt quæ de Philematio dicis, coma videlicet supposititia, & quòd tingitur, & vitiligines illæ, nec aspicere quidem ampliùs illam potuero. TRYP. Interroga matrem, si quando cum illa lauit fortè. Nam de annis etiam anus narrare tibi poterit, si modò viuit etiamnum. CHAR. Proinde postquam talis illa est, auferatur quidem iam è medio septum hoc, amplexemur autem mutuò, atque osculemur nos, ac tandem verè coëamus, Philematium autem longè valeat.

## ΙΟΕΣΣΑ ΚΑΙ ΠΥΘΙΑΣ ΚΑΙ ΛΥΣΙΑΣ.

## IOESSA. PYTHIAS. ET LYSIAS.

ΘΕΟΚ. Ρόησῃ, ὦ Λυσία, προς ἐμέ; καὶ καλῶς, ὅτι μήτε ἀργύριον πώποτε ἤτησά σε, μητ' ἀπεκλῄσα ἐλθόντα, ἔνδον ἕτερος, εἰ πόσα· μήτε προδαλλόμενον τὸν πατέρα, ἢ ὑφελόμενον τῆς μητρὸς, ἵνα δῶσα ἐμοί τι χαρίσαι, ὁποῖα αἱ ἄλλαι ποιοῦσιν, ἀλλ' αὐθυς ἐξ ἀρχῆς ἄμισθον, ἀξύμβολον εἰσεδεξάμην. οἶδα ὅσους ἐγὼ ἐρασὰς παρεπεμψάμην; Ηθοκλέα τὸν πρωτοθρόνιον νῦν· καὶ Παασίωνα τὸν ναύκληρον· καὶ τὸν συνέφηβόν σου Μέλισσον, καίτοι ἐναλίγκιος ἀποθανόντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς, καὶ κύριον αὐτὸν ὄντα τῆς οὐσίας· ἐγὼ δὲ σὲ τὸν Φάωνα μόνον εἶχον, οὔτε τινὰ προσβλέπουσα ἕτερον, οὔτε προσιεμένη, ὅτι μή σε· ὤμην γὰρ ἢ ἀληθῆ εἶ) ἃ ὤμνυες, καὶ λέγε τοῦτό σοι προσέχουσα, ὡς περ ἡ Πηνελόπη, ἐσωφρόνουν, ὀπτοβουμένης τῆς μητρὸς, καὶ προς τὰς φίλας ἐγκαλούσης· σὺ δὲ ἐπείπερ ἔμαθες ὑποχείριον ἔχων με τετηκυῖαν ὅτι σοι,

C INsolescis igitur ô Lysia aduersum me? Et rectè sanè, quandoquidem neque argentum vnquam abs te popoſci, neque venientem excluſi, alterum intus esse dictitans, neque decepto patre, aut ex matris rebus aliquo subtracto, coëgi te mihi afferre quippiam, perinde atque aliæ facere solent: sed statim ab initio inde, nulla data mercede, atque asymbolum recepi te intrò. Nostíne quàm multos amatores reiecerim? Etheoclem videlicet, eum qui nunc inter senatores est; Passionem nauclerum; & coæqualem tuum Melissum, quanquam etiam nuper adeò pater eius mortuus esset, ac dominus ipse factus bonorū omnium. Ego verò te, Phaonem scilicet meum, solum habebam, neque aspiciens neque admittens alium quenquam præter te. Arbitrabar enim stulta ac demens, vera illa esse quæ iurabas, & ob hoc animum tibi aduertens, perinde ac Penelope illa, pudicè ac castè agebam, clamante atque increpante ob hoc matre, & apud amicas accusante me. Tu verò posteaquam intellexisti me obnoxiam habere te, vti quæ iam ex te peperissem,

nunc quidem ad Lycænam alludebas, intuente me, nimirum vt ægrè mihi faceres: nunc autem iuxta me accumbens, Magidium laudabas, psaltriam istam videlicet. Ego verò ob hæc lacrymor, & sentio contumeliam. Paulo autem antè, quando cõpotabatis Thraso & tu & Diphilus, aderãt & tibicina Cymbalium, & Pyrallis, ea quæ inimica mihi est. Tu verò cùm hoc scires, Cymbalium quidem quinquies osculatus es, id quod non admodum curæ mihi erat, (teipsum enim afficiebas contumelia, talem osculando) Pyrallidi autem quàm multa innuebas, ac bibens illi quidem poculũ commonstrabas, puero autem reddens, in aurẽ iubebas, vt nisi Pyrallis id postularet, alteri nemini infunderet. Postremò autẽ etiam demorso malo, quando Diphilum alias res agere videbas (loquebatur enim cum Thrasone tum) inclinans te quodammodo, collimatè adeò iaculabaris illud in sinũ ipsius, ne latêrè quidem me cupiens. Illa autem exosculata, inter mamillas sub fascia insertabat illud. Ista igitur cuius gratia facis? Qua te autem siue magna siue parua iniuria affeci aut etiam offendi ego? quem alium cunque intuita sum? an non ad vnius ingenium & morem tuum viuo? Haud sanè præclarum aut magnum hoc, Lysia, facis, miseram mulierculam, & in te insanientem, mœrore implicans. Est dea vtique aliqua Adrastia, ac talia videt. Tu verò aliquãdo mœrore afficieris, vbi fortasse audieris de me aliquid, quòd iacea videlicet aut laqueo à meipsa suffocata, aut in puteum præcipitata, aut quẽcunque tandem mortis modũ inuenero, dum ne amplius ita coràm & ob aliorum oculos molestiis afficiar. Ac tum põpam vtique duces tu, perinde ac re magna splendidáque peracta. Quid me torue aspectas, ac dentibus infrendis? Nam si quicquam est cur me accuses, dicas licet. Pythias hęc inter nos iudicet. Quid hoc? ne respõso quidem dato abis hinc, me relicta? Vides mea Pythias qualia patiar à Lysia. P Y T. O feritatem. Nã quòd nullis neque lacrymis flectitur, lapis sanè, nõ homo est. Quãquam si vtique veritatem conuenit dicere, tute loëssa perdidisti ipsum, quæ supra modum amasti hominẽ, idque etiam palam fecisti illi. Oportebat autem nõ nimis æmulari ipsum. Insolentes enim fiunt cùm hoc sentiunt. Ah desine lacrymari misera: & si me audies, semel atque iterum exclude venientem.

A ἀρτι μὲν Λυκαίνη προσέπαιζες, ἐμοῦ ὁρῶσης, ὡς λυποίης ἐμὲ, ἀρτι δὲ, σοὶ ἐμοὶ κατακείμενος, ἐπῃνεῖς Μαγίδιον τὴν ψάλτειραν· ἐγὼ δ' ὅτι τούτοις δακρύω, καὶ σοι μὴ δοκῶ μὴ ὑβρίζομαι. προσῆν δὲ ὁπότε σοι συνεπίετε, Θρασων, καὶ σὺ, καὶ Δίφιλος παρῆσθον, καὶ ἡ αὐλητρὶς Κυμβάλιον, καὶ Πυρραλλὶς, ἐχθρὰ οὖσα ἐμοί. σὺ δὲ τοῦτ' εἰδὼς, τὴν Κυμβάλιον μὲν οὐ μοι πολὺ ἐμέλησεν ὅτι πεντάκις ἐφίλησας, σαυτὸν γὰρ ὑβρίζες, τοιαύτην φιλῶν· Πυρραλλίδα δὲ, ὅσον ἐνέβρεχες, καὶ πιὼν αὐτὴ, ἐκείνῃ μὲν ὑπεδείκνυς ὃ πο- B τήριον, ἀποδιδοὺς δὲ τῷ παιδὶ, προὔβαλλες ὃ οὐδὲ ἐκέλευες εἰ μὴ Πυρραλλὶς αἰτήσοιτο, μὴ αὖ ἄλλῳ ἐγχέαι· τέλος δὲ, τῷ μήλου ἀποδακὼν, ὁπότε τὸν Δίφιλον εἶδες ἀσχολούμενον (ἐλάλει γὰρ Θρασωνι) προσκύψας πως, δύσχρως προσηκόντισας ἐς τὸν κόλπον αὐτῆς, οὐδὲ λαθεῖν γε πειρώμενος ἐμέ. ἡ δὲ, φιλήσασα, μεταξὺ τῆς μαστῶν ὑπὸ τῆς ἀποδέσμου προὔβυσσε. Ταῦτα οὖν τίνος ἕνεκα ποιεῖς; τί σε ἢ μέγα ἢ μικρὸν ἠδίκησα, ἢ λελύπηκα ἐγώ; τίνα ἕτερον εἶδον; οὐ C σοῖς μόνον σὲ ζῶ; οὐ μέγα, ὦ Λυσία, τοῦτο ποιεῖς, γύναιον ἄθλιον λυπῶν, μεμηνὸς ὅτι σοί; ἔστι τις θεὸς ἡ Ἀδράστια, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁρᾷ· σὺ δέ ποτε λυπήσῃ, τάχα δ' ἀκούσῃς τί περὶ ἐμοῦ, κείμενόν με, ἢ τι βρόχῳ ἐμαυτὴν ἀποπνίξασαν, ἢ ἐς D φρέαρ ὅτι κεφαλὴν ἐμπεσοῦσαν, ἢ ἕνα γέ τινα τρόπον θανάτου, ὡς μηκέτ' ἐνοχλοίην βλεπομένη. πομπεύσῃς τότε, ὡς μέγα καὶ λαμπρὸν ἔργον ἐργασάμενος. τί με ὑποβλέπεις, καὶ τρίζεις τοῖς ὀδόντας; εἰ γάρ τι ἐξικάλεις, εἰπὲ, Πυθιὰς ἡμῖν αὕτη δικασάτω. τί τοῦτο, οὐδὲ ἀποκρινάμενος ἀπέρχῃ καταλιπών με; ὁρᾷς, ὦ Πυθιὰς, οἷα πάσχω ὑπὸ Λυσίου; Π Υ Θ. ὦ τῆς ἀγελαιότητος, ὃ δὲ μὴ ὑποκλαυθμύρας δακρυούσης, λίθος οὐκ ἀνθρωπός ἐστι· πλὴν ἀλλ' εἴγε χρὴ ἀληθῆ εἰπεῖν, σύ, ὦ Ἰόεσσα, διέφθειρας αὐτὸν ὑπεραγαπῶσα, καὶ τοῦτο ἐμφαίνουσα. ἐγὼ μὲν οὖν μὴ πολὺ αὐτὸν ζηλοῦν, ὑποφθονοῦμαι γὰρ αἰσθανόμενοι γίγνονται. παύου, ὦ τάλαινα δακρύουσα, καὶ ἐμοὶ πείθῃ, ἅπαξ ἢ δὶς ἀποκλῄσον ἐλθόντα.

ὄψῃ

ὀφθ γὰρ αὖ καιόμενον αὖ τὸν πρώην, καὶ αὖ-
πιμεμηνότα ἀληθῶς. ΙΟΕΣΣΑ. ἀλλὰ
μηδ' εἴπῃς, ἄπαγε· ἀποκλείσω Λυσίαν;
εἴθε μὴ αὐτὸς ἀποζαίη φθάσας. ΠΥΘ.
ἀλλ' ἐπανέρχεται αὖθις. ΙΟΕΣΣΑ. ἀ-
πολώλεκάς ἡμᾶς, ὦ Πυθιάς, ἠκρόαταί σου
ἴσως, ἀποκλῄσιν λεγούσης. ΛΥΣ. οὐχὶ
τούτου ἕνεκεν, ὦ Πυθιάς, ἐπανελήλυθα, ἵν'
οὐδὲ προσβλέψαιμι ἔτι τοιαύτην οὖσαν,
ἀλλὰ ἄφες σε, ὡς μὴ καταγνώσῃς ἐμοῦ,
καὶ λέγῃς αὖ, ἔγκοτος ὁ Λυσίας ὅδ' ἐστίν. ΠΥ.
ἀμέλει καὶ ἔλεγον, ὦ Λυσία. ΛΥΣΙΑΣ.
φέρε οὖν ἐθέλῃς, ὦ Πυθιάς, Ιοέσσην τινὰ
νεανίου δακρύουσαν αὐτὸν, ὅτε ἀπεζάλη αὐτῆς πο-
τε μετ' ἐκείνου καθευδούσης, ἐμοῦ ἀποζάσης;
ΠΥΘ. Λυσία, ὁ μὲν ὅλον ἐπαίρει ὅδε. πό-
τε δ' οὖν κατέλαβες αὐτοὺς συγκαθεύδον-
τας; ΛΥΣ. ἕκτην ἀγαθὴν τούτην ἡμέ-
ραν, νὴ Δί', ἕκτην γε, δευτέρα ἰσταμένου·
ὁ τῆμερον δὲ, ἑβδόμη ἐστίν. ὁ πατὴρ εἰδὼς
ὡς πάλαι ἐρῶ τοῦτοσὶ τῆς ἑταίρας, ἐκέ-
κλῃσέ με, προσκελεύσας τῷ θυρωρῷ μὴ ἀ-
νοίγειν· ἐγὼ δὲ, οὐ γὰρ ἔφερον μὴ οὐχὶ σωθῆ-
ναι αὐτῇ, τὸν Δρόμωνα ἐκέλευσα προ-
κύψαντα τῷ θριγκῷ τῆς αὐλῆς, ἧ ταπει-
νότατον ἦν αἰσθέσθαί με ὅτι τῶν νώτων·
ῥᾷον γὰρ οὕτως ἀναβήσεσθαι ἔμελλον. τί δὲ
μακρὰ λέγω; ὑπῆλθον, ἦκον, τὸν αὐ-
λίσκον ὄπισθεν ἀποκεκλῃσμένον ὑπομελῶς·
μέσαι γὰρ νύκτες ἦσαν. οὐκ ἔκοψα δ' οὖν,
ἀλλ' ἐπάρας πρέμα τὸν θύρᾳον, ἤδη δὲ καὶ
ἄλλοτε ἐπεποιήκειν αὐτὸ, παραγαγὼν τὸν
τροφέα, παρῆλθον ἀφωνητί, ἐκαθεύδον δὲ
πάντες, εἶτα ἐπαφώμενος τοῦ τοίχου, ἐφί-
σαμαι τῆς κλίνης. ΙΟΕΣΣΑ. τί ἔρᾳς, ὦ
Δάματερ; ἀγωνιῶ γάρ. ΛΥΣ. ὅπῃ δὲ
οὐχ ἑώρων ὃ ἔδρασα ἐγὼ, ὃ μὲν πρῶτον ὑπ-
νοῦντα τὸν Λυδὸν αὐτῇ συγκαθεύδειν, τόθ'
οὕτω ἐῶ, ὦ Πυθιάς. ἀλλ' ἐφαπάμενος, ἔδοξον
ἀγρύπνου τινα, πάνυ ἁπαλὸν, ἐν χερσὶ κεκαρ-
μένον, μύρων τε αὐτὸν ἀποπνέοντα· τοῦτο ἰδὼν,
εἰ μὲν καὶ ξίφος ἔχων ἦλθον, οὐκ ἂν ὤκτησα,
ἔδει γε. τί γελᾶτε, ὦ Πυθιάς; γέλωτος ἄξια
δοκῶ σοι διηγεῖσθαι; ΙΟ. τοῦτό σε, ὦ Λυ-
σία, λελύπηκεν; ἡ Πυθιὰς αὕτη μοι σωφρονέ-
στατη. ΠΥ. μὴ λέγε, ὦ Ιόεσσα, πρὸς αὐτόν.

A Videbis enim inflammari ipsum denuo prorsus, & vicissim insanire vero pacto. IOES. At ne dixeris quidem, apage. Vt ego excludam Lysiam? Vtinam ne ipse à me deficiat modò. PYTH. At rursus huc reuertitur. IOES. Perdidisti nos, Pythias: fortassis audiit te de exclusione verba facientem. LYS. Non huius caussa, Pythias, huc reuersus sum, vt quam ne aspexero quidem ampliùs, talis cùm sit, sed tua gratia, vt ne damnares me, ac diceres fortè, Irreconciliabilis hic Lysias est. PYT. Atque equidem dixissem Lysia. LYS. Ferre igitur me vis Pythias Ioëssam hanc, quæ nunc la-
B crymatur, cùm ipse superuenerim ei aliquando cum adolescente concumbenti, & à me desciscenti? PYTH. Lysia, in vniuersum quidem meretrix est. Cæterùm quando verò deprehendisti ipsos concumbentes? LYS. Sextus, ni fallor, dies hic est, per Iouem, sextus vtique: fuit enim secunda mensis incipientis, hodie verò eiusdem septima est. Pater igitur cùm sciret me iam olim amare, probam hanc scilicet, conclusit me domi, dato ianitori mandato, ne aperiret. Ego verò (non enim ferebam ab huius con-
C gressu prohiberi me) Dromonem iussi, acclinantem muro atrij, qua parte humillimus erat, in tergum recipere me. Nam hoc pacto minore negotio ascensurus eram: quid multis opus est? trāscendi, veni, atrium offendi occlusum diligēter: iam enim nox erat media. Itaque neque pulsaui tum, sed attollens sensim ianuam (iam autem & antea idem aliquoties feceram) transuersum acto cardine, tacitè ac sine tumultu ingressus sum. Dormiebant autem omnes, atque ego exinde contrectato pariete (vt fit in tenebris) su-
D per lectum adstiti. IOES. Quid narras, ô Ceres? propè enim deficio. LYS. Postquā autem animaduertebā non vnum esse anhelitum: principiò quidem putabam Lyden cum ipsa vnà dormire, cæterùm aliter multò res erat, Pythias. Nam vbi contrectare cœpi, deprehendi imberbem quendam, admodum tenerum, ad cutem vsque detonsum, vnguenta etiam ipsum olentem. Hoc vbi sensi, si quidem & gladium veniens mecum attulissem, non ita quiessem tum, sat scitote. Quid ridetis Pythias? an verò risu digna dicere vobis videor? IOES. Hoccine igitur Lysia acerbum adeò tibi fuit? Pythias hæc mecū dormiebat. PYT. Ne dicas illi, Ioessa.

IOES. Cur non dicam? Pythias erat, ô chariſſime, à me accerſita tum, vt vnà mecum dormiret. Ægrè enim erat mihi quòd te non habebam. LYS. Pythias autem? ille ad cutem vſque detonſus? atque exinde intra ſex dies hoſce tantam iterum produxit comam? IOES. Ex eo cùm morbo laborauit, tonſa eſt, Lyſia: defluxerant enim illi tum crines, nunc autem fictitiam comam impoſuit. Oſtende Pythias, oſtende ita rem habere ſe, ac fidem illi fac. Ecce tibi adoleſcentulum iſtum mœchum, quem zelotypia proſequebaris. LYS. Quid igitur? an non conueniebat hoc? præſertim amantem, & qui ipſe contrectauerat? IOES. Proinde tu quidem iam perſuaſus es vt credas. Vis autem & ipſa viciſſim tibi ægrè faciam, vt quæ meritò viciſſim iraſcar tibi? LYS. Nequaquam, ſed bibamus iam, Pythiáſque hæc vnà nobiſcum. Æquum enim eſt adeſſe ipſam reconciliationi faciendæ. IOES. Aderit. Qualia autem propter te paſſa ſum, ô generoſiſſime adoleſcentum Pythias? PYT. At idem ipſe reconciliaui quoque vos: quare non eſt cur mihi ſuccenſeas, niſi iſtud quæſo vide Lyſia, ne cui de coma quicquam dixeris.

ΑΙΟΕΣΣΑ. τί μὴ λέγω; Πυθιὰς ἰώ, φίλτατε, μεταπεμψαμένη ἐπ' ἐμοῦ, ὡς ἅμα καθευδοιμεν. ἐλυπούμην γὰρ σὲ μὴ ἔχουσα. ΛΥΣ. Πυθιὰς, ὁ σὸς χρῶ κεκαρμένος; εἶτα δι' ἕκτης ἡμέρας αὖ κόμησε τοσαύτην κόμην; ΙΟΕΣΣΑ. ἀπὸ τῆς νόσου ἐξυρήσατο, ὦ Λυσία· ἐπέῤῥεον γὰρ αὐτῇ αἱ τρίχες, νυνὶ δὲ καὶ τὴν πυκνίδα ἐπέθετο. Δεῖξον, ὦ Πυθιάς, δεῖξον οὕτως ὄν, πεῖσον αὐτόν. ἰδοὺ ὃ μειρακιον ὁ μοιχός, ὃν ἐζηλοτύπεις. ΛΥΣ. οὐκ ἐχρῆν οὖν, ὦ Ιόεσσα, καὶ ταῦτα, ἐρῶντα, ἐφαπτόμενον αὐτόν; ΙΟ. οὐκοῦν σὺ μὲν ἤδη πέπεισαι, βούλῃ δὲ αὐτὴ ὀργιζομένη δικαίως σοι τῷ μέρει; ΛΥΣΙΑΣ. μηδαμῶς, ἀλλὰ πίνωμεν ἤδη, καὶ Πυθιὰς μεθ' ἡμῶν. ἄξιον γὰρ αὐτὴν παρεῖναι τοῖς συνουσίαις. ΙΟΕΣΣΑ. πάρεσται. οἷα πέπονθα δι' σὲ, ὦ γυναιόπατε νεανίσκων Πυθιάς. ΠΥΘ. ἀλλὰ καὶ διήλλαξα ὑμᾶς ὁ αὐτός. ὥστε μή μοι χαλέπαινε. πλὴν ὃ δεῖνα ὅρα, ὦ Λυσία, μή τινι εἴπῃς ὃ περὶ τῆς κόμης.

## ΛΕΟΝΤΙΧΟΣ, ΧΗΝΙΔΑΣ ΚΑΙ ΥΜΝΙΣ.

## LEONTICHVS, CHENIDAS ET HYMNIS.

IN pugna autem contra Galatas, dic Chenida quo pacto ipſe quidem ante cæteros equites curſu prævectus fuerim, equo inſidens candido, Galatæ autem, tametſi fortes alioqui bellatores, trepidarint continuò vbi aſpiciebant me, neque quiſquam ampliùs ſubſiſtere ſuſtinuerit. Ibi igitur tum ego lancea quidem emiſſa transfixi præfectum alæ ipſorum vnà cum equo. Contra eos autem, qui conferti adhuc reſiſtebant (erant enim nonnulli qui perſiſtebant, phalange quidem ſoluta, in quadrangulam autem aciem aggregatis ipſis) progreſſus, arrepto gladio, ac totis animis facto in illos impetu, in fugam quidem conuerto circà ſeptem eorum qui in prima acie pugnabant, equi incurſu: gladio autem impacto manipularii vnius ducis caput in duas partes diſſeco vnà cum ipſa galea. Vos autem Chenida paulò pòſt ſuperueniſtis, fugientibus iam illis. CHEN. Nam cùm, Leontiche,

ΕΝ δὲ τῇ μάχῃ τοὺς Γαλάτας μάχῃ εἰπέ, ὦ Χιωνίδα, ὅπως μὲν προεξήλασα τῶν ἄλλων ἱππέων ὅτι τοῦ ἵππου τοῦ λευκοῦ, ὅπως δὲ οἱ Γαλάται, καίτοι ἄλκιμοι ὄντες, ἔτρεσσον θᾶττον ὡς εἶδόν με, καὶ οὐδεὶς ἔτι ὑπέμεν. τότε οἶμαι ἐγὼ, τὸν μὲν λόγχην ἀκοντίσας, διέπειρα τὸν ἵππαρχον αὐτῶν, σὺν τῷ ἵππῳ, ὅτι δὲ ὁ συνεχὴς ἔτι αὐτῶν (ἦσαν γάρ τινες, οἳ ἔμενον ἀφαλύσαντες μὲν τὴν φάλαγγα, ἐς πλαίσιον δὲ συναγαγόντες αὐτοὺς) ὅτι τύπτων ἐγὼ κατασάμενος τὸν ἀνδρῶν, ἅπαντι τῷ θυμῷ ἐπελάσας, αἰφνιδίως μὲν ἔσω ἐσπεσὼν τοὺς προεστῶτας αὐτῶν τῇ ἐμβολῇ τοῦ ἵππου· τὸν ξίφει δὲ κατανεύσας, διέτεμον τὸν λοχαγὸν ἑνὸς, ἐς δύο τὸν κεφαλὴν αὐτῷ κράνει. ὑμεῖς δὲ, ὦ Χιωνίδα, μετ' ὀλίγον ἐπέστητε ἤδη φεύγοντων. ΧΗ. ὅτε γὰρ, ὦ Λεόντιχε,

περὶ Παφλαγονίαν ἐμονομάχησας τῷ Σατράπῃ, οὐ μεγάλα ἐπεδείξω καὶ τότε; ΛΕ. καλῶς γ' ὑπομνήσας οὐκ ἀγνοοῖς δὴ σὺ εἰ- A
νης τῆς παρόξεως. ὁ γὰρ Σατράπης μέγιστος ὢν, ὁπλομάχων ἄριστος δοκῶν εἶναι, καταφρονήσας τῶν Ἑλληνικοῦ, παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον, παρεκαλεῖτο εἴ τις ἐθέλοι αὐτῷ μονομαχῆσαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι κατεπεπλήγεσθαν, οἱ λοχαγοὶ, καὶ οἱ ταξίαρχοι, καὶ ὁ ἡγεμὼν αὐτὸς, καίτοι οὐκ ἀγεννὴς αἰ θέτος ὤν. Ἀρίσταρχος γὰρ ἡγεμὼν ἡγεῖτο Αἰτωλὸς, ἀκοντιστὴς ἄριστος, ἐγὼ δὲ χιλιαρχεῖν ἔτι, τολμήσας μὲν ὅμως καὶ τοῖς ἑταίροις ἐπιλαμ- B
βανομένοις ἀποσφάλμασι. ἐδεδοίκεσαν γὰρ ἐμοῦ ὁρῶντες ἀποστίλβοντα μὲν τὸν βάρβαρον ἐπιχρύσοις τοῖς ὅπλοις, μέγαν τε, καὶ φοβερὸν ὄντα τὸν λόφον, καὶ κραδαίνοντα τὴν λόγχην. ΧΗ. κἀγὼ ἔδεισα τότε, ὦ Λεόντιχε, καὶ οἶδα ὡς εἰκόμην σου δεόμενος, μὴ παρακινδυνεύειν, ἀδίκως γὰρ ἂν μοι σοῦ ἀποθανόντος. ΛΕ. ἀλλ' ἐγὼ τολμήσας, προῆλθον εἰς τὸ μέσον, οὐ χεῖρον τοῦ Παφλαγόνος ὡπλισμένος, ἀλλὰ παγ- C
χρύσους καὶ αὐτός. ὥστε βοὴ θύθυς ἐγένετο καὶ παρ' ἡμῶν, καὶ παρὰ τῶν βαρβάρων· ἐγνώεισάν με γὰρ κἀκεῖνοι ἰδόντες ἀπὸ τῆς πέλτης μάλιστα, καὶ τῶν φαλάρων, καὶ τοῦ λόφου. εἰπὲ, ὦ Χελιδὼν, τίνι με πρώτῃ τότε εἴκαζον; ΧΗ. τίνι δὲ ἄλλῳ, ἢ Ἀχιλλεῖ, νὴ Δία, τῷ Θέτιδος καὶ Πηλέως; οὕτως ἔφερε μοὶ ἡ κόρυς, ἡ φοινικὶς δὲ ἐπέννυτο, καὶ ἡ πέλτη ἐμαρμάρυεν; ΛΕΟΝΤ. ἐπεὶ δὲ συνέξημεν, ὁ βάρβαρος πρότερος πατάξαι με, ὀλίγον ὅσον ὑπερφαύσας τῷ δόρατι, μικρὸν γὰρ ὄντος· ἐγὼ δὲ διελάσας τὴν D
ἀσπίδα τῇ χειρὶ, παίω διαμπὰξ εἰς τὸ στέρνον, εἶτ' ὑπεράρας, ἀπεδειροτόμησα τῇ ἀριστερᾷ ῥᾳδίως, καὶ τὰ ὅπλα ἔχων, ἐπανῆλθον, ἅμα καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τῆς χειρὸς πεπηγυῖαν κομίζων, λελουμένος τῷ φόνῳ. ΥΜΝ. ἄπαγε, ὦ Λεόντιχε, μηδὲ ταῦτα καὶ φοβερὰ περὶ σαυτοῦ διηγοῦ, καὶ οὐκ ἂν ἔπι σε οὐδεὶς παρεβλέψειέ τις, οὕτω χαίροντα τῷ λύθρῳ, καὶ οὐχ ὅπως συμπίοι,

circa Paphlagoniam singulari prælio cum satrapa illo congressus es, an non tum quoque præclarum facinus ac magnum edidisti? LEONT. Pulchrè commonuisti facinoris haudquaquã etiam illius ingenerosi. Nam satrapa ipse cùm corpore quidem esset maximus, inter grauis autem armaturæ milites pugnator haberetur optimus, cõtemptis videlicet Græcis, in medium prosiliebat, ac prouocabat si quis cum ipso singulari prælio decertare vellet. Ibi igitur tum cæteri quidem perculsi atque perterriti erant, Manipularij videlicet, Præfecti, & Centuriones, & ipse etiam Imperator, quanquam homo esset minimè alioqui ingenerosus aut ignauus. Nam Aristarchus tum imperator exercitũ ducebat, Ætolus, idémq; iaculator optimus. Ego verò tribunatum adhuc tum gerebam, sed tamen nihilominus fidens animo, & dimotis à me sociis, qui me increpando retinebant. Metuebant enim mihi, aspiciẽtes Barbarum quidem ipsum resplendentẽ armis inauratis, magnam autẽ atque terribilem indutum galeam, & prẽterea lanceam quoque vi multa librãtem. CHE. Nimirum ego quoque tum metui, Leontiche, & scis quo pacto instabam tibi precando, ne præ aliis periculo committere te velles. Nam mihi vita hæc ingrata futura erat te morte amisso. LEON. At ego tum præ cæteris ausus, processi in medium, nõ peiùs neq; ipse Paphlagone illo armatus, sed totus adeò auro collucens. Quare clamor statim coortus est & à nostra parte, & à barbaris. Agnoscebant enim etiã illi me videntes, & maximè ex pelta, & phaleris, & cristis. Dic quæso Chenida, cuínam me tum omnes assimilabant? CHE. Cui autem alteri, quàm Achilli, per Iouem, Thetidis & Pelei filio? ita decebat quidem te galea, efflorebat autem purpura: pelta verò etiam fulguris modo coruscabat? LEONT. Postquam autem ad manus ventum est, Barbarus ille prior vulnerat me modicè, quasi perstringens hasta paulum supra genu. Ego verò adacta per clypeum lancea, totum vtrinque pectus illius trãsverbero: atque exinde accurrens, ceruicem quoque gladio amputo facilè: armáque illius referẽs inde redeo, caput quoque vnà summa fixum lancea portãs, cæde videlicet lotus ac madens. HYM. Apage Leontiche, fœda sceleratáque hęc, atque adeò horribilia de te ipso narras: neque verò te ampliùs ne aspexerit quidem aliquis, cruore ac tabo ita gaudentem, nedum bibat tecum,

aut concumbat. Ego certè igitur hinc abeo. LEON. Quin duplam accipe mercedem. HYMN. Non potero cum viro cædibus polluto concũbere. LEON. Ne metuas, Hymni. Nam illa tum in Paphlagonia gesta sunt. nunc autem pacem hîc agò. HYMN. At homo deuotus & execrabilis es, & cruor ex capite Barbari illius, quod in lancea fixum portabas, in te destillabat. Egóne igitur vt talem virum amplectar & osculer? absit, ô Charites: neque enim iste talis carnifice melior. LEON. At verò si me vidisses in armis, sat scio, amasses Hymni. HYMN. Audiens solùm hæc, Leontiche, nauseo, atque horreo, ipsásque illas vmbras videre mihi videor & simulacra occisorum, & præcipuè miseri illius manipularij præfecti, cuius tu caput in duas partes dissecuisti. Quid putas igitur si ipsum opus aspicerem, & cruorem manantem, & iacentium cadauera? Emoritura certè mihi videor, vt quæ nunquam ne gallum quidem gallinaceum occidi viderim. LEON. Adeóne autem ingenerosa Hymni es, & pusillanimis? Ego verò oblectatum iri te putabam audiendis istis. HYM. At huiusmodi narrationibus oblecta si quas Lemniades inueneris, aut Danaides. Ego autem hinc ad matrem curriculò abibo, dum adhuc dies est. Sequere & tu Gramme. Tu verò vale, Tribunorum optime, & occisor, quotquot etiam volueris. LEON. Mane quæso, Hymni, mane. Abiit. CHEN. Nempe Leontiche puellam simplicem territasti, concutiendo cristas, & incredibilia quædam præclarè facta commemorando. Ego verò statim videbam quo pacto expallescebat, cùm tu adhuc illa quę circa manipularium facta essent, narrares: contrahebátque vultum, & exhorrebat aliquantum, postquam etiam dissecuisse te caput illius dicebas. LEON. At ego me illi amabiliorem eò visum iri putabam. Sed & tu me perdidisti, Chenida, qui vltra hæc etiam de singulari certamine submonuisti. CHEN. An nõ decebat me quoque mentiri tecum, quando caussam arrogantiæ istius videbam? Tu verò longè terribiliora omnia fecisti. Esto enim amputaris infelicis istius Paphlagonis caput, cur idem etiam lanceæ affixisti, ita vt cruor in te destillaret? LEON. Vnum hoc impurum ac detestabile re vera, Chenida. Nã cætera quidem non omnino malè conficta fuerant.

ἢ συγκοιμηθοίη. ἔγωγε οὖν ἄπειμι. ΛΕ. διπλάσιον ἀπόλαβε ὃ μίσθωμα. ΥΜΝ. οὐκ αὖ ὑπομείναιμι ἀνδροφόνῳ συγκαθεύδειν. ΛΕ. μὴ δέδιθι, ὦ Υμνί· ἐν Παφλαγόσιν ἐκεῖνα πέπρακται, νῦν δὲ εἰρήνην ἄγω. ΥΜΝ. ἀλλ' ὁσιὸς αὐθέντης εἶ, καὶ ὃ αἷμα κατέσταζέ σου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βαρβάρου, ὦ ἔφερες ὅτι τῇ ζειρῃ, εἶτ' ἐγὼ τοιοῦτον ἄνδρα περιβαλῶ, καὶ φιλήσω; μὴ, ὦ Χάριτες, γένοιτο. οὐδὲν γὰρ τούτου ἀμείνων τοῦ δημίου. ΛΕΟΝΤ. καὶ μὴν εἴ με εἶδες ἐν τοῖς ὅπλοις, οὐκ οἶδα, ἠράσθης ἄν. ΥΜΝ. ἀκούουσα μόνον, ὦ Λεόντιχε, ναυτιῶ, καὶ φρίττω, καὶ τὰς σκιὰς μοι δοκῶ ὁρᾶν, καὶ τὰ εἴδωλα τῶν πεφονευμένων, καὶ μάλιστα τοῦ ἀθλίου λοχαγοῦ, ἐς δύο τὸν κεφαλὸν διηρημένου· τί οἴῃ, ὃ ἔργον αὐτὸ καὶ ὃ αἷμα εἰ θεασαίμην, καὶ κειμένους τοὺς νεκρούς; ἐκθανεῖν γάρ μοι δοκῶ, οὐδ' ἀλεκτρυόνα πώποτε φονευόμενον εἶδον. ΛΕ. οὕτως ἀγλυνὴς, ὦ Υμνὶ, καὶ μικρόψυχος εἶ; ἐγὼ δὲ ὤμην ἡσθήσεσθαί σε ἀκούουσαν. ΥΜΝ. ἀλλὰ τέρπου τοῖς διηγήμασι τούτοις, εἴ τινας Λημνιάδας ἢ Δαναΐδας εὕροις. ἐγὼ δ' ἀποτρέχω πρὸς τὸν μητέρα, ἕως ἔτι ἡμέρα ἐστὶν, ἕπου καὶ σὺ, ὦ Γραμμί· σὺ δὲ ἐρρῶσο χιλιάρχων ἄριστε, καὶ φονεῦ, ὁπόσων ἂν ἐθέλῃς. ΛΕ. μεῖνον, ὦ Υμνὶ, μεῖνον. ἀπεληλύθει. ΧΗ. σὺ γὰρ, ὦ Λεόντιχε, ἀφελῆ παιδίσκην κατεφόβησας, ὑπισχνούμενον λόφους, καὶ ἀπιθάνους ἀριστείας διεξιών· ἐγὼ δὲ ἑώρων αὐτὴν ὅπως χλωρὰ ἐγίνετο, ἔτι σου τὰ κατὰ τὸν λοχαγὸν ἐκεῖνα διηγουμένου, καὶ συνέσταλε τὸ πρόσωπον, καὶ ὑπέφριξεν, ἐπεὶ καὶ διχάζειν τοῦ κεφαλοῦ ἔφης. ΛΕΟΝΤ. ὤμην ἐρασμιώτερος αὐτῇ φανεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ σύ με προαπολώλεκας, ὦ Χαρίδα, ὃ μονομάχιον ὑποβαλών. ΧΗ. οὐκ ἐδεῖ γὰρ συνεπιψεύδεσθαί σοι, ὁρῶντα τοῦ αἰτίαν τῆς ἀληθείας; σὺ δὲ πολὺ φοβερὸν αὐτὸ ἐποίησας. ἔστω γὰρ, ἀπέτεμες τοῦ κακοδαίμονος Παφλαγόνος τοῦ κεφαλοῦ, τί καὶ κατέπηξας αὐτοῦ ὅτι τῆς σαρίσης, ὥστε σου καταῤῥεῖν ὃ αἷμα; ΛΕ. τοῦτο μιαρὸν, ὡς ἀληθῶς, ὦ Χαρίδα, ἐπεὶ τἄλλα γε κακῶς συνεπέπλασο.

ἄπιθι δ' οὖν, καὶ πεῖσον αὐτὴν συγκαθευδήσουσάν. ΧΗ. λέγω οὖν ὡς ἐψεύσω ἅπαντα, γυναῖος αὐτῇ δόξαι βουλόμενος; ΛΕ. αἰσχρόν, ὦ Χενίδα. ΧΗ. καὶ μὴν οὐκ ἄλλως ἀφίκοιτο. ἐλοῦ τοίνυν θάτερον, ἢ μισεῖσθαι ἀρίστευς τὴν δόξαν, ἢ καθεύδειν μετὰ Ὑμνίδος, ἐψεῦσθαι ὁμολογῶν. ΛΕ. χαλεπὰ μὲν ἄμφω· αἱρεῖσθαι δ' ὅμως τὴν Ὑμνίδα. ἄπιθι οὖν, καὶ λέγε, ὦ Χενίδα, ἐψεῦσθαί μέν, μὴ πάντα δέ.

A Abi igitur, ac persuade illi vt redeat, mecúmque dormiat. CHEN. Quid igitur? dicámne quòd omnia ista mentitus fueris, dum generosus ipsi videri affectas? LEON. Turpe hoc, Chenida. CHEN. At verò alio pacto non redibit facilè. Proinde alterum ex his elige, vt vel odio habearis, dum præclarus bellator videri cupis: vel mentitum esse te ista confitearis, & cum Hymnide dormias. LEON. Difficile sanè vtrunque est, sed tamen Hymnidem habere malo. Abi itaque, ac dic illi, Chenida, mentitum quidem esse me, non tamen omnia.

## ΔΩΡΙΩΝ ΚΑΙ ΜΥΡΤΑΛΗ.
## DORIO ET MYRTALE.

Νῦν με ἀποκλείεις ὦ Μυρτάλη; νῦν, ὅτε πένης ἐγὼ μέμι δι' σέ; ὅτε δέ σοι τὰ τοσαῦτα ἐκόμιζον, ἐρώμενος, ἀνήρ, δεσπότης, πάντ' ἦν ἐγώ. ἐπεὶ δ' ἐγὼ μὲν αὖος ἤδη ἀκριβῶς, σὺ δὲ τὸν Βιθυνὸν ἔμπορον εὕρηκας ἐραστήν, ἀποκλείομαί μὲν ἐγώ, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκα δακρύων, ὁ δὲ, τὴν νύκτα φιλήσας, καὶ μόνος ἔνδον ὤν, καὶ παννυχίζεται, καὶ κυσὶν φῆς ἀπ' αὐτοῦ. ΜΥΡ. ταῦτά με ἀποπνίγει Δωρίων καὶ μάλιστα, ὁπότε μοι λέγεις ὡς πολλὰ ἔδωκας, καὶ πένης γεγένησαι δι' ἐμέ, λόγισαι γοῦν ἅπαντα ἐξ ἀρχῆς, ὁπόσα μοι ἐκόμισας. ΔΩ. ἄγε, ὦ Μυρτάλη, λογισώμεθα· ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος δύο πρῶτον δύο δραχμῶν· πίθει δύο δραχμαί. ΜΥΡ. ἀλλ' ἐκοιμήθης νύκτας δύο. ΔΩ. καὶ ὁπότε ἦκον ἐκ Συρείας, ἀλάβαστρον μύρου ἐκ Φοινίκης, δύο ἐστὸν δραχμῶν, νὴ τὸν Ποσειδῶ. ΜΥΡ. ἐγὼ δέ σοι ἐκπλέοντι, ὃ μικρὸν ἐκεῖνο χιτώνιον, ὃ μέχρι τῶν μηρῶν, ὡς ἔχοις ἐρέττων, Ἐπίουρον τὸν πρωρέως ἐκλαθόμενον αὐτὸ πρὸ ἡμῶν, ὁπότε ἐκάθευδε πρὸ ἐμοί. ΔΩ. ἀπέλαβεν αὐτὸ γνωρίσας ὁ Ἐπίουρος πρώην ἐν Σάμῳ μετὰ πολλῆς γε, ὦ θεοί, τῆς μάχης. κρόμμυα δὲ ἐκ Κύπρου, καὶ σαπρίδας πέντε, καὶ πέρκας τέσσαρας, ὁπότε κατεπλεύσαμεν ἐκ Βοσπόρου, ἐκόμισά σοι. ἵν' ἦν; καὶ ἄρτους ὀκτὼ ναυτικοὺς ἐν γυρσάθῳ, ξηροὺς, καὶ ἰσχάδων βίκον ἐκ Καρίας, ἔστερον ἐκ Παπάρων, σανδάλια ἐπίχρυσα, ὦ ἀχάριστε.

B NVnc me excludis scilicet Myrtale? nunc, quando ad inopiam peruenì propter te? At quando tam multa ad te afferebam; amator, vir, dominus, denique nihil non eram. Posteaquam igitur ego quidē exhaustus ac siccus planè iam, tu verò Bithynū istum mercatorem inuenisti, qui te amet, ego quidē excludor, & ante fores sto lacrumās: ille autē tota nocte osculatur, & solus intus est, & quasi quoddam sacrum peruigiliū tecum peragit, iámq; etiam prægnantem ex eo esse te ais. MYR. Ista me enecant, Dorio, & C maximè quāndo dicis quòd multa dederis mihi, & ad inopiam propter me redactus sis. Rationē igitur subduc quæso omniū eorum quę iā inde à principio ad me attulisti. DO. Rectè sanè, Myrtale, subducamus rationē. Principiò igitur calceos attuli tibi Sicyonios, duarum drachmarū pretio: pone duas drachmas. MYR. At cōcubuisti quoque noctes duas. DOR. Et quando ex Syria veniebā, alabastrum vnguenti ex Phœnicia, duarum etiam istud drachmarum, ita me seruet Neptunus. MY. At ego tibi, cū hinc nauigares, paruam illā tunicula dedi ad femora vsquè D demissam, quò remigādo vtereris, quā Epiurus proreta, quādo dormierat mecū, per obliuionē hīc intus reliquerat. DO. Verùm cognitam illam in Samo nuper à me rursū abstulit Epiurus, non sine multo (prò dij) certamine. Cepas autem ex Cypro, & saperdas quinq; & percas quatuor, quādo ex Bosporo nauigauimus, attuli tibi quoque. Quid ergo? etiam panes octo nauticos in canistro, siccos, & cortinam caricis plenam ex Caria, & postea ex Pataris sandalia inaurata, ô ingrata.

Etiam caſeum aliquando memini afferre me tibi ex Gythio. MYR. Quinque fortaſſis drachmarum, Dorio, omnia hæc. DOR. O Myrtale, quantum equidem potui, homo nauta, & mercede operam nauibus locans. Nunc enim etiam lateri præfectus ſum dextero, & tu nos contemnis? Nuper autē quando Aphrodiſia celebrabantur, an non drachmam quoque ante pedes Veneris pro te poſui auream? & rurſum matri pro calceamentis drachmas numeraui duas, & Lydæ huic in manum aliquoties, nunc duos, nunc quatuor obolos? Hæc omnia in vnum computata, ſubſtantia certè viri nauitæ fuerunt. MYR. Cepæ illæ videlicet, & ſaperdæ, Dorio? DOR. Ita certè. Neque enim plura aut maiora ferre potui. Non enim remis locarem operam, ſi diues forem. Cæterùm matri meę ne caput quidem vnum allij vnquam attuli. Libenter autem ſcirem, quænam tibi à Bithyno iſto dona darentur. MYR. Principio tunicam hanc vides? eam ille emit, & monile hoc craſſius. DOR. Illéne? An non ego te iam olim habere norã? MYR. At quod tu noras, multo tenuius erat, neq; vllos ſmaragdos habebat. Deinde & inaureis has, & tapetem. Nuper autem etiam duas minas. Et penſionē domus quoque pro nobis exoluit, non ſandalia Patarica, & caſeum Gythiacum, & id genus nugas. DOR. At illud non dicis, cum quali ipſo concumbas, qui annos omnino ſupra quinquaginta natus vxorem duxit, caluus videlicet, & colore ſimilis carabo? Neque etiam dentes illius vides? Nam gratiæ quidem, ô Dioſcuri, illius multæ, & præcipuè quoties cantat, & delicatior paulo eſſe cupit, aſinus ad lyram, vt dici ſolet. Sed tu fruere eo, digna vtique exiſtens, ac puer vobis naſcatur patri ſimili. Ego verò etiam ipſe inueniam Delphidem aut Cymbalium aliquam, meæ conditionis, aut etiam vicinam veſtram hanc tibicinam, aut omnino vllam aliquam. Tapetas autem, & monilia, & duarum minarum mercedem nō omnes habemus. MYR T. Beatam igitur illam, quæ te amatorem habebit Dorio. Cepas ſiquidem illi feras ex Cypro, & caſeum ſcilicet quando ex Gythio nauigabis.

*Id eſt, Veneri feſtæ, vel ſacræ.*

καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι τὸν μέγαν ἐκ Γυθίου. ΜΥΡ. πέντε ἴσως δραχμῶν, ὦ Δωρεῖων, ταῦτα πάντα. ΔΩ. ὦ Μυρτάλη, ὅσα ναύτης αὐθέφπος ἐδυνάμην, μισθοῦ ὑπηρέων· νῦν γὰρ ἤδη τάχου ἄρχω τοῦ δεξιοῦ, καὶ σὺ ἡμᾶς καταφρονεῖς; πρῴην δὲ ὁπότε Ἀφροδίσια ἦν, οὐχὶ δραχμὴν ἔθηκα πρὸς τοῖν ποδοῖν Ἀφροδίτης σοῦ ἕνεκεν χρυσῆν, καὶ πάλιν τῇ μητρὶ εἰς ὑποδήματα δύο δραχμάς, καὶ Λυδῇ ταύτῃ πολλάκις εἰς τὴν χεῖρα, νῦν μὲν δύο, νῦν δὲ τέτταρας ὀβολούς; ταῦτα πάντα συντεθέντα, οὐσία ναύτου ἀνδρὸς ἦν. ΜΥΡ. τὰ κρόμμυα, καὶ οἱ σαπέρδαι, ὦ Δωρεῖων; ΔΩ. ναί, οὐ γὰρ εἶχον πλείω κομίζειν, οὐ γὰρ ἂν ἠρέτουν, εἴγε πλουτῶν ἐτύγχανον· τῇ μητρὶ δὲ οὐδὲ κεφαλίδα μίαν πεπόμικα πώποτε· ἥδεως δ' ἂν ἔμαθον ἃ τινά σοι παρὰ τοῦ Βιθυνοῦ τὰ δῶρα. ΜΥΡ. ζητεῖ πρῶτον ὁρᾷς τὸ χιτώνιον; σκῆνος ἐωρίατο, καὶ τὸν ὅρμον τὸν παχύτερον. ΔΩ. σκῆνος; ἤδη γάρ σε πάλαι ἔχουσαν. ΜΥΡ. ἀλλ' οὐκ ἤδεις, πολὺ λεπτότερος ἦν, καὶ σμαράγδους οὐκ εἶχε. καὶ ἐλλόβια ταυτί, καὶ δάπιδα. καὶ πρῴην, δύο μνᾶς· καὶ τὸ οἰκοῖον κατέβαλεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ σανδάλια Παταικά, καὶ τυρὸν Γυθιακόν, καὶ φλιδώφους. ΔΩ. ἀλλὰ σκῆνος οὐ λέγῃς, οἵῳ ὄντι συγκαθεύδεις αὐτῷ; ἔγημαι ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα πάντως, ἀναφαλαντίας, καὶ τὼ χροιᾷ, οἷος κάραβος. οὐδὲ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ ὁρᾷς; αἱ μὲν γὰρ χαίτιτες, ὦ Διοσκόρω, πολλαί, καὶ μάλιστα ὁπότ' ἂν ᾄδῃ, καὶ ἁβρὸς εἰ θέλῃ, ὄνος αὐλουμένῳ φασίν. ἀλλὰ ὅμως αὐτοῦ, ἀξία γε οὖσα, καὶ γένοιτο ὑμῖν παιδίον ὅμοιον τῷ πατρί, ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς εὑρήσω Δελφίδα, ἢ Κυμβάλιόν τινα τῶν κατ' ἐμέ, ἢ τὼ γείτονα ὑμῶν τὼ αὐλητρίδα, ἢ πάντως τινά. δάπιδας δὲ, καὶ ὅρμους, καὶ δυναῖα μισθώματα, οὐ πάντες ἔχομεν. ΜΥΡ. ὦ μακαρία σκεύνη, ἥ τις ἐρᾷ σοῦ, ὦ Δωρεῖων, ἕξει. κρόμμυα γὰρ αὐτῇ οἵους ἐκ Κύπρου, καὶ τυρὸν, ὅταν ἐκ Γυθίου καταπλέῃς.

## ΚΟΧΛΙΣ ΚΑΙ ΠΑΡΘΕΝΙΣ.

## COCHLIS ET PARTHENIS.

ΤΙ δακρύεις, ὦ Παρθενὶ, ἢ πόθεν κατεαγότας τοὺς αὐλοὺς φέρῃς; ΠΑΡ. ὁ στρατιώτης ὁ Αἰτωλὸς ὁ μέγας, ὁ Κροκάλης ἐρῶν, ἐρράπισέ με, αὐλήσασθαι δίρων τῷδε τῇ Κροκάλῃ, ἐπεὶ τῦ αἰτησαμένου αὐτὸν Γόργου μεμαθηκότα, καὶ τοὺς τε αὐλοὺς μου συνέτριψε, καὶ τὴν τράπεζαν μεταξὺ δειπνούντων ἀνέτρεψε, καὶ τὸν κρατῆρα ἐξέχεεν ἐπεισπαίσας· καὶ τὸν μὲν ἀγελαῖον σκῶπτον τὸν Γόργον, ἀπὸ τῦ συμποσίου καταπαύσας τῶν τειχῶν, ἔπαιον εἰσάντες αὐτός τε ὁ στρατιώτης (Δεινόμαχος, οἶμαι, καλῆται) καὶ ὁ συστρατιώτης αὐτῦ. ὥστε οὐκ οἶδα εἰ βιώσεται ὁ ἄνθρωπος, ὦ Κοχλὶ, αἵματός τε γὰρ ἐρρύη πολὺ ἀπὸ τῶν ῥινῶν, καὶ τὸ πρόσωπον ὅλον ἐξώδηκεν αὐτῦ, καὶ πελιδνόν ἐστιν. ΚΟ. ἐμαίνη ὁ ἄνθρωπος, ἢ μέθη τίς ἐστιν, καὶ παροινία τὸ πρᾶγμα; ΠΑΡ. ζηλοτυπία τις, ὦ Κοχλὶ, καὶ ἔρως ἔκτοπος· ἡ Κροκάλη δὲ, οἶμαι, δύο τάλαντα αἰτήσασα, εἰ βούλεται μόνος ἔχειν αὐτήν· ἐπεὶ μὴ ἐδίδου ὁ Δεινόμαχος, σκῶπτον μὲν ἀπέκλεισεν ἥκοντα, προσαράξασά γε αὐτῶν τοὺς θύρας, ὡς ἐλέγετο· τὸν Γόργον δὲ Οἰνοέα τινὰ γεωργὸν ὕποθεν ὄντα πολλοῦ ἐρῶντα, καὶ χρηστὸν ἄνθρωπον προσιέμενον, ἔπινε μετ' αὐτῦ, καὶ μὲ προὐτρέψατο αὐλήσουσθαι πρὸ αὐτῶν. ἤδη δὲ προχωρούντος τῦ πότου, ἐγὼ μὲν ὑπορχούμενόν τι τῶν Λυδίων, ὁ γεωργὸς δὲ ἤδη ἀνίστατο ὀρχησόμενος· ἡ Κροκάλη δὲ ἐκρότει, καὶ πάνυ ἡδέα· ἐν τοσούτῳ δὲ κτύπος ἠκούετο, καὶ βοή, καὶ ἡ αὐλὸς ἠφάνετο, καὶ μετ' μικρὸν ἐπεισέπεσον ὅσον ὀκτὼ νεανίσκοι, μάλα καρτεροί· καὶ ὁ Μεγαρεὺς ὁ αὐτῶν· ἤθροοι οὖν ἀνετέτραντο πάντα, καὶ ὁ Γόργος, ὥσπερ ἔφην, ἐπαίετο, καὶ ἐπατεῖτο χαμαὶ κείμενος. ἡ Κροκάλη γ', οὐκ οἶδ' ὅπως ἔφη, ὑπεκφυγοῦσα πρὸς τὸν γείτονα Θεσπιάδα. ἐμὲ γ' ῥαπίσας ὁ Δεινόμαχος, Ἐκφθείρου, φησὶ, κατεαγότας μοι τοὺς αὐλοὺς προσείπας. καὶ νῦν ἀπιέναι φέρουσα τοῦτα τῷ δεσπότῃ.

QVid ploras Partheni? aut vnde fractas hasce tibias affers? PAR. Miles Ætolus isto magnus, qui Crocalen amat, alapis cecîdit me, cùm deprehendisset canentem apud Crocalen, à riuale suo Gorgone cõductam, idémque tibias hasce fregit mihi, ac mensam inter cœnandum euertit, craterémque effudit quoque irrumpens: ipsum autem agrestem illum Gorgum ex symposio capillis abstractum, verberarunt circunstantes, ipse miles (Dinomacho, opinor, nomen illi est) & commilitonum ipsius alter quidam. Quare equidem nescio an superuicturus etiam homo sit. Nam illi pariter & cruor multus è naribus manabat, & tota facies eius intumuerat, ac liuida erat. COC. Quid? insaniítne homo, an hæc temulentia quædam fuit, & ex ebrietate insolentia? PAR. Zelotypia quædam Cochli fuit, amórque adeò enormis. Crocale autem duo, opinor, talenta poposcerat ab eo, si se solam habere vellet. Ea igitur postquam Dinomachus non dabat, ipsum quidem venientem excluſit, illisa illi etiam ianua, quemadmodum ferebatur: Gorgum autem, Oenoënsem quendam agricolam prædiuitem, iam diu ipsam amantem, hominem videlicet facilem ac probum, intromittens, potabat cum eo, me quoque assumpta, vt tibia canerem apud ipsos. Cæterùm cùm iam procederet conuiuium, ego quidē personare cœpi carmen quoddam Lydij generis, ac toni: rusticus autem ille surgebat iam vt saltaret, & Crocale autem etiam manibus applaudebat, omniáque adeò iucunda ac suauia erant. Interea verò strepitus exauditur, & clamor quidam, ianuáque domus exterior effringitur. Nec multo pòst irruerunt adolescentes quasi octo, admodum robusti ac validi, & Megarensis ille vnà inter ipsos. Illico igitur euertebantur omnia, & Gorgus, quemadmodum dixi, verberabatur, humíque iacens etiam pedibus proculcabatur. Crocale autē, nescio quo pacto, clàm subduxerat sese, & ad vicinā Thespiadem effugerat. Mihi verò Dinomachus inflictis alapis, Dispereas, inquit, & simul tibias cõfractas abiecit. Et nunc currens abeo vt hæc dicam hero meo.

Abit autem & agricola, circunſpecturus amicos quoſpiam in vrbe, qui Megarenſem illũ magiſtratibus tradant. COCH. Hoc nimirum eſt frui militaribus iſtis amoribus, plagas & actiones ſuſtinere: cætera verò, Duces eſſe ſe & Tribunos iactitant, & ſi quid dandum ſit, Expecta, aiunt, dum tributum conferatur, dúmque ipſe ſtipendium accipiam, atque omnia tibi conficiam. Pereant itaque arrogantes iſti iactatores. Nam ego certè rectè facio, quæ ipſos penitus non admitto. Piſcator mihi quiſpiam obueniat, aut nauita, aut agricola, æqualis conditionis, qui adulari ſciat parum, & afferat multum. Criſtas autem concutientes iſti, & prælia commemorantes, nihil aliud, Partheni, quàm inanes crepitus.

A ἀπόχεται ὁ ἢ ὁ γεωργὸς ὑφόμωρός τινας φίλους τῶν ἀστικῶν, οἳ παραδώσουσι τοῖς ταρυτάρχοις τὸν Μεγαρέα. ΚΟ. Ταῦτ' ἔστιν ἀπολαύσαι τῶν στρατιωτικῶν τούτων ἐρώτων, πληγάς, ἢ δίκας· τὰ δὲ ἄλλα, ἡγεμόνες εἶ) ἢ χιλίαρχοι λέγοντες, ἐὰν τι δοθῇ δέῃ, Περίμενον φασὶ τὸν συνταξιν, ἕστ' ἂν ἀπολάβω τὴς μισθοφορᾶς, καὶ ποιήσω πάντα. ὑπερβάλλεν δ' οὖν ἀλαζόνες ὄντες· ἐγὼ δ' οὖν οὐ ποιῶ, μὴ προσιέμενόν αὐτοὺς ὃ παράπαν, ἁλιέα τις ἐμοὶ γένοιτο, ἢ ναύτης, ἢ γεωργὸς ἰσότιμος, κολακεύειν εἰδὼς μικρά, ἢ κομίζων πολλά. οἱ δὲ τοὺς λόφους ὑπασείοντες οὗτοι, ἢ μάχας διηγούμενοι, ψόφοι, ὦ Παρθενί.

---

# ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΡΕΓΡΙΝΟΥ ΤΕΛΕΥΤΗΣ.

# DE MORTE PEREGRINI.

## Vincentio Obſopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Inſectatur hîc Lucianus (id quod aliàs quoque libenter facit) arrogantiam & inſanam gloriæ cupiditatem, præcipuè philoſophorum, vt cuius gratia plerique omnia audeant, neque quicquam intentatum relinquant. Atque eius rei exemplum, Peregrini huius mortem deſcribit, qui vt famam aliquam ſui relinqueret, in Olympiis conſtructo rogo, ſeipſum in ignem vltro coniecerit, atque ita extinxerit. Quanquam autem potiſsimùm ea commemorat, quæ circa mortem illius acta ſunt, id quod etiam inſcriptio ac titulus pollicentur, interim tamen & vitam eiuſdem & facinora perſequitur, à quibus progreſſus ille, ad hoc genus ſtudiorum poſtremò ſeſe contulerit, & hoc ſub aliena perſona, à qua ipſum etiam modum & cauſſam mortis, in qua præcipuè nitebantur ſectatores illius, refelli ac refutari facit, nimirum vt eam inuidiam à ſeipſo remoueret. Apparet enim illis tum temporibus Peregrini nomen non ita leue aut vile apud multos fuiſſe, præſertim imperitiores, quibus facti huiuſce nouitas admirationem incuſſerat, quemadmodum & ex A. Gellio animaduertere licet, qui ipſe quoque honorificam illius mentionem facit libro. xii. cap. xi. Videturque omnino Stoica quadam animi pertinacia, vitæque tædio mortem vltro ſibi conſciuiſſe, quemadmodum & alios quoſdam eiuſdem profeſſionis viros feciſſe aliquando legimus. Sed quòd idem hoc in Olympijs potiſsimùm, & frequentiſsimo hominum conuentu fecit, ambitionis argumentum præ ſe fert, ac reprehenſioni locum dedit. Et eſt ſanè eiuſmodi res, ambitio, vt multos eò dementiæ adigat, vt dum gloriam nimis auidè captant, in ſummam interim temeritatem & infamiam præcipitentur, nihil neque penſi neque moderati habentes, dummodo famam tantopere ambitam poſt ſe relinquant: cuiuſmodi Proteos vtinam nec noſtra ætas quoſdam tuliſſet, ἀλλὰ πάντων Καμαρίνην μὴ κινητέον, φασί. Cæterùm fuit hic Peregrinus, philoſophus quiſpiam ex ſeuerioribus illis Stoicæ diſciplinæ profeſſoribus (Lucianus Cynicum videri vult) patria Parianus, ex Ponto, temporibus Traiani viuens, æqualis Epicteto, Dioni, Muſonio, & cæt. quem ſe Gellius vidiſſe quoque ait Athenis extra vrbem in tugurio quodam habitantem. A principio Chriſtianorum quoque religionem aliquandiu ſecutus fuit, ſed mox ad philoſophiam relapſus, ab illis, vt Luciano placet, propter ritus ipſorum neglectos atque præteritos repudiatus.*

## ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ ΚΡΟΝΙΩ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

## LVCIANVS CRONIO SALVTEM.

Ὁ Καλοδαίμων Περεγρῖνος, ἢ (ὡς αὐτὸς ἐχαιρεν ὀνομάζων ἑαυτὸν) Πρωτεύς, αὐτὸ δὴ τοῦτο ὃ τῦ Ὁμηρικοῦ Πρωτέως ἔπαθεν· ἄπονητα γὰρ δόξης ἕνεκα ἠνέσχετο, καὶ μυρίας ἑαυτὰς περιπόλλυτο, τὰ τελευταῖα καῦτα καὶ πῦρ ἐγένετο· τοσούτῳ ἄρα τῶν ἔρωτι τῆς δόξης εἶχετο. Ἐμὲ νῦν ὀκριῶν ἀπηνθρακωταί σοι ὁ βέλτιστος καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, πρὸ ὅσου ὁ μὲν καὶν ἀφανισθεῖν ἐπιχειρήσας ἐμβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὺς κρατῆρας· ὁ δὲ ἠνιάσας σῶς πλὴν πολύαιθεροπατεῖν τῶν Ἑλληνικῶν παντηγύρεων τηρήσας, πυρὰν ὅτι μεγίστην νήσας, ἐνεπήδησεν, ὅτι τοσούτων μαρτύρων, καὶ λόγους τινὰς ὑπὲρ τούτου εἰπὼν πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὀλίγου πολλῶν ἡμερῶν τὸ ὁλμήματος. πολλά τοίνυν δοκῶ μοι ὁρᾶν σε γελάσιμα ὅτι τῇ χαρύζῃ τῦ γέροντος. μᾶλλον δὲ καὶ ἀκούω ἔοικότως, οἷά σε εἰκὸς βοᾶν, ὦ τῆς ἀβελτηρίας, ὦ τῆς δοξοκοπίας, ὦ τῶν ἄλλων ἀλλόγλωττον εἰωθαμῶν πρὸς αὐτῶν. σὺ μὲν οὖν πόρρω καῦτα, καὶ μακρῷ ἀσφαλέστερον. ἐγὼ δὲ, ὡς καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ, καὶ ἔτι πρότερον ἐν πολλῷ πλήθει τῶν ἀκροατῶν εἶπον αὐτά. εἰσὶν μὲν ἀμαθούντων, ὅσοι ἐθαύμαζον τὸν ἀπόνοιαν τῦ γέροντος. ἦσαν δέ τινες, οἳ καὶ αὐλοὶ ἐγέλων ἐπ' αὐτῷ, ἀλλ' ὀλίγου δεῖν, ἕως τῶν Κυνικῶν ἐγὼ σοι διεσπάσθην, ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν κυνῶν, ἢ ὁ αἰνιγμὸς αὐτὸς ὁ Πενθεὺς ὑπὸ τῶν Μαινάδων. ἐπὶ δὲ πᾶσα τῦ θεάματος διῳκεῖτο, τοιάδε ἦν· τὸν μὲν ποιητὴν οἶδα οἷός τε ἦν, ἐπεὶ πάλαι ἐπαγῳδὸν πρὸ ὅλου τοῦ βίου, ὑπὲρ τὸν Σοφοκλέα, καὶ τὸν Αἰσχύλον. ἐγὼ δ' ἐπεὶ πάλαι εἰς τὴν Ἦλιν ἀφικόμην, ἐπὶ τὰ γυμνάσια αὐτῶν ἐπήκουον ἅμα Κυνικοῦ τινος, μεγάλῃ δὲ τραχείᾳ τῇ φωνῇ τὰ συνήθη καῦτα, καὶ ἐκ τριόδου τὴν ἀρετὴν διαβοωμένου, καὶ ἅπασιν ἀπαξαπλῶς λοιδορουμένου, εἶτα κατέληξεν αὐτῷ ἡ βοὴ ἐς τὸν Πρωτέα· καὶ ὡς οἷός τε ὦ, πειράσομαί σοι αὐτὰ ἐκεῖνα ἀπομιμήσασθαι, ὡς ἐλέγετο.

Infelix ille Peregrinus, aut (quo nomine potissimùm delectari visus est se ipse nominãdo) Proteus, illud ipsum Homerici Protei passus est: nihil enim non gloriæ gratia fieri sustinuit: cúmque infinitis mutationibus trãsformatus esset, postremùm ignis quoque factus est. vsque adeò gloriæ cupiditate tenebatur. Et nunc optimus ille in carbones & fauillas redactus est, post Empedoclem, nisi quòd hic temerarium facinus celare conatus, clanculum in cratêras se dedit præcipitem: porrò generosus ille populosissimo Græcorum conuentu obseruato, ingentissimáque pyra constructa, tot ac tantis testibus consciis insiluit, ac orationes nonnullas super hac re ad Græcos habuit aliquanto antè quàm hoc ausus est. Videor itaque mihi videre te nimiùm huius senis deridentem arrogantiam, aut potiùs exclamantem, qualia par est te exclamare: O insipientem insipientiam, ô ærumnosam gloriam: aliáque quę de illis ferè dicere consueuimus. At tibi quidem hæc eminus & longè tutiùs dicta sunt: ego verò iuxta rogum ipsum, insuper ante quoque in copiosa auditorum multitudine eadem dicere non reformidaui, nonnullis equidem grauiter ferentibus, quotquot senis arrogans consilium admirationem incusserat. Erant autem aliquot alij, qui & ipsi huius gratia ridebant. At ego propemodum à Cynicis discerptus essem, velut Actæon à canibus, aut consobrinus eius Pentheus à Bacchis. Cæterùm totius rei apparatus talis erat: etenim Poëtam haud dubiè qualis fuerit nosti, tum quantas per omnem vitã tragœdias in lucem dederit, supra Sophoclem & Æschylum. Ego verò vbi primùm in Elin venissem, illorum certamine eò illectus atque perductus, statim Cynicum quendam inaudiui, magna & aspera voce consueta illa ac virtutem ex triuio intonantem, omnésque indiscriminatim dicteriis & conuitiis inuadentem: tandem verò in Proteo eius vociferatio desiit. Hæc quemadmodum dicebantur, pro mea virili cuncta tibi ex ordine percẽsere conabor.

Tu verò hæc planè ita ſe habere cognoſces, quippe qui ipſis vociferantibus non ſemel adſtitiſti. Proteum, inquit, audet quiſpiam ambitioſum dicere, ô terra, ô Sol, & flumina, & mare, & patrie Hercules? Proteum, qui in Syria vinclis colligatus fuit, qui in patria quinque millia talentorum vltro reliquit, qui ex vrbe Roma eiectus eſt, quem Sole longè illuſtriorem eſſe cõſtat, qui cum ipſo Olympio commiſſus decertare poſſit. At quia ignis adminiculo è viuis ſe ſubducere ſtatuit, hoc ambitioni eius & vanæ gloriæ quidam imputant. Nonne verò ad hunc modum è terris diſceſſit & Hercules? nõne ita Æſculapius & Dionyſius fulmine? Nónne poſtremùm & Empedocles ita in cratêras ſemet immiſit præcipitem? Hęc vbi dixiſſet Theagenes (hoc enim nomine vociferator ille vocabatur) rogabam quendam ex aſſiſtentibus, quid hoc de igne aut Hercule aut Empedocle ad Proteum attineret. Atqui, inquit ille, breui ſemet ipſe flammis abſumpturus eſt Proteus. Quomodo, inquam ego, aut cuius gratia? Deinde cùm ille omnem rẽ mihi exponere inſiſteret, Cynicus in tantum vociferabatur, vt nullo pacto eius audiendi copia mihi relinqueretur. Audiebam itaque reliqua ipſum effundentem, ac laudibus mirificis Proteum extollentem. Etenim Sinopea, aut præceptorem eius Antiſthenem, ne conferre quidem cum illo dignatus eſt, ſed neque ipſum Socratem. Prouocabat autem & ipſum Iouem in certamen: deinde cùm viſum eſſet illi ſimiles eos quodammodo inter ſeipſos ſeruare, eiuſmodi finem orationi impoſuit. Duo hæc, inquit, præſtantiſſima opificia ætas noſtra vidit, nimirum Iouem Olympium, & Proteum: quorum quidem illius architectus fuit Phidias, huius verò opifex natura. At nunc ex hominum commercio ad ſuperos hæc ſtatua migratura eſt: cæterùm per ignem abiens, nos orphanos in terris deſtituet. Hæc vbi cum multo ſudore diſſeruiſſet, lacrymatus eſt ſatis ridiculè, capillóſque vellebat è capite, ſubparcens tamen, ne radicitus extraheret. At poſtremum abductus eſt à quibuſdam Cynicis, triſtem ac lacrymantem conſolantibus. Hoc abducto alius illicò concionaturus aſcẽdit, non cunctatus donec multitudo dilaberetur, ſed ardẽtibus adhuc ſacris turbam continebat. Ac ſub initium quidem effuſiſſimè ridebat, videbatúrque illud ex in-

A σὺ δὲ γνωσῃ δηλαδή, πολλάκις ἀῤῥῆς παρεσῃς βοῶσι. Πρωτέα γάρ τις, ἔφη, κενόδοξον ζηλωτὴν λέγων, ὦ γῆ, καὶ ἥλιε, καὶ ποταμοὶ, καὶ θάλαττα, καὶ πατρῷε Ἡράκλεις; Πρωτέα, τὸν ἐν Συρίᾳ δεθέντα, τὸν τῇ πατρίδι αὐτὸν πεντακισχίλια τάλαντα, τὸν ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἐκβληθέντα, τὸν τοῦ Ἡλίου ὀφθαλμότερον, τὸν αὐτῷ συναγωνίσασθαι τῷ Ὀλυμπίῳ δυνάμενον. Ἀλλ' ὅτι ἀφ' ὑγροῦ πυρὸς ἐξάγειν τοῦ βίου διέγνωκεν ἑαυτὸν, εἰς κενοδοξίαν τινὲς τοῦτο ἀναφέρουσιν. οὐ γὰρ Ἡρακλῆς οὕτως; οὐ γὰρ Ἀσκληπιὸς καὶ B Διόνυσος, κεραυνῷ; ἢ γὰρ τὰ τελευταῖα Ἐμπεδοκλῆς εἰς τοὺς κρατῆρας; ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Θεαγένης (τοῦτο γὰρ ὁ κεκραγὼς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο) ἠρόμην τινὰ τῶν παρεστώτων, τί βούλεται ὁ περὶ τοῦ πυρὸς, ἢ τί Ἡρακλῆς, ἢ Ἐμπεδοκλῆς, πρὸς τὸν Πρωτέα· ὁ δὲ, Οὐκ εἰς μακρὰν, ἔφη, καύσει ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς Ὀλυμπιάσι. Πῶς, ἔφην, ἢ τίνος ἕνεκα; εἶτα ὁ μὲν ἐπειρᾶτο λέγειν· ἐβόα δὲ ὁ Κυνικὸς, ὥστε ἀμήχανον ἦν ἄλλου ἀκούειν. ἐπῆκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπῃνλουμέ- C νου αὐτοῦ, καὶ θαυμαστάς τινας ἀναβολὰς διεξιόντος καθ' τοῦ Πρωτέως· τὸν μὲν γὰρ Σινωπέα, ἢ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Ἀντισθένη, οὐδὲ παραβάλλειν ἠξίου αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν Σωκράτη αὐτόν· ἐκάλει δὲ τὸν Δία ὅτι πρὸς ἀμιλλαν. εἶτα μέντοι ἔδοξεν αὐτῷ ἴσους πως φυλάξαι λόγους, καὶ οὕτω κατέπαυσε τὸν λόγον. Δύο γὰρ ταῦτα, ἔφη, ὁ βίος ἄρτια δημιουργήματα ἐθαύσατο, τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον, καὶ Πρωτέα· πλάσαι δὲ καὶ τεχνίτην, τοῦ μὲν, Φειδίαν, τοῦ δὲ, ἡ Φύ- D σιν· ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς ὁ ἀγαλμα τοῦτο οἰχήσεται, ὀχούμενον ὅτι τοῦ πυρὸς, ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπόν. Ταῦτα ἐγὼ πολλῷ ἱδρῶτι διεξελθών, ἐδάκρυε μάλα γελοίως, καὶ τὰς τρίχας ἐτίλλετο, ὑποφειδόμενος μὴ πάνυ ἕλκειν, καὶ τέλος, ἀπῆγον αὐτὸν λύζοντα μεταξὺ τῶν Κυνικῶν τινες, παραμυθούμενοι. μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος ἀνὴρ ἀναβαίνει, οὐ περιμείνας ἀθροισθῆναι τὸ πλῆθος, ἀλλ' ἐπ' αὐτομάτοις τοῖς προτέροις ἱερείοις ἐπέχει τῶν ἀκροατῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ὅτι πολὺ ἐγέλα, καὶ δῆλος ἦν

νειόθεν αὐτὸ δρῶν. Εἶτα ἤρξατο ὧδέ πως· ἐπεὶ ὁ κατάρατος Θεαγένης τέλος τῶν μαργοτάτων αὑτοῦ λόγων, τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα ἐποιήσατο, ἐγὼ κἀγὼ ὁ ἐναντίον, ἀπὸ τοῦ Δημοκρίτου γέλωτος ἄρξομαι· καὶ αὖθις ἐγέλα ὑπερπολύ, ὥστε καὶ ἡμᾶς πολλοὺς ὑπὸ τοῦ ὁμοίου ἐπεσπάσατο. εἶτα ὑπερτρέψας ἑαυτόν, Ἢ τί γὰρ ἄλλο, ἔφη, ὦ ἄνδρες, χρὴ ποιεῖν, ἀκούοντας μὲν οὕτω γελοίων ῥήσεων, ὁρῶντας δὲ ἄνδρας γέροντας δόξαρίου καταπτύστου ἕνεκα, μονονοὺχὶ κυβιστῶντας ἐν τῷ μέσῳ; ὡς δὲ εἰδῆτε οἷόν τι ὃ ἄγαλμά ἐστι τὸ κατατηκόμενον, ἀκούσατέ μου, ἐξαρχῆς ὧδε φυλάξαντος τὸν γνώμονα αὐτοῦ, καὶ τὸν βίον ὑπερτηρήσαντος. ἔνια δὲ καὶ τῶν πολιτῶν αὐτοῦ ἐπεπυθανόμην, καὶ οἷς ἀνάγκη ἦν ἀκριβῶς εἰδέναι αὐτόν. Ὁ γὰρ τῆς φύσεως τοῦτο πλάσμα, καὶ δημιούργημα, ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανών, Ἐπεὶ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξατο, ἐν Ἀρμενίᾳ μοιχεύων ἁλούς, μάλα πολλὰς πληγὰς ἔλαβε, καὶ τέλος κατὰ τὸν τόπον ἁλόμενος, διέφυγε, ῥαφανίδι τὸν πυγμὸν βεβυσμένος· εἶτα μειρακίου τινὸς ὡραίου ἁρπάσας τρισχιλίοις ὀξυώβολον ὧδε τῶν γονέων τοῦ παιδὸς, πενήτων ὄντων, μὴ ὑπὸ τὸν ἀρμοστὴν ἀπαχθῆναι τῆς Ἀσίας. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐάσθω μοι δοκῶ· πηλὸς γὰρ ἔτι ἄπλαστος ἦν, καὶ οὐδέπω ἐτελὲς ἄγαλμα ἡμῖν ἐδεδημιούργητο. ἃ δὲ τὸν πατέρα ἔδρασε, καὶ πρώην ἀκηκοέναι ἄξιον, καίτοι πρώτης ἴσως, καὶ ἀκηκόατε ὡς ἀπέπνιξε τὸν γέροντα οὐκ ἀναχόμενος αὐτὸν ἐπὶ ἑξήκοντα ἔτη ἤδη γηράντα. εἶτα ὑπὸ τοῦ τραύματος διεβεβόητο, φυγὼν ἑαυτὸν καταδικάσας, ἐπλανᾶτο, ἄλλοτε ἀλλοῦ ἀμείβων, ὅτε καὶ τὴν θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστιανῶν ἐξέμαθε, περὶ τὴν Παλαιστίνην τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν αὐτῶν ξυγγενόμενος. καὶ τί γὰρ οὐ θαυμαστὸν παῖδας ἀνδρὸς ἀπέφηνε, προφήτης, καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ ἀρχισυνάγωγος, καὶ πάντα μόνος αὐτὸς ὤν. καὶ τῶν βίβλων τὰς μὲν ἐξηγεῖτο, καὶ διεσάφει, πολλὰς δὲ αὐτὸς καὶ συνέγραφε,

timis præcordiis facere: deinde ad hunc modum orationem suam exorsus est: Posteaquam maledictus Theagenes scelestissimis orationibus suis lacrymando finem imposuit, ego diuersa ratione à risu Democriti exordiar. Ac iterum sublatis cachinnis, in risum vberem solutus est, adeò vt nostrûm pleroſque ad communem risum pertraheret. Deinde sedato risu, conuertens seipsum: Et quidnam aliud, inquit, ô viri, nobis peræquè faciendũ est, adeò ridiculas orationes audientibus, vidẽtibúsque viros ętate decrepita vilissimę gloriolæ gratia tantum non saltantes in medio? Vt autem rectiùs intelligatis cuiusmodinam illa sit statua quæ flammis abolebitur, audite me qui ab initio eius mentem callidè animaduertetim, omni eius vita diligenter obseruata. Nonnulla verò à ciuibus quoq; suis memorata percepi, quibus non potuit, non exactissimè perspectus & cognitus esse. Etenim hoc naturæ figmentum & opificium, Polycleti canon, vbi firmata iam ætate in virum adolescere incepisset, multis in Armenia vitiatis per adulterium mulierculis, non parum multa susceptit verbera. Denique verò per tectum exiliens & elapsus, fuga salutem redemit, raphano oppletas nates auferens. Exin puero quopiam formoso per vim constuprato, tribus nummorum millibus à pueri parentibus, cùm tenuis essent fortunæ, fœditatis impunitatem mercatus est, ne ad præfectũ Asiæ duceretur. Hęc atque eiusmodi missa mihi facienda esse videntur, etenim lutum adhuc informe erat, ac nondum perfecta statua nobis formata. Cæterùm quibus iniuriis confectum ætate parentem affecerit, admodum auditu dignum esse opinor, & memoratu necessarium. Et sanè omnibus vobis cõpertum atque auditum esse reor, quomodo senem præfocauerit, nequaquam sustinens eum vltra sexaginta annos iam senescentem. Postea verò quàm tãti sceleris fama diuulgata est, arreptáque fuga se ipse cõdemnasset, incertis vagans sedibus oberrabat, terram terra commutando. Qua in peregrinatione & mirificam illam Christianorum sapientiam perdidicit, circa Palæstinam sacerdotibus & scribis illorum conuersans. Ac sanè non multo in tempore pueros omnes illos præ se esse ostendit, propheta, ac sacrificiorum princeps, & Synagogę socius, breuiter, omnia solus existẽs. Præterea librorum nonnullos exposuit, nonnulli verò & sua industria conscripti sunt.

Ac veluti deum hunc ipsum perhibebãt: nam eo & legum auctore vtebantur, & præfectum illum declarabant. Itaque etiamnum magnum illum hominem reuerenter colunt, nempe illum qui in Palæstina crucifixus est: quoniam primus nouum illud mysterium in hominum vitam inuexerat. Tunc verò comprehensus etiã ob hoc ipsum Proteus in carcerẽ illapsus est. Quæ quidem res ipsi non mediocrem dignitatem cùm ad insequentem vitam, tum ineptias & gloriam, quarum erat amantissimus, conciliauit. Itaque postquam in carcerem coniectus est, Christiani hanc rem grauiter & indignè ferentes, nullam non impendebant operam, & planè mouebant omnia, tentantes si quo modo illum furtim possint eripere. Deinde animaduertentes hunc conatum frustra esse, nihil tamen ex altero quo captiuus egebat obsequio intermittebant, verùm omnia cum magna fide & diligentia præstabant. Ac manè quidem illico videre erat iuxta carcerem præstolantes anus viduas quaspiam, & orbos puerulos. Illorum verò pars etiam vnà intus cum illo somnum capiebant, corruptis pecunia custodibus. Exin omnis generis cœnæ inferebantur variæ, ac sacri inter sese sermones dicebantur. Atqui optimus ille Peregrinus (adhuc enim hoc nominis obtinebat) nouus quoque Socrates ab illis nominabatur. Quin etiam in Asia pleraſque vrbes fuisse constat, à quibus venerunt quidam laturi auxilium, Christianis mittentibus ex publico, neque non collocuturi, & virum consolaturi. Incredibile verò est, quantum studium & celeritatem in hoc ostendãt, si quid tale vulgo innotuerit. Illicò enim nulli rei parcũt. Proinde Peregrino quoque multæ tunc opes ab illis mittebãtur, sub vinculorum prętextu, nec vulgarẽ rerũ prouentũ lucrifaciebat. Etenim haud dubitanter sibi persuaserunt infelices illi se omnino immortalitate fruituros, perpetuóque victuros esse. Quamobrem & mortẽ magno contemnunt animo, ac nõ pauci sua sponte semet occidendos offerunt. Deinde primus quoque illorum legislator eorũ persuasit animos quemadmodũ omnes inter se fratres essẽt. Postea verò quã semel à nobis desciuerunt, Græcorum deos constãnter abnegant, solum autem Crucifixum illum impostorem adorantes, secundùm illius leges viuendi rationem instituunt. Proinde apud illos

A καὶ ὡς θεὸν αὐτὸν σεβόμενοι ἐδικηρώτο, καὶ νομοθέτῃ ἐχρῶντο, καὶ πρεσβύτην ἐπέγραφον. τὸν μέγαν γοῦν σοφὸν ἔτι σέβουσιν ἄνθρωπον, τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα, ὅτι καινὸν τοῦτον τελετὴν εἰσήγαγε τῷ βίῳ. τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ὅτι τοῦτο ὁ Πρωτεὺς, ἐνέπεσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον. ὅπερ καὶ αὐτῷ οὐ μικρὸν αὐτῷ ἀξίωμα περιεποίησε πρὸς τὸν ἔξης βίον, καὶ τὴν περιττείαν, καὶ δοξοκοπίαν, ὧν ἐρῶν ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἐδέδετο, οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα, πάντα κινοῦσι, ὁπόπως ἁρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. εἶτ' ἐπεὶ τοῦτο μὲν ἀδυνάτων, ἦγε ἄλλη θεραπεία πᾶσα οὐ προύργου ἀλλὰ ξὺν σπουδῇ ἐγίγνετο· καὶ ἕωθεν μὲν βύθιος μὲν ὁρᾶν πρὸ τοῦ δεσμωτηρίου πρεσβύτιδάς, χήρας τινὰς, καὶ παιδία ὀρφανά. οἱ δὲ σὺν τέλει αὐτῷ, καὶ συνεκάθευδον εἶδον μετ' αὐτοῦ, διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας· εἶτα δεῖπνα ποικίλα εἰσεκομίζετο, καὶ λόγοι ἱεροὶ αὐτῷ ἐλέγοντο, καὶ ὁ βέλτιστος Περεγρῖνος (ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο) καινὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ὠνομάζετο. καὶ μὲν καὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων ἔστιν, ὧν ἦκόν τινες, τῶν Χριστιανῶν ξυλλόντων ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, βοηθήσοντες, καὶ ξυναγορεύσοντες, καὶ παραμυθησόμενοι τὸν ἄνδρα. ἀμήχανον δέ τι τὸ πάθος ὑπεδείκνυντο, ἐπειδάν τι τοιοῦτον γένηται δημόσιον. οὐ φειδεῖ γὰρ ἀφειδοῦσι πόντων. καὶ δὴ καὶ τῷ Περεγρίνῳ πολλὰ τότε ἦκε χρήματα πρὸ αὐτῶν ὑπὸ πρόφασιν τῶν δεσμῶν, καὶ προσόδου οὐ μικρᾶς τοῦτο ἐποιήσατο. πεπείκασι γὰρ αὐτοὺς οἱ κακοδαίμονες, ὡς μὲν ὅλον ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἅπαντα χρόνον. διὸ καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες αὐτοὶ ὑπεδίδοσαν οἱ πολλοί. ἔπειτα δὲ ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος, ἔπεισεν αὐτοὺς, ὡς ἀδελφοὶ πάντες εἶεν ἀλλήλων· ἐπειδὰν ἅπαξ παραβάντες, θεοὺς μὲν τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀπαρνήσονται, τὸν δὲ ἀνασκολοπισθέντα ἐκεῖνον σοφιστὴν αὐτῶν, προσκυνοῦσι, καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου νόμους βιοῦσι. καταφρονοῦσιν οὖν ἁπάντων

ἀπόντων ἐξίσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται, μύθου τινὸς ἀκεραίους πίστεως τὰ τοιαῦτα προσδεξάμενοι. ὡ τοίνυν προέλθῃ τις εἰς αὐτοὺς γόης, καὶ τεχνίτης ἀνθρώπους, καὶ σοφίσμασι χρῆσθαι δυνάμενος, αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐν βραχεῖ ἐγένετο, ἰδιώταις ἀνθρώποις ἐγχανών. πλὴν ἀλλ' ὁ Περεγρῖνος ἀφείθη ὑπὸ τοῦ τότε τῆς Συρίας ἄρχοντος, ἀνδρὸς φιλοσοφίᾳ χαίροντος, ὃς σωφρονίσας τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ, καὶ ὅτι δέξαιτ' ἂν ἀποθανεῖν, ὡς δόξαν ὅτι τούτῳ ἀπολίποι, ἀφῆκεν αὐτὸν, τῆς κολάσεως ὑπολαβὼν ἄξιον. ὁ δὲ εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανελθών, καταλαμβάνει τὸ περὶ τοῦ πατρῴου φόνου ἔτι φλεγμαῖνον, καὶ πολλοὺς τοὺς ἐπιμαρτυροῦντας τὴν κατηγορίαν. διήρπασε δὲ τὰ πλεῖστα τῶν κτημάτων πρὸς τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ. καὶ μόνοι ὑπελείποντο οἱ ἀγροὶ ὅσον εἰς πεντεκαίδεκα τάλαντα· ὡ γὰρ ἡ πᾶσα οὐσία, τριάκοντά που ταλάντων ἀξία, ὡ ὁ γέρων κατέλιπεν, οὐχ ὥσπερ ὁ παγγέλοιος Θεαγένης ἔλεγε, πεντακισχιλίων. τοσούτου γὰρ οὐδὲ ἡ πᾶσα τῶν Παριανῶν πόλις, πέντε σὺν αὐτῇ ταῖς γειτνιώσας παραλαβοῦσα, πραθείη ἄν, οὐδεῖς ἀνθρώποις, καὶ βοσκήμασι, καὶ τῇ λοιπῇ σκευῇ. ἀλλ' ἔτι γε ἡ κατηγορία, καὶ ὁ ἔγκλημα, θερμὸν ὡ, καὶ ἑώκει οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιμαχήσεσθαί τισι αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὁ δῆμος αὐτὸν ἠγανάκτει, χρηστὸν, ὡς ἔφασάν οἱ ἰδόντες, γέροντα πενθοῦντες, οὕτως ἀσεβῶς ἀπολωλότα. ὁ δὲ σοφὸς οὗτος Πρωτεὺς, πρὸς ἅπαντα ταῦτα σκέψασθε οἷόν τι ἐξεῦρε, καὶ ὅπως τὸν κίνδυνον διέφυγε. προελθὼν γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Παριανῶν, κόμην μὲν ἤδη, καὶ τρίβωνα πιναρὸν ἠμπείχετο, καὶ πήραν προὐρρήτο, καὶ ὃ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ὡ, καὶ ὅλως μάλα τραγικῶς ἐσκεύασο· τοιοῦτος οὖν φανεὶς αὐτοῖς, ἄφησε φωνὴν, τὴν οὐσίαν, ὡ ὁ μακαρίτης πατὴρ αὐτῷ κατέλιπε, δημοσίαν εἶναι πᾶσιν. τοῦτο ὡς ἤκουσεν ὁ δῆμος, πάντες ἀνθρωποι, καὶ πρὸς ἀφορμὰς κεχηνότες, ἀνέκραγον λύειν ἕνα φιλόσοφον,

A omnia ex æquo habentur contemptui, existimantúrque esse communia quæ citra fidem exactè exploratam in communem vsum à quoquam deferente suscipiunt. Quòd si quis præstigiator, aut alioqui homo promptus & versutus, & rei faciendæ appositus eos accesserit, breui admodum opulẽtus efficitur, quippe qui hominum idiotarum simplicitate callidè queat abuti. Ceterùm Peregrinus tandem liber dimissus est ab eo qui id tẽporis præsidem agebat in Syria, viro non mediocriter Philosophiæ cõmercio gaudente. Qui cùm illius subolfeciſſet arrogantiam, quòd iam statuisset mortem

B oppetere, vt per hoc præclaræ famæ gloriam apud posteros relinqueret, dimisit illum, ne dignum quidem ratus eundem esse supplicio. Ille verò exin domum regressus, comperit paternæ cædis memoriam nondum fuisse sopitam, sed multos superesse, qui mira peruicacitate accusationem aduersus illum adornarẽt. Dissiparat itaque maiorem possessionum suarum partem in peregrinationem, ac tantùm relicti erant agri fermè quindecim talentorum. Nam tota substantia quam pater reliquerat, triginta talentorum

C summam non excessit, non, vt omnibus modis ridiculus Theagenes illam tribus millibus dignam falsò confirmauit. Tantenim neque tota Parianorum vrbs, tametsi quinque ciuitates sibi vicinas adiungeret, venderetur, vnà cum ipsis hominibus & iumentis, & reliqua supellectile. Vigebat itaque eius etiam dum flagitium & accusatio in recenti hominum memoria. Nec ita diu habitauit in patria, sed statim aduersus eum quispiam insurrexerat. Potissimùm verò ipse populus indignabatur, senem frugi, vt illi quibus visus erat, perhibent, familiariter lugentes, qui tam crudeliter & impiè fuerat occisus. Sedenim sapiens ille Proteus ad hęc omnia nõ oscitãter intentus erat, quĩnam aliquid inuentũ comminiscereturvnde vim & periculum à se declinaret. Progressus ergo in mediã Parianorum multitudinẽ, nutriebat verò iam

D comã, sordido amictus pallio, pera ex humeris suspẽsa, & baculum manu tenebat: erat autem omnino instructus more tragico. Talis itaque cùm ciuibus suis apparuisset: vniuersam, inquit, substantiam quam sibi beatæ memoriæ pater reliquisset, se velle illis publicam dimittere. His auditis, homines egeni & inopes, neque non ad distributionẽ auidè inhiantes, protinus exclamauerunt, illũ vnicũ esse Philosophũ,

vnicum amantem patriæ, vnum qui verè Diogenis & Cratetis esset æmulus. Porrò autem inimici necessariò quiescebãt. Etenim si quis conatus esset mentionem paternæ cædis facere, illico petebatur lapidibus. Secunda itaque susceptа peregrinatione egreditur vagaturus, satis sibi viatici in Christianis repositum esse existimans, à quibus quaquauersum incedebat, stipatus, in omni agebat rerum abũdantia. Atque ad hunc modum aliquantum temporis alebatur. Tandem admisso nescio quo aduersus illos flagitio (si quidem visus erat, vt opinor, aliquid ex interdictis comedisse) non recipientibus ampliùs illis, magna rerum difficultate perplexus, per recantationem opinabatur opes suas iterum à ciuitate repetendas esse: missisque literis, voluit iussu regis denuò cuncta auferre. Contrà deinceps missa legatione etiam à ciuibus, nihil actum est, sed iussus est stare rebus semel ab ipso constitutis, præsertim à nemine ad hoc per vim compulsus. Post id tertiam in Ægyptum peregrinationem instituit ad Agathobulum iter faciens, vt admirando studio semet exerceret, tondens capitis dimidium, ac vultum limo oblinens. Postea in magna circunstantis populi corona, tractans in manibus virilia, hoc tanquam medium & indifferens esse demonstrabat. Exin verberabat, & verberabatur ferula circa nates: multáque alia iuueniliora more mirifico ac præstigioso designabat. Cæterùm ad hunc modum instructus & exercitatus hinc soluit in Italiam: egressúsque è naui, statim omnes homines insectatus est linguæ petulãtia, cùm primis verò regem, quem nouerat natura placidissimum & mãsuetissimum: qua re impulsus, tutiori debachabatur in omnes audacia. Etenim regi, vt par erat, parum curæ erant conuitia & blasphemiæ, neque vllum ex iis qui philosophiæ se tradiderant, propter verba supplicio afficere dignabatur, cũ primis verò eos qui rationẽ conuitiis impetendi alios artem sibi peculiarem fecissent. Porrò autẽ Peregrinus tanta dicẽdi licentia non mediocrem sibi gloriã comparabat. Itaq; apud homines idiotas in magna erat admiratione & reuerẽtia propter arrogantiã, donec is qui Reip. procurationẽ obibat, vir sapiẽs, eiectũ eum ablegasset, cùm præter modũ hac libertate nimisq; petulanter abuteretur, dicens, vrbi nihil opus esse tali philosopho. Quare hoc quoque de illo memorabile est, dum in ore erat omnibus, philosophus propter dicendi libertatem ac immodicam linguæ licentiam eiectus.

A ἕνα φιλόπατριν, εἶτα Διογένους καὶ Κράτητος ζηλωτὴν· οἱ δὲ ἐχθροὶ ἐπεφύμιστο. κἂν εἴ τις ὑπεχειρήσατε μεμνῆσθαι τοῦ φόνου, λίθοις βληδὸν ἐβάλλετο. ἐξῆλθεν οὖν ὁ δεύτερον πλανησόμενος, ἐφόδια τοὺς Χριστιανοὺς ἔχων, ὑφ' ὧν δορυφορούμενος, ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν. καὶ χρόνον μέν τινα οὕτως ἐβόσκετο. εἶτα παραπλησιάσας τι καὶ εἰς ἐκείνους (οὐ φαῦλόν τι, ὡς οἶμαι, ἐλθὸν τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς) οὐκ ἔτι παρεστιωμένων αὐτῷ, ἀπορούμενος, ἐν παλινῳδίας ᾤετο δεῖν ἀπαιτεῖν πάλιν τῆς πόλεως τὰ κτήματα, καὶ γραμματεῖον ὑπο-
B δοὺς, ἐξίου πάντα κομίσασθαι, κελεύσαντος βασιλέως. εἶτα τῆς πόλεως ἀντιπρεσβευσαμένης, οὐδὲν ἐπράχθη, ἀλλ' ἐμμένειν ἐκελεύσθη, οἷς ἅπαξ διέγνω, μηδενὸς κατηναγκάσθαι. πρώτη δὴ τότε ἀποδημία εἰς Αἴγυπτον πάλιν τὸν Ἀγαθόβουλον, ἵνα καὶ τῷ θαυμαστῷ ἀσκήσει διήσκητο, ξυρόμενος μὲν τῆς κεφαλῆς τὸ ἥμισυ, χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον. ἐν πολλῷ δὲ τῷ περεστώτων δήμῳ διαφλῶν τὸ αἰδοῖον, καὶ τὸ ἀδελφόρειον δὴ τοῦτο καλούμενον ὑπο-
C δεικνύμενος. εἶτα παίων, καὶ παιόμενος ναρθηκίοις εἰς τοὺς πυγάς, καὶ ἄλλα πολλὰ νεανικώτερα θαυμαστοποιῶν. ἐκεῖθεν δὲ οὕτω παρεσκευασμένος, ὅτε Ἰταλίδα ἔπλευσε, καὶ ἀποβὰς τῆς νεὼς, θύθις ἐλοιδόρησε πᾶσι, καὶ μάλιστα τὸν βασιλέα, θρασύτατον αὐτὸν καὶ ἡμερώτατον εἰδώς. ὥστε ἀσφαλῶς ἐτόλμα. ἐκείνῳ γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὀλίγον ἔμελε τῶν βλασφημιῶν, καὶ οὐκ ἠξίου φιλοσοφίαν ὑποδυόμενόν τινα κολάζειν ὅτι ῥήμασι, καὶ μάλιστα τέχνῃ τινὰ λοιδορεῖσθαι πεποιημένον.
D οὕτω δὲ καὶ ἀπὸ τούτων τε τῆς δόξης ηὐξάνετο. πάντα γοῦν τοῖς ἰδιώταις, καὶ περιβλεπτος ἦν ὅτι τῇ ἀπονοίᾳ, μέχρι δή ὁ τὴν πόλιν διατεταραμένος αὐτὸν ἀμείψας σὺν φωνῇ τινὶ τοιούτῳ φιλοσόφου. πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτον καλὸν αὐτὸ, καὶ δεῖ γέμειν ἦν ἅπασιν, ὁ φιλόσοφος δεῖ τὴν παρρησίαν καὶ τὴν ἄγαν ἐλευθερίαν ἐξελαθείς.

καὶ παρεσκήψατο τῷ τοῦτο τῷ Μουσωνίῳ, καὶ Δίωνι, καὶ Ἐπικτήτῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐν παρεσκευῇ τοιαύτῃ ἐλήλυθεν. οὕτω δὴ ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν, ἀρτι μὲν Ἠλείοις ἐλοιδορεῖτο, ἀρτι δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἐπειθεν αὐτὰ ἅρασθαι ὅπλα Ῥωμαίοις, ἀρτι δὲ ἄνδρα παιδεία καὶ ἀξιώματι παρεῖχόμενα, δίψῃ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὴ ἐποίησε τὴν Ἑλλάδα, καὶ ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ, καὶ ἔπαυσε διψῇ ἀπολυμένους τοὺς πανηγυριστάς, κακῶς ἠγόρευεν ὡς καταθηλύνασι τοὺς Ἕλληνας, δέον τοὺς ἀθλητὰς τῶν Ὀλυμπίων διψῆν καρτερῶς διψῶντας, καὶ νὴ Δία γε καὶ ἀποθνήσκειν πολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ σφοδρᾶς τῆς νόσου, αἰτίως διψῆν τὸ ξηρὸν τοῦ χωρίου, ἐν πολλῷ τῷ πλήθει ἐπιπολάζον. καὶ ταῦτα ἔλεγε, πίνων τοῦ αὐτοῦ ὕδατος. ὡς δὲ μικροῦ κατέλυσεν αὐτὸν, ὑποδραμόντες ἄπωθεν, τότε μὲν ὅτι τὸν Δία καταφυγὼν ὁ γυμνὸς, ὕρε τὸ μὴ ἀποθανεῖν. ἐς δὲ τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα, λόγον πρὸ ἔτῶν τεττάρων ἐτῶν σωθεὶς τῶν δι' μέσου, ἐξιὼν ἔστη πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔπαινον ὑπὲρ τοῦτο ὕδωρ ἐπαγαγόντος, καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς τότε φυγῆς. ἤδη δὲ ἀμελούμενος ὑφ' ἁπάντων, καὶ μηκέτ' ὁμοίως περιβλεπτος ὢν (ἔωλα γὰρ ἦν ἅπαντα, καὶ οὐδὲν ἔτι καινουργεῖν ἐδύνατο) ἐφ' ὅτῳ οὖν πλήξει τοὺς ἐντυγχάνοντας, καὶ θαυμάζειν, καὶ παρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν ποιήσῃ, ὥσπερ ὀξ ἀρχῆς ἀριμανῶν πινα ἔρωτα ἐρῶν ἐντύγχανε, τὸ τελευταῖον τοῦτο τόλμημα ἐβουλεύσατο περὶ τῆς πυρᾶς, καὶ διέδωκε λόγον ἐς τοὺς Ἕλληνας ὡς ἀπὸ Ὀλυμπίων τῶν ἐμπροσθεν, ὡς ἐς τὸ πρόσω καύσων ἑαυτόν. καὶ νῦν αὐτὰ ταῦτα θαυματοποιῆς, ὡς φασι, βόθρον ὀρύττων, ἐς ξύλα συλλομίζων, καὶ δᾳδίνην τινὰ τὴν καρτερίαν ὑπιχούμενος. ἐχρῆν δ', οἶμαι, μᾶλιστα μὲν παρεμμένειν τῷ θανάτῳ, καὶ μὴ δραπετεύειν ἐκ τοῦ βίου. εἰ δὲ ἐκ πρώτου διέγνωσο οἱ ἀπαλλάττεσθαι, μὴ πυρὶ,

A Atenim iam exactus oppido, cũ Muſonio ac Dione & Epicteto cõſuetudinem habuit, cúmque aliis quotquot non diſſimili infortunio mulctatos eſſe nouerat. Ad extremũ ita regreſſus in Græciã, modò probroſis dictis Elienſes impetebat, modò Græcos vt aduerſus Romanos arma ſumerent, ſolicitabat, modò virum induſtrium, & multa dignitate præditum turpiter inuadébat, propterea quòd ille præter alia quibus de Græcis erat optimè meritus, etiam hac in re non vulgarẽ præſtitiſſet Græciæ & opem & operam, quòd aquã in Olympiam deduxiſſet, ac primus populum ad feſtiuitatem cõfluere ſolitum, ſiti pereuntem ſubleuaſſet. In hunc ergo Peregrinus lingux procacitate adductus, turpia verba euomere non ceſſabat, quaſi Græcos hac mollitie effœminaret: Oportet ſpectatores Olympiorũ ſitim fortiter tolerãtes perdurare. Ac pẽr Iouem non pauci illorum mortem oppetebant, vehementibus morbis implicíti, interea propter loci ſiccitatem in magna & promiſcua multitudine emergẽtibus. His ita dictis, de eadem aqua potare ſolebat, adeò vt propemodũ ab omnibus accurrentibus lapidibus fuiſſet obrutus, niſi tunc commodùm ad Iouis ſimulachrũ arrepta fuga generoſus ille ſe contuliſſet, ac ita præſenti diſcrimini vitata morte ſe ſubtraxiſſet. Cęterùm in proxima Olympiade orationem per quadriẽnium quod interfluxerat, multa cura meditatam atque compoſitam, ad Græcos habuit, laudes eius qui aquam deduxerat, ac fugæ ſuæ tunc factę defenſionem complectentem. Iam verò ab omnibus certatim contemptus negligebatur, nec erat ampliùs perinde in pretio & admiratione. Siquidem friuola & exoleta erant quæ moliebatur omnia, nec quicquam poterat ampliùs nouiter commentum aut excogitatum producere, quod ſtuporem & admirationem incuſſiſſet accedẽtibus, & quo ille ſibi dignitatem atque authoritatem conciliaſſet, cuius ſub initium amore nõ dicendo extremè ambitioſus flagrabat. Ad extremum hoc temerarium & audax de pyra facinus commentus eſt, cáque de re in Græcorum multitudiné ſermonẽm iam ſparſit quòd ſtatim à prioribus Olympiis veluti in diem poſterum flammis ſemet ipſe traditurus eſſet. Et nunc hæc ipſa multis adornat præſtigiis, vt fama eſt, eruenda foſſa, ligniſque comportandis, ac miram & inuſitatam tolerantiam promittendo. Erat verò illi, vt mea fert ſententia, omnino mors expectanda, nullóque modo è vita profugiendum. At ſi immobili propoſito prorſus conſtitutum habet mortem cum vita commutare, conſentaneum mihi videbatur, ne hoc igne fieret,

*Muſonius. Dion. Epictetus.*

neque his quæ ſunt in tragœdiis, vteretur, ſed alia aliqua mortis permutatione, quum infinitæ ſint, electa, è viuis diſcederet. Quòd ſi tamen igne, tanquam re quapiam Herculea, tantopere delectatur, cur non potiùs per ſilentium electo quopiã monte multis arboribus conſito, in eo ſe ipſe concremauit ſolus, vno aliquo, cuiuſmodi eſt Theagenes, Philoctete aſſumpto? Ille autem in Olympia præſente magna hominum frequentia, non in tabernaculis ſe ſolum videbit, alioqui haud indignus exiſtens per Herculem, ſicut par eſt homines parricidás ac impios malefactorum pœnas dare. Quin etiam nimiùm cunctanter ac ſero illud facere videtur, quem iam dudum oportebat in Phalaridis taurum illapſum, dignum nefariis factis exhauſiſſe ſupplicium, nec tantùm ſemel in flamma hiſcentem ſubitò expirare. Etenim à multis hoc pro certo confirmari audio, nullam mortem eſſe velociorem aut properantiorem, quàm eam quæ per ignem illata fuerit. Solum enim os aperiendum eſt, & ſtatim efflatur anima. Atqui & ille, vt opinor, eam quoque ſpectaculi dignitatem ſecum volutat in animo, rem videlicet grauem & præclaram eſſe, ſacro in loco comburi, vbi ne ſepelire quidem alios morientes religioſum ducitur. Audiuiſtis enim, niſi fallor, quemadmodum iam olim quidam cupiens glorioſum & celebre apud poſteros nominis ſui monimentum relinquere, cùm nullam aliã videret ſibi relictam eſſe innoteſcẽdi rationem, Epheſiæ Dianæ templum abſumpſit incendio. Tale quippiam & hic ſecum molitur in animo: tanta gloriæ cupiditate tantumnon miſer ille contabeſcit. Sed enim aiunt illum hęc ipſa hominum gratia facere, vt eoſdem mortis cõtemptum doceat, ac in rebus arduis tolerantiã. Ego verò perlibenter interrogarem, nõ illum, ſed vos, nunquid etiam maleficos & facinoroſos eius diſcipulos fieri cupiatis in eiuſmodi tolerãtia perdiſcenda, ac morte contemnenda, tũ afflictionibus & cæteris terroribus fortiter perferẽdis? Atqui certè cõpertum habeo, iſta vos minimè velle aut cupere. Quo igitur pacto hoc Proteus diſcernit, vt bonis tantùm hac in re ſit profuturus, nec malis & nefariis hominibus maiorem ad contemnenda pericula, & ſceleratiora audendi animum additurus? Eſto ſanè ad hoc tantùm concurſuros eſſe, qui in optimam partem hanc rem ſaltem ſpectaturi ſint. Proinde ego vos iterum rogabo: Cupitiſne liberos veſtros illius æmulos fieri? Haudquaquam dicetis.

A μηδὲ τοῖς ἀπὸ τῆς τραγῳδίας τούτοις χρῆσθαι, ἀλλ' ἕτερόν τινα θανάτου τρόπον, μυρίων ὄντων, ἐλόμενον ἀπελθεῖν. εἰ δὲ καὶ ὁ πῦρ ὡς Ἡρακλέους τι ἀσπάζεται, τί δήποτε οὐχὶ κατὰ σιγὴν ἐλόμενος ὄρος δένδρων, ἢ ἐκείνῳ ἑαυτὸν ἐπέτρησε μόνος, ἕνα τινὰ, οἷος Θεαγένης τῶν, Φιλοκτήτην παραλαβών; ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ, τῆς πανηγύρεως πληθούσης, μόνον οὐκ ὀπτὴ σκηνῆς ὀφθήσεται ἑαυτὸν, οὐκ ἀνάξιος ὤν, μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴγε χρὴ καὶ τοὺς παραλείας, καὶ τοὺς ἀθέους δίκας διδόναι τῶν τολμημάτων· καὶ κατὰ τοῦτο πάνυ ἐμφερὲς

B δρᾶν αὐτὸ ἔοικεν, ὃν ἐχρῆν πάλαι εἰς τὸν τοῦ Φαλάριδος ταῦρον ἐμπεσόντα, τὴν ἀξίαν ἀποτεῖσαι δίκην, ἀλλὰ μὴ ἅπαξ γενόμενα τοσοῦτον φλέγα, οὐκ ἀκαρῆ τεθνάναι. καὶ γὰρ αὖ τόδε οἱ πολλοί μοι λέγεσιν, ὡς οὐδεὶς ὀξύτερος ἄλλος θανάτου τρόπος τοῦ διὰ πυρός. ἀνοῖξαι γὰρ δεῖ μόνον τὸ στόμα, καὶ αὐτίκα τεθνάναι. τὸ μὴν θέαμα ὑπονοῶ, οἶμαι, ὡς σεμνὸν, ἐν ἱερῷ χωρίῳ καὶ ὁμίλου πλήθους,

C ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον τοὺς ἄλλους ἀποθνήσκοντας. ἀκούετε δὲ, οἶμαι, ὡς καὶ πάλαι τῶν τις ἔνδοξος γενέσθαι, ἐπεὶ κατ' ἀγῶνα τοῦτον οὐκ εἶχεν ὑπάρχειν τοῦτο, ἐνέπρησε τὴν Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος τὸν νεών. τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς ὑπνοῖ, τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐνέτηκεν αὐτῷ. καίτοι, φησὶν, ὅπως ἐπὶ τῷ μηδενὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτὸ δρᾷ, ὡς διδάξῃ αὐτοὺς θανάτου καταφρονεῖν, καὶ ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς. ἐγὼ δὲ ἡδέως μὲν ἐροίμην οὐκ ἐκεῖνον, ἀλλ' ὑμᾶς, εἰ καὶ τοὺς κακούργους βούλοισθε μὴ μαθητὰς αὐτοῦ γενέσθαι τῆς καρτερίας ταύτης, καὶ καταφρονεῖν θανάτου, ἢ κακώσεως,

D καὶ τῶν τοιούτων δειμάτων. ἀλλ' οὐκ ἂν δύ' οἶδ' ὅτι βουληθείητε. πῶς οὖν ὁ Πρωτεὺς τοῦτο διακρίνει, καὶ τοῖς μὲν χρηστοῖς ὠφελήσει, τοὺς δὲ πονηροὺς ἧττον φιλοκινδυνοτέρους ἢ τολμηροτέρους ἀποφανεῖ; καίτοι δυνατὸν ἔστω τοῦτο μόνοις ἀποβαίνειν τοῖς τοσοῦτον ὠφελιμωτάτοις τὸ τοιοῦτον πρᾶγμα· ὑμᾶς δ' ἂν αὖθις ἐρήσομαι, Δέξασθ' ἂν ὑμῶν τοὺς παῖδας ζηλωτὰς τοῦ πώγωνος γενέσθαι; οὐκ ἂν εἴποιτε.

καὶ τί τοῦτο πρόκλιμα, ὅπου μηδ' αὐτῷ τις τῷ μαθητῇ αὐτοῦ ζηλώσειεν αὖ; τὸν οὖν Θεαγένη τοῦτο μάλιστα αἰτιάσαιτο ἄν τις, ὅτι πάλαι ζηλῶν πάντρος, οὐχ ἕπεται τῷ διδασκάλῳ, καὶ συνοδοῦσι τοῦδε τὸν Ἡρακλέα, ὡς φησιν, ἀπιόντι, δυσάμιλλος ὢν βραχεῖ παντὸς μάλιστα ἡγεῖσθαι, καὶ συμπεσὼν ὅτι κεφαλῆς ἐς τὸ πῦρ. τὸ γὰρ τέρμα, καὶ τὸ ἄκρον, καὶ τοῖσιν ὁ ζῆλος, ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδια, καὶ πολλοὺς ἂν εἴη· τὸ τέλος δὲ, καὶ τὸ κεφάλαιον χρὴ ζηλοῦν, καὶ πυρὰν σωρεύσαντα χερμάδι σικύνων, ὡς ἔνι μάλιστα χλωρᾶν, ἐναποπνιγῆναι τοῦ καπνοῦ. τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ, τὸ μόνου Ἡρακλέους, καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων, καὶ αἰθροφόνων, ὃς ὁρᾷς ὅτι οὐκ καταδίκης αὐτὸ πάσχοντας. ὥστε ἄμεινον τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ καπνοῦ. ἴδιον γὰρ καὶ οἰκεῖον μόνων αὐτῶν ἡγοῦντο. ἄλλως τε, ὁ μὲν Ἡρακλῆς, εἴπερ ἄρα καὶ ἐτόλμησέ τι τοιοῦτον, ὑπὸ νόσου αὐτὸ ἔδρασεν, ὑπὸ τῆς Κενταυρείου αἵματος, ὡς φησιν ἡ τραγῳδία, κατεσθιόμενος. οὗτος δὲ, τίνος αἰτίας ἕνεκεν ἐμβάλλει φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ; μὴ Δί', ὅπως τὴν καρτερίαν ἐπιδείξηται, καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες. ἐκείνοις γὰρ ἑαυτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν, ὡς ἔοικεν οὐκ οἶδ' ἂν ἐν Ἰνδοῖς εἶναί τινας μωρούς καὶ κενοδόξους ἀνθρώπους. ὅμως δ' ἴσως καὶ ἐκείνους μιμεῖσθαι. οὐδοὶ γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Κάλανον καιόμενον, φησίν. ἀλλ' ἐπειδὴ νήσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι, ἀνέχονται παρεστῶτες, εἶτ' ὑπεδύοντες τὸ σῶμα, κάονται, οὐδὲ ὅσον ὀλίγον ἀντιτείναντες τῆς κατακλίσεως. οὗτος δὲ τί μέγα, εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξει, συναρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ πυρός; οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσειεν αὖθις, ἢ ἡμίφλεκτον, εἰ μή, ὥσπερ φασὶ, μηχανήσεται, βαθεῖαν ἡγεῖσθαι καὶ ὑπόθερμον τὴν πυράν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ μεταβάλλεσθαι φασὶν αὐτὸν, καί τινα ὀνείρατα διηγεῖσθαι, ὡς τοῦ Διὸς οὐκ ἐῶντος μιαίνειν ἱερὸν χωρίον. ἀλλὰ θαρρείτω τούτου γε ἕνεκα.

A Atqui hoc ipsum quærebam, num quis ex discipulis eius eundem imitaretur? Theagenem itaque in hoc quispiam iure optimo accusare possit, quòd cùm in aliis per omnia viri æmulus esse studeat, hac in parte tamen præcedentem præceptorem minùs sequatur, itérque cum eo faciat, ad Herculẽ, veluti perhibẽt, abeunte, præsertim cùm in breui possit summè ac omnibus numeris felix euadere, per præceps saltem in ignem illapsus. Neque enim in pera, aut baculo, aut sordido pallio circumferendo, æmulationis summa sita est, sed hęc extra periculũ posita sunt, & imitatu facilia, & cuiusuis hominis.

B Ipsum finem & caput æmulari conuenit, ingenti videlicet pyra ex truncis ficulneis & maximè viridibus congesta, fumo semet præfocari. Siquidem ignis non tantùm Herculis & Æsculapij proprium æstimandum est, sed sacrilegorum quoque & parricidarum, quos iudicio condemnatos, hoc ipso supplicio affici videmus: ita vt longè præstabilius esse putem, vobis fumo præfocatis oppetere. Hoc enim vobis tandem vt peculiare & propriũ adscribi potest. Alioqui etsi Hercules tale quippiã ausus est, doloris & morbi impatientia impulsus hoc fecit, dum à sanguine Centaurico, veluti testis est tragœdia, infectus absumeretur. Cæterùm ille qua causa incitatus seipsum in ignem ferens præcipitat? Per Iouẽ scilicet vt animi tolerantiam hoc argumento notam faciat, non secus atque Brachmanes. Illis enim Theagenes pręceptorem suum assimilare contendit. Quasi verò non etiam apud Indos inueniantur homines vecordes & stolidi, vanæque gloriæ extremè dediti. Attamen quando ita fert animus, imitetur illos. Etenim illi ignem insiliendi morem non habent, veluti Onesicritus classis Alexandrinæ gubernator ait, cùm C Indum ardentem, sicut fama est, conspexisset. Verùm posteaquam cõgesta atque incensa pyra conuenerint, propè assistentes immobiles lẽtè assari fortiter sustinẽt. Deinde ingressi iuxta habitum, ardẽt, ne tantillũ quidem post accubitũ se auertentes. Cæterũ ille quid adeò magni aut præclari designat facinoris, si illapsus suffocatur, à flãmis subitò & violẽter discerptus? Neq; enim eam, vt opinor, spem concepit D in animo, vt semiustus ab igne resiliat, nisi hoc, quod à nõnullis audio, insidiosè struat, vt infrà quoque in fossa pyra profunda sit. Sunt præterea qui illum transformatum iri confirmẽt: eique rei cõprobandę iam percensent somnia tanquam Iupiter cõcessurus non sit vt sacer locus cæde contaminetur. Atqui eam ob rem planè securus sit animi.

Ego enim iurare non dubito nullum profectò deorum grauiter & indignè laturum, si Peregrinus malo & infelici fato pessimè interierit. Sed enim neque facile neque prõptum iam illi est à proposito regredi. Siquidem qui cum illo habent consuetudinẽ, miserum omnibus modis incitant, & in ignem compellunt, non sinentes eundem timore consternari aut trepidare: quorum si duobus discerptis in ignem incideret, solum hoc præclarè & cum multorum gratia faceret. Quinetiam hoc inaudiui, se ampliùs Proteum nominari nolle, sed Phœnicem, quòd & Phœnix auis Indica iam summo confecta senio, pyram dicatur inscendere. Sed enim vana comminiscitur mendacia, oracula quædam vetera percensens, ac si deum quempiam noctis custodem illum fieri oporteat. Ac iam non obscurè aras quoque desiderare videtur, aureísque donariis se honoratum iri planè sperat. Et per Iouem haudquaquam absurdum factu æstimandum est, si in tanta stultorum hominum multitudine inueniantur etiam qui prędicare non vereantur, quòd per ipsum quartana sint liberati, quódque noctu in dæmonẽ nocturnum inciderint. Porrò autem execrandi illius discipuli oraculum quoque, vt opinor, & adytum iuxta pyram machinabuntur, propterea quòd & Proteus ille Ioue natus, huius nominis propater, vaticinio celebris habitus est. Neque testari dubito certò futurum confirmans, vt sacerdotes quoque illi constituantur flagellorum, aut incendiorum, aut alicuius alterius rei monstrificæ. Aut per Iouem festiuitas illi nocturna sacrificabitur, aut festum facibus iuxta pyram celebrandum. Cæterùm Theagenes nuper, vt quidam mihi ex familiaribus retulit, ait Sibyllam quoque ea de re ista prædixisse. Et cur non ipsos percenseamus versiculos?

*Ast vbi iam Proteus Cynicos longè optimus inter,*
*Per loca sacra Ioui rutilũ succenderit ignem,*
*Tunc omnes quotquot fructu vescuntur agrorum,*
*Noctiuagum, vt iubeo, placate heroa colẽtes,*
*Concessa Alcidæ ac Vulcano sede propinquum.*

Hæc quidem Theagenes ex Sibylla se audísse falsò prædicat. Cæterùm ego illi Bacidis oraculum contrà memorabo. Ait autem ad hunc modum Bacis, nimiùm verè vaticinatus:

καὶ ἄλλα πρὸς τὸν καιρὸν ὕστερα, καὶ χαρίεντα ἐπισκοπτόρυζοντες. ἐς μὲν τοι ὁ Φασεὶς οὐδεὶς ἐτόλμα λέγειν· ἐδεδοίκεισαν γὰρ τὸν Αλκιδάμαντα, βόλιν ἀτεχνῶς ὄντα, καὶ κεκτικώτατον Κυνικῶν ἀπάντων, πρὸς ὃν καὶ ἀμείνων ἐδόκει, καὶ φοβερώτατος ἅπασιν. ὁ δὲ Αειςαίνετος, ἐπαινέσας αὐτὸν, ἐκέλευε θρόνον τινὰ λαβόντα, καθίζεσθαι πρὸς Ισιᾶόν τε καὶ Διονυσόδωρον. ὁ δὲ, Ἄπαγε φησι, γυναικεῖον λέγεις, καὶ μαλθακὸν, ὅτι θρόνου καθίζεσθαι, ἢ σκίμποδος, ὥσπερ ὑμεῖς ὅτι μαλακῆς ταύτης ὕλης μικρῶ δεῖν ὕπτιοι κατακείμενοι, ἐστιᾶσθε, πορφυρίδας ὑποβεβλημένοι. ἐγὼ δὲ, κἂν ὀρθοςτάδιον δειπνήσαιμι, ἐμπεσὼν παρ' ἅμα τῇ συμποσίῳ· εἰ δὲ κἀμοιμι, χαμαὶ καὶ τὸν τρίβωνα ὑποβαλλόμενος, κείσομαι ἐπ' ἀγκῶνος, οἷον τὸν Ηρακλέα γράφουσιν. οὕτως, ἔφη, γίγνεσθω, ὁ Αειςαίνετος, εἴ σοι ἥδιον. καὶ ὁ ἀπὸ τούτου, ἐν κύκλῳ περιιὼν ὁ Αλκιδάμας, ἐδείπνει, ὥσπερ οἱ Σκύθαι πρὸς τὴν ἀφθονωτέραν νομὴν μετεξαιςάμενος, καὶ τοῖς περιφέρουσι τὰ ὄψα συμπεριενοστῶν. καὶ μὲν τοι καὶ σιτούμενος, ἐνεργὸς ἦν, ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας μεταξὺ διεξιών, καὶ ἐς τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἀποσκώπτων. ἠρώτα γοῦν τὸν Αειςαίνετον, τί βούλονται αὐτῷ αἱ τοσαῦται καὶ τηλικαῦται κύλικες, πρὸς χερμάδων ἴσα δυναμένων. ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἤδη διενοχλοῦντα ἔπαυσεν ἐς ὃ παρὸν Αειςαίνετος, τῷ παιδὶ νεύσας βιμέλη σκύφον δοῦναι αὐτῷ, ζωρότερον ἐγχέαντα. καὶ ἐδόκει ἄρτι ὑπενοηκέναι, οὐκ εἰ δὼς ὅσων κακῶν ἄρχων ὁ σκύφος ἐκεῖνος ἐνεδεδώκει. λαβὼν δὲ ἅμα ὁ Αλκιδάμας, ἐσίγησε μικρὸν, καὶ ἐς τὕδατος καταβαλὼν ἑαυτὸν, ἔκειτο ἡμίγυμνος, ὥσπερ ἠπειλήκει, πήξας τὸν ἀγκῶνα ὀρθὸν, ἔχων ἅμα τὸν σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ, οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ηρακλῆς ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται. ἤδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους στρεχῶς περιεσῴζετο ἡ κύλιξ, καὶ φιλοτησίαι, καὶ ὁμιλίαι, καὶ φῶτα εἰσεκεχόμιστο. ἐν τοσούτῳ δ' ἐγὼ τὸν πρεσῶτα τῷ Κλεοδήμῳ παῖδα,

*Verùm Agamemnonio menti non ista placebant.*

Ad hæc alia quæ pro tempore falsè lepidèque dici poterant, in eum obmurmurabant. Nam palàm nullus audebat quicquam dicere, propterea quòd metuerēt Alcidamantem, vt pote conuitiatorem egregium, vnúmque è Cynicis omnibus clamosissimum: qua quidem re adeò visus est reliquis antecellere, vt nulli non esset formidandus. At Aristænetus collaudatum illum quòd inuocatus adueniſſet, iussit accepta sella iuxta Istiçum ac Dionysidorum accumbere. At ille, Apage, inquit, muliebre quiddam ac molle dicis, vti in scamno aut sella sedeam, quemadmodum facitis vos, mollibus in stratis penè supini recumbentes, purpura suffulti. Quin ego tibi vel stans cœnauero, in ipso interim conuiuio etiam obambulans. Quòd si defatigatus fuero, tum humi substrato pallio, cubito innixus cubuero: qualem videlicet Herculem pingunt. Ita fiat, inquit Aristænetus, si quidem isthuc mauis. Sub hæc Alcidamas in orbem conuiuium lustrans, cœnabat, Scytharum ritu ad vberiora pascua subindè sese transferens, vnáque cum his qui inferebant edulia, circumiens atque obambulans. Atque interim tamen dum cibum caperet, haudquaquam negotio vacabat, de virtute obiter, de vitio disserens, tum in aurum atque argentum dicteria iaculans: iámque Aristænetum percontabatur, quidnam sibi vellent tam multa, tam magna pocula, quum non minùs vsui possent esse fictilia. Verùm Aristænetus iam obturbantem, molestúmque esse pergentem, in præsens quidem compescuit, ministro innuens, vt ingentem calicem, infuso meraciſſimo vino, illi porrigeret. Atque id quidem visus est optimè excogitasse, nondum etiam intelligens quantorum malorum is calix esset auctor futurus. Hunc igitur vt accepisset Alcidamas, aliquantisper silentium agebat, ac solo sternens sese cubabat seminudus, quemadmodum facturū sese fuerat pollicitus, cubito humi fixo innitens, simúlque dextra scyphum sustinens, qualem Herculem apud Pholum pictores effingunt. Iam verò & inter alios calix assiduè circumagebatur: tum inuitatiunculę ad bibendum, & confabulationes ortæ, demū & lucernæ illatæ. Interim ego cùm puerum qui iuxta Cleodemum adstabat,

(erat autem is pocillator egregiè formo-
sus) subridentem vidisse (nam, arbitror,
quicquid obiter inter cœnandum obti-
git, commemorari oportere, maximè si
quid sit elegantius ac scitè factum) iam
admodum attētus obseruare cœpi quid-
nam rei rideret. Ac paulo pòst accedebat
puer tanquam calicem à Cleodemo re-
cepturus. At ille simul & digitum illius
substringebat, & drachmas puto duas v-
nà cum calice tradebat. Porrò puer ad
substrictum digitum rursum arridebat:
cæterùm de pecunia, quum non sensisset
opinor, eóque non reciperet, in terram
delapsis drachmis strepitus est concita-
tus, móxq; ambo pariter rubore suffun-
debantur, ídque ita palàm, vt nemo non
animaduerteret. Ambigebatur igitur in-
ter eos qui proximè sedebant, cuiusnam
essent illi nummi, cùm & puer negaret
à se proiectos, & Cleodemus item, iux-
ta quem strepitus acciderat, sibi exci-
disse dissimularet. Verùm ea res tum
neglecta est, ac conniuenter omissa: pro-
terea quòd id quod acciderat, non ita
multi vidissent, præter vnum (vt mihi
quidem visum est) Aristænetum. Nam
is paulo pòst puerum loco mouit, clan-
culum ablegans, & alij cuidam innuit
vti Cleodemo pocillator assisteret, vi-
delicet ex exoletis illis ac robustis mulio-
ni aut equisoni cuipiam. Ad hunc modũ
ea res vtcunque abiit, summum alioqui
allatura pudorem Cleodemo, si quidem
ad omnes permanasset, ac non protinus
occupans Aristænetus eam sopisset, ci-
uiliter dextréque admodum inducta te-
mulentia. Cæterùm Alcidamas (iam
enim potus erat) percontatus quodnam
esset nomen puellæ nubenti, tum clara
voce indicto silentio, simul & ad fœmi-
nas conuerso vultu, Præbibo, inquit,
tibi Cleanthi, Herculis Archegetæ no-
mine. Sub hæc cùm risissent omnes: Ri-
detis, inquit, sacrilegi, quòd sponsæ,
Herculis dei mei nomine propinauerim?
Imò illud scito opus est, ni scyphum à me
traditum accipiat, nunquam futurum vt
illi filius obtingat talis, qualis ego sum,
virtute interritus, animo liber, tum cor-
pore adeò robusto. simúlque cũ dicto sese
magis etiam renudabat, etiam vsque ad
illa quæ sunt maximè pudenda. Ad ea
cùm iterũ artissent conuiuæ, indignatus
ille surrexit, toruis iam atque efferatis ob-
tuẽs oculis, vultúque ipso testãs iam neq;
pacem neque quietem acturum ampliùs.

*Ita vocãt ducẽ Musarum.*

A οἰνοχόον ὄντα ὡραῖον, ἰδὼν ὑπομειδιῶντα
(χρὴ γὰρ, οἶμαι, & ὅσα πρόσφορα τῆς ἑστιάσεως, εἰπεῖν, & μάλιστα εἴπερ τοῖς ὃ γλαφυρώτατον ἐπράχθη) μάλα ἤδη προσέχοντα, ὅπῃ ἡ μειδίασις. ἦν μὴ μικρὸν, ὁ μὲν παῖς προσῆλθεν, ὡς ἀπολημψόμενος παρὰ τοῦ Κλεοδήμου τὸν φιάλην· ὁ δὲ, τόν τε δάκτυλον ἀπέθλιψεν αὐτοῦ, & δραχμὰς δύο, οἶμαι, συναπέδωκε μετὰ τῆς φιάλης· ὁ παῖς δὲ πρὸς μὲν τὸν δάκτυλον θλιβόμενον, αὖθις ἐμειδίασεν, ὑπὲρ μὲν συνοῖδεν, οἶμαι, τὸ νόμισμα, ὥστε μὴ δυσχεραίνοντος, ψόφον αἱ δύο
B δραχμαὶ πρέχον σκιρτῆσαι, & ἠρυθρίασαν ἀμφω μάλα σαφῶς. ἀπορεῖν δ' οἱ πλησίον, οὗ τινος εἴη τὰ νομίσματα, τοῦ μὲν παιδὸς ἀρνουμένου μὴ ἀποβεβληκέναι, τοῦ δὲ Κλεοδήμου καθ' ὃν ὁ ψόφος ἐγένετο, μὴ προσποιουμένου τὴν ἀπόρριψιν. ἠμελήθη δ' οὖν, & παρῴχθη τοῦτο, οὐ πάνυ πολλῶν ἰδόντων, πλὴν μόνου ὡς ἐμοὶ ἔδοξε τοῦ Αἰσχυλίνου· μετέστησε γὰρ τὸν παῖδα μικρὸν ὕστερον ἀφανῶς ὑποξαγαγών, & τῷ Κλεοδήμῳ τινὰ παρασῶσαι διέθυσε τὴν
C ὀξώρυχα ἤδη, & καρτερῶν, ὀρεωκόμον τινὰ, ἢ ἱπποκόμον· & τοῦτο μὲν, ὡδέπως σκεχωρήκει, μεγάλης αἰσχύνης αἴτιον τῷ Κλεοδήμῳ νομισθὲν, εἰ ἔφθη διαφοιτῆσαν εἰς ἀπάντων. ἀλλὰ μὲν κατέσχεν αὐτίκα, δεξιῶς πάνυ τοῦ Αἰσχυλίνου τὴν παρουσίαν σύνεγχυσις. ὁ Κιανὸς δὲ Αλκιδάμας, ἐπεπώκει γὰρ ἤδη, πυθόμενος ἥτις ἡ γαμουμένη παῖς καλοῖτο, σιωπὴν παρασκευάσας μεγάλην τῇ φωνῇ, ἀποβλέψας εἰς τὰς γυναῖκας, Προπίνω σοι, ἔφη, ὦ Κλεανθὶ, Ἡρακλέους
D ἀρχηγέτου. ὡς δ' ἐγέλασαν ὅτι τοῦτο ἅπαντες, Ἐγελάσατε, εἶπεν, ὦ καθάρματα, εἰ τῇ νύμφῃ προὔπινον ὅτι τοῦ ἡμετέρου θεοῦ τοῦ Ἡρακλέους; & μὲν δὴ εἰδέναι χρὴ, ὡς ἢν μὴ λάβῃ πρὸ ἐμοῦ τὸν σκύφον, ἤ ποτε ὅμοιος αὐτῇ γένοιτο, οἷος ἐγὼ, ἄτρεστος μὲν ἀλκὴν, ἐλεύθερος δὲ τὴν γνώμην, τὸ σῶμα δὲ οὕτω καρτερὸς & ἅμα προγυμνῶν ἑαυτὸν μᾶλλον, ἄχρι τοῦ αἰσχίστου. αὖθις ὅτι τούτοις ἐτέλεσαν οἱ συμπόται, καὶ ὃς ἀγανακτήσας, ἐπανίστατο, δριμὺ & παράφορον βλέπων, καὶ δῆλος ὢν οὐκέτι εἰρωνείαν ἄξων.

Τάχα

τάχα δ' αὖ τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰ μὴ κυ̃ κριὸν εἰσηκεκόμιστο πλακοῦς ὑμεγέθης· τοῦτος οὖν ἀποβλέψας, ἡμερώτερος ἐγίγνετο, καὶ ἔληξε τοῦ θυμοῦ, καὶ ἀνεφορᾶτο συμποσιῶν. καὶ οἱ πλησίοι ἐμέθυον ἤδη, καὶ βοῆς μεσὸν ἦν ὁ συμπόσιον. ὁ μὲν γὰρ Διονυσόδωρος ὁ ῥήτωρ αὐτοῦ, ῥήσεις τινὰς ἐν μέρει διεξήει, καὶ ἐπῃνεῖτο ὑπὸ τῶν κατόπιν ἐφεστώτων οἰκετῶν· ὁ δὲ Ἰστιαῖος ὁ γραμματικὸς ἐρραψῳδεῖ, ὕστερος κατακείμενος, καὶ συνέφερεν ἐς ὃ αὐτὸ τὰ Πινδάρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς ἐξ ἁπάντων μίαν ᾠδὴν παγγέλοιον ἀποτελεῖσθαι· μάλιστα δ' ἐκεῖνα ὥσπερ προμαντευόμενος τὰ μέλλοντα,

Σιὼ δ' ἔβαλον ῥινούς. καὶ,

Ἔνθα δ' ἄρ' οἰμωγή τε, καὶ ὀχλὴ πόλεν ἀνδρῶν.

ὁ Ζηνόθεμις δ' αὖ ἐγίγνωσκε, φόβητρόν τι παιδὸς λαβών, λεπτόγραμμόν τι βιβλίον. ὀλιγωρούντων δὲ ὀλίγον, ὥσπερ εἰώθασι, τῶν παρακομιζόντων τὰ ὄψα, μηχανώμενος Ἀριστάνετος μηδ' ὀκνον ἀτερπῆ τὸν κριὸν εἶναι, μηδὲ κενὸν, ἐκέλευσε τὸν γελωτοποιὸν εἰσελθόντα γε, εἰπεῖν τι, ἢ πρᾶξαι γελοῖον, ὡς ἔτι μᾶλλον οἱ συμπόται ἀφυπνιεῖν. ὁ δὲ προῆλθεν ἄμορφός τις ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν, ὀλίγας ὅπη τῇ κεφαλῇ τρίχας ὀρθὰς ἔχων· οὗτος ὠρχήσατό τε καλαικλῶν ἑαυτὸν, καὶ ἀφυσρέφων, ὡς γελοιότερος φανεῖν· καὶ ἀνάπαλιν συγκρότων, διεξῆλθεν, αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, καὶ τέλος, ἐπέσκωπτεν ἐς τοὺς παρόντας. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐγέλων ὁπότε σκώπτειεν· ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸν Ἀλκιδάμαντα ὑμοῖόν τι ἀπέρριψε, Μελιταῖον κυνίδιον προσειπών αὐτὸν, ἀγανακτήσας ὁ κύων (καὶ πάλαι δὲ δῆλος ἦν φθονῶν αὐτῷ δοκιμουμένῳ, καὶ κατέχοντι τὸ συμπόσιον) ἀπορρίψας τὸν τρίβωνα, προὐκαλεῖτο οἱ παγκρατιάζειν. εἰ δὲ μὴ, κατοίσειν αὐτῷ, ἔφη, τὴν βακτηρίαν. ὅτω δὴ ὁ κακοδαίμων Σατυρίων (τοῦτο γὰρ ὁ γελωτοποιὸς ἐκαλεῖτο) συρεὶς, ἐπαγκρατίαζε. καὶ ὃ πρᾶγμα ἡδιστον ἦν, φιλόσοφος ἀνὴρ γελωτοποιῷ ἀνταιρόμενος, καὶ παίων, καὶ παιόμενος ἐν τῷ μέρει,

A Forsitan & baculum illisisset alicui, ni commodùm id temporis placenta prægrandis fuisset illata. Nam hanc simul atque conspexit, lenior ac mitior esse cœpit, ac stomachari desiit, obambulans interim, ac placentam auidè vorans. Iam verò plerique temulenti esse cœperant, & clamoribus vndique perstrepebat conuiuium. Nam & Dionysidorus rhetorem illic agens, orationes quasdã pronuntiabat, laudabatúrque à ministris qui à tergo assistebãt. Et Istiæus Grãmaticus vicissim qui post illum accumbebat, versuum centones quosdã recitabat, Pindari, Hesiodi, & Anacreontis carmina simul contexens

B atque cõsarcinans: ita vt ex omnibus vnicam redderet cantilenam, oppidóq; ridiculam: in primis autem illa, perinde quasi vaticinans de his quæ postea acciderunt,

*Commisere simul clypeos.*

Tum illud quoque:

*Tum verò clamorq; virûm luctusq; coortus.*

At verò Zenothemis libellulum quempiam minutis conscriptum literulis, à puero acceptum legebat. Verùm quum ij quorum partes erant edulia inferre, aliquantisper, ita vt solent, cessarent morarentúrque: Aristænetus sedulò curans

C ne vel id interea tẽporis aut otiosum esset, aut voluptatis expers, accersitum intrò morionem iussit ridiculum aliquid vel dicere, vel facere, quò magis etiam exhilararentur conuiuę. Móxque ingressus deformis quidam, deraso capite, pauculos capillos in vertice gestans, eósque cristæ in morem erectos, hic saltabat, atque inter saltandum, quò maiorem cõcitaret risum, rotatu sese circumagebat, distorquebátque. Tum cymbalo concusso, sonabat interim quiddam, linguam imitans Ægyptiorum. Postremò dicteria quædam iaculabatur in eos qui aderant.

D Ac reliqui scommate tacti ridebant: verùm vbi & in Alcidamãtem simile quiddam torsisset, catulum illum Melitæum appellans, indignatus ille (iamdudum autem præ se ferebat quòd inuideret illi, dum probaretur, ac conuiuarum oculos retineret) abiecto pallio, vt secum luctaretur, prouocauit. Quod ni faceret, hũc, inquit, baculum tibi impingam. Atque ita miser ille Satyrion (nã id erat morioni nomen) congressus cum eo, pancratio decertabat. Erat id spectaculi multò iucundissimum, quippe cùm viderent hominem philosophum cum morione compositum, cùm ferire, tum viciissim feriri.

Proinde qui aderant, partim pudore tangebantur, partim ridebant: donec iam ictus Alcidamas, pugnam detrectaret, ab homuncione omnium plausu comprobato certamine, superatus. Hæc igitur cùm essent non mediocri risu excepta: ibi tandē ingressus & Dionicus medicus, haud multò post peractam concertationem. Aiebat autem in mora fuisse Polyprepontem tibicinem, dum hunc phrenesi correptum curandi gratia viseret. Ac planè quiddam risu dignum commemorabat. Dicebat enim in ædes illius venisse sese, ignarum etiam hominem iam eo morbo teneri. At illum protinus surrexisse, foribúsque occlusis, ac nudato gladio, tibias ipsas sibi tradidisse, iisque vti caneret iussisse. Deinde vbi id non posset, illum percussisse, scuticam sublata manu gestantem. Sese porrò in tanto periculo tale quiddam fuisse commentum, nempe ad canendi certamen prouocasse hominem: ídque ea lege, vt victus præscriptum certúmque plagarum numerum acciperet. Ac sese priorem cecinisse, prauè atque imperitè: deinde traditis illi tibiis, scuticam ab illo recepisse: gladium autem extemplo per fenestras in aream abiecisse. Dein cùm minore iam discrimine cum illo luctaretur, auxilio aduocasse vicinos. Eos, reuulsisse belluam, atque ita illorum opera seruatum sese. Ostēdebat autem & plagarum vestigia quædam, nonnulláque in facie tubera liuentia. Ergo cùm Dionicus ob huiusmodi fabulam non minùs placuisset, quàm morio ipse: proxime Istiæum reclinans sese, de reliquiis cœnabat. Atque hic quidem haud absque numine quodam nobis aduenerat, imò prorsum vsui futurus ad ea quæ postea contigerunt. Nam prodiens in medium conuiuium puer quidam, qui se ab Etœmocle Stoico venire diceret, epistolium quoddam adferens, aiebat ab hero sibi mandatum, vt eo palàm omnibus audientibus perlecto, rursus domum sese reciperet. Hic igitur permittente Aristæneto, admotus ad lucernam legebat. PHI. Num orationem, Luciane, in sponsæ laudem compositam, aut carmen nuptiale, quod genus permulta faciunt? LVC. Videlicet nos quoque tale quippiam existimabamus. Verùm ne accedebat quidem ad id, vt aiunt. Cæterùm in literis ita scriptum erat: Etœmocles philosophus Aristæneto:

A οἱ παρόντες δὲ, οἱ μὲν ἡδυιῶτο, οἱ δὲ ἐγέλων, ἄχρι ἀπηλήθυσε παγόμβυος ὁ Αλκιδάμας, ὑπὸ συγκεκροτημένου αἰθεφπίσκου καταγωνιαθείς. γέλως οὖν πολὺς ὄξεχύθη ἐπ' αὐτοῖς. ἐνταῦθα Διόνικος ἐπεισῆλθεν ὁ ἰατρὸς, ὑ πολὺ κατόπιν τ ἀγῶνος· ἐδεδεκαδύκει δὲ, ὡς ἔφασκε, φρενίτιδι ἁλωκότα θεραπεύων Πολυπρέποντα τὸν αὐλητήν. καί τι καὶ γελοῖον διηγήσατο. ἔφη μὲν γὰρ εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν, οὐκ εἰδὼς ἐχόμενον ἤδη τ παθ· τὸν δὲ, ταχέως ἀναστάντα, ὀπικλῆσαί τε τὴν θύραν, καὶ ξιB φίδιον ἀπασάμενον, ἀναδόντα αὐτῷ τοὺς αὐλοὺς, κελεῦσαι αὐλεῖν. Εἶτα ἐπεὶ μὴ δύναιτο, παίειν, σκύτος ἔχοντα ἐς ὑπόπλιας τὰς χεῖρας. τέλος οὖν ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ ὀπιvοῆσαι τοιόν τι· ἐς ἀγῶνα γὰρ προκαλέσασθαι αὐτὸν ὅτι ῥητῆ πληγῶν ἀριθμῷ· καὶ πρῶτον μὲν, αὐτὸς αὐλῆσαι πονήρως· μετὰ δὲ, παραδόντα τοὺς αὐλοὺς ἐκείνῳ, δέξασθαι πρὸς αὐτῷ ὁ σκύτος, καὶ ὁ ξιφίδιον ὀπορρίψαι τάχιστα ἀφ' τῆς φωταγωγοῦ ἐς ὃ ὕπαυθρον τῆς αὐλῆς· καὶ ὁC ἀπὸ τούτου, ἀσφαλέστερον ἤδη πρὸς παλαίων αὐτῷ, ὀπικαλέσθαι τοὺς γιτνιῶτας, ὑφ' ὧν διασασθέντων ὁ θηρίον, σωθῆναι αὐτόν. ἐδείκνυε δὲ καὶ σημεῖα τ πληγῶν, καὶ ἀμυχάς τινας ὅτι τ προσώπου. καὶ ὁ μὲν Διόνικος, οὐ μείον ἀποδεξάμενος τ γελωτοποιοῦ ὅτι τῇ διηγήσει, πλησίον τ Ισταίου παρακύψας ἑαυτὸν, ἐδείπνει ὅσα λοιπά, οὐκ ἄνευ θεοῦ τινος ἡμῖν ὀπιπαρών, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρήσιμος τοῖς μετὰ ταῦτα γεγενημένοις. προελθών γάρ τις ἐς D ὃ μέσον οἰκέτης, παρ' Ετοιμοκλέους ἥκειν λέγων τ Στωϊκοῦ, γραμματίδιόν τι ἔχων, κελεῦσαι οἱ ἔφη τὸν δεσπότην ἐν τῷ κοινῷ ἀναγνόντα, εἰς ἐπήκοον ἅπασιν ὀπίσω αὖθις ἀπαλλάττεσθαι. ἐφέντος οὖν τ Αεισαγνέτου, προσελθὼν πρὸς τὸν λύχνον, ἀνεγίγνωσκεν. ΦΙΛΩΝ. ἦ που, ὦ Λυχῖνε, τῆς νύμφης ἐγκώμιον, ἢ ὀπιθαλάμιον, οἷα πολλὰ ποιοῦσιν; ΛΥΚΙΝΟΣ. ἀμέλει καὶ ἡμεῖς τοιοῦτόν τι φήθημεν· ἀλλ' ἀσὶ ἐγγὺς ἦν τούτου· ἐπεγέγραπτο γὰρ, Ετοιμοκλῆς φιλόσοφος, Αεισαγνέτῳ.

Ὅπως μὲν ἔχω πρὸς δεῖπνα, ὁ πρέσβυς μου βίος ἅπας μάρτυς ἂν γένοιτο· ὃς γε ὁσημέραι πολλῶν ἐνοχλουμένων, καὶ πολὺ σοῦ πλουσιωτέρων, ὅμως οὐδέ πώποτε φέρων ἐμαυτὸν, ἐπέδωκα, εἰδὼς ὅτι τοῖς συμποσίοις θορύβους, καὶ παρανίας. ὅτι σοῦ δὲ μόνου εἰκότως ἀγανακτῆσαί μοι δοκῶ, ὃς τοσοῦτον χρόνον ἐμοῦ λιπαρῶς περιεσπουδασμένος, οὐκ ἠξίωσας συναριθμῆσαι καὶ μὲ τοῖς ἄλλοις φίλοις, ἀλλὰ μόνος ἐγὼ σοι ἄμοιρος, καὶ τούτου, ἐν γείτοσιν οἰκῶν. αἰσθάνομαι οὖν ὅτι σοὶ ὃ πλέον, ὅπως ἀχαρίστῳ φανείπ· ἐμοὶ γὰρ ἡ δυσαρμοσία, οὐκ ἐν ὕσῳ ἀχρίᾳ μοίρᾳ, ἢ λαγῷ, ἢ πλακοῦντι, ἃ πρὸς ἄλλοις ἀφθόνως ἀπολαύω τε καὶ ἀπονέμω εἰδόσιν, ἐπεὶ καὶ τὴμεσην τοῦδε τοῦ μαθητοῦ Παμμένους δεῖπνον πολυτελὲς, ὡς φασι, δειπνοῦντος δυσάρμοστος, οὐκ ἐπῆλθον, ἱκετεύοντι, σοὶ ἐκόντος ἐμαυτὸν φυλάττων. σὺ δὲ ἡμᾶς τοσούτους, ἄλλως θυσίας, εἰκότως· οὔπω γὰρ δυνάσαι διακρίνειν τὸ βέλτιον, οὐδὲ πῃ καταληπτικὴν φαντασίαν ἔχεις. ἀλλ' οἶδα ὅθεν μοι τοῦτα, τοῦδε τῶν θαυμαστῶν σου φιλοσόφων, Ζηνοθέμιδος καὶ Λαβυρίνθου, ὧν (ἀπείη δὲ καὶ ἡ ἀδρᾳστία) συλλογισμῷ ἑνὶ ἀποφράξαι ἂν μοι τάχιστα δοκῶ τὰ στόματα. ἢ εἰπάτω τις αὐτῶν, τί ἐστι φιλοσοφία· ἢ τὰ τοιαῦτα τοῦτα, τί διαφέρῃ ἕξεως ἕξεως, ἵνα μὴ τῶν ἀπόρων εἴπω, τί κεφαλίναι, ἢ σωρείτῃ, ἢ θερίζοντα λόγον. ἀλλὰ σὺ μὲν ὄναιο αὐτῶν. ἐγὼ δὲ ὡς ἂν μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν ἡγούμενος εἶναι, οἵῳ ῥᾳδίως τῇ ἀτιμίᾳ. καίτοι ὅπως μὴ ἐς ἐκεῖνο ἔχῃς καταφυγὴν τῇ ἀπολογίᾳ ὕστερον, ὅτι καθεύδων λέγων ἐν τοσούτῳ θορύβῳ, τοιούτῳ σχήματι, δίς σε τὴμεσην τοιοῦτος ἐπῆλθον, καὶ ἐώλεν ὅτι τὸ οἰκίης, τοῦ ἐν ᾧ διακείῃ θύοντα ὕστερον. τοῦτα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολελόγημαι. εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, ὃ κῦ τὸν Οἰνέα ἐνόησον. ὄψει γὰρ καὶ τῇ Ἀρτέμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνῳ αὐτῷ ὁ πρέλασεν ἐκ τοῦ ὅτι τῇ θυσίαν, τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐστίν. φησὶ δὲ ποὺ αὐτῶν Ὁμηρος ὦδέπως·

A Quàm non mouear conuiuiis, omnis anteacta vita mea fuerit testis, qui quidem cùm quotidie mihi complures ea causſa molesti sint, te multo ditiores, tamen haud vnquam illis morem gessi: perpendens nimirum, quantum sit in eiusmodi compotationibus tumultus, quantum licentiæ petulantiæque: verùm aduersus vnum te mihi videor meo iure stomachatus, qui tantum temporis à me officiosissimè cultus & obseruatus, tamen indignum habueris, quem vel inter reliquos amicos tuos numerares, sed solum ex omnibus præterieris, idque cùm vicinus essem. Proinde tua causſa magis discruB cior, qui quidem te tam ingratum præbueris. Nàm ipse felicitatem nequaquã in hoc statuo, si quis mihi impartiat vel suem syluestrem, vel leporem, vel placentam: quæ mihi affatim contingunt apud alios, qui officia norunt: quandoquidem etiam hodie quum apud discipulũ Pammenem cœnare mihi licuerit opiparam (vt vocant) cœnam, non annuã tamẽ vehementer obsecrãti, tibi scilicet demens ego memetipsum reseruans. At tu nobis præteritis, alios accipis conuiuio. Idque meritò facis: neque enim vllo modo potes quid sit rectius, dignoscere, nec apprehensiuam illam phantasiam habes. Cæterùm haud sum nescius vnde mihi ista sint C profecta: nempe ab egregiis istis philosophis tuis Zenothemide ac Labyrintho: quibus equidem (absit inuidia dicto) vel vnico syllogismo mihi videor os protinus obturare posse. Alioqui respondeat istorum aliquis, quid sit philosophia, aut hęc quæ inter elementa traduntur, quid habitio differat ab habitu: vt ne quid interim de perplexis illis rogationibus proponam, quid sit syllogismus cornutus, quid acerualis, quid metens. Verùm tu quidem istis fruaris licet. Nam ego qui D solum in bonis ducã quod sit honestum, facilè tulero cõtumeliam. Atqui ne possis posthac ad istam excusationem confugere, vt dicas te mei oblitum fuisse, nimirum in tanto rerum strepitu, tantisque occupationibus: bis te hodie sum allocutus, primùm mane domi tuæ, deinde rursum in Castoris ac Pollucis templo rem diuinam facientem. Ac his quidem de rebus hæc responderim. Quòd si tibi videor cœnæ gratia succẽsere, quid Oeneo acciderit cogitato. Videbis nimirum ipsam etiam Dianam indignãtem quòd ille se solã non adhibuerit ad sacrificium, cũ reliquos deos omneis acciperet cõuiuio. Nã hac de re sic alicubi meminit Homerus:

*Seu quia non norat, ſeu non ſuccurrerat illi:*
*Acriter eſt offenſa tamen.*

Item Euripides:

*Calydon quidem hæc Pelopeÿ regio ſoli:*
*Qua parte ſæuum ſpectat aduerſa fretum,*
*Agros habens tum diuites, tum fertiles.*

Rurſum Sophocles:

*Immanis apri triſte monſtrum in Oenei*
*Immiſit agros gnata Latonæ dea*
*Docta eminus miſſis ferire ſpiculis.*

Hæc tibi è plurimis pauca citaui, vt intelligeres cuiuſmodi præterito viro Diphilum ad cœnam adhibeas, cui & ipſi filium commiſeris tuum. Idque rectè. Eſt enim iucundus adoleſcenti, & ita cum eo viuit, vt placeat, atque obſequatur: atque adeò ni mihi turpe dictu fuerat, addidiſſem & aliud quiddam: quod quidem tu, ſi libebit, è Zopyro eius pædagogo verum eſſe cognoſces. Verùm nõ conuenit obturbare in nuptiis, neque accuſare quenquam: præſertim criminibus vſque adeò fœdis ac pudendis. Tametſi Diphilus dignus in quem facerem, quippe qui duos iam diſcipulos à me retraxerit: ego tamen ipſius philoſophiæ cauſſa reticebo. Porrò famulo huic mandaui, vti ſi quam partem dare velles vel apri, vel cerui, vel placentæ, mihi deportandã, vt iſthoc pacto te mihi de cœna purgares, ne reciperet, ne ad hoc ipſum à nobis miſſus fuiſſe videatur. Hæc, amice, quum legerentur, ſudor interim vtique mihi manabat præ pudore, ſimúlque iam illud quod vulgo dici ſolitum eſt, optabam, vt terra mihi dehiſceret, quum viderem eos qui præſentes aderant, ad ſingulas epiſtolæ partes inter ſe ridentes, potiſſimùm autem hos qui nouerant Etœmoclem, virum canum, tantúmque ſeueritatis præ ſe ferentem. Admirabantur igitur, quòd eiuſmodi vir eſſet, hactenus fugiſſe ſeſe. barba videlicet ac vultus auſteritate deceptos. Cæterùm Ariſtænetus mihi quidem haud videbatur hominẽ contemptu negligentiáve præteriiſſe, verũ quòd deſperaſſet, ſi fuiſſet inuitatus, vnquam adduci poſſe vt annueret, vtque ad eiuſmodi res ſe morigerum præberet: eoque ne tentandũ quidem eſſe putaſſe. Ergo poſteaquam puer iam legere deſiiſſet, vniuerſum cõuiuium in Diphilum ac Zenonẽ torquebant oculos, quòd hi iam metu trepidi ſederent, ac pallidi, ipſáque vultus inconſtantia ac perplexitate crimen agnoſcẽtes ab Etœmocle intentum.

Η λάθετ', ἢ οὐκ ἐδόκουν, ἀάσατο δ' μέγα θυμῷ.

καὶ Εὐριπίδης·

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα Πελοπίας ἄνακτος,
Ἐν αἰπὶ πόρθμοις πεδί' ἔχουσα λίμνας.

καὶ Σοφοκλῆς·

Συὸς μέγιστον χθὼν ἔπεμψ' Οἰνέως γύας,
Ἄνηκε Λητῶς παῖς ἑκηβόλος θεά.

Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα προθέμην, ὅπως μάθῃς οἷ ἄνδρα προσλαμβάνων, Δίφιλον ἑστιᾷς, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῷ προσδέδωκας, εἰκότως. ἡδὺς γάρ ἐστι τῇ μειρακίᾳ, καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ συνέστηκεν. εἰ δὲ μὴ αἰσχρὸν ἦν ἐμὲ λέγειν τὰ τοιαῦτα, καὶ αὖ τι προσέθηκα, ὃ σὺ εἰ θέλοις, προσδὲ Ζωπύρου τοῦ παιδαγωγοῦ αὐτοῦ μάθοις ἄν, ἀληθὲς ὄν. Ἀλλ' ὁ χρὴ παραπλὴν ἐν γάμοις, οὐδὲ λοιδορεῖσθαι ἄλλοις, καὶ μάλιστα ἐφ' οἷσπερ αἰσχρᾶς αἰτίας. καὶ γὰρ εἰ Δίφιλος ἄξιος δύο ἤδη μαθητὰς μου ἀποστάσας, ἀλλ' ἔγωγε φιλοσοφίας αὐτῆς ἕνεκα σιωπήσομαι. προσέταξα δ' τῷ οἰκέτῃ τούτῳ, ἵνα δίδως αὐτῷ μεῖόν τινα ἢ συός, ἢ ἐλάφου, ἢ σησαμοῦντος, ὡς ἐμοὶ δοκοίμισθε, καὶ αὐτὸ τοῦ δείπνου ἀπολογία γένοιτο, μὴ λαβεῖν, μὴ καὶ δόξωμεν ὅτι τούτῳ πεπομφέναι. Τούτων, ὦ ἑταῖρε, διαγινωσκομένων μεταξύ, ἱδρὼς τέ μοι προσεῖχετο ὑπ' αἰδοῦς· καὶ τοῦτο δὴ τοῦ λόγου, χαίρειν μοι τὸν γλῶ ἡγοῦμαι, ὁρῶν τοὺς παρόντας γελῶντας ἐφ' ἑκάστῳ, καὶ μάλιστα ὅσοι ἠδεσθεν τὸν Ἐτοιμοκλέα, πολιὸν αἰθέρα, καὶ σεμνὸν εἰς δοκοῦντα· ἐθαύμαζον οὖν οἷος ὢν διαλάθοι αὐτοὺς, ἐξαπατῶν τὸν πώγωνι, καὶ τῇ τοῦ προσώπου σκυθρωπότητι. ὁ γοῦν Ἀριστάινετος, ἐδόκει μοι οὐκ ἀμελείᾳ παριδεῖν αὐτὸν, ἀλλ' οὔποτ' ἂν ἐλπίσας κληθέντα ὀπτεύσαι, οὐδ' ἂν ἐπιτρέψαι ἑαυτὸν τοιούτῳ τινί· ὥστε οὐδὲ τὸν ἀρχὸν πειρᾶσθαι ἄξιον. ἐπεὶ δ' οὕτω ἐπαύσατό ποτε ὁ οἰκέτης διαγινώσκων, ὃ μὲν συμπόσιον ἅπαν εἰς τοὺς ἀμφὶ τὸν Ζώσωνα καὶ Δίφιλον ἀπέβλεπε, δεδοικότας, καὶ ὠχριῶντας, καὶ τῇ ἀπορίᾳ τῶν προσώπων ἐπαληθεύοντας τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐτοιμοκλέους κατηγορηθέντα.

ὁ Αειςαίνετος δὲ ἐτεταράχητο, καὶ θορύβου μεστὸς ἦν. ἐκέλευε δ' ὅμως πίνειν ἡμᾶς, ὡς ἐπειρᾶτο διαβεβαιοῦσθαι ὁ γεγονὼς, ἐπομειδιῶν ἅμα, καὶ τὸν οἰκέτην ἀπέπεμψεν, εἰπὼν ὅτι διαμελήσεται τούτων. μετ' ὀλίγον δὲ καὶ ὁ Ζηνὼν ἐξανέστη φανερῶς, τῷ παιδαγωγῷ νουθετήσαντος ἀπαλλάττεσθαι, ὡς κεκελεύσθαι τῷ πατρός. ὁ Κλεόδημος δὲ, καὶ πάλαι τινὸς ἀφορμῆς δεόμενος (ἐβούλετο γὰρ συμπλακῆναι τοῖς Στωϊκοῖς, καὶ διερρήγνυτο, οὐκ ἔχων ἀρχὴν διὰ λόγου) τότε οὖν ὁ εὐδόκιμον ἀναλαβοῦσης τῆς ἐπιστολῆς, Τοιαῦτα, ἔφη, διεργάζεται ὁ καλὸς Χρύσιππος, καὶ Ζηνὼν ὁ θαυμαστὸς, καὶ Κλεανθης, ῥηματία δυςτλητα, καὶ ἐρωτήσεις μόνον, καὶ σκήματα φιλοσόφων, τὰ δ' ἄλλα, Ετοιμοκλεῖς οἱ πλεῖστοι. καὶ αἱ ἐπιστολαὶ ὁρᾶτε ὅπως σφοδρύπτικαί, καὶ ὁ τελευταῖον, Οἰνεὺς μὲν Αειςαίνετος, Ετοιμοκλῆς δὲ, Αρτεμις. Ηρακλῆς, εὔφημα πάντα, καὶ ἑορτῆ πρέποντα. νὴ Δί', εἶπεν ὁ Ερμων ὑποκαταπεπλεγμένος· ἠκηκόειν γὰρ, οἶμαι, ὦ τίνα ἐσκευάσθαι Αειςαινέτῳ ἐς ὁ δεῖπνον, ὥστε οὐκ ἀγνοεῖν ᾤετο μεμνῆσθαι τοῦ Καλυδωνίου· ἀλλὰ σπεῖσαι ἑστίας, ὦ Αειςαίνετε, πέμπε ὡς τάχιστα τὴν ἀπαρχῶν, μὴ καὶ φθάσῃ ὁ σφοδρύπτης ὑπὸ λιμοῦ, ὥσπερ ὁ Μελέαγρος ἀπομαρανθείς· κἀμοὶ σοῦδεν αὐ πάλαι δεινόν· ἀδιάφορα γὰρ ὁ Χρύσιππος τὰ τοιαῦτα ἡγεῖτο εἶναι. Χρυσίππου γὰρ μέμνησθε ὑμεῖς (ἔφη ὁ Ζηνόθεμις, ἐπεγείρας ἑαυτὸν, καὶ φθεγξάμενος παμμέγεθες) ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἐνόμιζε φιλοσοφοῦντος Ετοιμοκλέους τοῦ γήτους, μεταστῆσαι τὸν Κλεανθην, καὶ Ζήνωνα, σφοῦς αὐθρας; οἵ τινες δὲ καὶ ὄντες, ὑμεῖς ἐρᾶτε ταῦτα; ἃ σὺ μὲν τῷ Διοσκούρων ἤδη, ὦ Ερμων, τοῖς πλοκάμοις ἐπιχειρήσας, χρυσοῖς ὄντας; καὶ δώσῃς δίκην, ἀναδοθεὶς τῷ δημίῳ; σὺ δὲ τὴν Σωφράτου γυναῖκα τοῦ μαθητοῦ ἐμοίχευες, ὦ Κλεόδημε, καὶ καταληφθεὶς, τὰ ἄγχιστα ἔπαθες; ἃ σιωπήσεσθε οὖν ταῦτα συνεπισάμενοι αὐτοῖς; ἀλλ' ἃ μαστρωπὸς ἐγὼ τῆς ἐμαυτοῦ γυναικὸς, ἦν δ' ὃς ὁ Κλεόδημος, ὥσπερ σύ·

A Porrò Aristænetus quanquam esset sanè perturbatus, vehementérque consternatus animo, tamen nos iubebat bibere, conans nimirum id quod euenerat, commodè vertere: subridens interim: ac puerum quidem redire iussit, respondens ea sibi curæ fore. Paulo autem pòst surgens & Zeno clanculum sese abduxit è conuiuio, submonitus à pædagogo, vt discederet, innuente, idque tanquam patris iussu. Ibi verò Cleodemus, qui iamdudum occasionem quæritabat (nam gestiebat omnino cum Stoicis conflictari, verùm dirumpebatur quòd non reperiret caussam ad id B satis idoneam) tum igitur ansam præbente epistola, Huiusmodi, inquit, facit egregius ille Chrysippus, & Zenon ille mirabilis, neque non Cleanthes, verbula misera, neque quicquam præter rogatiunculas, & vmbras duntaxat philosophorum: cæterùm Etœmocles sunt plerique omnes. Videtis quàm & ipsæ epistolæ graues sint ac seniles. Postremò Aristænetus hic Oeneus est, Etœmocles Diana. Dij boni, quàm bene auspicata omnia, quámque congrua celebrandæ festiuitati! Ita per Iouem, inquit Hermon, supra hunc accumbens: C inaudierat autem, vt opinor, aprum quendam Aristæneto paratum, vt in conuiuio proponeretur, eóque putabat non intempestiuè factam mentionem apri illius Calydonij: ar per Lares, Aristænete, fac quamprimum sacri partem mittas, ne senex interim ille fame pereat, tanquam Meleager tabefactus. Tametsi nihil queat acerbum accidere, quandoquidem Chrysippus hæc indifferentia censet esse. Itáne vos Chrysippum nominatis? inquit Zenothemis, erigens sese, maximáque voce intonans: An ex vno homine, qui non legitimè philosophiam exerceat, nempe præstigiatore isto Etœmocle, Cleanthem ac Zenonem metimini, viros sapientes? At qui tandem estis ipsi vos, qui hæc dicitis? an non tu Hermon Castoris & Pollucis cæsariem, quam habebant auream, circumtondisti? Cuius quidem facti pœnam dabis carnifici traditus; Tu porrò Cleodeme, nónne Sostrati discipuli tui vxorem stuprasti? Nónne in adulterio eo deprehensus, nefandissima passus es? An non igitur silebitis, cùm huiusmodi dedecorum vobis sitis conscij? Atqui non sum meæ ipsius vxoris leno, Cleodemus inquit, quemadmodum tu:

neque discipuli diuersantis apud me viaticum sustuli quod is deposuerat, eóque facto rapuisse me per Palladem deierans abnegaui: neque quaternis drachmis fœnero, neque discipulos obtorto collo in vincula duco, nisi in tempore mercedem persoluerint. Verùm illud, inquit Zenothemis, haudquaquã possis inficias ire, te Critoni venenum quo patrem necaret, ministrasse. Atque interea fortè bibebat: quicquid autem erat in calice reliquum (erat autem fermè semiplenus) in duos illos profundebat. Porrò cõspersus est pariter & Ion, idque præmij tulit, quòd illis vicinus accumberet, alioqui eo malo nõ indignus. Hermõ igitur demisso vertice merum è capite abstergebat, eos interim qui præsentes erãt, atte stans, quòd id genus cõtumelijs esset affectus. Cleodemus autem cùm non haberet calicem, inuadens primùm conspuebat Zenothemin: deinde læua comprehensum à barba, plagam in tempus erat illisurus, ac senẽ fortasse necasset, ni Aristęnetus dextrã sublatam retinuisset. Is mox transcenso Zenothemide, inter vtrunque medius assedit, vt eo veluti muro dirẽpti, pacem inter ipsos agerent. Hæc igitur dum gerebãtur, Philon, equidem varia meo cũ animo voluebam. Primùm illud statim occurrebat, nullũ esse operępretium, si quis disciplinas perdiscat, ni simul & vitæ rationes ad id quod est optimum, accommodet atque componat: cùm viderem illos qui verbis alios antecellerent, quàm factis ipsis sese ridiculos exhiberẽt. Deinde & illud veniebat in mentem, ne fortè verum esset quod vulgò plerique dictitarent, videlicet eruditionem à recta ratione boníque institutis abducere istos, qui solos libros spectarent, quique solicitudine curáque quam illi afferrent, perpetuò tenerentur: quandoquidem quum ibi tam multi præsẽtes essent philosophi, ne casu quidem vllum erat cernere à peccando immunem: verùm alij faciebant turpia, alij dicebant turpiora. Neq; enim iam poteram eorum quæ fiebant culpam vino auctori imputarę, mecum reputans cuiusmodi essent quæ Etœmocles neque cibo neque potu etiamdum gustato scripserat. Ita rerum vices prępostera atque inuersæ videbantur: siquidem vidisses idiotas illos summa cum modestia conuiuium agitantes, neque vino petulantes, neque indecorè sese gerentes: at ridebant duntaxat, & iam damnabant eos opinor quos dudum suspexerant, ex habitu iudicãtes eos alicuius esse pretij.

*Quomodo & quatenus philosophandũ sit.*

A οὐδὲ τῦ ξένυ μαθητῦ λαβεῖν τὸ φίδιον παρακαταθήκης, ἔπειτα ὀμόσαι κὴ τῆς Πολιάδος μὴ εἰληφέναι, ἀλλ' ὅτι τεττάρσι δραχμαῖς δανείζω, οὐδὲ ἄλλῳ τοὺς μαθητὰς, ἐὰν μὴ κὴ χρεῶν ἀποδῶσι τοῖς μαθοῦσι. Ἀλλ' ὀκνῶ, ἔφη ὁ Ζηνόθεμις, οὐκ ἂν ἐξαρκέσειεν μὴ ὅτι φάρμακον ἀποδεδόσθαι Κρίτωνι ὅτι τὸν πατέρα· κὴ ἅμα ἔτυχε πίνων, κὴ ὁπόσον ἐπὶ λοιπὸν ἐν τῇ κύλικι ἦν, ἡμίσυ μέθυ, κατεσκέδασεν αὐτῶν. ἀπέλαυσε δὲ κὴ ὁ Ἴων τῆς γνησιότητος, οὐκ ἀπάξιος ὤν. ὁ μὲν οὖν Ἑρμῶν ὑποξύετο ἐκ τῆς κεφαλῆς τὸν ἄκρατον, περιενθυκώς, κὴ πρὸς παρόντας ἐμβρυτύρετο, οἷα ἐπεπόνθει. ὁ Κλεόδημος δὲ (οὐ γὰρ εἶχε κύλικα) ὀπισθαφεὶς, περιέσπασέ τε τὸν Ζηνόθεμιν, κὴ τῇ ἀριστερᾷ τῦ πώγωνος λαβόμενος, ἔμελλε παίσειν κὴ κόρυμβος· κὴ ἀπέκτεινεν αὐτὸν γέροντα, εἰ μὴ Ἀριστάνετος ἐπέσχε τὴν χεῖρα, κὴ ὑπορθὰς τὸν Ζηνόθεμιν, ἐς τὸ μέσον αὐτῶν κατεκλίθη, ὡς ἀφαιρήσων, ὑπὸ ἀφαιτειχίσματι αὐτῷ εἰρωνίαν ἄγοντες. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, ποικίλα, ὦ Φίλων, ἐγὼ κατ' ἐμαυτὸν ἐνενόουν, B C τὸ πρόχειρον ἐκρίνον, ὡς οὐδὲν ὄφελος εἴη ἄρα ὁπίσω τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα κὴ τὸν βίον ῥυθμίζοι πρὸς τὸ βέλτιον. ἐκείνους γοῦν πρεσπους ὄντας ἐν τοῖς λόγοις, ἑώρων γέλωτα ὅτι πολὺ τῶν πραγμάτων ὀφλισκάνοντας· ἔπειτα δὲ εἰσήει με, μὴ ἄρα ὃ ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον ἀληθὲς ἦ, κὴ ὃ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγῃ τ' ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία, κὴ ταῖς ἐν ἐκείνοις φροντίσι συνεχὲς ἀφορῶντας. τοσούτων γοῦν φιλοσόφων παρόντων, οὐδὲ κὴ τύχοι ἕνα τινὰ ἔξω ἁμαρτήματος εἶναι· D ἀλλ' οἱ μὲν ἐποίουν αἰσχρὰ, οἱ δ' ἔλεγον αἰσχίω. οὐδὲ γὰρ εἰς τὸν οἶνον ἔτι αἰτιᾶσθαι εἶχον τὰ γινόμενα, λογιζόμενος οἷα ὁ Ἐτοιμοκλῆς ἄσιτος ἔτι κὴ ἄποτος ἐγεγράφει. ἀνέστρεφον δ' οὖν τὸ πρᾶγμα. κὴ οἱ μὲν ἰδιῶται, κοσμίως πάνυ ἐστιώμενοι, ὅτε παροινοῦντες, ὅτε ἀγημονοῦντες ἐφαίνοντο, ἀλλ' ἐγέλων μόνον, κὴ κατεγίνωσκον αὐτῶν, οἶμαι, οὐδὲ ἐθαύμαζον, οἱόμενοί τινας εἶ) ἀπὸ τῶν σχημάτων.

οἱ σοφοὶ δὲ ἠσέλγαινον, καὶ ἐλοιδορῶντο, καὶ ἀφρενεπίμπλαντο, καὶ ἐκεκράγεσαν, καὶ εἰς χεῖρας ἤεσαν. ὁ θαυμάσιος δὲ Ἀλκιδάμας, καὶ ἐνόρει ἐν ταῖς μέσῳ, οὐκ αἰδούμενος τὰς γυναῖκας. καὶ ἐμοὶ ἐδόκει ὡς ἂν ἄλλοτέ τις εἰκάσειεν, ὁμοιότατα εἶναι τὰ ἐν συμποσίῳ, οἷς περὶ τῆς Ἔριδος οἱ ποιηταὶ λέγουσιν. οὐ γὰρ κληθεῖσαν αὐτὴν ἐς τὸν Πηλέως τὸν γάμον, ῥῖψαι δὲ μῆλον εἰς τὸ συνδεῖπνον, ἀφ' οὗ τοσοῦτον πόλεμον ἐπ' Ἰλίῳ γενέσθαι. καὶ ὁ Ἐτοιμοκλῆς τοίνυν ἐδόκει μοι τὴν ὑποτολὴν ἐμβαλὼν εἰς τὸ μέσον, ὡσπερ τι μῆλον, οὐ μείω τῆς Ἰλιάδος κακὰ ἐξεργάσασθαι. οὐ γὰρ ἐπαύσαντο οἱ ἀμφὶ τὸν Ζηνόθεμιν καὶ Κλεόδημον φιλονεικοῦντες, ἐπεὶ μέσος αὐτοῖν ὁ Ἀριστήνετος ἐγίγνετο. Ἀλλὰ νῦν μέν, ἔφη ὁ Κλεόδημος, ἰκανόν, εἰ ἐλεγχθέντες ἀμαθεῖς ὄντες· αὔριον δὲ ἀμυνοῦμεν ὑμᾶς ὅν τινα καὶ χρὴ τρόπον. ἀπόκριναί μοι, ὦ Ζηνόθεμι, ἢ σύ, ἢ ὁ κοσμιώτατος Δίφιλος, καθ' ὅ, τι ἀδελφοῖν εἶναι λέγοντες τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν, οὐδὲν ἄλλ' ἢ τοῦτο ἐξ ἁπάντων σκοπεῖτε, ὡς πλείω κτήσασθε, καὶ ἀφ' οὗτο ἀμφὶ τοὺς πλουσίους ἀεὶ ἴστε, καὶ δανείζετε, καὶ τοκογλυφεῖτε, ἢ ὅτι μισθῷ παιδεύετε, πάλιν αὖ τὴν ἡδονὴν μισοῦντες, καὶ τῶν Ἐπικουρείων κατηγορεῖτε, αὐλοὶ τὰ ἀγάλματα ἡδονῆς ἕνεκα ποιεῖτε, καὶ πάσχετε, ἀγανακτοῦντες εἴ τις μὴ καλέσειεν ὅτι δεῖπνον. εἰ δὲ καὶ κληθείητε, τοσαῦτα μὲν ἐσθίοντες φυσιοῦσθε, τοσαῦτα δὲ τοῖς οἰκέταις ὑποδιδόντες. καὶ ἅμα λέγων, τὴν ὀθόνιον περιασπᾶν ἐπεχείρει, ἵν' ὁ παῖς εἶχε τῆς Ζηνοθέμιδος, μεστὴν οὖσαν πολυτελῶν βρωμάτων, καὶ ἔμελλε λύσας αὐτὴν μὲν ἀποῤῥίπτειν αὐτὰ ἐς τὸ ἔδαφος, ἀλλ' ὁ παῖς οὐκ εἴασε, κρατερῶς ἀντεχόμενος. καὶ ὁ Ἑρμῶν, Εὖγε, ἔφη, ὦ Κλεόδημε, εἰ πάντωσθ' ὅ τινος ἕνεκα ἡδονῆς κατηγορεῖσιν, αὐτοὶ ἥδεσθαι πρὸ τοῖς ἄλλοις ἀξιοῦντες. Οὐκ, ἀλλὰ σύ, ἦσθ' ὃς ὁ Ζηνόθεμις, εἰπέ, ὦ Κλεόδημε, καθ' ὅ, τι οὐκ ἀδελφοῖν ἡγῇ τὸν πλοῦτον. Οὐμὸν μὲν, ἀλλὰ σύ. ἢ ὅτι πολὺ τὸ τοιοῦτον ἐῶ, ἄγει δή ὁ Ἰων περιπλάσας ἐς τὸ ἐμφανέστερον, Παύσασθε, ἔφη·

Cõtrà ſapientes illi, & in libidinem ferebantur, & cõuitiis certabãt, & ſupra modum ſeſe potu cibíſq; explebãt: poſtremò vociferabãtur, & ad manus vſque conſerendas rapiebantur. Cęterùm admirãdus ille Alcidamas, etiam meiebat ſub oculis omniũ nihil reueritus fœminas. Ac mihi quidẽ ſi quis hæc quæ in eo conuiuio gerebantur, rectiſſimè voluiſſet conferre, ſimillima videbantur iis quæ de Eride dea poëtæ fabulãtur: nempe hanc, quòd non eſſet ad Pelei nuptias aduocata, malum in medium cõuiuium abieciſſe, ex quo tam ingens apud Troiam bellum fuerit ortum. Itidem Etœmocles mihi viſus eſt epiſtola illa quaſi malo quopiam in medium proiecta, non minus malorum quàm Ilias habebat, excitaſſe. Neque enim finem contentionis faciebant Zenothemis ac Cleodemus: quanquam medius inter vtrunque interceſſerat Ariſtęnetus. Age, inquit Cleodemus, impręſentiarum quidem ſat eſt ſi literas neſcire conuincamini: ſed craſtino die vos vlciſcar quibus conueniet modis. Reſponde mihi Zenothemi, vel tu, vel elegantiſſimus iſte Diphilus, qua tandem gratia pecuniæ poſſeſſionem inter differentia ponendam eſſe cenſetis, cùm ex omnibus nil aliud expectetis, quàm vt ipſi quãplurimum pecuniæ poſſideatis, atque ob id cauſſæ ſemper apud diuites hæretis, fœneratis, atque vſuris incumbitis, neque non mercede docetis? Rurſum cur voluptatem deteſtemini, atque hac de cauſſa Epicureos in ius vocetis: cùm ipſi voluptatis gratia, turpiſſima tum facitis, tum patimini: indignè ferentes ſi quis vos non vocarit ad cœnam: rurſum ſi vocemini, non ſat eſt tantum vorare vt cibo turgeatis, niſi & famulis tantum donetis? Atque hæc cùm diceret, pariter & linteum reuellere conatus eſt quod Zenothemidis puer tenebat, omni carnium genere refertum: planéque futurum erat, vt apertum illud ac ſolutum medium in ſolum abiiceret, niſi quia puer non omittel at è manibus, gnauiter aduerſus trahentem retinens. Hìc Hermon: Euge Cleodeme, reſpondeant qua gratia damnent voluptatem, cùm ipſi ſupra cæteros omneis ſtudeant voluptati. Quin magis, inquit Zenothemis, tu Cleodeme reſpondeto quamobrem diuitias inter indifferentia numeres. Imò tu potiùs. Atque hunc ad modum diutius eſt altercatum, donec Ion capite tãdem in apertum prolato, Deſiſtite, inquit:

Ego, ſi libet, ſermonum argumenta proponam in medium, conuiuio nuptiiſque digna. Vos porrò citra contentionem viciſſim & dicite, & auſcultate: quēadmodum & apud Platonem noſtrum alternis dicēdi vicibus res vt plurimùm agitatur. Id dictum probabant cùm omnes qui aderant, tum in primis Ariſtænetus atque Eucritus, nimirum in ſpem erecti fore vt eo pacto ab odioſis illis contentionibus diſcedi poſſet. Et Ariſtænetus priorem in locum ſeſe recepit, iam partam eſſe pacē ratus. Iámque nobis inferebatur ea cōuiuij pars, abſolutam cœnam vocant, ſingulæ ſingulis aues, carnes aprugnæ, pulpa leporina, piſcis Tagenicus, placentæ: breuiter illa, quæcunque liberum eſt ſeu velis. in aluum condere, ſeu domum aſportare malis. Apponebatur igitur nō ſua cuique quadrula, verùm Ariſtæneto atq; Eucrito eadem in parte menſæ vna ambobus cōmunis, ita vt de ſua vtrique parte quæ ſe ſpectaret, eſſet edendū, aut tollendum. Deinde altera Zenothemidi Stoico & Hermoni Epicureo, & his item inter ipſos communis. Deinceps Cleodemo atque Ioni. Poſt hos ſponſo ac mihi. Porrò Diphilo duorum pars appoſita, propterea quòd Zeno iam diſceſſerat. Hæc facito Philon vti memoria teneas: nam paulo pòſt ad intellectū narrationis erunt vſui. PHIL. Meminerò ſanè. LVC. Tum Ion: Primus igitur exordiar, inquit, ſi quidem videtur. Deinde vbi pauliſper interſiluiſſet, Conueniebat, inquit, fortaſſis, vt apud eiuſmodi viros de ideis, atque incorporeis ſubſtātiis, déque animi immortalitate ſermo haberetur: verùm ne mihi contradicāt ij qui diuerſam philoſophiæ ſectam ſequuntur, de nuptiis dicā ea quæ congruūt. Atque illud quidem optimum fuerat futurum, ſi nuptiis opus non haberemus, ſed Platonis ac Socratis dogma ſecuti, à fœminarum commercio nos penitus abdicaremus. Etenim qui ita feciſſēt, ij demum ad abſolutam illam virtutem pertingere potuiſſent. Quòd ſi viris omnino ducendæ ſint vxores, vt eas iuxta Platonicam ſententiam inter ſe cōmunes habeant, videlicet quò zelotypia vacemus. Hęc cùm eſſent riſu excepta, vt quę nimis intempeſtiuè dicerentur, tum Dionyſodorus: Non tu deſines, inquit, barbarica iſta nobis occinere? Nam vbi zelotypiam iſtā reperias, aut apud quem? At tu etiam hiſcere audes, inquit, ſterquilinium? Ad hæc Dionyſodorus opinor iam erat conuicia quę conueniebat, regeſturus,

A ἐγὼ γάρ, εἰ δοκεῖ, λόγων ἀφορμὰς ὑμῖν ἀξίων τῆς παρούσης ἑορτῆς καταθήσω εἰς τὸ μέσον. ὑμεῖς δὲ ἀφιλονείκως ἔρξτε, καὶ ἀκούσεσθε ὡς τάχ' ἀμέλει καὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ Πλάτωνι ἐν λόγοις ἡ πλείστη διατριβὴ ἐγένετο. πάντες ἐπῄνεσαν οἱ παρόντες, καὶ μάλιστα οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀρισταίνετόν τε καὶ Εὔκριτον, ἀπαλλάξασθαι τῆς ἀνδίας ὕτω γοῦν ἐλπίσαντες. καὶ μετῆλθέ τε ὁ Ἀρισταίνετος ὅπῃ τὸν αὐτοῦ τόπον, εἰρωνίᾳ γεγηθὼς ἐλπίσας. καὶ ἅμα εἰσεκομίζετο ἡμῖν ὃ σύνταλες ὀνομαζόμενον δεῖπνον, μία ὄρνις ἑκάστῳ,

B καὶ κρέας ὗς, καὶ λαγῶα, καὶ ἰχθὺς ὁκταγλώου, καὶ σησαμοειδῶτες, καὶ ὅσα σύντρατεῖν, καὶ ἐξιὸν ἀποφέρεσθαι ἔσωθεν. παρέκειτο δὲ οὐχ ἓν ἑκάστῳ πινάκιον, ἀλλ' Ἀρισταινέτῳ μὲν καὶ Εὐκρίτῳ, ὅτι μιᾶς τραπέζης κοινὸν, καὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ, ἑκάτερον ἐχρῆν λαβεῖν· Ζηνοθέμιδι δὲ τῷ Στωϊκῷ καὶ Ἕρμωνι τῷ Ἐπικουρείῳ, ὁμοίως κοινὸν καὶ τούτοις, εἶτα ἑξῆς Κλεοδήμῳ, καὶ Ἴωνι, μεθ' οὓς τῷ νυμφίῳ, καὶ ἐμοί. τῷ Διφίλῳ δὲ, τὰ ἀμφοῖν, ὁ γὰρ Ζήνων ἀπελελύθη. καὶ μέ-

C μνησό μοι τούτων, ὦ Φίλων, ἔφη δή ὅτι καὶ σὺ αὖθις χρήσιμον εἰς τὸν λόγον· ΦΙΛ. μεμνήσομαι δή. ΛΥ. ὁ τοίνυν Ἰων, Πρῶτος οὖν ἄρχομαι, ἔφη, εἰ δοκεῖ. καὶ μικρὸν διαλιπὼν, Ἐχρῆν μὲν ἴσως, ἔφη, τοιούτων ἀνδρῶν παρόντων περὶ ἰδεῶν τε καὶ ἀσωμάτων εἰπεῖν, καὶ ψυχῆς ἀθανασίας· ἵνα δὲ μὴ αὐτολέγωσί μοι, ὁπόσοι μὴ τῷ ταῦτα φιλοσοφοῦσι, περὶ γάμων ἐρῶ τὰ εἰκότα. ὃ μὲν οὖν ἄριστον ἦν, μὴ δεῖσθαι γάμων, ἀλλὰ πειθομένους Πλάτωνι, καὶ Σωκράτει, παύεσθαι.

D μόνοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι ἀποτελεσθεῖεν ἂν τοῖς ἀρετῇ. εἰ δὲ δεῖ καὶ γυναικείου γάμου κατὰ τὰ Πλάτωνι δοκοῦντα, κοινὰς εἶναι ἐκείνων τὰς γυναῖκας, ὡς ἔξω ζήλου εἴημεν. γέλως ὅπῃ τούτοις ἐγίνετο, ὡς οὐκ ἐν καιρῷ λεγομένοις. Διονυσόδωρος δὲ, Οὐ παύσῃ, ἔφη, βαρβαρικὰ ἡμῖν ᾄδων; ποῦ γὰρ ἂν δι-είσοιμεν τὸν ζῆλον ὅπῃ τούτου, καὶ παρὰ τίνι; καὶ σὺ γὲ φθέγξῃ καθαρμα; εἶπεν. οἶμαι, καὶ ὁ Διονυσόδωρος ἀντελοιδόρησε τὰ εἰκότα,

Ἀλλ' ὁ γραμματικὸς Ἰστιαῖος ὁ βέλτιστος, Παύσασθε, ἔφη· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν ὑπολαβόμενον ἀναγνώσομαι, καὶ ἤρξατό τινος ἀνεγίγνωσκεν. ἦν γὰρ ταῦτα, εἴγε μέμνημαι, τὰ ἐλεγεῖα,

Ἦ οἴκῳ ποτ' ἄρ' ἦγε Ἀριστανέτου ἐν μεγάροις,
Δῖα Κλεανθὶς ἀϊάσσ' ἐτρέφετ' ἁβροσύνῃ,
Παρθένων ἐξοχ' ἁπασέων ἠϊθέων περ ἐοῦσα,
Κρείσσων ἢ Κυθέρη, ἠὲ καὶ ἢ Σελήνη.
Νυμφίε, σὺ δὲ χαῖρε, καρτερὸν ἔγχος ἐπείρας
Κρείσσων Νηρῆος, καὶ Θέτιδος παιδός.
Ἄμμες δ' αὖθ' ὑμῖν τὸν ἐπιθαλάμιον ὕμνον

Ξενὼν ἐπ' ἀμφοτέροις πολλάκις ἀφοσιώμενος ὅτι τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐγένετο, ἤρετο ἤδη τὰ προκείμενα ἔδεσθαι, καὶ ἀπέλυεν οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀριστάνετον, καὶ Εὔκριτον, τὰ προκείμενα αὐτοῖς ἑκάτερος, καθάπερ καὶ ἐγώ, καὶ ὁ Χαιρέας, ὅσα ἐκείνῳ ἔκειτο, καὶ Ἰων ὁμοίως, καὶ ὁ Κλεόδημος. ὁ δὲ Δίφιλος ἤδη καὶ τὰ τοῦ Ξενῶνι ἤδη ἀπιόντι προκείμενα φέρεσθαι, καὶ ἔλεγε μόνῳ προκεῖσθαι αὐτῷ, καὶ πρὸς τοὺς ἀγανακτοῦντας ἐμάχετο, καὶ ἀντέπασχον, τοῦ ὄρνιθος αὐτὸν ἐπειλημμένου, ὥσπερ τὸν Παρθένιν νεκρὸν αἰδεῖσθαι ὀντες, καὶ τέλος, ἐνίκησε, καὶ ἀφῆκε, πολὺν γέλωτα προκαλεσάμενος τοῖς συμπόταις, καὶ μάλιστα ἐπεὶ ἠναγκάσθη μὴ τοῦτο, ὡς αὐτὸ μόνον ἠδικημένος. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἑρμῶνα καὶ Ξενόθεμιν, ἅμα κατέκειντο, ὥσπερ εἴρηκα, ὁ μὲν Χαιρέας, ὁ Ξενόθεμις, ὁ δὲ Ἑρμῶν. παρέκειτο δὲ αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πρῶτα, ἴσα· καὶ αἱρεῖσθαι εἰρωνικῶς· ἡ δὲ ὄρνις ἡ παρὰ τοῦ Ἑρμῶνος, πιμελεστέρα, ἔτυχεν, οἶμαι, τυχὸν· ἔδει δὲ καὶ ταύτῃς ἁψασθαι, πρὸ ἑαυτοῦ ἑκάτερον. ἐν τούτῳ τοίνυν ὁ Ξενόθεμις (καί μοι, ὦ Φίλων, πολὺ προσέχε τὸν νοῦν, ἅμα γάρ ἐσμεν ἤδη τοῦ κεφαλαίου τῶν προκειμένων) ὁ δὴ Ξενόθεμις, φημί, τὴν παρ' αὐτὸν ἀφεὶς, πρὸ τοῦ Ἑρμῶνος αἱρεῖται, ποιητέον, ὡς ἔφη, ἔσθαι. ὁ δ' ἀντεπελάβετο, καὶ οὐκ εἴα πλεονεκτεῖν. ἐπεὶ δὲ ὅτι τοῦτο, καὶ συμπεσόντες, ἔπαιον ἀλλήλους ταῖς ὄρνισιν αὐταῖς εἰς τὰ πρόσωπα. καὶ τῶν παρόντων ἐπειλημμένοι, ἐπεκαλοῦντο βοηθεῖν· ὁ μὲν τὸν Κλεόδημον, ὁ Ἑρμῶν· ὁ δὲ Ξενόθεμις,

A verùm Grammaticus Istiçus, vir optimus ille, Desinite, inquit, ego vobis epithalamion recitabo: simúlq; cœpit legere: erãt autem Elegiaci versus hi, si satis memini:

*Nuper Aristaneti in ædibus vnica summo*
*Nutrita est studio diua Cleanthis hera,*
*Virginibus cunctis reliquis præstantior vna,*
*Vel potior Phœbe, vel potior Venere:*
*Salue & tu iuuenum validissime sponse valentum,*
*Nereo prior, ac fortior Aeacida.*
*At rursum vobis hoc carmen sæpius olim*
*Commune ambobus coniugiale canam.*

Hæc, ita vt est consentaneum, risus est consecutus. Reliquum erat vt cibi tol-B lerentur. Iámque tollebant Aristænetus atque Eucritus ex his quæ sibi fuerant proposita, suam vterque partem. Tum ego quæ mihi, & Chæreas item quæ sibi erant proposita. Eundem ad modum Ion & Cleodemus. Porrò Diphilus etiam Zenonis digressi partem tollere parabat, affirmans vni sibi ea fuisse proposita: atque hac de caussa cum ministris dimicabat, ac vicissim inter sese trahebant, manibus vtrinque in auem iniectis, non aliter quàm Patrocli cadauer hinc atque illinc attrahere C conantes. Postremò vicit ille, atque abstulit, plurimum interim risum præbens conuiuis: maximè cùm eam ob rem postea grauiter stomacharetur, perinde quasi atroci affectus iniuria. Iam verò Zenothemis atque Hermon, qui pariter, vt dictum est, accumbebant, alter superiùs, puta Zenothemis, alter infra hunc, reliqua quidem, quoniam æqualia fuerant apposita, citra pugnam sustulerant, cæterùm auis quæ iacebat ad Hermonis partem, erat altera paulò pinguior: idque ita casu euenerat, opinor. Iámque suam vterque sublaturus erat, ibi Zenothemis (sed tu mihi nunc quammaximè fac animum aduertas: iam enim ad ipsum negotij caput peruenimus) Zenothemis, inquam, omissa ea quæ sese spectabat, eam quæ ante Hermonem iacebat, tollere est aggressus: quæ quidem (vti iam diximus) erat pinguiuscula. At ille contrà nitens retinebat, haud sinens vt ea in re potiores ferret. Inter hæc clamore coorto, vtrique in alterum irruentes, ipsis auibus facies mutuò cędebant: ac barbis inuicem prehensis, auxilio aduocabant, hic quidem Cleodemum, puta Hermõ: ille verò, nempe Zenothemis,

Alcidamantem ac Diphilum. Ac cæteri quidem ad partes acceſſerunt, partim huius, partim illius, præter vnum Ionem, qui ſeſe neutrum atque ancipitem ſeruabat. Cæterùm illi inuicem conſerti pugnabant, ac Zenothemis quidem ſcyphum è menſa ſublatum, cum qui coram Ariſtæneto ſtabat, abiecit in Hermonem,

*Atque hunc haud tetigit, aliò ſed flexus aberrat:*

Verùm ſponſi caput diſſecuit alto grauiſſimóque vulnere. Itaque mulierum coorta vociferatio, quæ medium in prælium inſiliebant: cum primis autem adoleſcentuli mater, cùm iam ſanguinem eius aſpexiſſet: præterea & ſponſa metu territa proſiliit. Inter hæc Alcidamas ſtrenuum virum præſtitit, cùm Zenothemidi ferret opem, & illiſo ſuo baculo, Cleodemi quidem caluariam, Hermonis verò maxillam comminuit: ad hæc è famulis aliquot opitulari parãtes, vulnerauit: quanquam illi nihil his rebus territi ceſſerunt: verùm Cleodemus intentato digito Zenothemidi oculum effodit: tum admotus narem mordicus auulſit. Porrò Hermon Diphilum Zenothemidi ſuppetias ferre conatum, è ſponda in terram præcipitem dedit. Sauciatus eſt & Iſtiæus grammaticus, dum interuentu ſuo eos ſtudet dirimere: calce videlicet in dentes illius illiſo, ídque à Cleodemo, cùm hunc Diphilum eſſe credidiſſet, non Iſtiæum. Iacebat igitur miſer ille iuxta ſuum ipſius Homerum, ſanguinem ab ore vomens. Præterea tumultus atque lacrymarum plena vndique erant omnia: dum & mulieres eiularent Chæreæ ſponſo circumfuſæ, dúmque alij has ſtudent compeſcere. Porrò maxima malorũ omnium pars erat Alcidamas, poſteaquam ſemel ad ſuum rediſſet ingenium, feriens quicunque fortè in ipſum incidiſſet. Neque verò pauci in eo prælio cecidiſſent, ſcito, ni baculum is fregiſſet. Ego porrò iuxta parietem erectus aſſiſtens, ſpectabam omnia, neque me ei negotio admiſcebam, nimirum Iſtiæi iam doctus exemplo, quàm eſſet periculoſum eiuſmodi cõflictus velle dirimere. Lapithas itaque Centauróſque vidiſſes, euerti menſas, effundi ſanguinem, proiici ſcyphos. Demum Alcidamas ſubuerſa lucerna magnas induxit tenebras. Iámque res, vt eſt coniectu facile, atrocior etiam multo eſſe cœpit, præſertim cùm haud eſſet procliue luminis copiam alicunde recuperare:

A Αλκιδάμαντα, καὶ Δίφιλον. καὶ συνίσαντο οἱ μὲν, ὡς τὸν, οἱ δὲ, ὡς ὀκφίον, πλὴν μόνου τοῦ Ἰωνος· ὀκφίος δὲ μέσον ἑαυτὸν ἐφύλαττεν. οἱ δὲ ἐμάχοντο συμπλακέντες, καὶ ὁ μὲν Ζηνόθεμις, σκύφον ἁρπάσας ἀπὸ τῆς τραπέζης, κείμενον παρὰ τῷ Αἰσχινέτῳ, ῥίπτει ὅτι τὸν Ἑρμωνα· κἀκεῖνον μὲν ἥμαρτε, παρὰ δὲ οἱ ἐτράπετ' ἄλλη· ὀλίγου δὲ τὸν νυμφίον ὁ κρανίον ἐς δύο, χρηστῷ μάλα καὶ βαθεῖ τραύματι. Ἐκ δὴ τούτου τῶν γυναικῶν ἐγένετο, καὶ κατεπήδησαν ἐς τὸ μεταίχμιον αἱ πολλαί, καὶ μάλιστα ἡ μήτηρ τοῦ μειρακίου, ἐπεὶ B ὃ αἷμα εἶδε· καὶ ἡ νύμφη δὲ ἀνεπήδησε, φοβηθεῖσα περὶ αὐτῷ. ἐν τοσούτῳ δὲ ὁ Αλκιδάμας ἠείρθη, τῷ Ζηνοθέμιδι συμμαχῶν. καὶ παραξας τὴν Σακτηίαν, τὸν Κλεοδήμου μὲν ὃ κρανίον, τοῦ Ἑρμωνος δὲ τὴν σιαγόνα ἐπέτριψε, καὶ τῶν οἰκετῶν σὺν βοηθεῖν αὐτοῖς ὁπηχθεωῶτας, κατέτρωσεν· ὁ μὲν ἀπετράποντο ὀκφίοι. ἀλλ' ὁ μὲν Κλεόδημος, ὀρθῷ τῷ δακτύλῳ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Ζηνοθέμιδος ἐξώρυτε, καὶ τὴν ῥῖνα πρόσφυς, ἀπέτραγεν. ὁ δὲ Ἑρμων, τὸν Δίφιλον ὅτι ξυμμαχίαν ἥκοντα τοῦ Ζηνοθέμιδος, ἀφῆκεν ὅτι κεφαλὴν ἀπὸ τῆς κλινῆς. ἐτρώθη δὲ καὶ Ἰστιαῖος ὁ γραμματικὸς, δηλαδὴ αὐτοῖς ὁπηχθρῶν, λάξ, οἶμαι, εἰς τοὺς ὀδόντας τὸν τοῦ Κλεοδήμου, Δίφιλον εἰ) οἰκθέντος. ἔκειτο οὖν ἄθλιος καὶ τὸν αὐτοῦ Ὅμηρον, αἷμ' ἐμέων. πλὴν ταραχῆς τε καὶ δακρύων μεστὰ ἦν πάντα. Ἐν αἱ γυναῖκες ὠλόλυζον, τοῦ Χαιρέα περιχυθεῖσαι· οἱ δὲ ἄλλοι κατέπαυον. μέγιστον δὲ ἦν ἀπάντων κακὸν ὁ Αλκιδάμας, ἐπεὶ ἅπαξ ὃ καθ' ἑαυτὸν ἐτρέψατο, παίων τὸν τυγχάνοντα· καὶ D πολλοὶ ἂν, ὦ Ἴαθι, ἔπεσον, εἰ μὴ κατέαξε τὴν Σακτηίαν. ἐγὼ δὲ τοῦ τοίχου ὀρθὸς ἐφεστὼς, ἐώρων ἕκαστα, οὐκ αἰαμιγνὶς ἐμαυτὸν, ὡς τοῦ Ἰστιαίου διδαχθείς, ὡς ἔστιν ὁπισφυὲς πρᾶγμα τὰ τοιαῦτα διαλύειν. Λαπίθας οὖν καὶ Κενταύρους εἶδες ἄν, τραπέζας ἀνατρεπομένας, καὶ αἷμα ἐκχεόμενον, καὶ σκύφους ῥιπτουμένους· τέλος δὲ, ὁ Αλκιδάμας ἀνατρέψας τὸ λυχνίον, σκότος μέγα ἐποίησε. Ἐκ δὲ τοῦ παραυτίκα, ὡς τὸ εἰκὸς, μακρῷ χαλεπώτερον ἐγεγόνεσαν· καὶ γὰρ οὐ ῥᾳδίως ὑπόρησαν φωτὸς ἄλλου,

Ἀλλὰ πολλὰ ἐπράχθη, καὶ δεινὰ ἐν τῷ σκότῳ. καὶ ἐπεὶ πρῶτον τις λύχνον ποτὲ κομίζων, κατελήφθη Ἀλκιδάμας μὲν, τὴν αὐλητρίδα ἀπογυμνῶν, καὶ τοῖς βίαν συνενεχθῆναι αὐτῇ ἀπορυδάζων. Διονυσόδωρος δὲ ἄλλό τι γελοῖον ἐφωράθη πεποιηκώς· σκύφος γὰρ ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ κόλπου, ὃ ξαναφάντος αὐτοῦ· εἶτ' ἀπολογούμενος, Ἰωνα, ἔφη, ἀπολόμενον ἐν τῇ ταραχῇ, δοῦναι αὐτῷ, ὅπως μὴ ἀπόλοιτο· καὶ ὁ Ἰων ἡδέμενος ἔλεγε τοῦτο πεποιηκέναι. ὅτε δὲ εἰσῆλθον οἱ συμπόσιον, ἐκ μὲν τῶν δακρύων αὖθις εἰς γέλωτα ὅτε τῷ Ἀλκιδάμαντι, καὶ τῷ Διονυσοδώρῳ, καὶ Ἰωνι. καὶ οἵ τε τραυματίαι, φορείοις ὀχούμενοι ἐξεκομίζοντο, πονήρως ἔχοντες· καὶ μάλιστα ὁ πρεσβύτης Ζηνόθεμις ἀμφοτέραις, τῇ μὲν, τῆς ῥινὸς, τῇ δὲ, τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπειλημμένος, βοᾷν ἀπώλυσθαι ὑπ' ἀλγηδόνων· ὥστε καὶ τὸν Ἑρμῆνα, καίπερ ἐν κακοῖς ὄντα (δύο γὰρ ὀδόντας ἐξεκέκοπτο) αὐτὸν μαρτύρεσθαι λέγοντα, Μέμνησο μέντοι, ὦ Ζηνόθεμι, ὡς οὐκ ἀδιαφορεῖν χρὴ τὸν πόνον. καὶ ὁ νυμφίος δὲ, ἀκεσαμένου τὸ τραῦμα τοῦ Διονίκου, ἀπήγετο εἰς τὴν οἰκίαν, ταινίας κατειλημμένος τὴν κεφαλὴν, ὅτι ὁ ζεύγους αἰτεῖς, ἐφ' ᾧ τὴν νύμφην ἀπάξειν ἔμελλον, πικροὶ ὁ ἄθλιος τοῖς γάμοις ἑορτάσας. καὶ τῶν ἄλλων δὲ ὁ Διόνικος ἐπεμελήθη δὴ τὰ δυνατά. καὶ καθευδήσαντες, ἀπήγοντο ἐμεστῶτες οἱ πολλοὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς. ὁ μέντοι Ἀλκιδάμας, αὐτοῦ ἔμεινεν. οὐ γὰρ ἐδυνήθησαν ἐκβαλεῖν τὸν ἄνδρα, ἐπεὶ ἅπαξ καταβαλὼν ἑαυτὸν ὅτι τῆς κλίνης, πλαγίως ἐκάθευδε. τοῦτό σοι τέλος, ὦ καλὲ Φίλων, ἐγένετο τοῦ συμποσίου, ἢ ἄμεινον ἦν τραγικὸν ἐκφωνεῖν εἰπεῖν, ὅ,

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων·
Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί·
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη.

Ἀπροσδόκητα γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀπέβη καὶ ταῦτα. ἐκφυγεῖν τε μεμάθηκα ἤδη, ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἀπροφύλακτα ὄντα, συνεστιᾶσθαι τοιούτοις φιλοσόφοις.

A sed multa interim ac sæua patrata sunt in tenebris. Pòst vbi accederet nescio quis lucernam tandem apportans, Alcidamas quidem repertus est tibicinæ vestem sustollens, vique cum illa congredi pugnans. Dionysodorus autem in alio quodam ridiculo facinore deprehensus est. Nam, vt surrexerat, scyphus è sinu illius elapsus in solum decidit: postea excusans aiebat Ionem in tumultu calicem sublatum sibi tradidisse, ne periret. Id ita factum, Ion admodum solicitè quasi patronum agens asseuerabat. His rebus dimissum est conuiuium, à lacrymis denuo in ridiculum exitum conuersum, idque B Alcidamantis, Dionysodori, atque Ionis gratia. Porrò qui erant saucij, sublati sarcinę ritu foras deportabantur miseris affecti modis, maximè senex ille Zenothemis, pariter tum oculo tum nare mutilatus, enecari se præ cruciatu clamitãs: adeò vt Hermon, quanquam ne ipse quidem expers malorum, (nam huic duo dentes fuerant excussi) palàm attestaretur, Memineris, inquiens, ô Zenothemis, ne posthac dolorem in mediis habendum ducas. At sponsus iam vulnere à Dionico curato, domum reuectus est C fasciis reuincto capite, eidem impositus vehiculo, quo sponsam fuerat abducturus. Atque ita miser ille nuptias acerbas celebrarat. Deinde & aliis item Dionicus pro sua virili remedium adhibuerat. Postremò postquam iam dormierant, asportati sunt plerique mediis in viis vomentes. Cæterùm Alcidamas inibi remanebat. Neque enim valebant hominem extrudere, posteaquam semel sese in spondam abiecerat, atque ibi trãsuersus accubuisset. Hic erat, ô bone Philon, eius exitus conuiuij, de quo rectissimè illud dici possit, quod in fine Tragœdiarum D nonnunquam accinitur:

*Sunt fortunæ varij casus:*
*Plurima quæ haud sperauerit vnquam,*
*Ea conficiunt numina diuûm.*
*Rursum quæ certò speraris,*
*Ea frustratò non contingunt.*

Siquidem & hæc planè præter expectationem atque inopinatò exierunt. Præterea & illud iam didici, non esse tutum, cui non sit opus, cum eiusmodi philosophis agitare conuiuium.

# ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΥΡΙΗΣ ΘΕΟΥ.

# DE SYRIA DEA.

## Iacobo Micyllo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Argumentum operis ipſe titulus indicat. Deſcribit enim Syriæ deæ & templum, & ſacra, & effigiem quoque, facto narrationis initio à collatione reliquorum templorum ſacrorúmque quæ in Syria ſunt. Ac primùm quidem in genere commendat templum deæ huius, à ſanctitate, miraculis, & opulentia. Deinde ſpeciatim commemorat & de origine eius, quando videlicet, & à quibus conditum tradatur, & quænam ipſa Dea eſſe à pleriſque putetur. Poſt hæc de æde templi, à quibus ea extructa fuerit, quæ eius forma, qui ſitus ſit. Item de ſignis ac ſtatuis quæ tum intra ædem, tum extra viſantur. Poſtremo autem & de ſacerdotibus deæ, de lacu & piſcibus ſacris, ad quos ſimulacra deorum veluti per pompam quandam viſendi cauſſa quotannis exeunt. Præterea & de panegyricis conuentibus qui ibi celebrentur, de Gallis, & eorum ceremoniis, déque ſacrificandi ritu ac legibus: inſertis ſuo loco & Antiochi & Combabi hiſtoriis, quorum alter Stratonicen nouercam amauit: alter ob euitandam eiuſdem rei ſuſpicionem ſibi ipſi virilia præcidit. Atque in his nonnulla, vt videlicet illa de arca Noë (quem Lucianus, vt cæteri Græci quoque, Deucalionem hîc vocat) de Gallorum & ſacerdotum purificatione, de vetito porcorum eſu, & id genus alia ita tradantur, vt propemodum credi poſſit ex Iudæorum obſeruationibus ac ſacris pleraque illa tranſſumpta, ſed tempore poſtea uſu ſ adulterata ac deprauata fuiſſe, ſiue hoc populorum vicinitate atque commercio factum demus, ſiue Barbari iſti ad eorum exemplæ quæ à Iudæis tunc cùm in Aſſyria captiui erant, videbant fieri, ſuos quoque ritus conformarunt. Aſſyriorum enim & hæc ciuitas fuit, in qua tam prodigioſa dea culta eſt, ea parte quæ Cœleſyria à Plinio dicitur, condita: cuius nomen Stephanus quidem Hieram, hoc eſt, ſacram, abſolutè, Strabo autem & Plinius iuncta voce Hierapolin vocant: quod hîc Lucianus Ionica dialecto, qua per totam hanc deſcriptionem vtitur, in polin Hieram, hoc eſt, ciuitatem ſacram, per tmeſin diuiſit. Eandem autem & Bambycem iidem, & Edeſſam, quod poſterius nomen Strabo addit, & à Syris ipſis Magog, vt Plinius habet, appellari tradunt: ipſámque deam quam Lucianus ſimpliciter Syriam vocat, proprio nomine Atergatin, & à Græcis Derceto quoque nominari ſcribunt. Cæterùm de Atergatide non alienum opinor fuerit etiã illa huc apponere, quæ apud Athenæum leguntur, quando & ipſa ad vberiorem intellectum eorum quæ hîc à Luciano dicuntur, nonnihil facere videntur. Verborum eorum ſententia hæc eſt: Antipater Tarſenſis, inquit, profeſſione Stoicus, libro περὶ δεισιδαιμονίας, hoc eſt, de religione, quarto, dici à quibuſdam tradit, quòd Gatis Syrorum regina, ita gulæ dedita fuerit, vt per præconem edixerit ne quis piſcem aliquem abſque Gatide comederet. Per ignorantiam igitur pleroſque Atergatim ipſam vocare, atque à piſcibus abſtinere. Mnaſeas autem in ſecundo de Aſia ita ait: Mihi quidem Atergatis videtur regina adeò intolerabilis fuiſſe, ac multa duriter populis ſuis imperaſſe, ita vt lege quoque cauerit illis, ne quem piſcem ederent, ſed ad ipſam afferrent, eò quòd hoc cibi genere delectaretur. Atque inde etiam in ſacrificiis ſolenne hoc manſiſſe, vt quoties deam precarentur, piſces illi argenteos aut aureos offerrent: ſacerdotes verò etiam tota die veros deæ piſces in menſa paratos ac coctos apponere, elixos pariter & aſſatos, quos ipſi poſtea ſacerdotes deæ abſumant. Ac paulo pòſt idem addit: Atergatis autem, quemadmodum Xanthus ille Lydus tradit, à Mopſo quodam Lydo capta vnà cum filio Ichthye, in lacu Aſcalone contumeliæ cauſſa ſubmerſa, & à piſcibus deuorata eſt. Hæc Athenæus libro 8. Præterea neque illud omittendum videtur, quòd Edeſſam tradit Volaterranus eam eſſe vrbem, in quam Tobias olim filium ſuum ad Gabelum quẽdam, apud quem pecuniam depoſuerat, miſit. Quod ſi verè ab illo traditur, eadémque Edeſſa & Hierapolis dicitur, vt Straboni placet, manifeſtum ex eo iam apparet, & Iudæos ibi captiuos vixiſſe, & illorum obſeruationum veſtigia quoque quædam eodem loco hæſiſſe. Sed hæc in medio relinquamus.*

ἄτερ Γάτιδος, id eſt, abſque Gatide, quæ verba iũcta Atergatidu nomen fecere.

A Ἔστιν ἐν Συρίῃ πόλις, οὐ πολλὸν ἀπὸ τοῦ Εὐφράτεω ποταμοῦ, καλέεται δὲ Ἱρή, καὶ ἔστιν ἱρὴ τῆς Ἥρης τῆς Ἀσσυρίης. δοκέει δέ μοι, τόδε τὸ οὔνομα οὐκ ἅμα τῇ πόλῃ οἰκεομένῃ ἐγένετο, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον, ἄλλο ἦν. μετὰ δὲ σφισι, τῶν ἱρῶν μεγάλων γιγνομένων, ἐς τόδε ἡ ἐπωνυμίη ἀπίκετο. περὶ δὲ ταύτης ἐν τῆς πόλιος ἔρχομαι ἐρέων ὁκόσα ἐν αὐτῇ ἔστι. ἐρέω δὲ καὶ νόμους, τοῖσι ἐς τὰ ἱερὰ χρέονται, καὶ πανηγύρεας τὰς ἄγουσι, καὶ θυσίας τὰς ἐπιτελέουσι. ἐρέω δὲ ὁκόσα καὶ περὶ τῶν ἱερῶν εἰ B σαμμένων μυθολογέουσι, καὶ τὸν νηὸν, ὅκως ἐγένετο. γράφω δὲ, Ἀσσύριος ἐών· καὶ τῶν ἀπηγέομαι, τὰ μὲν αὐτόψιν μαθών· τὰ δὲ, καὶ τῶν ἱρέων ἐδάην, ὁκόσα εἴδομαι ἐμεῦ πρεσβύτερα, ἐγὼ ἱστορέων. Πρῶτοι μὲν δὴ ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἔννοιαν λαβεῖν, καὶ ἱρὰ εἰσασθαι, καὶ τεμένεα, καὶ πανηγύρεας ἀποδέξαι· πρῶτοι δὲ καὶ ὀνόματα ἱρὰ ἔγνωσαν, καὶ λόγους ἱροὺς ἔλεξαν. μετὰ δὲ, οὐ πολλοστῷ χρόνῳ πρὸ Αἰγυπτίων λόγου Ἀσσύριοι ἐς θεοὺς C ἤκουσαν, καὶ ἱρὰ καὶ νηοὺς ἤγειραν, ἐν τοῖσι καὶ ἀγάλματα ἔθεντο, καὶ ξόανα ἐστήσαντο. δὲ δὴ παλαιὸν, καὶ πρὸ Αἰγυπτίοισι ἀξίωσαν νηοὶ ἔσαν. καὶ ἔστι ἱρὰ καὶ ἐν Συρίῃ, ἐὸν πολλῷ τοῖς Αἰγυπτίοισι ἰσοχρονέοντα, τῶν ἐγὼ πλέω ὄπωπα. τὸ γε τοῦ Ἡρακλέος ἐν Τύρῳ, ἐὸν τούτου τοῦ Ἡρακλέος, τὸν Ἕλληνες ἀείδουσι, ἀλλὰ τὸν ἐγὼ λέγω πολλὸν ἀρχαιότερος, καὶ Τύριος ἥρως ἔστι. ἔνι δὲ καὶ ἄλλο ἱρὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα, τὸ Σιδώνιοι ἔχουσι, ὡς μοι αὐτοὶ λέγουσι, Ἀστάρτης ἔστι. Ἀστάρτην δὲ D ἐγὼ δοκέω Σελήνην εἶναι. ὡς δέ μοι τις τῶν ἱρέων ἀπηγέετο, Εὐρώπης ἔστι τῆς Κάδμου ἀδελφεῆς. ταύτην δὲ ἐοῦσαν Ἀγήνορος τοῦ βασιλῆος θυγατέρα, ἐπειδή τε ἀφανὴς ἐγένετο, οἱ Φοίνικες τε νηῷ ἐτίμησάν τε, καὶ λόγον ἱρὸν ἐπ' αὐτῇ ἔλεξαν, ὅτι ἐοῦσαν καλὴν Ζεὺς ἐπόθεε, καὶ τὸ εἶδος ἐς ταῦρον ἀμείψας ἁρπασε· καὶ μιν ἐς Κρήτην φέρων, ἀπίκετο. τάδε μὲν καὶ τῶν ἄλλων Φοινίκων ἤκουον· καὶ τὸ νόμισμα τῶν Σιδώνιοι χρέονται,

E Est in Syria ciuitas non longè ab Euphrate flumine, vocatur autem Sacra, & est quoque sacra Iunonis Assyriæ: cæterùm nomen hoc videtur mihi nõ statim ab initio vrbi, cùm condita est, impositum fuisse, sed antiquitus quidem aliud fuisse, postea verò cùm sacra ibi magna subinde peragerentur, in hoc cognomentum euasisse. De hac igitur ciuitate venio dicturus, quæcunque videlicet in ipsa sunt. Dicam autem & leges quibus in sacris vtuntur, & solennes conuentus quos celebrant, & sacrificia quæ peragunt. Dicam autem & quæcunque de illis traduntur, qui templum hoc consecrarunt, & de æde ipsa quo pacto condita fuerit. Scribo autem Assyrius ipse existẽs: & eorum quæ narro, alia quidem ipse coràm vidi, alia verò à sacerdotibus edoctus sum. Quęcunque igitur antiquiora me sunt, ab iis narrationem incipiam. Primi itaque hominum, quos nos scimus, Ægyptij, dicuntur & deorum notitiam percepisse, & templa constituisse, lucósque & conuentus solennes edidisse. Primi autem & nomina sacra intellexerunt, & sermones sacros docuerunt. Deinde verò non multo tempore pòst, ab Ægyptiis Assyrij doctrinam de diis acceperunt, & sacra templáque erexerunt, in quibus & simulacra posuerunt, & statuas dedicarunt. Antiquitus autem etiam apud Ægyptios absque simulacris & statuis templa erant. Et sunt in Syria quoque templa non multo Ægyptiis ætate posteriora, quorum ego plurima ipse vidi. Herculis vtique æquæuum est illud videlicet quod Tyri est: non huius Herculis quem Græci carminibus celebrant: sed quem ego dico, multo vetustior est, & Tyrius heros. Est autem & aliud templum in Phœnicia, magnum, quod Sidonij celebrant, Astartæ, vt quidem ipsi dicunt. Astarten autem ego puto Lunam esse. Cæterùm vt mihi ex sacerdotibus quidã narrauit, Europæ illud est, Cadmi sororis. Hanc autẽ fuisse ferunt Agenoris regis filiam: & postquam amplius non comparuit, Phœnices ipsam templo honorarunt, & sermonẽ de ea sacrum euulgarunt, quòd videlicet pulchra cùm esset, Iupiter amore eius captus fuerit, & mutata in taurum forma, rapuerit eam, & in Cretam inde abiens deportarit. Atq; hęc quidẽ etiam à cæteris Phœnicibus audiui: & nomisma quoq; quo Sidonij vtũtur,

*Herculis Tyrius.*

*Astarte.*

Europam habet insidentem tauro, Ioui videlicet. Cæterùm ipsam ædem non omnes confitentur Europæ esse. Habent autem & aliud templum Phœnices, non Assyrium, sed Ægyptium, quod ex Heliopoli in Phœniciam peruenit: quod ego quidem ipse non vidi, sed tamen magnum etiam hoc & pervetustum est. Porrò & Bybli vidi templum magnum, Veneris Byblix cognomento, in quo & ritus quosdam in Adonidem peragunt. Cognoui autem & ipse ritus eos. Dicunt igitur factum illud quo ab apro percussus Adonis fuit, in sua terra contigisse: & in memoriam rei verberantur annis singulis, & lamentantur, & ritus solennes peragunt, ac ipsis magni adeò luctus per totam regionem inducuntur. Postquam autem iam verberandi ac deplorandi finis factus est, principiò quidem inferias Adonidi peragunt, perinde ac mortuo tum existenti, postea autem sequenti die & viuere ipsum dictitant, & in aërem sursum mittunt, & capita detondent, quemadmodum Ægyptij quando apud ipsos Apis mortuus est. Ex mulieribus autem quæcunque tonderi non volunt, talem pœnam exoluunt: vnum quidem diem ad quæstum corpore faciendum prostant: forum autem illud solùm peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in sacrificium datur. Sunt autem ex Byblis nonnulli qui dicunt apud sese humatum esse Osirim Ægyptium, luctúsque & ritus hosce non Adonidi sed Osiridi omnes fieri. Dicam autem & vnde fidem eius rei sibi faciant. Caput vnoquoque anno ex Ægypto Byblum defertur, septem diebus, quantum spatij ex illa in hanc est, enatans. Ac venti ipsum ferunt diuina quadam remigatione. Vertitur autem nusquam aliò, sed solùm Byblum perfertur, & est in summa mirum quiddam. Et hoc quouis anno fit, quemadmodum & me præsente tum Bybli factum est, & caput ipsum spectaui è papyro effigiatum. Est autem & aliud miraculosum in terra Bybliorum: fluuius quidam ex Libano monte in mare defertur: fluuio nomen est Adonis. Hic quotannis cruore inficitur, & colorem amittit, & in mare exiens, ipsum quoque pelagus magna ex parte purpureum efficit, Bybliisque lugendi tempus indicat. Fabulantur autem quòd illis tum diebus Adonis per Libanum saucietur,

*Venus Byblia.*

*Adonis fluuius.*

A τὴν Εὐρώπην ἐφεζομένην ἔχει τῷ ταύρῳ τοῦ Διὸς τὸν υἱόν· οὐκ ὁμολογέουσι Εὐρώπης ἐμέμφατο. ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλο Φοίνικες ἱερὸν, οὐκ Ασσύριον, ἀλλ' Αἰγύπτιον, ὃ δὴ ἐξ Ηλίου πόλιος ἐς τὴν Φοινίκην ἀπίκετο. ἐγὼ μὲν μιν οὐκ ὄπτηκα, μέγα δὲ καὶ τόδε καὶ ἀρχαῖόν ἐστι. εἶδον δὲ καὶ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱερὸν Αφροδίτης Βυβλίνης, ἐν τοῦ καὶ τὰ ὄργια ἐς Αδωνιν ἐπιτελέουσι. ἐδάην δὲ καὶ τὰ ὄργια. λέγουσι γὰρ δὴ ὧν ὃ ἔργον ὃ ἐς Αδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς, ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι, καὶ μνήμην τοῦ πάθεος τύπτονταί τε ἑκάστου ἔτεος, καὶ

B θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι, καὶ σφισι μεγάλα πένθεα αὐτὰ τὴν χώρην ἴσαται. ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνταί τε, καὶ ἀπολωφήσωνται, τοιῆδε μὲν καταγίζουσι τῷ Αδώνιδι, ὅκως ἐόντι νέκυϊ μέχρι δὲ, τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ, ζώειν τέ μιν μυθολογέουσι, καὶ ἐς τὸν ἠέρα πέμπουσι, καὶ τὰς κεφαλὰς ξυρέονται, ὅκως Αἰγύπτιοι, ἀποθανόντος Απιος. γυναικῶν δὲ ὁκόσαι οὐκ ἐθέλουσι ξυρέεσθαι, τοιῆδε ζημίην ἐκτελέουσι· ἐν μιῇ ἡμέρῃ, ὅτε πρῆσσε τῆς ὥρης ἴσανται· ἡ δὲ ἀγορὴ μισθοῖσι ξείνοισι

C πωλέεται, καὶ ὁ μισθὸς ἐς τὴν Αφροδίτην θυσίη γίνεται. εἰσὶ δέ ἐνιοι Βυβλίων, οἳ λέγουσι τοῦτό σφισι τεθάφθαι τὸν Οσιριν τὸν Αἰγύπτιον, καὶ τὰ πένθεα, καὶ τὰ ὄργια, οὐκ ἐς τὸν Αδωνιν, ἀλλ' ἐς τὸν Οσιριν πάντα τρέπεσθαι. ἐρέω δὲ ὁκόθεν καὶ τὰ δὲ πιστὰ δοκέουσι. κεφαλὴ ἑκάστου ἔτεος ἐξ Αἰγύπτου ἐς τὴν Βύβλον ἀπικνέεται, πλώουσα τὸν μεταξὺ πλόον ἑπτὰ ἡμερέων. καὶ μιν οἱ ἄνεμοι φορέουσι θείῃ ναυτιλίῃ. πρέπεται δὲ οὐδαμᾷ, ἀλλ'

D ἐς μοιρίην τὴν Βύβλον ἀπικνέεται· καὶ ἔστι ὃ σύμπαν, θῶυμα. καὶ τοῦτο ἑκάστου ἔτεος γίνεται, ὅτε καὶ ἐμοὶ παρεόντος ἐν Βύβλῳ ἐγένετο· καὶ τὴν κεφαλὴν ἐθηησάμην Βυβλίνην. ἔνι δὲ ἄλλο θῶυμα ἐν τῇ χώρῃ τῇ Βυβλίῃ, ποταμὸς ἐκ τοῦ Λιβάνου τοῦ ὄρεος, ἐς τὴν ἅλα ἐκδιδοῖ· οὔνομα τῷ ποταμῷ Αδωνις ἐπικέαται· ὁ δὲ ποταμὸς, ἑκάστου ἔτεος αἱμάσσεται, καὶ τὴν χροιὴν ὀλέσας, ἐσπίπτει ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ φοινίσσει ὀλλὸν τοῦ πελάγεος, καὶ σημαίνει τοῖς Βυβλίοις τὰ πένθεα. μυθέονται δὲ ὅτι ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι, ὁ Αδωνις ὑπὸ τὸν Λίβανον πίπτωσκεται,

καὶ τὸ αἷμα ἐς τὸ ὕδωρ ἐρρύμον ἀλλάσσει τὸν ποταμὸν, καὶ τῷ ῥόῳ τὴν ἐπωνυμίην διδοῖ. ταῦτα μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι. ἐμοὶ δὲ τις αὐτὴρ Βύβλιος, ἀληθέα δοκέων λέγειν, ἑτέρην ἀπηγέετο τοῦ πάθεος αἰτίην. ἔλεγε δὲ ὧδε· Ὁ Ἄδωνις ὁ ποταμὸς, ὦ ξεῖνε, διὰ τοῦ Λιβάνου ἔρχεται· ὁ δὲ Λίβανος καρπὸν ξανθότατον ἔχει. αἴρεμοι ὦν τρηχέες ἐκείνῃσι τῇσι ἡμέρῃσι ἰσάμενοι τὴν γῆν τῷ ποταμῷ ὑπιφέρουσι, ἐσῦσαν ἐς τὰ μάλιστα μιλτώδεα· ἡ δὲ γῆ μιν αἱματώδεα ποιέει· καὶ τοῦ δὲ τοῦ πάθεος ἕνεκα τὸ αἷμα, τὸ λέγουσι, ἀλλ' ἡ χώρη αἰτίη. ὁ μὲν μοι Βύβλιος τοσαῦτα ἀπηγέετο. εἰ δὲ ἀτρεκέως ταῦτα ἔλεγε, ἐμοὶ μὲν δοκέει καρπὸν θεῖον καὶ τοῦ αἵματος ἡ συντυχίη. αὐτὸς δὲ καὶ ἐς τὸν Λίβανον ἐκ Βύβλου, ὁδὸν ἡμέρης, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον ἱρὸν Ἀφροδίτης ἐμμεμαώς, ὃ Κινύρης εἴσατο· καὶ εἶδον ὃ ἱρὸν, καὶ ἀρχαῖον ἐὸν. τάδε μὲν ὅτι τὰ ἐν τῇ Συρίῃ ἀρχαῖα καὶ μεγάλα ἱρά. τοσούτων δὲ ἐόντων, ἐμοὶ δοκέειν, οὐδὲν τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεῖζον ἔμμεναι, οὐδὲ νηὸς ἄλλος ἁγιώτερος, οὐδὲ χώρη ἄλλη ἱερωτέρη. ἔνι δὲ καὶ ἔργα ἐν αὐτῷ πολυτελέα, καὶ ἀρχαῖα ἀναθήματα, καὶ πολλὰ θώματα, καὶ ζόανα θεοπρεπέα, καὶ θεοὶ δὲ καρπὰ αὐτοῖσι ἐμφανέες. ἱδρώει γὰρ δὴ ὧν παρὰ σφίσι τὰ ξόανα, καὶ κινέεται καὶ χρησμηγορέει· καὶ βοὴ δὲ πολλάκις ἐγήρετο ἐν τῷ νηῷ, κλαδέντος τοῦ ἱροῦ, καὶ πολλοὶ ἤκουσαν. καὶ μὲν καὶ ὅλως πέρι, ἐν τοῖσι ἐγὼ οἶδα, θωμαστόν ἐστι. πολλὰ γὰρ αὐτοῖσι ἀπικνέεται χρήματα, ἔκ τε Ἀραβίης, καὶ Φοινίκων, καὶ Βαβυλωνίων, καὶ ἄλλα ἐκ Καππαδοκίης, τὰ δὲ καὶ Κίλικες φέρουσι, τὰ δ' Ἀσσύριοι. εἶδον δ' ἐγὼ καὶ τὰ ἐν τῷ νηῷ λαθρη ἀποκείμενα, ἐσθῆτα πολλὴν, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐς ἄργυρον ἢ ἐς χρυσὸν ἀποκέκριται. ἑορταὶ μὲν γὰρ καὶ πανηγύρεις ἄδαμοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώπων τοσάδε ἀποδεδέχαται. ἰσορέοντι δέ μοι ἐτέων πέρι, ὁκόσα τῷ ἱρῷ ἐστι, καὶ τὸν θεὸν αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ τινα δοκέουσι, πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο, τὸν οἱ μὲν ἱερὸν, οἱ δὲ ἐμφανέες, οἱ δὲ καρπὰ μυθώδεες· καὶ ἄλλοι, βάρβαροι, οἱ μὲν τοῖσι Ἕλλησι ὁμολογέοντες, τοὺς ἐγὼ πάντας μὲν ἐρέω, δίκομεν δὲ ἄδαμά.

A & cruor illius in aquam delatus, fluminis colorem mutet, eidémque nomen præbeat. Atque hæc quidem vulgo dictitãt. Caterùm mihi vir quidam Byblius, qui vera dicere visus est, aliam quandam huius rei causſam narrauit: Dicebat autem hoc pacto: Fluuius hic Adonis, ô hospes, per Libanum defertur. Libanus autem ipse terram habet admodum rubeam. Venti igitur vehementiores illis tum diebus exoriẽtes, terram in fluuium deferunt, quæ tum maximè minio similis est: ea postea illum cruentum videri facit. Atque ita rei huiusce causſa haudquaquam cruor est, vti ferunt, sed terra. B Ac Byblius quidem tantum narrabat. Quòd si autem vera ista dixit, mihi quidem videtur diuinus adeò etiam vẽti iste tum ortus incidere. Cæterùm ascendi & in Libanum ex Bybli, itinere vnius diei, cùm audissem ibi antiquum tẽplum Veneris esse, quod Cinyras dedicasset. Ac vidi sanè templũ, erátque pervetustum. Atque hæc quidem in Syria sunt templa antiqua, & magna. Quę cùm multa adeò sint, nullum tamen, quantum mihi videtur, maius eo est quod in Sacra ciuitate habetur, neque etiam ædes alia sanctior, C aut terra magis sacra vspiam est. Sunt autẽ & opera in eo pretiosa, & donaria antiqua, & miraculosa multa, & statuæ religiosæ, & dij quoque ex ipsis manifestam adeò sui significationem dantes. Siquidem & sudorem ipsis emittunt statuæ, & mouentur, & oracula edunt, & clamor sæpenumero in æde coortus est cùm templum iam clausum esset, multíque audierunt. Iam verò & diuitiis inter ea quę quidem ipse vidi, primum atque præcipuum est. Nam multæ afferuntur ipsis opes tum ex Arabia tum à Phœnicibus & Babyloniis, & aliæ item ex Cappadocia, & quæcunque Cilices afferunt, & D quæcunque Assyrij. Vidi autem ego etiam ea quæ secretò in æde posita sunt, vestes videlicet multas, & alia quæcunque argento aut auro seorsim deputata sunt. Nam festa quidem & solennes conuentus haud vllis aliis hominibus æquè multùm peraguntur. Porrò inquirenti mihi de annis, quàm diu templum hoc durasset, & de dea, quamnam ipsi eam esse putarent, multi sermones ferebantur, quorum alij sacri tradebantur, alij aperti ac plani erant, alij contrà valde fabulosi: rursum alij Barbari, alij cum Græcis consentientes: quos ego omnes quidem referam, haudquaquam autem approbo.

*Deucalio & de diluuio.*

Complures igitur Deucalionẽ Scytham illum tradunt templum hoc conſecraſſe, eum puta Deucalionem, cuius temporibus aquarum diluuium fuit. Cæterùm de Deucalione inter Græcos ſermonem quẽ illi de eo referunt, audiui. Habet autem ſermo ille hoc pacto: Hanc hominum generationem quę nunc eſt, ab initio haudquaquam fuiſſe, ſed eam quæ tum fuit, totam interiiſſe. Hos autem homines qui nunc ſunt, ſecundi generis eſſe, eius quod rurſus à Deucalione in tantam multitudinem excreuit. De illis autem hominibus, huiuſmodi quędam traduntur: Cùm contumelioſi admodum eſſent, nefaria opera eos perpetraſſe. Neque enim iuſiurandum obſeruaſſe, neque hoſpites recepiſſe, neque ſupplicum miſertos eſſe. ob quam rem, maximam calamitatem ipſos mox conſecutam eſſe. Statim enim & tellus multam aquam effudit, & imbres magni fuerunt, & flumina ſolito maiora decurrerunt, & mare quoque in multum aſcendit, eò vſque, dum omnia aquis inundarentur, atque omnes perirent. Deucalion autem ſolus hominum relictus fuit, in ſecundam videlicet generationem, prudẽtiæ ſimul & pietatis gratia. Seruatus autem fuit hoc pacto: Arcam quandam magnam, quam ipſe habebat, impoſitis in eam & liberis, & vxore ſua, conſcendit. Cæterùm cùm ipſe ingrederetur, venerunt eôdem & apri, & equi, & leonum genera, & ſerpentes, aliáque quæcunque tellure paſcuntur, bina ex vnoquoque genere cuncta. Ille autem recepit ad ſe omnia, atque ea ipſum haudquaquam lædebant, ſed magna inter eos, Ioue ita diſpenſante, concordia erat, vnáque in arca omnes nauigabant quandiu aqua ſuperabat. Atque hæc quidem de Deucalione Græci tradunt. De iis autem quæ mox conſecuta ſunt, fertur alius quidam ſermo ab iis qui Sacram incolunt ciuitatem, magna certè admiratione dignus: quòd in ipſorum videlicet terra hiatus quidam factus fuerit, ac totã illam aquam abſorbuerit. Deucalion autem, vbi hæc ita facta ſunt, & aras conſtituit, & ædem ſupra hiatum illum Iunoni ſacram erexit. Ego verò etiã hiatum vidi, & eſt ſub æde illa, admodum exiguus quidam. Vtrùm autem antiquitus etiam maior fuerit, & nũc in tam paruum redactus ſit, equidẽ neſcio. Is vtique quem ego vidi, paruus eſt: ſignum autẽ quo fidẽ hiſtoriæ huic faciant, hoc peragunt: Bis vnoquoq; anno ex mari aqua in ędẽ defertur.

A οἱ μὲν ὧν πολλοὶ, Δευκαλίωνα τὸν Σκύθεα ὃ ἱερὸν εἰσαθαι λέγουσι τοῦτον Δευκαλίωνα, ὅτι τῷ ὃ πολλὸν ὕδωρ ἐγίνετο. Δευκαλίωνος δὲ πέρι, λόγον οὐ Ἑλλησι ἥκουσα, τὸν Ἕλληνες ἐπ' αὐτῷ λέγουσι. ὁ δὲ μῦθος ὧδε ἔχει· λίδε ἡ γενεὴ, οἱ νῦν αἰδεφτοι, οὐ πρῶτοι ἐγίνοντο, ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γενεὴ, πρώτης ὤλοντο. οὗτοι δὲ γένεος τοῦ δευτέρου εἰσί· ὃ αὖθις ἐκ Δευκαλίωνος ἐς πληθὺν ἀπίκετο. ἐκείνων δὲ πέρι τῶν αἰδεφτων τάδε μυθέονται. ὑβρισταὶ κάρτα ἐόντες, ἀθέμιστα ἔργα ἔρρεξαν· ὅτε γὰρ

B ὅρκια ἐφύλασσον, ὅτε ξείνοις ἐδέκοντο, οὔτε ἱκετέων ἐπεῖχοντο, ἀπ' ὧν σφίσι ἡ μεγάλη συμφορὴ ἀπίκετο. αὐτίκα ἡ γῆ πολλὸν ὕδωρ ἐκδιδοῖ, καὶ ὄμβροι μεγάλοι ἐγίνοντο, καὶ οἱ ποταμοὶ κατέβησαν μέζονες, καὶ ἡ θάλασσα ὅτι πολλὸν ἀνέβη, ἐς ὃ πρῶτα ὕδωρ ἐγίνοντο, καὶ πρῶτες ὄλοντο. Δευκαλίων δὲ μοιῶος αἰδεφτων ἐλίπετο ἐς γενεὴν δευτέρην, ἀβυλίης τε καὶ τῆ δίσεβέος εἵνεκα. ἡ δὲ οἱ σωτηρίη ἥδε ἐγένετο· λάρνακα μεγάλην, τὴν αὐτὸς ἔχε, ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἑωυτῷ, ἐσέβη. ἐσβαίνοντι δὲ οἱ, ἀπίκοντο σύες, καὶ ἵπποι, καὶ λεόντων γένεα, καὶ ὄφιες, καὶ ἄλλα, ὁκόσα ἐπὶ γῆ νέμονται πρῶτα ἐς ζεύγεα.

C ὁ δὲ πρῶτα ἐδέκετο· καὶ μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλὰ σφίσι μεγάλη δόξῃ φιλίη ἐγένετο. καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πρῶτες ἔπλωσαν, ἔστε ὃ ὕδωρ ἐπεκράτεε. τὰ μὲν Δευκαλίωνος πέρι, Ἕλληνες ἱστορέουσι. τὰ δὲ ἀπὸ τούτου, λέγεται λόγος ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ μεγάλως ἄξιος θωυμάσαι, ὅτι ἐν τῇ

D σφετέρῃ χώρῃ, χάσμα μέγα ἐγένετο, καὶ ὃ σύμπαν ὕδωρ κατεδέξατο. Δευκαλίων δὲ, ἐπεὶ πάντα ἐγένετο, βωμούς τε ἔθετο, καὶ νηὸν ὅτι τῷ χάσματι Ηρης ἄγιον ἐζήτησε. ἐγὼ δὲ, καὶ τὸ χάσμα εἶδον, καὶ ἔστι ὑπὸ τῷ νηῷ κάρτα μικρόν. εἰ μὲν ὧν πάλαι μέγα ἐὸν, νῦν τοιόνδε ἐγένετο, οὐκ οἶδα, ὃ δὲ ἐγὼ εἶδον, μικρόν ἐστι. σῆμα δὲ τῆς ἰσοσίης τόδε σφίσιν· δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νηὸν ἀπικνέεται.

φέρεσι δ' οὐκ ἱρέες μοῦνον, ἀλλὰ πᾶσα Συ- A
ρίη, καὶ Ἀραβίη, καὶ ὅσοι περὶ τὸν Εὐφρήτεω, πολ-
λοὶ αὐθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχονται, καὶ πάν-
τες ὕδωρ φέρεσι· ὃ, τοῦτο μὲν ἐν τῷ νηῷ
ἐκχέουσι, μετὰ δὲ, ἐς ὃ χάσμα κατέρχεται,
καὶ δέκεται ὃ χάσμα μικρὸν ἐὸν, ὕδατος
χρῆμα πολλόν. τὰ δὲ ποιέοντες, Δευκαλίω-
να ἐν τῷ ἱρῷ τόνδε νόμον θεσθαι λέγουσι,
συμφορῆς τε καὶ εὐεργεσίης μνῆμα ἐμμένοντες.
ὁ μὲν οὖν ἀρχαῖος αὐτοῖς λόγος ἀμφὶ τῷ ἱρῷ,
τοιόσδε ἐστί. ἄλλοι δέ, Σεμίραμιν τὴν Βα-
βυλωνίην, τῆς δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ
ἐστί. ταύτην καὶ τόδε ὃ ἕδος εἵσασθαι νομί- B
ζουσι, οὐκ Ἥρῃ δὲ εἵσασθαι, ἀλλὰ μητρὶ
ἑωυτῆς, τῆς Δερκετὼ οὔνομα. Δερκετὼς
δὲ εἶδος ἐν Φοινίκῃ ἐθηησάμην, θῆνμα ξένον·
ἡμισέη μὲν, γυνή· ὃ δὲ ὁκόσον ἐκ μηρῶν ἐς
ἄκρους πόδας, ἰχθύος οὐρὴ ἀποτείνεται. ἡ δὲ
ἐν τῇ ἱρῇ πόλει, πᾶσα γυνή ἐστι. πίστιες δὲ τῷ
λόγῳ αὐτοῖσι, οὐ χάρτα ἐμφανέες. ἰχθύας,
χρῆμα ἱρὸν νομίζουσι, καὶ οὔκοτε ἰχθύων
φαύουσι, καὶ ὄρνιθας τοὺς μὲν ἄλλους, σιτέον-
ται, θεσπεσίῳ δὲ μοιοῦσι, οὐ σιτέονται, ἀλ-
λὰ σφίσι ἥδε ἱρή. τὰ δὲ γιγνόμενα, δοκέει αὐ- C
τοῖς ποιέεσθαι, Δερκετοῦς καὶ Σεμιράμιος
εἵνεκα· ὃ μὲν, ὅτι Δερκετὼ μορφὴν ἰχθύος
ἔχει· ὃ δὲ, ὅτι ὃ Σεμιράμιος τέλος, ἐς πε-
ρισταιρὴν ἀπίκετο· ἀλλ' ἐγὼ τὸν μὲν νηὸν, ὅτι
Σεμιράμιος ἔργον ἐστί, τάχα κου δέκομαι·
Δερκετοῦς δὲ ὃ ἱρὸν ἔμμεναι, οὐδαμᾷ πεί-
θομαι, ἐπεὶ καὶ πρὸς Αἰγυπτίων ἔνιοί εἰσι, οἳ
ἰχθύας οὐ σιτέονται, καὶ τὰ δὲ οὐ Δερκετοῖ
χαρίζονται. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος ἱρὸς, τὸν
ἐγὼ σοφοῦ ἀνδρὸς ἤκουσα· ὅτι ἡ μὲν θεὸς,
Ῥέη ἐστί· ὃ δὲ ἱρὸν Ἄτεω ποίημα. Ἄτης D
δὲ ἦν Λυδὸς μὲν τὸ γένος, πρῶτος δὲ τὰ ὄρ-
για τὰ ἐς Ῥέην ἐδιδάξατο. καὶ τὰ Φρύ-
γες, καὶ Λυδοὶ, καὶ Σαμοθρήικες ὄπιπτελέου-
σι, Ἄτεω πρώτα ἔμαθον. ὡς γὰρ μιν ἡ Ῥέη
ἔτεμε, βίου μὲν ἀνδρηίου ἀπεπαύσατο, μορ-
φὴν δὲ θηλέης ἠμείψατο, καὶ ἐσθῆτα γυναι-
κηίην ἐνεδύσατο, καὶ ἐς πάσαν γῆν φοιτέων,
ὄργιά τε ἐπετέλεε, καὶ τὰ ἔπαθε, ἀπηγέετο,
καὶ Ῥέῃ ἤδε· ἐν τοῖσι καὶ ἐς Συρίην ἀπί-
κετο. ὡς δὲ οἱ περὶ τὸν Εὐφρήτεω ἀνθρωποι,

Ferunt autem illam non ſacerdotes modò, ſed tota Syria, & Arabia: & qui trans Euphratem incolunt, multi homines ad mare deſcendunt, atque omnes inde aquam afferunt. Ac primò quidem in æde effundunt illam, poſtea autem in hiatũ defluit, recipítque lacus ille quamuis exiguus immenſam vim aquæ. Atque hæc ita facientes, Deucalionem ritum ac legem templi iſtam inſtituiſſe ferunt, ad teſtandam cladis pariter & beneficij memoriam. Vetuſtior igitur ſermo de templi origine talis quidem fertur. Alij autem Semiramidem Babyloniã illam, cuius multa paſſim opera per Aſiam extant, etiam hanc ſedem conſecraſſe putant, cæterùm non Iunoni, ſed matri ſuæ, cui nomen Derceto fuit. Dercetûs autem imaginem in Phœnicia vidi, ſpectaculum planè peregrinum, altera quidem parte mulierem, altera verò, quantum à femoribus ad imos pedes protenditur, in piſcis caudam deſinentem. At hæc quæ in Sacra ciuitate eſt, tota mulier eſt. Porrò argumenta quibus huic narrationi fidem faciunt, non ita clara habent. Piſces rem ſacram exiſtimant, neque vnquam piſces attingunt. Deinde & aues, alias quidem edunt, columbam autem ſolam non edunt, ſed hæc ſacra ipſis eſt. Et quòd hæc ita fiunt, placet ipſis Dercetûs & Semiramidis gratia fieri: alterum quidem, quòd Derceto piſcis formam habet: alterum autem, quòd Semiramis ad poſtremum in columbam verſa eſt. At ego ipſam quidem ædem Semiramidis opus eſſe, fortaſſis permiſerim: Dercetûs autem ſacram eſſe haudquaquam credo, quando & apud Ægyptios nonnulli ſunt qui piſcibus non veſcuntur, ídque in gratiam Dercetûs minimè faciũt. Fertur autem & alius ſermo ſacer, quem ego à ſapiente quodã viro audiui: quòd videlicet ipſa dea Rhea ſit, templum autem Attæ opus. Porrò Attes genere quidem Lydus fuit, primus autem ſacrorum ritus quibus Rhea coleretur, tradidit. Ac quibus Phryges & Lydi & Samothraces in ſacris vtuntur, ea omnia ab Atte acceperunt. Poſtquam enim ipſum caſtrauit Rhea, vitam quidem virilem agere deſiit, formam autem fœmineam aſſumpſit, veſtémque muliebrem induit. Atque ita per omnem terram obambulans, & ſacra peragebat paſſim, & quæ paſſus eſſet, narrabat, Rheámque celebrabat. Inter quæ & in Syriam venit. Cæterùm cùm illi qui trans Euphratem incolunt homines,

*Derceto.*

*Atten vocat, quem alij Atyn tertia declin.*

neque ipſum, neque ſacra eius recipe- A ὅτε αὐτὸν, ὅτε ὄργια ἐδέκηντο, ἐν τῷ δὲ τῷ
rent, hoc in loco templum conſtituit. Ac χώρῳ ὃ ἱερὸν ἐποιήσαντο. σημήια δ' ἐν θεὸς τὰ
multa ſigna adſunt deæ, quę ipſam Rheã πολλὰ ἐς Ρέλω ἀπικέεται. λέοντες γὰρ μιν
videri faciunt. Nam & leones ipſam fe- φέρεσι, καὶ τύμπανον ἔχει, καὶ ὅτι τῇ κεφαλῇ
runt, & tympanum habet, & coronam in πυργοφορέει, οἰκήιω Ρέλω Λυδοὶ ποιέουσι. ἔλε-
capite turritam geſtat, qualem & Lydi γε δ' καὶ Γάλλων πέρι, οἵ εἰσι ἐν τῷ ἱρῷ, ὅτι
Rheam effigiant. Dicebat autem & de Γάλλοι Ηρῃ μὲν ἀδαμᾶ, Ρέῃ δ' τέμνονται, &
Gallis idem, qui in templo ſunt, quòd Ατῆα μιμέονται. τὰ δέ μοι βώρεπέα μὲ δο-
Galli Iunoni quidem haudquaquam, κέει ἔμμεναι, ἀληθέα δ' ἔ. ἐπεὶ & τῆς τομῆς
Rheæ autem caſtrari ſoleant, & Atten ἄλλιω αἰτίω ἤκουσα πολὸν πιστοτέρω. αἰ-
imitentur. Cæterùm hæc mihi conue- δοῖ δέ μοι τὰ, λέγουσι τ' ἱερὸν πέρι, ξυνοῖσι Ελ-
nientia quidem videntur eſſe, vera autẽ λησι τὰ πολλὰ ὁμολογεόντες, τιμῶ μὲν θεόν,
non, quoniam de caſtratione aliam quo- Ηρίω δοκέοντες, ὃ δ' ἔργον, Διονύσου τ' Σε-
que audiui cauſſam, multa hac fidẽ di- μέλης ποίημα. καὶ γὰρ δὴ Διόνυσος ἐς Συρίην
gniorem. Placent verò mihi hæc quæ de ἀπίκετο, κείνῃ ὁδὸν τὴν ἦλθε ἐπ' Αἰθιοπίην.
templo dicunt, in quibus cum Gæcis cõ- καὶ ἔστι πολλὰ ἐν τῷ ἱρῷ Διονύσου ποιητέα σή-
ſentiunt, deam quidem Iunonem putan- ματα· ἐν τοῖσι καὶ ἐσθῆτες βάρβαροι, καὶ λίθοι
tes eſſe, ipſum autem opus Dionyſij, eius Ινδοὶ, καὶ ἐλεφάντων κέρεα, τὰ Διόνυσος ἐξ
qui ex Semele natus fuit. Nam & Diony- Αἰθιόπων ἐκόμισε, καὶ φαλλοὶ ἑστᾶσι ἐν τοῖσι
ſius in Syriam venit, eo videlicet itinere, προπυλαίοισι δύο κάρτα μεγάλοι. ὅτι δὲ τοῦ
quo in Æthiopiam eſt profectus. Et ſunt ὀπίσω γράμμα τοιόνδε ὑπογέγραπται,
multa in templo eius indicia, quæ ipſum
auctorem comprobant: inter quæ & ve- Τοιόσδε φαλλοὺς Διόνυσος Ηρῃ μητρυιῇ
ſtes Barbaræ, & lapilli Indici, & Elephã- ἀνέθηκα.
torum cornua, quæ ille ex Æthiopia tu-
lit. Etiam Priapi ſtant in veſtibulis, duo
admodum magni, qui tali Epigrammate
inſcripti ſunt:

*Hos poſui Bacchus tibi Iuno nouerca Priapos.*

Ac mihi quidem vel iſta ſufficiunt. Cæ- C Εμοὶ μὲν ὦν καὶ τάδε ἀρκέει. ἐρέω δ' καὶ ἄλ-
terùm dicam & aliud, quo ritu videlicet λο, τῇ ὅσι ἐν τῷ νηῷ Διονύσου ὄργιον. Φαλλοὺς
Dionyſij ſacra in æde peragant. Priapos Ελλήνες Διονύσῳ ἐγείρουσι· ὅτι τῷ & τοῖόν
Græci (quos Phallos ipſi dicunt) Diony- δέ τι φέρουσι, ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πε-
ſio erigunt, in quibus & tale quiddã por- ποιημένους, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας. καλέον-
tant, viros puta exiguos ex ligno effigia- ται δὲ τάδε, νευροσπαστά. ἔστι δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ
tos, magna virilia habẽtes. Vocantur au- ἱρῷ, ἐν δεξιᾷ τῆ νηοῦ· κάθηται σμικρὸς ἀνὴρ
tem Neuroſpaſta hęc. Eſt igitur & hoc in χάλκεος, ἔχων αἰδοῖον μέγα. τοσάδε μὲν ἀμ-
templo illo. Nam ad dextram ædis par- φὶ τῶν οἰκιστέων τῆ ἱερῆ μυθολογέουσι. ἤδη
tem ſedet exiguus vir ex ære factus, ha- δ' ἐρέω καὶ τῆ νηοῦ πέρι· θεσπίος τε ὄκως ἐγέ-
bens virile magnum. Ac tantum de illo, νετο, & ὅστις μιν ἐποιήσατο. λέγουσι τὸν νηὸν
quod ad conditores templi attinet, tra- τὸν πρὶν ἐόντα, μὴ ἔμμεναι τὸν τῷ ἀρχῷ
dunt. Iam verò & de æde dicam, & de ſi- D γεγονημένον, ἀλλ' ἕτερον μὲν κατενερθῶαι
tu eius, quo pacto ędificata ſit, & quiſnam χρόνῳ ὕστερον τὸν δ' νεῶ ἐόντα, Στρατονίκης
illam ædificauerit. Dicunt igitur ędem il- ἔμμεναι ποίημα, γυναικὸς τῆ Ασσυρίων
lam quæ à principio fuit, haudquaquam βασιλῆος. δοκέει δέ μοι ἡ Στρατονίκη ἐκείνη
eam eſſe quæ nunc eſt, ſed antiquiorem ἔμμεναι, τὴν ὁ πρόγονος ἠράσατο, τὸν ἤλεγξε
illam quidem ſucceſſu temporum colla- τῆ ἐνεοῦ διανοίη. ὡς γὰρ μιν ἡ συμφορὴ κα-
pſam eſſe, hanc autem quę nunc eſt, Stra- τέλαβε, ἀμηχανέων τῷ κακῷ, αἰσχρῷ δο-
tonices opus eſſe, vxoris regis Aſſyriorũ. κέοντι, κατ' ἡσυχίην εἶχεν. ἔκειτο δὲ ἀλ-
Videtur autem mihi Stratonice illa eſſe, λέων οὐδέν· καὶ οἱ ἥτε χροιὴ πάμπαν ἐξέπιπτε,
quæ à priuigno amata fuit, cuius amo-
rem medici induſtria deprehendit. Poſt-
quam enim ipſum ægritudo hæc inuaſe-
rat, dubius animi, propterea quòd illi ma-
lum hoc turpe videretur, ſilentio rem premens, morbo decumbebat. Iacebat autem
nullo quidem certo dolore affectus, veruntamen & color eius omnino immutabatur,

*Quo nomine & imaguncula vocantur apud Græcos, qua fidiculis tracta vel ſaltant, vel alios motus referunt. Vide Valer. lib. 5. ca. 7.*

καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαράινετο. ὁ δὲ ἰη-
τρὸς, ὡς εἶδέ μιν ἐς οὐδὲν ἐμφανὲς ἁρρωστέον-
τα, ἔγνω τὴν νοῦσον ἔρωτα ἔμμηνα. ἔρωτος
δὲ ἀφανέος πολλὰ σημήια, ὀφθαλμοί τε
ἀσθενέες, καὶ φωνὴ, καὶ χροιὴ, καὶ δάκρυα.
μαθὼν δὲ ταῦτα, ἐποίεε, χειρὶ μὲν τῇ δεξιῇ
ἔχε τὸν νεηνίσκου τὴν καρδίην. ἐπάλεε δὲ
τοὺς ἀεὶ τὴν οἰκίην πρώτους· ὁ δὲ, τῷ μὲν
ἄλλων ἐσιόντων πρώτων, ἐν ἠρεμίῃ μεγάλῃ
ἦεν· ὡς δὲ ἡ μήτηρ ἀπίκετο, τὴν τε χροιὴν
ἠλλάξατο, καὶ ἱδρῶτι ἄρξατο, καὶ θόρυ
ἔχετο, καὶ ἡ καρδίη ἀνεπάλλετο. τὰ δὲ γι-
γνόμενα, ἐμφανέα τῷ ἰητρῷ τὸν ἔρωτα ἐ-
ποίεε, καὶ μιν ὧδε ἰήσατο. καλέσας τὸν νεη-
νίσκου τὸν πατέρα, κάρτα ὀρρωδέοντα, λέγει
ἡ νοῦσος, ἔφη, τὴν ὁ παῖς ὃ δὲ ἁρρωστέει, ἡ
νοῦσός ἐστι, ἀλλὰ ἀδικίη· ὃ δὲ γάρτοι ἀλ-
γέει μὲν οὐδὲν, ἔρως δέ μιν καὶ φρενοβλα-
βείη ἔχει. ὑπερθυμέεται δὲ, τῷ οὐδαμῇ τεύ-
ξεται, φιλέων γυναῖκα ἐμὴν, τὴν ἐγὼ
οὔτι μετήσομαι. ὁ μὲν ὢν τοιάδε σοφίῃ ἐψεύ-
δετο, ὁ δὲ αὐτίκα ἐλίαστο, ὡς τε σο-
φίης, καὶ ἰητρικῆς, μή μοι παῖδα ὀλέσῃς.
οὐ γάρ ἐθέλων τοῦτῳ συμφορῇ ἔχεται, ἀλ-
λά οἱ ἡ νοῦσος ἀέκοντι. τῷ σὺ μηδαμᾷ
ζηλοτυπέων, πένθος ἔγχρε πάσῃ βασιλείῃ,
μηδὲ ἰητρὸς εἶναι, φόνον ὡς ξενέῃς ἰητρικῇ.
ὁ μὲν ὧδε ἀγνὼς ἐὼν, ἐδέετο, ὁ δέ μιν αὖ-
θις ἀμείβετο, Ἀνόσια κερτόμεις, γάμον ἐμὸν
ἀπαγορεύμενος, ἠδὲ ἰητρὸν ἄνδρα βιώμενος.
σὺ δὲ, κῶς αὖ αὐτὸς ἔφηξας, εἴ τοι σὴν γυ-
ναῖκα ἐπόθεε ἐμεῦ πάρος δεόμενος; ὁ δὲ
ὡς τὰ δὲ ἔλεγε, ὡς οὐδὲ αὐτὸς ἂν κοτε
γυναικὸς ἐφείσαιτο, οὐδὲ παιδὶ σωτηρίης
ἐφθόνεε, εἰ καὶ τοι μητρυιῆς ἐπεθύμεε· οὐ γὰρ
ὁμοίως συμφορὴ, ὦ ἔμμηνα, γαμετὴν, ἢ
παῖδα ὀλέσαι. ὡς δὲ τάδε ὁ ἰητρὸς ἤκουσε, Τί
τοι, ἔφη, ἐμὲ λίαστα; καὶ γάρ τοι σὴν γυ-
ναῖκα ποθέω· τὰ δὲ ἔλεγον ἐγὼ, πρώτα ἔην
ψεύδεα. πείθεται μὲν τοῦτοισι, καὶ τῷ μὲν
παιδὶ, λείπει καὶ γυναῖκα καὶ βασιλήιον.
αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην ἀπίκε-
το, καὶ πόλιν ὅσην τὴν Εὐφράτῃ ἐπώνυμον ἑωυ-
τοῦ ἐποιήσατο, ἔνθα οἱ καὶ ἡ τελευτὴ ἐγένετο.

A & corpus in dies marcescebat. Medicus autem vt ipsum aspexit, nullum manifestum morbi indicium præ se ferentem, amorem esse morbum cognouit. Amoris autem occulti multa indicia sunt: oculi videlicet languentes, & vox, & color, & lacrymæ. Quæ omnia cùm ille in hoc animaduertisset, huiusmodi quædam facit. Manu quidem dextera adolescentuli cor tenebat: eos verò qui in domo erant, omnes intrò in cubiculũ vbi ille decumbebat, vocabat. Ille igitur cæteris quidẽ ingredientibus omnibus cum summa quiete iacebat: at vbi nouerca aduenie-
B bat, tum demum & colorem mutare, & sudorem emittere incipiebat, tremoréq; corripiebatur, & ei cor subsultabat. Quæ cùm ita fierent, manifesta amoris indicia medico præbebãt. Ac ipsum hoc pacto sanitati restituit. Aduocato adolescentis patre, qui admodum tum filij causſa solicitus erat, Hic morbus, inquit, haudquaquam morbus est, sed iniuria quædam. Nam ille quidem dolore neutiquam premitur, sed amor ipsum & vecordia tenẽt. Expetit autem ea quæ illi haudquaquam assequi licet. Vxorem enim meam amat,
C quam ego minimè dimissurus sum. Atque hac ille tum prudentia mentiebatur. Pater autem cõtinuò precari cœpit: Per prudentiã ego te tuam, pérque ipsam medicinam obtestor, ne mihi perditum eas filium. Non enim sua sponte hoc malo tenetur, sed morbus illi inuito hic accidit: quare tu nequaquam æmulando velis luctum toti regno conciliare: néve, medicus cùm sis, hanc homicidij notam inurere medicinæ. Atq; hoc pacto ignarus ille, tamen precabatur. Alter autem
D respondens ei rursum, Nefaria, inquit, moliris, coniugem meam à me auferre quærens, & homini medico vim faciens. Tu verò quonam pacto ipse affectus esses si quis vxoris tuæ desiderio teneretur, quãdo nunc ista à me postulas? Tum ille ad hæc respondit, quòd neque ipse vxori vnquam parsurus fuisset, neque filio salutem inuideret, etiamsi nouercæ desiderio teneretur: neque enim parem iacturam esse, vxorem, ac filiũ amittere. Quæ cùm medicus audisset, Quid igitur me, inquit, obtestaris? Etenim tuæ illæ vxoris desiderio tenetur. Et quæ ego tibi modò dicebam, omnia falsa fuêre. Adducitur itaque hisce pater, ac filio quidem & vxorem relinquit, & regnum: ipse verò in terram Babyloniam abiit, & ciuitatem supra Euphratem, cognominem ipsi, condidit, vbi & mortem postea obiit.

Atque hoc quidem pacto tum medicus amorem cognouit,& curauit. Stratonice verò hæc, cùm adhuc priori marito cohabitaret,somnium tale vidit: Visa est ei Iuno iubere ædem illam in Sacra ciuitate extruere sibi,&,si minùs pareret, multa maláque ipsi cõminari. Illa verò principiò quidem nullam somnij huius rationem habuit: postea autẽ vt ipsam grauis morbus corripuit,& viro visionem exposuit,& Iunonem placare cœpit,ędémque se illã conditurã esse promisit. Ac statim vbi cõualuit,maritus ipsam in Sacram ciuitatẽ misit,cum ipsa autem vnà & pecunias,& exercitum magnum,partim ędificandi caussa, partim etiã securitatis gratia. Vocato autẽ quopiam ex amicis, homine adolescẽte admodum formoso, cui nomẽ erat Combabo: Ego te,inquit,Cõbabe, vtpote probum, ex omnibus amicis diligo maximè, & cùm ob prudentiã tum ob beneuolentiam erga me tuam, quam & præstitisti, laudo in primis. In præsentia autem opus mihi est magna fide: quare te volo cum vxore mea hinc profectum,& ædificium absoluere mihi, & sacra peragere, & exercitui præesse. Cæterùm vbi reuersus fueris, magnis à nobis honoribus afficieris. Ad hæc igitur Combabus statim precari cœpit, multis obtestans Regem,ne se mitteret,néve sibi crederet pecuniam multo suis facultatibus maiorem: deinde & vxorẽ, & opus sacrum. Cæterùm illud formidabat, nequando progressu temporis zelotypia erga Stratonicen ipsi pareretur, vt quam solus inde abducturus erat. Cæterùm vbi illum haudquaquam permouit, supplicare iterum cœpit,quò sibi spatium septem dierum permitteret, ac deinde vbi ea perfeciſſet quibus maximè opus haberet, ablegaret. Quod cùm facilè impetrasset, domum suam abit, & procidens in terram, huiuscemodi quædam cum fletu eiulauit: O me miserum, quò mihi hac fide? quò mihi autem via ista, quam nunc postremùm aspiciam? Adolescens equidem ego, & cum muliere formosa proficiscar? Hæc mihi magna verò calamitas erit, nisi omnem mali caussam à me amoueam. Quare necesse est magnum peragere me facinus, quod mihi metum omnem hunc subleuet ac curet. Hæc ita effatus,seipsum inutilem ac mãcum reddidit,amputatisq; virilibus, in angustum quoddã vasculum ea inclusit,myrrha pariter & melle aliisq; odoramẽtis additis.

A ὧδε μὲν ὁ ἰηζὺς ἔρωτα ἔγνω τε καὶ ἰήσατο. Λίδε δὴ ὧν ἡ Στρατονίκη ἐπὶ τῷ πρεσβυτέρῳ ἀνδρὶ συνοικέουσα, ὄναρ τοιόνδε ἐδήσατο, ὡς μὲν ἡ Ηρη ἐκέλευε ἱερὸν οἱ τὸν ἐν τῇ ἱρῇ πόλι νηὸν εἰ μὴ ἀπειθέοι, πολλὰ οἱ καὶ κακὰ ἀπείλεε· ἡ δ', τὰ μὲν πρῶτα, οὐδεμίλλῳ ὥρῃ ἐποιέετο· μετὰ δ', ὡς μιν μεγάλη νοῦσος ἔλαβε, τῷ τε ἀνδρὶ τὸν ὄψιν ἀπηγήσατο, καὶ τὸν Ηρίῃ ἱλάσκετο, καὶ ἐπίσην τὸν νηὸν ἐπηγέδεξατο. καὶ αὐτίκα ὑγιέα γυναῖκα, ὁ ἀνὴρ ἐς τὸν ἱρὸν πόλιν ἔπεμπε, σὺν μὲν οἱ, καὶ χρήματα, καὶ
B στρατιὴν πολλήν. τοὺς μὲν, οἰκοδομέειν, τοὺς δ', καὶ τὴν ἀσφαλέος εἵνεκα. καλέσας δέ τινα τῶν ἑωυτῦ φίλων νεηνίην, κάρτα καλὸν, τῷ οὔνομα ἦν Κομβάβος, Ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ Κομβάβε, ἐόντα, φιλέω τε μάλιστα φίλων ἐμῶν, καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τε, καὶ βουλοίης τῆς ἐς ἡμέας, τιμῶ δὴ ἐπιδέξαο. νῦν δέ μοι χρειὼ μεγάλης πίστιος, τῷ σε θέλω γυναικὶ ἐμῇ ἐκκόμιμον, ἔργον τέ μοι ὑπερτελέσαι, καὶ ἱρὰ τελέσαι, καὶ στρατιῆς ὑπερκρατέειν. Οἱ δ' ἀπιόμενόν
C ἐξ ἡμέων τιμὴ μεγάλη ἔσεται. τοσὰ δὲ ὁ Κομβάβος αὐτίκα λίαστο, πολλὰ λιπαρέων μή μιν ἐκπέμπειν, μηδὲ πιστεύειν οἱ τὰ πολλὸν ἑωυτῦ μέζονα χρήματα, καὶ γυναῖκα, καὶ ἔργον ἱερόν. τὰ δ' ὀρρωδέε, μή κοτέ οἱ ζηλοτυπίη χρόνῳ ὑστέρῳ ἐς τὸν Στρατονίκην γένοιτο, τὸν μοῦνος ἀπάξειν ἔμελλε. ὡς δ' οὐδαμᾶ ἐπείθετο, ὁ δ' ἱκεσίης δευτέρης ἅπτεται, δοῦναι οἱ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων· μετὰ δ', ἀποστεῖλαι μιν τελέσαντά τι τῶν μάλιστα ἐδέετο.
D τυχὼν δ' ῥηιδίως, ἐς τὸν ἑωυτῦ οἶκον ἀπικνέεται, καὶ πεσὼν χαμάζε, τοιάδε ὠδύρετο· Ω δείλαιος, τί μοι ταύτης τῆς πίστιος; τί δέ μοι ὁδοῦ, τῆς τέλος ἤδη δέρκομαι; νέος μὲν ἐγὼ, καὶ γυναικὶ καλῇ ἕψομαι. Τὸ δέ μοι μεγάλη συμφορὴ ἔσεται, εἰ μὴ ἔγωγε πᾶσαν αἰτίην κακοῦ ἀποθήσομαι. τῷ με χρεὼ μέγα ἔργον ἀποτελέσαι, τό μοι πᾶσι φόβον ἐνήσεται. τάδε εἰπὼν, ἀτελέα ἑωυτὸν ἐποίεε, καὶ πάντων τὰ αἰδοῖα, ἐς ἀργύριον μικρὸν κατέθετο, σμύρνῃ τε ἅμα, καὶ μέλιτι, καὶ ἄλλοισι θυώμασι,

καὶ ἔπειτα, σφρηγίδι, τῷ ἐφορέε, σημηνάμενος, ὃ πρωΐμα ἵητο. μὴ ὄ, ὡς μὲν ὁδοιπορέων ἐδόκεε, ἀπικόμενος ἐς τὸν βασιλῆα, πολλῶν παρεόντων, δίδοῖ τε ἅμα ὃ ἀγγήιον, καὶ λέγει ὧδε· Ω δέσποτα, τό δέ μοι μέγα κειμήλιον ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἀπεκέαλο, ὃ ἐγὼ κάρτα ἐπόθεον. νῦν ὄ, ἐπεὶ μεγάλῳ ὁδὸν ἔρχομαι, τῷδέ σοι τόδε θήσομαι· σὺ δέ μοι ἀσφαλέως ἔχειν. τόδε γάρ μοι χρυσοῦ βέλτερον, τόδε μοι ψυχῆς ἐμῆς ἀντάξιον. ὅτ' ἂν ὄ ἀπίκωμαι, σῶον αὖτις ἀποίσομαι. ὁ μὲν δὴ ξεῖνος, ἑτέρῃ σφρηγίδι ἐσημήνετο, καὶ τοῖσι ταμίῃσι Φρυγερέην ἐνετείλατο. Κομβάβος μὲν ὦν, ὃ ἀπὸ τῆσδε ἀσφαλέα ὁδὸν ἰοῦσε. ἀπικόμενοι δ' ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν, ἀπωυδὴν τὸν νηὸν οἰκοδόμεον. καὶ σφισι τρία ἔτεα ἐν τῷ ἔργῳ ἐξεγένετο· ἐν τοῖσι ἀπέβαινε τὰ περ ὁ Κομβάβος ὀρρώδεε. ἡ γὰρ Στρατονίκη χρόνον ὁπὶ πολλὸν συνοῦσα μιν, πρόθεν ἄρχετο. μετὰ δὲ οἱ καὶ κάρτα ἐπεμήνατο. καὶ λέγουσι οἱ ἐν τῇ ἱρῇ πόλι τῇ Ἥρῃ τουτέων αἰτίην ἐθελουσέην γενέσθαι, Κομβάβον ἐόντα, καλὸν μὲν ἄνδρα· Στρατονίκῃ δὲ πᾶσαν ἔμμεναι, ὅτι οὐ ῥηιδίως τὸν νηὸν ἀπέτεμε. ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐσωφρόνεε, χρόνῳ δὲ νοῦσον ἔκρυπτε· ὡς δὲ οἱ ὃ κακὸν μέζον ἢ συχῆς ἐγένετο, ἐς ἐμφανὲς ἐτύγχανε, κλαιέσκέ τε δι' ἡμέρης, καὶ Κομβάβον ἀνεκαλέετο, καὶ οἱ πάντα Κομβάβος ἦν. τέλος δὲ, ἀμηχανέουσα τῇ συμφορῇ, θώρηκτα ἱκεσίην ἐδίζετο. ἄλλῳ μὲν ὦν τὸν ἔρωτα ὁμολογέειν ἐφυλάσσετο, αὐτὴ δὲ ὑπαχθρέειν ἠδέετο. ὑπνοέει ὦν τοιάδε· οἴνῳ ἐωυτὴν μεθύσασα, ἐς λόγους οἱ ἐλθεῖν· ἅμα δὲ οἴνῳ ἐσιόντι, παῤῥησίη τε ἐσέρχεται, καὶ ἡ ἀποτυχίη οὐ κάρτα αἰσχρὴ, ἀλλὰ τῶν ὑπνωμένων ἕκαστα ἐς ἀγνοίην ἀναχωρέει. ὡς δὲ οἱ ἐδόκεε, καὶ ἐποίεε ταῦτα. καὶ ἐπεὶ ἐν δείπνου ἐγένοντο, ἀπικνεομένη ἐς τὰ οἰκήια, ἐν τοῖσι Κομβάβος αὐλίζετο, λίαστό τε, καὶ γονάων ἅπτετο, καὶ τὸν ἔρωτα ὡμολόγεε.

A Deinde vbi & annulo quem gestare solebat, obsignasset illud, vulnus curabat. Postea verò cùm ipsi iam tempus videretur vt proficisceretur, ad regem veniens, multis aliis præsentibus dat illi pariter & vasculum, & dicit in hunc modum: Hoc ego vasculum, domine, inter pretiosissima domi repositum habui, idque in primis amabam. Nunc autem, quando magnum adeò iter ingredior, apud te deponam. Tu verò fac vt tutum ac custoditum mihi præstes: nam hoc auro potius mihi est, eodémque pretio cum anima ipsum æstimo: vt postquam rediero, saluum & incolumẽ ite-
B rum recipiam. Ille verò acceptum altero quoque annulo obsignauit, & quæstoribus asseruandum & custodiendum tradidit. Combabus igitur post illa securum iter peragebat. Cæterùm cùm iam ad Sacram ciuitatem veniissent, ædem summa cura extruxerunt: atque ipsis dum in opere sunt, anni tres elabuntur: intra quos illa quæ Combabus tantopere metuerat, euenêre. Nam Stratonice, postquam ille multo iam tempore cum ea conuersaretur, amare illum cœpit, mox etiam grauiter in illum ex amore in-
C saniit. Et ferunt, qui Sacram ciuitatem incolunt, Iunonem eius rei causſam extitisse: ac Combabum quidem vt bonum virum haudquaquam latuisse: Stratonicen autem vltam esse, eo quòd non statim ac facilè ædem illam promisisset. Porrò illa principio quidem modestè ac temperanter se gerebat, morbúmque celabat: postea verò vbi malum illi hoc in maius quàm vt tegi silentio posset, accreuit, manifestè adeò conficiebatur, flebátque continuè, ac Combabum vocabat. Atque illi tum omnia Combabus erat. Postremò autem cùm inopia consilij nullum huic malo remedium inue-
D niret, honestam atque idoneam compellandi illius viam quærere cœpit. Proinde cùm alteri quidem vlli amorem fateri abhorreret, ipsa autem aggredi illum coràm verecundia prohiberetur, huiusce modi quædam animo cogitare cœpit, vt postquam videlicet vino sese inebriasset, in colloquium cum illo veniret. Pariter autem cum vino ingrediente, & loquendi fiducia accedit, & non impetrasse quod postularis, non ita magnus pudor est, sed eorum quæ aguntur, singula in obliuionem retro abeunt. Postquam igitur apud se ista constituerat, faciebat quoque: & cùm cœna peracta discessissent, ad ædes in quibus Combabus diuertebatur, veniens, obtestabatúrq; illum, & genua eius prehẽsabat, & amorem fatebatur.

Ille autem orationẽ eius ægrè ac difficulter admittebat, ipſúmque opus detrectabat, denique & ebrietatem illi exprobrabat. At verò cùm illa neſcio quod magnũ malum in ſe ipſam facturam eſſe ſe minitaretur, adductus metu, totã illi rem manifeſtã fecit, & quicquid à ſe ipſe paſſus eſſet, enarrauit, ipſúmq; opus in lucẽ protulit. Videns igitur Stratonice ea quæ nunquam futura putaret, à furore quidẽ illo in præſens ita deſtitit, amoris autem haudquaquam oblita eſt, ſed per omnia cõuerſando illi, hanc quaſi quãdam conſolationem amoris, cuius effectum conſequi nequiuerat, quærebat. Eſt autem amor hic in Sacra ciuitate, & etiam nunc durat, vt Gallos quidẽ concupiſcant mulieres, & viciſſim Galli in mulieres depereant, neque tamen quiſquam zelotypia ſiue æmulatione aliquà cõmoueatur, ſed ipſis res hęc in primis ſacra cenſetur. Porrò hæc in Sacra ciuitate circa Stratonicẽ ita geſta, regem haudquaquam latuere, ſed complures venientes, accuſabant illos, & quæ facta eſſent, commemorabãt. Quocirca dolore accẽſus, ab opere quanquam adhuc imperfecto Combabum reuocauit. Alij autem ſermonem quendam neutiquam verum recenſent, quòd videlicet Stratonice poſtquam ea conſequi quæ expetiuerat, non potuiſſet, ipſa ad virum ſcribens, Combabum vltro accuſarit, tanquam qui ad ſtuprum ipſam ſolicitaſſet. Et quod Græci de Sthenebœa dicunt, & de Phædra Cretenſi, hoc idem & Aſſyrij de Stratonice conſitentur. Ego quidem igitur neque Sthenebœam credo neque Phædram talia perpetraſſe, ſi modò Hippolytum Phædra verè amauit: ſed hæc in medio, ita vt ſunt, relinquamus. Cæterùm vbi nuncius in Sacram ciuitatem peruenit, Combabus & cauſſam reuocationis agnouit, & animo fidente ad regem abiit: nam illi defenſio domi relicta erat. Ac venientem ipſum continuò rex comprehendi iuſſit, & in cuſtodia tenuit. Poſtea autem præſentibus amicis, qui tum quoque vnà adfuerant quando Combabus emittebatur, adductum illum in medium accuſare cœpit, adulteriúmque & intemperantiam vitæ obiecit. Admodum autem grauiter commotus, & fidem inuocabat, & amicitiam, dicens tripliciter Combabum iniuriam feciſſe, vt qui & adulterium commiſiſſet, & fidem frẽgiſſet, & in deam impius fuiſſet, in cuius opere huiuſcemodi perpetraſſet. Multi autẽ adſtantes coarguebãt ipſum, quòd videlicet manifeſtè vidiſſent ipſos mutuò cõgredientes.

A ὁ δὲ τὸν τε λόγον ἀπηνέως ἀπεδέκετο, καὶ τὸ ἔργον αἰσχύνετο, καὶ οἱ τὴν μέθην ἐνεκάλεε. ἀπειλούσης δὲ μεγά τι κακὸν ἑαυτῇ ἐργάσασθαι, δείσας, πρῶτα οἱ λόγον ἔδωκε, καὶ πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ πάθην ἀπηγήσατο, καὶ τὸ ἔργον ἐς ἐμφανὲς ἐνήνεικε. ἰδοῦσα δὲ ἡ Στρατονίκη, τὰ ὕποτε ἔλπετο, μανίης μὲν ὕπω ἐκείνης ἔρχετο, ἔρωτος δὲ ὐδαμῶς ἐλήθετο, ἀλλὰ πρῶτα οἱ σωεῦσα, ταύτην τῶδε μηχανὴν ἐποιέετο ἐρώτος ἀφορήτου. ἔστι ὁ ἔρως οὗτος ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ, καὶ ἔτι νῦν γίνεται, γυναῖκες Γάλλων ὀπιπτευόμεσι, καὶ γυναιξὶ Γάλλοι ὀπιμαίνονται,

B ζηλοτυπέῃ δὲ οὐδεὶς, ἀλλά σφισι τὸ χρῆμα κάρτα ἱρὸν νομίζεται. πάσῃ δ' ὧν ἐν τῇ ἱρῇ πόλῃ, ἀμφὶ τὴν Στρατονίκην, ὐδαμᾶ τὸν βασιλῆα λέληθε, ἀλλὰ πολλοὶ ἀπικνεόμενοι κατηγόρεον, καὶ τὰ γινόμενα ἀπηγέοντο· ὅτι τοῖσι παρεοῦσι, ἐξ ἀτελέος τοῦ ἔργου Κομβάβου μετεκάλεε. ἄλλοι δὲ λέγουσι λόγον ὅτι ἀληθέα, τὴν Στρατονίκην, ὅτευ ἀπέτυχε τὸν ἐδέετο, αὐτὴν γράψασθαι ἐς τὸν αὐτὸν, τοῦ Κομβάβου κατηγορέειν, πείρην οἱ ὀπικαλέσασθαι. καὶ δὴ Ἕλληνες Σθενεβοίης πέρι

C λέγουσι, καὶ Φαίδρης τῆς Κνωσίης, ταὐτὰ καὶ Ἀσσύριοι ἐς Στρατονίκην μυθολογέουσι. ἐγὼ μὲν ὦν οὐδὲ Σθενεβοίῃ πείθομαι, οὐδὲ Φαίδρῃ, οἵα δὲ ὀπιτελέσαι, εἰ τὸν Ἱππόλυτον ἀπρεπέως ἐπόθεε Φαίδρη. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐχέτω ὅκως ἐν ἐβούλετο. ὡς δὲ ἡ ἀγγελίη ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἀπίκετο, ἔγνω τε ὁ Κομβάβος τὴν αἰτίην, θαρσέων τε ἦλθε, ὅτι οἱ ἡ ἀπολογίη οἵκοι ἐλίπετο. καὶ μιν ἐλθόντα ὁ βασιλεὺς αὐτίκα μὲν ἔδησέ τε καὶ ἐν φρουρῇ ἔσχε. μετὰ δὲ πρεόντων οἱ τῶν φίλων, οἳ καὶ τότε πεμπομένῳ τῷ Κομβάβῳ παρῆσαν, τὸν μαχαιρὸν ἐς μέσον, κατηγορέειν ἄρχετο, καὶ οἱ μοιχήν τε, καὶ ἀκολασίην τοῦ βίου ὠνείδιζε· κάρτα δὲ δυνοπαθέων, πίστιν τε καὶ φιλίην αἰνεκαλέετο, λέγων τελευτὰ Κομβάβου ἀδικέειν, μοιχόν τε ἐόντα, καὶ ἐς πίστιν ὑβρίσαντα, καὶ ἐς θεὸν ἀσεβέοντα, τῆς ἐν τῷ ἔργῳ τοιάδε ἐπρήξε. πολλοὶ δὲ παρεστεῶτες, ἤλεγχον, ὅτι ἀναφανδὸν σφέας ἀλλήλοισι συνεόντας εἶδον.

πᾶσι δὲ τέλος ἐδόκει αὐτίκα θνήσκειν Κομβάβον, θανάτου ἄξια ἐργασμένον. ὁ δὲ τέως μὲν ἐσήκει, λέγων οὐδέν. ἐπεὶ δὲ ἤδη ἐς τὸν φόνον ἦγετο, φθέγξατό τε, καὶ ὃ χειμήλιον ἦττε, λέγων, ὡς αἰσχρὸν μὲν οὐκ ὄκνος οὐδὲ γάμων εἵνεκα, ἀλλὰ σκείνων ὀπτυμένων, τὰ οἱ ἀπίων προεθήκατο. τοῦς τά δὲ ὁ βασιλεὺς καλέσας τὸν ταμίην, σκέλλε σφίσι τὰ οἱ φορυρέην ἔδωκε. ὡς δὲ ἔνεικε, λύσας τὴν σφρηγῖδα ὁ Κομβάβος, τά τε σκεύεα ἐπέδειξε, καὶ ἑωυτὸν ὁποῖα ἐπεπόνθεε· ἔλεξέ τε, Ω βασιλεῦ, τὰ δέ τοι ἐγὼ ὀρρωδέων, ὅτε μὲ τοῦτον ὁδὸν ἔπεμπες, ἀέκων ἤιον. καὶ ἐπεί με ἀναγκαίη μεγάλη ἐκ σέο κατέλαβε, τοιάδε ἐπετέλεσα, ἐσθλὰ μὲν ἐς δεσπότεα, ἐμοὶ δ' οὐκ εὐτυχέα. τοιόσδε μέντοι ἐών, ἀνδρὸς ἐπ' ἀδικίῃ ἐγκαλέομαι. ὁ δὲ τοῦς τάδε θαμβώσας, ἀπεβάλετό τε μιν, καὶ δακρύων, ἅμα ἔλεγε, Ω Κομβάβε, τί μέγα κακὸν εἰργάσαο; τί δὲ σεωυτὸν οὕτω ἀεικέλιον ἔργον μούνων ἀνδρῶν ἔφηνας; τὰ δ' πάμπαν ἐπαινέω, ὦ ἄθλιε, ὅς τοιάδε ἔτλης, οἷα μήτε σὲ παθεῖν, μήτε ἐμὲ ἰδέσθαι ὤφελε· οὐ γάρ μοι τοιούτης ἀπολογίης ἔδεε. ἀλλ' ἐπεὶ δαίμων τοιάδε ἤθελε, τοῦτο μέν σοι τίσις ἐξ ἡμέων ἔσεται, αὐτέων συκοφαντέων ὁ θάνατος, μετὰ δὲ μεγάλα δωρεὴ ἀπίξεται, χρυσός τε πολλὸς, καὶ ἄργυρος ἄπλετος, ἐσθῆτες Ασσύριαι, καὶ ἵπποι βασιλήιοι· ἀπίξεαι δὲ πρὸς ἡμέας δὺς ἐσαγγελέος, οὐδέ τις ἀποστρέψει σε ἡμετέρης ὄψιος, οὐδ' ἐγὼ γυναικὶ ἅμα συνάξομαι. τὰ δὲ εἶπέ τε ἅμα, καὶ ἐποίεε· καὶ οἱ μὲν αὐτίκα ἐς φόνον ἤγοντο. τῷ δὲ τὰ δῶρα ἐδέδοτο, καὶ ἡ φιλίη μείζων ἐγεγόνεε. ἔδοξε δὲ οὐδενὶ ἔτι Ασσυρίων Κομβάβῳ σοφίῃ καὶ δαιμονίῃ εἴκελος. μετὰ δὲ, αἰτησάμενος ἐκτελέσαι τὰ λείποντα τῷ νηῷ (ἀτελέα γάρ μιν ἀπολέλοιπε) αὖθις ἐπέμπετο, καὶ τόν τε νηὸν ἐξετέλεσε, καὶ ὃ λοιπὸν, αὖτις ἦλθε. ἔδοκε δὲ οἱ ὁ βασιλεὺς ἀρετῆς τε καὶ εὐεργεσίης εἵνεκα, ἐν τῷ ἱρῷ ἑστάναι χάλκεον· καὶ ἔστη ἐς τιμὴν ἐν τῷ ἱρῷ Κομβάβος χάλκεος,

A μὴ προσάγαγέ μοι τὸ χεῖρα, ἔφη· ὃ κατ' ἐμὲ γὰρ, ἄδεν βεβήλωμον ὁ νεὼς πείσεται· τὸν θεὸν προσφιλῶν, ἑκὼν ἕψομαι. καὶ γὼ μὲν ὠήθη τῆς ἐλπίδος ταύτης· καὶ τὸ χεῖρα τοῦ στόματι προσαγαγόντος, ἄδεν ἄλλ' ἢ προσκυνῆν ὑπελάμβανον. ὃ δ' τί δὴ ποτε ἐώ; ὕστερον παιδίοις θεραπαίνης ἐφωράσαμεν, πάλαι φάρμακον αὐτὸν πεπαμιεῦσθαι, λύσαι ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἐλευθερίαν κτώμενον. ὁ γὰρ οὖν ἔφασεν ὑπορθὰς τὸν ὠδὸν τοῦ νεώ· ἦ προσὶς ἐμὲ βλέψας, Ἄγε δὴ ἴστον, ἔφη, προσὶς Ἀντίπατρον. Δημοσθένη δ' οὐκ ἄξεις, ὦ, μὰ Δία. καίτοι μὴν ἐφαίνετο προσθήσειν τοῖς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκόσι. ὁ δ' χαίρειν εἰπών, ἀπέπτη. τοῦτό σοι ὃ τέλος, ὦ βασιλεῦ, τῆς Δημοσθένους πολιορκίας κομίζειν ἔχω. Δημοσθένους γε καὶ ταῦτα, ὦ Ἀρχία; βαβαὶ τῆς ἀνικήτου ψυχῆς, καὶ μακαρίας, ὡς ἀνδρεῖον μὲν αὐτῷ τὸ λῆμα, πολιτικὴ δ' προθυμία, μετὰ χεῖρα. τὸ πρὸν τῆς ἐλευθερίας ἔχειν· ἀλλ' ὃ μὲν οἴχεται, βίον ἔξων τὸν ἐν Μακάρων νήσοις ἡρώων λεγόμενον, ἢ τοῖς εἰς θεῶν ψυχῶν νομιζομένοις ὁδοῖς, ὀπαδὸς τῆς δαίμονι ἐσόμενος Ἐλευθερίου Διός. τὸ σῶμα δ' ἡμεῖς εἰς Ἀθήνας ἀποπέμψομεν, κάλλιον ἀνάθημα τῇ γῇ τῶν ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότων.

---

# ΘΕΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ.

# DEORVM CONCILIVM.

## Vincentio Obsopœo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Rursum hoc loco Lucianus deorum gentilium vanitatem atque stultitiam more suo deridet: hominúmque superstitionem tacitè reprehendit, qui ridicula adeò atque absurda de illis sibi ipsis persuadeant ac credant. Est autem festiua quædam imitatio, qua ad exemplum Athenienſis Reipubl. concilium Deorum haberi fingit, superÿs videlicet qui ceu nothi ac peregrini in ciuitatem ac cœtum deorum irrepsissent. Accusatoris igitur vicem Momus generalis deorum cæterorum sugillator suscipit: qui principiò quidem communi nomine in eos qui partim ex dÿs, partim ex hominibus nati, in cœlum recepti fuerant, tanquam nothos ac peregrinos, inuehitur. Præcipuè verò Dionysum accusat, vt qui non solùm ipse aduentitius in cœlo sit, verùm etiam alios quosdam barbaros & informes, numeróque deorum prorsus indignos, secum introduxerit. Atque huius rei tanquam authorem & caussam Iouem quoque in crimen vocat, quòd is cum mulieribus mortalibus, nunc hac nunc illa specie transformatus concumbat, ac postea ex illis procreatos liberos inter deos referat, & in cœlo collocet. Itaque iam illius exemplo etiam deas cum viris hominibus congredi cœpisse, ac liberos ex ÿsdem sustulisse. Secundo autem loco eos qui & Barbari & ex solis hominibus procreati, pro dÿs haberentur, insectatur, illorum indignitatem, cùm ob personarum ac linguæ fœditatem, tum ob ea quæ ex eo quòd in cœlum recepti essent, consecuta sint, exaggerans. Inter quos præcipuè Aegyptiorum absurditatem persequitur, quorum alÿ canum, alÿ boum, alÿ aliorum turpium atque brutorum animantium specie colerentur. Postremò etiam philosophorum illa plausibilia ac vulgo iactata nomina arripit, puta Virtutem, Fatum, Naturam &c. vt quæ non noua ac peregrina sint, sed ne vsquam quidem existant. Quo loco & temporum suorum vitia, & philosophorum vanitatem simul notasse videtur, vt qui verbis quidem multa de*

*virtute iactarint, ipso autem opere quiduis potiùs quàm virtutem & honestatem præstiterint. Quòd autem fati & naturæ quoque meminit, eò pertinet, quòd cultus deorum paulatim sublatus fuit, quando homines à philosophis edocti, fato quodam, & naturali rerum ordine ac serie, non deorum benignitate fieri ac geri omnia, opinari cæperunt. Atque ad hunc modum accusatione sua peracta, Momus decretum quoque à se compositum proponit ac recitat, quo ipso quoque ad exemplum Atheniensium psephismatum, qualia multa temporibus Demosthenis, & paulò suprà quoque facta sunt, efficto, iubetur dij cognitiones diuinitatis & originis quisque suæ ad proximum concilium afferre, vt qui peregrini & aduentitij reperti fuerint, è cœtu ac ciuitate deorũ remoueantur.*

Μηκέτι τοιγαροῦν, ὦ θεοί, μηδὲ κατ' γωνίας συσταφόμενοι, πρὸς οὓς ἀλλήλοις κοινολογεῖσθε, ἀγανακτοῦντες, εἰ πολλοὶ ἀνάξιοι μετέχουσιν ἡμῖν τοῦ συμποσίου. ἀλλ' ἐπειδὰν ἀποδέδοται τοῦτο τὸ σύνταγμα ἐκκλησία, λεγέτω ἕκαστος εἰς τὸ φανερὸν τὰ δοκοῦντά οἱ καὶ κατηγορείτω. σὺ δὲ κήρυττε, ὦ Ἑρμῆ, τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ τοῦ νόμου. ΕΡ. ἄκουε, σίγα, τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστιν; εἰ δέ τις, καὶ τῶν μετοίκων καὶ ξένων. ΜΩ. ἐγὼ ὁ Μῶμος, ὦ Ζεῦ, εἰ μοι δώσεις εἰπεῖν. ΖΕ. τὸ κήρυγμα ἤδη ἐφίκοιτο· ὥστε σοὶ ἐμοῦ δεήσει. ΜΩ. φημὶ τοίνυν δεῖν ποιεῖν οἵους ἡμῶν, οἷς οὐκ ἀπόχρη θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων αὐτοὺς γεγενῆσθαι. ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τοὺς ἀκολούθους, καὶ θεράποντας αὐτῶν ἰσοτίμους ἡμῖν ἀποφαίνουσιν, οὐδὲν μέγα, οὐδὲ νεανικὸν οἴονται εἰργάσθαι. ἀξιῶ δή, ὦ Ζεῦ, μὴ παῤῥησίας μοι δοῦναι εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως δυναίμην. ἀλλὰ πάντες με ἴσασιν ὡς ἐλευθέρως εἰμὶ τὴν γλῶτταν, καὶ οὐδὲν ἂν κατασιωπήσαιμι τῶν οὐκ καλῶς γιγνομένων. διελέγχω γὰρ ἅπαντα, καὶ λέγω τὰ δοκοῦντά μοι εἰς τὸ φανερόν, ὅτε δεδίως τινα, οὔτε ὑπ' αἰδοῦς ὅτι καλύπτων τὴν γνώμην· ὥστε εἰς ἅπαντας δοκῶ τοῖς πολλοῖς, καὶ συκοφαντικὸς τὴν φύσιν, δημόσιός τις κατήγορος ὑπ' αὐτῶν ἐπονομαζόμενος. πλὴν ἀλλ' ἐπειδὰν ἔξεσι, καὶ κεκήρυκται, καὶ σύ, ὦ Ζεῦ, δίδως μετ' ἐξουσίας εἰπεῖν, οὐδὲν ὑποστελλόμενος ἐρῶ. πολλοὶ γάρ, φημί, οὐκ ἀγαπῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέχουσι τῶν αὐτῶν ἡμῖν ξωμεδρίων, καὶ βιωσιμῶνται ὁπόσης, καὶ ζοῦσι, θνητοὶ ὄντες ἡμισείας ὄντες·

NE posthac clanculum consusurretis, ô Superi, neque ad angulos conuersi, in aurem alter cũ altero colloquamini, indignantes multos parum dignos nostri symposij esse participes: verùm posteaquam coactum est concilium, quisque propalam in medium suam adferat sententiam, & quæ accusatione digna sunt, accuset. Cæterùm Mercuri præconium illud ex lege clara voce promulgato. M E R. Arrige aures, vocem comprime: Quis ex diis senioribus & perfectis, quibus permissum est, in concione verba facere vult? Ipsa deliberatio de inquilinis & hospitibus futura est. M O. Ego Momus, ô Iupiter, si fandi copiã mihi feceris. I V P. Iam ipso præconio loquendi libertas tibi facta est: itaque meo permissu nihil opus est. MO. Aio itaq; nonnullos nostrũ vitiosè & improbè facere, quibus non satis est semet deos ex hominibus factos esse, nisi suos quoq; pedisequos & famulos nobis honore pares esse ostenderint: qua in re nil magnũ aut iuuenile se fecisse existimant. Volo verò ô Iupiter, vt interrita loquendi libertas mihi concessa sit. Neque enim aliter, quæ sentio, effari possim. Sed me omnes ex æquo nouerunt, quàm liberæ linguæ deus sim, & quàm nihil eorum quæ parum honestè & decorè fiunt, reticere soleam. Etenim omnia in reprehensionem rapio, ac propalã, quæ mihi optimè aut secus facta videntur, proloquor, neque reformidans cuiusquam auctoritatẽ, neque præ verecundia sententiam meam cõcelans. Quapropter & onerosus multis esse videor, & natura sycophãticus, dum popularis quispiam & cõmunis omnium accusator ab illis vocor. Sed enim posteaquam licitum est, atque ita iã proclamatum, & tu Iupiter cum libertate loquendi facultatem mihi cõcesseris, nihil dissimulanter tacitum aut præteritũ dicturus sum. Multi sunt, inquam, non contenti quòd ipsi in deorum cõcilium admissi, nostri cõtubernij sint participes, quódq; pari sorte nobiscũ conuiuantur, præsertim cùm ex dimidio homines nos esse constet,

adhuc etiam ministros suos & chori so-
cios in cœlum subduxerunt, eósque deos
fecerunt adscriptitios: & nunc æqualem
cum aliis distributionem auferunt, & sa-
crificiorum consortes sunt, neque pēsio-
nem in inquilinos constitutam nobis per-
soluentes. IVPIT. Ne quid obscuris
ambagibus inuoluas, ô Mome, verùm
perspicuè & dilucidè, quæ sentis, elo-
quere, additis quoque nominibus. Iam
enim in medium ita oratio tibi proiecta
est, vt multos pariter in suspicionem ra-
pianus, ac alium alio modo tuis dictis
obnoxium insimulemus. Oportet verò
liberum concionatorem nihil ob metum
reticere. MO. Euge ô Iupiter, quan-
doquidem me ad linguæ libertatem co-
hortaris: fit verò hoc abs te animo pror-
sus regio & magnifico: proinde nomina-
tim quoque tuo iussu eosdem perstringam. Ille enim generosissimus Dionysus,
semihomo existens, neque à materna stir-
pe Græcus, sed Syrophœnicis cuiuspiam
mercatoris, nempe Cadmi nepos, po-
steaquam immortalitate donatus est, cu-
iusmodi quidem ille sit, non dico, neque
mitram, neque ebrietatem, neque errant-
em eius incessum vituperabo. Omnes e-
nim, vt opinor, videtis quàm mollis sit
& effœminatus deliciis, dimidio insa-
niens, statim à summo mane merum spi-
rans. Ille verò totam fratriam nobis in-
duxit, & toto choro adiecto præstò est,
deósque declarauit & Pana, & Silenum,
& Satyros, agrestes quospiã & caprarios
permultos, hominds saltationi deditos, &
forma monstrosa spectabiles: quorum hic
quidem gerēs cornua, dimidia parte cor-
poris capram referens, barbámque pro-
fundam nutriens, parum ab hirco discre-
pat: alter verò senex caluitio & simis na-
ribus deformatus, plurimùm super asinũ
incitans, genere Lydus est. Cæterùm
Satyri acutis auribus, & ipsi calui & cor-
nigeri, qualia ferè hœdis nuper natis ex-
crescunt cornua, Phryges quidam exi-
stentes. Sunt verò caudati omnes. Videte
cuiusmodi deos nobis facit generosus ille.
Mitto enim dicere quòd & duas mulie-
res adduxerit, alteram amicam suam exi-
stentem, nempe Ariadnen, cuius etiam
coronam stellarum choro annumeratam
addidit: alteram verò Icarii agricolæ fi-
liam. Et quod omnium est ridiculosissi-
mum, ô Superi, Erigones quoque canem
illũ adduxit, ne tristitia affligeretur puella,
si familiarem suum in cœlo non haberet,

ἐπὶ γὰ τοὺς ὑπηρέτας, καὶ θεοὺς ἐποιήσατο τοὺς αὑτῶν
αἰήλατον ἐς τὸν οὐρανόν, καὶ προσένεγκάμενος. καὶ
νῦν ὀπίσω ἀφανομαί τε νέμονται, καὶ θυσιῶν
μετέχουσιν, οὐδὲ καταβαλόντες ἡμῖν τὸ μετρί-
ριον. ΖΕ. μηδὲν αἰνιγματωδῶς, ὦ Μῶμε,
μηδὲ σαφῶς γε ἀφερῆδην λέγε, ἐπεσπηθεὶς γὰ
τοιοῦτον. νῦν γὰρ ἐς τὸ μέσον ἀπέρριπται σοι
ὁ λόγος, ὡς πολλοὺς εἰκάζειν καὶ ἐφαρμόζειν
ἄλλοτε ἄλλον τοῖς λεγομένοις. χρὴ δὲ παρ-
ρησιαστὴν ὄντα, μηδὲν ὀκνεῖν λέγειν. ΜΩ.
Εὖγε, ὦ Ζεῦ, ὅτι καὶ παροτρύνεις με ἐπὶ
τὴν παρρησίαν, ποιεῖς γὰρ τοῦτο βασιλικὸν, ὡς
ἀληθῶς, καὶ μεγαλόφρον, ὥστε ἐρῶ καὶ τοὐνόμα-
τος. ὁ γὰρ τοι γενναιότατος Διόνυσος, ἡμιθνὴς
θεὸς ὤν, οὐδὲ Ἕλλην μὲν ἔφυν, ἀλλὰ Συ-
ροφοινίκης τινὸς ἐμπόρου, τῶν Κάδμου γενα-
τειδῶν, ἐπειδὴ ἠξιώθη τῆς ἀθανασίας, οἷος
μὲν αὐτός ἐστιν, ὃ λέγω, οὔτε τὴν μίτραν, οὔ-
τε τὴν μέθην, οὔτε τὸ βάδισμα. πρώτους γὰρ,
οἶμαι, ὁρᾶτε ὡς θῆλυς καὶ γυναικεῖος τὴν
φύσιν, ἡμιμανὴς, ἀεί τοῦ ἕωθεν ἀποπνέων.
ὁ δὲ καὶ ὅλως φαρτείαν εἰσεποίησεν ἡμῖν, καὶ
τὸν χορὸν ἐπαγόμενος πρέσι, καὶ θεοὺς ἀπέ-
φηνε, τὸν Πᾶνα, καὶ τὸν Σιληνὸν, καὶ Σα-
τύρους, ἀγελαίους τινὰς, καὶ αἰπόλους τοὺς
πολλοὺς, σκιρτητικοὺς αὐθρώπους, καὶ τὰς
μορφὰς ἀλλοκότους· ὧν ὁ μὲν, κέρατα ἔχων,
καὶ ὅσον ἐς ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικὼς,
καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος, ὀλίγου τράγου
διαφέρων ἐστὶν. ὁ δὲ, φαλακρὸς γέρων, σι-
μὸς τὴν ῥῖνα, ὄνῳ τὰ πολλὰ ὀχούμε-
νος, Λυδὸς ἐστὶ, οἱ δὲ Σάτυροι, οὐρὰς τὰ ὦ-
τα, καὶ αὐτοὶ φαλακροὶ, κεράτια, οἷα πῖς
ἀρτι γεγενημένοις ἐρίφοις τὰ κέρατα ἐπιφύ-
εται, Φρύγες τινὲς ὄντες, ἔχουσι δὲ καὶ οὐ-
ρὰς ἅπαντες. ὁρᾶτε οἵους ἡμῖν θεοὺς ποιεῖ ὁ
γενναδας; εἶτα θαυμάζομεν, εἰ καταφρο-
νοῦσιν ἡμῶν οἱ αὐθρωποι, ὁρῶντες οὕτω γε-
λοίους θεοὺς καὶ τερατίους; ἐῶ γὰρ λέγειν,
ὅτι καὶ δύο γυναῖκας αἰήγαγε, τὴν μὲν ἐρα-
σθεῖσαν οὖσαν αὐτοῦ, τὴν Ἀριάδνην, ἧς καὶ τὸν
στέφανον ἐς κατέλεξε τῷ τῶν ἀστέρων χορῷ·
τὴν δὲ Ἰκαρίου τοῦ γεωργοῦ θυγατέρα. καὶ ὁ
πάντων γελοιότατον, ὦ θεοὶ, τὸν κύνα τῆς
Ἠριγόνης, ἵν' τὴν αἰήγαγε, ὡς μὴ ἀνιῷτο ἡ
παῖς, εἰ μὴ ἔχοι ἐν οὐρανῷ τὸν ξυνήθη ἐκφο-

καὶ ὕβρεσι κυνίδιον. τοῦτα οὐχ ὕβρεις ὑμῖν δοκεῖ, καὶ παρανοία, καὶ γέλως; ἀκούσατε δ' ὧν καὶ ἄλλους. ΖΕΥΣ. μηδέν, ὦ Μῶμε, εἴπῃς, μήτε περὶ Ἀσκληπιοῦ, μήτε περὶ Ἡρακλέους· ὁρῶ γὰρ οἷ φέρῃ τὸν λόγον. ὅτι γὰρ, ὁ μὲν αὐτῶν, ἰᾶται, καὶ αἰσθησιν οὐκ τῶν νόσων, καὶ ἔστι πολλῶν αἰτιώτερος ἄλλων· ὁδὶ Ἡρακλῆς, υἱὸς ὢν ἐμὸς, οὐκ ὀλίγων πόνων ἐπορίσατο τὴν ἀθανασίαν, ὥστε μὴ κατηγόρει αὐτῶν. ΜΩ. σιωπήσομαι δῆτα σέ, ὦ Ζεῦ, πολλὰ εἰπεῖν ἔχων. καίτοι εἰ μηδὲν ἄλλο, ἔτι τὰ σημεῖα ἔχουσι τῆς πυρᾶς. εἰ δὲ ἔξεστιν καὶ πρὸς αὐτόν σε τῇ παῤῥησίᾳ χρῆσθαι, πολλὰ ἂν εἶχον εἰπεῖν. ΖΕ. καὶ μὴν πρὸς ἐμὲ ἔξεστι μάλιστα. μῶν δ' ὧν κἀμὲ ξενίας διώκεις; ΜΩ. οὐ Κρήτῃ μόνον τοῦτο ἀκουσταί ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοθί που πρὸς σοῦ λέγουσι, καὶ πάφον ἐπιδεικνύουσιν. ἐγὼ μὲν οὔτε ἐκείνοις πείθομαι, οὔτε Ἀχαιῶν Αἰγινῆσιν, ὑποκολιμβῶντά σε τῇ θαλάττῃ φάσκουσιν. ἃ δὲ μάλιστα ἐλεγχθῆναι δεῖν ἡγοῦμαι; ταῦτα ἐρῶ. τὸν μὲν γὰρ ἄλλων τοιούτων παραμυθοῦμαι, καὶ τὸν αἰτίαν τοῦ νοθὸν θεῖναι ἡμῶν ὁ ξυνέδριον, σύ, ὦ Ζεῦ, πρέσβεις, ὀνηλατῶν ὀπτιμιγνύμενος, καὶ κατιὼν πρὸς αὐτάς, οὐ ἄλλοτε ἄλλῳ σχήματι· ὥστε ἡμᾶς δεδιέναι, μή σε καταθύσῃ τις ξυλλαβὼν, ὁπότ' αὖ ταῦρος ἦς, ἢ τῶν χρυσοχόων τις κατεργάσηται χρυσοῦν ὄντα, καὶ αὐτὶ Διὸς, ἢ ὅρμος, ἢ φλλιον, ἢ ἑλλόβιον ἡμῖν ᾖς. πλὴν ἀλλὰ ἐμπέπληκάς γε τὸν οὐρανὸν τῶν ἡμιθέων τούτων· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως εἴποιμι. καὶ τὸ πρᾶγμα γελοιότατόν ἐστιν, ὁπότ' αὖ τις ἄφνω ἀκούσῃ ὅτι ὁ Ἡρακλῆς μὲν, θεὸς ἀπεδείχθη· ὁ δὲ Εὐρυσθεὺς, ὃς ἐπέταττεν αὐτῷ, τέθνηκε, καὶ πλησίον Ἡρακλέους νεὼς, οἰκέτου ὄντος, καὶ Εὐρυσθέως τάφος, τοῦ δεσπότου αὐτοῦ. καὶ πάλιν ὁ Θήβαις, Διόνυσος μὲν, θεὸς· οἱδὶ δ' ἀνεψιοὶ αὐτοῦ, ὁ Πενθεὺς, καὶ ὁ Ἀκταίων, καὶ ὁ Λέαρχος, ἀθλιώτατοι ἁπάντων ἀνθρώπων κακοδαιμονέσαντι. ἀφ' οὗ δὲ ἅπαξ σύ, ὦ Ζεῦ, ἀνέῳξας τοῖς τοιούτοις τὰς θύρας, καὶ ὅτι τοῖς θνητοῖς ἐπιπόνου, ἅπαντες μεμίμηνταί σε· καὶ οὐχὶ ἄῤῥενες μόνον,

A & eam quam in deliciis habuit caniculam. Hæc verò non videntur nobis esse contumelioſa, quæque nec insania nec risu careant? Audite etiam alios. IVP. Caue Mome quicquam dixeris aut de Æsculapio, aut de Hercule. Video enim quò orationis tuæ impetu rapiaris. Etenim horum alter agit medicum, & ægrotos morbis leuat, éstque planè multis aliis anteferendus. At Hercules filius meus existens, non paucis laboribus immortalitatem adeptus est. Itaque caue ne hosce accuses temere. MO. In tui quidem gratiam tacebo, ô Iupiter, etsi multa dicenda habeam: atque si nihil a-
B liud, adhuc tamen signa igne inusta in corpore retinent. Porrò si liceret & aduersum te dicendi libertate vti, multa haberem quæ possim oratione reprehendere. IVPIT. Atqui in me maximè tibi licet dicere. Nunquid igitur & me vt deum inquilinum in ius vocas? MO. Equidem in Creta non tantùm hoc audire licet: verùm aliud quoque de te dictitant, atque etiam sepulcrum tuum commonstrant hospitibus. Ego verò neque illis fidem habeo, neque ex Achiuorum numero Æginensibus subdititiũ te
C esse affirmantibus. Cæterùm quæ cum primis reprehensione digna sunt, ea in medium adducã. Enimuero horum delictorũ principij, & concilij notorũ multitudine adulterandi, caussam tu Iupiter adeò primus induxisti, cum puellis ac mulieribus mortalis conditionis rem habere sustinens, ac alio subinde habitu ad eas deserto cœlo descendẽs. Itaque persæpe in metu sumus, ne quis te comprehensũ sacrificet, quoties taurus factus es. Aut quispiam ex aurifusoribus te conflatum perimat, quoties auri speciem induer is, ac nobis pro Ioue aut segmentum, aut
D armilla, aut inauris factus fueris. Sed enim hisce semideis cœlum iam compleuisti: neque enim aliter possum dicere. Estque res planè absurdissima, si quis ex improuiso audierit Herculem in deorum numerum esse assumptum; Eurysthea autem qui illi imperauit, fatis functum esse: Et Herculis templum cerni in proximo, ministri existentis; Eurysthei verò, illius domini, sepulcrum. Et rursus ex Thebanis Dionysus deus factus est: eius autem consobrini, nimirum Pentheus, & Actæon, & Learchus, homines fuerunt omnium infelicissimi. Ex quo verò tu Iupiter semel illis hanc licentiæ ianuam aperuisti, & cum mortalibus commercium habere cœpisti, omnes tuum institutum imitantur. Neque tantùm dij tui sunt imitatores,

sed etiam deæ hac in parte tuum æmulantur ingenium. Quis enim ignorat Anchisen, & Tithonum, & Endymiona, & Iasonem, & complures alios? Itaque hæc mihi missa facienda videntur: multi enim laboris esset hæc cuncta singulatim reprehendere. IVPIT. At vide, Mome, ne quid de Ganymede dixeris. Malè enim mé habebit, si adolescentem verbis conturbaueris, affecto contumelia genere. MO. Proinde neque de aquila quicquam dicturus sum, quòd & illa in cœlo versatur, regio sceptro insidens, ac tantùm non super capite tuo nidificans, & deus esse gestiens: aut illam quoque in Ganymedis gratiam præteribimus? Atqui, ô Iupiter, Attis ille, & Corybas, & Sabazius vnde nobis tandem accersiti veniunt? Aut etiam Mithres ille Medus, qui indumento Persico amictus, & tiara redimitus est, neque Græcam vocem sonans, adeò vt si quis illi nectar propinet, præbibentem non intelligat? Itaque & Scythæ & Getæ hæc videntes, nobis longùm valere iussis, ipsi immortalitate donant homines, suisque suffragiis deos quoscunque libuerit constituunt, non alia ratione quàm Zamolxis seruilis conditionis homo existens, diuinitatem adeptus est, & deorum numero ascriptus, haud scio quomodo nobis imposuerit. At sanè hæc omnia, ô Dij, adhuc mediocria, & aliquo modo ferenda sunt: cæterùm tu, ô canino rictu hians Ægyptie, qui sindone amictus es, quisnam esse gloriaris, ô optime, aut quomodo deus esse contendis latrando? Quid autem sibi vult & Memphites taurus ille versicolor, qui & precibus deveneratur, & respõdet oraculis, neque non prophetas habet? Pudet verò me ciconias percensere, & simias, & hircos, atque his longè absurdiora, quæ nescio quomodo ex Ægypto in cœlum vsque conscenderunt. Illa itaque, ô Dij, quomodo sustinetis æquali vobiscum honore, aut etiam ampliùs adorari? Aut, tu Iupiter, quo ferre potes animo, posteaquam arietis cornua tibi produxerint? IVP. Turpia profectò sunt quę dicis de Ægyptiis: attamen pleraque illorum in se mystica complectuntur ænigmata, quæ non prorsus à prophanis deridenda sunt. MO. Planè nobis Iupiter opus est mysteriis, vt deos, deos esse cognoscamus: & caninis capitibus præditos, canes esse intelligamus. IVP. Mitte de Ægyptiis in præsens dicere, nos verò de his aliàs per otium deliberabimus. Itaque alios, si qui notandi supersunt, adducito.

A ἀλλ', ὦ πάτερ αἰσχρὸν, καὶ αἱ θηλεῖαι θεαί. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸν Ἀγχίσην, καὶ τὸν Τιθωνὸν, καὶ τὸν Ἐνδυμίωνα, καὶ τὸν Ἰάσονα, καὶ τοὺς ἄλλους; ὥστε ταῦτα μὲν ἐάσομέν μοι δοκῶ· μακρὸν γὰρ ἂν ὁ διελέγχειν γένοιτο. ΖΕΥΣ. μηδὲν πρὸς τὸν Γανυμήδους, ὦ Μῶμε, εἴπῃς, χαλεπῶς γὰρ, εἰ λυπήσεις ὁ μειράκιον, ἀνήδιστος ἐς ὀργὴν ἔσται. ΜΩ. σκοπῶ μηδὲ περὶ τοῦ ἀετοῦ εἴπω, ὅτι καὶ οὗτος ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστιν, ὅτι τὸν βασιλείου σκῆπτρου καθεζόμενος, καὶ μονονουχὶ ὅτι τὴν κεφαλήν σου νεοτμήτων, θεὸς εἶναι δοκῶν; ἢ καὶ τοῦτον τοῦ Γανυμήδους ἕνεκα ἐάσομεν. ἀλλ' ὁ Ἄττης γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας, καὶ ὁ Σαβάζιος, πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκεκλήσεται οὗτοι, ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν, καὶ τὴν τιάραν, οὐδὲ Ἑλληνίζων τῇ φωνῇ· ὥστε οὐδ' ἂν τις πίοι, ξυνίησι; θεωρῶ οἱ Σκύθαι, καὶ οἱ Γέται ταῦτα ὁρῶντες αὐτῶν, μακρὰ ἡμῖν χαίρειν εἰπόντες, αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι, καὶ θεοὺς ἀποδεικνύουσιν, οὓς ἂν ἐθελήσωσι, τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅπερ καὶ Ζάμολξις δοῦλος ὤν, παρεισεγράφη, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀφανῶν. καίτοι ταῦτα πάντα, ὦ θεοὶ, μέτρια. σὺ δὲ, ὦ κυνοπρόσωπε, καὶ σινδόνιν ἐσταλμένε Αἰγύπτιε, τίς εἶ, ὦ βέλτιστε, ἢ πῶς ἀξιοῖς θεὸς εἶναι ὑλακτῶν; τί δὲ βούλεται καὶ ὁ Μεμφίτης οὗτος ταῦρος, ὁ ποικίλος, προσκυνεῖται, καὶ χρᾷ, καὶ προφήτας ἔχει; αἰσχύνομαι τὰς ἴβεις καὶ τοὺς ἱέρακας εἰπεῖν, καὶ τράγους, καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐς Αἰγύπτου καταβαθέντα ἐς τὸν οὐρανόν· ἀλλ' ὑμεῖς, ὦ θεοὶ, πῶς ἀνέχεσθε ὁρῶντες ὀπίσω, ἢ κἂ μᾶλλον ὑμῶν προσκυνούμενα; ἢ σὺ, ὦ Ζεῦ, πῶς φέρεις, ἐπειδὴ κριοῦ κέρατα φύσωσί σοι; ΖΕ. αἰσχρὰ ὡς ἀληθῶς ταῦτα φῄς τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων. ὅμως δ' ἴσως, ὦ Μῶμε, τὰ πολλὰ αὐτῶν, αἰνίγματά ἐστι, καὶ οὐ πάνυ χρὴ καταγελᾶν ἀμύητον ὄντα. ΜΩ. πολύ γοῦν μυστηρίων ὦ Ζεῦ δεῖ ἡμῖν, ὡς εἰδέναι, θεοὺς μὲν, τοὺς θεοὺς· κυνοκεφάλους δὲ, τοὺς κυνοκεφάλους. ΖΕ. ἔα, φημί, τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· ἄλλοτε γὰρ περὶ τούτων ὀψόμεθα ὅπη χρεών. σὺ δὲ τοὺς ἄλλους λέγε.

ΜΩ. τὸν Τροφώνιον, ὦ Ζεῦ, καὶ ὃ μάλιστά με ἀποπνίγει τὸν Ἀμφίλοχον, ὃς συναγορεύει ἀνδρὸς μητραλοίου υἱὸς ὤν, θεσπιῳδεῖ ὁ γόης ὁ Κιλιξί, ψευδόμενος τὰ πολλά, καὶ γοητεύων τῶν ἀνοήτων ὀβολοῦ ἕνεκα. τοιγαροῦν σὺ ἔτι σύ, ὦ Ἀπολλον, εὐδοκιμεῖς, ἀλλὰ ἤδη πᾶς λίθος καὶ πᾶς βωμὸς χρησμῳδεῖ, ὅς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ καὶ τεφάνους ἔχῃ, καὶ γόητος ἀνδρὸς εὐπορήσῃ, οἷοι πολλοί εἰσιν. ἤδη καὶ ὁ Πολυδάμαντος τοῦ ἀθλητοῦ ἀνδριὰς, ἰᾶται τοὺς πυρέσσοντας ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ ὁ Θεαγένους ἐν Θάσῳ, καὶ Ἕκτορι γύουσιν ἐν Ἰλίῳ, καὶ Πρωτεσιλάῳ κατὰ πρῳρὺν ἐν Χερρονήσῳ. ἀφ' ὧν δὴ οὖν τοσοῦτοι γεγόναμεν, ὑπεδέξατο μᾶλλον ἡ ὑπεροψία, καὶ ἱεροσυλία, καὶ ὅλως, καταπεφρονήκασιν ἡμῶν, οὐ πιστεύοντες. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν θεῶν, καὶ παρεσχέσθων. ἐγὼ δὲ καὶ ξένα ὀνόματα πολλὰ ἤδη ἀκούων, ὅτε ὄντων τινῶν παρ' ἡμῖν, ὅτε συσῆναι ὅλως δυναμένων, πόθεν, ὦ Ζεῦ, καὶ ὅτι τύχοις γέλως. ἢ ποῦ γάρ ἐστιν ἡ πολυθρύλητος ἀρετὴ, καὶ Φύσις, καὶ εἱμαρμένη, καὶ τύχη, αἱ πόσαται, καὶ κατὰ τεταγμένην ὀνίμενα, ὑπὸ βλακῶν ἀνθρώπων τῶν φιλοσόφων ἐπινοηθέντα, καὶ ὅμως αὐθαδέστατα ὄντα, ὥστε τοῖς ἡμῖν τοῖς θεοῖς βάλεται, εἰδὼς ὅτι κἂν μυρίας ἑκατόμβας παραλάβῃ, ὅμως τὴν τύχην παρέξουσιν τὰ μεμισημένα, καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἑκάστῳ ἐπεκλώσθη. ἡδέως οὖν ἐροίμην σε, ὦ Ζεῦ, εἴ που εἶδες ἢ ἀρετὴν, ἢ Φύσιν, ἢ εἱμαρμένην; ὅτι μὴν γε καὶ σὺ ἀκούεις τὰ τῶν φιλοσόφων διαπτεύσας, οἶδα, εἰ μὴ καὶ κωφός τις εἶ, ὡς βοώντων αὐτῶν, μὴ ἐπαίειν. πολλὰ ἔτι ἔχων εἰπεῖν, καταπαύω τὸν λόγον. ὁρῶ γὰρ τοὺς πολλοὺς ἀδολεσχίους μοι λέγοντι, καὶ συρίττοντας· ἐκείνους μάλιστα, ὧν καθήψατο ἡ παρρησία τοῦ λόγου. ὁρᾷς γοῦν εἰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, ψηφισμά τι περὶ τούτων αἰαγνώσομαι ἤδη ξυγγεγραμμένον. Ζ Ε. ἀναγνῶθι, ἐπεὶ πάντα γε ἀλόγως ἠπάτησαι καὶ δεῖ τὰ πολλὰ αὐτῶν ὑπερβῆναι, ὡς μὴ ὑπερπλήρη ἀνιγήνται.

A MO. Trophonium, ô Iupiter, & quod me præfocat, Antilochum. Ille, inquam, sceleſti & matricidæ hominis filius vaticinatur in Cilicia, multa impudenter ementiens, & duorum obolorum gratia præſtigiis incantans homines. Quocirca non amplius tu Apollo ob vaticinij prædicationem haberis in pretio, ſed iam omnis lapis, & quæ vis ara reſponſa dat oraculumpetentibus, dummodo oleo perfuſa fuerit, & homine præſtigiatore abūdauerit, cuiuſmodi iam permulti ſunt. Iam etiam Polydamantis athletæ ſtatua medetur febre laborantibus in Olympia, & Theagenis in Thaſo. Quin Hectori B quoque ſacra faciunt in Ilio, & è regione Proteſilao, nempe in Cherroneſo. Ex quo igitur in tantum numerum ſubinde aucti excreuimus, magis in vſu fuit periurium & ſacrilegium, & omnino nos deſpectui habere ceperunt rectè facientes. Et hæc quidem de nothis & ſuppoſititiis dicta eſſe volui. Cæterùm ego & peregrina nomina permulta audiens eorum qui neque degunt apud nos, neq; vllo modo poſſunt eſſe, admodum ô Iupiter propter hæc rideo. Vbi enim gentium eſt multis modis iactata illa virtus, & natura, & fatum, & fortuna, intoleranda & vana rerum vocabula, ab inertibus hominibus philoſophiæ titulo ſemet venditantibus excogitata? Quæ quanquam ipſorum commenta ſunt, ſic tamen ſimplicium animos pervaſerunt, vt nemo amplius nobis ſacrificare dignetur, certò perſuaſum habens, quòd etiamſi infinitas hecatombas nobis obtulerit, fortunam tamen nihilo ſecus ea facturam quæ à fatis decreta ſunt, & quæ ſub initium cuique naſcentium Parcæ fatalibus fuſis adneuerint. Perlibenter itaque te Iupiter interrogarem, vbinam gentium tibi viſa eſſet aut virtus, aut natura, aut fatum? D Quòd enim & tu talia ſubinde in philoſophorum diſputationibus audias, mihi dubium nō eſt, niſi fortaſſe quiſpiam ſurdis ſit auribus, vt eoſdem vociferantes inaudire nequeat. Multa equidem adhuc dicenda ſuperſunt, ſed finem verborum faciam. Video enim quoſdam ob dicta mea dolenter perturbari, & iam ſibilare, maximè verò eos qui orationis libertate tacti ſunt. Itaque pro concludenda oratione, ſi ita ſedet animo tuo Iupiter, decretū quoddam de illis iam conſcriptum legam. I V P. Recita. Neque enim omnia abſurdè aut de nihilo reprehendiſti. Et ſanè multa ex illis inhibenda & coërcenda ſunt, ne in immenſum excreſcant.

## ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ.

## DECRETVM BONA FORTVNA.

*Et hoc ad exemplum Atheniensium psephismatū factū. Sic enim & apud illos aliquoties de peregrinis vrbe eiiciēdis in senatu decretum legésque late fuere, vt cùm alibi, tum ex orationibus quibusdā Demosthenis patet.*

COncilio legitimè coacto, septima die mensis instantis Iupiter consulatum agebat, Neptunus præsidem, Apollo præfectum: Momus scribæ officio fungebatur noctu, & Somnus dixit sententiam. Quoniam multi ex peregrinis, non Græci tantùm, verùm etiam Barbari, nequaquam digni existentes cœlestis Reipublicæ, communi nobiscum participatione, nothi & subdititij, haud scio quonam modo etiam dij esse contendentes, cœlum angulatim compleuerunt, ita vt symposium tumultuosis turbis plenum sit, obstrepente passim diuersilingui & vndique accersita multitudine: defecit autē ambrosiæ & nectaris copia, adeò vt mnâ iam coëmendus sit sextarius, propter bibentium multitudinem: sedenim illi, qua sunt procacitate & immodestia, diis veris & antiquis loco motis, semet ipsi primis dignātur accubitibus præter omnem morem patrium: ad hæc in terris quoque ante alios honorari contendunt: Visum est curiæ & populo, vt ad hyberna solstitia cogatur in Olympo concilium: septem autem ad cognoscendum apposito eligantur Dij perfecti, tres quidem ex curia veteri, quæ Saturno regnante constituta est: quatuor autem ex duodecim, quorum in numero vnus erit Iupiter. Cæterùm qui electi erunt arbitri, ipsi ad cognoscendum causſas sessum eant, dicto priùs iuramento legitimo, nimirum Styge. At Mercurius proclamato præconio vniuersos in concionem congreget, quicunque in deorum concilium legitimè admitti postulant. Veniant autem illi adductis iuratis testibus, & certi generis iudiciis. Deinde illi in vnum locum commeent: verùm arbitri accuratè expendentes, aut deos illos declarabunt, aut ad sua sepulcra & maiorum tumulos ablegabunt. Si verò quispiam ex obscuris & reprobatis comprehensus fuerit, & semel ab arbitris condemnatus in cœlum ascenderit, ille per præceps in Tartarum corruat. Præterea quisque exerceat sua commercia, neque Minerua rei medicæ intenta sit, neque Æsculapius dandis oraculis vacet aut seruiat, neque Apollo tanta soli sibi obeunda vendicet, sed vna re quapiam electa, aut vatem, aut citharœdum, aut medicum agat.

Ἐκκλησίας σύνομου ἀγομένης, ἑβδόμῃ ἱσταμένου, ὁ Ζεὺς ἐπυνθάνετο, καὶ προεβούλευε Ποσειδῶν, ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος τῆς νυκτός, καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπεν. Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ξένων, οὐ μόνον Ἕλληνες, ἀλλὰ καὶ βάρβαροι, οὐδαμῶς ἄξιοι ὄντες κοινωνῆσαι ἡμῖν τῆς πολιτείας προσποιοῦνται, οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ θεοὶ δόξαντες, ἐμπεπλήκασι μὲν τὸν οὐρανόν, ὡς μεσοῦντος ἤδη τοῦ συμποσίου ὄχλου ταραχώδους, πολυγλώσσων τινῶν καὶ ξυγκλύδων, ὀλίγου δὲ καὶ ἀμβροσία, καὶ τὸ νέκταρ, ὥστε μιᾶς ἤδη τοῦ κοτυλίου ἕνεκα, ἀφ' ὅ πλῆθος τῶν πινόντων· οἱ δὲ ὑπὸ αὐθαδείας παρωσάμενοι τοὺς παλαιούς τε καὶ ἀληθεῖς θεούς, πρωεδρίας ἠξιώκασιν ἑαυτοὺς τοῦ πρώτα τὰ πάτρια, καὶ ἐν τῇ γῇ πρωτιμᾶσθαι θέλουσι, Δεδόχθω τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ ξυλλεγῆναι μὲν ἐκκλησίαν ἐν τῷ Ὀλύμπῳ περὶ ἑπτὰς χειμερινάς, ἑλέσθαι δὲ ὀπτιγώμονας τελείους θεοὺς ἑπτά, τρεῖς μὲν, ἐκ τῆς παλαιᾶς βουλῆς τῆς ὑπὸ Κρόνου, τέτταρας δὲ, ἐκ τῶν δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς, τὸν Δία. τούτους δὲ τοὺς ὀπτιγώμονας, ἀγαθῇ μὲν τύχῃ καθέζεσθαι ὁμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον, τὸν Στύγα· τὸν Ἑρμῆν δὲ, κηρύξαντα ξυναγαγεῖν ἅπαντας, ὅσοι ἀξιοῦσι ξυντελεῖν εἰς τὸ συνέδριον· τοῖς δὲ, ἥκειν, μάρτυρας ἐπαγομένους εὐσεβοῦντας, καὶ ἀποδείξεις τῶν γένους. ἐνταῦθεν δὲ, οἱ μὲν παρίτωσαν καθ' ἕνα, οἱ δὲ ὀπτιγώμονες ἐξετάζοντες, ἢ θεοὺς εἶναι ἀποφαινοῦνται, ἢ καταπέμψουσιν ὅτι τὰ σφέτερα ἤθη, καὶ τοὺς τάφους τοὺς προγονικούς. ἢν δέ τις ἄλλο τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἅπαξ ὑπὸ τῶν ὀπτιγωμόνων ἐκκριθέντων ὀπτεσίνων τοῦ οὐρανοῦ, ἐς τὸν Τάρταρον ἐμπεσεῖν τοῦτον. ἐργάζεσθαι δὲ τὰ αὐτῶν ἕκαστον. καὶ μήτε τὴν Ἀθηνᾶν ἰᾶσθαι, μήτε τὸν Ἀσκληπιὸν χρησμῳδεῖν, μήτε τὸν Ἀπόλλω τοσαῦτα μόνον ποιεῖν, ἀλλ' ἕν τι ὁπτιλεξάμενον. μάντιν, ἢ κιθαρῳδὸν, ἢ ἰατρὸν εἶναι.

τοῖς δὲ φιλοσόφοις προσήκειν μὴ αἰκαπλάττειν καινὰ ὀνόματα, μηδὲ λήρους περὶ ὧν οὐκ ἴσασιν. ὁπόσοι δὲ ἤδη ναοὺς ἢ θυσίας ἠξιώθησαν, ἐκείνων μὲν καθαιρεθῆναι τὰ ἀγάλματα, ἀντιθῆναι δὲ ἢ Διός, ἢ Ἥρας, ἢ Ἀπόλλωνος, ἢ τῶν ἄλλων τινός· ἐκείνοις δὲ τάφον χῶσαι τινὰ πόλιν, καὶ τῆλε ὑπερῆσαι αὐτὴ βωμοδιώκειν δὲ τὸν προσκούσῃ τὸ κηρύγματος, καὶ μὴ ἐθελήσῃ ἐπὶ τοὺς ὑπερωμόνας ἐλθεῖν, ἐρήμῳ αὐτὸν καταδικασθέντων. ΖΕΥΣ. τοῦτο μὲν ἡμῖν ὃ ψήφισμα, δικαιότατον, ὦ Μῶμε, καὶ ὅτῳ δοκεῖ, αἰκατεινάτω τινὰ χεῖρα, μᾶλλον δὲ οὕτω γιγνέσθω. πλείους γὰρ οἶδ' ὅτι ἔσονται οἱ μὴ χειροτονήσοντες. ἀλλὰ νῦν μὲν, ἄπιτε. ὁπότε δὲ κηρύξῃ ὁ Ἑρμῆς, ἥκετε, κομίζοντες ἕκαστος σαφῆ τὰ γνωρίσματα, καὶ σοφῆς τῆς ἀποδείξεως, πατρὸς ὄνομα, καὶ μητρὸς, καὶ ὅθεν τε ὅπως θεὸς ἐγένετο, καὶ φυλὴν, καὶ φρατέρας. ὡς ὅστις αὖ μὴ προσχήσει, οὐδὲν μελήσει τοῖς ὑπερωμόσιν, εἰ νεώς τις μέγας ὑπὸ γῆς ἔχει, καὶ εἰ οἱ ἄνθρωποι θεὸν αὐτὸν νομίζουσιν.

A Porrò autem philosophis dicetur, ne noua subinde fingendo comminiscantur nomina, neque de iis quorum imperiti sunt, nugentur. In quorumcunque autem honorem aut cultum templa aut sacra constituta sunt, illorum imagines subuertantur, earúmque loco, aut Iouis, aut Iunonis, aut Apollinis, aut alterius cuiuspiam erigatur. Illis autem vrbs congesta terra sepulcrum accumulet, & aræ loco statuam reponat. Quòd si quis præconio dicto audiens esse noluerit, arbitrorúmque examen & censuram subire recusarit, ille indicta caussa condemnetur. IVP. Iustissimum equidem decretum est istud ô Mome: & qui suffragatur huic, manum protendat. Atqui potiùs ita fiat. Complures enim noui futuros, qui sua non sunt adiecturi suffragia. Verùm in præsens abite. Cæterùm in concionem accersiti à Mercurio, venite adferentes vnusquisque cognitiones claras, & manifestas comprobationes, matris & patris nomen, & vnde oriundus sit, tum quomodo diuinitatem adeptus sit, ad hęc tribũ quoque, & curiales. Verumenimvero qui præstò non fuerit, parum curæ erit arbitris, tametsi ille in terris ingens delubrum habuerit, ac homines eundem deum esse existimauerint. B

---

## ΚΥΝΙΚΟΣ.

## CYNICVS. Thoma Moro interprete.

### ARGVMENTVM.

*Disputatio est Luciani ac Cynici, qua alter Cynicam vitam vt sordidam atque ferinam, & à natura hominis abhorrentem reprehendit: alter vt frugalem & modestam, & virtuti maximè conuenientem defendit. Luciani argumenta sumuntur à modo & descriptione vitæ victúsque Cynicorum, quòd illi vt mendici incedant: vt canes, quibus uis reiectamentis victitent: & vt feræ, nullas certas sedes, nulla certa habitacula teneant: deinde & contra naturam faciant, quæ ob id omnia crearit, vt illis ad corporum alimenta, defensionem, & voluptatem quoque vtamur: quæ cùm illi contemnant ac negligant, ipsam naturam ac Deum negligere atque contemnere videri. Contrà autem Cynicus à finitione opulentiæ & inopiæ ostendit se neque mendicum esse, neque quicquam sibi deesse. Deinde quod alter de natura, & rebus omnibus ad vsum nostrum creatis affert, id similitudine quadam diluit. Et primò, quod ad victum attinet, ostendit, vt in conuiuio lauto non omnia ab omnibus arripi & vorari; sic neque in rebus creatis omnia ab omnibus vsurpari conuenire: alia ægrotantibus & inualidis, alia valentibus & robustis magis accommoda esse. Atque eo loco in diuitias, vt quæ magna molestia multisque periculis pariuntur, deinde & ipsæ vicissim multorum malorum caussæ sint, inuehitur. Et quod alter de Cynicis vsurparat, hoc in diuites ipse retorquet, videlicet quòd contra quàm à natura omnia creata ac facta sint, ipsi illis vtantur. Denique vitam suam etiam deorum exemplo atque auctoritate comprobat. Deinde verò, quod ad habitum & cultum pertinet, ostendit ea quoque parte naturam magis sequi sese, quàm diuites, ex officio & fine vestium, cæterarúmque ad genus rerum. Nam se, quatenus vsus postulat, illis vti: contrà diuites vt cinædos & mulieres incedere, glabros & delicatos, & perinde vt torrente aliquo, sic libidine sua præcipites ferri. Postremò etiam deos pleroſque barbatos ac nudos fingi, sibique quàm diuitibus illis habitu ac cultu similiores apparere.*

# KYNIKOΣ KAI ΛYKINOΣ.

## CYNICVS ET LVCIANVS.

LVCIANVS. QVid tu tandem? barbam quidem habes & comã, tunicam non habes, nudus conſpiceris, ac ſine calceis, delecta nimirum vaga inhumanáque ac ferali vita: tũ proprio corpore contra quàm faciunt cæteri, ſemper vſus incommodè, nunc huc nunc illuc circumis, in arido præterea ſolo cubans, adeò vt plurimum etiam ſordium, tritum iſthuc pallium referat, alioqui nec ipſum vel tenui filo, vel molle, vel florulentum. CYN. Neque enim indigeo: ſi quid eſt huiuſmodi, vt comparetur facillimè, dominóque minimum exhibeat negotij, id, inquam, mihi ſufficit. At tu per deos dic mihi, putásne eſſe in luxu vitium? LVC. Imò admodum. CYN. Contrà in frugalitate virtutem? LVC. Admodum. CYN. Cur igitur tandem quum me videas viuentem frugaliùs quàm vulgò faciunt homines, eos verò ſumptuoſiùs, me, non illos arguis? LVC. Quia non frugaliùs per Iouem videris mihi, ſed egentiùs viuere, imò vitam omnino egenam atque inopem. Nam tu nihil à mendicis differs, qui cibum mendicant in diem. CYN. Vis ergo videamus (quandoquidem huc proceſſit oratio) quidnam inopiæ ſit, quídque rurſus copia? LVC. Si tibi quidem ita videtur. CYN. Nunquid ergo ſatis id cuique eſt, quicquid ipſius explet neceſſitatem? an aliud quippiam dicis? LVCIA. Eſto iſtud. CYN. Indigentia verò, quicquid cuiuſquam vſui deeſt, nec eò quò ſit neceſſe, peruenit? LVC. Scilicet. CYN. Nihil igitur meis in rebus deeſt. Nihil enim in his eſt, quod neceſſitatem non expleat meam. LVCIA. Quo pacto illud ais? CYN. Scies, ſi conſideres in quem vſum eorum quodque paratum eſt, quorum egemus: vt domus, an non tegumenti gratia? LVCIAN. Maximè. CYN. Quid veſtis, cuius gratia? nónne tegumenti etiam ipſa? LVCIA. Sanè. CYN. At ipſo per deos tegumento, cuius rei gratia indignerimus? nónne vt meliùs ſe habeat id quod tegitur? LVCIA. Mihi quidem ſic videtur. CYN. Vtrùm igitur tibi peiùs ſe habere videntur pedes?

A ΤΙ ποτε, ὦ οὗτ; πώγωνα μὲν ἔχῃς & κόμην, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχῃς, καὶ γυμνοδερχὴ, καὶ αὐποδητεῖς, τὸν ἀλήτην καὶ ἀπάνθρωπον βίον, καὶ θηριώδη ὑπιλεξάμενος, καὶ ἀεὶ τοῖς σώμασιν ὃ ἴδιον δέμας οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ διαχρησάμενος, ἀλλοτε ἄλλα χοῦ, καὶ δυναζόμενος ὅπῃ ξυμφοῦ δαπέδου, ὡς ἄσην πάμπολυν τουτὶ τὸ τριβώνιον φέρῃν· ἢ μὴ τοι & τοῦτο λεπτὸν, οὐδὲ μαλακὸν, οὐδὲ αἰθηρόν. ΚΥ. οὐδὲ γὰ δέομαι.

B τοιοῦτον γ', ὁποῖον αὖ πορισθείη ῥᾷστα, καὶ ὧ κτησαμένῳ πλεῖστα ὠφελήματα ὡς ἐλάχιστα πράγματα παρέχον. τοιοῦτον γὰ ἔρκει μοι. σὺ δὲ πρὸς θεῶν, εἰπέ μοι, τὴν πολυτελείαν ἢ νομίζῃς κακίαν πρᾶγμα εἶναι; ΛΥ. καὶ μάλα. ΚΥ. τὴν δ' εὐτελείαν ἀρετήν; ΛΥ. καὶ μάλα. ΚΥ. τί ποτ' οὖν ὁρῶν ἐμὲ τῶν πολλῶν εὐτελέστερον διαιτώμενον, σὲ δὲ, πολυτελέστερον, ἐμὲ αἰτιᾷ, καὶ οὐκ ἐκείνους; ΛΥ. ὅτι οὐκ εὐτελέστερόν μοι, μὰ Δία, τῶν πολλῶν διαιτᾶσθαι δοκεῖς, ἀλλ' ἐνδεέστερον, μᾶλλον δὲ τελέως, ἐνδεῶς, καὶ ἀπόρως. διαφέρῃς γὰ οὐδὲν σὺ τῶν πτωχῶν, οἱ τὴν ἐφημέρον ἔφῳ μεταιτοῦσι. ΚΥ. βούλῃ οὖν εἰδέναι, ἐπεὶ προελήλυθεν ὁ λόγος, τί ὃ ἐνδεὲς, & τί ὃ ἱκανόν ἐστιν; ΛΥ. εἴ σοι δοκεῖ. ΚΥ. ἆρ' οὖν ἱκανὸν μὲν ἑκάστῳ, ὅσῳπερ ἂν ἐξικνῆται πρὸς τὴν ἐκείνου χρείαν, ἢ ἄλλό τι λέγῃς; ΛΥ. ἔγωγε τοῦτο. ΚΥ. ἐνδεὲς γ', ὅσῳπερ ἂν ἐνδεέστερον ᾖ τῆς χρείας, καὶ μὴ ἐξικνῆται πρὸς τὸ δέον; ΛΥ. ναί. ΚΥ. οὐκοῦν ἄρα τῷ ἐμῷ ἐνδεές ἐστιν. οὐκοῦν γὰρ αὐτῷ ὅ, τι τὴν χρείαν οὐ πληροῖ τὴν ἐμήν.

D ΛΥ. πῶς δῆτα λέγῃς; ΚΥ. ἐὰν σκοπῇς πρὸς ὅ, τι γέγονεν ἕκαστον, ὧν δεόμεθα, οἷς, οἰκία, ἆρ' οὐχὶ σκέπης; ΛΥ. ναί. ΚΥ. τί δὲ ἐσθῆτος, τοῦ χαλεπὸν; ἆρα οὐχὶ αὐτὴ τῆς σκέπης; ΛΥ. ναί. ΚΥ. τῆς δὲ σκέπης αὐτῆς πρὸς θεῶν, τίνος ἐδεήθημεν εἵνεκα, οὐχ ὥστε ἄμεινον ἔχειν τὸν σκεπόμενον; ΛΥ. δοκεῖ μοι. ΚΥ. πότερ' οὖν, τῷ πόδε κάκιον ἔχειν δοκεῖ σοι;

ΛΥ. οὐκ οἶδα. ΚΥ. ἀλλ' οὕτως αὐ μάθοις, τί ποδῶν ἔστ' ἔργον; ΛΥ. πορεύεσθαι. ΚΥ. κἄκιον οὖν πορεύεσθαί σοι δοκοῦσιν οἱ ἐμοὶ πόδες, ἢ οἱ τῶν πολλῶν; ΛΥ. τοῦτο μὲν οὐκ ἴσως. ΚΥ. ἀ δ' οὖν εἰ χεῖρον ἔχουσιν, ἢ μὴ χεῖρον, ὃ ἑαυτῶν ἔργον ἀποδιδόασιν; ΛΥ. ἴσως. ΚΥ. τοὺς μὲν δὴ πόδας ἀδὲν φαίνομαι χεῖρον διακείμενος τῶν πολλῶν ἔχειν; ΛΥ. οὐκ ἔοικας. ΚΥ. τί δ', τοὐμὸν σῶμα τῶν λοιπῶν ἆρα κάκιον; εἰ γὰρ κάκιον, καὶ ἀσθενέστερον, ἀρετὴ γὰρ σώματος, ἰσχύς. ἆρ' οὖν ὃ ἐμὸν ἀσθενέστερον; ΛΥ. ἀ φαίνεται. ΚΥ. ἀ τοίνυν οὐδ' οἱ πόδες φαίνοιντό μοι σκέπης ἐνδεῶς ἔχειν, οὔτε ὃ λοιπὸν σῶμα. εἰ γὰρ ἐνδεῶς εἶχον, κακῶς ἂν εἶχεν. ἡ γὰρ ἔνδεια, πονηρόν καὶ κακὸν καὶ χεῖρον ἔχειν ποιεῖ τοῦτο, οἷς ἂν παρῇ. ἀλλὰ μήν, ἀδὲ πέφευσθαί γε φαίνεται χεῖρον ὃ σῶμα τοὐμόν, ὅτι ἀπὸ τῶν τυχόντων τρέφεται. ΛΥ. δῆλον γάρ. οὐδὲ ῥώννυται, εἰ κακῶς ἐτρέφετο. λυμαίνονται γὰρ αἱ πονηραὶ ξυφαὶ τὰ σώματα. ΛΥΚ. ἔστι ταῦτα. ΚΥΝ. πῶς οὖν εἰπέ μοι τούτων οὕτως ἐχόντων, αἰτιᾷ μου, καὶ φαυλίζεις τὸν βίον, καὶ φῂς ἄθλιον; ΛΥΚ. ὅτι, νὴ Δία, τῆς φύσεως, ἣν σὺ τιμᾷς, καὶ τῶν θεῶν, γλιχὸν ἐν μέσῳ κατατεθεικότων, ὁκόσ' αὐτῆς ἀναδεδωκότων πολλά, καλὰ θαὐτά, ὥστ' ἔχειν ἡμᾶς πάντα ἄφθονα, μὴ πρὸς τὸ χρεία μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡδονήν, σὺ πάντων τούτων ἢ τῶν γε πλείστων ἄμοιρος εἶ, καὶ σχεδὸν μετέχεις αὐτῶν, ἀδὲν μᾶλλον ἢ τὰ θηρία· πίνεις μὲν γὰρ ὕδωρ, ὥσπερ καὶ τὰ θηρία, σιτῇ δὲ, ὥσπερ ἂν δυείσκῃς, ὥσπερ οἱ κύνες, δύνῃ δὲ οὐδὲν χρεῖττον τῶν κυνῶν ἔχεις. χόρτος γὰρ παρκεῖ σοι, καθάπερ ἐκείνοις. ἔτι δὲ ἱμάτιον φορεῖς, οὐδὲν ὑπερέχεσθον ἀκλήθου. καίτοι εἰ σὺ τούτοις ἀρκούμενος ὀρθῶς φρονήσῃς, ὁ θεὸς οὐκ ὀρθῶς ἐποίησε, τοῦτο μὲν, πρόβατα ποιήσας ἔμμαλλα· τοῦτο δ', ἀμπέλους ἡδυοίνους· τοῦτο δὲ, πρὸ ἄλλων παντοδαπῶν θαυμασίων ποικίλων, καὶ ἔλαιον, καὶ μέλι, καὶ τὰ ἄλλα, ὡς ἔχῃ μὲν ἡμᾶς σιτία πάντοδαπά, ἔχῃ δ' ποτὸν ἡδύ, ἔχῃ δὲ χρήματα, ἔχῃ δ' δύνῃ μαλακήν, ἔχῃ δὲ οἰκίας καλὰς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα θαυμαστῶς κατεσκευασμένα.

A LVCIA. Nescio. CYN. Atqui hoc pacto didiceris: quodnam pedum officiū est? LVC. Ingredi. CYN. An deteriùs ergo ingredi pedes tibi videntur mei, quàm aliorum? LVC. Istud verò fortasse non. CYN. At non possent, seu sese meliùs seu deteriùs haberent, officium suum præstare? LVC. Fortasse. CYN. Pedibus ergo nihil peiùs affectus videor, quàm alij? LVC. Non videris. CYN. Quid corpus verò meum? Num deterius quàm reliquorum? Nempe si deteriùs se haberet, esset idem imbecillius: corporis quippe virtus robur est. An meum ergo debilius? LVCIA. Non videtur. CYN. Neque pedes ergo tegumento videntur egere, neque reliquum corpus. Quippe si egerent, malè haberent. Egestas etenim omnino mala, ac peiùs habere se facit ea quibuscunque adfuerit. At ne ali quidem deteriùs corpus videtur meum, quod quibuslibet cibis alitur. LVC. Manifestum est id quidē. CYN. Nam nec vegetum esset robustúmque si aleretur malè. Mala siquidem alimenta corpus tabefaciunt. LVC. Ista quidem ita se habent. CYN. Quo pacto igitur, dic mihi, his ita se habentibus, me arguis, vitámque improbas meam, ac miseram prædicas? LVC. Ideo per Iouem, quòd cùm natura (quam tu colis) ac superi terram in communi statuerint, ex eaque multa nimirum ac bona ediderint, vt nobis omnia superessent abundè, non in necessitatem modò, verùm in voluptatem quoque: tu tamen horum omnium aut maximæ saltem partis expers es, nec eorum quoquam frueris, nihilo certè magis quàm feræ. Nempe aquam bibis, quam etiam bibunt feræ: comedis verò quicquid offenderis, quemadmodum canes: tum cubile nihilo melius canibus habes, quandoquidem gramen tibi sufficit, quemadmodum & illis: pallium præterea circumfers nihilo mendico decentius. Quanquam si tu his contentus rectè sapis, tum Deus profectò neutiquam rectè fecit, primùm quòd oues effecit pingues, deinde vites dulcis vini feraces, ac reliquum deinde apparatum varietate mirabilem, & oleum, & mel, & reliqua omnia vt nos haberemus, edulia quidem omnigena haberemus, potum dulcem haberemus, pecunias haberemus, molle lectū haberemus: præterea pulchras domos, ac reliqua demum omnia mirū in modum præparata.

Nam & ipſa quoque artium effecta, deorum dona ſunt. At viuere omnibus hiſce bonis priuatum, id fuerit profectò miſerum, etiamſi ab alio quopiam prieris, quemadmodum hi qui ſeruantur in vinculis: longè verò miſerius, ſi quis ipſe ſeſe omnibus bonis priuet. Nam ea demum manifeſta inſania eſt. CYNICVS. Et rectè quidem fortaſſe dicis. Verùm iſtuc dic mihi: Si quis diuite quopiam alacriter atque humanè, quin prolixè quoque exhibente conuiuium, tum hoſpites excipiente & multos ſimul & omnigenos, alios quidem imbecillos, alios autem robuſtos; deinde apponente multa atque omnigena: ſi quis, inquam, omnia corripiat, omniáque deglutiat, non ea tantùm quæ vicina ſunt, ſed ea quoque quę procul abſunt, præparata videlicet inualidis, ipſe tamen valens, cùm vnum duntaxat ventrem habeat, nec multis vt nutriatur indigeat, diutiùs tamen quàm alij multi immoretur, hic vir cuiuſmodi tibi videtur eſſe? probúſne? LVCIA. Non mihi quidem. CYN. Quid verò, num temperans? LVCIA. Ne id quidem. CYN. Quid verò ſi quis eiuſdem menſæ particeps, multa illa ac varia negligat, vno quopiam ex his quæ proximè apponuntur, electo, cùm ſatis in ſuam habeat neceſſitatem, id decenter edat, eóque ſolo vtatur, cætera illa ne reſpiciat quidem: an non hunc temperatiorem & meliorem virum illo putabis? LVCIA. Ego certè. CYN. Vtrùm ergo iam intelligis, an me oportet dicere? LVCIA. Quidnam? CYN. Quòd Deus illi quidem pulchrè conuiuium inſtruenti ſimilis eſt, vt qui apposuerit multa ac varia, atque omnigena, vti eſſent quæ cuique conuenirent, alia quippe valentibus, alia rurſus ægrotantibus, atque alia quidem robuſtis, alia verò inualidis: non vt omnibus vtamur omnes, ſed vt his vtantur ſinguli, quæ ſuæ cuiuſque naturæ conueniunt, & ex ipſis, quacunque re maximè quenque indigere contigerit. At vos illum qui per inſatiabilitatem atque incontinentiam omnia corripit, refertis, vt qui rebus vti velitis omnibus, & vndecunque partis, non ſolis contenti præſentibus, exiſtimantes propriam quidem neque terram, neque mare ſufficere, ſed importantes ab ipſis vſque terræ finibus voluptates, patriiſque rebus peregrina præferentes,

A καὶ γὰρ αὖ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα, δῶρα τῶν θεῶν ἐστί. τὸ δὲ πάντων τούτων ζῆν ἀπεστερημένον, ἄθλιον μέν, εἰ καὶ ὑπ' ἄλλου τινὸς ἀπεστέρητο, καθάπερ οἱ ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις. πολὺ δὲ ἀθλιώτερον, εἴ τις αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποστερεῖ πάντων τῶν καλῶν. μανία τε ἤδη τοῦτό γε σαφής. ΚΥ. ἀλλ' ἴσως ὀρθῶς λέγεις. σκόπει δέ μοι εἰπέ, εἴ τις ἀνδρὸς πλουσίου προθύμως καὶ φιλανθρώπως, ἐπί τε φιλοφρόνως ἑστιῶντος, καὶ ξενίζοντος πολλοὺς ἅμα καὶ παντοδαπούς, τοὺς μέν, ἀσθενεῖς, τοὺς δέ, ἐρρωμένους, κἄπειτα παντοδαπῶν
B πολλὰ καὶ παντοδαπά, πάντα ἁρπάζοι, καὶ πάντα ἐσθίοι, μὴ τὰ πλησίον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πόρρω, τὰ τοῖς ἀσθενοῦσι παρεσκευασμένα, ὑγιαίνων αὐτὸς, καὶ ταῦτα, μίαν μὲν κοιλίαν ἔχων, ὀλίγων δὲ ὥστε τραφῆναι δεόμενος, ἐπὶ πολλῶν δὲ βιώσεσθαι μέλλων· οἷός τ' ἂν εἴη, ποῖός τις δοκεῖ σοι εἶναι; ἆρά γε φρόνιμος; ΛΥΚ. οὐκ ἔμοιγε. ΚΥΝ. τί δὲ, σώφρων; ΛΥΚ. οὐδὲ τοῦτο. ΚΥΝ. τί δὲ, εἴ τις μετέχων τῆς
C αὐτῆς ταύτης τραπέζης, τῶν μὲν πολλῶν καὶ ποικίλων ἀμελοῖ, ἓν δέ τι ἕλοιτο κειμένων ἐπιλεξάμενος, ἱκανῶς ἔχων πρὸς τὸ ἑαυτῷ χρήσιμον, τοῦτο ἐσθίοι κοσμίως, καὶ τούτῳ μόνῳ χρῷτο, τοῖς δ' ἄλλοις οὐδὲ προσβλέποι, τοῦτον οὐχ ἡγῇ σωφρονέστερον, καὶ ἀμείνω ἀνδρα εἶναι; ΛΥΚΙΝ. ἔγωγε. ΚΥΝΙΚΟΣ. πότερον οὖν, σιωπῶ, ἢ ἐμὲ δεῖ λέγειν; ΛΥΚΙΝΟΣ. τὸ ποῖον; ΚΥΝΙΚΟΣ. ὅτι ὁ μὲν θεὸς, τῷ ξενίζοντι καλῶς ἐκείνῳ ἔοικε, παραθεὶς πολλὰ,
D καὶ ποικίλα, καὶ παντοδαπά, ὅπως ἔχοιεν ἁρμόζοντα· τὰ μὲν, ὑγιαίνουσι, τὰ δ', νοσοῦσι· καὶ τὰ μὲν, ἰσχνοῖς, τὰ δ', ἀσθενοῦσιν, οὐχ ἵνα χρώμεθα ἅπασι πάντες, ἀλλ' ἵνα τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος, καὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν, ὅτου ἂν δὴ τύχοι, μάλιστα δεόμενος. ὑμᾶς δ', τῶν δ' ἀπλησίαν τε καὶ ἀκρασίαν ἁρπάζοντι πάντα, τούτῳ μάλιστα ἐοίκατε, πάντων χρῆσθαι ἀξιοῦντες, καὶ τοῖς ἀπόντων χοῦ, μὴ τοῖς παρ' ὑμῖν μόνον, ὑ γῆν, ὑ θάλατταν τὴν καθ' αὑτοὺς αὐτάρκη νομίζοντες, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἑσπερίων γῆς ἐμπορευόμενοι τὰς ἡδονὰς, καὶ τὰ ξενικὰ τῶν ὀψωνείων ἀεὶ προτιμῶντες,

τὰ

καὶ τὰ πολυτελῆ τῶν εὐτελῶν, καὶ τὰ δυσπόριστα τῶν εὐποριστῶν. καθόλου δὲ, τὰ πράγματα, καὶ κακὰ ἔχειν μᾶλλον ἐθέλοντες, ἢ δίχα τῶν πραγμάτων ζῆν. τὰ γὰρ δὴ πολλοῦ, καὶ τίμια, καὶ εὐδαιμονικὰ δοκοῦντα σκευάσματα, ἐφ' οἷς ἀγάλλεσθε, ἀφ' ὅσης ὑμῖν ταῦτα κακοδαιμονίας καὶ παλαιπωρίας παραγίγνεται. σκόπει γὰρ εἰ βούλει, τὸν πολύθρυλλητον χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, σκόπει τὰς οἰκίας τὰς πολυτελεῖς, σκόπει τὰς ἐσθῆτας τὰς ἐστρωμένας, σκόπει τὰ τούτοις ἀκόλουθα πάντα· πόσων πραγμάτων ἐστὶν ὠνία, πόσων πόνων, πόσων κινδύνων, μᾶλλον δὲ, αἱμάτων, καὶ θανάτου, καὶ ἀφροσύνης ἀνθρώπων πόσης; οὐ μόνον ὅτι πλέονται ἀπόλλυνται ἀφ' ὧν ταῦτα πολλοὶ, καὶ ζητοῦντες καὶ δημιουργοῦντες δεινὰ πάσχουσιν· ἀλλ' ὅτι καὶ πολυμάχητά ἐστι, καὶ ἐπιβουλεύονται ἀλλήλοις ἀφ' ὧν ταῦτα, φίλοις φίλοι, καὶ παιδὸς πατὴρ, καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν. οὕτως οἶμαι καὶ τῷ Εριφύλῃ, ἀφ' ὧν χρυσὸν προεδόθη τὸν ἀνδρα· καὶ ταῦτα μὲν πάντα γίγνεται, τῶν μὲν ποικίλων ἱματίων, οὐδέν τι μᾶλλον θάλπειν δυναμένων· τῶν δὲ χρυσοφόρων οἰκιῶν, οὐδέν τι μᾶλλον σκεπουσῶν· τῶν δὲ ἐκ πομάτων τῶν ἀργυρῶν, οὐκ ὠφελοιώτων τὸν πότον, οὐδὲ τῶν χρυσῶν, οὐδὲ τῶν ἐλεφαντίνων αὖ κλινῶν, τὸν ὕπνον ἥδιω παρεχομένων· ἀλλ' ὄψει πολλάκις ὅτι τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης, καὶ τῶν πολυτελῶν στρωμάτων, τοὺς εὐδαίμονας, ὕπνου λαχεῖν οὐ δυναμένους. ἔτι δὲ καὶ αἱ πανοπλίαι περὶ τὰ βρώματα τερπνότητα, πρόφασιν μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα, καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι. τί δὲ δεῖ λέγειν ὅσα τῶν ἀφροδισίων ἕνεκα πράγματα ποιοῦσί τε καὶ πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι; καίτοι ῥᾴδιον θεάσασθαι ταύτην τὴν ὀρεξιμαχίαν, εἰ μή τις ἐθέλοι τυφλὸς. καὶ οὐδ' εἰς ταύτην ἡ μανία καὶ ἀφροσύνη φαίνεται τοῖς ἀνθρώποις ἀρκεῖν. ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὄντων τὴν χρῆσιν ἀναιρέσουσιν, ἑκάστῳ χρώμενοι, ὡς ὁ μὴ πέφυκεν, ὥσπερ εἴ τις ἀντὶ ἁμάξης ἐθέλοι τῇ κλίνῃ χρήσασθαι, καθάπερ ἁμάξῃ. ΛΥ. καὶ τίς οὗτος; ΚΥ. ὑμᾶς οἱ τοῖς ἀνθρώποις ἅτε ὑποζυγίοις χρῆσθε, καθεύδετε ἐπ' ἀὐλοῖς, ὥσπερ ἁμάξας, τὰς κλίνας τοῖς τραχήλοις ἄγων, αὐτὸς δ' αὖ κατακείσθε τρυφῶντες,

A sumptuosáque frugalibus, atque ea quæ difficilè comparantur, his quæ sunt comparatu facilia: in summa denique molestias maláque potiùs eligentes, quàm absque molestiis viuere. At isti quidem plurimi ac pretiosi beatique apparatus quibus exultatis, per magnam ad vos miseriam ærumnámque perueniunt. Aurum ipsum tam optabile, si libet, argentúmque considera: domus considera sumptuosas, vestes operosas considera: atque eius generis omnia, quanto negotio emuntur, quot laboribus, periculis, imò sanguine ac cæde, quantóque hominum interitu: non ideo solùm, quòd B dum nauigant, propter ista pereunt complures: ac dum quærunt parántque, grauia perferunt: sed ob id quoque, quòd digladiationes multas pariunt, quódque ob ea insidiantur inuicem & amicis amici, & parentibus liberi, & maritis coniuges. Sic opinor Eriphylen quoque auri gratia prodidisse maritum. Atque hæc quidem omnia fiunt, quum tamen vestes illæ variæ nihilo magis quicquam queant calefacere, auratáque illa ædificia nihilo prorsus magis tegant, nec pocula illa argentea potui quicquam magis C conducant, sed nec aurei illi nec eburnei item lectuli somnum suauiorem præbeant: imò videbis frequenter in eburneo lecto, sumptuosísque stromatibus, beatis illis somnum contingere non posse. Præterea omnigenæ illæ circa edulia curæ, nihilo magis alunt, quin tabefaciunt potiùs corpora, iisdémque morbos ingenerant. Quid autem dicere attinet, libidinis gratia quantas molestias mortales & faciunt, & patiuntur? Quanquam facile est isti cupiditati mederi, nisi quis velit indulgere deliciis. At ne hæc quidem insania corruptelaque D sufficere videtur mortalibus, sed iam rerum etiam vsum peruertunt, singulis rebus ad id vtentes, ad quod minimè paratæ sunt, quemadmodum lecto si quis vti carpenti loco velit, ac tanquam curru. LVCIA. Quisnam is est? CYN. Vos, inquam, qui hominibus tanquam iumentis vtimini. Nam eos iubetis, vt lecticas tanquam currus in ceruicibus ferãt, ipsi verò in sublimi residetis delicati,

atque illinc homines perinde tanquam asinos aurigamini, imperantes vt hac nō illac eant: & qui hæc facitis maximè, iidem maximè beati videmini. Tum hi qui piscium carnibus non tantùm vt alimentis vtuntur, verùm tincturas etiam quasdam ex his machinantur, eos dico qui purpuram tingunt: nónne & hi præter naturam his vtuntur quæ à deo præparata sunt? LVC. Non per Iouem, siquidem tingere etiam potest, non comedi tantùm, purpuræ caro. CYN. At non in id tamen nata est. Nam & cratere quispiam, si præter naturam detorqueat, ollæ loco posset vti, nec in id tamē paratus erat. Sed quo pacto posset quispiam vniuersam illorum infelicitatem percurrere, quæ tanta est? At tu me quoq; quòd nolo eius esse particeps, incusas: viuo ego tamen quemadmodum modestus ille, his videlicet duntaxat, quæ mihi apponuntur, vescens, ac frugalissimis vtens: variis verò illis atque omnigenis minimè inhians. Ac deinde quum paucis egeam, ac minimè multis vtar, ferinam tibi videor vitam viuere. Atqui hac ratione tua Dij profectò in periculum veniunt ne & ipsi sint feris etiam deteriores, quippe qui rei nullius indigent. Verùm vt exactiùs intelligas cuiusmodi horum vtrunque sit, vel paucis videlicet egere, vel multis, considera quòd pluribus egēt primùm pueri quàm adulti, deinde mulieres quàm viri, tum ægroti quàm valentes: atque omnino in summa, inferiora quælibet præstantioribus plurium indigent: proinde Dij omnino nullius egent rei: qui verò ad Deos accedunt proximè, quàm minimis egent. An Herculem putas omnium hominum præstantissimum, quippe diuinum virum, deúmque rectè creditum, miserum tunc fuisse, quum circumiret nudus, pelle duntaxat indutus, harum rerum nostrarū nihil desiderans? At ille miser profectò non erat, quippe qui miseriā ab aliis propulsabat: neque rursus pauper, qui terra maríque dominabatur. Nempe quocunque intendisset impetū, omnes quaqua versum superabat: nec in quenquam sui temporis incidit, qui se vel æquarit vnquam, vel vicerit, quoad ex humanis excessit. At tu illi stromata putas calceósque defuisse, atque ob id mundum obambulasse tantum virum? Dicendum profectò non est: sed continens erat ac fortis, & moderatè viuere volebat, non indulgere deliciis.

ἀηδόνες δὲ καὶ χελιδόνες ὕπνον κελαδοῦσιν, ἵν' ἡ μελῳδία τῶν ὀρνέων τὰς ἀκοὰς ἐναβρύουσα, τό,τε ὕδωρ ἠρέμα κελαρύζον, τὰς ψυχὰς καταθέλξῃ. TPIEΦ. ἴωμεν, ὦ Κριτία· ἀλλά δέδοικά μή που ἐπῳδὴ ὃ ἠκουσμένον ἐστί, καί με ὑπέρρον, ἢ ῥήξειεν, ἢ ἄλλό τι τῶν ἀψύχων ἀφανίζεται ἡ θαυμασία σου αὕτη κατάπληξις. KPI. νὴ τὸν Δία, τὸν αἰθέριον, ἃ τῦτο γλυκύτατα ὅτι σοί. TPI. ἔτι με ἐξεφόβησας, τὸν Δία ἐπομοσάμενος. τί γὰρ ἂν δυνήσοιτο ἀμῦναί σε, εἰ παραβαίης τὸν ὅρκον; οἶδα γὰρ καὶ σὲ μὴ ἀγνοοῦντα περὶ τῦ Διός σου. KP. τί λέγεις; οὐ δυνήσεται ὁ Ζεὺς ἐς Τάρταρον ἀποπέμψαι; ἢ ἀγνοεῖς ὡς ἅπαντας τοὺς θεοὺς πάντας ἀπέῤῥιψεν ἀπὸ τῦ θειοτέρου βήλου, καὶ τὸν Σαλμωνέα αὐτοβοεὶ κατέπληξε, παρὰ μικρὸν κατεκεραύνωσε, καὶ τοὺς ἀπελεγεστάτους ἔτι καὶ νῦν· παρὰ δὲ τῶν ποιητῶν, Τιτάνων κράτωρ καὶ Γιγαντολέτης ἀνυμνῆται, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ; TPIEΦ. σὺ μὲν, ὦ Κριτία, πάντα πρέπει τὰ τῦ Διός, ἀλλ' εἴ σοι φίλον, ἄκουε. οὐχὶ κύκνος ἐκεῖνος ἐγένετο, καὶ σάτυρος δι' ἀσέλγειαν, ἀλλὰ ταῦρος· εἰ μὴ ὁ πορνίδιον σκῆπτος ταχέως ἐπωμόσατο, καὶ διέφυγε δηλαδὴ τῦ πελάγους, τάχ' ἂν καὶ νῦν ἀγρεύει, σὺ τυχὸν γεωπόνῳ, ὁ βροντοποιὸς, καὶ κεραυνοβόλος σου Ζεύς; καὶ αὐτὸ τῦτο κεραυνοβολῶν, τῇ βουπλήγι κατεκεντάνυτο; ὃ δὲ καὶ Αἰθίοψι συνδυωχεῖσθαι, ἀνδράσι μελανθέγξι, καὶ τὸν ὄψιν ἐξοφωλιόις, καὶ ἐς δυσδεκάτην ἡλίοις μὴ ἀφίσασθαι, ἀλλ' ἐνοβριεμένος καθεδεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, πώγωνα τηλικοῦτον ἔχων, ὁπόθι αἰδοῦς ἄξια; τὰ δὲ τῦ ἀετῦ, καὶ τῆς Ἱδης, καὶ ὃ κυοφορῶν καθ' ὅλου τῦ σώματος, αἰδοῦμαι καὶ λέγειν. KPIT. μῶν τὸν Ἀπόλλωνα γ' ἐπομοσόμεθα, ὃς παρῴτης ἄριστος, καὶ ἰητρὸς, ὦ γαθέ; TPI. τὸν ψευδόμαντιν λέγεις; τὸν, Κροῖσον παρῴχηκότα, καὶ μετ' αὐτὸν, Σαλαμινίους, καὶ ἑτέρους μυρίους, ἀμφίλοξα πᾶσι μαντευόμενος; KP. τὸν Ποσειδῶνα δὲ τί; ὃς τρίαιναν ἐν ταῖν χερσῖν ἔχων, καὶ δεινότερόν τι, καὶ καταπληκτικὸν βοᾷ ἐν τῷ πολέμῳ, ὅσον ἐννεάχιλοι ἄνδρες,

A luſciniæ autem & hirundines canora perſtrepunt, quò videlicet auium concentus aures exhilarans, & aqua leniter ſuſurrans, animos demulceat. TRI. Eamus ſanè, Critia. Verùm illud metuo, ne fòrs incantatio quædam ſit id quod audiſti, & me piſtillum, aut portarum obicem aliquem, aut ſimile quiddam rerum inanimatarum efficiat præclara iſta tua conſternatio. CR. Ita me amet cœleſtis Iupiter, vt nihil tale in te fiet. TR. Ampliùs etiam terrefeciſti me, cùm Iouem deieraſti. Quid enim ille poterit vlciſci te, etiam ſi fidem iuriſiurandi transgrediaris? Arbitror enim neque te B de Ioue iſto tuo ignorare. CRI. Quid ais? an non poterit Iupiter in tartarum præcipitare me? An ignoras quòd deos omnes deiecit à diuino illo ætheris pauimento? & Salmoneum, qui contra tonare auſus fuerat, paulò antè fulmine præcipitauit, & vt petulantiſſimus quiſque eſt, etiam nunc? A poëtis autem & Titanum victor, & Gigantum interfector, carminibus celebratur, quemadmodum & apud Homerum. TRI. Tu quidem Critia, omnia ea percurriſti quę Ioui tribuuntur: ſed ſi tibi ingratum non C eſt, auſculta annon Cygnus ille fuit, & Satyrus, ob petulantiam, imò & Taurus? Ac niſi ſcortillum illud celeriter in humeros ſuſtuliſſet, & per pelagus effugiſſet, fortaſſis aratet etiam nunc, vbi in agricolam aliquem fortè incidiſſet iſte tuus tonitrua faciens, & fulmina iactans Iupiter: & pro eo quòd nunc fulmina iaculari dicitur, ſtimulo impelleretur. Illud autem quòd cum Æthiopibus conuiuatur, hominibus nigricantibus, & vultum obſcuratis, & in duodecimum vſque ſolem ab illis non diſcedit, ſed apud ipſos vino madefactus deſidet, idque cùm barbam tantam habeat, annon quę- D ſo pudore dignum fuerit? Quod autem ad aquilam attinet, & ad Idam, & quòd impręgnari per totum adeò corpus ſolet, etiam dicere erubeſco. CRI. Quid igitur? num Apollinem deierabimus, vt qui vates optimus ſit, & præterea medicus quoque? TRI. Vanum atque mendacem iſtum vaticinatorem dicis, qui Crœſum paulo antè perdidit, & poſt ipſum etiam Salaminios, aliòſque innumeros, obliqua atque ambigua omnibus illis reſpondendo? CR. Neptunum autem quid? qui & tridentem manu tenet, & in bellis immenſum atque terribile quiddam clamat, quantum alij viri mille,

*Confutatio deorum gentilium.*

*Θειοτέρου βήλου.*

*Alludit ad fabulam Vulcani, quem Iupiter à cœlo præcipitauit. vide Il. 1.*

*Ioue.*

*Herod. lib. 1.*

*Neptunus.*

aut etiam decies mille: præterea & Sisichthon, hoc est, terræ tremefactor, ô Triephon, appellatur? TRI. Adulterum istum dicis, qui Salmonei filiam Tyro paulò antè vitiauit, & adhuc etiam mœchatur, liberatórque & patronus huiuscemodi vitiorum est? Nam Martem cùm vinculis premeretur, & nodis quibusdam insolubilibus arctaretur, cæteris diis omnibus præ pudore silẽtibus, equestris iste Neptunus exoluit, in lacrymas profusus scilicet, perinde vt pueruli magistros formidantes, aut quemadmodum aniculæ puellas decipientes. Instabat autem precibus Vulcano, vt solueret Martem. Ac claudicans iste deus, misertus videlicet dei senioris & vetusti, liberauit Martem: quare & mœchus est, vt qui mœchos conseruet. CRIT. Quid igitur? Mercurium? TRIE. Apage mihi veteratorem istum, improbum Iouis libidinosissimi seruum, ipsum quoque libidine insanientem in adulteria. CRIT. Proinde neque Martem, aut Venerem, recepturum esse te scio, vt qui iam antea abs te calũniis impetiti fuerint. Quapropter missos & hos faciamus. Mineruę autẽ adhuc mentionem faciam, virginis videlicet armatæ, & terribilis deæ, quæ & Gorgonis caput pectori applicatum habet, deam Gigantum interfectricem. Non enim, opinor, habes quod de ipsa dicas. TRI. At dicam tibi etiam de ista, si mihi respondere voles. CRI. Dic quicquid volueris. TRI. Dic mihi igitur Critia, quæ Gorgonis huius vtilitas est? & cur pectori gestamen hoc dea applicatum habet? CRI. Vti terribile quoddam spectaculum, & quod mala auertere possit. Sed & hostes perterrefacit, & victoriam vtroque inclinantem, quocunque ipsa vult, aduertit. TRI. Num ob hoc ipsa quoque Glaucopis inuicta atque insuperabilis est? CR. Atque admodum. TRI. Cur igitur non illis potiùs qui seruare possunt, quàm qui seruantur, femora adolemus taurorum atque caprarum, vt nos quoque insuperabiles atque inuictos reddant, perinde atque Mineruam? CRI. Atqui ipsi potestas non est à longè auxiliari, perinde vt diis: sed solũ si quis ipsam gestat. TRI. Et quidnã hoc ipsũ est? Volo enim ex te scire, vti qui inueneris talia, & quã maximè perfectè assecutus sis. Ignoro enim omnia quę de ipsa feruntur, pręterquã nomen.

*Mercurij.*

*Martis & Veneris.*

*Minerua.*

Α ἢ δεκάχιλοι, ἀλλὰ καὶ σφόδρα, ὦ Τελεφῶν, ἐπονομάζεται; ΤΡΙΕΦ. τὸν μοιχὸν λέγεις; ὃς τῇ τῦ Σαλμωνέως παῖδα τῇ Τυρῷ, πρόσφατον διέφθαρε, καὶ ἔτι βιπμοιχεύει, καὶ ῥύσης καὶ δημαγωγὸς τῶν τοιούτων ὄντι; τὸν γὰρ Ἄρεα ὑπὸ τῦ δεσμῦ πιεζόμενον, καὶ δεσμοῖς ἀλύτοις μετὰ τῆς Ἀφροδίτης ξενούμενον, πάντων τε τῶν θεῶν ἅμα τῇ μοιχίδι ὑπ' αἰσχύνης σιωπώντων, ὁ ἵππειος Ποσειδῶν ἔλυσε δακρυρροῶν, ὡσπερ τὰ βρέφυλλια, τοὺς διδασκάλους δεδιότα, ἢ ὥσπερ αἱ γρᾶες, κόρας ἀξαπατῶσαι. ἐπέκειτο δὲ τῷ Ἡφαίστῳ λῦσαι τὸν Ἄρεα· Β ὃ δὲ ἀμφίχωλον τοῦτο δαιμόνιον, οἰκτείρων τὸν πρεσβύτην θεὸν, τὸν Ἄρη ἀπέλυσεν· ὥστε καὶ μοιχός ἐστιν, ὡς μοιχοὺς ἁλισκόμενος. ΚΡΙΤ. Ἑρμείαν δὲ τί; ΤΡΙΕΦ. μή μοι τὸν κακόδουλον, τῦ ἀσελγεστάτου Διὸς, καὶ τὸν ἀσελγαινοῦντα ὑπὸ τοῖς μοιχοῖς. ΚΡΙΤ. Ἄρεα δὲ καὶ Ἀφροδίτην οἶδα μὴ προσδέχεσθαί σε, ἅτε ὃ πρόσφατα ληθῶσαι πρόσφατα σοῦ. ὥστε ἐάσωμεν τούτους. τῆς Ἀθηνᾶς ἔτι βπιμνησθήσομαι, τῆς παρθένου, τῆς ὁπλίτου, καὶ κατα- C πληκτικῆς θεᾶς, ἣ καὶ τῷ τῆς Γοργόνος κεφαλῷ ἐπὶ τῷ στήθει προσάπτεται, τῷ Γιγαντολέτειρα θεόν. οὐ γὰρ ἔχεις τί λέγειν περὶ αὐτῆς. ΤΡΙΕΦ. ἐρῶ σοι καὶ περὶ ταύτης, ἐὰν μοι ἀποκρίνῃ. ΚΡΙΤ. λέγε ὅ, τι γε βούλῃ. ΤΡ. Εἰπέ μοι, ὦ Κριτία, τί ὄ χρήσιμον τῆς Γοργόνος, καὶ τί τῷ στήθει τοῦτο ἡ θεὰ βπιφέρεται; ΚΡΙ. ὡς φοβερόν τι θέαμα, καὶ ἀποτροπαϊκὸν τῶν δεινῶν. ἀλλὰ δὲ καταπλήσσει τοὺς πολεμίους, καὶ ἑτεροκλινὲα τὴν νίκην ποιῇ ὅπου γε βούλεται. ΤΡ. μῶν καὶ D ἅμα ὅτε ἡ Γλαυκῶπις ἀκαταμάχητος; ΚΡ. καὶ μάλα. ΤΡ. καὶ ἅμα τί ὄ τοῖς σώζειν δυναμένοις, ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις, μηλέα καίομεν ταύρων, ἠδὲ αἰγῶν, ὡς ἡμᾶς ἀκαταμαχήτους ἐργάσωνται, ὡσπερ τὴν Ἀθηνᾶν; ΚΡ. ἀλλ' οὐ οἱ δυνάμεις γε πόρρωθεν βπιβοηθεῖν, ὡσπερ τοῖς θεοῖς, ἀλλ' εἴ τις αὐτὴν βπιφέρεται. ΤΡΙ. καὶ τί τόδ' ἐστίν; ἐθέλω γὰρ περὶ σοῦ εἰδέναι, ὡς ἐξευρημένου τὰ τοιαῦτα, καὶ ἐς μάλιστα κατορθωκότος. ἀγνοῶ γὰρ πάντα τὰ κατ' αὐτὴν, πλὴν γε τῦ ὀνόματος.

ΚΡΙ. αὕτη χόρη ἐγένετο ὡραιοτάτη, καὶ ἐπέ- A CRI. Ipsa quidem puella fuit elegans & amabilis. Perseus autem cùm huic dolo caput amputasset, vt pote vir generosus, & qui in arte magica laudatus, carminibus illam quibusdam incantasset, in præsidium & quasi quoddam propugnaculum dij sibi ipsam retinuerunt. TRI. Hoc igitur præclarum tandem me latuit, quòd dij hominum quoque indigẽt. Quæ autem viuentis vtilitas fuit? meretricabatur nimirum per cauponas, aut latenter vitiabatur, deinde se ipsam virginem appellabat. CRI. Non, per Ignotum Athenis: sed virgo permansit vsque ad decollationem. TRI. Ergo si quis virgini caput amputauerit, terriculamentum hoc ipsum erit multitudini? Noui enim innumeras membratim & per partes dissectas insula in circumflua, Cretam illam nomine dicunt. Quòd si igitur cognouissem hoc, ô optime Critia, quàm multas tibi Gorgonas ex Creta huc attulissem, téque ducem inuictum & insuperabilem reddidissem. Poëtę autem & oratores multò me Perseo anteposuissent, vt qui plures Gorgonas inuenissem. Verùm quoniam in Cretæ mentionem incidi, adhuc memini qui mihi sepulchrum Iouis tui istius demonstrabant, & occultas valles, quæ matrem eius enutrierant, quanquam adhuc viridia ipsa ea arbusta essent. CRIT. At nesciebas incantationem & sacrificia quibus vtendum fuisset. TRI. Si hæc, ô Critia, per incantationes facta sunt, fortassis etiam ab inferis excitasset illam, & in lucem dulcissimam reduxisset. Sed nugæ ista, ac ludicra & fabulæ sunt, à poëtis præstigiosè conficta. Quapropter & hanc omitte. CRI. Iunonem autem, vxorem Iouis, & sororem eandem, annon recipis? TRI. Tace obsecro, propter intemperantissimum concubitum, & istam ex manibus pedibúsque extentam, cursu præteruehe. CRITIAS. Quémnam igitur tibi iurabo? TRI. Deum altè regnantem, magnum, ætherium, atque æternum, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, vnum ex tribus, & ex vno tria. Hæc tu Iouem puta, hunc existima deum. CRI. Numerare me doces, & iusiurandum arithmetica tibi est. Nam & numeras, perinde vt Nicomachus ille Gerasenus. Neque enim intelligo quid dicas: Vnum tria, tria vnum: num quaternionem dicis Pythagoricum illum, an octernionem, an numerum ex triginta constantem?

*Deum scilicet cuius ara etiam in scriptura mentio fit.*

*δόχμια Græcè, quod obliqua prius significat.*

*Iunonem.*

ΚΡΙ. ἀλλ' οὐκ ἐγίνωσκες τιὼ ἐπῳδὼ, καὶ τὰ ὄργια. ΤΡΙ. εἰ ταῦτα, ὦ Κριτία, ἐξ ἐπῳδῆς ἐγίνετο, τάχ' ἂν καὶ ἐκ νεκρῶν ἐξήνεγκεν αὖ, καὶ ἐς τὸ γλυκύτατον φάος ἀπήγαγε· ἀλλὰ λῆρος, παίγνιά τε, καὶ μῦθοι, ὑπὸ τῶν ποιητῶν τερατολογούμενα. ὥστε ἔασον καὶ ταύτην. ΚΡΙ. Ἦρα δὲ τὴν Διὸς γαμετὴν, καὶ κασίγνητον, οὐ δέδεξαι; ΤΡΙ. σίγα τῆς ἀσελγεστάτης ἕνεκα μίξεως, καὶ τιὼ ἐκ ποδῶν καὶ χερῶν ἐκτεταμένην, ὦ δαίδραμε. ΚΡΙ. ᾧ τίνα ἐπομόσωμαί τε; ΤΡΙ. Ὑψιμέδοντα θεὸν, μέγαν, ἄμβροτον, αἰθέριόν τε, ἰὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία ταῦτα νόμιζε. Ζῆνα τὸν δ' ἡγοῦ θεόν. ΚΡΙ. Ἀριθμεῖν με διδάσκεις, καὶ ὅρκος ἡ ἀριθμητική. καὶ γὰρ ἀριθμεῖς ὡς Νικόμαχος ὁ Γερασηνός. οὐκ οἶδα γὰρ τί λέγεις, ἓν τρία, τρία ἕν. μὴ τιὼ τετρακτὺν φῂς τὴν Πυθαγόρου, ἢ τιὼ ὀγδοάδα, ἢ τριακάδα;

*δόχμια Græcè, quod obliqua prius significat.*

*Iunonem.*

*Vt apud Aristophanē Socrates fingitur.*

TRI. Tace ea quæ infrà sunt, quæque silentio digna. Non licet hoc pacto metiri pulicum vestigia. Ego enim docebo te quid sit vniuersum, & quis fuerit ante omnia, & quæ item constitutio, quód ve corpus vniuersi. Quando autem me Galilæus ille conuenit, recaluaster, naso aquilo, qui in tertium vsque cœlum per aërem ingressus est, quæque optima atque pulcherrima sunt, inde didicit, per aquam nos renouauit, in beatorum vestigia insistere fecit, & ex impiorum regionibus nos redemit. Ac te faciam, si me audieris, verè hominem. CRI. Dic quæso, doctissime Triephon: timore enim quodam iam correptus sum. TRI. Legistine aliquando Aristophanis Comici poëtæ fabulam, Aues? CRI. Atque admodum. TRI. Scriptum ab eo tale quippiam ibi est:

*A principio chaos, & nox, & tenebræ nigræ erant, & tartarus altus,*
*Nulla autem terra, nec aër, aut polus vllus adhuc, &c.*

CRI. Rectè dicis. quid autem postea? TRI. Erat lux incorruptibilis, invisibilis, incomprehensibilis, quæ dissoluit tenebras, & informitatem istam abegit, verbo solo dicto ab ipsa, quemadmodum tardilinguis iste descripsit: Terram firmauit super aquas, cœlum explanauit, stellas formauit fixas, cursum ordinauit, quas tu veneraris vt deos. Terram autem & floribus exornauit, hominem ex nihilo ad essentiam produxit. Estque in cœlo aspiciens iustos pariter & iniustos, & in libris describens cuiusque res & actiones.

*Deest fortè quid.*

Rependet autem omnibus, quam diem ipse præcepit. CRI. Quæ autem à Parcis agglomerata cunctis sunt, etiámne illa inscribunt? TRI. Qualiánam? CRI. Ea quæ ad fatum pertinent. TRI. Dic mihi ô optime Critia, de Parcis. Ego verò discere gestiens, de te libenter audierim. CRI. An non Homerus poëta celebris ait:

*Iliad. ζ.* *At fatum effugit nemo (mihi crede) virorum.*

De magno autem Hercule idem ait:

*Iliad. σ.* *Nec vis Herculea parcam vitauit amaram,*
*Quanquam diis charus foret, & Iouis inclyta proles:*
*Sed fato, atque ira domitus Iunonis iniquæ est.*

Quin & totam vitam, omnésque in ea mutationes, fato constitutas atque ordinatas esse idem innuit, cùm ait:

ΤΡ. σίγα τὰ νέρθε, καὶ τὰ σιγῆς ἄξια, ὅσα ἔαδ' ὧδε μετρεῖν τὰ ψυλλῶν ἴχνη. ἐγὼ γάρ σε διδάξω τί ὃ πρῶ, καὶ τίς ὁ σοφὸς πρώτων, καὶ τί ὃ σύστημα τῶν πρώτος. καὶ γὰρ σοφὸν κἀγὼ τοῦτ' ἔπαθον, ἄφαρ σύ. ἰώμην δέ μοι Γαλιλαῖος ἐπέτυχεν, αἰθαλαυστίας, ὀπτίρρινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀερόβατήσας, καὶ τὰ κάλλιστα ὀκμεμαθηκὼς, δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν, ἐς τὰ τῶν μακάρων ἴχνια προσώδωσε, καὶ ὀκ τῶν ἀσεβῶν χώρων ἡμᾶς ἐλυτρώσατο. καί σε ποιήσω ἰῶ μοῦ ἀκούης, ἐπ' ἀληθείας ἄνθρωπον. ΚΡ. λέγε, ὦ πολυμαθέστατε Τριεφῶν, δέδοικα γὰρ ἔρχομαι. ΤΡ. ἀκήκοάς ποτε τὰ τοῦ Αἰσχύλου τοῦ δράματος ποιοῦ ὄρνιθας ποιημάτια; ΚΡ. ἦ μάλα. ΤΡΙ. ἐλέχθη γάρ που περὶ αὐτοῦ τοιόνδε·

Χάος ἰῶ, καὶ νύξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ Τάρταρος εὐρύς.
Γῆ δὲ, οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἰῶ.

ΚΡ. οἶδ' ἃ λέγεις. εἶτα τί ἰῶ; ΤΡ. ἰῶ φῶς ἄφθιτον, ἀόρατον, ἀκατάληπτον, ὃ λύει τὸ σκότος, καὶ τὸν ἀκοσμίαν τοῦτον ἀπήλασε, λόγῳ μόνῳ ῥηθέντι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς ὁ βραδύγλωσσος ἀπεγράψατο· γῆν ἔπηξεν ἐφ' ὕδασιν, οὐρανὸν ἐτάνυσεν, ἀστέρας ἐμόρφωσεν ἀπλανεῖς, δρόμον διετάξατο, οὓς σὺ σέβῃ θεούς, ἰῶ ὦ τοῖς ἄθεσιν ὀκαλλώπισεν, ἀνθρωπον δὲ μὴ ὄντων ἐς τὸ εἶναι προήγαγε. καὶ ἔστιν ὁ θεωρῶν βλέπων δικαίους τε καὶ ἀδίκους, καὶ ὁ βίβλοις τοῖς προσέξεις ἀπογραφόμενος. ἀποδώσει δὲ πᾶσιν ἰῶ ἡμέραν αὐτὸς ὑπετείλατο. ΚΡ. τὰ δὲ τῶν Μοιρῶν ὑπενεχθέντα εἰς ἀπώλειας, εἴχε φράσαι σοί τε καὶ τοῦτα; ΤΡ. τὰ ποῖα; ΚΡ. τὰ τῆς εἱμαρμένης. ΤΡ. λέγε, ὦ καλὲ Κριτία, περὶ τῶν Μοιρῶν, ἐγὼ δὲ μαθητοῦ ἀκούσομαι περὶ σοῦ. ΚΡ. ἦ ὀκ Ὅμηρος ὁ ἀοίδιμος ποιητὴς εἴρηκε,

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.

ὑπὲρ δὲ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους,

Οὐδέ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακληείη φύτο κῆρα,
Ὅς περ φίλτατος ἔσκε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι,
ἀλλὰ μόρος κρατέει καὶ ὀλοὸν χόλος Ἥρης.

Ἀλλά ἑ Μοῖρ' ἐδάμασσε, καὶ ἀργαλέος θάνατος καὶ ὅλον τὸν βίον καθήμερθαι, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτῳ μεταβολάς·

--ἔνθα δ' ἔπειτα
Πείσεται ἄσσα οἱ αἶσα καταχλῶῆς τε Cαρῆαι (μήτηρ.
Γιγνομένῳ νήσατο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε χὴ Cαὶ ὸ ξείνῃ ἐποχαὶ ἀπ' ὀκείνης γίνεαθαι.
Ηδη' ὡς Αἴολον ικόμᾶ', ὅς με τοῆφρων ὐπεδέκτο, (τείδη' ικέαθαι.
Καὶ πέμπ', οὐδέπω αἶσα φίλῳ ἐς πατρῶ ὥστε πάντα ὑπὸ τ Μοιρῶν γίνεαθαι ὁ ποιητὴς μεμβρτύρηκε. τὸν δὲ Δία μὴ θελῆσαι τὸν ὑὸν (μᾶλλον θανάτοιο δυσηχέος ἔξαναλῦσαι, ἀλλὰ Αἱματοέσσας ψιάδας κατέχευεν ἔραξε. Παῖδα φίλον πῆμᾶ, τὸν οἱ Πάτροκλος Φθίσθν ὸ Τρώῃ. (ἔμελλε
ὥστε, ὦ Τειφῶν, ἀλλὰ τοῦτο μηδὲν τοῆσθεῖναι τοῦ τῶν Μοιρῶν ἐθελήσης, εἰ καὶ τάχα πεδάρσιος ἐλαφρότης μετὰ τοῦ διδασκάλου, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἐμυήθης. ΤΡ. Ἐ πῶς ὁ αὐτὸς ποιητὴς, ὦ καλὲ Κριτία, διττὼ ὑπολέγᾶ τὼ εἱμαρμένω, καὶ ἀμφίβολον; ὡς τὸ δὲ μέλλόν τι τοιάξαντι, τοιῶδε τέλᾶ συνκῦρσαι· τοῖον δὲ ποιήσαντι, ἑτέρῳ τέλᾶ ὑπαντῆσαι; ὡς ἐπ' Αχιλλέως,
Διχθαδίας κῆρας φερέμεν θανάτοιο τέλοσδε, (φιμάχομαι,
Εἰ μέν κ' αὖθι μένων Τρώων πόλιν ἀμφιμάχωμαι, Ωλετο μέν μοι νόστος, ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται· Εἰ δέκεν οἴκαδ' ἵκωμαι, (ἔσται.
Ωλετό μοι κλέος ἐσθλόν, ὅτι δηθὰ δέ μοι αἰὼν Εσεται.
Ἀλλὰ Ἐ ὅτι Εὐχήνορος,
Ος ῥ' ὐ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν, ὅτι μιν ὸ ἔβαινε.
Πολλάκι γὰ αὐτὸν ἔφη γέρων ἀγαθὸς Πολυΐδος, (μεγάθυμον,
Νόσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθίσθαι οἷς ὲν Η μετ' Αχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.

ἀλλὰ πρὸ Ομήρου ταῦτα τέχναπαι, ἢ ἀμφίβολος αὕτη, καὶ ἀμφίχρημνος ἀπάτη; εἰ γὰ βέλᾶ καὶ τ Διὸς ὑπισχνοῦνται τὸν λόγον· ἀλλὰ τῶ Αἰγίσθω εἴρηκεν ὡς ἀποχωμένῳ μὲν τ μοιχείας, καὶ τ Αγαμέμνονος ὑπιβουλῆς, ζῆν καθειμαρμένα πολὺν χρόνον, ὑπιβαλλομένῳ δὲ ταῦτα τοῆφθῆν, ὑ καθυστερῆν θανάτου; τοῦτο καὶγὼ πολλάκις τοῆυμαντευσάμην·

A ——vbi ille deinde
*Illa ferat, quæcunque Deus Parcæque maligne*
*Neuerunt genito, cùm matris prodiit aluo.* Od. v. ἐν Il. vi.

Etiam in peregrino solo retentiones ab eadem illa fieri, vt cùm Vlysses ait:

*Atque vti susceptum placido rex Aeolus ore,* Od. κ.
*Miserit in patriam, sed nondum fata sinebant.*

Quare omnia à Parcis fieri poëta testatus est: Iouem autem neque filium voluisse ab infanda defendere morte, sed potiùs

B *Sanguineas cœlo guttas diffudit ab alto* Iliad. ν.
*Ob natum, quem Patroclus prope mœnia Troiæ*
*Occisurus erat* ——.

Quamobrem, Triephon, ob hæc nihi ampliùs addere de Parcis volueris, etiam si fortassis in sublime sublatus fuisses vnà cum præceptore, & arcanis illis initiatus.

TRI. Et quomodo ipse ille poëta, ô optime Critia, duplex allegat fatum, & ambiguum, vt qui hoc quidem fecerit, talem exitum sortiatur: aliud autem faciens, in alium euentum incidat? vt de Achille, cùm dicit:

C *Nam me mater ait, niueis Thetis inclyta plantis,* Iliad. ι.
*Sortitum geminas obeunda ad funera leges:*
*Nam si hîc persistam, pugnémque ad mœnia Troiæ,*
*Eripitur reditus mihi, at inclyta famæ sequetur.*
*Sin autem patriam repetam, charósque penates,*
*Fama perit, verùm in longum mihi ducitur ætas.*

Sed & de Euchenore ait:

*Qui non ignarus fati, conscenderat æquor.* Iliad. ν.
*Nanque huic sæpe senex Polyidus dixerat antè,*
*Aut morbo in patria periturum, atque inter amicos,*
*Aut manibus Teucrorum, atque inter Dorica castra.*

D Annō apud Homerum hęc scripta sunt? aut non ambigua hæc, atque adeò anceps deceptio? Quòd si placet, etiam Iouis orationem tibi addam. Annon Ægistho dixit quòd si ab adulterio & insidiis Agamemnonis sese contineret, fato illi constitutum esse vt in longum tempus viueret: si verò in animum induceret facere ista, mortem effugere non posse? Atque ad eum modum ego quoque vaticinatus sæpè sum:

Si occideris proximum, morti condemnaberis iudicio: si verò hoc non feceris, viues rectè:

*Nec te fas adeò festinam incurrere mortem.*

Annon vides quàm minimè correcta aut emendata sunt quæ à poëtis dicuntur? quámque item ambigua & obliqua, neque vnquam certa aliqua sede stabilita? Quare omnia isthæc missa fac, vt & te in cœlestibus bonorum libris inscribant. CRIT. Benè omnia reuoluis ac repetis, Triephon, sed mihi illud respondè: Vtrùm & Scytharum res in cœlo describuntur? TRI. Omnes, si quidem & inter gentes Chrestus fuerit. CRIT. Multos sanè scribas in cœlo narras, quã do cuncta describuntur. TRI. Bona verba, Critia, neque quicquam cõtemptum aut vile de Deo dextero loquaris, sed Catechumenus existens, persuaderi à me tibi sine, si modò viuere cupis in æuum. Nam si cœlum explanauit vt pellem, terram autem firmauit super aquas, stellas formauit, hominémq; ex nihilo, vt esset, in lucem produxit: quid mirum adeò, si res quoque omnium ibi describantur? Nam & tu si domunculam aliquam ædificasses, ancillas autem & seruos in ea multos congregasses, nunquam te lateret quicquam eorum quæ ab illis gererentur, quamuis abiectum & vile: quantò igitur magis probabile est, eum qui omnia creauit, Deum, cuncta expeditè ac facilè percurrere, & vniuscuiusque consilia & actiones animaduertere? Nam tui dij pro cottabis, ab iis qui rectè sapiunt, habentur. CRI. Rectè omnino dicis, & mihi nunc diuersum accidit atque Niobę olim: ex statua enim in hominem conuersus sum. Quare iam deum istum tibi appono, & iuro quòd mali à me nihil patiêre. TRI. Si modò ex corde me diligis, ne quid alienum aut nouum in me facias:

*Néve aliud celes animis, aliúdque loquaris.*

Verùm age mirabilem illam auscultationem tuam tandem profer nobis, vt & ego expallescam, & prorsus immuter, & non quemadmodum Niobe, obmutescam, sed vti Philomela in auiculam conuertar, & mirabilem istam consternationem tuam in prato viridi, tragico quodam modo decantem. CRI. Ita per filium ex patre, haudquaquam istud fiet. TRI. Dic modò, à spiritu potestatem ac vim dicendi accipiens. Ego verò sedebo:

*Ita per cõtemptum Christum vocarunt: vt & apud Suetoniũ alibi quodam loco appellatur.*

*Id est, pro ludo habetur. Fuit enim ludi genus apud Græcos cottabus, de quo apud Athenæum, Pollucem & Suidã. Vel pro inani strepitu, qualu in hoc ludo fiebat, quo pacto & apud Plautum ponitur. Ne crebri in te cottabi sonent, &c.*

ἐὰν κτάνῃς τὸν πλησίον, θανατωθήσῃ παρὰ τῆς δίκης· εἰ δὲ γε μὴ τοῦτο ποιήξῃς, βιώσῃ καλῶς,

Οὐδέ σ' ὧκα θέμις τέλος θανάτοιο κιχεῖν.

οὐχ ὁρᾷς ὡς ἀδιόρθωτα τὰ τῶν ποιητῶν, καὶ ἀμφίλεξα, καὶ μηδέπω ἡδραιωμένα; ὥστε ἔασον ἄπρακτα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις τῶν ἀγαθῶν ἀπογράψωνται. ΚΡΙ. ὦ πρᾶτε αἰακτικλῆς, ὦ Τριεφῶν, ἀλλά μοι τόδε εἰπέ, εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐγγραφήσεται. ΤΡΙ. πρᾶτε, εἰ τύχοι γε Χριστὸς καὶ ἐν ἔθνεσι. ΚΡΙΤ. πολλοὺς γε γραφέας φῄς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι. ΤΡΙΕΦΩΝ. ἀγόμει, καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον θεοῦ δεξιοῦ, ἀλλὰ κατηχούμενος, πείθου πρὸ ἐμοῦ, εἴπερ ζῆν χρήζεις εἰς τὸν αἰῶνα, εἰ ἔργον ὡς δι' ῥᾳδίου ἐξήπλωσε, γῆν δὲ ἐφ' ὕδατος ἔπηξεν, ἀστέρας ἐμόρφωσεν, ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντος προήγαγε, τί θαυμάσιον, καὶ τὰς πράξεις πάντων ἐναπογράφεσθαι; καὶ γὰρ σοὶ οἰκίδιόν τι κατασκευάσαντι, οἰκέτιδας δὲ καὶ οἰκέτας ἐν αὐτῷ συναγαγόντι, οὐδέποτέ σε διέλαθε τούτων πρᾶξις ἀποβλητός· πόσῳ μᾶλλον τὸν πάντα πεποιηκότα θεὸν, οὐχ ἅπαντα ἐν εὐκολίᾳ διαφραμεῖν ἑκάστου πρᾶξιν, καὶ ἔννοιαν; οἱ γάρ σοι θεοί, κότταβος τοῖς δὴ φερνοῦσιν ἐγκρότητος. ΚΡΙΤΙΑΣ. πάνυ δὴ λέγῃς, καί με αἰτιᾷ ὀρθῶς τῆς Νιόβης παθεῖν· ἐκ πήλης γὰρ ἀνθρωπος αἰσθήσεως. ὥστε τοῦτον τὸν θεὸν προσκυνῶ σοι, μή κακόν τι παθεῖν πρὸ ἐμοῦ. ΤΡΙΕΦΩΝ. εἴπερ ἐκ καρδίας μ' ὄντως φιλῇς, μή ἕτερόν τι ποιήσῃς ἐμοὶ,

Καὶ ἕτερον κεύσῃς μῦθον σὺν φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃς.

ἀλλ' ἄγε δὴ θαυμάσιον ἐκεῖνο ἀκουσμάτων ἄφσον, ὅπως κἀγὼ κατηχεισάσω, καὶ ὅλως ἀλλοιωθῶ, καὶ οὐχ ὡς ἡ Νιόβη ἀπαυδήσω, ἀλλ' ὡς ἀηδὼν ὄρνεον ἡμῖν, καὶ πλὴν θαυμασίαν σου ἔκπληξιν κατ' αὐλῶνα λειμῶνα ἐκτραγῳδήσω. ΚΡΙ. νὴ τὸν υἱὸν τὸν ἐκ παιδὸς, οὐ τοῦτο ἡμῖσεται. ΤΡ. λέγε, παρὰ τοῦ πνεύματος δυνάμιν τοῦ λόγου λαβών. ἐγὼ δὲ καθεδοῦμαι,

Δέγμενος ἀμαξιδην ὁπότε λήξειν ἀείδων. A *Aeacidem expectans, dum cantum finiat ille.*

ΚΡΙ. ἀπῆα ὅτι τὴν λεωφόρον, ὠνησόμενός γε τὰ χρᾳωδέστατα, καὶ δὴ ὁρῶ πλῆθος πάμπολυ ἐς ὃ οἷς ψιθυρίζοντας, ὅτι δὲ τῇ ἀκοῇ, ἐφῶντο τοῖς χείλεσιν. ἐγὼ δὲ παντῇ πάνυ ἐς ἀπόνοιαν, καὶ τὴν χεῖρα τοῖς βλεφάροις ὑπεκάμψας, ἐσκοπίαζον ὀξυδερκέστατα, εἴ που γέ τινα τῶν φίλων θεασαίμην. ὁρῶ δὲ Κράτωνα τὸν πολιτικὸν, παιδόθεν φίλον ὄντα, καὶ συμποτικόν. ΤΡ. ἀλαθάνομαι τοῦτον. τὸν ἐξισωτὴν γὰρ εἴρηκας εἶπα τί; ΚΡ. ὃν δὴ πολλοὺς ὠθούμενος ἦκον ἐς τὰ πρόσω, καὶ ὃ ἑωθινὸν, χαῖρε, εἰπών, ἐχώρουν ὡς αὐτόν. αἰθρίπους δέ τις, τὴν ὄμμα Χαρίκενος, σεσηπμένον γεῶδες, ῥέγχων τῇ ῥινὶ, ὑπέπτυε μύξιον, ἐχρέμπτετο ὀπισθουρηθών· ὁ δὲ φθίσελος, καὶ σαπρώτερος θανάτου· εἶτα ἤρξατο ὑπὸ φθίσεως καταχνηθών· οὗτος ὡς προεῖπον, τοῖς τὴν ἐξισωτὴν καταλείπει ἐλάφασμοὺς, καὶ τὰ χρέα τοῖς δανείσασιν ἀποδώσει, τά, τε σοφίσματα πάντα, καὶ τὰ δημόσια, καὶ τὰς εἰσμάλλας δέξει), μὴ ὄζεται τῆς τέχνης, καὶ καταφλυαρεῖ ἐπὶ πικρότερα. οἱ πρὸς αὐτὸν δὲ, ἤδοντο τοῖς λόγοις, καὶ τὴν κομψὸν τὴν ἀκουσμάτων προσέκειντο. ἕτερος δὲ, τοιοῦτος Χλευόχαρμος, περιώνιον ἔχων πολύσαθρον, αὐυπόδητός τε, καὶ ἄσκεπος, μετέωπτε, τοῖς ὀδοῦσιν ὑπικροτῶν, ὡς ἐπεδείκνυτό μοι τὶς κακοείμων, ἐξ ὀρέων τὸν θαλλόμενος, κεκερμένος τὸν κόμην, ἐν τῷ θεάτρῳ ἀναγεγραμμένον ὄνομα ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν, ὡς δοῦναι τῷ χρυσῷ ὑπικλύσαι τὸν λεωφόρον· ἐμοὶ δ' ἐγὼ, καὶ μὴν τὰ Ἀριστάνδρου καὶ Ἀρτεμιδώρου, οὐ καλῶς ἀποβήσονται ταῦτά γε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ σοὶ μὲν, τὰ χρέα πληθυνθήσεται ἀναλόγως τῆς ἀποδόσεως· ἐκεῖνῳ δὲ ὑπὲρ τὸν ὀβολὸν γε σεμνυθήσεται, ὡς πολλοῦ χρυσίου βυπορικῶς. καὶ ἔμοιγε δοκεῖτε ὑπὲρ λευκάδα πέτρην, καὶ δῆμον ὀνείρων καταδαρθέντες, τοσαῦτα ὀνειροπολεῖν ἐν ἀκαρεῖ τῆς νυκτὸς οὔσης. οἱ δὲ ἀνεκάγχασαν ἅπαντες, ὡς ἀποπνιγῆναι ὑπὸ τοῦ γέλωτος, καὶ τῆς ἀμαθίας μου κατεγνώσθην.

CRIT. Abieram in viam publicam, empturus videlicet ea, quibus maximè opus habebam: atque ibi video multitudinem admodum magnam in aurem mutuò ſuſurrantes: audiendi autem ſtudio etiam labiis inhærebant. Ego verò oculos per cunctos circumferens, & manum ſuperciliis incuruam ſupernè obducens, inſpectabam quàm acutiſſimè ſicubi amicorum aliquem contemplarer. Video autem Cratonem politicum illum, qui mihi à pueto vſque amicus fuit, & in conuiuiis vnà conſuetus. TRI. Intelligo quem dicis, inſpectorem videlicet illum: ſed quid poſtea? CRI. Multis itaque oppoſito cubito dimotis, in anteriorem partem penetraui, & matutinum illud Aue præfatus, accedebam ad ipſum. Cæterùm homuncio quidam nomine Charicenus, vetulus, emarcidus, & naſo ſtridens, tuſſiebat primò intimũ quiddam, excreabátque languidum & inconditum. Erat autem ſputum morte ipſa liuidum magis. Deinde cœpit loqui voce attenuata & exili admodum. Hic, vt antè dixi, inſpectorum relinquit eleipaſmos, & debita fœneratoribus reddet, & penſiones omnes tam priuatas quàm publicas: præterea & eiramangas capiet, non inquirens aut perpendens cuiuſque artem. Atque etiam amariora his nugabatur. Illi autem qui circa ipſum erant, delectabãtur verbis hiſce, & nouitati eorum quę audiebant, aduertebant animũ. Alius autem quidã, cui nomen Chleuocharmus, pallium habens admodum putre, ſine calceis & tegmine capitis incedens, interloquebatur, dentibus applaudens: vt demonſtrauit mihi malè veſtitus quidam, qui ex montibus aduenerat, detonſa coma, in theatro perſcriptum nomen literis hieroglyphicis (hoc eſt, ſacris & arcanis notis) quòd iſte auro inundaturus eſſet viam publicam. Ego verò inquam: At iuxta Ariſtandri & Artemidori præcepta non ita bonum euentum habebũt hæc inter vos ſomnia, ſed tibi quidem debita multiplicabuntur ſecundùm proportionem penſionis: iſte autem quãplurimùm obolo etiam carebit, tanquam qui multo auro tam diues fuerit. Ac mihi quidem videmini ſuper Leucadem petram & ſomniorum populum conſopiti, tam multa ſomniare, nocte quaſi in puncto exiſtente. Illi verò cachinnos ſuſtulerunt vniuerſi, ita vt riſu propè ſuffocarentur, méque ignorantiæ condemnarunt.

ἐξισωτὴν; *Græcè, id eſt,* ἐποπτῆλω. *Vide Suidam.*

*Fortè legendum* καταλείψει λείπανσμοὺς, *quaſi dicat, delebit reſidua, vel ſummas reſtantes.*

At ego ad Cratonem conuersus inquam: Num perperam omnia ἐξερρίνισα, vt comico modo dicam aliquid, & non iuxta Aristandrum Telmisensem, & Artemidorũ Ephesium inuestigaui somnia? Tum ille: Tace, inquit, Critia. Si enim silentium ages, edocebo te sacrorum pulcherrima, & quæ nunc futura sunt. Nõ somnia hęc sunt, sed res ipsa. Euentum autem capient in mensem qui dicitur Mesori. Hæc postquam audissem à Cratone, & lubricam ipsorum mẽtem cognouissem, erubui, & tristitiam præ me ferens abij, multis Cratonem incusando. Vnus autem illorum acerbũ & Titanicum quiddam obtuens, arreptum me veste vellicabat, conuentionem fecisse & credens, & ab inueterato illo numine instigatus: verbis autem hæc extendendo, persuadet mihi infelici, vt ad præstigiatores istos homines accederem, & in diem atram, quod dici solet, incurrerem. Dicebat enim se omnia ex ipsis, quæ ad sacra & arcana pertinerent, edoctum esse. Atque ita pertransiuimus ferreásque portas, & ærea limina. Multis autem superatis scalis, in domum aurato fastigio insignem ascendimus, qualem Homerus Menelai fingit esse. Atque ipse quidem omnia illa contemplabar, quæ insularis ille adolescens. Video autem non Helenen mehercle, sed viros in faciem inclinatos, & pallescentes. Illi autem vbi me conspexerunt, gauisi sunt, & ex aduerso ad nos accesserunt. Dicebant enim, num quod triste nuncium afferremus? Nam videbantur isti quàm pessima optare, gaudebántque tristibus & malis, perinde atque in theatro furiæ. Capita autem inter se iuncta tenentes consusurrabant. Postea interrogabant me:

*Quisnam hominum, aut vnde es, quæ patria, quiq; parentes*

*Sunt tibi?* Nam Chrestus quidem esse appares, vtique ex habitu. Tum ego: Pauci, inquam, Chresti, hoc est, frugi sunt, quemadmodum vbique video. Critias autem nomen mihi est: ciuitas verò inde, vnde & vobis. Vt autem sublimes illi & in aëre gradientes interrogarunt, quo pacto se res ciuitatis, & mundus adeò totus haberet, respondens ego: Benè, inquam, habent, & insuper etiam habebunt. Illi autem abnuentes superciliis: Haud ita, inquiunt: malè enim parturit ciuitas. Tum ego secundùm ipsorum mentem:

*Hoc est verbis indagaui, seu, olfeci.*

*Mesori.*

*Telemachus scilicet, vt Odyss. γ.*

ἰὼ δ' ἐγὼ πρὸς Κράτωνα, Μῶν κακῶς πάνυ ἐξερρίνισα, ἵν' εἴπω τι κωμικευσάμενος, καὶ οὐ κατ' Ἀρίσταν δρον τὸν Τελμισέα, καὶ Ἀρτεμίδωρον τὸν Ἐφέσιον, ἐξιχνεύσασα τοῖς ὀνείρασιν; ἦδ' ὅς, Σίγα ὦ Κριτία, εἰ ἐχεμυθεῖς, μυσταγωγήσω σε τὰ κάλλιστα, καὶ τὰ νῦν γιγνόμενα. οὐ γὰρ ὄνειρα ταῦτ' εἰσὶν, ἀλλ' ἀληθῆ. ἐκβήσονται δὲ εἰς μῆνα μεσορή. Ταῦτα ἀκηκοὼς πρὸς τοῦ Κράτωνος, καὶ ὃ ὀλισθηρὸν τῆς διανοίας αὐτῶν κατεγνωκὼς, ἠρυθρίασα, καὶ σκυθρωπάζων ἐπορευόμην, πολλὰ τὸν Κράτωνα ὑπεμφόμενος. εἷς δὲ ἀριμὺ καὶ πιθανώδης ἐνίδων, δραξάμενός μου τοῦ λώπους, ἐπαύεσθαι, ῥήτιν ποιήσασθαι πείθομός τε, καὶ πρὸς δαιμονιόμενος πρὸς τοῦ παλαιωθέντος ἐκείνου δαιμονίου. εἰς λόγους δὲ ταῦτα προκτείναντες, πείθῃ με τὸν κακοδαίμονα εἰς γόητας αὐθρώπους πρὸς ἰέναι, καὶ ἀποφοιτᾶν ὃ δὴ λεγόμενον ἡμέρας συσκυρῆσαι. ἔφασκε γὰρ πάντα ἐξ αὐτῶν μυσταγωγηθῆναι. καὶ δὴ διὰ θολερᾶς τε πύλας, καὶ χαλκέους οὐδοὺς. ἀναβάθρας δὲ πλείστας πρεικλιμακωσάμενοι, εἰς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν, οἷ Ὅμηρος τὸν Μενελάου φησί. καὶ δὴ ἄπαντα ἐσκοπτιάζον, ὅσα ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος. ὁρῶ δὲ οὐχ Ἑλένην, μὰ Δί', ἀλλ' ἄνδρας ὑπεκκυφότας, καὶ κατηχρωματισμένους· οἱ δὲ, ἰδόντες, γήθησάν, καὶ ἐξεναντίας πρεσβύνοντο· ἔφασκον γὰρ, ὡς εἴ τινα λυπρὰν ἀγγελίαν ἀγαγοίμεθ. ἐφαίνοντο γὰρ δή τοι ὡς τὰ κάκιστα βουλόμενοι, καὶ ἔλεγον ὑπὸ τῆς λυπρᾶς, ὥσπερ αἱ ποινοποιοὶ ὑπὸ θεάτρᾳ, ταῖς κεφαλὰς δ' ἄλλοτε ἄλλοσε κρούοντες, ἐψιθύριζον. μετὰ δὲ τὰ ἤρετό με,

Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;

Χρηστὸς γὰρ δὴ εἶπας, ἀπὸ γε τοῦ σχήματος. ἰὼ δ' ἐγὼ, Ὀλίγοι γε χρηστοὶ, ὡσπερ βλέπω πανταχοῦ. Κριτίας δὲ τοὔνομα, πόλις δέ μοι ἔνθεν, ὅθεν καὶ ὑμῖν. ὡς δ' ἀερβατοῦντες ἐπυνθάνοντο, πῶς τὰ τῆς πόλεως, καὶ τὰ τοῦ κόσμου, ἰὼ δ' ἐγὼ, Καλῶς γε πάντες, καὶ ἔτι γε χαριοῦνται· οἱ δὲ, ἀνένευον τῇσιν ὀφρύσιν, οὐχ οὕτω. δυσκολαίνει γὰρ ἡ πόλις. ἰὼ δ' ἐγὼ πρὸς αὐτῶν γνώμην

ὑμεῖς πεδάρσιοι ὄντες, καὶ ὡς ἀπὸ ὑψηλοῦ ἅπαντα καθορῶντες, ὀξυδερκέστατα καὶ πάνυ νενοήκατε. πῶς δὲ τὰ τῇ αἰθέρος; μῶν σκολιόν ἐστιν ὁ ἥλιος, ἢ δὲ σελήνη κατὰ κάθετον γλυφεῖται; ὁ Ἄρης εἰ τετραγωνικὸς τὸν Δία, καὶ ὁ Κρόνος διαμετρήσας τὸν ἥλιον; ἡ Ἀφροδίτη εἰ μὴ τῷ Ἑρμῇ συνοδεύσῃ, καὶ Ἑρμαφρόδιτος ἀποκυήσουσιν, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἥδεσθε; εἰ ῥαγδαίους ὑετοὺς σκηπτώδεις; εἰ νιφετὸν πολὺν ἐπιχρωννύσεσι τῇ γῇ, χάλαζαν δὲ καὶ ἐρεσίβην εἰ καταζόσει, λοιμὸν καὶ λιμὸν εἰ ἐπιπέμψουσιν, εἰ δὲ κεραυνοβόλον ἀγγεῖον ἀπεγεμίσθη, καὶ δ βροντοποιὸν δοχεῖον αἰεμεστώθη; οἱ δ', ὡς ἅπαντα κατορθωκότες, κατεφλυάρουν τὰ αὐτῶν ἐράσματα, ὡς μεταλλαγῶσι τὰ σχήματα, ἀταξίαι δὲ καὶ ταραχαὶ τὴν πόλιν καταλήψονται, τὰ στρατόπεδα, ἥττονα τῶν ἐναντίων γλιχόμενα. τοῦτο ἐνθυμηθεὶς, καὶ ὥσπερ ὠδῖνος καόμενος οἰδηθείς, ἀμφόπρωρ ἀνεβόησα, Ω δαιμόνιοι ἀνδρῶν, μὴ μεγαλαυχεῖσθε λέγετε, θηγόντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων, πνέοντων δόρυ καὶ λόγχας, καὶ λευκολόφοις περιφαλείας· ἀλλὰ ταῦτ' ὑμῖν ὅτι κεφαλὴν καταδήσεται, ὡς τὴν πατρίδα ὑμῶν κατατύχητε. ὃ γὰρ αἰθεροβατοῦντες, ταῦτα ἠκούσατε, οὐ τὴν πολυάσχολον μεθημερινὴν κατορθώσατε. εἰ δέ γε μαντείαν καὶ γοητείαν ὑμᾶς πρέπει σοφὸν, διπλοῦν ὃ τῆς ἀμαθίας. γυναικῶν γὰρ εὑρέματα ταῦτα γραϊδίων, καὶ παίγνια. ὅτι πολὺ γὰρ τὰ τοιαῦτα αἱ τῶν γυναικῶν ὀπίνοιαι μετέρχονται. ΤΡΙ. τί δὲ πρὸς ταῦτα ἔφησθε, ὦ καλὲ Κριτία, οἱ κεκαρμένοι τὴν γνώμην, καὶ τὴν διάνοιαν; ΚΡΙ. ἅπαντα ταῦτα προέδραμον, εἰς ὀπίνοιαν τετεχνασμένην καταπεφυγότες. ἐλέγομεν γὰρ ἥλιοι δέκα ἄσιτοι διανυσθησόμεθα, καὶ ὅτι πανύχιοι ὑμνῳδίας ἐπαγρυπνοῦντες, ἐνδρώσομεν τὰ τοιαῦτα. ΤΡ. σὺ δέ τί πρὸς αὐτοὺς εἶπας; μέγα γὰρ ἔφησθε, καὶ διαπορηθέντες. ΚΡΙ. θάρρει, οὐκ ἀλγυνεῖς, εἶπον γὰρ τὰ κάλλιστα. τὰ γὰρ τῶν ἀστῶν θρυλούμενα, ἔφην, περὶ ὑμῶν, ὁπόταν ἐνυπνιάζησθε, τὰ τοιαῦτά που προσάγονται. οἱ δὲ σεσηρότες ὑποσειδιάσαντες, ἔξω που προέρχονται τοῦ κλινιδίου.

A Vos, inquam, ſupra terram & in ſublime ſublati, & ceu ex alto cuncta intuentes, acutiſſimè & hæc intellectu aſſecuti eſtis ſcilicet: ſed quo pacto ea quæ in æthere ſunt, habẽt ſeſe? Num deficiet Sol, & ad perpẽdiculum Luna interponetur? Num Mars quadrangulo aſpectu Solem aſpiciet, & Saturnus ex diametro eundem? Num Venus cum Mercurio congredietur, & Hermaphroditos procreabunt, quibus vos delectamini? num pluuias impetuoſas ac vehementes demittent? num denſa niue terram inſternent, grandinem autẽ & rubiginem deuoluẽt? Num peſtem ac famem immittent? num B vas illud fulminiferum exundat, & tonitruficum receptaculum repletum eſt? At illi, quaſi cunctis præclarè geſtis, deblaterabant ſua iſta amabilia, quòd videlicet res ſtatim immutandæ eſſent, perturbationes autem & tumultus ciuitatem inuaſuræ, & exercitus ab hoſtibus mox ſuperandi. Ob hæc itaque animo conturbatus & quemadmodum ilex incenſa, intumeſcens, magna voce exclamaui: O miſeri hominum, ne vana adeò loquacitate efferamini, acuentes denteſ aduerſus viros leonum animos præ ſe ferentes, ſpirantes haſtam & lanceas, & candicantes criſtis galeas: ſed iſta in veſtrum caput C conuertantur, quando ita patriam veſtrã deprimitis. Non enim in aëre gradientes iſta audiuiſtis, neque negotioſam mathematicam perfectè adeò aſſecuti eſtis. Quòd ſi verò vaticinia vos & præſtigiæ huc induxerunt, duplex ignorantiæ nomen ſuſtinetis. Nam hæc mulierum atque anicularum inuenta ſunt, & ludicra plerunque enim huiuſcemodi res muliobres curæ proſequuntur. TRI. Quid autem ad hæc reſponderunt, ô optime Critia, iſti mente pariter & ſententiis detonſi? CRI. Cuncta hæc præterierunt, ad cogitationes illas à ſe inuentas D & exercitatas confugientes. Dicebant enim, Soles decem ieiuni & abſque cibo perſeuerabimus, & ad hymnos tota nocte decantandos vigilantes, talia ſomniamus. TRI. Tu verò quid ad ipſos dixiſti? Magnum enim & attonitum quiddã reſponderant. CRI. Confide, nihil ignauũ. Contrà enim reſpõdi pulcherrimè. Nam quæ vulgo ab vrbanis, inquam, de vobis iactantur, quando ſomniatis, huiuſcemodi ſcilicet proferuntur. Illi autem quaſi quiddam caninum ſubridentes, extra lectulum aliquantum progrediuntur.

θυμολέοντας. quo verbo Homerus vtitur.

Ego verò, Si vera sunt, inquam, talia, ô æ- A therij, haud vnquam sanè tutò ea quæ futura sunt, inuestigabitis, sed persuasi ab ipsis nugabimini quæ neque sunt, neque futura sunt. Verùm hæc quidem nescio quo pacto nugamini, somniis credentes, & quæ optima sunt, abominamini: malis autem delectamini, haud sanè quicquam abominatione ista promouentes. Quamobrem missas facite alienas istas imaginationes, & praua consilia vaticiniáque, necvbi deus vos in malam rem hinc eiiciat, eò quòd patriæ mala imprecamini, & verbis adulterinis ac perditis illam affamini. At isti vnum eundémque omnes animum habentes, me multùm increpabant. Ac, si placet, ista quoque tibi addã, quæ me etiam perinde vt statuam, elinguem ac mutum reddiderunt, donec me frugi ista tua loquela, cùm iam propè in lapidem conuersus essem, resoluit, & in hominem rursus restituit. TRI. Tace Critia, neque nugas istas longiùs extenderis. Vides enim quomodo intumuerit mihi venter, & quasi imprægnatus eam: morsus enim sum verbis à te modò dictis, perinde vt à cane rabiosa: ac nisi medicamentum aliquod obliuionem inducens hausero, atque ita conquiescam, memoria hęc mecum cohabitãs, & quasi domi apud me residens, magnum aliquod malum procreabit. Quamobrem missos istos facito, precationem à patre incipiens, & celebre illud carmen ad finem apponens. Sed quid hoc? annon Cleolaus hic est, is qui pedibus longum adeò incedit? seriò autem venit & accedit. Num alloquemur ipsum? CRI. Atque admodum. TRI. Cleolaë, ne quid cursu præteruehare, neque prætereas nos: sed accede lætus, siquidem nuncium aliquod affers. CLE. Saluete ambo, ô præclarum par amicorum. TRI. Quæ autem est festinatio ista? permultum enim anhelas. num nouum aliquid gestum est? CLE.

*Videtur victoriam Traiani intelligere: qui Ctesiphontẽ & Babylonẽ, & alia multa orientu in potestatem redegit.*

*Cecidit supercilium illud olim Persidis*
*Fama celebratum, atque Susa vrbs inclyta:*
*Cadet autem & omnis terra nobilis Arabum,*
*Valida imperantis dextera, & vi roboris.*

CRIT. Hoc illud est, vt semper deus non negligit bonos, sed auget, prouehens in melius. Nos autem, ô Trieph n, pulcherrima inuenimus. Solicitus

ἰὼ σὶ ἐγὼ, εἰ ἀληθῆ εἰσι ταῦτα, ὦ αἰθέριοι, οὐκ ἂν ποτε ἀσφαλῶς τὰ μέλλοντα ἐξιχνεύσητε· ἀλλὰ καταπειθέντες ὑπ' αὐτῶν, ληρήσετε τὰ μὴ ὄντα, μηδὲ γενησόμενα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ οἶσθ' ὅπως ληρεῖτε, ὀνείρασι πιστεύοντες, καὶ τὰ κάλλιστα βδελύττεσθε, τοῖς δὲ πονηροῖς ἥδεσθε, μηδὲν ὀνυμένοι τῷ βδελύγματος. ὥστε ἐάσετε τὰς ἀλλοκότους ταύτας φαντασίας, καὶ τὰ πονηρὰ βουλεύματα, καὶ μαντεύματα, μή που θεὸς ὑμᾶς ἐς χέρσους βάλοι, ἀρὰ θ' ἡ πατρὶδι ἐπεύξασθαι, καὶ λόγοις κακοδαίμοσι ὀνειδίσαι. οὗτοι δὲ ἅπαντες ἕνα θυμὸν ἔχοντες, ἐμοὶ πολλὰ κατεμέμφοντο. καὶ εἰ βούλει, καὶ τάγε προσθῶ σοι, ἃ πρός με καὶ ὡς σμίλαν ἄναυδον ἔθηκαν, μέχρις οὗ ἡ χρησὶς σου λαλιὰ λιθούμενον ἀνέλυσε, καὶ ἀνθρωπον ἀπεκατέστησε. TP. σίγα, ὦ Κριτία, καὶ μὴ ὑπερεκτείνης τοὺς ὕθλους. ὁρᾷς γὰρ ὡς ἐξώγκωταί μου ἡ νηδὺς, καὶ ὥσπερ κυοφορῶ· ἐδήχθην γὰρ τοῖς παρὰ σοῦ λόγοις, ὡς ὑπὸ κυνὸς λυσσῶντος. καὶ εἰ μὴ φαρμακον λήθεδρύον ἐμπιὼν ἠρεμήσω, αὕτη ἡ μνήμη οἰκήσουσα σὺν ἐμοὶ, μέγα κακὸν ἐργάσεται. ὥστε ἔασον τούτους, πλὴν ἀγχοῦ ἀπὸ παιδὸς ἀρξάμενος, καὶ πλὴν πολυώνυμον ᾠδὴν ἐς τέλος ἐπιθείς. ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐχὶ Κλεόλαος οὗτός ἐστιν, ὁ τοῖς ποσὶ μακρὰ βιβάς, ἀσπουδῇ δὲ ἥκει, καὶ κατέρχεται. μῶν προσφωνήσομεν αὐτὸν; ΚΡΙ. καὶ μάλα. TP. Κλεόλαε, μή τι παρδραμεῖν γε ποσὶ, μηδὲ παρέλθῃς, ἀλλ' ἐλθὲ χαίρων, εἴ τί που μῦθον φέρεις. ΚΛΕ. χαίρετ' ἄμφω, ὦ καλὴ ξυνωρίς. TPIE. τίς ἡ σπουδή; ἀσθμαίνεις γὰρ ὑπερφυῶς. μῶν τι καινὸν πέπρωται; ΚΛΕ.

Πέπτωκεν ὀφρῦς ἡ πάλαι σεσιμμένη Περσῶν,
Καὶ Σοῦσα, κλεινὸν ἄστυ.
Πέσοι δ' ἔτι γε πᾶσα χθὼν Ἀραβίας,
Χειρὶ κρατοῦντος ἐμφερεστάτῳ κράτει.

ΚΡΙΤΙΑΣ. τοῦτ' ἐκεῖνο ὡς ἀεὶ τὸ θεῖον οὐκ ἀμελεῖ τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' αὔξει, ἄμεινον ἀεὶ τὰ κρείττονα. ἡμεῖς δὲ, ὦ Τελεφῶν, τὰ κάλλιστα εὑρηκότες ἐσμέν. ἐδυσχέραινον γὰρ ἐγὼ

γὰρ ὁ τῇ ἀποβιώσῃ τί τοῖς τέκνοις καταλιπεῖν ὅτι ταῖς διαθήκαις. οἶδας γὰρ τὰ ἐμὰ πενίαν, ὡς ἐγὼ τὰ σά. τοῦτο ἀρκεῖ τοῖς παισίν, εἰ ἡμέρᾳ τῇ αὐτοκράτορος πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλείψει, καὶ ἔθνος ἡμᾶς οὐ καταπλήσσει. ΤΡ. κἀγώ, ὦ Κριτία, ταῦτα καταλείπω τοῖς τέκνοις, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ὀλωλυῖαν, Αἴγυπτον δουλωθεῖσαν, τὰ τῶν Περσῶν τέκνα δούλου ἤδη ἄγοντα, τὰς ἐπιδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυσαμένας, εἴθ' οὕτω καὶ ἀνακοπησομένας. ἡμεῖς δὲ τὸν οὐ Ἀθήναις Ἄγνωστον ἐφυμνήσαντες, καὶ προσευξάμενοι, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τούτῳ διχαριούμεθα, ὡς καταξιωθέντες τοιούτου κριτοῦ, ὃν ἥκομεν ἡμᾶς. τοὺς δὲ λοιποὺς, λῆρον ἐάσωμεν, ἀρκεσθέντες ἐπ' αὐτῶν εἰπεῖν, τὸ, Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ, τοῦτο παροιμίαν.

A enim mecum ipse eram, quidnam in morte liberis meis testamento relicturus essem. Nosti enim paupertatem meam, quemadmodum ego tuas res quoque. Hoc igitur sufficit liberis, dies videlicet Imperatoris. Neque enim diuitiæ nos deficient, neque nos populus perterrebit. TRI. Et ego, ô Critia, hæc relinquam liberis, vt videant Babylonem perditam, Ægyptum in seruitutem redactam, Persarum liberos seruilem ætatem agentes, excursiones Scytharum sedatas, vtinam igitur & prorsus propulsatas. Nos autem illum Athenis ignotum inuentum adorantes, & manus in cœlum tendentes, gratias illi agemus, vt qui digni facti fuerimus huiusmodi potestati atque virtuti subiecti esse. Reliquos autem istos nugari sinamus, contenti pro ipsis dicere notum illud, quod prouerbio dici solet: Non est curæ Hippoclidi.

---

# ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ, ἢ ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΟΥΣ.

# CHARIDEMVS, SIVE DE PVLCHRITVDINE,

## Iacobo Micyllo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Neque hic dialogus Luciani videtur esse: id quod Aldus quoque annotauit: & cùm ex stilo, quanquam is multo simplicior hîc quàm in superiore est, tum ex reliquo totius corporis contextu apparet. Continet autem encomium pulchritudinis seu formæ, tribus orationibus diuisum, vtpotè à tribus personis in conuiuio tractatum: quarum priores duæ præstantiam ac dignitatem pulchritudinis commendant, multis ad hoc deorum pariter & hominum adhibitis exemplis. Postrema autem etiam vim & effectum illius ex mutua collatione reliquarum virtutum, & eorum quæ vulgo inter bona recensentur. Cætera plana sunt.*

## ΕΡΜΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΚΑΡΙΔΗΜΟΥ.

## HERMIPPI ET CHARIDEMI.

Περιπάτουν ἔτυχον χθὲς, ὦ Χαρίδημε, ποιούμενος ἐν τοῖς προαστείοις, ἅμα μὲν καὶ τῆς τοῦ σώματος ἕνεκα ἀναπαύσεως, ἅμα δὲ (ἔτυχον γάρ τι μελετῶν, καὶ δεόμενος ἡσυχίας) ἐντυγχάνω δὴ Πρόξενος τῷ Ἐπικράτους. προσειπὼν δὲ, ὥσπερ εἰώθειν, ἠρώτων ὅθεν τε πορεύοιτο, καὶ ὅποι βαδίζοι,

C Deambulabam fortè heri in suburbio, Charideme, simul vt ex agrorũ aspectu me aliquantulum reficerem, simul etiã quietis & otij gratia: fortè enim tum meditabar quippiam. Obuiam igitur mihi fit Proxenus Epicratis filius. Allocutus autem ipsum, quemadmodum consueueram, interrogabam vnde veniret scilicet, & quò iturus esset.

Tum ille, venire se quidem etiam ipsum respondit huc oblectationis gratia, quam ex agrorum aspectu percipere consueuisset, tesci autem velle etiam temperata ac leni aura quæ illos afflaret. Cæterùm redire se à conuiuio, quòd pulcherrimũ peractum fuisset in Piræeo apud Androclem Epicharis filium, qui ob partam victoriam Mercurio sacrificasset. Vicissè autem ipsum in Diasiis, libro quodam recitato. Commemorabat autem cùm alia multa quæ ibi acta essent vrbana & festiua, tum verò & pulchritudinis encomia à viris dicta aiebat, quæ ipsum quidem non posse referre, oblitũ eorum præ senectute videlicet: deinde etiã alioqui nõ ita multum circa orationes dicendas versatum. Te verò facilè commemoraturum, vt qui & ipse encomium dixisses, & cæteris per totum conuiuium animum aduertisses. CHAR. Facta sunt hæc, Hermippe, vt dicis. Veruntamen neque mihi facile fuerit accuratè cuncta persequi. Neque enim possibile erat omnia exaudire, multo adeò tumultu excitato & ab iis qui ministrabant, & ab iis qui conuiuabantur, & alioqui etiam ex difficilioribus hoc est, meminisse eorum verborum quæ in cõuiuiis fiunt. Nosti enim quàm obliuiosos reddant etiam eos qui alioqui plurimum memoria valent. Sed tamen tui gratia, quoad potero, commemorare tibi illa conabor, nihil eorum prætermittẽs, quæcunque memoria consequi potuero. HERM. Proinde ob hanc rem gratiam tibi habeo. Verumenim si mihi totam à principio narrationem repetiueris, puta & quis liber fuerit quem recitauerat Androcles, & quem recitato eo superauerit, postremò & quosnam vos ad conuiuium vocarit, ita demum plenam apud me gratiam inibis. CHAR. Ipse quidem liber encomium Herculis erat, ex somnio quodam, ceu dicebat, ab ipso compositum. Vicit autem Diotimum Megarensem illum, pro spicis, imò verò pro gloria cum eo certans. HERM. Quid autem libri erat quod ille recitauit? CHAR. Encomium Castoris & Pollucis. Dicebat autem se quoque ex magnis periculis ab illis seruatum, hanc illis quasi quandam gratiam persoluisse: præsertim cùm ab illis etiam confirmatus fuisset, de summis nauium velis in extremo discrimine ipsi apparentibus. Aderant autem in conuiuio & alij multi, partim cognati ipsius, partim aliàs familiaritate iuncti:

*Festa Ionij fuere Athenis Diasia. Διασιάζειν αὖθις διαχαῖς καὶ ἄσαις, vt Suidas ait, appellata.*

A ὁ δ' ἥκειν μὲν ἔφη καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἐμπωλίας χάριν, ἅτε εἰωθὼς τοῦτο τὸν ὄψιν γίνεσθαι ἀπὸ ἀγρῶν ἀπολαύων· δεῖν δὲ καὶ τῆς αὔρας ἀπολαύειν ἡδείας καὶ μετρίας πνεούσης· ἀπιέναι δὲ ἀπὸ συμποσίου μὲν τοῦ καλλίστου γεγονότος ἐν Πειραιεῖ, ἐν Ἀνδροκλέους τοῦ Ἐπιχάρους, παρασκευὴν νικητηρίου τεθυκότος Ἑρμῇ· ὅτι δὲ βιβλίον ἀναγνοὺς, ἐπήνεσεν ἐν Διασίοις. ἔφασκε δὴ ἀλλά τε πολλὰ γεγωνῆσθαι ἀστεῖα, καὶ χαρίεντα, ἃ δὴ καὶ κάλλιστα ἐγκώμια εἶναι τῆς ἀνθρωπίνης, ἃ ἐκεῖνον μὲν μὴ δύνασθαι εἰπεῖν· ὑπὸ τε γήρως ὑπιλελησόμενον, ἄλλως τε δὲ, οὐκ ὀλίγου λόγων μετειληφότα. σὲ δ' ἂν ῥᾳδίως εἰπεῖν, ἅ τε καὶ αὐτὸν ἐγκεκωμιακότα, ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἄλλον τὸν συμποσίου προσεσχηκότα τὸν νοῦν. ΧΑ. λέγοις ταῦτα, ὦ Ἑρμιππε· ἡ μνήμη γὰρ ἐμοὶ ῥᾴδιον ἐπ' ἀκριβείας ἅπαντα διεξιέναι. ἡ γὰρ ὄχλησίς τε ὧν πάντων ἀκούειν, θορύβου πολλοῦ γινομένου, τῶν τε διακονουμένων, τῶν τε ἑστιωμένων, ἄλλως τε καὶ τῶν διαφερόντων ἂν μεμνῆσθαι λόγων ἐν συμποσίῳ γιγνομένων. οἶσθα γὰρ ὡς ἐπιλήσμονας ποιεῖ καὶ τοὺς λίαν μνημονικοὺς τὰ τοιαῦτα. πλὴν ἀλλά σοι χάριν, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, πειράσομαι ποιεῖσθαι, μηδὲν παραλείπων ὧν ἂν ἀναμνήσω. ΕΡΜ. τούτων μὲν δὴ ἕνεκα, οἶδά σοι χάριν. ἀλλ' εἰ μοι τὸν πρῶτα λόγον ἄρξῃ ἀποδοῦναι, ὅ, τε ἐγὼ ὅστις αἰεί γε βιβλίον Ἀνδροκλῆς, τίνα τε νενίκηκε, καὶ τίνας ὑμᾶς εἰς τὸ συμπόσιον κέκληκεν, οὕτως ἂν ἐκπλήρωσιν καταθοῖο τῇ χάριτι. ΧΑ. τὸ μὲν δὴ βιβλίον, ἐγκώμιον Ἡρακλέους ἔκ τινος ὀνείρατος, ὡς ἔλεγε, πεποιημένον αὐτῷ, νενίκηκε δὲ Διότιμον τὸν Μεγαρόθεν, ἀνταγωνισάμενον αὐτῷ περὶ τῶν ἀσταχύων, μᾶλλον δὲ περὶ τῆς δόξης. ΕΡ. τί δ' ἐγὼ ὁ ἕτερος αἰεί γε βιβλίον; ΧΑ. ἐγκώμιον τῶν Διοσκούρων. ἔφασκε δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ μεγάλων κινδύνων ὑπ' ἐκείνων σεσωσμένος, ταύτην αὐτοῖς καταθεῖναι τὴν χάριν· ἄλλως τε, ὑπ' ἐκείνων παρακεκλημένος, ἐπ' ἄκροις ἱστίοις ἐν τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις φαινόντων. παρῆσαν μέντοι τῷ συμποσίῳ καὶ ἄλλοι πολλοὶ, οἱ μὲν συγγενεῖς αὐτῷ, οἱ δὲ καὶ ἄλλως σωνήθεις·

οἱ δὲ λόγου τε ἄξιοι, τό, τε συμπόσιον ὅλον κεκοσμηκότες, & κάλλους ἐγκώμια διελθόντες, Φίλων τε ἦν ὁ Διφίου, καὶ Αἰσίππους ὁ Αγαθέους, καὶ τρίτος αὐτὸς· συνηκολούθει δὲ ἡμῖν καὶ Κλεώνυμος ὁ καλὸς, ὁ τῆς Ανδροκλέους ἀδελφιδοῦς, μειράκιον ἁπαλόν τε καὶ τερθρυμμένον· νοῦν μέντοι γε ἐδόκει ἔχειν. πάνυ γὰρ προθύμως ἠκροᾶτο τῶν λόγων. πρῶτος δὲ ὁ Φίλων τοῦ τοῦ κάλλους ἤρξατο λέγειν, προοιμιασάμενος ὅτων. ΕΡ. μηδαμῶς, ὦ ἑταῖρε, μὴ πρὶν τῶν ἐγκωμίων ἄρξῃ, πρὶν ἂν μοι καὶ τὸν αἰτίαν ἀποδῷς, ὑφ' ἧς εἰς τοῦτον προήχθητε τοὺς λόγους. ΧΑ. εἰχῆ διαφεύξῃ ἡμᾶς, ὦ γαθὲ, πάλαι δυναμένους τὸν ἅπαντα λόγον διελθόντας, ἀπαλλαγῆναι. πλὴν ἄλλο τί τις ἂν χρήσαιτο, ὁπότε φίλος τις ὤν, βιάζοιτο; ἀνάγκη γὰρ ὑφίστασθαι πρῶτον ὁποιονοῦν. ἦν δὲ ζητεῖς αἰτίαν τῶν λόγων, αὐτὸς ἦν Κλεώνυμος ὁ καλός. καθημένου γὰρ αὐτοῦ μεταξὺ ἐμοῦ τε, καὶ Ανδροκλέους τοῦ θείου, πολὺς ἐγίνετο λόγος τοῖς ἰδιώταις περὶ αὐτοῦ, ἀποβλέπουσί τε εἰς αὐτὸν, καὶ ὑποδεκπεπληγμένοις ὁ κάλλος. ἡδὺν οὖν πρώτων ὀλιγωρήσαντες, καθ' ἓν τὸ διεξιόντες ἐγκώμια τοῦ μειρακίου. ἀγασθέντες δὲ ἡμεῖς τὴν ἀνδρῶν πρὸ φιλοκαλίαν, καὶ ἅμα ἐπαινέσαντες αὐτοὺς, ἀρχαίας τε πολλῆς εἶναι ὑποληφθέντες, λόγοις ἀπολείπεσθαι τῶν ἰδιωτῶν περὶ τῶν καλλίστων, ᾧ μόνῳ τούτων οἰόμεθα προέχειν, καὶ δὴ ἠρξάμεθα τῶν περὶ κάλλους λόγων. ἔδοξεν οὖν ἡμῖν, οὐκ ὀνομαστὶ λέγειν τὸν ἔπαινον τοῦ παιδὸς (οὐ γὰρ ἂν ἔχειν καλῶς, ἐμβαλεῖν γὰρ ἂν αὐτὸν εἰς πλείω τυφλῶ) ἀλλ' οὐδὲ μὴν ὥσπερ ἐκείνοις οὕτως ἀπάκτως, ὅπερ ἕκαστος τύχοι λέγειν, ἀλλ' ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ, ὅσ' ἂν ἀπομνημονεύοι περὶ τοῦ προκειμένου. καὶ δὴ ἀρξάμενος ὁ Φίλων πρῶτος, οὑτωσὶ τὸν λόγον ἐποιεῖτο, Ὡς ἔστι δεινὸν, εἰ πολὺ ὅσα πράττομεν ἑκάστης ἡμέρας, ὡς περὶ καλῶν ποιούμεθα πλὴν σπουδῆς, αὐτοῦ δὲ τοῦ κάλλους οὐδένα ποιησόμεθα λόγον, ἀλλ' οὕτω καθεδούμεθα σιγῇ, ὥσπερ δεδοικότες, μὴ λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, ὑφ' οὗ σπουδάζομεν τὸν ἅπαντα χρόνον εἰπόντες.

A qui verò memoratu digni sunt, quique totum conuiuium cohonestarunt, laudésque pulchritudinis verbis persecuti sunt, Philo erat Diniæ filius, & Aristippus Agasthenis, tertiúsque ipse. Accumbebat autem nobiscum & Cleonymus formosus ille, Androclis nepos, adolescẽtulus tener & delicatus, qui mentem tum habere vtique videbatur. Admodum enim attentè auscultabat quæ dicebãtur. Primus itaque Philo de pulchritudine incipiebat dicere, facto in hunc modum exordio. HERM. Nequaquam, amice, ne mihi priùs ipsa encomia exordiare quàm causſam quoque exposueris, qua B adducti ad hoc argumentum tractãdum processeritis. CHAR. Præter rem moraris nos ô optime, qui tibi iamdudum potuissemus vniuersa oratione exposita iterum hinc abire. Veruntamen quid agas quando quispiam amicus existens tãtopere vrgeat? Necesse enim est quidquis etiam amici causſa perpeti. Causſa igitur quam quæris qua ad hoc argumentum compulsi sumus, ipse Cleonymus formosus ille fuit. Cùm enim medius inter me & Androclem, cuius nepos erat, sederet, multus ab idiotis sermo de eo fiebat, qui & respiciebant ad ipsum, & ad C formam eius plus quàm obstupescebant. Propemodum igitur cæteris omnibus postpositis, sedebant encomia adolescentis persequentes. Nos autem admirati illorum erga pulchritudinem amorem ac studium, & simul collaudatis ipsis, segnitiem quandam arbitrati sumus esse verbis ab idiotis superari, præcipuè de pulcherrimis dicendo, quo solo nos illis præstare putaremus. Atque ita de pulchritudine verba facere cœpimus. Visum igitur nobis est haud nominatim dicere laudes pueri (neque enim honestum fore, nam hoc pacto præcipitaturos nos ipsum in maiorem insolentiam, esse) sed tamen neque illas incompositè adeò, & vt cuique fortè succurrisset, sed seorsim singulos quæcũque de re proposita commeminissent. Atque ita Philo primus exorsus, in hunc modum verba fecit: D Quàm indignum verò est, quòd cùm quæcunque in singulos dies agimus, pro iis tanquam pulchris omnem operàm ac diligentiam adhibeamus, de ipso pulchro sermonem nullum habemus, sed perinde silentes ac taciti sedemus, ac si metuamus ne fortè verbum aliquod de iis pro quibus tantopere laboramus, vel imprudentibus nobis excidat?

Atqui vbinam aliquis oratione meritò vtatur, ſi, cùm de illis quæ nullius pretij ſunt, tantopere contendat, de eo quod omnium pulcherimum eſt, planè conticeſcat? Aut quomodo id quod in verbis pulchrum eſt, rectiùs quàm omnia alia ſeruari poterit, ſi de ipſo fine eorũ quæ quotidie aguntur, dicere prętermittamus? Verùm ne videar monere quidem ſcire quo pacto oporteat nos circa pulchrum affectos eſſe, dicere autem ipſe de eo nihil poſſe: quoad fieri poteſt, de eo breuiter commemorare conabor. Nam pulchritudine omnes quidem cupierunt potiri: pauci autem omnino fuerunt qui illam aſſecuti fuiſſent. Qui verò donum hoc forte adepti fuêre, illi omnium beatiſſimi fuiſſe viſi ſunt, & apud deos & apud homines meritò honore affecti. Atque huius rei argumentum tale fuerit. Nam eorum qui ex Heroibus in numerum deorum recepti ſunt, Hercules, & Dioſcuri, & Helena, Iouis filij ſunt: quorum ille quidem fortitudinis cauſſa honorem hunc conſecutus eſſe dicitur, Helena autem pulchritudinis gratia cùm ſe ipſam in deam mutaſſet, tũ fratribus Dioſcuris cauſſa fuiſſe vt ante ipſam in cœlum aſcenderent, iis quibus cæteri vita functi ſub terra obnoxij premuntur, exoluti. Quanquam etiam quicunque hominum dignus vnquam iudicatus fuit vt deorum conſuetudine frueretur, alium reperire non licet quàm qui pulchritudinis particeps fuiſſet. Nam & Pelops eadem hac cauſſa cum diis Ambroſiæ particeps fuit, & Ganymedes ille Dardani hoc pacto miſcuiſſe nectar dicitur omniũ ſummo deorum: quare etiam ipſum neq; vllum deorum cæterorum alium voluiſſe ſecum venationis huius, amorum ſuorum videlicet, participem fieri: ſed ſibi ſoli deorum arbitrari eſſe in Gargarum Idæ devolare, atque inde amaſium ſuum in eum locum vbi per omne tempus cum illo conſuetudinem haberet, ſubducere. Tantam autem curam ille ſemper habuit pulchrorum, vt non ſolùm cœlo dignatus eos fuerit, illuc ipſos attollens: ſed & ipſe in terram quocunque fors tulit, deſcenderit, vt cum amatis ſingulis locis congrederetur. Ac eam quidem ob rem in cygnum conuerſus, cum Leda rem habuit: ob eandem autẽ & tauri facie Europam rapuit: aſſimilatus autem Amphitryoni, procreauit Herculem. Multáque alia Iouis vaframẽta enumerare quiſpiam poſſit, quibus ille eorum congreſſu quorum deſiderio tenebatur, potitus fuit.

A κήτοι ποῦ τις ἂν χρήσαιτο πρεπόντως τοῖς λόγοις, εἰ περὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων σπουδάζων, περὶ τοῦ καλλίστου σιγᾷν τῶν ὄντων; ἢ πῶς ἂν ὃ ἐν λόγοις καλὸν, σώζοιτο κάλλιον μᾶλλον, ἢ πάντα τἄλλα πρίσεως, περὶ αὐτοῦ λέγειν τοῦ τέλους ἡμᾶς τῶν ἑκάστοτε πραττομένων; ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω λέγειν μὲν ὡς χρὴ περὶ τοῦτο διακεῖσθαι εἰδέναι, εἰπεῖν δὲ μηδὲν δύνασθαι περὶ αὐτό, ὡς οἷόν τε βραχέα περὶ τούτου πειράσομαι διελθεῖν. κάλλους γὰρ δὴ πάντες μὲν ἐπεθύμησαν τυχεῖν· πάνυ δ' ἠξιώθησαν ὀλίγοι τινές. οἱ δὲ τούτης ἔτυχον τῆς δωρεᾶς, δύδαιμονέστατοι πάντων ἔδοξαν γεγονέναι, καὶ παρὰ θεοῖς, καὶ παρὰ ἀνθρώποις τὰ εἰκότα τετιμημένοι. τεκμήριον δὲ, τῶν μὲν θεῶν ὅσ ἡρώων γεγονότων, Ἡρακλῆς τέ ἐστιν ὁ Διὸς, καὶ Διόσκουροι, καὶ Ἑλένη, ὧν ὁ μὲν, ἀνδρίας ἕνεκα, τούτης λέγεται τυχεῖν τῆς τιμῆς, Ἑλένη δὲ, τῷ καλλίους χάριν, αὐτήν τε μεταβαλεῖν εἰς θεὸν, καὶ τοῖς Διοσκούροις αἰτία γενέσθαι παρὰ αὐτήν εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν τοῖς ὑπὸ γῆν συνεχομένοις. ἀλλὰ μὴν ὅστις ἀνθρώπων ἠξιώθη τοῖς θεοῖς ὁμιλεῖν, οὐκ ἔστιν ὅπῃ, πλὴν ὅσοι μετεσχήκασι καλλους. Πέλοπά τε γοῦν τοῦτο χάριν τοῖς θεοῖς ἀμβροσίας μετέχειν, καὶ Γανυμήδης ὁ τοῦ Δαρδάνου οὕτω κεκρατηκέναι λέγεται τοῦ πάντων ὑπάτου θεῶν, ὥστ' αὐτὸν οὐκ ἀναχέσθαι συμμεταδιδόναι αὐτῷ πινὰ τῶν ἄλλων θεῶν τῆς θήρας τῶν παιδικῶν, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ τρέπουσθαι ἡγούμενον εἶναι, εἰς Γάργαρον καταπέμπειν τῆς Ἴδης, ἀναγαγεῖν ἐκεῖσε τὰ παιδικὰ, ὅπου συνέσεσθαι τὸν ἀεὶ πάντα ἔμελλε χρόνον. τοσαύτην δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηται τῶν καλῶν, ὥστ' οὐ μόνον αὐτοῖς ἠξίωσε τῶν οὐρανίων ἀναγαγὼν ἐκεῖσε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁπῇ γῆς ὅ, τι τύχοι νεύσαντος, συνεῖναι ἑκάστοτε τοῖς ἐρωμένοις. καὶ τοῦτο μὲν, γεγονὼς κύκνος, συνεγένετο Λήδᾳ, τοῦτο δ', ἐν εἴδει ταύρου τινὸς Εὐρώπην ἁρπάσας· εἰκασθεὶς δ' Ἀμφιτρύωνι, γεννᾷ τὸν Ἡρακλέα. καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι λέγειν τεχνάσματα τοῦ Διὸς, ὅπως αὐτοῖς ἐπεθύμει συγγένοιτο, μηχανωμένου.

ὃ δὲ δὴ μέγιστον, καὶ οἷς αὖ τις θαυμάσαι. ὁμιλῶν γὰρ τοῖς θεοῖς (οὐ γὰρ αὐθρώπων γε σθένει, πλὴν εἰ μὴ τοῖς καλοῖς) ὅτε δὴ οὖν τούτοις δημηγοροῖν, οὕτω πεποίηται σοβαρὸς τῷ κοινῷ τῶν Ἑλλήνων ποιητῇ, καὶ θρασὺς, καὶ καταπληκτικὸς, ὥστ' ἐν μὲν τῇ πρεσβυτέρᾳ δημηγορίᾳ τὴν Ἥραν, καίτοι πρεσβυτέραν πώποτ' εἰωθυῖαν ὑβρίζειν αὐτῷ, ὅμως δ' αὐτὴν οὕτως ἐφόβησεν, ὥστ' οὐκ ἐᾶσεν αὐτῇ τὸ μηδὲν παθεῖν, ἀλλὰ μέχρι λόγων ἧκεν τὴν ὀργὴν τοῦ Διός· τοὺς δ' ἄπαντας θεοὺς ἐν τῇ ὑστέρᾳ πάλιν οὐχ ἧττον κατέσεισε φοβηθῆναι, μὴ αἰσθάνοιντο αὐτοῖς αἴρεσθαι καὶ θαλάττης ἀπειλήσας. μέλλων δὲ συνέσεσθαι καλοῖς, οὕτω γίγνεται πρᾶος, καὶ ἥμερος, καὶ τοῖς πᾶσιν ὑπείκων, ὥστε πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις, καὶ αὐτὸ τὸ Διὸς εἶδος καταλιπών, ὅπως μὴ φαίνοιτο τοῖς παιδικοῖς ἀηδὴς, ἑτέρου τινὸς ὑποκρίνεται σχῆμα, καὶ τούτου καλλίστου, καὶ οἷον τὸν ἐρώντα προσαγαγέσθαι, τοσοῦτον αἰδοῦς καὶ τιμῆς πρέπεται τῷ κάλλει. καὶ οὐχ ὁ μὲν Διὸς οὕτω μόνος ἑάλω τῷ κάλλει, τὴν δ' ἄλλων θεῶν θεὰν, ἵνα μᾶλλον ἔχειν δοκῇ ταῦτα κατηγορεῖν Διός, οὐχ ὑπὲρ τοῦ κάλλους εἰρῆσθαι· ἀλλ' εἴ τις ἀκριβῶς ἐθελήσοι σκοπεῖν, πάντας ἂν δύοι θεοὺς ταὐτὰ πεπονθότας δή, οἷς τὸν μὲν Ποσειδῶν, τοῦ Πέλοπος ἠτιμώρουν, Υακίνθου δὲ, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ἑρμοῦν δὲ, τοῦ Κάδμου· καὶ θεαὶ δ' ἐλάττους οὐκ αἰσχύνονται φαινόμεναι τούτου· ἀλλ' ὥσπερ φιλοτιμίαν αὐταῖς ἔχειν δοκεῖ, τὸ τῷ δεῖνι συγγενομένῳ καλῷ διηγεῖσθαι, πρέπειν δοκεῖ τοῖς ἀνθρώποις. ἔτι δὲ, τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἑκάστη προστάτις οὖσα, οὐχ ἑτέρᾳ ἀμφισβητεῖ, ὡς ἐν ἀρχαῖς, ἀλλ' Ἀθηνᾶ μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἡγεμονεύουσα εἰς πολέμους, πρὸς Ἄρτεμιν δ' ἁμιλλᾶται περὶ θήρας· ὡς δ' αὖτως Ἀθηνᾶ κἀκείνη πρὸς χορὰς τὴν πολεμικὴν· τὴν δὲ γάμων, Ἥρᾳ Ἀφροδίτη, δι' αὐτὴ πρὸς αὐτὴν ὁμοχλουμένη περὶ ὧν ἐφορᾷ· ἑκάστη δ' ὅτι καλλίστη τοσοῦτον φέρειν, καὶ πᾶσαι ὑπερβάλλεσθαι δοκεῖ, ὥστε καὶ ἡ Ἔρις αὐτὰς ἀλλήλαις ὑποπολεμῶσαι βουλομένη, τοῦτ' ἄλλο προβάλλειν αὐταῖς

A Quod autem maximum est, quódque meritò aliquis admirari possit, cùm ille cum diis versaretur (neque enim hominum vlli conuersatus est præterquam pulchris) quoties inter illos concionem aliquam habuit, ita austerus fingitur à communi Græcorum poëta, vt in priore *Iliad. 1.* quidem oratione Iunonem, quanquam illa antea vbique increpare ipsum cõsueuisset, nihilominus tamen ita perterruerit, vt ea satis habuerit quòd nihil grauius pateretur, & intra verba duntaxat, illius ira consisteret. In posteriore autem deos *Iliad. 8.* vniuersos non minore terrore affecerit, terram vnà cum ipsis hominibus & mare

B quoque in sublime sublaturum sese minatus. At verò quoties cum pulchris cõgressurus esset, ita mansuetus & blandus, omnibúsque æquabilis redditur, vt apud omnes alios etiam ipso eo quod Iupiter est deposito, videlicet ne molestus aut ingratus cuiquam eorum quos amat, videatur, alienam aliquam formam induat, eámque pulcherrimam, & qua maximè putat intuentem allici posse. Tantum reuerentiæ & honoris pulchritudini exhibet. Ac non solùm ipse quidem Iupiter ita pulchritudine captus est, cæterorum autem deorum nullus; vt hæc magis accusationem Iouis continere videantur, quàm pro pulchritudine dicta esse: sed si quis diligenter considerare volet, omnibus etiam diis eadem hæc accidisse videlicet deprehẽdet: vt, verbi gratia, Neptunum, Pelopis, formâ captũ fuisse, Hyacinthi autem, Apollinem, &

C Mercuriũ, Cadmi. Præterea neque deas pudet pulchritudine superatas ac captas videri, sed hanc quasi æmulationẽ quandam honoris inter se habent, puta eam quæ cum pulchro aliquo rem habuit, narrare posse, hominibus sese dedisse. Iã verò cùm ex cæteris omnibus vnaquæque suæ ac certæ rei præses sit, de iis quibus quæque præest, nulla cum altera contendit, sed Minerua quidem cum hominibus ad bella gerenda præit, haudquaquam cum Diana de venatione pugnat:

D eodémque modo & illa Mineruæ de re militari concedit: de nuptiis autem Iuno Veneri, neque hæc illi molesta est ob ea quibus illa præsidet. At contrà singulæ ob formam & pulchritudinem eò vsque animo efferuntur, omnésque alias excellere sibi videntur, vt cùm Eris ipsas inter se mutuò discordes & inimicas reddere vellet, nihil aliud obiecerit illis

quàm pulchritudinem, rata hoc pacto facillimè sese hoc quod volebat, effecturam esse. Ac prudenter sanè hoc excogitauit: animaduertérítque vel inde aliquis pulchritudinis potestatem. Nam postquam pomum illud accepissent, & inscriptionẽ legissent, cùm vnaquęq; suum illud esse censeret, neque tamen vlla contra seipsam suffragium ferre sustineret, quòd videlicet altera turpior esset; ad Iouem, harum quidem patrem, illius autem etiam fratrem & coniugem, deveniunt, litem hanc illi disceptandam committentes. Ille autem cùm & per se ipse sententiam, quænam earum pulcherrima foret, proferre posset; & multi fortes & sapientes & prudentes cùm in Græcia tum inter Barbaros essent, quibus eadem caussa delegari potuisset: iudicium hoc Paridi Priami filio commisit, manifestũ adeò calculum ferens, quòd & prudentiam & sapientiam & vires pulchritudo anteiret. Porrò tanto semper studio tantáque cura formosæ audire expetiuere, vt & heroum pariter & deorum exornatori poëtæ persuaserint, non aliunde magis quàm à pulchritudine sese appellare. Proinde libentiùs audierit λευκώλενος (hoc est, niueis lacertis) Iuno, quàm πρέσβα θεά, & θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου (hoc est, antiqua dea, & Saturni magni filia) Minerua autẽ neque Tritogenia, quàm Glaucopis vocari maluerit. Et Venus vniuerso etiam redemerit nominari χρυσῆ, hoc est, aurea. Quæ cuncta ad pulchritudinem pertinent. Atqui hæc non modò argumento atque indicio sunt, quo pacto illi qui potiores habentur, circa hanc se gerant: sed & testimonium perhibent neutiquam falsum, quòd cæteris omnibus præstantior eadem sit. Proinde Minerua quidem fortitudine pariter & prudentia præstare illam suffragatur: vtrique enim harum præsidet ipsa. Iuno autem vniuersa dominatione atque potentia expetendam magis esse, sententia sua declarat, in partem etiam Ioue tanquam patrono aduocato. Quòd si igitur diuina adeò res & venerãda pulchritudo est, deinde & diis tantopere ambita & affectata, quomodo tandẽ honestum nobis fuerit, si nõ & ipsi deos imitantes, cùm rebus tum verbis, quibuscũque modis poterimus, pulchritudini patrocinemur? Atque hęc quidem Philo de pulchritudine perorauit, hoc quoque ad finem addens, quòd etiam plura hîc dicturus fuisset, nisi sciret verbositatem in conuiuiis longiorem improbari.

A ἡ κάλλος, οὕτως οἰομένη ῥᾳδίως, ὅπερ ἤθελε, κατασκήσειν· ὀρθῶς καὶ φρονίμως τοῦτο λογιζομένη. σκέψαιτο δ' ἂν τις ἐντεῦθεν τιμὴν τοῦ κάλλους θεοῖσιν· ὡς γὰρ ἐλάβοντο τοῦ μήλου, καὶ τιμῶ ἐπιγραφῶ ἀνελέξαντο, ἑκάστης αὐτῆς ἑαυτῆς οὖσης τὸ μῆλον, μηδεμιᾶς δὲ ἐλλιφθῆναι τιμῶ ψῆφον καθ' αὐτῆς ἐνεγκεῖν, ὡς ἂρ' αἰσχροτέρα τῆς ἑτέρας εἴη τιμῶ ὄφιν, ἀνέρχονται πρὸς τὸν τῶν μὲν πατέρα, τῆς δ' ἀδελφόν τε καὶ σύνοικον, Δία, ἐπιτρέψουσαι τῶ δίκην αὐτῷ. ἔχων δὲ καὶ αὐτὸς ἥτις ἐστὶν ἀποφῆναι καλλίστη· καὶ πολλῶν ἀνδρείων ὄντων, καὶ σοφῶν, καὶ φρονίμων ἔν τε Ἑλλάδι καὶ τῇ βαρβάρῳ, ἐδυ ἐπιτρέπει τῶ κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου, ψῆφον ἐναργῆ καὶ καθαρὰν ἐξενεγκών, ὅτι καὶ φρονήσεως, καὶ σοφίας καὶ ῥώμης ὑπερέχει ὁ κάλλος. τοσαύτῳ δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηνται, καὶ σπουδῆ, ἀκούειν εὖ κλαῖ, ὥστε καὶ τῶν ἡρώων τε κοσμήτορα, καὶ θεῶν ποιητῶ, οὐκ ἄλλοθέν πόθεν, ἢ παρὰ τοῦ κάλλους πεπεῖκασιν ὀνομάζειν. ἤδιον αὖ οὖν ἀκούσαι λευκώλενος ἢ

C Ἥρα, ἢ πρέσβα θεὰ, θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου. Ἀθηνᾶ δ' οὐκ ἂν βουληθείη Τριτογένεια πρὸ τοῦ Γλαυκῶπις καλεῖσθαι. Ἀφροδίτη τε τιμήσαιτ' ἂν τοῦ πρώτου καλεῖσθαι χρυσῆ. ἅπερ ἅπαντ' εἰς κάλλος τείνει. καίτοι ταῦτ' οὐ μόνον ἐπίδειξιν ἔχει πῶς οἱ κρείττους ἔχουσι πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μαρτύριόν ἐστιν ἀψευδὲς, τοῦ κρείττου εἶναι πρώτων τῶν ἄλλων. οὕτω Ἀθηνᾶ μὲν, ἀνδρίας ἅμα καὶ φρονήσεως προέχειν ἐπιψηφίζει. ἀμφοτέρων γὰρ προΐσατο τούτων.

D Ἥρα δ' ἁπάσης ἐξουσίας καὶ δυναστείας αἱρετώτερον ἀποφαίνει, συνηγορῶν αὐτῇ καὶ τὸν Δία παρακαλοῦσα. εἰ πίνω οὕτω μὲν θεῖον τὸ σεμνὸν ὅ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ προσπονδάσαν τοῖς θεοῖς· πῶς αὖ ἡμῖν ἔχοι καλῶς, μὴ τὸ αὐτοῖς μιμουμένους τοὺς θεοὺς, ἔργῳ τε, τὸ λόγῳ πρῶ ὅ, τι ἔχομεν σπουδαίρεσθαι τῷ κάλλει; ταῦτα μὲν ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους εἶπεν, ὑπολαβὼν τοῦτο τῇ τελευτῇ, ὡς καὶ πλείω δ' ἂν τούτων εἰρήκει, εἰ μὴ τὸ μακρολογεῖν ἠπίστατο τῶν ἀδοκίμων ἐν συμποσίῳ.

μετ' ἐκεῖνον ὁ Ἀριστιππος ἤρξατο τῶν λόγων, πολλὰ πρότερον ὑπὸ Ἀνδροκλέους ἀκληθεὶς ἵνα μὴ ἐβούλετο λέγειν. οὐ γὰρ ἐβούλετο λέγειν ὁ μὲν Φίλωνι βλασφήμως λέγειν. ἤρξατο δ' ὑπὲρ τοιῦδε. Πολλοὶ πολλάκις ἄνθρωποι ὁ μὲν τὰ βέλτιστα, καὶ ἡμῖν συμφέροντα, ἀφέντες λέγειν, ἐφ' ἕτερα τινὰ ὥρμησαν ἀποδεῖξαι, ἀφ' ὧν αὐτοῖς μὲν δοκοῦσι δόξαν περιάψειν· τοῖς δ' ἀκροαταῖς τοὺς λόγους σφῶν λιπτελεῖς παρασκευάσειν. καὶ διελυθήσαν οἱ μὲν, περὶ τῶν αὐτῶν ἐρίζοντες ἀλλήλοις, οἱ δὲ, σιγῶντες τὰ ὄντα ὑπὲρ ἑτέρων δὲ, περὶ τῶν οὐδαμῶς ἀναγκαίων λόγους ποιούμενοι, οὓς ἐγὼ μὲν τὰ παρόντα καλῶς ἔχειν κρίνω, ὅπως τι βέλτιον τύχωσιν εἰπόντες σκοπεῖν· οἷς νῦν ἐγὼ περὶ τῶν ὄντων οὐδὲν ὑγιὲς ἐγνωκέναι νομίζων, ἄλλως τε, καὶ τὸν πάνυ ἀγνοίας τῶν βελτίστων κατηγορεῖν τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, τῶν δὲ ἑτέρων οἰόμενος εἶ πάντη, πολὺ αὖ τοῦ λιπτελεστάτου καὶ κομψοτάτου τοῖς ἀκούουσιν ἐπιδεῖξαι ποιήσομαι τὸν λόγον, καὶ ἴσως πᾶς ὅστις ἂν φαίη καλλίς· ἂν ἔχειν ἀκούειν καλλίστην. εἰ μὲν δὴ περί τινος ἑτέρου τοὺς λόγους ἐποιούμεθα νῦν, ἀλλὰ μὴ περὶ κάλλους, ἤρκεσεν ἂν ἡμῖν ἀκούσασιν ἑνὸς εἰπόντος, ἀπηλλάχθαι περὶ αὐτοῦ. τοῦτο δ' ἄρα τοσαύτην ἀφορμὴν παρέχεται τοῖς βουλομένοις ἀπτεσθαι τοῦ περὶ τούτου λόγου, ὥστ' οὐκ εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τις ἐφίκοιτο τοῦ λόγου, νομίζειν δεῖν τυχεῖν, ἀλλ' ἴσως πρὸς πολλοῖς ἄλλοις κἀκεῖνός τι δυνηθῆ συμβαλέσθαι πρὸς τοὺς ἐπαίνους, τῆς ἀμείνονος οἴεσθαι πειρᾶσθαι τύχης. ὃ γὰρ οὕτω μὲν περιφανῶς ὑπὸ τῶν χρηστοτέρων τετιμημένον, ὅτῳ γ' ὑπὸ τοῖς ἀνθρώποις θεῖον, καὶ περισσοδαίμονα, πᾶσι δὲ τοῖς ἔστιν οἰκειότατον κόσμον, καὶ οἷς μὲν αὐτὸ πρὸ πολλοῦ πρὸ πάντων σπουδαζομένων, ὧν δ' ἀφίσταται μισουμένων, καὶ ὑπὸ πάντων βλέπειν ἀξιουμένων, τίς ἂν εἴη τοσοῦτον λόγων μετεσχηκώς, ὥστ' ἐπαινέσαι πρὸς ἀξίαν ἀρκέσαι; ἀλλ' ἐπειδήπερ οὕτω πολλῶν αὐτοῦ δεῖ τῶν ἐπαινεσόντων, ὥστε μόλις ἂν τῆς ἀξίας τυχεῖν, ὑπὸ τοῦ ἀπεικὸς καὶ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν τι λέγειν περὶ αὐτοῦ, μέλλοντάς γε μετὰ Φίλωνα ποιεῖσθαι τοὺς λόγους.

A Cæterùm post illum statim Aristippus verba facere cœpit, multis antea ab Androcle inuitatus. Neque enim volebat primò, veritus proximo post Philonem loco dicere. Exorsus autem inde est: Multi sæpe homines (inquit) omittentes de rebus optimis & nobis conducentibus dicere, ad alia nescio quæ argumenta abripi consueuere, ex quibus sibi quidem famam comparaturos se putant, auditores autem verbis nihil conferentibus obtundunt. Ac dicere solent alij quidem de iisdem rebus inter se verbis contendentes: alij autem ea quæ non existunt commemorantes, alij etiam de B iis de quibus minimè necesse est, verba facientes. Quos sanè decebat omnibus hisce relictis, quo pacto conducibile aliquid dicere fortè possint, apud animum cogitare. Hos igitur quando nunc ego de iis quæ existunt, nihil sani cognouisse existimo, & alioqui autem etiam aliorum ignorantiam de rebus optimis reprehendentem, in eadem vitia incurrere, omnino stultitiæ cujusdam esse puto: idem argumentum orationis vtilissimum atque pulcherrimum auditoribus proponam, quódque omnis quicunque etiam C fuerit, fatebitur scio dignissimum esse quod pulcherrimum quoque vocetur. Quòd si igitur de alia aliqua re verba faceremus, & non de pulchritudine, satis fuisset vnum aliquem dicentem audisse, & exinde argumento eo relicto ad alia transisse: nunc autem præsens hoc tãtam dicendi copiam præbet iis qui de eo orationem instituunt, vt haudquaquam si quis pro dignitate ipsum nõ tractarit, ob id infeliciter sibi successisse rem arbitrari debeat: sed si post multos alios nonnihil ad priores laudes etiam ipse conferre potuerit, benigniorem fortunam experiri putetur. Nam quod manifestè adeò à superioribus in honore habitum semper D est, ab hominibus autem ita pro re diuina & operæpretio digna existimatum, omnibúsq; quicunque viuunt, peculiare ornamentum existit, præterea & eos quibus adest, ab omnibus amari & coli, illos autem quibus abest, odio haberi, neq; dignos adeò quos aspicias, videri facit: quisnam dicendi facultate præditus tãta fuerit, vt id prò eo ac dignũ est, laudare sufficiat? Veruntamen quoniam ita multis ipsi opus est laudatoribus, vt vix vnquam pro dignitate tractari queat, nihil alienum aut indecorum fuerit etiam nos aliquid de eo dicere conari, quanquam verentes nonnihil verba facere post Philonem.

*Exordium simile Isocratis proœmio in orationem de laudibus Helenæ: vnde et. am huius orationis peraque sumpta videntur.*

Adeò autem omnium quæ ſunt, veneratione digniſſima, maximéque diuina res pulchritudo eſt, vt etiamſi omittamus dicere quibus honoribus Dij pulchros affecere: ſuperioribus certè temporibus illis Helena ex Ioue nata, in tanta apud omnes homines admiratione fuit, vt cùm adhuc intra ætatem eſſet, Theſeus ob aliam quandam rem in Peloponneſum profectus, conſpecta illius forma, in tantam admirationem ipſius venerit, vt cùm & regnum haberet maximè tutum, & gloria excelleret nequaquã vulgari, nihilominus tamen putarit ſibi vitã vitalem, vt ille ait, non eſſe, ſi illa carere deberet: rurſum autem ſe omnes alios felicitate ſupergreſſurum eſſe, ſi ſecum illam cohabitare contingeret. Atque hoc modo cùm apud ſeſe animatus eſſet, à patre quidem ipſius accipere illam deſperauit: neque enim elocaturum ipſum illam, cùm nondum ad iuſtam ætatem peruenisſet: cæterùm imperio illius contempto atque deſpecto, ſpretíſque inſuper etiam omnibus qui tum in Peloponneſo agebant potentibus, aſſumpto Pirithoo, qui ipſi in raptu adeſſet, à patre vi abreptam in Aphidnam Atticę regionis oppidum aſportauit. Tantam autem gratiam habuit Pirithoo pro hoc auxilio præſtito, vt ipſum per omne deinde tempus ita amarit, vt etiam poſteris in exemplum abierit Theſei & Pirithoi amicitia. At poſtquam etiam illum oportebat ad Plutonis proficiſci regnum, ambientem filiam Cereris Proſerpinam, poſtquam multis ipſum dehortatus à propoſito ne quid tale tentaret, auertere non potuit, vnà cũ ipſo profectus eſt, arbitratus debere ſe hanc illi referre gratiam, vt pro eo etiam animam in periculũ poneret. Cæterùm vbi hoc profecto peregre, illa Argos mox rediiſſet, poſtquam ætate nubibilis facta eſt, quanquam principes Græciæ, & formoſas alias, & ex parentibus præclaris natas, ex tota ea terra ducere vxores ſibi poſſent, nihilominus tamen conuenientes, huius proci facti ſunt, cæteris omnibus perinde vt vilioribus contemptis. Scientes autem quòd non abſque certamine ab vno aliquo ducenda eſſet, metuẽtéſque ne pugnantibus inter ſe aliquibus, bellum inde toti Græciæ oriretur, de communi ſententia in hæc verba iurarunt, quòd omnes auxilium ferre vellent ei, qui vxorem hanc ducere dignatus fuiſſet: neque cuiquam concedere, qui iniuria aliqua afficere illum aggreſſus eſſet: exiſtimantes videlicet quiſque ſibi auxilium & ſocietatem hanc parari.

A ὅτω δὴ σεμνότατον καὶ θειότατον τῶν ὄντων ἐστὶν, ὥστε εἴ τι ὅσα θεοὶ καλοῖς τετιμήκασι, παραλείπω. ἀλλ' οὖν ἐν τοῖς αὖθις χρόνοις ἐκ Διὸς Ἑλένη θυομένη, ὅτως ἐθαυμάσθη παρὰ πᾶσιν αὐθρώποις, ὥστ' ἔτι τῆς ἡλικίας οὔσης αὐτὴς, κατά τινα χρείαν ἐς Πελοπόννησον θυόμενος ὁ Θησεὺς, ὅτω τῆς ὥρας ἰδὼν ἠγάσθη, ὥστ' ὄσης αὐτῷ καὶ βασιλείας ἀσφαλεστάτης, καὶ δόξης ὑπὲρ τὴν τυχοῦσης, ὅμως οὐκ ἤνεγκε βιωτὸν αὐτῷ, ταύτης ἐστερημένῳ, προσθεῖναι δὲ πρώτας δύναμιν, εἰ ταύτην αὐτῷ θυοίτο συνοικεῖν. ὅτω δὴ ὑφορώμενος, ὃ μὲν πρὸς τὸν

B πατέρα λαβεῖν ἀπεπτῶν, μὴ γὰρ αὐτὸν αὐτὴν ἐκδοῦναι μήπω ἡλικίας ἠμμένην, τὴν δ' ἐρωτα ἐμφορήσας ἐκείνου, καὶ πρίδων, ὀλιγωρήσας δὴ καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πρώτων ἀνδρῶν, κοινωνοῦντ' αὐτῷ τῆς ἁρπαγῆς καὶ Πειρίθοον προσελαβεῖν, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν τοῦ πατρὸς, εἰς Ἀφίδναν ἐκόμισε τῆς Ἀττικῆς· καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν αὐτῷ τοῦ συμμαχίας ταύτης, ὥσθ' ὅτως ἐφίλησε τὸν ἄνδρα χρόνον, ὥστε καὶ τοῖς ὑπερθυμοῦσι προσθέσθαι τῷ Θησέως καὶ Πειρίθου φιλίαν. ὅπου

C δὴ ἔδει κἀκεῖνον ἐν Ἅιδου θυέσθαι, τῷ Δήμητρος μυηστευσόμενον κόρῃ, ὅπου πολλὰ παραινῶν, οὐκ ἠδυνήθη ταύτης αὐτὸν τῆς πείρας ἀποτρέσθαι καταπείσαι, συνεκθύησεν αὐτῷ, ταύτῃ τρέπουσθαι οἰόμενος αὐτῷ καταθήσειν τῷ χάριν περὶ τῆς ψυχῆς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύσας. ἐπεὶ δὲ θυέσθαι δὴ εἰς Ἄργος, αὖθις ἀποδημοῦντος αὐτοῦ, ὅπου καθ' ὥραν ἐν γάμῳ, κήτους ἔχοντες καλάς τε καὶ εὖ γεγενημένας ἐκ τῆς Ἑλλάδος σφίσιν αὐτοῖς ἄγεσθαι γυναῖκας οἱ τῆς Ἑλλάδος

D βασιλῆς, οἱ δὲ συνελθόντες, ἐμνηστεύοντο ταύτῃ, τὰς ἄλλας ἁπάσας ὑπερθέοντες ὡς φαυλοτέρας. γνόντες δὲ ὅτι πρὸς μάχην ἔσαι, καὶ δείσαντες μὴ πόλεμος θυθῇ τῇ Ἑλλάδι, μαχομένων περὶ ἀνήλυς, ὁμοθυμήσαντο ὅρκον ταυτὶ ψήφῳ κοινῇ, ἢ μὲν ὑπερθυρήσθαι τὰς ταύτης ἀξιωθέντι, μηδ' ὑπερθέσθαι τῶν τις ἀδικεῖν ἐγχειρῇ, ἕκαστος οἰόμενος ταύτῃ αὐτῷ τῷ συμμαχίαν προσβυάζειν.

τῆς μὲν οὖν ἰδίας γνώμης ἀπέτυχον πάντες, πλὴν Μενελάου. τῆς κοινῆς δ' ἐπειράθησαν αὐτίκα. οὐ πολλῷ γὰρ ὕστερον ἔριδος γενομένης ταῖς θεαῖς περὶ κάλλους, ὁπότερον εἴποιεν τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου· ὁ δὲ, τῶν μὲν σωμάτων τῶν θεῶν ἀπήλθεις, τῶν δωρεῶν δ' ἀναγκασθεὶς γενέσθαι κριτὴς, καὶ διδούσης Ἥρας μὲν, τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν, τὸν δὲ πολέμιον, Ἀθηνᾶς, κράτος, Ἀφροδίτης δὲ, τὸν τῆς Ἑλένης γάμον· καὶ φαύλοις μὲν ἀνθρώποις γενέσθαι οὐ ποτε νομίσας οὐκ ἐλάττω βασιλείαν, Ἑλένης δ' οὐδένα τῶν ὑπαρχόντων ἀξιωθεῖν, προεῖλετο τὸν τούτης γάμον. γνοὺς δὲ τῆς ὑμνουμένης ἐκείνης στρατείας καθ' ὑμῶν Τρώων, καὶ τῆς Εὐρώπης τότε πρῶτον ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐλθούσης, ἔχοντες οἵ τε Τρῶες ἀποδόντες τὴν Ἑλένην, ἀδεῶς οἰκεῖν τὴν αὐτῶν, οἵθ' Ἕλληνες τούτην αὖθις ἑστῶτες ἔχειν, ἀπαλλάττεσθαι τῶν ἐκ πολέμου καὶ στρατείας δεινῶν, οἱ δ' οὐκ ἠβουλήθησαν ἀμφότεροι, οὐκ ἂν ποτε νομίσαντες βίᾳ ἀφορμὴν καλλίω πολέμου, πρὸς ἣν ἀποθανοῦνται. καὶ θεοὶ δὲ τοὺς αὐτῶν παῖδας σαφῶς εἰδότες ἀπολουμένους ἐν τῷ πολέμῳ, οὐκ ἀπέτρεψαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐπῆραν εἰς τοῦτο, οὐκ ἐλάττω δόξαν αὖθις οἰόμενοι φέρειν, ἢ θεῶν παῖδας γενέσθαι, ὃ μαχομένους ὑπὲρ Ἑλένης ἀποθανεῖν. καὶ τί λέγω τοὺς αὐτῶν παῖδας; αὐτοὶ πρὸς αὐτοὺς μείζω καὶ δεινότερον ἐπὶ τούτῳ τῷ πρὸς Γίγαντας αὖθις γενομένου πολέμου. ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ, μετ' ἀλλήλων· ἐνταῦθα δὲ, ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους. οὗ τί γένοιτ' ἂν σαφέστερον δεῖγμα, ὅσῳ τῶν αὐθεντῶν ἀπάντων ὑπερέχει ὁ κάλλος πρὸς ἀθανάτοις κριταῖς; ὅταν γὰρ μὲν τῶν ἄλλων θεῶν ἀπάντων οὐδαμοῦ ὁ πρόσθεν φαίνονται διενεχθέντες, ὑπὲρ ὧν κάλλους, ἃ μόνον τοῖς ἰδίοις ὑπεδέδωκότες, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀλλήλοις ἐναντία πεπολεμηκότες, ἔνιοι δὲ καὶ τρωθέντες, πῶς οὐχ ἁπάσαις ψήφοις προτιμῶσιν ἀπάντων τὸ κάλλος; ἀλλ' ἵνα μὴ δοξωμεν ἀπορίᾳ τοῦ περὶ κάλλους λόγων πρὸς τοῦτο διατρίβειν ἀεὶ,

A Propria quidem igitur ſententia fruſtrati omnes ſunt præter Menelaum: cõmunis autem pacti experimentum ſtatim adeò dederunt. Non enim multo pòſt, cùm cõtentio inter deas de pulchritudine orta eſſet, diſceptatio eius litis Paridi Priami filio delegata fuit. Qui cùm iudicio inferior eſſet, quàm vt inter corpora dearum cognoſcere poſſet, donorum autem cogeretur iudex fieri, ac Iuno quidem offerret illi totius Aſiæ imperium, Minerua robur & vires ad bella, Venus autem Helenæ huius nuptias: ipſe verò contrà ſecũ ita cogitaret, quòd imperia quidẽ etiam vilibus & contemptis hominibus obue-
B nire poſſent, Helena autem non ſtatim vllus poſterorũ dignus futurus eſſet: nuptias huius cæteris rebus omnibus antepoſuit. Poſtea verò exorta celebri illa expeditione contra Troianos, & Europa tunc primùm contra Aſiam bello concitata, cùm Troiani poſſent Helena reddita, ſine periculo ac metu terram ſuam retinere, Græci autem hanc illis habẽdam permittentes, omnibus illis difficultatibus quæ ex bello & expeditionibus per-
C cipiuntur, liberari: neutri conſulere ſibi ipſis voluerunt, rati non aliam pulchriorem belli cauſſam ob quam morerentur, inuenire ſe poſſe. Iam verò & dij cùm certò ſcirent liberos ſuos in eodem bello perituros eſſe, haudquaquam illos ab eo abſterruerunt, ſed ad id vltro proficiſci fecerunt, rati non minorem illi gloriam conſecuturos eos eſſe ſi pro Helena mortem obiiſſent, quàm quòd deorum filij procreati eſſent. Et quid attinet de filiis deorum dicere, cùm ipſi dij maiore gra-
D uioréque certamine inter ſe eodem bello congreſſi fuerint, quàm tunc cùm contra Gigantes bellum geſſere? Nam in illo contra Gigantes communibus ac mutuis auxiliis dimicarunt: hîc autem ipſi contra ſe ipſos arma tulerunt. Quo ſanè argumento, quodnam aliud manifeſtius aut clarius eſſe poteſt, quanto etiam ipſis diis iudicibus, cæteras mortalium res omnes antecellat pulchritudo? Nam cùm pro aliarum quidem rerum nunquam vlla vllo modo inter ſeſe diſcordes fuerint, pro pulchritudine autem non ſolùm filios ſuos in mortem obtulerint, ſed ipſi inter ſe dimicarint, nonnulli autem etiam vulnerati fuerint: an non omnibus adeò calculis cenſuerunt pulchritudinem cæteris rebus vniuerſis anteponendam eſſe? Atenim ne penuria quadam de pulchritudine dicendi, circa hunc locum commorari diutiùs videamur;

ad alium hinc transire volo, haudquaquã his quæ antè dicta sunt, ad comprobandam pulchritudinis dignitatem, inferiorem, nempe ad Hippodamiam Arcadis illius Oenomai filiam. Quàm multos enim ille pulchritudine huius captos ostendit mortem subire voluisse potiùs, quàm ab hac dissociatos, lucem intueri? Nam postquam adultam ætatem attigit puella, illámque pater non paruo interuallo cæteras omnes anteire conspexit, ipse quoque forma illius captus est. Tanta enim hæc in illa excellebat, vt etiam eum à quo nata fuerat, præter naturam illexerit. Proinde cùm ipse quidem illam apud sese retinere cuperet, elocare autem velle ei qui dignus illa foret, simularet, vt hominum accusationem puta euitaret, technam quandam machinatur cupiditate sua multo iniustiorem, per quam putabat, id quod animo intendebat, facillimè sese conficere posse. Nam currui, quem quoad fieri maximè potuerat, ad celeritatem arte compararat, equis, qui ea tũ ætate in Arcadia omnium velocissimi erant, iunctis, cum procis puellæ aurigatione certabat, ei videlicet qui certamine superasset, sponsam illam proponens; qui verò victus esset, illum capite priuandum edicens. Iubebat autem etiam ipsam vnà conscendere currum, quò videlicet illi dum vultu in illam defixi hærerent, interea aurigandi currus obliuiscerentur. Cæterùm cùm qui primus certamen hoc iniisset, successu caruisset, & præterquam quòd à puella, etiã à vita excidisset, reliqui cùm ad certamen obeundũ cunctari, & eorum quæ semel decreuissent, quicquam detrectare, futile ac iuuenile quiddam esse censerent, rursum autem crudelitatem Oenomai detestarentur, alius alium præuertit moriendo, perinde ac si metuerent ne non pro puella illa mori possent. Ac processit cædes ea, donec tredecim eorum iuuenum interficerentur. At dij cùm illum ob prauitatem hanc odio haberent, pariter autem & eos qui mortui fuerant, & puellam miserarentur, alteros videlicet quòd tantæ rei possessione priuati essent: puellam autem, quòd forma sua per ætatem frui non posset: pro iuuene eo quicunque mox certaturus esset (erat autem is Pelops) curam aduertentes, & currum illi donãt pulchriorem arte factum, & equos immortales, quorum ope puella potiturus, ac dominus illius futurus esset. Et sanè factus quoque est, socero ad metam & terminos victoriæ occiso.

A ἐφ' ἕτερον βούλομαι μεταβῆναι, οὐδαμῶς ἔλαττον ὄν, ὥστε δόξαι τὴν τῶν κάλλους ἀξίαν, τῇ προτέρων εἰρημένων, τὴν Ἀρκάδος Ἱπποδάμειαν Οἰνομάου· ὅσους τῶν ταύτης κάλλους ἁλόντας, μᾶλλον αἱρουμένους ἀπέφηνεν ἀποθνήσκειν, ἢ ταύτης διωκισμένους, τὸν ἥλιον προσορᾶν. ὡς γὰρ ἐλάμβανε τῆς ἡλικίας ἡ παῖς, καὶ τὰς ἄλλας ὁ πατὴρ οὐ πολλῷ τῷ μέσῳ προενηνοχυῖαν ἑώρα, τῆς μὲν ὥρας αὐτῆς ἁλοὺς (τοσοῦτον γὰρ αὐτῇ προέχειν, ὥστε καὶ τὸν γεγεννηκότα ὑπεραίρειν παρὰ φύσιν, καὶ ἀφ' οὗ τοῦτ' ἀξιοῖ αὐτὴν ἔχειν πρὸς ἑαυτόν, βούλεσθαι δὲ ἐκδιδόναι πλανώμενος αὐτὴν τῷ ταύτης ἀξίῳ, τὰς πρὸς ἀνθρώπων φθόνων αἰτίας, μηχανήν τινα μηχανᾶται τῆς ἐπιθυμίας ἀδικωτέραν, καὶ ᾗ ἤρετο ῥᾳδίως, ὅσῳ ἐβούλετο, καταιτήσειν. τοῦτο γὰρ ἁρμάτι ὡς οἷόν τε μάλιστα ἐπὶ εἰς τάχος τοῦ τῆς τέχνης ἐξεργασμένῳ, τοὺς ὑπ' Ἀρκαδίᾳ ζεύξας ὑπὸ τῶν τότε ταχίστους ἵππους, ἠμίλλατο πρὸς τοὺς μνηστῆρας τῆς κόρης, ἆθλον τῆς νίκης προτιθείς, ἢ στέρεσθαι τῆς κεφαλῆς ἡττηθέντας. καὶ ἐξίου δὲ αὐτὸν αὐτοῖς συναναβαίνειν ὅ ἅρμα, ὅπως ἀποσπάσθαι πρὸς ταύτην, ἀμελοῖεν τῆς ἱππικῆς. οἱ δὲ ἀποτυχόντος τοῦ προτέρου ἁμαρτόντος τοῦ δρόμου, καὶ τῆς κόρης ἐκπεσόντος μὴ τοῦ ζῆν, ὃ μὲν ἀποκτείνας πρὸς τὸν ἀγῶνα, ἢ μεταθεῖναι τί τῶν βεβουλευμένων, μειρακιώδες ὑπολαβόντες, τὴν δ' ὠμότητα μισήσαντες Οἰνομάου, ἄλλος ἄλλον ἐφθανεν ἀποθνήσκων, ὡς δὴ δεδοικὼς μὴ τοῦ τεθνάναι πρὶ τῆς κόρης ἁμάρτῃ. ἐπῆλθέ τε μέχρι τεσσαρεσκαιδεκάτου νέων ὁ φόνος. θεοὶ δ' ἐκφανὲς τῆς πονηρίας μισήσαντες ταυτησὶ, τούς τε τεθνεῶτας ἅμα, καὶ τὴν κόρην ἐλεοῦντες· τοὺς μὲν, ὅτι κτήματος ἀπεστέρηται τοιούτου· τὴν κόρην δ' ὅτι τῆς ὥρας οὐκ ἔτι χαιρόν ἀπολαύοι· κηδόμενοί τε τοῦ νέου, ὅστις ἔμελλε (Πέλοψ δ' ἦν οὗτος) ἀγωνιεῖσθαι, ἅρμα τε χαλκοῦν (τοῦτο κάλλιον τέχνης πεποιημένον, ἵππους τε ἀθανάτους, δι' ὧν ἔμελλε τῆς κόρης κύριος ἔσεσθαι). καὶ γέγονέ γε τὸν κηδεστὴν ὅτι τέρματι τῆς νίκης ἀπέκτονώς.

διὰ τὸ τῆς καλλους χρῆμα αἰδέσιμος τε καὶ θεῖον εἶναι δοκεῖ, καὶ πρωτίστων τῶν ποιητῶν, καὶ θεοῖς ἐσπουδάσθαι πολλαχοῦ. ὅθεν δὴ καὶ ἡμεῖς οὐκ ἂν ἔχοιμεν μέμψασθαι δικαίως, εἰ σύντομον ποιήσαιμεν τοῖς ἄλλοις τὸν λόγον. ΕΡ. σὺ δὲ λοιπὸν εἰ, Χαρίδημε, ὅπως μὴ ὥσπερ κορωνίδα τῷ τῶν καλλων καλῶν ἐπιθήσῃ τὸν λόγον. ΧΑ. μεταδαίμων, ὦ θεῶν, σφαίτερω θελήσειν με βιάσῃ. ἱκανὰ γὰρ δοκῶ σοι πεπαῦσθαι καὶ τὰ νῦν εἰρημένα. ἄλλως τε, καὶ εἰ ὅσα γε εἶπον ἀπομνημονεύοντα. ῥᾴων γὰρ ἄν τις μνημονεύοι τῶν ἑτέρων εἰρημένων, ἢ τῶν αὑτοῦ. ΕΡ. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω, ὡς δὲ ἐγὼ ἐπεθυμοῦμεν ὅπως τύχοιμι· καὶ γὰρ δὴ τοσοῦτον ἡμῖν τῶν λόγων ἐκείνων, ὅσον ἐμέλησε τῶν σῶν ἀκοῦσαι. ὥστ' εἰ σὺ τούτων ἀποστερήσεις, κἀκεῖνα μάτην ἔσῃ πεποιηκώς. ἀλλά, πρὸς Ἑρμοῦ, τὰ ἅπαντα λόγον ὥσπερ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀπόδος. ΧΑ. βέλτιον μέν σοι ταῦτα ἀπαλλάττειν με, τῶν δυσχερῶν ἀεὶ πάντα· ἐπεὶ δ' ὅτου τε θυμῷ καὶ τῶν ἡμετέρων ἀκοῦσαι λόγων, καὶ τοῦθ' ὑπομενεῖν αἰδεῖται, ὧδε τοίνυν καὶ αὐτὸς ἐποιησάμην τὸν λόγον· Εἰ μὲν πρῶτος αὐτὸς ἦρχον περὶ τῶν καλλων λέγειν, πρόοιμίων ἂν ἐδεόμην συχνῶν· ἐπεὶ δ' ὅτι πολλοῖς ἤρξαμεν τῶν πρότερον εἰρηκότων ἐρῶν, οὐδὲν ἀπεικὸς τῶν ἐκείνων κεχρημένον ὡς προοιμίοις ὑπαφέρειν ἑξῆς τὸν λόγον· ἄλλως τε δὲ ἑτέρωσε τῶν λόγων γενομένων, ἀλλ' οὐτωσὶ καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὥστε σφᾶς καὶ τοὺς παρόντας λαθεῖν, ὡς ἄρ' οὐχ ἕκαστος ἰδίᾳ λόγον ποιοῦσιν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἕκαστος ὅτι μέρος διεξέρχονται λόγον· ἑτέρῳ μὲν οὖν ἤρκει γ' ἂν εἰς εὐφημίαν, ἅπερ ἐμοὶ ἕκαστος ἔτυχεν εἰπὼν περὶ τῶν καλλους ἰδίᾳ. τούτων δὲ πολὺ πλείονες, ὥστε καὶ τοῖς ὑπολειπομένοις ἔξω τῶν νῦν εἰρημένων, οὐ δεῖν ἐπαινῶν τῶν εἰς αὐτό. πλέονα γὰρ πολλαχόθεν αὐτὰ προσῆκε δεῖν λέγειν ἕκαστα δόξαι παρεῖσθαι, ὥσπερ αὐθέων ὑπὸ τυχοῦσι λειμῶνι, ἀεὶ τῶν φαινομένων ἄρτι προσαγομένων τοῖς ἀφικομένοις.

A Adeòne pulchritudo ipsa cùm hominibus diuinum quiddam esse videtur, & ab omnibus coli consuerit, tum à diis quoque sæpenumero cum summo studio obseruata est. Quamobrem neque nos quispiã reprehendere meritò poterit, quòd quasi quoddam operæpretium putemus hæc de pulchritudine disserere. Atque ad hunc modum & Aristippus orationem suam peregit. HER. At tu iam restas Charideme: quare fac vt quasi quandam coronidem imponas orationi tuæ pulchris hisce de pulchritudine dictis. CHA. Nequaquam, per deos quæso, vlterius progredi me cogas. Satis enim sit indi- B casse tibi & quo pacto conuersati fuerimus, & hæc quæ modò dixi: præsertim cùm ne illa quidẽ satis adhuc meminerim, quę modò commemorauí. Multò enim faciliùs ea memoria repetieris, quæ ab aliis dicta sunt, quàm quæ ipse dixisti. HER. Hoc igitur illud est videlicet quod ab initio cõsequi me cupiebam. Neq; enim mihi tantopere orationes aliorũ ac tuam audire cura fuit. Quare si me hac priuaueris, etiam illa frustra laborasse te scias. Sed per Mercurium quæso, totam adeò orationem quemadmodum à principio exorsus fueris, mihi recita. CHAR. Satius quidẽ fuerat, cõtentum his quæ dixi, C à difficilioribus abstinere me: attamen quãdo ita cupis & nostram audire orationem, in hoc quoque morem tibi gerere necesse est. Proinde hoc pacto ipse quoq; verba feci: Si primus ipse cœpissem de pulchritudine dicere, procemiis fortasse frequentibus & densis opus haberem: nunc autem quando post multos alios qui ante me verba fecerũt, dicturus sum, nihil alienum puto fuerit, si illorum antè dictis, perinde ac procemiis quibusdam vsus, sequentem orationem subiungam, D præsertim cùm non alio loco, sed hoc in conuiuio, eodémque die, orationes istæ habeantur, ita vt liceat & præsentes latere nos, perinde ac si nõ quisque priuatim verba faceret, sed eandem singuli per vices prosequantur orationem. Proinde alteri quidem sufficerent ad laudem vtique comparandam, ea quæ vestrum vnusquisque seorsim de pulchritudine dixit. At verò hîc adhuc tantùm supereſt, vt & iis qui post nos venturi sunt, extra ea quæ nunc dicta sunt, satis laudum ad prædicandam illam suppetat. Plurima enim vndique circunstant, quæ & ipsa eam de se opinionem præbent, quasi singula eorum primo loco dici debeant, non aliter atque in prato aliquo floribus fœcundo, vbi semper ea quæ nouissimè apparent, carpentes potissimùm alliciuntur.

Ego verò ex omnibus illis delectis, quæ mihi videbuntur minimè prætereunda fuisse, quàm breuissimè potero dicam, vt & pulchritudini debitum suum reddam, & vobis omissa verborum prolixitate morem geram. Proinde illi quidem qui vel ob fortitudinem, vel ob aliam aliquam virtutem præstare nobis videntur, si non quotidie honestis actionibus beneuolentiam sibi concilient, & nos quodammodo ad amandum se cogant, inuidemus illis magis: vndecunque etiam eis negotia quæ geruntur, minùs bene procedunt. Pulchris autem non modò non inuidemus formam suam, sed statim etiam vbi aspeximus tantùm, capiuntur, & plus quàm amamus eos, neque grauamur, tanquam superioribus, quantum nobis licitum fuerit, & seruire quoque illis. Libentiùs igitur quispiam obedierit formoso alicui, quàm imperauerit ei qui talis non est: maioremque gratiam habuerit formoso multa iubenti, quàm si nihil quicquam præcipiat. Ac cęterorum quidem bonorum quibuscunque caremus, vlteriorem assequendi curam nullam gerimus: at pulchritudinis nulla vnquam nobis satietas oboritur: sed siue Aglaiæ filium illum, qui cum Achiuis ad Troiam profectus fuit: siue Hyacinthum formosum illum, siue etiam Lacedæmonium Narcissum pulchritudine superemus, tamen nobis ipsi minimè satisfacimus, sed semper timemus ne fortè videamur apud posteros ab aliis superati fuisse. Propemodum autem omnium eorum quæ inter homines geruntur, vt ita dicam, quasi quoddam commune exemplum pulchritudo proposita est. Nam neque duces negligunt ad pulchritudinem exercitus suos instruere, neque oratores ad eandem orationes suas componere, neque etiam pictores imagines ac tabulas suas secundùm illam depingere. Et quid attinet ista recensere, quorum finis quoque pulchritudo est? Quin illa quoque quibus necessariò vtimur, haudquaquam prætermittimus, quin omnia quammaximè fieri potest, cum summo studio quampulcherrimè apparemus. Nam Menelaus quidem non tantum curauit vsum & necessitatem ædium, quantum vt pulchritudine earum ingredientes quasi attonitos redderet: & ob hoc sumptuosissimas pariter & pulcherrimas eas ædificauit. Neque etiam sententia falsus est. Nam Vlyssis filius ita admiratus eas fertur, cùm ad percontandum de patre eò loci venisset, vt ad Pisistratum Nestoridem in hunc modum dixerit:

*Niveum intelligit, quo pulchrior alter nõ venit ad Troiam, vt Homerus ait Ilia 2.*

A ἐγὼ δ' ἐκ πάντων ἐκλέξας ὅσα μοι δοκῶ μὴ βέλτιον εἶναι παραλιπεῖν, λέξω δὴ βραχέων, ὅπως τῶν τε καλλῶν τὰ γιγνόμενα ἀποδῶσω, ὑμῖν τε ὀλιγολογεῖν παραλιπών, δράσω χαριζόμενος. τοῖς μὲν δὴ ἢ διὰ ἀνδρίαν ἢ καθ' ἑτέραν τινὰ τῶν ἀρετῶν ἡμῶν προέχειν δοκοῦσιν, ἢν μὴ τῶν καθ' ἡμέραν πράξεων, αὐτὰ καλέσωσιν ἡμᾶς ἐπ' αὐτοῖς δίκαιον εἶναι, βασκαίνομεν μᾶλλον, ἐξ ὧν τ' αὖ κακῶς ἐπ' αὐτοῖς τὰ πράγματα προφέρομεν, χοὐκ ἀχθόμεθ' ἐπὶ μόνον τῇ ὄψει, ἀλλ' ἀνδρῶν τε ἰδόντες, ἁλισκόμεθα, καὶ παραπαίομέν τε,

B ἐπὶ δὲ παρθένων ὡς οὐδὲν χρείττοσιν, ὅσον αὖ ὑμῖν ἔξῃ, δουλεύοντες αὐτοῖς. ἥδιον αὖ ἂν ὑπακούσαι τις ὥρας τυχικῆς, ἢ πρεσβύτιδι τῶν μὴ τοιούτων, καὶ πλείω χάριν αὖ εἰδείη τῷ πολλὰ προστάττοντι μᾶλλον, ἢ τῷ μηδ' ὁτιοῦν ἐπαγγέλλοντι. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν, ὧν αὖ σὺ δεξῇ ὦμεν, ἁπάντων ὁμοίως τυγχάνειν. κάλλους δ' ἡμῖν οὐδεὶς οὐδὲ πώποτε γέγονε κόρος. ἀλλ' εἰ καὶ τὸν Ἀγλαΐης, τὸν εἰς Ἴλιον ποτὲ στρατεύσαντα τοῖς Ἀχαιοῖς, ἐμνήθη Υακίνθου τὸν καλὸν, ἢ τὸν Λακεδαιμόνιον

C Νάρκισσον κάλλει νικῶμεν, οὐκ ἔοικεν ἡμῖν δοκοῦμεν, ἀλλὰ δεδίκαμεν μὴ λάθωμεν τοῖς ὀπίσω γενομένοις αὖ καταλιπόντες ὑπερβολήν. χρεὼν δ' ὡς εἰπεῖν πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις πραγμάτων, ὥσπερ κοινὸν παράδειγμα τὸ κάλλος ἐστί. καὶ ὅτε στρατηγοῖς εἰς κάλλος ἐμέλησε τὰ στρατεύματα συντάσειν, ὅτε ῥήτορσι τοὺς λόγους συντιθέναι, ὅτε μὴν γραφεῦσι τὰς εἰκόνας γεγράφεναι. ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω; ὧν τὸ κάλλος τέλος ἐστίν. ὧν γὰρ εἰς χρείαν ἥκομεν αὐλαίων, οὐκ ἐλλείπομεν οὐδὲν σπουδῆς εἰς ὅσον ἔξεστι κάλλιστα καταστρώζειν. τῷ τε γὰρ Μενέλεῳ, ὃ ποσοῦτον ἐμέλησε τῆς χρείας τῶν οἴκων, ἢ ὅσον τοῖς εἰσερχομένοις οὐ πλήττειν. καὶ δὴ τοῦτ' ὄντα πολυτελεστάτοις ἅμα κατεσκεύασε, καὶ κάλλιστους, καὶ τῆς γνώμης οὐχ ἥμαρτεν. ὁ γὰρ Ὀδυσσέως ὄντως ἀγαθοῦ λέγεται τοῦτο, καὶ πύσιν τοῦ παιδὸς εἰς αὐτὸν ἀφιγμένος, ὥστ' εἰπεῖν Πεισιστράτῳ τῷ Νεστορίδῃ,

Ζῶος

Ζηνὸς που τοιήδε γ' Ολυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.

*Talis & æthery forsan Iouis aula renidet.*

αὐτὸς θ' ὁ τῶ μειρακίου πατὴρ, οὐκ ἄλλου τῶ χάριν μιλτοπρῴρους ἦγε τὰς ναῦς, συστρατευόμενος τοῖς Ἕλλησιν ὅτι Τρῳάσι, ἢ ὅπως τοὺς ὁρῶντας οὐκ πλήττῃ ἔχῃ. καὶ σχεδὸν εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζειν βούλεται τῶν τεχνῶν, εὑρήσῃ πάσας ἐς τὸ κάλλος ὁρώσας, καὶ τούτου τυγχάνῃν τῶ πρώτους τιθεμένας. τοσοῦτον δὲ τὸ κάλλος τῶν ἄλλων ἀπάντων ὑπερέχῃν δοκεῖ, ὥστε τὴν μὲν, ἢ δικαιοσύνης, ἢ σοφίας, ἢ ἀνδρείας μετέχοντων, πολλὰ τις ἂν εὕροι παραπλήσια μᾶλλον· τὴν δὲ τούτης τῆς ἰδέας κεχωρισμένων, βέλτιόν ἐστιν εὑρεῖν οὐδέν, ὥστε καὶ τὴν μὴ μετεχόντων ἀτιμότερον οὐδὲν. μόνους γοῦν τοὺς μὴ καλοὺς, ὀνομάζομεν αἰσχρούς, ὡς οὐδὲν ὂν εἴ τι τις ἔχων τύχοι πλεονέκτημα τῶν ἄλλων, κάλλους ἐστερημένος. τοὺς μὲν οὖν ἢ δημοκρατουμένους τὰ κοινὰ διοικοῦντας, ἢ τυράννοις ὑποτεταγμένους, τοὺς μὲν, δημαγωγοὺς, τοὺς δὲ, κόλακας καλοῦμεν· μόνους δὲ τοὺς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δυνάμει γιγνομένους, θαυμάζομέν τε, φιλοπόνους τε καὶ φιλοκάλους ὀνομάζομεν, καὶ κοινοὺς νομίζομεν εὐεργέτας, τοὺς τῶν καλῶν ὀπτῆρας. ὅτε τοίνυν οὕτω μὲν σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ τοῖς πᾶσιν ἐν βίοις μέρη τυχεῖν, κέρδος τε νομίζουσι τὸ τούτῳ τι δεηθῆσαι δωρησάμενοι, πῶς ἡμᾶς εἰκότως οὐκ ἂν τις ἐμέμψατο, εἰ τοσοῦτον ἔχοντες κέρδος κερδαίνειν, ἔπειτ' ἐκνὺξ παρείμεθα, μηδ' αὐτὸ τοῦτο αἰσθέσθαι δωρησάμενοι, ὅτι ζημιούμεθα; τοσοῦτον μὲν δὴ κἀγὼ τὸν λόγον ἐποιησάμην, πολλὰ τῶν ὄντων μοι περὶ κάλλους εἰπεῖν ἀφελών, ὅπερ τὴν συνουσίαν ὀπτὸν πολὺ ποιοῦντα. ΕΡ. βδαίμονές γε, οἳ τοιαύτης ἀπολελαύκατε τῆς συνουσίας. σχεδὸν δ' ἤδη κἀγὼ οὐδὲν ἔλαττον ὑμῶν ἔσχηκα δι' σέ.

Et ipse adolescentis pater non aliam ob causſam minio infectas duxit naues, cùm vnà cum Græcis ad Troiam proficiscere-tur, quàm vt aspicientes earum aspectu obstupefacere possit. Et fermè si quis singulas artes perpendere volet, reperiet omnes eas ad pulchritudinem tendere, eámque consequi pro summo ducere. Adeò autem pulchritudo cæteras res cunctas excellere videtur, vt iis quæ vel cum iustitia, vel sapientia vel fortitudine aliqua fiunt, multa alia inuenias maiori pretio vel existimatione digna censeri: at verò quæ cum hac specie commune aliquid habent, iis nihil quicquam melius inuenire licet: vt rursum & illis quibus hæc coniuncta non est, nihil quicquam inhonestius atq; indignius. Quippe solos eos qui pulchri non sunt, turpes vocamus, perinde quasi pro nihilo habendum sit, quicquid tandem aliquis habuerit in quo cæteros antecellat, si idem pulchritudine careat. Proinde & eos quidem qui vel in republica degentibus imperio præsunt, vel tyrannorum potestati subiecti viuunt, alteros quidem populares * vocare solemus, alteros autem adulatores. Solos autem eos qui huic potestati subiecti sunt, & admiramur videlicet, & cùm philoponos tum philocalos nominamus, adeóque communes benefactores censemus esse eos, qui pulchrorum quasi quidam procuratores sunt. Quando igitur ita venerabilis res pulchritudo est, ita autem ab omnibus etiam votis expetitur, & quasi pro lucro putatur huic ministrare saltem aliquid potuisse: quomodo non meritò reprehenderit nos quispiam, quòd cùm tantum lucrum lucrifacere possimus, vltro illud prodamus, ne hoc ipsum quidem verentes damnum videlicet quod mox accipiemus? Ac tãtam quidem ego quoque orationem habui, multis quæ mihi de pulchritudine ampliùs dicere licebat, omissis, postquam conuersationem hanc in longum adeò progressam videbam.

HER. Felices sanè vos, quibus tali conuersatione frui licuit. Fermè autem iam etiam ego non minùs voluptatis quàm vos, per te videlicet, accepi.

*Iliad. 2.*

* δημαγωγοὺς καὶ κολακας

*Neque hic videtur Luciani esse.*

# ΝΕΡΩΝ ἢ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡΥΧΗΣ ΤΟΥ ΙΣΘΜΟΥ, Εἰ γνήσιος.

# NERO, SIVE DE FOSSIONE ISTHMI, *Si modò germanus est Luciani.*

Iacobo Micyllo interprete.

## ARGVMENTVM.

*Totus hic dialogus, cuiuscunque tandem est (nam Luciani esse, neque asseri puto posse, neque prorsus negari) quasi quædam in Neronem inuectiua est, qua potissimùm dementia illius exagitatur, quam cùm in Isthmo fodiendo, à quo & tituli ratio sumpta est, tum in obeundis scenicis certaminibus Imperator Romanus exercuit. Estque veluti perpetua facti commemoratio, paucis quibusdam & cæterorum ipsius facinorum exemplis amplificandi caussa adiectis, quæ tota Musonio philosopho tribuitur, qui Tuscus genere, vt Tacitus ait, cùm studia iuuenum præceptis sapientiæ foueret, à Nerone postremò, cùm in omnes bonos & claros æquè grassaretur, ob linguæ libertatem, vt Suidas addit, interfectus fuit. Huius & alij meminêre, & Gellius lib. XVI. cap. 1. Cæterùm fuerunt & in hoc dialogo multa ex coniectura magis quàm ex fide, ob exemplaris, velut apparebat, vitiositatem, vertenda: quam ob rem, vt in postremo operis, eam saltem à lectoribus veniam postulo, quæ cæteris hactenus in claris & manifestis etiam impingentibus, data fuit: præsertim cùm in nullo hactenus, quod equidem sciam, legentium fidem fefellerim, vbique cùm hoc loco, tum in superioribus, eo circa quòd vel ignorantia, quam & ipsam agnosco, vel alia aliqua de caussa hæsitassem, aut asteriscò, aut annotatiuncula aliqua signato. Qui si nihil aliud, illud certè tamen existimo, occasionem & quasi quandam ansam ad vlteriora ac veriora indaganda aliis me tradidisse.*

## ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ ΚΑΙ ΜΟΥΣΩΝΙΟΥ.

## MENECRATIS ET MVSONII.

MENECRATES.

ΑΤ Ισθμοῦ τῆς ὀρύξεως ἐπὶ τοσοῦτον ἐπεκράτησε τοῖς ἔργοις, ὡς δοκεῖν καὶ σοὶ, Μουσώνιε, ἀμείνω τὰ τοῦ τυράννου βουλεύματα ἐνθυμεῖσθαι. ΜΟΥΣ. Ἴσως, ὦ Μενέκρατες, καὶ βέλτιον ἐπιθυμῆσαι Νέρωνα. Τὰς γὰρ περιόδους τῆς Πελοποννήσου, τὰς ἐντὸς Μαλέας, ξυνάρει τοῖς θαλαττουμένοις, εἴκοσι σταδίων τοῦ Ἰσθμοῦ ῥήγματι. ΜΕΝΕ. τοῦτο δ' ἂν καὶ τὰς ἐμπορείας ὤνησε, καὶ τὰς ὅσαι θαλάττιαι πόλεις, καὶ τὰς ἐν τῇ μεσογείᾳ. καὶ γὰρ δὴ καὶ κείναις ἀπολαύσεσθαι ὁ οἶκοι καρπὸς, ὧν τὰ ἐπιθαλάττια δῶ περᾷ τὴν. Ταῦτα δὴ διέξελθε, Μουσώνιε, βουλομένοις ἡμῖν ἀκοῦσαι πᾶσιν, εἰ μή τι σπουδάσαι ἄμεινον ἕτερον. ΜΟΥ. δίδωμι βουλομένοις. ἐγὼ γὰρ οἶδ' ὅτι χαριοίμην ἂν μᾶλλον τοῖς γε ἀφιγμένοις ἐς ἀνδρὸς οὕτω φρονιστηρίου ὅτι τῶν σπουδάζειν. Νέρωνα τοίνυν ἐς Ἀχαΐαν ὁδὸς ἦγεν, καὶ ὃ σφόδρα αὐτὸν πεπείκει, μηδ' ἂν τὰς Μούσας ἀγαθάλλεσθαι ἥδιον.

ἐβούλετο δὲ καὶ τὰ Ὀλύμπια (τὸν γυμνικώτατον τῶν ἀγώνων) στεφανοῦσθαι ᾄδων. τὰ γὰρ Πύθια, τούτων μὲν ἑαυτῷ μετεῖναι μᾶλλον, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι. μὴ γὰρ αὖ μηδ' ἐπιφθονον εἶναι αὐτῷ κιθαρῳδεῖν τε καὶ ᾠδὴν ᾄδειν. ὁ δὲ Ἰσθμὸς, ὑπὸ τῶν ἄποθεν αὐτῷ βεβουλευμένων· ἀλλ' ἐντυχὼν τῇ φύσει τοῦ τόπου, μεγαλουργίας ἠράσθη, τόν τε βασιλέα τῶν ὅπη τηνικαῦτα Τρῳάδα ποτὲ Ἀχαιῶν συνημμένοις, ὡς τὴν Εὔβοιαν τῆς Βοιωτίας ἀπέτεμνε Εὐρίπῳ τῷ πρὸς τὴν Χαλκίδα· ἔπι γε μὴν καὶ τὸν Δαρεῖον, ὡς ὁ Βόσπορος ἐγεφυρώθη αὐτῷ ὅπη ἴοι Σκύθας· τὰ δὲ Ξέρξῃ καὶ πρὸ τούτων ἴσως ἐνενόησε, μέγιστα τῶν μεγαλουργιῶν ὄντα· καὶ πρὸς τούτοις, ὃ δὴ ὀλίγου ἀλλήλοις ὑπεμίξαι πόλεις, εἴσαντο τὴν Ἑλλάδα λαμπρὸν ἐστιᾶσθαι τοῖς ἔξωθεν. αἱ γὰρ τύραννοι φύσεις, μεθύουσι μὲν, φαύουσι δέ πῃ καὶ ἀκούσασι τοῦτο φθέγμα. προελθὼν ὁ τῆς σκηνῆς ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης τε καὶ Ποσειδῶνος ᾖσε, καὶ ᾆσμα δή μέγα Μελικέρτῃ τε καὶ Λευκοθέᾳ. ὀρύξασθαι δ' αὐτῷ χρυσῆν δικέλλαν τῶν πάλαι Ἑλλάδα ὑπὸ τρόπου σώσαντος, ὅτε πάλαι ὀρυχὴν ἦξε, κροτούμενός τε καὶ ἀδόμενος, καὶ καθικόμενος τῆς γῆς, πρὶν οἱμῆναι τοῖς τε πάλαι ἀρχὴν πεπιστευμένοις ὑπὸ κελευσάμενος ξυμπόνως ἅπτεσθαι τοῦ ἔργου, αὖθις εἰς τὴν Κόρινθον, τὰ Ἡρακλέους δοκοῦντα ὑπερβεβληκέναι πρότερα. οἱ μὲν δὴ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, τὰ πετρώδη τε καὶ δύσεργα ὀξέπονοι, ἡ φρατιὰ δὲ τὰ γεώδη τε καὶ ὑπόπεδα. ἑβδόμῳ δέ που καὶ πέμπτῃ ἡμέραν προσεξυμένων ἡμῶν τῷ Ἰσθμῷ, κατέβη τις ἐκ Κορίνθου λόγος ἄπω σαφὴς, ὡς δὴ τοῦ Νέρωνος μετεγνωκότος τὸν τομόν. ἔφασαν γὰρ οἱ Αἰγυπτίους γεωμετρήσαντες τὸ ἑκατέρας θαλάττης τὰς φύσεις, μὴ ἰσοπέδοις αὐτὰς συντυχεῖν, ἀλλ' ὑψηλοτέρας ἡγουμένους τὴν ἐκ τοῦ Λεχαίου πρὸς τῇ Αἰγίνῃ δεδοικέναι. πέλαγος γὰρ ποσοῦ νήσῳ ὑπτιωθέντος, κἂν ἐπορύχιον ἀπενεχθῆναι τὴν Αἴγιναν. Νέρωνα γὰρ μὲν τοῦ Ἰσθμοῦ τομῆς, οὐδ' ἂν Θάλης μετέσησεν ὁ σοφώτατός τε καὶ φυσικώτατος.

A Volebat autem & Olympiis (quod certamen omnium maximè exercitiis frequentatur) cantando coronari. Nã quæ in Pythiis aguntur, eorum pleraque ad se magis quàm ad Apollinem pertinere putabat. Neque enim neq; illum aduersus se citharam aut carmen aliquod mouere audere. Cæterũ Isthmus haudquaquam ex illis erat de quibus hic diu aut lõgè antè cogitasset, sed cùm fortè naturam loci conspexisset, magnificum opus hoc animo concepit, Achiuorum videlicet regem, eorum qui ad Troiam olim profecti fuere, animo proponẽs, qui ipse Eubœam quoque à Bœotia resecuit, me-
B dio circa Chalcidem Euripo immisso. Deinde autẽ & Darium, vt à quo & Bosporus ponte iunctus fuerit cùm is cõtra Scythas proficisceretur. Nam Xerxis factum etiam ante ista fortassis animo cogitarat, quod magnificentissimum operũ magnificorum omniũ fuit. Supra omnia autẽ hæc etiam illud putabat, Græciã per hoc quòd breui adeò omnes inter se misceri possent, contra exteros splendidè adeo stabilitum iri. Nam tyrannorum ingenia ebria quidem sunt, tanguntur autẽ alicubi vbi vocem hanc audiunt. Porrò
C progressus in scenam, hymnum quidem Amphitrites & Neptuni cecinit, & canticum quoddam non magnum Melicertæ & Leucotheæ. Cùm autem aureũ ipsi ligonem porrexissent, Græciámque tanquam in tutelam commendassent, ad fodiendum profectus est, plausu cantúque prosequentibus illum tum omnibus. Atque vbi terrã ter, opinor, tetigisset, deinde & quibus præfecturæ atque imperia credita erãt, opus vnà capessere iussisset, Corinthum rediit, Herculis adeò res gestas omnes sibi visus superasse. Illi igitur qui in vinculis fuerant, petricosis atque
D difficilibus conficiendis exercebantur: exercitus autem ea quæ terrea ac plana erant, fodiebat. At vbi iam septimum & quintum diem quasi alligati Isthmo fuissemus, rumor quidam è Corintho venit, nõ ita tamẽ manifestus aut planus, quòd Neronem pœnituisset Isthmi incisi. Dicebant autem, Ægyptios geometras altitudinem metientes, haudquaquam eandem atq; æqualem vtriusq; maris superficiem deprehendisse: sed cùm eam partem quæ Lechæum aspicit, altiorem iudicarent, de Ægina in timorem veniisse. Nam si tantum pelagus contra insulam effunderetur, periculum esse ne illa aquis obruta in profundum demergeretur. At Neronem à fodiendo Isthmo ne Thales quidem absterriturus fuerat, quamquam sapientissimus, & naturalium rerum peritissimus.

ἐστιᾶσθαι, *quod à nomine ἑστία derivasse videtur. Nã alterum ἑστιᾶν, quod conuiuio accipere significat, à tenui scribitur.*

*Portus est ad Occidentẽ vergens, quẽ ex Italiã nauigantes petunt.*

Nam incidendi illius maiore ſtudio tenebatur quàm publicè canendi. Sed motus Occidentalium gentium, & aſperrimus qui illas nunc excitat & incendit (Vindex autem nomen ipſi eſt) reuocauit ex Græcia & ab Iſthmo Neronẽ, frigidè adeò maria dimenſum. Nam æquè altè à terra vtrumq. aſſurgere, eandémque ſuperficiem habere ſcio. Aiunt autem ipſi & Romanas res paulatim iam labi & declinare. Id quod & ipſi ex Tiburno heri, qui impegerat, audiſtis. MEN. At vox, Muſoni, propter quam in Muſas ita deperit, & Olympiadas pariter & Pythiadas amat, qualiſnã tyranno eſt? Nam eorum qui ad Lemnum nauibus veniebant, alij quidem admirabantur ipſum, alij autem etiam deridebant. MV. At ille, quod ad vocem attinet, neque admiratione dignus, neque riſu eſt. Nã ipſum natura inculpabilem, atque adeò mediocrem formauit. Sonat autem concauum quiddam, non natura tamen, & graue, impendente atque vrgente hoc gutture: ac carmina quidem hoc pacto accurata quodammodo etiam perſonat. Voculationes autem ſonorum leuigant hunc, poſtquam ſibi ipſi non confidit: Chromatum verò humanitate & modulatione facili quidem illa, & ad citharæ cantum accommodata: & vbi tempus eſt, ire & ſtare, & de loco tranſire, deinde & nutum cum membris exæquare, hæc accuratè facere, eius eſt qui pudore ſolo eo afficitur, quòd rex videtur. At rurſum ſi imitetur ſuperiores, hui quàm multis ſpectatoribus riſus excidit! quanquam infinito adeò metu impendente, ſi quis ipſius cauſſa rideat. Nutat enim plus æquo, & cùm ſpiritum attrahit, ſtat ſummis pedibus diſtentus & refractus, perinde vt ij qui rotam circumagunt. Iam verò natura rubicundus exiſtẽs, multo magis etiam rubeſcit cùm ipſi facies incenditur. Spiritus autem modicus, & ægrè alicubi ſufficiens. ME. Qui verò certamine cum ipſo conferũtur, Muſoni, quo pacto ſe gerunt? Nam arti gratificantur ſcilicet. MVS. Arti quidem Muſoni, quemadmodum & qui luctando ſubſeruiunt: ſed cogita Menecrates tragicum hiſtrionem illum, quo pacto in Iſthmiis perierit. Paria enim pericula & circa artes ſunt, ſi qui in iis oſtentandis impendio elaborant. MENE. Quid hoc autem Muſoni? admodum enim ignarus eius ſum quod dicis. MVSON. Audi igitur rem abſurdam quidem & inſolentem, attamen in conſpectu Græcorum actam.

*Vindicis, qui primus contra Neronem in Gallia ſurrexit, Suetonius & Tacitus quoque meminit.*

A τῦ γὰ τεμεῖν αὐτὸν ἤρα μᾶλλον, ἢ τῦ δημοσίᾳ ἄδειν. ἡ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἐθνῶν κίνησις, καὶ ὀξύτατος, ὡς τῶν ἐκείνης νεῶν ἀπολόμενος, ὄνομα δὲ αὐτῷ Βίνδαξ, ἀπήγαγε Ἑλλάδος τὲ & Ἰσθμοῦ Νέρωνα, ψυχρῶς γεωμετρήσαντα. ταῖς γὰ θαλάτταις, ἰσογαίοις τὲ καὶ ἰσοπέδοις οἶδα. φασὶ δ' αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὸ τῶ Ῥώμης ὀλιγαθαίνειν ἤδη, καὶ ὑποδιδόναι. τοῦτι & αὖθὶ ἥδεως ἠκούσατε τῶ πρωτοπαίκτου χιλιάρχου. ME. ἡ φωνὴ δὲ, Μουσώνιε, δι' ἣν μουσομανᾷ, καὶ τῶν Ὀλυμπιάδων τὲ & Πυθιάδων ἐρᾷ, πῶς ἔχει τῦ τυράννου; τῶν γὰ Λήμνῳ προσπλεόντων, οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ κατεγέλων. MOY. Ἀλλ' οὐδένός γε, ὦ Μενέκρατες, ὅτε θαυμασίως ἔχει τῶ φθέγματος, ὅτ' οὖ γελοίως· ἡ γὰ φύσις αὐτὸν, ἀμέμπτως τὲ, καὶ μέσως ἥρμοκε. φθέγγεται δ' κοῖλον μὴ φύσει, καὶ βαρὺ, ἐγκειμένης αὐτῷ τῆς φάρυγγος. μέλη δ' οὕτω κατεσκευασμένα βομβῷ πως, οἱ δὲ γε τόνοι τῶν φθόγγων ὑπολεαίνουσι τῦτον, ἐπεὶ μὴ θαῤῥεῖ αὐτῷ χρώματων δὲ φιλανθρωπίᾳ, & μελοποιίᾳ, διαγώγιμὸν δὴ, καὶ κιθαρῳδίᾳ εὐσταλεῖ, καὶ & καιρὸς βαδίσαι, καὶ στῆναι, καὶ μεταστῆναι, & τὸ νεῦμα ἐξομοιῶσαι τοῖς μέλεσιν, αἰχμύλων ἔχοντος μόνου τῦ βασιλέα δοκεῖν, ἀκριβοῦν ταῦτα. εἰ δὲ μιμοῖτο τοὺς χρείττονας, θεοῦ γέλωτος, ὡς πολὺς τῶν θεωμένων σκιπτῶσι, καίτοι μυρίων φόβων ἐπιπεπτωκότων, εἴ τις ἐπ' αὐτῷ γελᾶν εἶη. νυνὶ μὲν γὰρ τῦ μετρίου πλέον, ξυναγαγὼν τὸ πνεῦμα, ἐπ' ἄκρων δίεσταται τῶν ποδῶν ἀναχλώμενος, ὥσπερ οἱ ὑπὸ τῦ ἔγγυ. φύσει δ' ἐρυθρὸς ὢν, ἐρυθριᾷ μᾶλλον, ἐμπιπραμένῳ αὐτῷ τὸ πρόσωπον. τὸ δὲ πνεῦμα ὀλίγον, καὶ οὐκ ἀποχρῶν που δή. ME. οἱ δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς αὐτὸν, πῶς ὑφίενται, ὦ Μυσώνιε; τέχνη γάρ που χαρίζονται. MOY. τέχνη μὲν, ὥσπερ οἱ ὑποπαλαίοντες, δῆλον ἐνθυμήθητι, ὦ Μενέκρατες, τὴν τῆς παγκρατίας ὑποκριτὴν, ὡς Ἰσθμοῖ ἀπέθανεν. ἴσοι γὰ κίνδυνοι καὶ περὶ τὰς τέχνας, ἂν ὑπατείνωσιν οἱ τεχνάζοντες. ME. & τί τῦτο, Μυσώνιε; σφόδρα γὰ ἀνήκοος τὴν λόγου. MOY. ἄκυε δὴ λόγου ἀπόπτου μὲν, ἐν ὀφθαλμοῖς δ' Ἑλλήνων πεπραγμένου.

B

C

D

Ἰσθμοῖ γὰρ νόμος κειμένος, μήτε κωμῳδίαν ἀγωνίζεσθαι, μήτε τραγῳδίαν, ἐδόκει Νέρωνι τραγῳδοὺς νικᾶν· καὶ προῆλθον εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον, πλείους μέν· ὁ δ' Ἠπειρώτης, ἄριστα φωνῆς ἔχων, εὐδοκιμῶν τ' ἐπ' αὐτῇ, καὶ θαυμαζόμενος, λαμπρότερα τῆς εἰωθότος ἐπλάττετο καὶ τὴν κεφαλὴν ἔρρην, καὶ μηδ' αὐτοῦ πρότερον ἢ δέκα τάλαντα δοῦναι οἱ Νέρωνα ὑπὲρ τῆς νίκης· ὁ δ' ἠγωνιᾶτό τε, καὶ μανικῶς εἶχε· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἤκροᾶτο ὑπὸ τῇ σκηνῇ, ἐπ' αὐτῷ δὴ τῷ ἀγῶνι. Βοώντων δὲ τῶν Ἑλλήνων ὅτι τῷ Ἠπειρώτῃ, πέμπει τὸν γραμματέα, κελεύων ὑφεῖναι αὐτῷ τὸν αὐτοῦ δὲ ὑπεῖναι B ἐρῶντος τὸ φθέγμα, καὶ δημοσίᾳ ἐπιζόντος, εἰσπέμπει Νέρων ἐκ τῶν ὑποκριτῶν τοὺς ἑαυτῷ ὑποκριτάς, οἷς παρεσκεύαστο τά τε ἄλλα πρὸς τὸ φθέγμα. καὶ γὰρ δὴ καὶ δέλτους ἐλεφαντίνας καὶ διπλᾶς παρεβεβλήμεθοι αὐτοῖς ὡς ἐγχειρίδια, καὶ τὸν Ἠπειρώτην ἀναστήσαντες πρὸς τὸν αἰγὸς κίονα, κατέαξαν αὐτοῦ τὸ φάρυγγα, παίοντες ὀρθαῖς ταῖς δέλτοις. ΜΕ. τραγῳδίαν δὲ οὖν ἔνικα, Μυσώνιε, μιαρὸν οὕτω πάθος ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐργασάμενος; ΜΟΥ. παιδὶ γοῦν ταύτα νεανίᾳ τῷ μητροκτονήσαντι. ΜΕ. εἰ δὲ τραγῳδίας ὑποκριτὴν ἀπέκτεινεν ἐκτεμὼν αὐτοῦ τὸ φθέγμα, τί χρὴ θαυμάζειν; καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ Πυθικὸν στόμιον, πρὸ οὗ αἱ ὀμφαὶ ἐκέπτεον, ἀποφράξαι ὥρμησεν, ὡς μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι φωνὴ εἴη· καίτοι τῷ Πυθίου καταλέξαντος αὐτὸν εἰς τοὺς Ὀρέστας τε καὶ Ἀλκμαίωνας, οἷς ὁ μητροκτονήσας, καὶ λόγον τινὰ δόξης ἔδωκεν, ὅτῳ πατρῴαν ἐτιμώρησατο. ΜΟΥ. ὁ δὲ μηδαμῶς εἰπεῖν ἔχων ὅτῳ ἐτιμώρησεν, ὑβρίσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ ᾤετο, πρᾳοτέρα τῶν D ἀληθῶς ἀκούων. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίς ἡ προσιοῦσα ναῦς; ὡς ἐπάγει τι ἀγαθὸν ἔοικεν. ἐστεφανῶνται γὰρ τὰς κεφαλάς, ὥσπερ χορὸς εὔφημος, καί τις ἐκ πρῴρας προτείνει τὴν χεῖρα, πρόδρομος εὐάγγελος ἡμῖν θαρρεῖν τε, καὶ χαίρειν, δοκεῖ τε, εἰ μὴ παρακούω, Νέρωνα οἴχεσθαι. ΜΕ. βοᾷ γὰρ, Μυσώνιε, καὶ σαφέστερόν γε, ὅσῳ τῆς γῆς ἄπεστι. ΜΟΥ. εὖγε, ὦ θεοί. ΜΕ. ἀλλὰ μὴ ἐπολολύζωμεν. ὅτι γὰρ τοῖς κειμένοις ὄφασι δεῖν.

A Nam cùm in Isthmiis lex esset, vt neque comœdia certaret quispiam, neque tragœdia: Neroni placuit tragœdos superare. Ac prodierunt ad hoc certamen plures quidem: Epirota autem ille, vt qui voce optimè valeret, & ob eam autem etiam celebraretur, & in admiratione esset, clariùs solito fingebat & coronã amare se, & nihil de studio remittere velle priusquam à Nerone decem talenta pro victoria acciperet. At ille exasperabatur, simul & insani more ferebatur: nã & auditus iam sub scena fuerat, in ipso videlicet certamine. Acclamantibus autem Græcis, Epirotę mittit scribam, qui iuberet hunc submittere sibi sese. Sed pergẽte eo, & supra modum attollente vocem, popularitérq; ac liberè cum ipso contendente, immittit Nero in pulpita suos histriones, tanquam qui ad hoc negotium pertinerent. Nam & libellos elephantinos & duplices habebant, quibus præ se intentis, veluti pugionibus vtebãtur. Atque hi Epirotam ad proximam columnã erigentes, guttur ipsius fregerunt, cędentes obuersis in rectum libellis. ΜΕ. Tragœdiâ autem vicit, Musoni, scelerатum adeò facinus in oculis Græcorum ausus? ΜV. Quid putas? ludus hic adolescenti fuit, qui matrem occidit quoque. ΜΕ. Si verò inter tragœdias histrionem occidit exacta illius voce, quid adeò attinet demirari, quando & Pythicum os, vnde voces inspirare solebant, obturare conatus fuerit, vt videlicet neq; Apollini vox aliqua esset? quanquam ipso Pythio recensente eum inter Orestas & Alcmæones, quibus id quòd matres occidêre, etiã laudis aliquam famã præbuit, postquam id in vltionem patrum fecerant. ΜV S. Hic autem cùm nullo modo dicere posset quemnam vltus esset, contumelia à deo affectum sese putabat, cùm tamen mitiora quàm veritas exigebat, audiisset. Sed interea dum sermones cedimus, quęnam nauis ista est quæ huc propinquat? Vt autem boni aliquid afferre videtur! Nam coronati capitib. omnes sunt, perinde vt chorus quispiam, qui faustum aliquid nunciaturus ingreditur. Et quidam ex prora manum protendit quoque, iubens & confidere nos, & gaudere: clamátque, nisi non satis rectè percipio, Neronem periisse. ΜΕ. Clamat enim, Musoni, & manifestiùs vtique, quo propiùs terram contingit. ΜV S. Euge, ô dij.

*Et sunt qui tradant Paridem histrionem occisum ab eo, quæ si grauem aduersarium, Suetonius.*

ΜΕ. Sed ne gloriemur. Nam mortuis, vt aiunt, non decet conuiciari.

# PALINVRVS.

## ARGVMENTVM.

*Duo hi dialogi ſequentes, Luciani non ſunt, neque Græcè ſcripti etiam: ſed quia à doctis Italiæ cum Lucianicis eodem titulo coniunctos accepimus: ne horum quidem lectione fraudare quenquam voluimus, præſertim cùm ad exemplum Lucianicorum aliquo modo efficti & ipſi eſſent.*

Interlocutores, PALINVRVS, CHARON.

PAL. OBſecro te ô Charon, ſine me vt iam nauim conſcendam. CHA. Quis me appellas? PAL. Ego nauita quondam illius quem nuper viuentem tranſuectaſti, Aeneæ Troiani. CHA. Túne ille es qui apud portus Velinos inhumatus iacebas? PAL. Ille ipſe ſum. Sed crede cœleſtium nutu fieri vt tranſuehar, quorum prodigiis longè latéque actæ finitimæ gentes, & oſſa mea iam expiauerunt, & tumulum mihi, tumulóque inſuper ſolennia ſtatuerunt. Quare te oro ô iuſtiſſime Charon, patere tandem vt ingrediar. ſic proſpera ſemper ſit nauigatio tua, ſit ſolida nauis tua, atque inconcuſſa. CHA. Rem iuſtam petis Palinure, ingredere vt libet. Vos verò tam confertæ vmbræ, quid fatigatis me precibus? quid fatigatis? quænam hæc vis deſiderij? Expectate tantiſper, dum trans flumen hunc porto: regrediar quamprimũ. PAL. Habeo tibi Charon immortales gratias, qui me his tãdem eripuiſti è malis, qui me dira hac tandem qua detinebar transfretãdi cupidine liberaſti. CH. Amo te equidem Palinure, tum propter Æneam regem quem mihi nominaſti, qui & ſuper omnes quos vnquam viderim mortales, viſus eſt mihi ſingulari quadam præditus pietate: tum propter meum etiam, quod olim commune fuit tibi, magiſterium: Par enim ſibi quiſque parem affectat: delectátque magis quæ inter pares fit vel confabulatio, vel vitæ actio. Afficiebar porrò non modico dolore, quum videbam iamdudum te in citeriore hac ripa errantem, incertúmque ſedis tuæ. Neque licebat tibi ſuccurrere, propter legem mihi datam, ne quẽquam niſi humato priùs corpore tranſportem. Sum enim ego minimus inter infernos habitatores, ſubiectúſq; alienæ poteſtati, cui parêre nõ tam pulchrum mihi quàm aliâs neceſſe ſit. Gaudeo autem nunc & lætor, quòd ea aliquando ſe ſors tibi obtulerit, qua & tuum implere deſiderium, & meum releuare dolorem ſalua lege officij mei poſſum. PAL. Imò ego non minùs propter te dolebã, ô Charon, quia perſpiciebam tot te graues aſſiduóſque labores perferentem ſine vlla relaxatione. Neque enim me latet quot quantíſq; vexari malis ſolent nauium gubernatores, qui nihil aliud in vita quàm nauigationem exercui: atque ita exercui, vt nihil illa grauius, nihil periclitãtius contingere moralibus putẽ: propter quod credibile magis tibi videri poteſt ſi angebat me vtique fatigatio tua, repetentem animo antiquas, quas iuuenis etiam ſuſtinebam, nauticas fatigationes meas: quarũ experientia iam edoctus ſciebam probè pari malo tuo condolere. CH. Fruſtra propter me dolebas, Palinure: nam nihil moleſta mihi eſt ars mea. PAL. Quid ais? CH. Aio gratam me habere & iucundam artem meam. Vides vt cruda viridíſque ſenectus eſt mihi? Memini haud vnquam ab ipſa, qua iam omnium annos ſupero, longæua ætate mea pertęſum me eſſe laboris mei, qui quotidie inſto alacrior atque valentior. Sed intelligo cur tu aliter tibi perſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortaliũ, vt ſortis ſuæ quemque diſtædeat ſemper, viuátq; contentus nemo ſtudiis ſuis, laudent verò longè, ac beatiores exiſtimẽt omnes qui diuerſas à ſe artes atq; actiones ſequuntur: verùm falluntur maximè opinione ſua. Nam ſi rectè intueri velint, cognoſcent perſpicuè nullum eſſe in vita eorum ſtatum qui nõ magnis ſcateat miſeriis, quem non magnæ grauéſque perturbent vndique moleſtiæ & vexationes. Et ſi detur aliquando vt alter in alterius ſtudia transferatur, quàm videas tunc ſua cuique leuia videri, quæ priùs præ grauitate accuſabat: contráq; ea grauiora, quę

priùs leuia videbantur? Itaque si bene consideres, Palinure, non est ita grauis mea conditio vt censes, neque propterea quòd nauclerus sim, sum eo mirabilior. Sed tu (vt video) sequeris vanos errores mortalium, ego verò integritatem tantùm, iudicii que veri lucem secutus, dego contentus ac lætus sorte mea, neque adscribo mihi calamitatem, quòd desudem quotidie nauigando, & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horũ qui mecum simul vltimas sedes colunt, me esse beatiorem, non ipsos iudices, Minoëm, Rhadamãthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant potestate: non ipsum Ditem, quãquam sceptro potens sit, atque regna ista moderetur. Sunt nanque & illis sui labores, suæque molestiæ, & maiores fortè, quo & maiore reginiinis sarcina premuntur. PAL. Potes de te tibi Charon persuadere vt libet: mihi enim de me nunquam persuadere poteris, quin ars nostra sine vlla comparatione cæteras laboribus & periculis excedat: quod liquidò tibi probarem, nisi quòd vereor ne tædio te afficeret fortasse longior narratio nostra. CHA. Imò summa me afficeret recreatione. Nam & delectat me tecum sermocinari, & nauigantibus etiam magnam animorum refocillationem afferre solent huiusmodi confabulationes. PAL. Quando igitur non est tibi iniucundum, prosequar suscepti sermonis nostri rationem, vt intelligamus, non esse duriorem vllam, quàm nautarum sortem: quod tibi facilè persuadebo, si animaduertas quos æstus & frigora tolerare eos, quos perhorrescere tonitrus & fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitati quotidie necesse sit. Si cognoscas quoties eos torqueri fame & siti, quoties squalore etiam teterrimo consumi contingat: si attendas habitationem eorum instar carceris, supellectilem vel nullam, vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub diuo semper, & inquietas: tacco perpetuũ alioqui quoddam eorum exilium: quos patriæ eorum exteros, profugos, vagos, palãtes, ignaros quietis, priuatos omni (quo nihil est in vita dulcius) coniugis sobolisque fructu ac iucunditate, quis non abiectissimos, longéque omnium mortaliũ miserrimos esse iudicabit? Prætereo Scyllã, Charybdim, A Syrtes, Symplegades, tot infesta nauigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec visu quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitæ vsque discrimen quotidie iactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est qui idoneus magis quàm ego, testis adhiberi queat: qui cùm multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam nauigantem inuasit, tam sæua atque horrens, vt horrori sit adhuc mihi eius recordatio. Non possum certè vt par esset, explicare tibi acerbitatem illius tempesta- B tis, sed quanta extiterit, ex hoc facilè coniecturam facere potes, quòd Æneam ducem, cuius summa constantia & animi fortitudo vbique decantatur, vidi ego contrementem grauiter atque ingementem, extentísque ad cœlum manibus beatos longè inclamantem eos quibus ad Troiam oppetere contigisset, lamentantémque pari ab eorum morte, ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse Crudelem equidem diem illuxisse omnibus vltimum, neque ex numero nostro quenquam putaui euasurum, non ipsum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandæuúmve Alethem, quorum naues longè disiectas, ad summúmque penè exitium adductas, nescio quæ vis illa nisi diuina liberauit. CHA. Non incognita mihi narras: hæc ea ipsa die resciui. PAL. Quo id modo? CHA. Quo id modo, rogas? An acrem illum fidúmque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ nauis? Is quidem tunc submersus concessit ad me illico, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu disseruisti, implorans deinde opem, rogitánsque multùm vt se vlteriore in ripa sisterem: quod nunquam passus fui, quum inter D fluctus adhuc corpus suum sine sepulchri honore iactaretur. Nũc agit sese circum hæc stagna mœstus atque errabundus: vidisti illum? PAL. Et tum vidi, & vnicum meorum solatium habui, dum tantisper in ripa moratus, pari cum eo detinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristi eius interitu retulisti, cuius adhuc imago subit mihi, dum excussum è puppi, contortúmque ter eum atque circumactum (horrendum) à fluctu, *rapidus tandem æquore vortex Absorpsit.* Sanè quod ad me pertinet, nihil edisseram: qui licèt eam euaserim tempestatem, amarum C

tandem aliquando etiam vitę meæ finem inueni, excussus & ipse pariter atque iactatus inter vndas: quod deerat, insuper ferro præterea obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui, quàm Æneæ meo, ne tantis vndis surgentibus spoliata magistro nauis deficeret. Hæccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas? sic illis viuitur, sic moritur. Tui nunc & aliorum defende studia & artes, contendéque, si libet, maiorem esse etiam eorum miseriam & calamitatem, qui patrias incolentes suas, vxorúmque ac filiorum societate beati, quiescunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercẽtur commodè, habitant magnificè, vestiuntur cultè, conuiuantur lætè, cubant molliter, iucundos suos ac geniales agunt dies. Adde qui in vrbibus optimates & primarij magnam sibi vendicant auctoritatem, habentúrque summo in pretio atque honore, qui ius dicunt, qui causas agunt aliorum, qui fasces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel assistunt principibus, vel principes ipsi magni illustréque sunt: quibus nec optabilius quicquam in vita esse video, neque beatius. CHA. Falleris longè Palinure: nam quos beatiores esse arbitraris, miseriores illi sunt vlla sine dubitatione. Neque enim negauerim sortem subiectam esse nautarum magnis malis: sed ita subiectam, vt comparatione aliarum, quæ maioribus etiam grauantur incommodis, minùs certè misera iudicanda sit. Quid enim tristius, vt ad tuos veniam qui patrias suas colunt, quid miserabilius, quàm domi suæ agere, & ita agere, vt iucundiorem aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ vlla maior calamitas, quàm circundari vrbem hostibus, ingruere bellum, volitare tela, stringi enses, perfodi muros, fremere tormentis, saxo dirui, domos tremefieri & concuti? quámque fame sitíque deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, spoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conuitiis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati vxores, stuprari gnatas? Videntur an hæc tibi mala Palinure, & an his quæ tu meministi, vlla ex parte comparanda? PALIN. Quàm vera narras ô Charon! quàm nunc vel audiens ista perhorresco! Venit enim mihi in mentem grauis illa & deploranda patrię meæ A desolatio, Troiæ, inquam, tam præpotentis olim atquæ prædiuitis, cuius euersione nihil credo referri posse crudelius aut lacrymabilius: tantáque fuit calamitatis eius magnitudo, vt longè plura etiam atque tristiora quàm tu suprà memoraueris, sibi contigerint: quæ si velis, omnia tibi, vt rem certiùs agnoscas, explicabo. CHAR. Haud opus est, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non secus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciauerunt vt quæque aduentabant animæ ex illo bello profectæ. Nihil certè vt nũc tu dixisti, peruenit ad aures meas crudelius B aut lacrymabilius. PALIN. Faxo vt iubeas: sed aduertas Charon, grauissima licèt hæc sint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum quæ suprà exposui. CHAR. Referam ergo alia frequentiora, & ex ipsis quidemmet ciuitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miseriam. Vade oro, & per ciuitatem, plateas porticúsque discurre: quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, insimulationes pestilentissimas, optimi cuiusque dilacerationem, quid non? exploratorum insidias, inuidẽtiúmque venena. Diuerte mòdò gressum, & artificũ C mercatorúmque tabernas ac conuentus pete: quid aliud deprehendes, quàm sermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionésque manifestas? Transfer dehinc te in fora publica, sedésque iudiciarias: quid aliud audis quàm vndique omnia magno strepitu ac clamore misceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, grassationes, conspirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, nisi litigatorum iurgia & contentiones, testiũ periurationes, causidicorũ prævaricationes, iudicum corruptiones, prędidum ambitiones ac rapinæ? D Quos ibi alios obuiã tibi habebis, quàm exultãtes improbos, lugentes bonos, oppressas viduas, proculcatos pupillos, egentes prostratos? Attolle postea altiùs oculos, & atria principum perscrutare, quam non videbis ibi assentatorum exaltationem, speculatorum acceptionẽ, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quęstorum improbitatem, quam non potẽtum hominum in tenuiores vim atque insolentiam? Quas non concussiones? quas non populationes? quos non innocentes accusari, criminari, carcerari, proscribi? PAL. Grauia hæc nimis ac misc-

rabilia. CHA. At restant alia, quæ non minùs tibi grauiora & miserabiliora videbuntur. PAL. Perge. CHA. Quæ fortassis etiam grauiora & miserabiliora iudicabis, quoniam domestica ac frequens magna est eorum pestis. PAL. Fare. CHA. Nolo tibi Palinure afferre in medium graues longósque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus causidici, cæterarúmque disciplinarum sectatores, æstus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, districtas habitationes, infinitáque agendi, cubandi, vescendi incommoda vel fastidia, lassitudines, vigilias, solicitudines, odia, & infamationes. Nam si complecti cuncta sermone meo atque exequi voluerim, tot tantáque dicenda se offerent, vt præ longitudine malorum ac mole, citiùs nauigatio nostra quàm oratio finem possit inuenire. Omittam itaque, & commemorabo tantùm quas inter domesticos parietes, tum seruorum, tum vxorum ac filiorum molestias ac turbationes pessimas perferre solent qui gubernationi præsunt rei familiaris. Quam si ita vt naualem expertus esses, facilè quicquid dicturus sum, me etiam tacente & intelligeres & approbares. Nam seruorum primò in dominos semper prompta maledicta, furta, impositiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, somnolentiam, tarditatẽ, ignauiam, nemo est qui non videat magnam afferre his qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios, quorum amore nihil dulcius esse fertur, quanta animi cum amaritudine aspiciant parentes vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, satis existimo etiam te intelligere. Quàm verò graue & anxiam credis esse eorum vel parturitionem, vel educationem, vel institutionem? Quoties pro eis bonos parentes gemere, suspirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas perturbatione affici, dum quos progenuerunt, immẽsáque adeò cura aluerunt, vel parum sibi audientes, vel rebelles ac infestos postea habere contingat? quàm dolenter eos ferre arbitraris dum insani & vecordes sunt, dum hebetis & crassi ingenij, dum effœminati & molles, dum dilapidant & euertunt patrimonia, dum nulli bono operi & studio intendunt, dum per A præcipitia vitiorum omnium vitam ducunt suam? Quid de vxoribus loquar, quas dos tumidas, genus insolentes, forma suspectas, deformitas reddit inuisas? Quarum lingua nihil pernicioſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quę iurgiis semper & contentionibus obtundunt viros, quæ semper conqueruntur, semper exprobrant, semper insidiantur. Quibus quum desint cætera, nunquam tamen lacrymæ, gemitus & suspiria. Quæ cæca sua (qua tantùm ardent) ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant domos, cogunt maritos in malos B quæstus, in dira scelera. Non refero turpissima adulteria, quibus nec punitur minùs, nec peccatur magis quicquam. Ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo satis vnquam meo iudicio enarrare posset, sed magnum doloris argumentum præstant, & grauissimas cædes, & ingentia quæ sæpe propter corruptas vxores bella exarserunt. PALI. Hoc plus quàm vellẽ, scio: nam arduum illud quod ego vidi Græcorum & Troianorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excreuit rabiem, quam nulla mundi regio C ignorauit. CHA. Quæ toti mundo manifesta sunt, ea tantùm nosti Palinure: at si singula, quorum nihil me latet, intelligeres, adducereris in tantum stuporem, vt stupescens etiam prę miseratione coniugalem vitam lacrymares. PAL. Hui quid narras? CHA. Narro quæ quotidie video & pertracto. PAL. Ergo connubia putas polluta & coinquinata? CHA. Minimè: id nunquam dixerim. PALIN. Atqui multas memini me vidisse ea præditas honestate, ea religione, ac vitæ integritatẽ, vt diuinum quiddam magis quàm humanum redolere viderentur. CHA. Et multas vtique eiusce- D modi esse confiteor, sed eas quidem quę optimis honestissimísque ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis sobrios & castos mores: quæ sanctis parentum suorum exemplis educatæ, vitam instituerunt. peccare castigatæ, sapiẽter ad mansuetudinem edoctæ, ad pietatem, ad fidem, ad diuinum cultũ, ad rectum compositúmque regimen rei familiaris. Quę se à thyasis, saltibus, iocis: quæ se à spectaculis, ab immodestiore cultu, ab licentiore colloquio abdicarunt. Cæterùm quæ contra sanctitatem, quæ malis institutis, peruersísque parentum exemplis

imbutæ, molliter vixerint, assuefactæ deliciis atque turpi otio, quæ nihil nisi saltare, canere, fides pulsare didicerunt, quę præterea oculis suis hauserunt matrum præsertim obscœnitates & immunditias: hasce qua fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur siquidem tanquam venena tenellis mentibus parentum exempla: inde ratior etiam quàm reris, est hymenalis honestas, quo qui eas vel emendatis instituant moribus, vel sancto inuitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipsæ consecrasse videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, cùm vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vósque ea, vanum vulgus, ita vt cernitis, vera ducẽtes esse arbitramini. At ego nihil quàm quod res habet, de eis iudico: nuda enim hîc omnia atque aperta sunt. Non veste hîc teguntur maculæ, non pallio obnubuntur scelera: exertos omnes ac nudatos, rerúmque omnium vacuos prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum, maléque actum est, hîc fronte coràm ipsa demum gestatur, dispoliatur, ostentatur. Quare non mirum tibi videatur si quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiam nudas, ita vt prædixi, transueho vmbras. Quàm proinde ingentem video earum turbam, quæ cùm impudicitiam longè apertam ostendant suam, pudicissimæ tamen in vita habeantur! Quantas secum in maritos fraudes gerunt, quot simulationes, quot proditiones, quantam hypocrisim, quot aliorum obscœnos amores, quot pollutiones, quot supposititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni seminis susceptas messes! At, quod ridiculum magis est, lugent postea ignari mariti hasce sibi extinctas vxores. Laudant inter cœtus & prædicant quasi pudicitiæ principes: statuunt mausolea: plurimi quoque epigrammata condi, orationes scribi & pronunciari curãt in laudem ac memoriam castitatis fideique earum sempiternam. An hæc tristia & amara esse censes Palinure? Et an comparationem vllam habere putas cum his nautarum, quæ ea seueritate & acrimonia recensuisti, vt cætera læta, fausta, deliciarúmque plena (si tibi fides daretur) existimanda essent? PAL. Haud equidem

A

tãta in ciuitatibus priuatísque domibus, quanta modò enumerasti, mala regnare credidissem. CHA. Ita proficit inexpertos sermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum vsum atque experientiam habent. PAL. Ita fit. CHA. Quòd si animaduertas, labores quos perferunt nautæ, corpori magis quàm animo infensos ire, concedes amplius etiam sententiam meam. Nam huiusmodi res duræ assiduo quodam vsu & assuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur: quas verò ego memoraui, cùm animum magis affligunt, non ita vsus & assuefactio mitigare atque edomare poB test. PAL. Consentio tibi iam, gaudeóque in eam lucem te illustrante peruenisse, vt intelligam tam magnam aliorum & maiorem etiam quàm nautarum miseriam. Sed illud non possum intelligere, quin principes saltem ac magni viri, non dicam nautis, sed cæteris insuper quibuscunque mortalibus beatiores sint. CHA. Cur? PAL. Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. CHA. Quibus? PAL. Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. CHA. Hisce? PAL. Hisce, & multo pluribus. CHA. Erras. PAL. Errorem C hunc optassem in vita mihi. CHA. Deliras. PAL. Maluissem ita delirare, quàm tua cum sententia sapere. CHA. Quid si nihil illis miserius? PAL. Quid si nihil beatius? CHA. Haud vnquam hoc mihi demonstrabis. PAL. Non tibi ij beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? quibus cõuiuandi, cubandi, vngendi, lauandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas sit? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint arua, equi, canes: quibus tot sunt serui, tot D exculta palatia, tot munitę arces, oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vestium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, assurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, vindicent inimicos, trucident rebelles? CHA. Non est tam magna vt existimas Palinure, eorum beatitudo. Nam parit certè fastidiũ tanta bonorum continuatio, tantáque affluentia, neque sapit tantum, quæ non aliquando intermittítur voluptas. Præterea quomodo eos tu

beatos iudicare potes, qui tantis opibus atque deliciis ſuis nunquam fruuntur cum iucunditate, nunquam cum gaudio? qui in tanta rerum copia nunquam exhilarent ſe, nunquam releuent animum, nunquam exultent? Qui tanta licèt bonorum vbertate redundantes, triſtitia tamen ſemper obducãtur, ſolicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multo optabilior videtur priuatorum conditio, quorum & vita ſecurior, & voluptates etiam, ſi mentem intendes, maiores ſunt? quos ſumma ſemper condit hilaritas, mulcet feſtiuitas, explet alacritas? Quantam putas afferre delectationem, quæ communis cum vxoribus & filiis vita exigitur, dum cubant tutè, veſcuntur lætè, iocantur modeſtè? Quàm dulcem eſſe arbitraris amicorum inter ſe & æqualium parem vitam, domeſticum vſum, frequentem cõuentum? Quid eorum amore ſuauius, confabulatione gratius, curis melius atque cõmodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis habeant eorum conuiuia, ludi, cantus, ſaltationes? quantum dilatent animos & permulceant? quantum emanet mellis? cuius nec ſt:llam principum aliquis deguſtauit. PAL. Haud intelligo Charon hanc quam refers regum triſtitiam atque anxietatem, qui inter riſus tantùm, blanditias iocóſque verſentur, quibus ſemper pſallatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad tranſigendam hilarem vitam excogitari poteſt, exhibeatur. CHA. Etiam, vt video, iudicas Palinure quæ oculis tãtùm patent: quo errore decepti mortales, plurimùm ſeduci ſolẽt: ſed quod certum afferre poſſunt iudicium exteriora corporis, quæ velamenta quædam magis ſunt veritatis? Aut quid certi promittere & oſtentare poteſt frons hominum, quæ plures quàm Proteus ſpecies mentiri, atque in plures mutari queat? Conſiderandæ ſunt ſecretæ animi fibræ: perſcrutandæ ſunt interiores mentis latebræ: quas ſi pervidere ita vt frontem poſſes, proh dolor, quantam ibi malorum turbam, quãtam formidinum atque ſtrepitationum aciem introſpiceres? quot angores, ſolicitudines, ſuſpiciones? quot peſtilentes morbos & perturbationes? quanta aperirentur vlcera, quot plagæ & cædes, quot inſidiæ, quot enſes, & telorum infinita genera? quæ nec ſomnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium iucundum, nec delicias iocóſque lætos eſſe permittant. PAL. Neſciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala: ſed cur illis contingant tanta, non capio. CHA. Contingunt tanta propter graues inimicitias, acerbáque odia quæ cõtinuè cum finitimis ciuitatibus, cum ſubditis ſibi populis, cum ſemet ipſis etiam gerũt: quo fit vt ingraueſcentibus odiis, increſcentibúſque iniuriis, quibus quotidie afficiũt quemque, neceſſe ſit illos torqueri & affligi grauiter, confidere nemini, ſuſpicari, omnia. Poſſunt extimere muſcas etiam (vt aiunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, triſtitia & mœrore detineri ſemper. PAL. Adducis me facilè vt credam ſuſpectas eos habere finitimas ciuitates, cum quibus & infenſa odia confiteor, propter continua quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimùm incenduntur. Cum ſuis verò quibus imperant populis, nihil accipere poſſunt niſi amorem, & dulciſſimam pacem. Porrò ſi cum finitimis ſint inimicitiæ, ſi oriantur bella, ſic demùm etiam augentur imperia, ſubducuntur oppida, profligantur acies, ſpoliantur & captiuantur hoſtes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria, victoriis celebratur, triũphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & vrbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter ſe lætitia, atque erga principes fides & amor creſcit. CHAR. At tantùm narras quæ proſpera ſunt & læta, ac quæ frequentiùs accidunt aduerſa & triſtia prætermittis, quaſi ſemper eos putes debellare hoſtes, potiri victoria, triũphis exultare, nunquam verò vinci, proſterni, agros ſuos populari, bona ſua diripi, & è ſuis ſe oppidis deiici. Sed maiora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe ſi conferas quas ſtrages ſuorum & cædes ſuſtinent, comperies longè maiore damno quàm lucro partas eorum victorias conſtare, diſcuſſáque ratione deceſſiſſe plus illis quàm acceſſiſſe. His adiicias, vt populorum etiam ſuorũ odia, nedum finitimorũ intelligas, quòd ad inferenda bella & perſequendos hoſtes opus illis eſt ingenti & munito exercitu, multo nauigio, longa armorum & machinarum præparatione: quæ quum magno & inæſtimabili conſtent ſumptu, nec proprij ſuppeditent redditus, neceſſe eſt nouis vectigalibus vexare populos, nouas indicere præſtationes, nouas anga-

rias: augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradere marsupia, imò viscera pauperum, paruos atque magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, vt quum inuisos manifestè se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, coniectare omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, vt quos iniuria affecit, nunquam reuocari in amicitiam, nunquam mitigari, & ad veniam moueri posse putet: proinde magis insurgitur, grauiores itur in iniurias. Hunc proscribunt, illum carcere includunt: quorundam patrimonia publicant, alios iugulari aut strangulari iubent. Voluntate pro ratione vtuntur. Eorum quoque quos tantis læserunt malis, cognatos, affines, amicos, socios, seruos, quasi fidei suæ diffidentes, persequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt sibi, acuúntque ipsi non minùs odia. Nam non minùs rebus suis ac saluti suæ timent. Ita pedetentim ciuitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit nouas cogitationes, noua consilia molitur. Mox eò deueniunt; vt hæc intelligentes videant quantæ ruinæ quantóque præcipitio subiaceant, quàm tenuissimo quasi quodam filo pendeant imperia sua. Tunc cernas eos pallere, tristari, consumi, expauere omnia, torqueri scelerum suorum conscientia (quæ prima est pœnarum omnium) timere hostium insidias, ciuium conspirationes, domesticorum proditiones, oppressorum vindictas. Tunc securum nihil existimare, nisi quod vi ac ferro tueantur. Propterea non credunt se tutò cuiquam, non ministris, nõ necessariis, non germanis, quorum maiorem etiam quàm aliorum auctoritatem magis formidant. Arcent se ab aspectu & præsentia omnium, cingunt se fossis & aggeribus, claudunt se arcibus, quasi ad perpetuos damnati carceres. Custodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis, vt obsideri eos putes, circumuallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil iucundum. Dormiunt cum magna inquietudine, cum maiore etiam vigilant. Terret illos conuentus hominum, angit solitudo: timent colloquia, timent salutationes, timent dona. Suspecti illis aditus, suspectæ sellæ, suspecti cibus & potus, qui nec etiam nisi prægustati sumuntur. Suspecti pellicum & item vxorum tori: quibus mirum est cur sine cuiusquam prægustatione congrediantur. Ipsos verò quorum se custodiæ commiserunt, non minùs extimescunt: quibus quum carere nequeant ob tutelam suam, eo magis augetur eorum timor & miseria, quo armatos pro firmiore illos præsidio esse necesse sit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abiectissimos quosque sibi deligunt, eósque frequentiùs comitãtur. Deiiciunt sæpius ac exterminant, quò saluti suæ si non alia, at saltem hac via, consulere possint. Quid fœdius & ignauius dici queat, quàm hominibus immanibus ac flagitiosis se committere: suos verò prudentes, sobrios, iustos spernere atque deuitare? Quanta ista tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens semper angore afficit metus, quo non modò animi grauiter excruciantur, sed cuncta insuper dulcia mundi dona fugantur & dissipantur? Quantæ istæ eorum deliciæ, quanta gaudia, qui tranquillitatem nunquam & pacem sibi, ne dicam populis suis aut hostibus concesserint, expertes omnino tam sanctissimi atque omnium dulcissimi boni? Quænam vbertas ista bonorum, quæ distracti aliunde, neque sciant, neque visant, neque pertractent, neque gustent vnquam? Quanta ista imperij bona, quæ quum ipsi videre & attrectare nõ possint, committant necesse est aliorum curæ & gubernationi? ignari rerum suarum, nescij omnium fermè quæ sub se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præsertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas commendationes audiunt? Quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos pœnis afficiũt? Quódque grauius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantùm extulerunt, pro sententia sua in foro quosque lædũt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant? Quid mirum si exardescunt postea populorum odia? si labefactatur postea eorum status atque desolatur? Quãta ista, quámque optanda imperia, cum quibus & seruitutem pessimam degant? subiecti tantis perturbationibus, tantis insidiis: subiecti ipsis etiam quos sibi subiecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicuius

cuius criminis rei: coarctati instar ferarum: exclusi ab omni quæ foris capitur recreatione: priuati libertate, quod est tã dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, sed cæteris insuper quibuscunque animantibus: cuius priuatione quid est quod tristius aut infelicius cõtingere possit? PAL. Non credis Charon bonos aliquos, mitisque & moderatę naturæ Tyrannos esse? CH. Imò multos credo: sed tanta est dominãdi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, vt quos semel inuaserit, sint summa quanuis bonitate præstantes, adeò illiciat eos, illiciénsque deprauet, vt vita potiùs quàm imperio quod iam occupauerunt, carere possint. Vel ad conuersandũ, vel ad amplificandũ contendunt vnguibus dentibúsque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui nõ conseruationis amplificationísq; suæ gratia, multis magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas non plurimùm timere, plurimásve pati anxietates contingat. PAL. Miror cur tantis in malis, quæ planè ita vt narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciũt cupidine honoris & gloriæ: quod nimirũ tam præstans atque excellẽs bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modo expostuisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assurgi sibi, via decedi, inclinari ceruicẽ, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & diuina numina plurimùm capiant, facilè intelligi potest quantum & his quoque mortalium mentes capiãtur. CH. Quæ tanta capere potest Tyrannos vllos honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certò inuisos omnibus esse sciunt? A quibus si laudentur, si adulentur, si sibi assurgatur atque incuruetur, intelligũt palàm vel assentationis vel timoris caussa id fieri? Quare non est ita dulcis vt putas, huiusmodi honoris & glorię extorsio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is est qui in priuatos homines ab amicis & beneuolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutẽ. Vera ista gloria vetus, iste honor, ac dignus quidẽ quo & diuina numina capiantur. PAL. Nullam ergo video caussam cur tantopere imperia desiderentur, desideratáque conseruentur: nisi quòd habẽdi cupido, A qua tãtum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò enim quisq; plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum, acquirere possit, nulli parcit labori quantumuis magno & intolerabili: neq; vllus tã amarus labor, quin propter quæstum & maiorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyrãni super omnes plus possideant, super omnes etiam beatiores videntur, licèt cętera eis tristia sint atque peracerba. CH. Neque istud quidem affert vllam beatitudinem. Nam in primis non efficit diuitem maior abundãtia, sed minor cupiditas. Qui enim paruo contentus est, id tantùm cupit, quod B necessitati vitæ sufficiat. Is abundè est locuples, propter honestum, quod facilius implere potest, desiderium: quod quum & impleuerit, liberatus est ab omni qua alij rapiuntur habẽdi anxietate. Qui verò quantumlibet diues plura cõcupiscit, pluribus indiget, quia perseuerante acquirendi insatietate efficitur minùs voti cõpos. Quo enim magis crescit multarũ rerum possessio, magis etiam cupiditas: neque finem vnquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non est iudicandus quisq, vel locuples multitudine, vel pau- C per paucitate diuitiarũ: sed vel rerũ magis implemento, vel necessitate. Nam si multitudinẽ excedunt sumptus, quomodo potest is credi diues, qui minus habet quàm necesse esset? Quare cùm necessitatẽ sępius magnam patiantur qui tãtam imperij molem administrãt, indigentiores etiã putandi sunt priuatis hominibus: quibus licèt tenues sint opes, at necessitatibus saltẽ suis vel pares sunt, vel superiores. Taceamus graues quas quotidie expilationes vel rapinas perferũt à quæstoribus suis, & ab his maximè quorũ fidei magis credunt: qui quo maiora etiã nacti D sunt imperia, eò maiora vtiq; furta, maioremq; proinde rerum suarũ diminutionem patiuntur, à quibus priuatos saltem homines liberos esse constat, qui & diligentiùs patrimonia sua ipsi per se curare, & attentiùs omnia intueri possunt. Dicamus verò curas & labores quos in administrandis tantis opibus, gubernãdóque tãto potẽtatu tolerare eos oportet, quorũ fortiores quàm Herculis humeros esse necesse est ad sustentandã tantam molẽ: plures etiam quàm Argi oculos ad tantam rerum varietatem peruidendam atque distribuendam: plura quoque quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligẽda

examinandáque tot ac tanta cùm hostium tum populorum suorum quæ illis negotia deferuntur. Quę tanti animi vis, quæ non debilitetur? quæ tanta soliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta promptitudo, quæ non remittatur? Cuius est tanta valetudo, tantum robur, qui se tam vasto curarum pōderi parem audeat polliceri? Cuius est adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perseuerās, quin tam multis támque continuis laboribus non defatigari, non quassari, nunquam quoque confringi possit? Omittamus mortales: de nobis tantùm, qui hæc vltima loca colimus, loquamur. Vtrum putas Palinure beatiorem esse, vel me, qui pauperrimus sum omnium, qui nihil præter hanc quam cernis pusillam lintrem possideo: vel Plutonem, tám lati támque immensi regni tyrannum? Intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis iudicium prolaturus. Crede mihi, minimè meum cum suo statu cōmutarem. PAL. Quare? CH. Quia lætus ago, & summa cum quiete. Non vllius rei vllam gero, nisi transuehendi hasce huc descendentes animas, & conseruandi incolumem hunc fascelum meum, solicitudinē: in quo dicam tibi quicquid est quod me grauet. Cùm enim propter vetustatem fatiscat aliquando rimis, curare me oportet vt restituatur integritati suæ: quare eum cōsuo sæpius, & obstruo si quid rimarum est: hæc omnis mea cura est, hic omnis labor. At Pluto cum tantis diuitiis suis, ac regno tanto, nunquā lætatur, nunquam quiescit: tot curis carpitur, quot repletur hic vmbris locus. Implicatum semper habet vbique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intētus locis, omnibus occupatus ministris: huic mandat, illū terret, alios acciri iubet. Metum illi omnia incutiunt: nunc terrę hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illū trepidare cogit lāpas Phœbi, ne vlla ex parte irradiet regno suo. Sępe & fulmen magni fratris, ne penetret Auerna atq; labefactet. Quoties vidi ego illum, dum rebus suis timet, inuectū summo curru peragrare omnem hanc regionē, lustrare fines, scrutari omnia diligenter, ascendere etiā in superum orbē, circumire terras, perueſtigare quodcūque periculū perferre posset, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere? quæ cùm multis in locis, tum maximè ea solet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, prōpter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquassat illam patriam. Nam postquam ipse ausus fuit bella inferre cœlo, iniecêre superi eius corpori Trinacriam, sub qua ab omnibus vndique montibus pressus & grauatus, conatur sæpe se attollere, impositáque sibi reiicere: proindéque magnos concitat motus, ac tantos quidem, vt hæc loca nostra concutiat grauiter & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optanda sit sors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus: quem tot oporteat præcauere pericula, tot dispensare ministeria, omnia percensere, omnia corrigere, omnia vel ipsum gubernare, vel aliis gubernanda cōmittere. Attende rogo, & vel ex vno collige eius felicitatem. Nam si me deficere cōtingeret huic nauiculario ministerio, quod ita necessarium est vt vides, necesse esset eum vices meas subire: ne alioquin deficiente portitore, regno suo malè succederet. PAL. Hoc profectò non modò verum esse video, sed manibus etiam ipsis (vt aiunt) tango. Nā ea nocte qua aliàs somno grauatus è puppi in mare excussus fui, id continuò sensit Æneas meus, qui errantem sine magistro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipsa nocte, non indignatus quòd quę sceptrū gestare solebant, remū etiam manus attrectarēt. CH. De magno eius germano nihil loquor: non me latet quantos & ille labores ac curas sustinet: sed id præcipuè scio, quum temeritate Phaëthōtis totus penè orbis conflagrasset, quantū tunc regno suo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, explorauit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem vndarū, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari possent, sed præsertim quæ sub illa quoque Phaëtōthea cōflagratione ad summum penè vsque exitium cum toto regno suo eum affecerunt. PAL. De hoc possum, quod oculis meis vidi, afferre testimonium. Vidi equidem tempore illius quam suprà retuli, horrendæ apud Siciliam tempestatis, commotum grauiter Neptunum & ex alto prospicientem vocasse ad se Eurū & Zephyrū, & increpatis acriter eis pro tanta suscitata tempestate, placasse ocyus omnia, atque tranquilla reddidisse. Quod argumentū præstat mihi cuidens plurimarū, vt inquis, ac maximarū, quòd omnia in latissimo imperio suo paria sint,

sint, curarum suarum. CH. Dic oro Palinure, putásne iam beatam esse tyrannorum vitam? PA. Minimè. CH. Optaréne viuens eorum sortem? PA. Vt quid optarem, in quo nihil omnino optãdum esse manifestè intelligo? CH. Ergo certò eos arbitraris miseros? PA. Non miseros modò, sed omnium etiam miserrimos. CH. Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. PA. Quid mirum si cæcus laudet tenebras, quas postea luci restitutus damnet? CH. Vis vt & alia eorum mala tibi referam. PA. Restant item alia? CH. Et alia, & grauiora. PA. Quid audio grauiora? haud vnquã istud credam, posse his quę modò dixisti, grauius aliquid addi. CH. Credes quum audieris. PA. Dic ergo. CH. Vides vt appropinquamus iam ripæ. non possum longiora tecum iam facere verba. PA. Rogo te mi Charon, ne fallas auidissimã expectationem meam. CH. An cæterarum vmbrarum quas in littore reliqui, auidissimam etiam expectationem vis vt fallam? PA. Non diu moraberis, perge ô mi Charon. CH. Imò diutius quàm soleo, demoratus sum: sed lentus etiã nauigaui propter te, cuius confabulatione delectabar. PA. Age ergo, vt facis, lentiorem protrahe nauigationem, vt quæ reliqua sunt dicẽda, prosequi possis. CH. Ea tandem tanta est tibi audiendi cupiditas? PA. Tanta. CH. Morem tibi geram: qua in re illud te scire velim, quòd plurimùm miseram reddit mortalium vitam instabilitas scilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quisquã sibi polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur, cuius summam quãtumuis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio violare & auferre potest? Sanè quum omnia apud mortales infirma atq; mutabilia sint, nulla tamen infirmior sors est atq; mutabilior, quàm tyrannorum, quorum etiam quo maior sit exaltatio & sublimata magis status altitudo, maior est proinde, quum mutati eos contingit, casus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, euersiones, trucidationes, vt nemo eorum ferè vnquam euaserit, qui non vel regno depulsus, vel veneno necatus, vel cruẽta aliqua & pessima morte cęsus vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optarit, quæ pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea támque amaro fine consumatur? Horret animus dicere. Nam ne credas iis tãtùm mortales subiectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licèt tam valida nobis & munita sit ciuitas, tam firma & præpotens, atque omnibus vndique præsidiis circunsepta: Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetrauit: perfregit fores, inuasit regem, exterruit reginam, quam & antè socij eius rapere adorti erãt, abstraxit Cerberum, vinctúmque eum catena tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes vmbras atque ipsos iudices fecit: me quoque non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsúmq; grauiter in mediam paludẽ exturbauit. Timui equidem tunc desolatum iri barathrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem aduenisse regni sui: neq; minùs illum cum coniuge in prædam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humaniùs cum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est: neque tamen ita cõsultum est, quin tricipiti custode suo, qui tã perneccssarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionem meam, quæ communis erat, fata coæquasset: tunc cernere fuisset vtrùm beatior vel meus vel Plutonis tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, priuatus fuissem hac nauicula. hoc enim habeo tantùm quod adimi possit. priuatus etiã fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, procul dubio inuenissem, qui ministerio meo indigentes, seruitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri fecissem, quòd pro vetusto & attrito, qualem hũc intueris, nouum mihi & magis solidum lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quãtum regnum amisisset: quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neq; par aliud regnum, vti parem ego vel meliorem nauim: neq; parem alium famulum, vti parem ego vel meliorem dominum, inuenisset. Excedo iam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantóque timore perculsus propter bella Gigantum fuit sũmus Olympi rector: cuius narratio maiorem etiam augeret eorum quæ suprà dixi, malorum confirmationem. PA. Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortaliũ fuit qui maiora quàm ego vnquam viderit eorum malorũ exempla. Quid enim extitit his temporib. Troia-

no rege maius? quid opibus ſuis cumulatius? quid operib. munitius & pulchrius? & quid demũ exitu tantorum bonorum triſtius? quid crudelius? quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduũ & longũ bellũ, tot cruentas mortes natorum ſuorum. Vidit euerſam funditus & incẽſam vrbẽ. Vidit latrantẽ coniugem, captiuas nurus & filias, populationẽ tantarum diuitiarũ: ipſe quoque, quod vltimũ reſtabat illi ſenectutis ſuę ſolatiũ, Pyrrhi enſe cõfoſſus, & crudeliſſima morte cõſumptꝰ eſt. CH. Quis meliùs me hæc nouit, qui cunctos hac ſcapha tranſuexi? A quibus & omnẽ calamitatẽ ſuam ſeriatim perdidici. Notus eſt abũdè mihi Priamus, cuius cognito acerbo caſu non potui nõ dolere: notus eſt Troilus: noti Hector & Deiphobus: nota eſt cætera tot filiorũ ac nepotũ turba: noti innumerabiles qui illo bello perierũt Troiani pariter & Graij duces. Nota eſt infinita quę tũc occidit populorum manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinẽ huc deſcendiſſe, quàm illo: quo ita laſſatus fui, vt præ multitudine omnibus tranſvehendis minimè hęc cymba ſufficeret planè. Quid opus eſt tibi monitore ad aperiendas eorum miſerias, quas tu ſubiectas oculis tuis habuiſti? Quod ſi pro anguſtia tẽporis liceret (iam enim video propius nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum tyrannorum, ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud poſſum, quod certò ſcio, tibi verum confirmare, nullum ferè me vidiſſe vnquam tyrannorum huc deſcendentium (deſcendunt porrò omnes) qui non vel alicuius veneni infectionem vel magnas vlcerum cicatrices, & ſanguinolẽtæ alicuius mortis horrida ſigna præ ſe ferret. Ita mirum eſt videre tot ac tantos necatos, confoſſos, cruentatos, trucidatos. PA. Quis nunc ſe tantis in malis tyrannum vnquam eſſe optabit? quis imperia aſſequi quæret, quę iã certiùs certo cognoſco magis fugiẽda eſſe, quàm Meduſæum caput? CH. Audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis torquentur: ſed ſi intelligeres quæ hîc apud inferos grauiora etiam illis parantur, perhorreſceres & longè magis eorum ſortẽ. PA. Ergo & alia hîc tyrannis parantur? CH. Credis, Palinure, ſcelera quæ patrant mortales, hîc aliquando impunita eſſe? PA. Hoc modò animaduertebam. CH. Animaduertendum eſt igitur tibi, quodcunque in vita peccatur, pari demum poſt mortẽ & reſpondente peccatis pœna puniri. Nam vt capias quod dico: ſi tu Palinure artem tuam nauicularią viuens malè exercueris, ſi in dominum tuũ mali quicquam vel cogitaueris, vel commiſeris, ſi inaudiens dicto ſuo extiteris: inuenies hîc tibi præparatas his quæ deliqueris, ſimiles pœnas. PA. Nihil profectò Charon ſcio quod malè egerim, vel in dominum meũ peccauerim, niſi ſomnolentam illam dormitationem meam, qua negligentiùs certè quàm debebam, me geſſi. Nam magno in periculo nauim ſimul & dominum quem vehebat meũ reliqui, niſi vigilantior ipſe & cautior meliùs ſibi conſuluiſſet: ſed pœnarum ſatis tũ ob hoc craſſum peccatum meum etiã in vita recepi. CH. Recipies etiam in morte. Ibis enim quum è naui te dimiſero, ad ſeueros iudices noſtros, qui examinant & cenſent delicta omnium. Ducẽt quoque te in examinationem, ſcrutabũtúrque crimina tua. Videor verò videre quali te iudicabunt pœnę ſubiiciendum. PAL. Quali? CH. Parem peccato tuo tibi pœnam ſtatuent. Nam quum ſomno peccaueris, æterno etiam te ſomno damnabunt. PA. Dormiam ergo in æternum? CH. Ita puto: niſi grauius ſit aliud peccatum tibi. PAL. Sic mites habeam iudices, vt non ſit grauius aliud mihi. CHA. Nullam ergo niſi ſomni pœnam patieris. PA. Non hæc grauis pœna mihi videtur. CH. Neque aſinis etiam & bobus: at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris grauiſſima exiſtimatur. PAL. Quas verò, dic, pœnas perferent tyranni? CH. Audis tot clamantes & lamentantes voces? tot horrificos planctus? tantum ſtridorem ferri? tot tractus catenarum? PAL. Delectabat me adeò ſermocinatio tua, vt his minimè animum intenderem. Sed quid audio tam triſte atque horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ ſuſtinere non poſſunt? CHAR. Sunt hæc quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quũ illi in vita carcere quemquam incluſerint, ſpoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in ſummum luctum, in ſummam egeſtatem & calamitatem deduxerint, damnati ſunt etiam ab incorruptis iudicibus ad perferendas pares pœnas. Ideo teterrimis quoq; carcerib. incluſi, ſpoliati, flagellati, rotati, cęſi membratim ac mille atrociſſimis mortibus cruentati, tantos edunt, quãtos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, cla-

mores atque eiulatus. PAL. Dic etiam mihi Charō, an his pœnis plectuntur qui magni atque primarij tyrannis assistunt? CH. Prorsus iisdem: nam suasu & cōsilio eorum maximè committunt tyrāni scelera sua. PAL. An & in vita illi beati? CH. Non secus ac tyrāni quibus assistūt: nam iisdē quoq; malis subiecti sunt. eadē enim sunt in eos populorum odia, maiora etiā inter se, eædem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, deiiciuntur sæpe à tyrānis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiūtur. PA. Tāta est ergo, támque generalis omnium calamitas. Vllā verò prorsus esse putas hominū sortem, quæ beata duci possit? CH. Imò beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. PAL. Quos perraros? CH. Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera mundi bona: qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conseruantes, extulerunt animum altiùs ad gustandā diuinam excellētiam, humana quasi sordida & abiecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis támque iucunda res est, vt incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est eius possessio, vt summa quadam vbertate ditet possessores suos. Quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter dei cognitionem habet amabile. Quę tātùm prædulcia sibi bona stabilia, perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi, supremo tādem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hila, ieiuniora papis volantibus, fugit, contemnit, abiicit, cōculcat: contentúsq; se ipso, ac honestissimis suauissimísque studiis suis totū nihili mundum ducit, ruētem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & iucundam agit vitam, ridet tantas hominū, támque stultas, & vltro sibi quæsitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas. Nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eum omnes, prædicant, admirantur, beneuolentia complectuntur, fauore prosequuntur. Quàm verè hic beatus est, qui conscientiæ suæ innocentia & integritate fruitur! Quod primum est dulcius omnibus, bonus securúsque sui, nullo timore angitur, nulla angustia torquetur, non timet largas (quibus caret, quásque nihili facit) diuitias sibi à potētioribus eripi. Non timet à quocunque se lædi, qui nec quenquam se læ- A sisse certò intelligat. Quàm verè hic felix est, qui tot tantisque semotus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, sibi semper aliisque iucundus, lætetur semper, & omnibus quotquot sunt mundi honestis, & his etiam quæ cœlibum communes sunt, perfruatur voluptatibus: qui humanioribus sanctioribúsque deditus studiis, cōtemnat omnia, cōtemnénsque omnia possideat. Nam is possidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia: contēnénsq; ita id assequitur quod B desiderat. Desiderio verò suo frui, ea demum vera & sola beatitudo, beatorúmq; omnium plenitudo est. PAL. Hi ergo cū nihil mali egerint, pœnarum etiā nihil patiuntur. CH. Nihil prorsus, imò propter transactam bene vitam, meritum magnū assequuntur. PAL. Quod? CH A. Vel cœli fiunt incolæ, cōmunicántq; æternū illis cœlestibus bonis: vel si huc descendunt, mittuntur in Elysium: qui locus est quietis ac deliciarū, vbi sedes fortunatæ, cāpi aperti, læti, omnium omnino pœnarum expertes. PAL. O si mihi ad mortales redire aliquādo cōtingeret, inclamarē C quàm magna possem voce, admonerem de suo quenq; officio & dignitate, accusarem tantam laborum frustrationē, tantam curarum vanitatem, tot corruptas opiniones, peruersáq; iudicia: sed quā maximè increparē, qui vel magistratu quopiam magno vel imperio cæteros antecedunt: ostenderē tanta, quę antea ignorabam, sed te docente nunc intelligo, mala eorum, grauissima, dictu horribilia: reuocarem omnes à vitiis, ab inferendis iniuriis, ad meliorem victum, à superflua agendarum rerum cura: incenderem desiderio virtutis: laudarem innocentiam, D prædicarem frugalitatem, exhortarer cunctos ad bene, grauiter, castigatéque viuendū, ad se cognoscendum, ad contemnendum tot caduca, & somni cuiusdam vel vmbræ magis similia mundi bona: inuitarem ad honestas artes, ad ingenuas exercitationes, ad studia literarum, ad spem ac cōtemplationem diuinæ bonitatis. CH. Et rectè sanè: sed vides nos ripam attigisse: egredere iam. PA. Et iam egressus sum. Ad iudices eo. Placidā opto tibi semper nauigationem. Salue ô Charō, & vale. CH. Et ego ad reliquas vmbras redeo. Placidos opto tibi semper iudices. Salue Palinure, & vale.

Interlocutores, MERCVRIVS. VIRTVS.

VIrtus dea per epistolas orauit modò, A vt ad se irem. Eo vt perconter quidnam me velit, illico ad Iouẽ redibo. VIR. Salue Mercuri: agò tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit vt non penitus despecta ab omni cœtu deorum sim. MER. Expecto quid narres: tu modò perbreues narrationes facito: nam edixit vt confestim ad se redirẽ, Iupiter. VIR. Etiámne tecum nobis non licebit nostras ærumnas exponere? Quos igitur habebo vltores iniuriarum, si non modò apud ipsum maximũ Iouem, verùm & apud te, quem semper in fratris locum habui, colui, obseruaui, condolẽdi facultas negatur? O me miseram, ad quos confugiam? vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita despiciar, malo esse truncum aliquem, quàm deam. MER. Tandem effare, dum præbeo operam. VIR. Viden' quàm sim nuda & fœda? Hoc ita vt sim, efficit Fortunæ deæ impietas atque iniuria. At eram sanè ornata apud Elysios campos inter veteres illos amicos, Platonẽ scilicet, Socratem, Demosthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & eiusmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piissimè atque religiosissimè coluere. Interea loci cùm iam non pauci salutatum ad nos aduolassent, è vestigio Fortuna dea insolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba consepta atque stipata, properans ad nos, iactabunda, En, inquit, plebeia, túne maioribus diis aduentãtibus non vltro cedis? Dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri: ac nonnihil ita concitata, inquam, Neque tu maxima dea his verbis me plebeiã efficies: neque si maioribus cedendum est, tibi turpiter cedendum censeo. Illa verò illico in conuitium sese effert aduersum me. Prætereo hîc quas contumelias in me primùm dum hæc inter D nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philosophus cœpit contra eam nonnulla de deorum officiis disputare. Illa excandescens, Apagite hinc verbosi, inquit. Non enim decet seruos deorum causſam susc ipere. Cœperat & Cicero orator plura velle suadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens, latera illa sua gladiatoria ostendẽs, grauissimúmque pugnum in os Ciceronis iniecit: hinc cæteri mei amici perculsi metu, fuga sibi properè cõsuluere: neque enim Polycletus periculo, aut Phidias scalpro, aut Archimedes horoscopo, aut cæteri inermes aduersus audacissimos armatos, eósque prædis atque homicidiis suetos, bello ad sese tuendos valebant. Ergo me infelicissimam, ab ipsis diis omnibus qui tum aderant, atque hominibus, desertã, pugnis ac calcibus totam confregere, vestes meas diripuere, in lutum prostratam reliquere, demum abiere ouãtes. Ego verò ita confecta, cùm primùm licuit, conscendi huc vt Iouem Opt. Max. his de re- B bus facerem certiorem. Iam quidem mihi vt intromittar expectanti, mensis elapsus est: dúmque id vt impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, nouas sẽper aliquas excusationes audio. Aut enim deos aiunt vacare vt in tẽpore cucurbitæ floreſcant, aut curare vt papilionib⁹alę perpulchrè pictę adsint. Quid? igitúrne verò aliquid semper habebũt negotij, quo nos excluſas teneãt ac floccipendant? Tum etiã & villicus susc epit curam dudum, ne cucurbitæ siti pereãt: nos tamen neque diis neque hominibus cordi sumus. Has ob res te iterũ atq; iterum C precor obtestórq; Mercuri, qui semper apud deos ipsos interpres extitisti, vt causſam hanc meam iustissimã atque piissimã susc ipias. Ad te confugio, te supplex oro. In te omnis mea sita est spes atq; expectatio. Da quæso operã, ne dum à vobis excludor, ipsis quoque mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidẽ dedecus deorũ ordini, vbi homũculi me tametsi infirmam deam floccipendãt. MER. Audiui, doleo: verùm pro vetere nostra amicitia vnũ admoneo, durã nimis atque difficilem causſam te aduersus Fortunã susc episse. Nam & Iupiter ipse, vt cęteros omittã Deos, cũ se ob acceptabeneficia nimiũ Fortunę debere sentiat, illius vires atq; potentiã veretur. Ea enim ad cœlũ diis ascensum prę- stitit: atq; vbi velit, valens sua armatorum manu eiiciet. Qua de re, si sapis, inter plebeios deos ignota, quoad Fortunę odium extinctum sit, latebis. VIR. Æternum latitandum est. Ego & nuda & despecta abeo.

Λουκιανοῦ εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίβλον.

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψε, παλαιάτε μορφά τε εἰδώς,
Μωρὰ γὰρ αἰνέφοισι καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά.
Οὐδὲν ἐν αἰνέφοισι δίχριδον ἔστι νόημα.
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέρωσι γέλως.

*Lucianus in ſuum ipſius librum.* Iacobo Micyllo interprete.

LVcianus ſcripſi hæc, antiquáque ſtultáque doctus:
Id quoque enim ſtultum eſt, quod tibi valde ſapit.
Nil homini certum eſt, nec voto viuitur vno:
Sed ridens, eadem hic eleuat, ille probat.

Εἰς ἀσώτους.

Τὴν πατρικὴν πλοῦτον νέος ὢν Τήρων ὁ Μενίππου,
Αἰγρῶς εἰς ἀκρατεῖς ἐξέχεεν δαπάνας.
Ἀλλά μιν Εὐκτήμων πατρικὸς φίλος ὡς ἐθέωσεν
Ἤδη καρφαλέῃ τειρόμενον πενίῃ,
Καί μιν δακρυόεσσαν ἀπελάμβανε, καὶ πόσιν αὐτὸν
Θῆκε ζυγαστὴς ἐσθλός, πολλὸν ὀπιμείλια δούς.
Αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρωνι πρὸ ἐλπίδα ἦλυθε πλοῦτος,
Αὐτίκα ταῖς αὐταῖς ἐπεσέφερ' ἐν δαπάναις,
Γαστρὶ χαριζόμενος πᾶσαν χέειν, ἅ κε κόσμον,
Τῇ δ' ὑπὸ τὸν μαστὸν γαστέρα μυρσίνῃ.
Οὕτω μὲν Θήρωνα δὶς ἀμφεκάλυψεν
Οὐλομένης πενίης κῦμα παλιρρόθιον.
Εὐκτήμων δ' ἐδάκρυε δὶς, οὐκ ἐπὶ καινόν,
Ἀλλὰ ζυγαστὴς ἐσθλὸς ὁμοῖα τε ἠδ' ἀάλαμον.
Ἐγὼ δ' ὡς οὐκ ἔστι κακῶς κεχρημένον ἄνδρα
Τοῖς ἰδίοις, εἰ μὴ πιστὸν ἐν ἀλλοτρίοις.

*In Theronem prodigum.* Lilcinio interprete.

Quum iuuenis Theron bona, filius ille Menippi,
Patria inexhauſta perderet ingluuie:
Diues opum quidam dolet hinc accedere duram
Pauperiem, patri iunctus amicitia:
Et miſerum lacrymis ſic conſolatur obortis:
Sume animum, dos eſt en tibi ſumma genet.
Ille vbi iam præter ſpem partas, ſorte nouata,
Senſit opes, priſcum concipit ingenium.
Omnis in hoc labor eſt, ventri vt famuletur inerti
Per phas atque nephas: ſic periiſſe iuuat.
Hinc inopem rurſus ſocer arguit, omnia retrò
Dum fluitare videt, fortéque lapſa ſimul.

Iámque madent genæ, & luctu miſer omnia complet,
Nec Theron, ſed dos iam dolet, & ſoboles.
Heu nimiùm ſerò didiciſſe iuuat, aliis non
Eſſe bonum, quiſquis non fuit ipſe ſibi.

Εἰς τὸν αἰθέριον βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα προέρχεται ἡμᾶς·
Ἢν δὲ μὴ, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ προερχόμεθα.

*In vitam humanam.*

Venatorio interprete.

Omnia nos fugiunt, nil non mortale tenemus:
Et, ſi non fugiunt, nos tamen hæc fugimus.

Εἰς αὐτάρκειαν.

Ὡς τεθνηξόμενος, τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε·
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἐσθ' ὁ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας,
Φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφαρμόσατο.

*In ſufficientiam.*

Venatorio interprete.

Vtere diuitiis, veluti iamiam moriturus:
Ceu ſis victurus, tu quoque parce tuis.
Ille ſapit verè, qui res perpendit vtraſque:
Parcus erit certo tempore, largus erit.

Εἰς μικρὸν βίον.

Τοῖσι μὲν εὖ πεφάτοισιν πᾶς ὁ βίος βραχύς ἐστι·
Τοῖς δὲ κακῶς, μιανὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

*In breue æuum.*

Vito Amerpachio interprete.

Felici breuis eſt etiam longiſſima vita:
Nox ingens miſeris temporis vna mora eſt.

Εἰς ἔρωτα.

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος, ἀλλ' ἀκολάστοις
Τυχαῖς αἰθερίων ἔνδ' ὁ ἔρως πεφάσις.

*In Amorem.*

Venatorio interprete.

Non amor innodat mentes hominum, ſed amorem
Criminis accuſant, mens quibus eſt miſera.

Εἰς Χάριτας.

Ὦ κεῖαι χάριτες, γλυκερώτεραι· ὦ δὲ βραδυπὴς,
Πᾶσα χάρις κενεή, μηδὲ λέγοιτο χάρις.

Auſo-

*Auſonius in Epigrammatis expreſſit.*

Luſcinio interprete.

Munificus gratare citò, quò dulcior adſit
Gratia: nam longa mox perit illa mora.

Εἰς ἀχαρίστους.

Φαῦλος ἀνὴρ, πρὸς ὅστ' τετρημένος, εἰς ὃν ἅπασας
Αὐτλῶν τὰς χαρίτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας.

*In Ingratos.*

Luſcinio interprete.

Rimarum plenus perdit tua dona ſceleſtus:
Si ſapis, integro vina reconde cado.

Εἰς θεούς.

Ἀνθρώπους λαθεῖν ἴσως λόγῳ ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ λόγῳ δὲ θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος.

*In Deos.*

Bergio interprete.

Improbe mortales quamuis tua crimina celes,
Fallere cœleſtes non potes ipſe deos.

Εἰς κόλακας.

Οὐδὲν ὁ ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον ἔδρεν
Ἀνθρώπου κακίαν ψευδομένου φιλίῃ.
Οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγαπῶντες
Ὡς φίλον, ὧν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

*In Adulatores.*

Obſopœo interprete.

Nil homine inuenit natura nocentius illo,
Quàm qui ſynceram fingit amicitiam.
Non hoſtis vobis vltrà, ſed habetur amicus,
Talis: & hac iſta lædimur arte crebrò.

Εἰς μυστήριον.

Ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσης σφρηγὶς ὀπτικὴ θώ.
Κρείσσων γὰρ μύθων ἡ κτεάτων φυλακή.

*In Myſterium.*

Obſopœo interprete.

Fac arcana premat tacitæ cuſtodia linguæ,
Sermonum cuſtos eſt mihi maior opum.

Εἰς πλοῦτον.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς, πλοῦτος μόνος ὅστις ἀληθής,
Τ' ἄλλα δ' ἔχῃ αὐτὴ πλείονα τῶν κτεάτων.
Τόνδε πολυκτέανον καὶ πλούσιόν ὅστι δίκαιον
Κλήζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δυνάται.
Εἰ δέ τις ἐν φήφοις κεκράτηκεν, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
Σωρεύῃ ἀεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος·
Οὗτος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σύμβλοις
Μοχθήσῃ, ἑτέρων δρεπομένων τὸ μέλι.

*In Diuitias.*

Sleidano interprete.

Nobilis eſt animi theſaurus, nobilis ille
Poſtrema quiſquis parte locabit opes.
Diues erit verè, qui fidos inter amicos
Largiter effundit parta labore bona.
Sed genium quiſquis defraudat, opéſque tenacem
Congerit in teſtam, quo numerare queat,
Qualis apes, fruſtra ſtudio complebit auaro
Vaſcula, mox fuco diripiente fauos.

Εἰς τύχην.

Ἀρχὸς Ἀχαιμενίδου ἠμὴν ποτέ, νῦν δὲ Μενίππου·
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον·
Καὶ γὰρ ὁκτῶς ἔχθρος με πρὶν ἔφετο, καὶ πάλιν αὖτις
Οἴεται, εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενός, ἀλλὰ τύχης.

*In Fortunam.*

Vrſino Velio interprete.

Fundus Achæmenidæ fueram, nunc cedo Menippo,
Mox alium rurſus, mox aliúmque ſequar.
Vtque ſuum hic credit, ſic me priùs ille putauit:
Sed me, Fortunæ ſum quia, nullus habet.

Εἰς εὐτυχεῖς.

Μὴ παλαίων, φίλος εἶ ἅπασιν, φίλος εἶ μαχάρεσσι,
Καὶ σου ῥᾳδίως ἔκλυον εὐξαμένου.
Ἢν παλαίσῃς, οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
Ἐχθρὰ, τύχης τε ῥοπαῖς συμμεταβαλλόμενα.

*In Felices.*

Vito Amerpachio interprete.

Si non delinques, tibi dii que hominéſque fauebunt:
Præſtabunt faciles quæque precatus eris:
Aſt vbi peccaris, ceſſat fauor, omnia plena
Sunt odij, facta & ſors aliena tibi eſt.

Εἰς Φρόνησιν.

Ἡ βραδύπους βουλὴ, μετ' ἀμείνων, ἡ δὲ παχεῖα
Αἰὲν ἐφελκομένῳ τῷ μετάνοιαν ἔχει.

*In Prudentiam.*

Sleidano interprete.

Sit mora conſiliis. Nam ſi moderamine tractes,
Proſunt: vt ſtultè præcipitata nocent.

Εἰς βίον.

Ἐξ ὥραι μόχθοις ἐκδόσιμαι, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς
Γράμμασι δηκτύμναι, ζῆθι λέγουσι βροτοῖς.

*In vitam.*

Volaterrano interprete.

Sex horæ tantùm rebus tribuuntur agendis:
Viuéque poſt illas, littera ζῆθι monet.

Εἰς βόεγν.

Εἰ παχὺς εἰς ὃ φαγεῖν, καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ἅπαρχε,
Τοῖς ποσὶ σοῦ πρόσχε, καὶ πρέχε τῷ στόματι.

*In edacem.*

Luſcinio interprete.

Dum pedibus piger es, curſu ſuperabere, ſi non
Bucca vorax tibi iam currat, edántque pedes.

Εἰς ἀδύνατον.

Εἰς τί μάτην νίπτῃς Αἰθίοπα; ἦ γὰρ τέχνης,
Οὐ δυνάσῃ δυσφερῆ νύκτα καθηλιάσαι.

*In impoßibile.*

Sleidano interprete.

Æthiopem quid ſtulte lauas? Nam ſplendida nunquam
Nox fuerit, lumen Sole negante ſuum.

Εἰς δυσώδη.

Οὔτε χίμαιραν Ὅμηρος ἐπνέειν κακὸν ἢ καθ' Ὅμηρον,
Οὐκ ἀγέλην ταύρων, ὡς ὁ λόγος πυρίπνους,
Οὐ Λῆμνος σύμπασ', ἢ χ' ἁρπυιῶν τὰ φόβητρα,
Οὐδ' ὁ Φιλοκτήτου ποῖς ἀποσπόμενος.
Ὡς τέ σε παμψηφεὶ νικᾷν Τελέσιλλα χιμαίρας,
Σηπεδόνας, ταύρους, ὄρνεα, Λημνιάδας.

*In fœtidos.*

Baptiſta Pio interprete.

Mæonides non tale malum ſpiraſſe Chimæram
Trigeminam, aut tauros credidit igniuomos:
Non omnem Lemnon, volucrum excrementa ſororum,
Aut Philoctetæ vulnera dira pedis.
Iudicio quare populi Teleſilla chimæram
Vince, boues, ſaníes, Lemniadas, volucres.

Εἰς τύχην.

Πολλὰ δ' δαιμόνιον δύναται, καὶ ἢ προσδόκητα·
Τοὺς μικροὺς ἀνάγει, τοὺς μεγάλους κατάγει.
Καὶ σοῦ τὸ ὀφρυῶν, καὶ τὸν τύφον καταπαύσει,
Κἂν ποταμὸς χρυσοῦ νάματά σοι πρόσχῃ.
Οὐ θρύον, ὃ μαλθάσσει ἄεμος ποτὲ, τὰς δὲ μελίσσας
Ἡ δρυάς, ἢ πλατάνους, οἵδε χαμαὶ κατάγει.

*In fortunam.*

Io. Sleidano interprete.

Multa poteſt Fortuna, vel inſperata, potentes
Deiicit, ac tenues ſubuehit illa viros.
Illa ſupercilium tibi protinus auferet, etſi
Aurifero madeat flumine tota domus.

Ventus enim malua, limoſáque abſtinet vlua,
Sed veteres ornós exagitare ſolet.

Εἰς βρέφη.

Παῖδά με πενταέτηρον ἀκηδὲς ἥμισυ ἔχοντα,
Νηλεὴς εἴδης ἥρπασε Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις· καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

*In infantes.*

Vrſ. Velio interprete.

Quinquennem rapuit puerum immiſerabilis Orcus,
Curarum vacuum nomine Callimachum.
Sed me flere caue. nam paucos vt breuis annos
Vixi, ſic vitæ pauca ſiniſtra tuli.

Ἀπὸ ναυηγῶν.

Γλαύκῃ, καὶ Νηρεῖ, καὶ Ἰνοῖ, καὶ Μελικέρτῃ,
Καὶ βυθίῳ Κρηνίδῃ καὶ Σαμοθρηξὶ θεοῖς,
Σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
Τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

*De naufragis.*

Vrſ. Velio interprete.

Glauce, tibi & Nereo, Inóque tibi & Melicertæ,
Et Neptune tibi, & quos Samothraces habent:
Seruatus pelago Lucillius, hanc ego tonſus,
Nil aliud quum ſit, dedico cæſariem.

Ἀ πόλωι αἰχῶ.

Ἑλλάδα νικήσασθαι ἐπ' ἠέριον ἀσπίδα Μήδων,
Λαὶς θῆκεν ἑῷ κάλλει λιτὸν ἔπος.
Μουσῶν εἰσιδοῦσα κατὰ γήρεϊ, καὶ τὸν ἔλεγχον
Ἀνθετὸ σοὶ Παφίη, τὸν νεότητι φίλον.
Ἧς γὰρ ἰδεῖν σκυτέϊ πολιῆς πάλαι ἤθεα μορφῶ,
Τῆς δὲ σιωπηθείρῃ καὶ σκιόεντα τύπον.

*De mulieribus.*

Ad huius imitationem confinxit Latinum tetraſtichon Auſonius.

Laïs anus Veneri ſpeculum dico, dignum habeat ſe
Æterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc vſus: quia cernere talem
Qualis ſum, nolo: qualis eram, nequeo.

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης, τῆς ἐν Κνίδῳ.

Τὴν Παφίην γυμνὴν ὁδὸς εἶδεν, εἰ δέ τις εἶδεν,
Οὔτος ὁτὴν γυμνὴν στοναχμὸς Παφίην.

*In ſtatuam Veneris quæ eſt in Cnido.*

Cornario interprete.

Nemo vnquam Venerem vidit: ſi quis tamen vnquam
Vidit, erit nudam hic qui Venerem ſtatuit.

Εἰς ὃ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς αἰδέσθηκα τεῆς θεὸν ἄλλες ἄγαλμα
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

*In idem.*

Cornario interprete.

Ipſe decus formæ poſui tibi pulchra Dione,
Hac cùm nil ſola gratius ipſe habeam.

Εἰς ἄγαλμα Ηχοῦς, ὡς παρὰ τοῦ Πανός.

Ηχὼ πετρήεσσιν ὀρεσσίφιλε, Πανὸς ἑταίρη,
Αντίτυπον φθογγοῖς ἔμπαλιν ἀσσομένοις,
Παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδύ
Παίγνιον, ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύουσα ἄπιθι.

*In ſtatuam Echûs, tanquam à Pane.*

Cornario interprete.

En Echo in petris habitans ego, Panos amica,
Comparibúſque ſonis omnia quæ recino,
Oris imago loquens cuiuſuis, agricolis ſum
Deliciæ, audis quæ tu loqueris abiens.

Εἰς ἀγωνιστάς.

Οἱ συναγωνισταὶ τὸν πυγμάχον ἐνθάδ' ἔθηκαν
Απιν, οὐδένα γὰρ πώποτ' ἐτραυμάτισεν.

*In pugiles.*

Bourdelotio interprete.

Hoc Apim pugiles pugilem impoſuere ſepulcro,
Nam nullum illorum læſerat ille manu.

Εἰς ὃ αὐτό.

Πᾶσιν ὅσσιν Ελλῆνες ἀγωνοτιθοῦσιν ἄμιλλαν
Πυγμῆς, Ανδρόλεως πᾶσιν ἀγωνισάμην.
Εσχον δ' ἐν Πίσῃ μὲν ἐν ὠτίον, ἐν δὲ Πλαταιαῖς,
Εν Κλέφασιν, Πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐκφέρομαι.
Δαμοτέλης δ' ὁ πατὴρ ἐκορύσσετο σεῦ πολίτας,
Αραί μ' ἐκ σταδίων ἢ νεκρὸν, ἢ κλεινόν.

*In idem.*

Bourdelotio interprete.

Quamcumque athletis Græci ſtatuere coronam

Pugnorum, certaui hanc pugil Androleos.
Ex Pisa auriculam retuli, ciliúmque Platæis,
Ex Pythico tamen abefferor exanimus.
Seipsum Damoteles genitor cum ciuibus armat
Vt functum ex stadiis efferat, aut mutilum.

Εἰς γραμματικούς.

Ἱλαθι γραμματικὴ φιτύζοε, ἵλαθι μοῦσα,
Φάρμακον ὑβριμόθυμον ἀμειλίσσειν ἀϊδε θεά.
Ἐχρῆν γὰρ σοὶ πολλὰ τεκμαλέα δωρήσασθαι,
Καὶ βωμὸν θυέων μήποτε δυσόμενον.
Καὶ γὰρ σοὶ μεσταὶ μὲν ὁδοὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες πόντων δίκτεια γραμματική.

*In Grammaticos.*

Bourdelotio interprete.

Sis placida, inuentrix victus, sis, Musa, placata
Grammatica, inuentas cui dat Homerus opes.
Debuerant tibi multa viri donare superba,
Atque aram, cultus quam colat assiduus:
Namque tui plenæ plateæ, plena æquoris vnda,
Pratáque, tu cunctis prospera Grammatica.

Εἰς δυσώδη.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν ὁ ζοσόμος ἐξορκιστὴς,
Ἐξέβαλ' οὐχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπρῳ δυνάμει.

*In fœtidos.*

Bourdelotio interprete.

Exorcista olidus fugitat dum dæmona, verbis
Eiicit haud illum, sed feritate gulæ.

Ἔρως ῥαπέτης, Λουκιανοῦ.

Α Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει,
Εἴ τις σὺν τειόδιοι πλανώμενον εἶδεν Ερωτα,
Δεμπετίδας ἐμός ἐστιν· ὁ μανυτὰς, ἥρας ἔξει·
Μισθὸς τοι ὁ φίλτρον ὁ Κύπριδος. ἰὼ σὺ ἀγάγης νιν,
Οὐ γυμνὸν ὁ φίλτρον, τὺ δ' ὦ ξένε, καὶ πλέον ἕξεις.
Ἐστι δ' ὁ παῖς πειθὼ μάλα, σὺν εἰκόσι πᾶσι μάθοις νιν·
Χρῶτα μὲν ὑ λαμπρὸς, πυρὶ σὺ εἴκελος, ὄμματα σὺ αὖτε
Δειμύλα, καὶ φλογόεντα, κακὴ φρένες, ἀδὺ λάλημα.
Οὐ γὰρ ἴσον νοεῖ καὶ φθέγγεται· ὡς μέλι, φωνά.
Ἢν δὲ χολᾷ, νόος ἐστὶν ἀνάμερος, ἠπεροπῆϊ,
Οὐδὲν ἀληθεύων· δόλιον βρέφος, ἄγρια παίζει.
Εὐπλόκαμον ὁ κάρηνον, ἔχει σὺ ἰταμὸν ὁ πρόσωπον.
Μικκύλα μὲν πτερύγια τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει,
Βάλλει κ' εἰς Ἀχέοντα, καὶ εἰς Αἴδεω βασιλῆα.

Γυμνός μὲν τόγε σῶμα, νόος δ' οἱ ἐμπεπύκασται,
Καὶ πτερόφις ὅσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλοις
Ἀνέρας, ἠδὲ γυναῖκας, ὅτι σπουδαίοισι δὲ κἀθηται·
Τόξον ἔχει μάλα καλὸν, ὑπὸ τόξῳ δὲ βέλεμνον.
Τυτθὸν ἑοῖ ὃ βέλεμνον, ἐς αἰθέρα δ' ἄχρι φορῆται.
Καὶ χρύσεον πῦρ καὶ τὰ φαρέτρειον. ἔνδοθι δ' ἐστὶ
Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, ζοῖς πολλάκι κ' ἐμὲ πτερώσκῃ.
Παῦτα μὲν ἄγρια, πόρτα· πολὺ πλέον δὲ οἱ αὖτ'
Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα, τὸν ἅλιον αὐτὸν ὑπαίθει.
Ἢν τόγ' ἕλῃς τῆνον, δαμάσας ἄγε, μηδ' ἐλέησῃς,
Κἢν ποτ' ἴδῃς κλαίοντα, φυλάσσεο μή σε πλανήσῃ.
Κἢν γελάῃ, τιμὴν ἕλκε, κἢν ἐθέλῃ σε φιλῆσαι,
Φεῦγε· κακὸν ὃ φίλημα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐστί.
Ἢν δὲ λέγῃ, λάβε ταῦτα, χαριζόμενόν σοι ὅπλα,
Μὴ πιθέσθαι πλανᾶ δῶρα, τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

*Amor fugitiuus, Luciani.*

Incerto interprete.

Perdiderat natum genitrix Cytherea vagantem:
Anxia ſollicito quem dum per compita paſſu
Quærit, ab excelſo tales canit aggere voces:
Errabunda meus veſtigia fortè Cupido
Quâ fugiens tulerit, quiſquis monſtrârit aperto
Indicio, huic merces Veneris libanda ferentur
Oſcula: captiuum ſi quiſquam adduxerit, illi
Mox aliquid gaudens vltra dabit oſcula mater.
Quò reperire queas puerum, bis dena dabuntur
Signa tibi, cautus memori quæ mente recondes.
Huic non candor ineſt: rubor igneus inficit omne
Corpus, & ardeſcunt acri contenta nitore
Lumina, nec dulces ſequitur mens ſubdola voces.
Quippe Hyblæa ſonus vincit dulcedine mella.
Sed malè fallaci reſpondent pectore ſenſus.
Feruidus accenſa ſi quando exæſtuat ira,
Indomitos animos gerit, immanſuetáque corda
Seducit verbis, nec vera fatebitur vnquam.
Eſt puer ille quidem, magno ſed prouidus aſtu:
Ludit & interdum, ſed ludens ſeria tentat.
Dependent humeris criſpi certo ordine crines,
Nec pudor audaci, nec ineſt reuerentia vultu.
Sunt illi paruæque manus, paruíque lacerti.
Sed tamen exiguo longos de corpore iactus
Dirigit: ima ferum telo ſub tartara Ditem
Perculit, & regem manes ſenſêre ſubactum,
Candida cùm Stygio rapta eſt Proſerpina curru:
Corpora nuda gerit, nullo velamine tectus:
Verùm animus vario prudens ornatur amictu.
Prætereà aligero ſuſpendens membra volatu,
Hinc Nymphas petit, inde viros, vtróque receptus,
Viſceribus ſedem ſibi ponit, & oſſibus imis.
Eſt breuis huic arcus, ſed quo fatalis arundo
Vſque ſub aſtra ſuum ſeruat propulſa tenorem.

Auratam cernes humero pendere pharetram,
Peſtiferóſque intus calamos, quibus impius ille
Ipſi ſæpè mihi lethalia vulnera fecit.
Omnia ſæua quidem, ſed cunctis ſæuios illud:
Dextra facem vibrat, miſeráſque inuecta medullas
Paſcitur: hæc ipſum Solem ſuccenderet æſtu.
Hunc ſi nexilibus poteris conſtringere nodis,
Duc arctè vinctum, neu tu miſerare precantis.
Quamuis aſpicias manantia lumina fletu,
Decipiâre caue: neu ſi ridentia cernas
Ora, graui iubeas laxari vincula nexu.
Quòd ſi te blandis inuitet ad oſcula verbis,
Effuge: nam labris certum eſt habitare venenum.
Si verò facili promittet vulnera vultu,
Teláque, Gnoſiacóſque arcus, pictámque pharetram,
Noxia dona time: quicquid tetigêre, pervrunt.

# IO. BOVRDELOTII
# AD LVCIANI
## OPERA
# NOTAE

# CLARISSIMO DOCTISSIMOQVE VIRO, THOMÆ GVERINO, IVRISCONSVLTORVM Principi,

## *IO. BOVRDELOTIVS S.*

*FATEOR me (vir Clarißime) ſæpe peccaſſe, nam & homo ſum & adhuc iuuenis. Quid autem peccato magis conueniens, quàm ætas imbecilla, cuilibet opinioni temerè ſuccumbens: atque vbi pudor ſemel corruit, lubricis errorum caſibus inſiſtens & cum terrenis ſordibus adoleſcens? fateor igitur me ſæpe peccaſſe. Attamen dum elapſæ vitæ rationem ineo, dum tempus mihimet ipſe ſubripio, quo recordatione præterita mihi palam faciam, elapſa tipulis leuiora diiudico, hoc nouum crimen Ætnæo pondere longè grauius eſt. Nec enim antea temerarius Alcibiades in ceremonias irruperam, arcana nulla violaueram, nullas aras fœdaueram: nunc verò ſacram cryptam omnino turbaui, vnde cladis & anathematis ventura eſt execratio. Quod enim maius peccatum, & ad tui capitis iram exaſperandam violentius patrare potui, quàm notulis, quas temporarias ad Lucianum tuo iuſſu properans feſtinans exſcripſi, aures tuas obtundere? cùm ſciam quibus ceremoniis occupatus pro communi ſalute vota ſuſcipias, oracula nobis declares, Sibyllæ folia recites, meritò inter clariores gemmas & ornamenta ſeculi numerande? Peccaui, rurſúſque fateor, habes confitentem reum, quidquid iuſſeris merui, niſi merenti pœnam ſatis eſt ipſius peccati confeßio. Sed tamen ſi mihi quid grauius paratur, interim dum expediuntur pœnæ,* Vnum quod te alloquor hoc eſt: *Huius erroris mei fontem liceat paucis aperiam. Vel me in hanc impulit calamitatem extremus ille amor in me tuus, pro quo quiduis agere, quiduis pati diu decreueram. Quid enim pro tanti viri beneuolentia faciendum non fuit, cui tantummodo notum eſſe ſummus*

*honor eſt? Vel ſtellæ cuiuſdam quæ me tibi temperat vis acrior, hoc à pueritia mihi propoſuerat peccatum. Si nimio amore deliqui, cauſæ meæ patrocinatur Auſonius, dum ſibi patronus eſt:*

Ignoſce noſtri læſus obſequio ſtili,
Amoris hoc crimen tui eſt.

*Sin verò ſtellis error meus adſcribendus eſt, indignandum potiùs fatali neceſsitati quæ me voluntatis ſuæ miniſtrum elegerat. Sed quoniam in me vtrumque confluit, ira quæ in præcordiis tuis conſidebat, elabitur, túque, qui admiranda & diuina facilitate omnia diſcutis, amori tuo peccantem poſtliminio reſtituis. Imò iam neſcio quid tacitis cogitationibus Deus agat, nec ſine amoris cauſa fatale mihi fuit eiuſmodi munere licèt tenuiſsimo grauiſsimis tuis occupationibus offeciſſe, quia fortean arctior amoris linea amantiùs eum tibi ſociatura eſt, qui laudes tuas breui carminibus & longè maiori dono adimplebit.*

Tibi obſequentiſs. I. Bovrdelotivs.

*Salue Humaniſsime*

## *LECTOR.*

VEREOR ne Luciano idem accidat, ac olim Hipparchi diſcipulo accidiſſe commemorant. Hic enim cùm in celeberrima totius Græciæ frequentia, plauſum popularis auræ non tam quęſiſſet, quàm videbatur meritum acquiſiiſſe, iratam in ſe ſenſit Hipparchi ferulam, eò quòd multis placuiſſe videbatur. Ita quoniam renaſcens Lucianus multorum calculos adepturus eſt, vereor ne cenſorum virga vapulet, quibus omnia licere temporis iubet licentia. Sed de Luciano ab hac infamiæ labe vindicando non ampliùs laboro: Maior enim in præcordiis timor ſcæuit, ne ſcilicet videar cauſam meam cum alterius abſolutione confundere. Igitur, vt etiam Hipparchos illos effugiam, ea dicenda ſunt, quæ me ad ornandum Lucianum impulerunt, quibúſque rationibus potiſſimùm fretus, ſpe incerta laborem certum mihi propoſuerim. De autoris huius ſtilo, elegantia purè putéque Attica, de doctrina & ingenio dicere non vltrà contendo, iam monui. Accedebat huic rationi non minor hæc ſecunda, ſcriptorem optimum, & quem (liberè ſed verè dico) nulli Græcorum poſthabendum quiuis Græcus iudicauerit, ita antea malè de librariis meritum, vt emendatior eius editio peiores aliorum codicum editiones, corruptione longè ſuperaret. Aderat ordinis luxatio, cùm multi dialogi errones & vagi, alienas ſedes incolerent, poſtliminio reſtituendi. Nec minorem addebant occaſionis ſuſcipiendæ cauſam, nothi multi ingenuorum locum occupantes, ad quorum ſimilitudinem vtcumque videbantur accedere. Sed parua hæc, & quàm paucis percontantibus præuiſa, tam multis ignorantibus tranſcurſa. Longè his omnibus fertilior ſeges, & alacrior aggrediendi muneris diſpoſitio, ſcilicet cum his ſuperioribus accedebat autoritas viri Clariſſimi Thomæ Guerini, quæ maius apud me pondus habere debuit, quã ea quæ ſuperiùs narrata ſunt. Quid enim agendum erat, vbi præcipuus ille myſtagogus virtutis, Muſarúmque magnus ſacerdos me clientem patronus deuouebat? fateor, obſequio lubens parui, & longè impari labori ceruicem ſuppoſui. Statim enim atque tanti viri voluntas Luciano ſuccurrendum voluit, diffugêre vana illa & varia terriculamenta, quæ me in eum aggrediendi laboris diem inquietauerant, interque præcipuũ illud, quódque longè audaciorem & paratiorem prouocaſſet ad metum: nempe Lucianum ita varijs autorum gemmis ſplendeſcere, quibus edacis temporis inuiderat voracitas, vt vanus eſſet labor hominis, & ingrata caſſæ ſegetis exſpectatio errores amoliri, interpretationem demoliri, & amiſſum requirere. Verùm hæc ſæpe tacitus mecum reuolue-

bam. Anne ideo doctiſſimi ſcriptores, æternis tenebris perenníque ſitu damnandi, quoniam illorum interpretatio venuſtáſque plurima conclamatis debetur ſcriptoribus? An autorum eorum penitus deſerendum patrocinium, qui ſe totos, Chryſippi more, mortuis implicitos fatentur? An negligendus omnino Plautus, quòd Eupolis, Cratinus, Plato, Alexis, Menander, Philemon, & Ariſtophanis pars melior obliuioſo ſolo ſepulti ſunt? vt interim de Grammaticis Græcis & Latinis ſileam, quorum nomina à mortuis quos citant autoribus, vitam accipiunt. Athenæus non minore laboraſſet inuidia, ſi talis conſideratio viros clariſſimos Dalechampium & Caſaubonum ſubiiſſet, qui tamen libere hoc fateri potuiſſent, ſi ipſos, Lector, conſuluiſſes, tot eſſe in pleriſque ſcriptoribus volumina perdita, quot autores nomine ſolo ſuperſtites. Nec ideo tamen illi negligendi, quòd diuerſis illorum ſcriptis variegati ſunt, quorum nomen ſolum relictum eſt. Acriùs tamen angebar animo, longéque vehementior in præcordiis dolor ſæuiebat: Iuuenilem ætatem ingenio ſolo fretam, abſque Mſſ. Codd. huic oneri non poſſe ſufficere, emendatiores Codd. quorum ope deſtituebar, ſummam operis eſſe medelam: fatalem eam fuiſſe Luciano calamitatem, libros ſuos verè aureos pauciſſimas bibliothecas adornare. His vndique curis labenti, ſuccurrit vir doctiſſimus Nicolaus Rigaltius, qui duos è bibliotheca regia codd. Mſs. viſendos dedit; huic commodo non leue pondus addidit beneficium Petri Golmani Britãni doctoris Medici viri doctiſſimi, atque amici mei, qui Codicem ſuũ quem cum Thomæ Linacri Mſs. Cod. contulerat, commodauit. Mox implorato viri amiciſſimi ſuffragio, diligentiſſimè collatum codicem Florentinum præbuit. Erant inſuper ad manum quatuor editiones, duæ, quæ Baſileæ, altera, quæ, Haganoæ, & Aldina, editionum quas vidi corruptiſſima: quo inſtructus viatico, adorato ſyderum autore intraui nauigium: In quo quid ſit à me confectum itineris, paucis præfandum. Exordium erit ob ordine, qui in multis Codicibus turbatus erat, & hac in parte Mſs. Regiorum opem implorare, cæcum ducem itineris cœpiſſem. Suppoſititios multos diſſimili oratione notaui, quos nec Luciani ſtylus, nec ſeries, nec ætas agnoſcebat. Peccabat in Luciani ſtylum Alcyon, Amores, Demoſthenis encomium: in ſeriem, Fugitiui, Charidemus: in ætatem, Philopatris, Nero. Quoniam tamen cuique iudicandi liberum arbitrum eſt, notaſſe ſatis duxi, non ſuperinduxi. Omnia igitur Luciani opera antea edita, & ſi quid inexploratum ſub Luciani nomine deliteſceret, edendum curaui. Videbatur etiam non vltra rationem poſitum ſi Phalaridis nomini falſò epiſtolæ adſcriptæ Luciano darentur, ſed tamen aliud omnibus Codd. placebat. Nec in emendatione vtriuſque textus quidquam mihi temere licuit, tolerabile ratus, ſi per ſe ſatis niteſceret. In quo tamen emendando ἀλεξίκακε Ηράκλεις, καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε καὶ Διόσκουροι quid non fuit mouendum cùm Ανγείᾳ βαρβαρίαν ἀναπλήσασθαι ſuſcepiſſem? víderis, humaniſſime lector, & fortaſſe aliquæ venient feriæ quæ te ſoluto pectore ad collationem huius editionis noſtræ cum prioribus vocent. Nec enim emendationes meas infinitas potui notulis comprehendere. Sic autem ſuſcepti muneris conſtare rationem credebam, ſi Lucianus exiret

longè quàm antea purior & defęcatior, cum variorum interpretum verſione, câque genuina. Cùm nihil ſit efficacius atque potentius ad commouendam ὀφθαλμῶν βασανίαν, quàm in alienos labores ingenioſa ſubtilitas. Amicis tamen placuit (quorum conſilium mihi perpetuus agendi ſcribendíque tenor) vt ſi quod grauius peccatum occurreret (quod paſſim in hac verſione, partim ob codicum caliginoſam ſcripturam, partim alio fato accidit) emendarem, donec integram meam verſionem proponerem, cuius maiorem partem doctiſſimi viri iam viderant. Inuitus, feci tamen. Sed priùs nè quid exacerbatum ſentirem, ingenij candore iuuenilem licentiam calcaui, placatis manibus eorum, qui meum Syrum Romana ciuitate donauerant. Indecorum enim & iniuſtum eſt, vt qui ſemel Muſis & Mercurio litauit, alienis caſibus inſultet, & homines arguendo, ſe talem eſſe obliuiſcatur. Quod etſi hac ætate quidam etiam inter doctiſſimos numerandi faciant,

Ἦ ῥ' οἵ γ' ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ δίκαιοι,
Ἠε φιλόξεινοι, καὶ σφιν νόος ἐστὶ θεουδής,

Faxit Deus Op. M. vt hanc cacoethem à me longè longéque amoliar: καὶ μὴ ὅτω ποτε σφαλεὶην μηδὲ νόσου τῆς τοιαύτης μεμελετηκώδες πεσεῖν, vt dum ingenuæ ſimplicitatis viam ingredior, itineris tædium his artibus ſubleuem. Si quæ igitur in legenda Latina interpretatione ab autore omnino diſſentirent, aliquando mouenda cenſui, vt Lucianus integer ad oculos legentis accederet. Atque vt accuratiorem curam profiterer, Theodorum Marcilium virum clariſſimum rogaui, ne diutiùs quæ ad Lucianum notauerat, ſitu premeret; quod pro ſua in me beneuolentia fecit lubens. Sed vereor ne Deos iratos habeam, qui de me tantum volui, vt pro ampliſſimis & maximis Gilberti Cognati annotationibus breuiarium ſolum ſuppinxerim: nec illa contentus audacia, quicquid Sambuci fuerat, ebiberim. Malum factum, cuius tamen ne totus autor fiam, vltrò in ſe pœnam autores alij repoſcunt, quibus videbatur in immenſum moles illa Luciani ſuccreſcere. Fimbrias margini verſionis adſcriptas, quæ commodè lectorem iuuant, retinui. Atq; mihi ſatis hæc videbantur ad Vlyſſem meũ naufragum, atque omnibus terris & fluctibus ęiectum excipiendum: Cùm iam opere vltra partem multeſimam elaborato coactus ſum aliquot lineolas conficere, quæ variantes codicum lectiones adſcribant, & ſi quæ olim apud interpretes deprehenderim, elucident. In his prouerbia ſi quæ occurrebant, partim oſtendi, partim expoſui. non gloriam ex mendis ſublatis aucupans, non laudem. Quòd ſi quæ in tanto fortè opere irrepſerint, condonabit hoc ætas operúmque aliorum ſuperueniens numerus, & Luciani moles, in qua ad limam & lineam certam diregenda

Τίς δ' ἀὴ πάντ' ἐσίδοι; τίς δ' ἀὴ πόσον ὠπήσαιτο
Θνητὸς ἐών; μοιρῶσι δὲ θεοὶ ῥέα πάντ' ὀφέλουσιν.

Oppia. lib. 4. Kλω

Atque vtinam mihi priùs incidere contigiſſet in viri clariſſimi ſacratioris Regij conſilij ſenatoris ampliſſimi Io. Iac. Memmij Herr. filij Cod. Mſſ. ſanior fortaſſe Lucianus prodiſſet. At illud omne ſolũ votis proſequebar, in quo vltimo etiam nũc hæreo, humanioré veniã eò precatus, quò longè meliora ſunt quæ polliceor, atque in hoc voto (Lector humaniſſime) deſino.

## ΕΙΣ ΤΟΝ ΙΩΑΝΝ. ΒΟΥΡΔΕΛΟΤΙΟΝ,

τῦ Λυκιαρχοδ ὀρθωτικὼ λαμπροφάτατον.

Ηρακλῆι, πόνων δυσπήνων εἵνεκα, πολλῶς
Εστιν ἰδεῖν λαμπρὸν κῦδος ὀπαζόμενον·
Αλλὰ κἠπιον κείνου κρίνοισιν ὑπερτερον ἔμμεν
Κόσμος Αυγείου βυσσοδίων βαλέειν.
Νῶν δὲ φερεφραδίως ἀναφαίνεται λύματα καλῶν
Ἐκ ῥα κλυτοῖο βίβλων Λυκιαρχοῖο βαλών,
Νημερτὲς νικᾷς ὑὸν κρατερόφρονα Ζηνός·
Εργον ὅλως γὰρ σὸν κέρδιον ὧδε πέλει.
Τῷ δὴ ξύμπαντες σοφίης καλέουσί σ' ἄωτον,
Εὐμαθίης γὰρ ἔχεις αἶψα πολυπλανίης.
Ἐξ ὧν θὐόδμους στεφάνους ἐς σὸν κάρα πλέξας
Αλλος Φαιηῆας Φοῖβος ἅπασιν ἔμμεν.
Ωστε μάλ' ἀντεχέως κ' ὀπιζηχάδων καταλέξω,
Αἰνέαο σὺ μοῦνος εἶ γ' εἶκελος Ωκεανῷ.
Ως γὰρ γὰ ποταμοῖς ἄλλοις ὅ γε ῥέα πρῆνθε,
Οὕτω σὴν λαοῖς οἰώνομα Μουσοπόλοις.

Ιωαν. Οθεος Δμβιανός.

# IO. BOVRDELOTII AD LVCIANI OPERA NOTAE.

*Litera (p) paginam notat: (l) literam: (v) primam vocem lineæ ſeu verſiculi.*

## AD TITVLVM, ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

SIC titulum authori meritiſſimò fecimus, meliores editiones ſequuti. Mſſ. duo è Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca, quos beneficio viri Clariſſimi Nicolai Rigaltij videre contigit, nec titulum, nec ordinem agnoſcunt. A poſtrema etiam editione Baſilienſi duæ poſtremæ voces aberant.

### *Ad Somnium ſeu vitam Luciani.*

Περὶ τῆ Ενυπνίν] Non dubium eſt quin περσλαλιὰ iſtam voluerit Lucianus operibus ſuis præfigi. Nec tamen perſuaſum habeo ſcribendi exordium eam illi fuiſſe. De ordine, quem in his dialogis ſeruandum putauimus, dictum eſt in præfatione noſtra ad Lectorem.

PAG. 1. l. a. v. μιν] εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν. Habet à Platone, in quo totus eſt, & à Xenophonte, cuius eſt aſſiduus imitator, apud quos, εἰς τὰς διδασκάλους φοιτῶν. Sic p. 276. πρὸς τὰς διδασκάλους φοιτῶντα, ſic de Merc. cond. & paſſim alibi. Inde φοιτηταί, αἱ τῶν μαθητῶν. Heſych. Suid. Poll.

Diligens lector monendus eſt, Lucianum ſæpiſſimè loquendi modos eoſdem, eaſdem parœmias, & citationes vſurpare: quî enim aliter fieri potuit in tam floridâ & variegatâ ſcripturâ? Quod igitur ſemel monuerimus, illud ſequẽtibus ſufficiat. Ea ſatis conſtans ratio videbitur cur paululum in his principiis immorandum.

l. b. v. καὶ] ἡ τύχης δέ σοι λαμπρᾶς. Iacobus Micyllus, vir doctiſſimus, interpres huius λαλιᾶς, autoris mentem ſæpiſſimè fruſtratur, *& egere quodam fortunæ ſplendore.* Sic de Merc. cond.

v. αἱ δὲ] τέχνη τῶν βαναύσων. Generaliter pro qualibet mechanica. ἁπλῶς tamen βαναυσία, πᾶσα τέχνη, vt vult Heſych. Suid. vox eſt Peloponneſiaca. In Peloponneſo βαῦσος καμινον ἢ ἐργαστήριον. interp. Ariſtopha. Pollux.

P. 2. l. a. v. κἀπ] μικρὰν οἰκόπως. In Mſſ. & aliis editionibus, quoties occurrunt duæ vocales in duabus dictionibus, prior ſemper eliditur, quod ſemel monitum volui.

v. φέρων] τὴν χειρόμηκτον. *Artis proventum.* Bud. vertit *inſtam mercedem.*

v. ἐπιδώσειν] ἣ παρέξειν ἔχοντα τῶν χορηγίαν. *Quæ paratam opem ferret, quæ promptas præberet ſuppetias.* Ea repetit paſſim.

l. b. v. ὡς] ἔχων δεξιῶς. Anglic. & Mſ. δεξιῶς, minùs Atticè.

v. θεῖναι] ἀπὸ τῶν διδασκάλων. Angl. ἀπό.

v. ἀνθρώπους] εἰκότως, *ad veram imaginem*, φρόνησιν τῶν εἰκότα. Non enim εἰκότως, ibi vulgarem recipit interpretationem, cùm nullus ſenſus elici poſſit.

l. d. v. καμβύσης] Ἀρχὴ δ' ἔπι. Heſiodeum illud repetit in Hermotimo & alibi.

P. 3. l. a. v. ὁ] σκυτάλιον. De hac voce eiúſque varia acceptione copiosè Grammatici. In Cod. Flor. & edit. Baſil. malè σκυτάλιον.

v. χὴς] ὠολολύζων. Mſſ. & Angl. ὠλολύζων: de qua voce dicò ad lib. 10. Heliod.

Ib. διακρύων τὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ πλέως] τὺς ὀφθαλμὺς aberant ab vno Mſ.

l. b. v. Ομήρ.] Θεῖος μοι. Agamemnonis verba, lib. 2. Iliad.

l. c. v. ἀκὺν.] ἔναυλος. Hac dictione paſſim vtitur. ἔναυλός ὁ ὑπὸ τῆς αὐλῆς. ἦλθεν ὁ λόγος ἔναυλος ὁ ἔπ' ὀπῆς

ὧν τῆς ἀκοῆς: atque hanc vocem sic capit, dum ait χάσματά μοι τῶν φαινίππων ὧν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀθρεμβύει, &c.

v. ἦν ] Δύο γυναῖκες. totius narrationis fiue τῆ ἀντιτίν, exordium sumptum è Prodici Philosophi Hercule. Suid. in Prod. aliíque multi. verùm figmentum illud non Prodico sed Xenophonti quidam adscripserunt, vt Cic. epist. 12. lib. 5. ad Fam. Scholiast. Homeri ad 14. Odyss. Lucia. hac περιλαλιᾷ p. 7. l. d. Malè hoc illi. Prodicus enim huius autor primus, vt patet apud ipsum Xenophontem, post primum autorem alij illud ipsum tetigere, vt Max. Tyr. serm. 4. Themist. Euphrad. Orat. 3. D. Basil. ora. ad Nepot.

v. βιαίως ] ἢ καρτερῶς. Sic iungi solita in Xenophonte & Platone.

v. κρατ. ] ὅλον ἐν χέρι με. Sic in epist. amato. Philost.

l. d. v. ἀτόμοις ] τῷ χεῖρι. Sic in omnibus & Mss. & edit. sic passim, vt p. 6. τῷ χεῖρι, τῷ πέχει, & similia in Platone.

v. πῆς ] κόσμος πῶ ἀναβολῆ, vt pòst passim, κοσμιώτερος πῶ ἀναβολῆ.

p. 4. l. a. v. γυν. ] τὰς ὥμους ἕξεις καρτερὰς, vt in Deor. & Mortuor. dialog. & in Contempl.

l. b. v. δὲ ] ὁ δὲ ἐν λόγοις. Longè alia lectio concipitur ex Mss. & Angl. Cod. οἱ δὲ ἐν λόγοις, id est, qui partes τῆς παιδείας tuentur, οἱ ἐν ἔργοις ἐπαινέσονταί σε, ἀλλ' ἐν λόγοις. Recepta lectio facilior, hæc durior. παῖς abest à Mss.

v. λόγοις ] μὴ μονομαχῆς. In Flor. Cod. μονομαχεῖς, malè. hanc vocem alibi interpretatus sum.

v. χῆς ] τὸ ἀπλοῦς. Vilitatem. Hanc vocem sæpè interpretati sunt viri doctissimi. Cætera huius concionatricis habes in Piscat.

v. τὸν Δία ] Φειδίας ἐδείξε τὸν Δία Olympicum, vt patet postea, & apud Iul. Imper. in epist.

πῶ Ηρᾳ ] Πολύκλειτος ἐδείξε πῶ Ηρᾳ Argiuam. patet apud Plin. de horum duorum operibus, autor libri de mundo, Cic Tuscul. 1. Plin. c. 8. lib. 34. Val. Max. c. 15. lib. 8.

v. πῆς ] ἐθαυμάσθη. Mss. ἐθαυμασώθη.

v. πλεῖστα ] πλείστα δέ γε παίσαντα, hunc locum imitatus est Iulia. Imp. ἐ περὶ ἐμπαίων, ἐ δυσκολῶν, ἐν ἐφισάμενος ἐφ' ᾧ πῶ ἀτάμωσιν ἀθρῆσαι σῶ χρόνῳ.

v. σα. ] πάμπολλα. Angl. & Ms. παντοῖα. Sed πάμπολλα Lucianicum est: atque ipse hac dictione passim vtitur.

v. κεῖ ] εἰς πῆλος. Rectè ibi Latinus interpres εἰς πῆλος, *ad plenum*. Virg. lib. 2. Georg.

*Hunc ager ille malus, dulcésque à fontibus vnda*
*Ad plenum calcentur.*

l. d. v. θύπλης ] πῶ περόδου. Sic rectè in omnibus & Mss. & impressis. Iacob. Mieyll. nihilominus vult legi ὀπήμης πῶ περόδου.

v. τὸν ] κακὸν βίον ζῶν. Demosth. περὶ στεφ. κακὸν βίον ἔχεις, δειλῶς & πρίμων & εἰς πλησμὸν περόδοκῶν. Parœm. κακὸν βίον ζῆν λέγονται οἱ ἐν σίτοις φόβῳ καὶ σκάμμοι καὶ ἀκμὴ ζῶντες. Ex hoc prouerbio illud natum, κακῶν διλοπρᾶς. de quo Lucia. Pisc. p. 213. & sæpe alibi. D. Anast. in Epist. de huius animalis metu. Arist. c. 1. lib. 1. hist. anim. & in Physiogn. Varr. Horat. Oppia. Ælia. Apul. Iul. Poll. Sido. Neque ineleganter Q. Cornificius poëta apud Eusеb. in Chron. milites fugaces vocauit *galeatos lepores*. Horum prouerbiorum origo est quam profert Herod. in Thal. ἔστι ὁ λαγὸς ὑπὸ πάντων θηρεύεται & θηρίων & ὀρνίθων, & ἀνθρώπων. Hinc metus leporis apud Auson.

*At lepus, In me omnis terræ pelagíque ruina est,*
*Forsitan & cæli, si vanis astra tenet.*

P. 5. l. a. v. κλω. ] ἐν ἔτι ϛ. Eleganter hæc Plutar. in Pericle. statim ab initio.

v. χλιδῶ ἄξ ] χρῶν ἄκαξ, μόναις δὲ χροὶ διακόζων. Aliter Hesych.

v. δαυμ. ] ἀπαγγίλωσα. Mss. & Angl. ἀπαγγελῶ Id. Cod. pro ἀποφαίνουσα, ἀποφανῶ.

l. b. v. ὁρμῆ ] ἀκίνδυνος κόσμος. Sic passim alibi: sic Iulia. in epist. dixit ἀκίνδυνον χρυσὸν *desecatum*, ἀκινδύνους, ἀκίνδυνον, ἄφθορον, ἄφθαρτον, καθαρὸν, θεῖον, ἁγνὸν.

l. c. v. τὴς ] τὰ γωνίσματα. Dixerunt viri Clariss. hac de re dico ad Heliod.

v. σὸν ] δείξει σε τῷ δακτύλῳ. Arria. Epict. c. 1. lib. 3 Viri Clariss. Th. Marcil. Des. Heral. δακτυλοδεικτίδαι.

l. d. ἔπαθε ἀκόντος ] Sic in Harmonid. & alibi.

v. ἀποβ. ] καχηνός. Vt in Nigr. Timo. Charont. & passim.

Ibid. ] Θαυμάζοντες ἐ διδασκαλίζοντές σε. Mss. Θαυμάζονταί σε τῆς δυνάμεως. Impressa lectione alibi sæpè vtitur.

P. 6. l. a. v. ἐξῆς ] τὸν Αἰσχίνην. Plin. Diog. Laërt. Autor vitæ Æschinis.

l. b. v. μαίζ. ] ἀνακύπτων. Cod Angl. ἀναπίφων.

v. ξα ] Θαυματοποιὸν ὄνειρον. Dixi ad illud Petron.

——*somnia quæ mentes ludunt.*

P. 7. l. a. v. πων ] ὅπως ἴδῃς. Mss. & Angl. ἴδῃς, toleranda lectio, aliter tamen cæteræ editiones, atque aliter legit Interp.

v. νος ] πρὸς ἑαυτὸν, πόλεις Angl. πρὸς τὰς ἑαυτῶν πόλεις. Mss. πρὸς ἑαυτούς.

l. b. v. ἐμοὶ ] καταλαβοῦσα καὶ ἡ πατέρα. Alia lectio in Ms. καταβαλοῦσα ἐ πῶ ἐκείνην ἐσθῆτα. Recepta lectio in margine regij Cod. adscripta est.

v. μενεν ] ἐβυλεύσατο In Mss. ἐβυλεύσατο. vt hoc referatur ad patrem.

P. 8. l. a. v. μαλ. ] ἐφιλοκαλεῖ. Ms. & Basil. & Flor. ἐφιλοκολακεῖ. malè.

## *Ad dialogum, Prometheus es in verbis.*

l. c. v. Ουτ ] Προμηθία. Hanc vocem interpretor ad lib. 5. Heliod. partem priorem huius dialogi interpretatur Athen. lib. 7. Scalig. ad Eusеb.

v. κεῖ ] ὁκ ποιόδυ βόρβορος. Mirum omnes editiones habuisse βάρβαρος, cùm de menda viri docti monuissent: repetit illud Lucia. passim.

l. d. v. σοφ. ] ἐπιθυμίζεις, malè in omnibus editionib. ἐπιθυμίζεις. Alia lectio melior, de qua dico alibi.

v. ὄρεα ] ἐρωτήσεις ἐ μικτῆρα. Copiosè vir Clariss. Is. Casaub ad Theophr. Charact. in subsannationem Atticam. Id. Lucia. de Gymnas. ἐπὶ ἔρωτας ἐν τοῖς λόγοις. Sic postea ἐς πῶ Ἀθηναίων δεμνότητα πῶν σκωμμάτων. Eunap. in Liban. Liban. ipse sæpiss. sic χλιασμὸς, ἁλισμὸς, ἐμπαγμὸς, & similia Atticor. de quib. interp. Aristoph.

P. 9. l. b. v. νε ] Κλέων Προμηθεύς. Aristophan. vers. ἐπεκδ. De eodem Aristoph. in Pac.

& Thucyd.

l. d. v. ὅλον ] σωειργάζετο ἡ Ἀθηνᾶ. Omnia in quibus mentis ἀκμὴ ἢ τὸ θυμούμενον τῆς ψυχῆς deprehenditur, Mineruæ ſolent adſcribi.

P. 10. l. b. v. σωεῖς ] ὡς πολὺ ἀμορφότερα. vult Lucia. deformiora ea eſſe quibus accidit vt cum nouitate diſpliceant.

l. c. v. μάζεται ] ἡ καμάτου. Antea illam vocauit τὸ ξένον.

l. d. v. λῶς ] δέδοικα ἢ μή. Cùm viderem hæc omnia eſſe confuſa, non auſus ſum ex ingenio ſolo meliorem lectionem aſſerere, quam nec agnoſcebant vllæ editiones, nec Mſſ. hæc omnia ſic puto poſſe legi: ἔδεξε τὸν πόδα. οἱ δ' ἄνθρωποι τὸν χαλκὸν ἐπ αὐτῇ θαυμάζουσι, & τῷ ἀμυχῶδες. δέδοικα δέ, &c.

P. 11. l. a. v. κεῖσθαι. ] διαλόγῳ & κωμῳδίας. de quibus in dial. Δὶς κατηγ.

v. ἀμμά. ] χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγράφοις. Hac de re copiosè Philoſtrat. Liban. Greg. Nazianz.

l. c. v. καὶ. ] ἐν ῥυθμῷ, Sic dial. ἐπὶ ὀρχήσεως. Angl. ῥυθμῷ ἔβαινε.

v. μίαν ] προελθοῦσιν. Angl. προσαίρεσιν.

p.258.l.d. v. Tereus. *Tereus* ] Cum sequeretur Prognem vxorem & eius sororem Philomelam, ambæ versæ sunt in aues. Ouid. 6. Met. Pers. Sat. 6.

p.259.l.d.memineris. *Deum in culpa non esse* ] Cõsiderat enim id quod est in hominum moribus vt cum ipsa incogitantia precipites ruant in mala, deinde tamen iis irretiti culpent fortunam & numina. Homer. Odys. 1. Æschyl. in Prom.

## *Pro lapsu inter salut.*

p.271. l d. v. ineptam. *Clauum clauo* ] Id est, malum alio malo. Aristot. lib. 5. polit. c. penult. Cic. Tus. 4.

p.272.l.c.v. fuerit. *Pyrrhi Epirotæ* ] De quo Iustin. lib. 18.

## *De sectis.*

p.285.l.a. v. sermonem. *Cum Margite* ] Inerte & nullius precij stolidóque homine, Margitis enim meminit ex Homero Arist. atque Clem. Alex. Demosth. apud Plut. Alexandrum puerum & Margitem nominabat.

p.286.l.d.v.bet. *Fabula* ] Huius fabulæ mentionem facit Plato.

287. l. a.v. statuit. *Lynceo perspicatior* ] perspicaces intelligentes & acutè suptilitérq; videntes Lyncei dicuntur, non à Lynce animali, sed à Lynceo Argonautarum vno qui dicitabat vltra parietem videre, Hieronym. contra Ioa. Origenistam. Val. Flacc. lib. 1.

*qumque cethera Iuppiter vmbra*
*Perdiderit, solus transibit sydera Lynceus.*

Plin. lib. 4. c. 10. Cic. de eo Lucia. Icaromenip. & Dial. Menippi & Tiresiæ.

p.300.l.a. v. habente. *Pancratio* ] pancratium quid tradit Lucia. de gymnas. Philostratus de athletis refert pancratium palæstram simul & pugillatum vocari.

p.301.l.v.facite. *Olympicis* ] Olympicum certamen quinto quoque anno fieri solebat in honorem Iouis Olympici cuius autorem Herculem fuisse putant.

p.307.l.c.v.quædam. *Fuisse Phidiam* ] Plut in commentario de defectis oraculis videtur ad Alcæum referre. ὡς κατ' Ἀλκαῖον, inquit, ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα γράφοντας.

p.308.l.a.v.quam. *Nihil ista ad Bacchum* ] Hæc clausula in prouerbium abiit. quo significatur illa nihil ad rem attinere, & nimium inæqualem esse comparationem, idē in Baccho. vide Eras. Chiliad.

p.310.l.1.v.perhibent. *In Delphis* ] Delphos tellus à principio vaticinari solita fuit, quæ paulo post Daphnem constituit à qua Themis eandem facultatem adepta est, à Themide autem Apollo dono accepit, qua de re Pausan. in Phocicis.

p.311.l.d.v. etenim. *Vitam breuem* ] Virg. 10. Æn.

*breue & irreparabile tempus*
*Omnibus est vitæ.*

Horat. Od. 4. lib. 1. Iuuenal. Sat. 9.

p.318.l.b.v.Iosa. *Hip. & Chimærarum* ] Virg 6. Æn. facit. Centauros & Scyllas in infernûm vestibulo stabulare cum somniis. Centauros & Chimæram fuisse negat Lucret. lib. 4 & 5.

## *Harmonides.*

p.336.l.b.v.quodam. *Timotheum* ] Hic nobilissimus sub Alexandro magno floruit, de cuius Musica, qua Alexandrum ad bellum accendere solebat, meminit Dio, in lib. de Regno.

l.c.v.conceutuum. *Concentuum* ] Modorum seu nomotum ratio circumscribitur. Phrygio tribuit τὸ ἔνθεον Bacchanalem licentiam, Dorico seueritatem, Ionico iucunditatem Apul. lib. 1. Florid. Plut. & Boëth. in Music.

p.337.l.a.v.omnibus. *Ad noctuam* ] Noctua noctu videt, canit & volat sola, odiosa cæteris auibus in quas astuta vtitur dimicatione, nam auicularum multitudine circumdata resupina pedibus pugnat, collectáque in arcum rostro & vnguibus tota tegitur, ei auxiliatur accipiter, fœdere quodã naturæ; vt inquit Plin. Laertius scribit, Timonem Philiasium hoc nomine maximè reprehẽdisse Arcesilaum quod is populares plausus non aliter consectaretur, atque noctua frequenti auium conuentu claudi consueuit.

*Hæc ait & turbam dextra lauáque frequentem*
*Ingreditur, volucres vlulas mirantur ineptæ,*
*Illa stupet solidum, sed tu vanissimè, plebis*
*Captator, quid ob hæc tam non præclara superbis?*

sic Apologum Ang. Politia. in sua Lamia exponit.

l.b.v.delitescens. *Occultæ musicæ* ] Huius Adagij sensus est, quasuis egregias dotes ingenij, si non proferas, perinde esse quasi nõ habeas. Suet. in Nero. Gell. c. vlt. lib. 13. Ouid.

*Tu licet ad Thamyram superes, atque Orphea cantu*
*Non erit ignota gratia magna lyræ.*

## *Scytha seu hospes.*

p.340.l.a. v. non. *Anacharsis* ] Vide huius vitam & Epitaphium apud Laertium.

v.qui. *Octipedes* ] Scythico prouerbio dicebantur, quibus rusticanæ tantum opes erant, quique duos possiderent boues, & currum vnum: inter opes enim rusticanas præcipuè recenset Hesiod. bouem aratorem.

l.b.v.homines. *Ablegare* ] Morem hunc mittendi ad Zamolxim scribit Herod. in 4. Strab. in 7. Suid. in dictione Ζαμόλξις.

p.345 l.a.v.nec. *Insularis ille* ] Thelemachus sc. ex Insula Ithaca, Homer. Odyss. 3. Menelai domum ex auro, argento, electio, & ebore concinnatam, cum stupore quodam miratur.

p.346.l.a.v.moris. *Alcibiadem complexi* ] Hoc abundè scribit Plut. in Alcibiad. Aristophan. in Ranis. Valer. Max. lib. 7.

## *Quomodo historia scribenda sit.*

p.346.l.c.v.abderitis. *Abderitis* ] Conscribendæ historiæ ratio, ex Euripidis Andromeda.

p. 348. l.a.v. habitabat. *Per Cranium* ] Craneum ſchola ſeu gymnaſium, in quo Diogenes degebat ante Corinthum vt ſcribit Laërt. lib. 6. ἐτύγχανε μὲν οὖν διάγων ἐν τῷ Κρανείῳ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ.

p. 358. l. a.v. *Edeſſa* ] Edeſſa Arabiæ ciuitas antea Antiochia dicta vt ſcribit Plin. lib. 5. c. 24.

l.c.v. huiuſm. *Rhodij* ] Inter Coloſſos & ſtatuas ingẽtes in primis celebratur Coloſſus Rhodius pedibus centum & quinque altus.

p. 366. l.a.v. facere. *Artaxerxem* ] Teſtantur Hebræi ſcriptores nomen hoc, Perſarum regibus commune fuiſſe, perinde ac Cæſaris Romanorum imperatoribus.

γ l.a.v. aureum. *Equum ex Niſæis* ] Niſæa regio eſt Partyenes haud procul Caſpiis montibus, ea equos præſtantiſſimos maximóſque aluit quibus reges ipſi vterentur Strab. lib. 11. Plin. lib. 6. c. 25. Plutar. in Pyrrho, Niſæi equi meminit.

v. ſcriptor. *Neque Thucydidei* ] Æmilius Probus in Themiſtocle & Cic. in Bruto Thucydidem plurima fide dignum putauerunt.

l.d.v. gratia. *Hiſtoricus* ] Hiſtoricus omni metu carere debet, dicendi libertatem ac veritatem amare vt ſit vere παῤῥησιαστὴς leg. Cicer. 2. de Orat.

## *Hiſtoriæ veræ, liber primus.*

p. 373. l.b.v. *Mos Athletarum* ] Præfatio in veras narrationes, in qua de corporis & animi cura agit, ac docet quibus modis vtriuſque labores ſint moderandi. De remiſſione ſtudiorum leg. Quintil. lib. 1. c. 4. Cic. in off. Senec. de vitæ tranquilit. c. 15. & vlt.

p. 374. l.a.v. *Homericus* ) Vlyſſes in patriam rediturus, graui exorta tempeſtate, primùm in Ciconum littus appulſus eſt. Atq; inde rurſus ſoluens ſimili tempeſtate eiectus in Aphricam, ad Lotophagorum gentem peruenit: inde in Siciliam delatus eſt, vbi Cyclopi oculum eruit, præuſto ſtipite. Hinc in Æoliam nauigans, ab Æolo ventos coactos, in vtrem obtinuit: poſtea ad Læſtrygonas, tum ad Circen peruenit, poſt hæc in inſulam Syrenum delatus eſt. Inde Scyllam tranſiens & Charybdim, In Siciliam peruenit, tandem in Phæacenſium portum adnatauit.

l.b.v. monſtris. *Phæacum populo*) Alcinoo Corcyræ regi & eius populis Phæacibus Vlyſſes Læſtrygonas, Cyclopas & alia monſtra à ſe conficta narrabat, & iis omnia vera eſſe perſuadebat vnde Iuuenal.

*Tam vacui capitis populum Phæaca putauit*

p. 377. l.b.v. eſſet. *Endymion* ) Paſtor fuit admodum formoſus, qui cum in Latmo monte obdormiuiſſet, aliquando à Luna deoſculatus eſt, quæ in eius amorem ita exarſerat, vt fratri bigas ſuas agitandas dederit. Senec. in Hyppolyt.

*Arſit obſcura Dea clara mundi nocte deſerta*
*Nitidóſque fratri tradidit currus alite regendos*

Ouid. *Latmius Endymion non eſt tibi, Luna, pudore.*

## *Hiſtoriæ veræ, liber ſecundus.*

p. 392. l.c.v. habebant. *Momo placuit* ] Lucianus hic alludere videtur ad id quod de Momo ſcripſit Ariſtoteles de partib. animal. lib. 3. eum naturam incuſaſſe quod bobus cornua in capite nõ in armis potius addiderit videlicet quod vehementius poſſint ferire. Id Luc. in Nigr.

p. 393. l.b.v. accendebatur. *Ad proram* ] Proditum eſt à veteribus poëtis eſſe quaſdã in Oceano inſulas ad quas poſt mortem deferuntur eorum animæ qui ſanctè religioſéq; vixerint, Homer. Lucia. de luctu.

p. 394. l. a.v. ſe. *Creticum Rhadamantum* ] Rhadamãtus Lyciæ rex filius Iouis ex Europa Minoïs & Æaci frater vir iuſtiſſimus. vide Virg. 6. Æn.

v. prima. *De Aiace Telamonio* ] Occubuit ad Troiam vt ſcribunt Sophocles in Aiac. & Dictys Cretenſ. in Hiſtor.

p. 396. l.b.v. Lesbius. *Steſichorus*] Poëta propter Helenæ vituperationem oculis captus nõ prius, niſi placato palinodia oblæſo numine, videre potuit Lucia. Macrob.

l. c. vidi. *Semideos* ] Semidei non integri dij, neq; homines ſed altero parente diuino, altero humano, aut ſemidei ratione virtutis. Tertull. quatuor Gentilium deorum differentias fuiſſe ſcribit, quorum quidam ſelecti & maiorum gentium dij vocati ſunt, quidam Semidei & Heroes, quidam Medioximi, & quidam Semones.

p. 398. l.d.v. Pythagoræ. *Euphorbi*] Troianus fuit adoleſcens Panthi filius fratris Hecubæ, teſte Homero Il. 17. leg. Laert. in Pythag. & Ouid. lib. 15. Met.

p. 399. l.b.v. rumpere. *Phalaridem*) Hic Agrigentinorum tyrannus, cui Perillus taurum æneum fabricauit quo impoſiti noxij dum torrerentur tauri mugitum reddebant. Sen. lib. 2. de Clem. c. 4. & li. 2. de Ira.

v. Agrigentinum. *Buſiridem* ) Buſiris rex Ægyptiorum Neptuni & Libyæ filius qui Thraſij concilio hoſpites inuiolabat incognitos, & eorum ſanguine pluuiam eliceret cuius penuria Ægyptus nouẽ annis laborauerat. Senec. loco cit.

v. *Diomedem* ) Diomedes rex Thraciæ dum equos ſuos humana carne aleret, in Tyrida opido truculentus ab Hercule equis ipſis ad deuorandum obiectus eſt Ouid. 9. Met.

*Et ſcironem* ) Latronem inſignem qui proximos Megaris ſcopulos inſidens, in viatores prætereuntes nullo non crudelitatis genere ſæuiebat, hunc Theſeus occidit.

v. *Pityocampten* ) Schinim inſignem latronem, qui circa Iſthmi initium reſte Pauſan. miro crudelitatis genere ſæuiebat. de eo Plutarch. in Theſ.

## *Abdicatus.*

p. 457. l.a.v. opinor. *Atqui medendi ars* ) A conditione artis medicæ cuius ſtudium erat olim cum primis honorificum vt Galen. & Eraſm. comprobant.

l.b.v. etiam. *Vti arte* ] Vitruuius in Præfat. lib.6. sic scribit, Alexis poeta Comicus dicebat, Athenienses ob eam rem esse laudandos, quòd cùm omnium Græcorum leges cogant parentes ali à liberis, Athenienſium non omnes, sed eos tantùm qui liberos artibus erudiissent. Ita Plut.in Solon.

## *Phalaris secundus.*

p.471.d.v.dicitur. *Citra sementem* ] Quæ citra nostram operam casu nobis eueniunt ἀσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Græci. Id in Patas.& in Rhetor. Didasc. Natum à fabula Insularum Fortunatarum,de quibus Homer.Odyss. 9.Horat.& Lucia.

## *Alexander seu pseudomantis.*

p.474.l.a.v.hunc. *Augiæ bubile* ] Allegoria prouerbialis in hominem aut rem maiorem in modum inquinatam, qua etiam vsus est in Fugitiuis.

p.475. l. a.v. superior. *Cecropibus Eurybato* ] Nobiles facinorosi. Meminit horum & Æschines aduersus Ctesiphontem ὅτι γὰρ Φρυνώνδας, ὅτι Εὐρύβατος, ὅτι ἄλλος ἀνὴρ πώποτε ὑμῖν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο. vide Erasm.ad Prouerb. Ne in Iampygum incidas.

p.476.l.b.v. *Pharmaca* ] Hoc carmen pluribus in locis est apud Homerũ præcipuè. Odyss. ν. quod vsurpatur in medicos imperitos, qui nõ rarò venenum pro remedio ministrant.

v.egregio. *Apollonio* ] Huius vitam 8. libris Philostrat. describit. hunc Herocles Christo æquiparauit:contra quem Euseb.scripsit.

l.d.v. patria. *Pella* ] Macedoniæ ciuitas est, vbi etiam Alexander Magnus natus dicitur. Solebãt mulieres Pellæ dracones alere,eósque æstate frigoris causa collo circumdare.

p.477.l.a.v. vnde *Olympiade* ] Matre Alexandri,de qua dial.Diog.& Alexand.

v. penderunt. *Hæc duo potissimum* ] Metus & spes diuinationem & auguria repererũt. Qui impensè cupiunt, suis votis vndecunque blandiuntur, & quiduis in omnem optati euentus partem trahunt. Qui vero misere cupiunt,quauis ex re solatium formidinis aucupant.vide Lucia.in Char.& in Demonact.

p. 478. l. a. v. abducens. *Cribro Vaticinans* ] Stultè de rebus occultis diuinãs, parœmia sumpta à diuinationis genere quod suspenso circumactóque cribro peragebatur.

p.492.l.d.v. medium. *Ac ligniis ficulnis* ] Ex ligno ficulno fumũ existere acerrimum ac molestissimum Plut.in Sympos.perhibet.Si qua igitur ratio Alexandrum Pseudomantem impulit vt Epicurei κενὰς δόξας ficulnis cremaret lignis, ea (vt opinor) fuit, non vt eum nullius pretij philosophum iudicaret.

p.497.l.a.v.exposita. *In AEgialos* ] Ægialeus Phoronei,seu, vt alij volũt, Inachi filius fuit,cui Apis, cùm in Ægyptum traijceret, regnum Argiuorum reliquit. Ab eo Ægialea cognominata fuit quæ posthea à Pelope Peloponesos dicta est.

## *Lexiphanes.*

p.531.l.b.v. ipsum. *Gry vel Phuy* ] Minimum quiddam significat,aut sordes vnguium,rem videlicet vilissimam, aut vocem suillam, quam edere solent si qui grauãtur sermonem respondere. hinc hyperbole prouerbialis apud Græcos, Ne γρὺ quidem loquitur,pro eo quod est ne tantillum quidem. Aristopha.

p.532.l.a.v.ventris. *Equidem diuinatorem* ] Alludit ad Euryclem, cuius Aristopha.mentionem facit his versib.

Μιμησάμενος τὸν ὀὐρυκλείους μαντείαν & ὀβελίσκους
Εἰς ἀλλοτρείας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χἀκαθαι.

Eurycles autem ventiloquus fuit Athenis, qui vera ariolari censebatur, quòd genium haberet intra viscera:ab eo arioli ἐγγαστρίμυθοι & ὀὐροκλεῖς vocabantur. Suid. Plut. in libello de deff. oracul.

p.533.l.a.v.omnia. *Ne imiteris.* ] Sophistæ passim à Platone perstringuntur, vt quodam in loco dicat eos esse euidentem discipulorum perniciem.

v. autem. *Gratijs* ] Hesiod. in Theogo.tres facit. de his hymnus Orphei.

p.534.v.conferamus. *Dostadæ ara.* ] Sunt qui exponunt & intelligunt Epigramma Theocriti, quod βωμὸς inscribitur, ac Troili Epitaphium continet admodum obscurum.

## *Eunuchus.*

p.535.l.b. vt illud. *Nec porcellum* ] Carmen est Homer.ex Iliad. χ Virg.lib.12.Æn.hoc ita interpretatus est,

*nec enim leuia aut ludicra petuntur*
*Præmia, sed Turni de vita & sanguine certant.*

l.d.v. præterea. *Bagoas* ] Barbara lingua significat Eunuchum,quin Ouid.de Amorib.seruum puellæ custodem Bagoüm appellat.

*Quem penes est dominam seruandi cura Bagoũm.*

## *De Astrologia.*

p.540.l.d.v.Tauri.*Nam Apis* ] Osiris rex AEgypti,tandem in deos relatus cum vxore sua Iside,colitur sub imagine bouis.

p.141.l.a.v.oraculum. *Ammonis*] Ammon Iouis Epitheton, hoc est,arenarius. Iuppiter enim arietis specie in extremo Libyæ arenoso colebatur. Ammonis oraculum erat olim, vt Mela scribit, fidei inclytæ, vbi responsa oratione non dabantur, sed nutu & signis, vt scribit Strabo.

p.54.l.d.v. Endymion. *Phaëthon* ] Hanc fabulam persequitur Ouid.lib.2.Meta. Plat. Timæo. Arist.lib.4.de Mundo.Lucret.lib.5.

p.543.l.b. neum. *AEneam* ] De eo Eustat. in lib.2.Iliad.Homer.Hymno Veneris.

p.544.l.c. v. *Lycurgus* ] Plenilunium magna superstitione antiquis colebatur, & in eo mulieres partu faciliùs leuari scribit Plutarch. Prælium Lacedæmonij ante plenilunium ex Lycur-

gi præcepto non inibant. Eraſm. in Adag. Aceſſæi luna.

l.d.v.regerentur. *Arcades*] Arcades in ſummâ morum immanitatem efferati ſunt, quòd cæteris omnibus amplectentibus aſtrologiam, cæteráſque liberales diſciplinas, quarum cultu manſueſcunt hominum ingenia ſoli contempſerint, ſéque fecerint ipſa Luna antiquiores. Seru. in 2. Georg.

## *Demonax.*

p.546.l.a v.re. *Bœoticum Soſtratum* ] Huius fortaſſe meminit in Dial. Mort. & in Alexand. Pſeudom. Soſtrati cuiuſdam Sicyonij, Pauſan. meminit in Eliac. lib.2.

p.547. l. a. v. Cæterùm. *Illotis pedibus* ] Neutiquam inexercitatus neque rudis, quo prouerbio etiam vſus eſt in Rhetor.præcept.

l. d. v. parebat. *Socraticam Ironiam* ] Hinc Socrates dictus εἴρων, vrebatur enim (vt ait Cic. 1.de off.) libenter ea diſſimulatione quam Græci εἰρωνίαν vocant.

p.549.b.c. v. autem. *A Phauorino* ] De quo Philoſtrat.lib.1.Sophiſtar.

p.551.l.c. v. vero. *Herodes* ] Atticus, huius Herodis Gellius, Spartianus, Pauſan. & alij meminêre & Philoſtrat. in Sophiſt.

## *Amores.*

p.559.l.c.v. perfectum. *Taurisorus*] Sunt qui Herculem bis integrum deuoraſſe bouem ſcribunt, ſemel apud Lindum vibem, & iterum apud Oriopas Thiodamantis bouem: Callimachus Hymno εἰς Ἄρτεμ. fabulatur Herculem iam in Deos relatum, nihilominus inexplebilis edacitatis eſſe. ὑ γαὶ

Παύσατ' ἀδηφαγίης, ὅτι οἱ θεὸς ἡνδὶς ἐκείνη
Τῆμοτ' ἀροτρεύοντι συνάντετο Θειοδάμαντι.

*Tanta erat ingluuie, quanta, cùm ſcinderet aruum,*
*Occurrit Dryopum ductori Thiodamanti:*

exinde manſit apud Lindios ritus vt bos arator Herculi cognomento βυδόϊνα immoletur cum multa diratum imprecatione. Philoſtrat. Virg. lib.2. Lactant.lib.1.c.21.

p. 563. l. d. v. ſanè. *Parum ſubridens*] Veneris Gnidiæ templum, & lucum & ſtatuam Lucia. hîc egregiè eſt exequutus, vt & Plin.lib.36.

p.573.l.d.v.forraſſis. *Aſpaſia*] Idem Lucia.in Gallo teſtatur Pythagorã Aſpaſiam periclis Athenienſium ſcortum aliquando fuiſſe.

p. 574. l. a. v. plurima. *Fagus Dodonea* ] vide prouerbium Dodoneum & Cœlium Rhodiginum. lib. 29. c. 15. Sophoclem in Trachiniis de geminis columnis.

p.579.l.c.v. nomina. *Coliadas.*] Genetyllis Veneris cognomina ſunt apud Ariſtophan. de quibus vide Pauſa. In Attic.

p.581.l.d.v. &. *Furijs Oreſtes*] Delphis obſeſſus furiis, Apollinis conſilio venit Athenas in Mineruæ delubrum, cuius conſilio vincens, reuerſus eſt Argos. Has verò ferias placans vocauit Eumenidas apud AEſchylum.

p.586.l.a.v.illos. *Comaſtæ* ] Vox eſt Eidyllio-rum ſcriptoribus vſitatiſſima, pro his qui cantu puellis blandiuntur & earum amorem captant Theocr. Idyll.3.

## *Imagines.*

p.588.l. c.v. maximè. *Venerem* ] Venerem Gnidiam marmoream, Euploiam à Gnidiis nũcupatam, quam Praxiteles fecit, magni eſtimat Lucia. In Amorib. Nec me fugit id Sami contigiſſe, ab Athenæo id eſſe proditum, qui volumine 13. Gnidiæ Veneris ſimulacro effingendo, Phyrnes amicæ corporis venuſtatem quaſi exemplar imitatum eſſe Praxitelem contexuit.

l. c. v. Athenis. *Quæ in hortis* ] De Venere hortenſi vel potiùs in hortis poſita (Græcis enim ἐν κήποις Ἀφροδίτη) Lucia.in Dial.Merett.

l.d.v.illam. *Lemniam*] Lemniam omnibus Phidiæ operibus anteponit, cui & nomen ſuum, ad eam ſcripſiſſe Phidiam refert, ab his qui eam dicarunt nomen ſortitam credit in Atticis Pauſan. nonnulli à loco qui eſt in arce Athenienſium Λίμνας nuncupato, vnde & Dionyſ. Λιμναίος.

p.593.l. c.v. fuerint. *Pandionis natam* ] Philomelam intelligit, reſpicítque ad fabulam de Procne & Philomela Pandionis filiabus de quibus Ouid.in Meta.

v.multiſonam. *Orpheus & Amphion* ] De Orpheo dictum antea, de Amphione, Mercurij & Antiopes filio, Horat. in art. poët. extátque illius ſimulacrum apud Plin lib.36.c.5.

p.597.l.a.v.neque. *Aten Homericam* ] Ate dea fingitur ab Homero Iliad. 9. quam interpretantur noxam: de qua Eraſm.in prouerb. *ira omnium tardiſſimè ſeneſcit.* Bud.lib.5.de Aſſe.

## *Toxaris ſiue amicitia.*

p.611.l.a.v. *Vos Scythæ* ] Qui oram inter Tanaim & Phaſim accolunt, nunc Cercaſſij dicti, eos nonnulli Ziccos eſſe volunt.

p.617.l.c.v. tur. *A Charicles* ] Claudia nimirum quadrantaria Ciceronis in Plut.& apud Cic. pro M.Cælio.

p.625.l.b.v.adductus. *Pyramidas ac Memnonem* ] Pyramides ſtructuræ ſunt ex ſaxis aut lateribus, ab imo amplæ, in ſummo acutæ, atque in aliam molem euectæ, ad nihil quàm ad effundendum opes inuentæ. Memnonis autem huius cineres in aues tranſmutati feruntur, quæ magnis gregibus & diuerſis locis, ſingulis annis ad ſepulcrum Memnonis conuolare atque ibi primùm querulas voces edere, deinde inter ſe dimicare dicuntur. Ouid.lib.13.Met.Lucia.in Philoph.

p.626.l.b.v.per. *Cataſta ſtringebatur* ] Hæc inſtrumẽta intellexiſſe arbitror Prudent. in hymn. 1.& 5.περὶ στεφ. Cataſta autem inter alia, machinam ſignificat longæ & magnæ compedis formæ, qua ſerui vincti tenebantur, qualis à Prudẽtio deſcribitur in Vincent.

p.631.l.a.v.facimus *Inciſis digitis.*] Scytharũ amicitiæ vt concilientur, morem tradit, cui conforme eſt iuſiurandũ Catilinę de quo Salluſt.& Flor.

v.ſum-

v. ſummum. *Nam qui multis* ] πολυφιλία apud Scythas non aliter infamis fuit, quàm apud alias gentes vnius mulieris cum pluribus viris conſuetudo. Sed diuerſa ſentit Cic. lib. de Amicit. & Plut. περὶ πολυφιλίας.

l.b.v.enim. *Per ventũ & Acinacem*] Iuſiurandũ Scytharum νὴ τὸν Ἀκινάκην καὶ νὴ τὸν Ἄρεα. tametſi Acinaces vocabulum ſit Perſicum enſem ſignificans vt tradit Herod.in Polymnia.Græci tamen etiam pro gladio Scythico vſurpare ſolẽt, quem ſicut Deum quendam gens illa obſeruaret & coleret.Clem. Alex. Σκυθῶν δὲ οἱ Σκυθρωμᾶται ὡς φησὶν Ἰκέσιος ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, Ἀκινάκην σέβουσι. Ammia, lib.13.Lucia.in Tragœdo.

p.634.l.c.v. vero. *In Tergore bouis* ] .i. ſupplex implorat auxilia: natum adagium à conſuetudine ſedendi in tergore bubulo: Scythæ enim diſſecto in minimas partes boue,fœdus iungebant. Morem hunc etiam Homolottis fuiſſe teſtatur Zenodotus.

p.642.l.c.v.qualem. *Geryonem* ] Geryon Eritheæ inſulæ in Gaditano mari rex tricorpor fuiſſe fingitur,ob adminiſtrationem regni cum duobus fratribus concordiſſimam, ſunt qui trium Hiſpanicarum inſularum regem faciunt,Balearidum ſc.duarum & Ebuſi.

## *Lucius ſiue Aſinus.*

p.643.l a.v.quum. *Theſſaliam* ] Græciæ regionem cuius montes ſunt 24. nobiliſſimi, flumina quoque inſigniora aliquot, & inter celebres vrbes, Hypata, Patara, vbi Apollo dabat reſponſa hyemalibus menſibus, & Lariſſa à qua Achilles Lariſſæus dictus.

p. 646.l. a. v. Hypparchi. *Magæ* ] Non erant olim magi plebeiæ ſortis homines,ſed apud Perſas.Æthiopes,Chaldæos & Indos, ex regia ſtirpe proceres, in ſecretioribus Philoſophiæ & artis Mathematicæ arcanis educati, ſagaciſſimi ſympathiæ rerum naturalium & diuinarum exploratores.

l. b. v. vlciſcitur. [*Hos in belluas* ] De hominum & brutorum metamorphoſi in alias formas Ariſt. de Mirabil.aud.Ouid.lib.14.Met.Plin. lib. 8.c.22.Ariſt.lib.9.c.36.lib.8.c.5.Solin. lib.9. Aug. lib.18.de Ciuit.Dei.c.16.Virg.Eccl.8.

l.c.v. cognoſces. *Seruis enim* ] Quibus in domibus,aut paterf. aut materf. nequiter libidinoſéque viuit, in eis ſeruos non eſſe ſeruos, neque communi conditione ſeruitutis vti, ſed liberiùs & licentiùs viuere, quotidiana docet experientia,Cic.pro Cœl.

v.vxorem. *Paleſtra* ] Iocosè inditum ancillæ nomen vt apud Plaut.in Ciſtel. cuidam Gymnaſium.

p.649.l.b.v. circumſpiciens. *In aſinum* ] Vitia quidem non tam corpus, quàm animam, verùm hominem immutant. Sunt etiam vitia animorum veneficia, quibus auari & raptores in harpyas,libidinoſi in Satyros,obſcœni in porcos aſinos ſiue iumenta, tyranni in lupos & alias beſtias transfigurantur. Auguſt.de Ciuit.Dei.lib.18. c.17.& ſeq.

l.d.v.conſpexere. *Veriti ne fœnum* ] Non ſolum zelotypia equi laborant, ſed etiam inuidia & æmulatione.Ariſt.lib.2.Rhet.

## *Iuppiter confutatus.*

p.674.l.a.v.Apollinem. *Admetum* ] Apollo inter paſtorum numina numeratur, nam & ipſe greges Admeti Theſſali regis pauiſſe dicitur. Virg.

*& te memorande canemus*
*Paſtor ab Amphryſo.*

p.675.l.d.v.&. *Adraſtum*] Argiuorum rex,vnus ex ſeptem ducibus qui profecti ſunt Thebas, vt reſtituerent in regnum Polynicem.

p.676.l.b.v.traiecto. *Halæ* ] Halys Paphlagoniæ fluuius maximus, ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & à Meridie Syros & Paphlagonas interfluens.Luc.lib.3.Ouid.4.de Pont.

p.678.l.c.v.fatum. *Pro Siſypho*] De Siſypho ob latrocinia à Theſeo interfecto leg. Virg. 6. Æn. Ouid.10.Meta.vide Prouerb. *ſaxum voluere.*

## *Iuppiter Tragœdus.*

p.680.l.a.v. *O Iuppiter* ] Exordium ab attentione & rei magnitudine.

p.681.l.a.v.quamobrem. *Polus aut Ariſtodem.*] Sunt hiſtrionum nomina, vt infra.

l.b. v. diſputationem. *De prouidentia* ] Res & cardo totius negotij.

p.687.l.b.v.damis. *Riſu Sardonio* ] Ridere riſum Sardonium dicuntur,qui riſum rident πρὸς ὃν ἐδιδὰ ὑγῆ ſic in Aſin. Σαρδόνιον γελᾶντες ἔλεγον. i. *Sardonicè ridentes aiebant.*

p. 699.l. a. v. turbatus. *Clypeum ſe abiecturum* ] Clypeum abijcere dixit pro eo quod eſt cauſæ diffidere & contentionem relinquere. Deſperat enim quiſquis in bello arma abijcit, & aut fugam ſpectat, aut mortem exſpectat. Græci ſimplici vocabulo ῥιψάσπιδες vocant timidos, id cognominis Demoſthenes in prælio quondã emeruit. Cleonymus apud Ariſtophan.in fuc. ἀσπιδαπόλις appellatur. Plat. lib. de leg.12.declarat ῥιψάσπιδος nomen multo probroſiſſimum eſſe.

## *Somnium ſiue Gallus.*

p.705.l.c.v. *Mutus piſc.* ] Ariſt.2.de anima adimit omnibus piſcibus vocem, excepto Scaphro & Porco fluuiatili.Veteres autem quemuis piſcẽ vocabant ἔλλοπα, quòd vocem edere non poſſet. Vnde Plutarc.in Sympoſiac.& Athen.exiſtimant Pythagoricos à piſcibus abſtinuiſſe ob ἰχθυμυθίαν.

v.ne. *Per ſomnium diues*] Simile protulit Cic.in Saluſt. Paſtor quidam apud Theocr. in Eclog.9.

ἔχω δέ τι ὅσσ' ἐν ὀνείρῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν ἴδις πολλὰς δὲ χιμαίρας.
*Poſſideo quæcumque ſolent ſub nocte videri*
*In ſomnis, vim magnam ouium multáſque capellas*

v.experrectus. *O prodigiorum* ] πεφάτιος Ζεὺς Sophocl.in Oedip.Epicolon. Ζεῦ ἀλεξήτωρ πῆ ποθ' ὁ πρέσβυς. Heſychius ait πεφάτιος Ζεὺς Deos eſſe

signorum ac prodigiorum effectores.

l.d.v.Homeri *Achillis equus* ] Iliad.τ.in fine.

p.706.l.a.v.nauis. *Argo* ] Dicitur fuisse prima nauis in qua Iason cum 54. Heroibus Thessalis nauigauit Colchos ad rapiēdum vellus aureum, dicta ab eiusdē nominis artifice,alij ab ἄργος quod est velox. Facta est ex arboribus Dodonæ syluæ Epyri Ioui sacræ,quibus olim oracula reddebantur:vnde poëtæ finxerunt hanc nauem fuisse vocalem Apoll.lib.4.Argon.

p.707.l.a.v.audistin' *Mnesarchida*] Samij Mnesarchi annulorum sculptoris, de quo Laert.

v.illum. *Qui instituit* ] De disciplina Pythagorica Gell.lib.1.c.9.lib.4.c.11.Ouid.lib.15.Met.

v. vel. *Carnes gustaret* ] Senec.Epist.19.

v Pythagoras, *Euphorbus* ] Nobilis Troianus Ilirco in bello,à Menelao occisus,cuius animum Pythagoras in se immigrasse affirmabat. Ouid. lib.15.Met.

l.c.v. Samio. *Tanagræus* ] A Tanagra Bœotiæ mediterraneæ vrbe de qua Ptolom.lib.3.c.5.Plin. lib.10.c.2.

p.708.l.d.v.Pythagora. *Atqui duæ* ] Homer. Odyss.τ.

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων

Virg.6.Æn.*Sunt geminæ somni portæ* &c.

## *Icaromenippus.*

p.736.l.c.v. admodum. *Titanico vultu* ] Titanicum torum vocant ac tetricū, ac cuiusmodi ferunturfuisse veteres illi Titanes.Id.in Timo.

l.d.v.magnitudine. *Attonitus* ] ἐμβρόντητοι, καὶ ἐμβροντώμενοι à Græcis κυρίως appellantur, quorum mēs aut ictu fulminis, aut incredibili eius pauore obstupescit, vtrumque vocabulum per metaphoram ad alia transfertur. Stupidum atque animi impotentem plerumque significat. Moscop. καὶ ὁ ἐμβεβροντημένος λόγος ὁ ἐξω φρενῶν. Demost.de Coron. ἐμβρόντητοι, εἶτα τῶν λέγεις. Hos Latini attonitos dicunt,Celsattonitos quoque rarò videmus,quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo; ἀποπληξίαν hunc Græci vocant.Ouid.Trist.1.

*Non aliter stupui, quàm qui Iouis ignibus ictus*
*vuit, & est vitæ nescius ipse suæ.*

Xenoph. Anabas. γ.& ἑλλην. δ. vsus est his dictionibus.

p.738.l.c.v. posset. *Exemplo Pyrrhonis* ] Gell.lib. 11.c.5. De Pyrrhoniis loquens scribit. *Nihil decernunt,nihil constituunt.* De his Cic.in Lucull.

p.739.l.a.v.ancipites. *Ceres panem* ] Ceres Opis & Saturni filia Dea frugum fingitur, plerúmque pro pane, aut cibo accipi solet, secundum illud Terentij,*sine Cerere & Baccho friget Venus.* Cur autem ab antiquis Dea iudicata sit,quæve prima repererit,scribit Plin.lib.7.c.56.

## *Bis accusatus.*

p.742.l.a.v. *Cæco* ] Homerum à cæcitate sic dictum scribunt. Herod.& Plutarch. ὄμηρον enim cæcum appellant Cumani.

p.743.l.c.v.v.aspirantes. *Aut somnum* ] Qualis Deus sit Somnus. & somnium vid.2. Iliad. & Virg.6. AEn. De ratione somniorum vide Lucia. Somnium siue Gall.Homer.in Odyss.19.

p.745.l.c.v.lata. *Tu vero filia* ] Phurnutus Iouem Iustitiæ patrem creditum ait, ea ratione, quòd sit princeps & Imperator vniuersorum, quódque quæcunque reges facerent, vt iusta & æqua putarentur. Eadem ratione Anaxarchus Sophista in quarto Historiarū Arriani antiquos ait Ioui assistentem iustitiam fecisse,quam interpretationem Arrian.non satis probat.

ibid. *Assistens iuxta Deas* ] Harpocration scribit Athenienses vocare Erinnyes σεμνὰς θεὰς quasi dicas,Deas castas & incorruptas.Pausa.in Corinthiac.ait Semnas ac Sicyonijs,Eumenides dici ab Atticis: in Attica tamen etiam Deas Semnas vocari. Has vocat Hesiod. in Teogo. Erinnyes. Semnis Deis oues prægnantes immolabant & melicratum.

l.d.v. miser. *Gallum Æsculapio* ] Cum dracone etiam gallum attributum legimus propter vigilantiam, de quo ipsi res sacra fiebat. Quin & Socrates apud Platonem moriturus,sumpto veneno, cùm puer illi derexisset, quòd illi iam frigerent præcordia, gallum debemus ô Crito.

p.757.l.a.v.at. *Scriptorem Syrum* ] Intellige Lucianum Rhetorem ex Samota Syriæ ciuitate natum. Syria autem maioris Asiæ regio est, iuxta Iudæam,quæ hodie Syria vocatur, de qua Strab. lib.16.Plin.lib.5.c.12.& 22.Pompo.Mel.lib.1.

## *Parasitus.*

p.763.l.a.v. sibi. *Tum alij sunt vtiles* ] Plat. in epist.ad Arch.Tarent. ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε εὐθυμεῖσθαι, ὅτι ἐκεῖνος ἡμῶν, οὐκ αὐτῷ μόνον χάρησεται, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ πατρὶς μεμέλησται, τὸ δέ τι οἱ γενέσαντες, τὸ δή τι οἱ λοιποὶ φίλοι.

v.sciens. *Musica* ] Antiquitus nihil eruditum habebatur sine musica,vnde apud Comicos, qui litteras se didicisse negant, aiunt se non didicisse musicam.Musica & Arithmetica primùm instituebantur iuuenes.Athenis.Lucia.in Gymnas.

p.764.l.c.v.scripseris. *Dioni philosopho* ] Dion Alexandrinus natione, præcipuam in philosophia laudem est consequutus. Suid. Philost. & Syn.de laude caluitij. Lucia.in peregrino.

p.765.l.a.v.ollæ. *Ollæ vitiosæ* ] Vt ærea vasa tinnitu dignoscuntur. Ita homines ex sermone, huc alluditPers.Sat.3.

*sonat vitium percussa maligne,*
*Respondet viridi non cocta fidelia limo.*

Et rursus in Satyr.5.

*pulsu dignoscere cantus*
*Qui solidum crepet & picta tectoria linguæ.*

l.b.v. *Argentarios* ] ἀργυροκόπους vulgo mensor & mensarius à Græcis κολλυβιστὴς nummullarius & trapezita.

v.ad miniculum. *Adulterinos homines* ] Quod simplex non est neque sincerum,id vulgato verbo Græci κίβδηλον vocant, hinc ducto vocabulo, quòd aliud præ se ferant, aliud tegant, ἀπὸ τοῦ κάπτειν τὸ δῆλον, vel quòd Athenienses ob summum in Chios odium, si cui malè vellent, huius nomen nomismati

nomiſmati ſolent inſcribere, addita littera, iiſque in terram abiectis dira imprecari. Θρέψει τὸ τὰς χεὺς, βδελύττειν. Sed propriè nummum ſubæratum κίβδηλον appellant, & κιβδηλίαν corruptelam.

l.d.v.generoſiſſimo. *Qui conuiuas*] Hæc Platonis ſententia extat in dialogo, qui inſcribitur Gorgias, ſiue Rhetor.

p.767.l.b.v.dicere. *Philoctetem*] Eſt apud Philoſtratum in Heroic. & Homer. in Catal.nauium.

v.quando. *Græcos compeſcuit.*] Homer.Il.α.

τὸν μὲ ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε θεράπων

p.774.l.a.v.iuſſis. *Ariſtippus*] Genere Cyrenaicus maximè voluptarius fuit, canis regius à Diogene nominatus, quòd aſſentaretur Dionyſio, ad hunc Stratonem, vel vt alij Platonem dixiſſe tradunt. Tibi ſoli & chlamydem & veſtem reijculam ferre datum eſt.leg. Diog. Laert.lib.2.Horat. epiſt.lib.1.

l.c.v.autem. *Ariſtoxenus*] Muſicus dictus fuit à patre, muſicæ præcipuo magiſtro, auctore Suid. Stephanus de vrbibus, in dictione Tarentum, ſcribit hunc fuiſſe patria Tarentinum. de hoc Cic.& Gellius.

v. atque *Nelei*] De hoc Athen. lib. 1. *Paraſitus Euripid.*] Hoc abundè Suid.& Gell.lib 15.

l.d.v.extremum. *Anaxarchus*] Legend. Laert.

p.776.l.b.v. ſemel. *Iſocrates*] Et alij, quos poſtea nominat ætate eadem viuebant Athen. leg. Cic.de clar.orat.Quintil.lib.1.Plut.in Phocio.

l.d.v. vterque. *Abiecto clypeo*] Demoſthenes clypeo ſuo litteris aureis ſcripſerat ἀγαθῇ τύχῃ attamen cùm ad pugnam ventum eſſet, abiecto clypeo aufugit, quòd cùm illi probro daretur, eluſit hoc verſiculo.

Ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

Cætera huius dialogi deſumpta ſunt ex Iliad. & Odyſſ.

## *De Gymnaſiis.*

p.786.l.c.v.arido. *Illi ſtantes*] Tria erant apud Græcos certamina, pancratium, palæſtra, & curſus. De pancratio, ludorúmque generibus, quibus Græci antiqui & Romani vſi ſunt, lege Bud. annot. ad l. Athletas. De his qui notantur infam. & ad l.qua auctione ad l. Aquiliam. Gell. lib.13.c. 26. Propert.lib.3.

p.792.l.a.v.eſt. *Sydus feruentiſſimũ*] Canis ſydus quæ & canicula, ardentiſſimo æſtatis tempore exoritur, ſole primam partem leonis exoriente qui dies 15.ante Auguſti Calend. eſt Plin.lib 2. c.47.lib. 18.c. 28.

l.d.v.itaque. *Ob ſua in Remp*] ἐπώνυμοι. priſci heroes fuerunt, à quibus Atticæ tribus ſua cognomina acceperũt, his magni honores ab Athenienſibus collati, ſtatuæq; in arce eius vrbis collocatæ. Horum nomina ſi quis deſideret, Pauſaniã in Atticis, & Demoſthen. cõtra Timocr. cõſulat.

p.794.l.a.v.auſcultante. *Si quis meditato*] Apud Areopagitas oratoribus haud licuiſſe affectus mouere, vt quibus iudicũ animi à veritatis luce in falſitatis caliginem ſæpe abducũtur, autor eſt Quintil.lib.2.c.17. Igitur Athenis interdicebat præco dicturis in cõcione, ne vel præfatione vel affectibus vterentur, rem modo exponerent ἄνευ προοιμίων καὶ παθῶν.

p.795.l.d.v.mẽtem. *Muſica*] Inter reliquas Cyclicas diſciplinas primo loco muſicam diſcebãt, quam & Epaminõdas & alij nobiles viri ſumma cum induſtria conſectati ſunt, vt admonet interpres Ariſtoph.in Equit.& Athen.lib.14.

p.796.l.d.v.dixi. *Sophiſtæ*] Cum tam crebro fiat ſophiſtarũ Philoſophorúmq; mentio, nõ inutile fuerit diſcrimẽ eorum explicare, idq; ex Iatone potiſſimũ, qui ſophiſtã his ferè coloribus depingit, vt ſit auarus, ambitioſus, vanus, & virtutis expers, in nugis occupatus, ac propterea tum fugiendus, tum contemnendus. Contra philoſophus, ſummũ ac propè vnicũ virtutis & veritatis ſtudiũ habet, cætera omnia vel leuiora ducit, vel cõtẽnit, probitatis & ſapiẽtiæ magiſter & exẽplũ.

p.805.l.a.v.cotúrnices. *Gallos gallinaceos*] Plinius ſcribit Pergamis, omnibus annis ſpectaculũ gallorum gallinaceorum certantium ſolenniter ac publicitus edi ſolitum, ſeu gladiatorum. Id & Athenis factitari cœptum eſt. Æliano referente, à Themiſtocle ſuperatis Perſis.

l.d.v.aram. *Lorũ ac flagellis*] Ad Dianæ Orthiæ aram pueri Lacedæmonij flagellabantur, vt patet apud Pauſa. in Laco. Cic. 2. Tuſcul. Plut. in Lycurg.Tertul.in Apologet.

## *De luctu.*

p.808.l.a.v.ſapientes. *Vocant Idiotas*] ἰδιώτης ὁ ἀπολίτευτος, ἢ ὁ ἀμαθὴς, ἢ ἀγράμματος. leg. Cic. 7. Verr.

Ibid. *Homero*] De Homero fabularum patre vide Menippi & Æaci dialogum.

v. eſſe. *Tartarũ*] Tartarus Heſiodo is locus eſt, in quo Saturnus & eius comites cõtinentur: ſæpè tamen pro loco inferorum capitur. Sed eum eſſe aërem ſub vtróq; cardine craſſum, perpetuo frigidũ, Crates ſcribit. De inferis & Campis Elyſijs ſcripſit accuratè Virg.ex Gobria Mago.apud Academicum Xenocratem. Sed an inferi ſint, & de inferorum pœnis Cœl. lib.6.c. 9. Dicitur autem Tartarus à ταράττω vel à τρομεῖν.

l.c.v.horrentis. *Cocyti*] κωκυτὸς à luctu & eiulatu nominatur lacus autem eſt inferorum, qui ex ſententia Homeri Odyſſ. κ. ex Styge manat, de quo Senec. Hercul. fur.& Virg.6.Æn.

v.grauiſſimum. *Acherontica*] Inferorũ fluuius à nomine Acheron, carminibus poetarum celebris, quaſi ſine gaudio, Virg.2.Georg.& 6.Æneid.

l.d.v.eſt. *Æacus*] Tres ſunt inferorum iudices, de quib. Virg.6.Æn.Ouid.in Ibin. Iouis filij fuere, Æacus ex Ægina Aſopi filia, Minos & Rhadamantus ex Europa, vterque Cretenſis, hic Lyciæ rex, ille Cretæ.

l.d.v.que. *Canis triceps*] Cerberus à poëtis fingitur eſſe canis triceps inferorum cuſtos.

v. eos. *Aſphodelo*] Aſphodeli mentionem & Homerus fecit, ſi traditũ; manes eo veſci. Heſiod.lib.1.oper.

v.eóque. *Lethæ*] Lethæi amnis Ptolemæo & aliis fit mentio, dicitur ἀπὸ τῆς λήθης ab obliuione.

p.809.l.d.v. *Loto*] Lauabant Ethnici olim ſepulturæ danda corpora, Eurip.in Hecuba οὐ πᾶσι δὲ λυτροῖς τοῖς παισὶ πέμπω λύσιν.

p.812.l.c.v. *Græcus exurit*] Homer.in funere Patrocli docet Græcos cadauera combuſiſſe.

ib. *Persa defodit* ] Persas cera circumlitos mortuos condire solitos scribit. Cic. quod & Asinijs attribuitur Strabo etiam, sola, inquit, sepeliunt corpora Persæ cera oblinentes.

ibid. *Indus adipe suillo* ] Inungebant cadauera, pollinctores & libitinarij, quæ in pyra mox cremarent. Virg.

## *Rhetorum præceptor.*

p. 816. l. a. *Cebes ille* ] Cebes Thebanus Philosophus fuit, discipulus Socratis, quem scripsisse dialogos tres, qui inscribuntur ἐζδόμη, φρύνιχος πίναξ Autores sunt, Laert. lib. 2. & Suid. sed præter πίνακα nihil extat.

v. ac. *Amalthea cornu* ] Rhea Iouem enixa, metu patris infantem in Creta occuluit, nutriẽdum à duabus nymphis, Adrastea & Isda Melissei filiabus, hæ nutricauerunt illum capræ cuiusdam lacte, cuius nomẽ fuerat Amalthea, eam capram Iuppiter iam adultus in sydera retulit, vocatúrque à Græcis αἴξ ἀμάλθεια, huius alterũ cornu nymphis muticibus dedit videlicet officij præmium, hanc adijciẽs facultatem, vt quidquid optassent. id illis ex eo suppullularet, hinc adagium ἀμαλθείας κέρας.

l. c. v. quam. *Hesiodus* ] Hesiod. i. ἔργ. ait asperam esse ad virtutem viam, cacumẽ vero molle, hinc Pythagoræ littera, de qua Virg.

p. 818. l. c. v. Sardanapalum *Cinyram* ] Pindar. in Nemæis, & Plat. lib. 2. de leg. meminerunt Cinyræ. Item Suid. in dict. καπηλεύσω.

v. aut. *Agathonem* ] Agathonis poëtæ tragici splendidi & liberalis meminit Aristophanes in Thesmophoriis, cuius carminũ molliciem multis modis deridet. Meminerunt Suid. & Plato.

p. 822. l. c. v. *Paanienses* ] Quid per hanc dictionem sit intelligendum nemo facilé diuinabit. Est tamen qui Platonem intelligit, & fortasse rectè, quum παιανιεῦς tribus quædam Atheniẽsis fuerit.

p. 823. l. a. v. num. *Sycophanticis* ] Legend. Plut. de curios.

l. c. v. *Loquaciores* ] Mulier animal natura loquax. Plaut. in Aulul. *Nam multum loquaces merito omnes habemur.* Idem in Cistell. *Largiloqua exemplo sumus plus loquimur quã fas est.* Euripid. in Phœniss.

Φιλόψογοι δὲ χρῆμα πλήθουσ' ὄχλου
Ζμικραὶς σὶ ἀφορμαὶς ἢν λάβωσι τῶν λόγων
Πλείους ἐποφέρουσιν ἡδονὴ δέ πως.
Γυναιξὶ, μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν.

## *Philopseudes.*

p. 825. l. b. v. mentiri. *In rem* ] Dives ille apud Iuuenal. *quid enim salui infamis nummis.* Orest. in elect. Sophoclis δοκῶ μὲν ἡδὺ ῥῆμα σοὶ κέρδη κακὸν.

p. 826. l. c. v. quod. *Herodotus* ] Herodotum veriùs mendacium quàm historiæ parentem nuncupaueris. Mira enim ab eo de Xerxis expeditione & trãsitu, id Lucia. lib. 2. ver. hist. inter mẽdaces Ctesiam, Gnidium & Herodotum ponit.

p. 827. l. a. v. *Pana.* ] Pan. cum Athenienses duce Miltiade cum Persis essent dimicaturi in campo Marathonio eo in loco Græcis auxiliũ tulit, atq; repressit Persarum ferociam, meminit Theocr. in Syring.

## *Aduersus indoctum.*

pag. 866. l. d. v. ac. *Ficulneis* ] Prouerbium est de quo Erasm. Adag. Ficulnus.

p. 868. l. d. v. tibi. *Tressæ mulieres* ] Thraciæ, quas depingit Ouid. 11. Metam.

p. 870. l. a. v. etiam. *Dionysium* ] Meminit Cic. ad Attic. lib. 9. vnde prouerbium factum est. Διονύσιος ὁ Κορίνθιος.

## *De Apophrade.*

p. 887. l. a. v. *Nomen Apophradis* ] Apophradis vocabulum in vsu esse probat. Heniochus enim Comicus fabulam conscripsit, cui titulus est ἀποφράς. i. dies inauspicatus. Olim vocabantur inauspicati, quibus publica non licebat agere.

Ἄνθρωπος ἀποφρὰς ἢ βλέπων ἀπιστίαν.

## *Nauigium seu vota.*

p. 932. l. a. v. nutrire. *Crobylli* ] Crobylus, crinium plexeus in acumen desinens, de quo Thucydides in primo Plut. in libello de Tacente Pythia Tertull. lib. de Veland. virginib. de cicada Atheniensium Greg. Nazianzenus.

Κεκροπίδαι πάτριγα πλόκων ὑπὲρ γέα γαίης
Γηγενεῖς.

## *De Morte peregrini.*

p. 994. l. a. v. quidam. *Nónne vero* ] Igne mori multi glorioſum putarũt, inter quos etiam fuit Colanus, qui se vltro incẽdio obtulit, cùm iam mori decreuisset. Nicolaus Damascenus & Philosophus & historicus scribit à se visum Zarmanochegam indum qui satis fortunatus Athenis se cremauit, quòd abundè vixisset *in* cuius tumulo ita inscriptum fuit. Ζαρμανοχήγας Ἰνδὸς ἀπὸ Βαργόσης κατὰ τὰ πάτρια Ἰνδῶν, αὐτὸν ἀπὸ θανατήσας κεῖται.

## *Saturnalia.*

p. 1020. Saturno sacra fiebant, de quibus in primis Macrob. lib. 1. c. 8. & 10. & L. Gerald. de Annis & mensibus, hæc κρόνια dicebantur à Græcis, & primò vno die tantùm. i. 14. Cal. Ianuarias celebrari solita, sed post in triduum propagata, primùm ex adiectis à Cæsare huic mensi diebus, deinde ex edicto Augusti, quo trium dierum ferias Saturnalibus addixit, à 16. igitur cæptà in 23. desinebant quo solo fieri antè consueuerant.

pag. 1021. l. c. v. secunda. *Tessera* ] Tessera lateribus constabat sex, quibus inter ludendum vtebantur tribus. Suet. Augusto.

## *Epistolæ Saturnales.*

p. 1029. l. a. v. erat. *Sublata inæqualitate* ] Spectauit hanc æquationem Plato, & ante eum Lycurgus instituit. Cic. lib. 3. offic.

l. b. v. nam. *Formica Camelus* ] Dicitur hoc prouerbium de vehementer inæqualibus.

## *De Syria Dea.*

p. 1057. l. a. v. *Est in Syria* ] Lucianus hîc de Dea Syria varias recensẽt opiniones, seu illa Atergatis, seu æstarte, seu quæcunq; alia illa fuerit quæ in Hierapoli vrbe colebatur, addit & sacra & eorum ritus quæ ridenda potiùs quàm referenda erant. Cic. lib. 3. de Natur. Deor.

FINIS.

LVCIANI

# RERVM MEMORABILIVM,

## seu, VETERIS FABVLÆ ET HISTORIÆ,

## INDEX.


Abauchas & Gyndanes amicorum par 641.c.& f
abderitarum morbus 346.c ridicula post morbum 347.a.& f.
abdicare adoptatum, non licere 452. a
non licere bis abdicare 450 b
aboni murus 477.d.& f.
abonitichitarum ciuitas 493.d
abradatæ coniux 591.d. 596.c
abrœa, Luciani matris amica 644.d
abrotanum meretrix 963.a
academicorum venditio 193. d. & f. dogmata ibid. eorundem nihil statuere 738.c
acanthus à tyranno in quem conspirauerat, seruatus 466. d
quid accidens & præteraccidens 195. c. & f.
accusator verus vt se gerat 879.d
acherusius campus 163.a
achillis in Patroclum turpis amor 585.d
achilli conspectus armorũ ad quid valuerit 902.a. idem inter virgines abscõsus 970.d
achillis & aiacis partu pretij monumenta 180.b
de achille fabulis, Homero creditur, quòd non viuo illo scriptæ 366.c
in acie nouaculæ constituti 680.d
acinaces & zamolxis Scytharum dij penates 342.b
acinaci Scytharum sacrificium 699. d. per Acinacem cur iurant Scythæ 630.c
acinacis & sanguinis vsus ad confirmandam amicitiam 642.d
acrisij custodiæ 712.d
actæonis casus cur 82. b. 1097.d
actioni quæ actoris odium præ se fert, fidei nihil esse potest 884.d
admetus ineptus poëta 554.a
ritus adonidi persoluti 1058.a
adonis fluuius 1058.d. de eo quæ narrentur mira ibid.& f.
adoratio Persarum erga reges 941.c
adrastea dea 263.d. 984.c
adrasti aberratio à sue in Cræsi filium 675.d. 676.a
adulatio malorum omnium maximè seruile. 264. d
adulatores magis perditi quàm quibus adulantur 21. b
adyrmachus Machlyniæ dux 633. b ciusdem mors 639. a
ab ipso non procul abest Æaco 260. b
aëdonum fabula 14. a
ægiali 497. a
ad Ægisthum Iouis prædictio 1123. d
ægyptiorum templa ridicula 592. c dij ridiculi 592. d apud Ægyptios primùm notitia deorum, templa, lucj 1057. b
ægyptij aquæ sacrificantes 699. d Ægyptiorum sacri scribæ longæui 912. b Ægyptij philosophiæ susceptores 1011. a
ænigmata narras 123. a. 193. c 900. a
æolocentaurus 390. c
in aërem purgatio, dicta combustio 1005. b
aëris ingens altitudo tartarus dicta 543.d
aërocoraces 379. b
aëroculices 379. b
æqualitas res omnium iucundissima 1035.c
æschines tympanistriæ filius 6. a Philippo gratus ibid.
æschinis in Timarchum grauis accusatio 263. d
æschinis ignauia, proditio 776. b
æschines, parasitus Dionysij 774.a
æschines familiaris Socratis 595. c
æschylus tragœdiarum scriptor inter pocula 1082. b
æschyli pugillares à Dionysio comparati 870. a
æsculapij officina 737. d æsculapius medicus 98. a æsculapij profunda barba 692. a æsculapij & herculis de sessione contentio 78. d & f. de æsculapio plura ibid. æsculapius in ouo repertus 480. a & f. bis natus 480. b
æsopus fabularum scriptor 729. b
æsopi fabula, de homine singulas vndas pernumerare conante 325. c
inculpati æthiopes 697.b. 62.c

æthiopem lauare 875. a
æthiopes dici sacrificantes 699.d
æthiopum sapientia 539. 540 astrologiæ traditio ab ijs 539. d cœli apud eos temperies 540. a
æthiopes philosophiæ susceptores 1011. a
æthiopum saltationes 505. b
aëtion pictor 590. b
quomodo innotuerit 328. b Proxenidæ gener factus ibid.
afranius centurio 359. d idem ad tumulum Seueriani se iugulat 360. a
agamemnonis cum dijs comparatio 609.b.c
agamemnonis fallax somnium 698.c
agamemnon vinolentus 1079. b
agamemnonis & achillis laus 846.b
agarh archidæ historia Asiatica 917. b
agatho tragœdiæ poëta 818. c
agathobulus philosophus 546.d
agathobulus 998. b
agathocles Stoicus 732. a
agathocles medicus 224. c
agathoclis & diniæ amicitia 617. a & s.
agathocles Peripateticus 552. b
agathoclis Siciliæ tyranni ætas 913.d
agathocles Samius primorum ordinum ductor apud Alexandrum 882. d in periculum graue adductus, quòd Hephęstionis sepulchro illacrymasset 883. a
agenor Sidonius, Europę pater 112. a
bene agere non cunctandum 22. d
ajacis furor pro armis Achillis Vlyssi traditis 154. d ajax Telamonius ad sese reuersus 399. b ajacis Telamonij apud Rhadamanthum causa acta 394. a ajacis repræsentator contra decorum furens & vesanus 522. a. b pœnitentia pòst ductus & decumbens 522. d ajax parasitus. 778. b ajax non vsque adeo magnus qualis Homero fingitur 714. d
ajax Locrensis in impiorum locis 396. c
alæ à Menippo vt adaptatæ 726. a 729.c.d
alani & scythæ cultu & lingua eadem vtentes 637. coma tantùm differentes. 637. a
alapas infligere, & similia, viri amantis indicia 975 d.
alcæus Milesius formosus 351. c
alcamenis statuæ in pretio 286. a
alcestis ab inferis reuocata 146. b
ab Alcibiade amputatæ statuæ 570. b
alcibiadis reditus 1089. a esse alicui
alcibiades 1007. b
alcidamas Cynicus 1042. d alcidamas tibicinæ vestem sustollens 1055. a
alcidamas 1081. c
alcmenæ fabula 75. d & s.
de Alcyone fabula 52. b & s.
alcyonum partu serenitas 53. b alcyonis nidus miræ magnitudinis 405. d matris, ouorum, pullorum mira species ibid. & s.
in vno viro iacere aleam 338. d
alexandri irrisa superbia, mortalis cùm esset, diuinos honores ferentis 132. a & s. de Hammone parente, de Olympiade quæ credita ibid. alexandri factum laudabile & regium in Darij vxore, matre & filiabus 135. a cum Hercule & Baccho collatio 135. d alexandri & Annibalis de præstantia altercatio 129. a & s. res gestæ ibid. alexandri Magni factum laudabile 601. b alexander Annibali præpositus iudicio apud Rhadamanthum acto 394. c apud Cyrum Persem primum, collocatus 394. c alexandri Magni ad Ilium pugna 272. a alexandri commentum quo se Deum haberi voluit, culpatur & ridetur 134. a & s. alexander in Cydno lauari voluit 900. b alexandri & Pyrrhi laus 846. b in alexandri morbo quid factitatum à Macedonibus ægrum intueri volentibus 481. b
alexandri cuiusdam impostoris vita, res gestæ à 473. ad 498 patria 473. c alexandri impostoris sceleratissimi facinus impudentissimum 493. a & s alia ibid. alexandro impostori oracula reddita 478. c genus ementitum ibid. eius impostura 479. a. b & s. alexandri impostoris ingeniũ vltra quàm vulgaris latronis 487. c filia Rutiliano desponsata 488. c initiationes institutæ 489. b amores 489. d & s. mascula Venus 490. c alexandri impostoris merces pro oraculis 484. a fraus detegi à multis cœpta 484. c cũ Epicuro bellũ & inimicitiæ irrecõciliabiles 484. d 485. a cũ Platone, Chrysippo, Pythagora alta pax ibid. alex. impostoris in Lucianum perfidia 496. c mors. 497. d
alexander medicus 1007. c
alimenta mala corpus tabefaciunt 1103. b
alisodemi versus 1086. a
aloci filiorum audacia punita 169. c d
alphei & Arethusæ fabula 101. c & s.
alytarches sortiũ contemplator & explorator 300. a
ἀκτὼν συνδρομή 533. d
amaltheæ cornu 816. a
amantis viri indicia 975. d qui amant iracũdi sunt 95. d credere sese amari, plurimùm illicit 617. d
amastris vrbs Pontica 485. b 639. d
amatoris cuiusdam insania in Venerem marmoream 565. b amatores inopes in nullo pretio 204. d
amatoriarũ oblectationum etiam ipsa tentatio iuuat 559. a
amazonis hastę innitẽtis celebris effigies 588. d in re ambigua quid faciat vir prudẽs. 886. a & s.
super simplici lapide amethysto diis immolatio 395. a
amicitia & voluntatũ coniunctio res omnium maxima & præstantissima 548. c amicitia quo in pretio apud Scythas 614. c ad amicitiam confirmandam sanguinis & acinacis vsus 642. d amicitiæ dignitas, vires, à 611 ad 642. amicitiæ proditoribus nihil iniustius 884. c
amictus certo hominũ generi qualis 383 b

amici hoſpitis vxorem non licet aggredi 645.c
amicus nullus verus 945. b
amicos quomodo eligant Scythæ 629.d
amicorum erga amicos gratiæ quales 637.d
amicorum Græcorum paria 617.a & ſeq. 621,a & ſ. 622.c & ſ. 623.c & ſ. 625.c & ſ.
vbi amicorum quiſpiam impellit, recuſare difficile 168.c
amicorum duorum & leonis tumulus 632.d amicus in mare ſe abiiciens vt amicum ſeruet 621. c amicorum Scytharum paria 630. a & ſ. 631.c & 633. d 639. d 641. c amicus leoni ſe obiiciens vt amicum eripiat 632. c ſolum fidum amicum qui vnà cibum capiat & combibat 771. b amici malis non conuenit illudere 121. b
amici maior cura quàm liberorum & vxoris 641. d
ἀμνηστία 532. a
ammonis oraculum ad quid relatum 541. a
duplex amor in animis humanis 1081. d
amoris imperium 98. in arg. amor infandus in Veneris Cnidiæ ſimulacrum 588. c
amoris vtriuſque robur & violentia 511.b
de amoribus & eorum voluptate à 557. ad 586.
amor violentum quiddam & hominibus imperans 71.b
militares amores quanti ſint 992.a
amores maſculi non ab antiquis temporibus depoſcendi 576.a
amphilochi templa, vaticinia 116. c in Mallo 844. b
amphion 907. c
amymonet fabula 104. a & ſ. genus ibid.
anacharſis non primus ex Scythia Athenas vſque peregre profectus 340.a
anacharſidis genus 341. d lacrymæ, prę gaudio, in Toxarim incidentis 341. d
anacharſidis Athenas aduentus, anceps conſilium 341. b. c.
anacharſis ſolus è barbaris initiatus ac ciuitate Athenienſium donatus 344. c
anacharſis in familiaritatem & notitiam ſolonis traditus & receptus 343.c. d 344.a & ſ.
anacreon 396.b 913.d
anacreontis poëtæ lyrici ætas 918. c
anacreontis carmina 1045. a
anaxagoras ſophiſta 36. b fulmine impetitus à Ioue & cur ibid.
anaxarchus Alexandri paraſitus 774. d
ad ſacram ancoram confugere 1012.c
ancoræ vitreæ 391. a
anchiſæ & veneris amores 87.c
andromedes fabula 110.b
androcles Epicharis filius 1130. a
anemodromi 378. b
ἀνέρχω 1114. a
anguillarum in morem inter digitos elabi 42. c
de anima Platonis rationibus contradicentes Epicurei 837. c
